Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLII
H
5
NAPOLI

XLII
H
5

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ISAACI
CASAVBONI
ANIMADVERSIONVM IN ATHENÆI DIPNOSOPHISTAS LIBRI QVINDECIM.

OPVS PRÆCLARVM IN LVCEM IAM ANTE EDITVM:
quo non solùm ATHENÆI libri quindecim κτ̃ πόδα recensentur, illustrantur, emendantur: verùm etiam multorum aliorum scriptorum loci multi quà explicantur, quà corriguntur.

EDITIO POSTREMA, AVTHORIS CVRA
diligenter recognita, & vbique doctissimis additionibus aucta, suisque Indicibus illustrata.

ARISTOTELES.
Καλεπὸν ἐκ τῶν μὴ καλῶς ἐχόντων λέγειν καλῶς.

NAPOLI

LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS-ANTONII HVGVETAN,
& MARCI-ANTONII RAVAVD.

M. DC. LXIV.

HENRICO IV. CHRISTIANISSIMO GALLIARVM REGI ET NAVARRÆ.

ANIMADVERSIONES nostras in Athenæum, Græcorum fere doctissimum scriptorem, ausus sum, Rex Christianissime, Maiestati tuæ consecrare. Vt auderem, multa me, præter eximiam lenitatem tuam omnibus cognitam, impulerunt. Opus est laboriosissimum: Tu non principum modo, sed prope dixerim mortalium qui sunt, qui vnquam fuerunt, laboris patientissimus, amantissimus. Ad lucem & rerum & morum antiquorum scriptum est; Tua Maiestas quanti cognitionem antiquitatis penderet, cum aliis claris testimoniis sæpe, tum insigni nuper palàm fecit: cum me viris amplissimis qui tuum consilium participant, de hoc studio notum, Lutetiam acciuit, liberali stipendio donauit, marcentem ad spem meliorum erexit. Emendationem denique Opus nostrum profitetur auctoris magni, à vetustate miris modis deformati: Tua Maiestas pace domi forisque parta, virtute Dei, tuâ inuictâ dexterâ, in eam nunc curam toto pectore incumbit, vt quicquid in Regno tuo superiorum temporum licentia deprauauit, emendet, reformet, instauret. Hæ sunt cogitationes, quæ cœlestem animum tuum dies noctesque exercent. Et meritò Rex maxime. Pater enim patriæ & diceris consentientibus omnibus omnium ordinum vocibus: & es reuera. Nam quis ille paterfamilias cui suorum liberorum fortunæ maiori sint curæ, quàm tuorum tibi subditorum? Cui verò homini priuato ita nota sunt domus suæ negotia, vt tibi omneis Regni tui, maximæ, minimæ partes? Et iam tu quidem, magne Rex, in ordinatione Reipublicæ tantum paucis annis promouisti, quantum vix multis fortasse lustris alius: nondum tamen, licet tot fessus prœliis, tot inclytus victoriis, ad otium & quietem, vt natura fert hominum, conuerteris. Quin difficiliora in dies, maiora, & meliora, moliris, aggrederis, exequeris. Ibit igitur in annaleis, Rex potentissime, vnum te à multis retro seculis extitisse, cuius mens ignea pari cura ac felicitate belli munia & pacis artes atque ornamenta coleret. O laudem etiam melioribus seculis nedum isto ferreo & magnarum animarum sterilissimo raram atque inusitatam! Nec mirum: diuersissima enim est ad vtramque sectam via: dissimilis natura mentium: discrepantes pacis bellíque rationes. Non replicabo ambitiosè veterum aut recentium temporum monumenta, vt dicto faciam fidem. Sed profectò ita est: cum omnia euoluerimus, vix Principum millesimus quisque inuenietur, domi militiæque iuxta bonus. Enituit aliquis in bello? at obsoleuit idem in pace. Alius in ista excelluit? at bellandi idem imperitus. Tua maiestas res olim dissociabiles, prudentiam ciuilem & militaris rei scientiam

Digitized by Google

miſcuit,ac nouo exemplo temperauit. Sed bellicas laudes tuas æternitate digniſſimas, tacere malo quàm attaminare. Magnitudo quidem rerum à te geſtarum ea eſt, vt ceberrimus quiſque ingenio ad prodendam fortitudinis tuæ memoriam ſine gratia aut ambitione,bonæ tantum conſcientiæ pretio,pelliciatur. Clementiam verò tuam,propriam & peculiarem tibi virtutem,ſilentio tranſire nefas ingens ducimus. Nam cuius miraculi eſt,bellatorem tantum, armis & præliis innutritum, ſtillam cruoris humani nullam vnquam niſi in acie fudiſſe?ibi quoque vel infenſiſſimis hoſtium,herbam modò porrigerent,ſemper libentiſſimè peperciſſe? vitam cùm multis hominum millibus dederis,nemini vnquam exprobraſſe?ea denique moderatione conſtanter vſum,facile vt omnibus appareat, obliuionem te belli ciuilis malle quàm gloriam? Quamobrem magne heros tantæ virtutis,hoc à Deo præmium tuliſti, vt nutans & prope iam collapſum tuum & maiorum tuorum Regnum, in ſuam ſedem reſtitueres, ſtabilires, & altioribus in poſterum radicibus, (quantum quidem humanis conſiliis poteſt prouideri) fundares. Quid dicam de fama nominis tui, qua orbem terrarum vniuerſum dudum impleſti? Narrant rerum Romanarum auctores Auguſtum principem diuinitus ad maxima electum,poſt Ianum clauſum, mira lenitate & æquitate imperantem, moderationis huius famâ Parthos, veteres Romanorum hoſtes, ita cepiſſe, vt ſigna militaria,quæ M. Craſſo & M. Antonio ademerant, repoſcenti redderent. Quid poſteri de tua maieſtate Rex auguſtiſſime, dicturi ſunt? cuius fama tantum apud potentiſſimum Hiſpaniarum regem, Philippum illum tot regnorum euerſorem, valuit, vt non ſignorum inutilium, ſed vrbium munitiſſimarum redditione tuam amicitiam ſibi ſuíſque iudicauerit redimendam.Nam quod pro magno in iiſdem legimus hiſtoriis,nationes exteras amicitiam Auguſti expetentes,legatos vndique Romam miſiſſe: quis miretur adeo, qui ſciat qua magnificentia, quo comitatu magnus Allobrogum dynaſta, admiratione tuarum virtutum excitus, vſque inde è finibus Italiæ & Alpium radicibus ad Regiam tuam nuper ſit profectus? Dies me deficiat, imò & annus,ſi decora ſigillatim tua recenſere inſtituam. Sed enim, Rex maxime,tot palmis,tot lauris, tot coronis,vnus adhuc vt accedat titulus,Observatas, Et Pristino Splendori Restitvtas Mvsas, omnes qui literarum puritatem amamus, vota aſſiduè facimus,& ab indulgentia tua petimus,expetimus, ac *(ſi fas dicere : ſed fas)* exigimus. Miſerare ô Pacis & Innocentiæ magne vindex, amiciſſimas pacis & innocentiſſimas diuas. Patieris princeps benigniſſimus,iacere æternùm tuam illam Academiam,clariſſimum quondam non ſolùm Galliarum, ſed totius Europæ lumen? Patieris doctiſſimos viros,qui ſe illi ſuámque operam addixerunt,opem tuam diutius deſiderare? Patieris vt ventura ſecula, poſtquam ingentes illas ſubſtructionum moles, & nitentia marmore, auróque radiata palatia,quæque in Vrbe,quæque alibi, tot ſimul locis regiis plane impenſis à Maieſtate tua excitantur, fuerint mirata, cauſſam ſpretæ à te Academiæ tuæ,poſſint requirere? Ne hoc Deus immortalis ſirit. Illum nos, Rex inuictiſſime, vt quàm diutiſſime Maieſtatem tuam ſaluam atque incolumem præſtet: vtque tua omnia conſilia fortunet,& ad gratum ſibi, glorioſum tibi,vtilem tuis finem dirigat,ſupplices, quanta maxima poſſumus pietate oramus, obſecramus, obteſtamur. Exaudi Deus OPT. MAX. & ſidus hoc, quod præcipitato in profundum, ac demerſo in tenebras orbi Gallico refulſit, velis perlucere. Scripſi Lugduni, in ædibus viri tuæ Maieſtati addictiſſimi, Merici de Vicq, veteris Muſarum noſtrarum hoſpitis. a. d. XVII. Kal. Auguſti, CIↃIↃC.

Maieſtati tuæ, vel antiqua ſolduriorum lege, deuotiſſimus

IS. CASAVBONVS.

IACO

IACOBVS LECTIVS
ISAACO CASAVBONO V. CL.
Suas in Athenæum Animaduersiones euulganti.

EVge alius dites Arabas miretur, & Indos,
Et sua qui arboribus depectunt vellera Seras:
Alterorque ingentis opes, hortósque beatos,
Ilicet, atque suas ostentet Mysia messes:
Aut vbi bis pleno fundit se copia cornu,
Bis segetes supplent sulci, bis pampinus vuas,
Bisque arbos sua poma. Tui nos magne Casaubon
Ingenij miramur opes: fœtúsque beatos:
Diuitis ingenij, quod lampadis instar Eôa
Prodigit in varios latè sua munera tractus,
Immittitque inculta nouas Heliconia vires.
Nunc fidus linguâ monstras interprete ductor
Et maria, & terras omnes, cœlúmque profundum.
Nunc magis atque magis Latia monumenta Mineruæ,
Aut ea quæ Graij cecinerunt plurima vates,
Eripis è latebris, & amico lumine comples.
Nunc, bene quæ depicta, manu meliore repingens
Moribus absterres prauis mortalia corda,
Incendísque bonus vera virtutis amore.
Hic quoque Cecropiâ cui nomen ab vrbe decorum,
Plenior, & multâ tersus ferrugine frontem,
Muneris ecce tui est superas quòd prodit in auras.
Singula quid referam? libeat modò vera fateri,
Et tibi Athenæum & totas debemus Athenas.

CL. V. IS. CASAVBONO.

QVamuis decòre sat refulgeat suo
Tranquilla virtus, quam nec aura gloriæ
Ventosa tollit, nec repulsa deprimit
Versu ouantem, & acquiescentem bonis:
Illam tamen procatur, atque ambit volẽs
Secunda fama, calcar indolis bonæ:
Comisque laus, vt umbra corporis comes,
Viros adulat, qui vel artibus togæ,
Vel Martiali floruère adorea.
Nam pauca gens selecta, queis nudum decus
Patescit, omni conscientiæ student,
Rectique amore limitem rectum secant:
Plerosque laudum blanda siren allicit,
Vt ardua virtutis insistant iter,
Quod aspero labore vallauit Deus,
Ne gratuito tanta sors obtingeret
Quæ segnibus reique nulla quæ viris.
Hoc ducta sensu prouidens antiquitas
Contigua fana destinauit vltimi
Virtutis, atque Honoris. hos enim decet
Clarere famâ, ornari honore. laudibus
Ad astra ferri, quos benignâ vi lacit,
Vulgóque adeptos consecrat Virtus sibi:
Quod si quis vnquam munere hoc dignus fuit
Tu es vnus ille, flos virûm CASAVBONE,
Cuius nec altam spem repressit temporũ
Morumque sidus pestilens menti bonæ:
Nec tardius cultura capta seduli
Votum coloni flore lusit irrito.
Quin vt malo inualescit ardor, & diu
Dilata surgit latius fæcunditas:
Sic viuida virtutis acer impetus
Fauore cæli fretus inuium nihil
Inuenit. ast amore peruico moras
Perrupit omnes. dura per discrimina
Sic creuit olim robur inuicti Herculis.
Sic altius radice comprehendit solum
Pulsata ventis arbor, & sæuo Ioue.
Rubiginosus deterit ferrum situs,
Torpere inusu quod recondito sinas.
Ignaua virtus obsolescit, & graui
Senet veterno namque per cuniculos
Obrepit astu blandiens inertia,
Sensimque diæ mentis occupat Larem,
Primo pedatu inuisa, dein voti potens
Quidquid viri est in homine mancupat sibi.
Quæ pestis in te fraudulenter, aut palàm
Grassata, sensit artis impotentiam.
Quippe eius omnes & dolos, & impetus
Elusit: atque elisit indoles tua
Nil humile spirans, nec rudis certaminum.
Ergo Dei virtute promissum est tibi,
Ne possit vnquam nomen emori tuum.
Tibi nitentem è transmarinis floribus
Plectit corollam Lucius: te ciuicâ
Tranquillus ornat arte seruatus tuâ.
Te Sicelis Thalia rusticè procax,
Ipsaque forma negligentiâ decens
Patrante ocello figit, & malo petit.
Te laude multâ clarat ille, cui dedit
Laus multa nomẽ: te Theophrasti lepos,
Te cura docti diligens Laertij,
Straboque chartis cuncta terrarum sola
Permensus: &, quo clarius nullum viget
In literato nomen orbe, maximi
Regis magister, ipse maior, si rudi
Vero mouemur, non inanibus notis,
Rerumque pompâ. sed citare singulos
Quid est necesse? tota doctorum virûm
Propago, quos eduxit Hellas artium
Nutrix bonarum, totus ille ordo pius
Te confitentur sospitatorem suum.
Gratoque laudes ore concinunt tuas,
Vno tenore quòd tot inclytos simul
Heroas orci è fauce, mortis è manu
Raptos in oras lucis euocaueris.
Nam peius omni morte fatum, mortuam
Vitam exigebant, & sibi superstites
In hoc trahebant lucis ingratæ moras,
Vt se viderent atque sentirent mori,
Perenniterque funus efferrent suum,
Lurore turpes, & vetustate obsiti,
Lacerique plagis ora seruili modo.
Qualem niuosis Caucasi affixum iugis
Titana vates fabulantur, cui Iouis
Satelles immortale concidit iecur,
Dirisque nulla interquies datur malis.
At nunc ouantes munere ingenti tuo
Solare fulgur irretorto lumine
Contra obtuentur, & caput cœlo efferunt
Sublime: quin & ore pleno nectaris
Ducunt liquorem, symbolasque conferũt
Mensis Sophorum macte ATHENAEI labor,
Cui nocte pulsâ clarior dies redit,
Quàm vere sudo solis emicat iubar.
Tua ista laus, vir erudite, qui simul
Facem extulisti mentis alta, protinus
Fugere nubes, priscus & fulsit nitor:
Fœlix laborum. si quid auditu dabit,
Vox nostra dignum, noscet ætas postera
Quam nunc & olim prosecutus sim tuas
Honore dotes, hoc beatus vnicè
Quod me fauore duxeris dignum tuo
Quondam æmulum laboris atque industriæ,
Dum res sinebat, & vigebat indoles
Amore laudis, atque doctrina calens.
Sed me grauis Fortunæ transuerso impetu
Plenis euntem passibus retrò tulit:
Te spes, & indefessus ardor candidam
Ad vsque metam vexit illæso gradu.

DOMINICVS BAVDIVS.

AD LECTOREM.

VETVS eſt eruditorum querela, candide Lector, mendis deformibus antiquorum ſcatere monumenta. Queſti ſunt & ſæpe & grauiter de hoc ſtudiorum malo accuratiores omnium ætatum philologi, hiſtorici, philoſophi, medici, iuris periti, & beati etiam Patres: atque vno verbo, ſicut alibi clarè oſtendimus, quicunque fere apud Hebræos, Græcos & Latinos, ab annis retro bis mille amplius, cum iudicio pariter & amore veritatis, in literarum ſtudiis ſunt verſati. Nimirum ita res habet: hominis & omnium humanorum operum qua corporis, quà ingenij, ſitemps lex eſt. Naſcitur ille & denaſcitur: ſexcentis interea valetudinis aduerſæ incommodis, aliiſque caſibus obnoxius. Scias & in iſtis vſu idem venire. Itaque cum ex infinita prope veterum ſcriptorum copia oppidò pauci interitum effugêre: tum horum plerique ſic laceri, ſic corrupti, ſic mendis deturpati, vix vt ipſi in ſuis ſcriptis, ſi virgulâ vt aiunt, diuina, huic luci fuerint redditi, ſeſe ſint agnituri. *Tantum aut longinqua valet mutare vetuſtas.* Miſera profectò res, & ſapientiæ ſtudioſis vel veris lacrymis deflenda. Vnde enim nobis eruditio parabilis, vnde cognitio diſciplinarum, vnde totius præteriti temporis notitia, niſi ex libris antiquorum? Iis ſi vtimur deprauatis, quid ſupereſt aliud, niſi vt Ixioni ſimiles vmbram pro re, errorem pro ſcientia, falſum pro vero amplectamur? Vt planè ridiculi ſint, qui emendatóne an inemendato libro vtantur, ſua nihil putant intereſſe. Iſti ſunt, partim Democriti populares & Arcades βαλανηφάγοι, partim vitiligatores literas peruerſè docti, diuinæ Critices (legitimam intelligo non iſtam volgiuagam, & vt loquitur Tertullianus, paſſiuam) hoſtes & contemptores: quorum fatuitatem aut κακοήθειαν tot locis magnus Galenus tam acriter eſt inſectatus. Nos autem in eo libro quem accuratiſſima diligentia de Critica fecimus, plurimos in vitam errores ab hoc fonte manaſſe, vero vicimus. Sed ſtudij huius neceſſitatem Hebræorum doctores verbo indicant, qui Legis diuinæ, (quanto igitur meliore iure humanorum ſcriptorum?) ſepem eſſe Criticam non minus verè quàm eleganter pronunciant. Enimvero, Lector, ex omnibus illis quorum ad nos ſcripta peruenerunt, nullus eſt, quantum equidem memoria repeto, qui à vetuſtate peiùs aut crudeliùs fuerit acceptus, quam Naucratita ATHENÆVS: ſcriptor verè πολυμαθέστατος, verè vndecunque doctiſſimus: & vt paucis multa complectamur, Græcorum Varro aut Plinius. Huius igitur tam eruditi auctoris luculentiſſima ſcripta, priorum ſeculorum barbaries ita vexauit, vt nondum ſtatuerim magis gaudendúmne ſtudioſis fuerit, non penitus illa intercidiſſe, an dolendum, quod ſic affecta ad nos ſint tranſmiſſa. Parum fuit caput miſero præcidiſſe & pedes: priores videlicet libros duos, cum tertij principio, & maxima vltimi parte: adiecta eſt artuum aliquot laxatio: in ipſum denique truncum ita ſæuitum, vt ſoricina nænia confeſſiorem eum nobis reliquerint. En temporum illorum immanitatem, quibus omnis humanitas, & meliores literæ ignorabantur: nedum vt Critices hominibus illis vllus ſupereſſet ſenſus. Poſtea verò quàm ſingulari Dei beneficio in Europam literæ ſunt poſtliminio reductæ ſeriùs quidem, ſed tamen extitêre tandem cordati viri, qui Athenæi alius editione, alius verſione, iter ad famam affectarent. Anno demùm M. D. XIV. Aldus ille, cui vitam multi ſcriptores Græci debent, è tenebris illum in lucem produxit, adiutus à Muſuro Cretenſi. Fatendum verò quod negari non poteſt, viros ſolertiſſimos & doctiſſimos, neque in exemplaribus nanciſcendis felices fuiſſe: neque in editionis ſuæ emendatione nimis accuratos. Et tamen Muſuri diligentiam ſeriò commendat Aldus. Quales igitur fuiſſe dicemus eos codices quibus ille eſt vſus, cùm eorum comparatione Aldina editio emendatiſſima cenſeri mereretur? Secuta eſt poſt annos XX. Baſilienſis editio. Hanc concinnarunt Iacobus Bedrotus & Chriſtianus Herlinus ambo, opinor, iuuenes Germani: qui etſi librorum præſidio imparati, neque multo fortaſſe minus ab idonea eruditione, oneri ſubierunt viribus ſuis impari: vel ſolo tamen bene de literis merendi ſtudio qui poſteritati oſtendantur non ſunt indigni. Sed enim deſtitutum libris melioribus ad Aldini exemplaris emendationem accedere; hoc verò erat, ſine nauigio mare magnum velle tranſmittere. Quemadmodum autem horum conatus manu exaratorum inopia in neruum erupit; ſic illum Venetum qui ante omneis alios, (nam de Sanga Romano vereor vt credendum ſit Paulo Iouio,) Latinum fecit Athenæum, Criticæ imperitia toto opere plus quàm pueriliter coegit ineptire. Quamobrem, etſi erat ille vir non indoctus, quod alia ipſius teſtantur ſcripta, verſio tamen edita ab eo eſt, adeo nullius frugis, aut tam exiguæ, vt præter egregiæ voluntatis teſtimonium, nihil penitus inde laudis reportarit. Mon multo

poſt

post prouinciam eandem celeberrimi nominis in hac frequentissima vrbe medicus, Iacobus Dalecampius suscepit. cui viro eruditissimo, si tantum otij ad hanc ornandam Spartam quotidiana ægrorum imperia concessissent, quantum fuit in ipso φιλοπονίας & amoris erga literas: non dubitamus, & meliorem & accuratiorem interpretationem potuisse ab eo sperari. Etsi memoria tenemus dixisse illum aliquando nobis, huic potissimum curæ, per annos paulò minus triginta, omnia se temporum successiua donasse. Cæterùm quàm feliciter hoc negotium viro optimo successerit, ANIMADVERSIONVM nostrarum libri isti palàm facient. Quod tamen opus, candide Lector, scibis non ea fine institutum à nobis, vt in versiones interpretum curiosè inquireremus. Neque enim ij nos sumus, qui alieni nominis obtrectatione, famam aucupemur. Apage hanc ab iis proteruitatem, qui Virtuti sacramento dixerunt: quique veræ laudi cupiunt litare. Equidem semper potius duxi mea peccata corrigere, quàm aliena indagare. Sed nec Commentarios in Athenæum scribere consilium nobis: vel quia propter abundantiam materiæ in immensum erat opus excreturum: vel quia minus id esse necessarium, nec nimis difficile in hac literarum luce, semper iudicauimus. Nobis, mi Lector, cum huic scriptioni manum admoliremur, hic præcipuus scopus ob oculos fuit, quæ erant in Athenæo obscuriora necdum cuiquam illustrata, ipsi iremus illustratum: quæ vitio librariorum corrupta multa, quorum interpretibus ne suboluisse quidem videbamus, ipsi pro virili corrigeremus. Id verò inceptum quantis laboribus, quantis molestiis nobis constiterit, frustra tibi narrare instituam, nisi periculum ipse studij huius fecisti. Porrò cum emendandi veteres auctores duplex sit via: è libris scriptis, & ex ingenio: vtramque nos viam in corrigendo Athenæo institimus. Priorem quidem ante annos quatuor, cum impulsu optimi atque amicissimi Hieronymi Commelini, eam editionem adornauimus, quæ paulò ante immaturum, & studiosis luctuosum illius viri obitum, ex ipsius officina prodiit. Neque leuis neque parum huic auctori vtilis, opera illa nostra extitit. Collata enim editione Basiliensi cum ea scriptorum codicum copia, quæ tum erat ad manum, multa primi publicauimus, antehac Græcè edita nunquam. Plurima item emendauimus in prioribus editionibus corruptissima, partim librorum secuti auctoritatem, partim certas & omnibus manifestas rationes. Fuit præterea animus editioni illi breues Notas adiicere: & hoc amplius, omnium auctorum, librorum, & dramatum ab Athenæo laudatorum accuratam descriptionem: quam dudum ad lucem non Athenæi tantùm (nihil enim vbique titulis librorum & fabularum corruptius) parraueramus. Migratio nostra ex Allobrogum finibus in Galliam eodem tempore instituta, & ne illa tum à nobis adiicerentur impedit, & vt aliquanto inemendatior ea editio prodiret fuit in caussa. Hæc igitur nos iam antè è libris. At longè operosior altera est ratio, quam sumus hîc secuti. Priore illa opera vulgatas editiones è veteribus libris auximus & emendauimus: posteriore hac & vulgatorum, & manu etiam scriptorum codicum lectionem ad rectæ rationis obrussam exegimus. Nam in scriptis exemplaribus vel antiquissimæ manus, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ πολλὰ δὲ λυγρά. Itaque in illis tractandis iudicio magno opus, magna eruditione, nec mediocri vsu: quæ tria Criticum illum γόνιμον perficiunt alibi nobis informandum. Qui autem codicum vestutatem, præsertim consentientium, recti argumentum & normam vbique certam esse arbitrantur: audiant illi Criticorum non minus quàm medicorum principem Galenum: qui in tertio De difficultate respirationis, cum de Hippocratei loci cuiusdam vera lectione disputaret: τις τῶν παλαιῶν, ait, βιβλιογράφων ἥμαρτεν. ἔπειθ' οὕτως ἔχον ἔφθασεν ἐκδοθῆναι τὸ βιβλίον ἐφυλάχθη τε εἰκότως μέχρι δεῦρο τοῦτο τὸ σφάλμα. *Iam olim, inquit, librariorum aliquis locum corrupit: deinde edito libro cum illo errore, non mirum seruatum esse mendum vsque adhuc.* caussas postea seruati erroris tamdiu affert istas: πολλῶν μὲν ὀλιγώρως ὁμιλούντων τοῖς τῶν παλαιῶν βιβλίοις, ὡς μήτ' εἰ λείπει τι, μήτ' εἰ δι' ἑτέρου γράμματος εἴρηται γνωρίζειν, ἐνίων δὲ γνωριζόντων μὲν, ἀλλὰ προσθεῖναι τὸ λεῖπον οὐ τολμώντων. Et ita est; librariorum culpa, & doctorum incuria atque ignauia factum; vt semel commissa in antiquissimis codicibus peccata in omnia deinceps exemplaria propagarentur, ac per multa secula constanter seruarentur. Plura alibi Galenus de genere isto mendarum: quas Philemon criticus vetustissimus appellat τὰς ἐν τοῖς ἰδιογράφοις ἐμμεμενηκυίας ἡμαρτημένας γραφάς. Nihil ergo mirum, plenum esse huius generis mendorum quantum extat hodie Athenæi exemplarium. Quæ quidem è duobus inter se iam olim diuersis omnia esse transfusa & descripta obseruauimus. Ab eorum altero manauit Aldinum illud de quo diximus: cui per omnia fere simile est Palatinum, quod in Heidelbergensi bibliotheca illustrissimi Principis asseruatur: item aliud cuius nobis vir amplissimus Regi ab intimis consiliis Andreas Huraldus Messæus copiam fecit. At longè istis tribus, & aliis omnibus quæ ab eodem exemplo sunt orta, & emendatius & integrius illud est, quod in celebratissima Cardinalis Farnesij bibliotheca habetur. Ei libro acceptum ferre debes quicquid in prioribus desideratum exhibet nostra editio. multas autem voces, multas periodos integras, interdum etiam plures, singulis prope paginis adiecimus. Vt taceam de insigni fragmento libri vltimi, quod ante nos Gulielmus Canterus indidem nactus publicauerat. Parilem huic codicem etiam in Vaticana Romæ seruari accepimus. Nostra editio Farnesianum fere exhibet: repræsentatum nobis à clarissi-

mo

mo viro Henrico Stephano: qui ante annos ferme quinquaginta, cum Romæ esset, accuratissimè omnes varietates scripturæ ad oram sui codicis adnotauerat. Idem fecerat paucis ante Stephanum annis, & Benedictus Ægius Spoletinus, qui temporibus illis Romæ inter peritissimos Græcarum literarum est habitus. Eius etiam codicem vidimus nos inter alios neutiquam vulgares Petri Gelasij Hispani libros. Fecerunt idem posteà & alij item multi. Itaque Farnesianas illas Notas passim reperias in eruditorum bibliothecis non solùm Italorum, sed & Cisalpinorum. Habuit eas vterque interpres: habuit & vir eximius Conradus Gesnerus: cuius librum doctissimi Gasparis Vuolfij operà nacti sumus. Easdem & nobilissimus studiorúmque nostrorum studiosissimus Marcus Velserus Augustà Vindelicorum ad nos misit, ab Andrea Schotto altæ eruditionis viro secum communicatas. Hæc igitur omnia exemplaria sicut modo dicebamus, mendis inquinata sunt: adeo vetustis, vt ante Eustathium & eo priorem Excerptorum auctorem, qui multas illarum retinent, sint natæ: adeo non facilibus ad emendandum, vt eruditus vir, qui ante multa secula Epitomen illam confecit, fateatur ingenuè, multa se quòd essent corrupta missa facere. τῦτο, ait ille non semel, ἐπεὶ ἐσφάλται ὃ μετέγραψα. Non igitur hodie atque heri cœpti sunt Athenæi codices deprauati circumferri: verùm ante annos quingentos & amplius. Atqui non desunt, quibus tantam esse mendarum quæ bonos auctores obsident, antiquitatem, ægrè persuaseris. Sicut anno accidit: orto enim super mensam apud amplissimum & præstantissimum virum Mercium de Vicq sermone de illa paginarum aliquot transpositione, quam in omnibus libris commissam, neque auctori Epitomes, neque interpretibus animaduersam, libro quarto primi obseruauimus: mirari qui aderant viri doctrina iudicióque præstantes, & multa de auctoritate manu exaratorum disserere. Clara res tamen est, certísque argumentis, à nobis probata. Inter antiquissimas veterum librorum corruptelas, traiectiones sunt huiuscemodi. Iam olim critici antiquissimi quorum extant in Homerum & Hippocratem obseruationes, corruptos hoc vitij genere locos multos adnotarunt. Sed & ætatis nostræ docti viri similia peccata in multis libris deprehenderunt. Vel vnus ille Hercules Musarum Iosephus Scaliger, quàm multa apud Tibullum, Propertium, & Manilium mirè perturbata, nitori pristino hac ratione restituit? qui etiam superioribus mensibus, de illa Athenæi luxatione per literas nos monuit. At licet multò antè idem à nobis fuerat obseruatum: mirificè tamen vir incomparabilis hoc sui iudicij indicio & delectauit nos, & in sententia confirmauit. Vtinam & cæteris omnibus coniecturis nostris eadem vbique ἐνάργεια. Atenim, candide Lector, cum in genere omni literarum, tum in studio maxime critico verissimum Galeni dictum: χαλεπὸν ἄνθρωπον ὄντα μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς· τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα. Nos verò & homines sumus, & occupati: adeo quidem, vt temporis totius quod ab instituto opere est lapsum, partem multò maximam frequentes ἀποδημίαι nobis surripuerint. Vt alia sileam studiorum nostrorum grauissima damna. Sed non morabor te pluribus: neque committam vt æquitati tuæ diffisus possim videri. Vale candide Lector: & Prologomena nostra, quibus de Athenæo, operisque huius argumento prolixè actum est: necnon de conuiuatore Larensi, & omnibus conuiuis, quia casu quodam edi nunc non sunt quita, breui, cum Deo. Iterum vale. Lugduni Segusianorum.

ISAACI

ISAACI CASAUBONI ANIMADVERSIONUM IN ATHENÆI DIPNOSOPHISTAS,

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Hypothesis percurritur. Auctor Epitomes, eiúsque antiquitas. Παρεκβολαί, Excerpta. *Abbreuiatoris & Eustathij aliquot notati errores.* πατὴρ τῆς βίβλου. *Timocrates cui opus inscriptum. Titulus operis,* Δειπνοσοφισταί, χρεῖαι, loci auctorum: ἡ ἐγκύκλιος παιδεία. γραμματικῶν οἱ χαριέστατοι. *Vlpianus* Κειτούκειτος, κεῖσθαι, κείμενον, ὥρα *pro diei parte:* περὶ τὴν τέχνην καὶ τὰ ἤθη. *Galeni scripta philologica.* Κατάλογος στρατιωτικός.

ARGUMENTUM hoc scripsit is, qui totius operis Epitomen confecit: cuius tantum extat editum, quantum de primis Athenæi libris hodie desideratur. Est in manibus nostris beneficio doctissimi, optimi, integerrimique viri Dauidis Hoëschelij id opus integrum, primo libro excepto & secundi parte: tantum enim ferè ab Epitome Hoëscheliana abest à fronte præcisum, quantum extat libris editis insertum. Παρεκβολὰς auctor vocat alicubi laborem suum, nomine conuenientissimo. Moris fuit studiosis hominibus, inter legendum veteres auctores, excerpere, quæcunque ad institutum quisque suũ facere iudicabat. Ea sunt quæ Seneca *Excerpta*, Græci Ἐκλογὰς, vel Χρηστομαθείας, aut Σημειώσεις, itémque παρεκβολὰς dixerunt: qua de voce plura alio loco nobis erunt dicenda. Quis autem fuerit is, quandóque, & vbi vixerit, pro certo non scimus. Antiquum esse satis, hoc verò scimus: qui obseruatum habeamus, vsum sæpè Eustathium hac Epitome, integro Athenæi codice neglecto. Colligimus ex eo, quòd sequi illum non rarò lectionem videmus quæ in his Excerptis, spretâ eâ quæ in contextu, longè interdum melior ac verior: imò falsam Athenæo sententiam illum affingere παρὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, locis aliquot deprehendimus. Vt cùm, exempli gratiâ, ad ῥαψ. Ἰλιάδ. λ. prolatis vocibus ὀψοφαγίστατος καὶ βλακίστατος, addit, ἃ δὴ λέγεται κεῖσθαι παρὰ Σοφοκλεῖ. Errat enim. Xenophontis quippe verba Sophocli tribuit. Apud Athenæum libro VII. scriptum est, ἐγὼ δ' οὐκ ἂν ὀψοφαγίστατος, οὕτω γὰρ Ξενοφῶν ὀνόμασεν ἐν Ἀπομνημονεύμασι, γράφων οὕτως, ὀψοφαγίστατός τε καὶ βλακίστατός ἐστιν. Non poterat planiùs significari, Xenophontis esse quæ diximus verba: quia tamen multa eo loco Sophoclis est mentio, aliud agens auctor Epitomæ, ista quoque Sophocli de suo est largitus, scribens in Excerptis suis, ὀψοφαγίστατος καὶ βλακίστατος ἐστι, φησὶ Σοφοκλῆς, hoc duce errat Eustathius. Sic etiam fallitur, cùm scribit ad Iliadis, ῥαψ. σ. Ἀπολλόδωρος τοὺς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς ἀλφηστὰς εἶπεν, ἐν τῷ καταπυγοτέραν ἀλφηστῶν. Non meminerat Eustathius Apollodorum grammaticum fuisse, qui Sophronis Mimos libro Commentario erat interpretatus. Eius auctoritate vtitur sæpe Athenæus. Libro autem VII. prouerbium adfert natum ex Sophronis verbis, καταπυγοτέραν ἀλφηστᾶν: cuius interpretationem ex Apollodori Commentariis subiicit. In verbis Athenæi nihil est obscuri: etsi ab interpretibus quoque malè sunt accepta. Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Σώφρονος τῷ εἰς τοὺς ἀνδρείους μίμους, προθεὶς τὸ, καταπυγοτέραν τᾶν ἀλφηστᾶν, φησὶν, ἰχθύς τινες, &c, quę ita sunt vertenda. *Apollodorus Atheniensis Commentariorum in Sophronem libro III. vbi viriles eius Mimos interpretatur, præpositis poëtæ verbis* καταπυγοτέραν τᾶν ἀλφηστᾶν, *scribit*, &c. Sed Eustathium decepit Epitomes huius confector, qui ex hoc loco negligenter lecto scribit in libro Hoëscheliano, τοὺς ἀκρατεῖς καὶ καταφερεῖς ἀλφηστὰς καλοῦσιν ὡς Ἀπολλόδωρος. Initio libri V. laudans Athenæus veterem morem hospites conuiuio excipiendi, δοκεῖ γὰρ, ait, ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικόν, rectè, & verè. Eustathius tamen legit, πρὸς φιλοσοφίαν, omnino ἀπροσδιονύσως & falso: sed ita inuenerat in Excerptis: nam & nos quoque in libro nostro ita inuenimus. Initio libri VIII. φαγησίαν ἑορτὴν appellat Eustathius ex iisdem Excerptis, quam membranæ φαγήσια, magis ex vsu veterum Græcorum, vel monente Herodoto. Mitto

dicere quàm sæpe in laudando hoc auctore aliis quàm ipsius verbis vtatur: quæ nos in Epitoma reperimus, vt locis non paucis lectorem monuimus. Si quis coniecturæ locus est, putem confectam Constantinopoli ante annos quingentos & ampliùs hanc Epitomen, ab aliquo grammatico: qualis fuit Hermolaus Byzantius, auctor eorum Excerptorum, quæ hodie pro Ἐθνικῶν Stephani libris in doctorum manibus versantur. Enimuero quicunque fuerit Eclogarius hic, neque eruditionis haud protritæ testimonium illi denegare, neque excusare interdum negligentiam possumus. Culpas hominis non paucas suis locis necessariò indicabimus. Eruditionis verò multa passim in eius verbis testimonia. Cuiusmodi est, vt ad rem veniamus, initio istius hypotheseos hoc, Ἀθήναιος μὲν ὁ τῆς βίβλου πατήρ. Eleganter *patrem* vocat, qui est auctor libri, & (si per veteres Latinos liceret) factor. Sed non habent Græci, cum omni sua copia, quomodo auctorẽ Græcè dicãt: nam & συγγραφεύς, & ποιητής, non in vniuersum de omni scriptione, sed de certis generibus dicuntur: etsi non negamus, συγγραφεὺς pro *auctor* simpliciter, cùm aliis vsurpari, tum Galeno passim, verùm aliter antiqui Græci, & quicunque sermonis diligentiores fuerunt. Propriâ igitur defectus voce, impropriè, sed eleganter πατὴρ βίβλου dixit. Quid differant κτίστης, ποιητής, δημιουργός, & πατήρ, quid ποιεῖν & γεννᾶν, non est loci huius explicare. Sic loqui amat & Galenus. Vt libro II. De causis pulsuum, ὁ γάρ τοι πατὴρ τοῦ δόγματος ὁ θεῖος ἐκεῖνος Ἱπποκράτης. In iis de Hippocratis & Platonis scitis, ὁ Ζήνων πατήρ ἐστι τοῦ περὶ τῆς φωνῆς λόγου τοῦδε. Theodoritus in præfatione libri. De hæresibus, οἱ διαφόρων δογμάτων πατέρες ἐγένοντο. Ruffinus, *Rem maioris gloriæ sequitur, vt pater verbi sit potiùs quàm interpres.* Libanius de sua fortuna, τῷ δὲ οὐκ ἄλλως οἷόν τ' ἦν, μὴ τὰ τοιαῦτα πάσχειν, πατέρι πολλῶν λόγων γεγενημένῳ. Et in vniuersum Græcis, primus cuiuscunque rei auctor dicitur πατήρ. Idem paulò post: πατὴρ γενόμενος τῆς τιμῆς· οὐ γὰρ ἦν ὃν ἐμιμεῖτο: πάππον τῆς διδασκαλίας etiam legas in primo Methodi apud Gal. & γεννᾶν τέκνα pro libros scribere, apud mellitissimum Synesium: γεγεννηκότας δόγματα apud Theodoritum, νόμων πατέρας apud Leonem Imperatorem: & νομοθεσίαν οὐκ ἀδελφὴν οὖσαν τῆς ὁδοῦ τῆς αὐτῆς ἀποκυηθεῖσαν φιλανθρωπίας; & similia his apud optimos scriptores. Addit Eclogarius ποιεῖται δὲ τὸν λόγον πρὸς Τιμοκράτην. In membranis aliquot scriptum est constanter, & hic & aliis multis locis, Echecratis nomẽ pro Timocrate. Credo id eò factum, quia apud Platonem in Phædone, cuius libri principium transtulit in sui initium Athenæus, Echecrates loquitur, non Timocrates. Plures & meliores libri eum, cui auctor misit hoc opus, Timocratem vocant. Atheniensem hunc fuisse suspicamur ex libri IX. principio: verùm incerta res omnino est. Sequitur, Δειπνοσοφιστὴς δὲ τούτῳ τὸ ὄνομα. Ita membranæ omnes: perperam. Viros doctos, qui descripto hisce libris conuiuio interfuerunt, Δειπνοσοφιστὰς fuisse vocitatos Athenæus ait, qui etiam τραπεζορήτορας eos interdum nominat. Ergo etiam id opus, quo descripti sunt illorum sermones, δειπνοσοφιστῶν λόγοι, vel ἱστορία (sic aliquando Eustathius appellat) vel breuiùs Δειπνοσοφισταὶ inscriptum est. Suidas, Ἀθήναιος ἔγραψε βιβλίον Δειπνοσοφιστάς. Scribe igitur cum eruditissimo Dalecampio, Δειπνοσοφισταὶ δὲ ταύτῃ. Vbi ait, commemoratos hoc libro pisces καὶ τὰς τούτων χρείας, intelligit auctorum locos de vnoquoque piscium ab Athenæo prolatos: non, vt putarunt, ipsorum piscium vsum. Nihil enim hic ea de re, at χρεῖαι & χρεῖαι apud philologos & grammaticos, ipsæ sunt auctorum ῥήσεις· paulò aliter alij scriptores, qui pro sententia mores informante vocem hanc vsurpant. Demetrius Phalereus, τὰ τοιαῦτα χρείας λαμβάνει τάξιν καὶ γνώμας. Inde rhetorum χρεῖαι. Si quis malit τὰς τούτων χρείας, *eorum vsum*, aut *vtendi modum*, interpretari, referemus ad ea quæ ex libris medicorum recitantur variis locis, super cuiusque cibi natura, conditione atque vsu. Placet tamen interpretatio altera: quam multi loci confirmant, vt cùm libro nono Vlpianum sic appellat Democritus: εὐθὺς μεταλαμβάνειν ἅπαντας τῶν παρασκευαζομένων, πρὶν μαθεῖν εἰ ἡ χρῆσις μὴ ἐκ τῶν ὀνομάτων παλαιά. Infit Eclogarius, καὶ ἔστιν ἡ τοῦ λόγου οἰκονομία μίμημα τῆς τοῦ δείπνου πολυτελείας· καὶ ἡ τῆς βίβλου διασκευὴ τῆς ἐν τῷ λόγῳ παρασκευῆς. Dalecampius postrema verba emẽdauit, scripsitque τῆς ἐν τῷ δείπνῳ παρ. Videtur membrum antecedens confirmare eam emendationem. Ita fuerit quæ dicitur ἐπιμονή, posita bis sententiâ eâdem. Sed malo tueri librorum consensum, & aliter interpretari seruatâ lectione editâ. Tria auctor ponit, δεῖπνον, λόγον, βίβλον· ait λόγον, id est sermones in conuiuio habitos, fuisse conuiuij μίμημα, vt quidque enim mensæ apponebatur, id erat dipnosophistis nouorum sermonum occasio. Qui autem fuerat sermonum ordo, idem ab Athenæo seruatus in huius operis contextu. Igitur vt cœnæ μίμημα & velut imago, sermones fuêre: sic sermonum sunt hi libri. Non abest quin hæc sit Abbreuiatoris mens & scriptura: qui tamen videtur sensisse, non rem gestam, sed merum Athenæi figmentum hoc totum fuisse conuiuium. Declarat mox particula δῆθεν neglecta interpretibus, cùm scribit, οἱ δ' ἐν τῷ δείπνῳ δῆθεν ἐπιδημήσαντες δειπνοσοφισταί, λόγοι. Separatur autem ἡ ἐγκύκλιος ἀπὸ τῆς ἄλλης παιδείας, hoc est, philologia & humaniores literæ à reliquis disciplinis. Sic illa sunt accipienda, vt fusè alibi probamus. γραμματικῶν οἱ χαριέστατοι, non sunt *festiuissimi grammaticorum*, quomodo vertêre docti: sed nobilissimi quique & doctissimi. Aristotelẽ iste imitatur, cuius in scriptis οἱ χαρίεντες passim τοῖς πολλοῖς opponuntur: ἤτοι, inquit Eustratius, τοῖς τυχοῦσι καὶ χυδαίοις οἱ χάριτός τινος μετέχοντες διὰ παιδεύσεως. Ita sæpe apud philosophum. In quarto verò Politicorum οἱ χαρίεντες dicuntur

homines

homines probi & frugi, qui nemini factam velint à se iniuriam. De Vlpiano loquens ait Breuiator, ὧν κατέτρεχε μετὰ καὶ τῶν ἄλλων ὅδε τι ἐφθέγγοντο, hæc vera est lectio, non κατῆρχε, quod placet nonnullis. Toto opere inducitur Vlpianus, & alios quidem, sed maximè Cynicos suis interrogatiunculis vexans, crucémque illis figens, hoc est, αὐτῶν κατατρίχων. Est autem allusum ad ea quæ de Vlpiano stomachabundus ait Cynulcus libro tertio. In istis, ἔχων ὄνομα τῆς κυρίας διασημότερον: Aldina editio vocem κυρίας asterisco insigniuit, vt mendi suspectam. frustra. nomen intelligit quod recèns nato parentes indiderunt. Libro IV. σὺ δέ μοι δοκεῖς ὦ Κύνουλε, τούτῳ γὰρ χαίρεις τῷ ὀνόματι, οὐ λέγω ὃ ἐκ γενετῆς σοι ἡ μήτηρ ἐκάλεσε. Similis sententia apud Libanium declamatione octauâ, πολλάκις ὑμᾶς τοῦτον ἀπὸ τῆς πράξεως ὀνομάζετε μᾶλλον, ἢ ὅπερ ὁ πατὴρ ὀνόματος ἔθετο. Idem, De sua fortuna γεγονότα γλώττης ἀδ' ὄνομα τῷ Νίσσει περισσότερον, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο καλούμενον, μᾶλλον ἢ ὅπερ ὁ πατήρ τι αὐτῷ καὶ ἡ μήτηρ ἔθεντο. Pergit auctor, & ait de eodem, ὅτι οὗτος ἀνὴρ νόμον εἶχε. Suidæ codex, ἴδιον νόμον εἶχε, non otiosa voce auctior. Doctissimum verò & discendi studio flagrantissimum Vlpianum ait auctor fuisse Κειτούκειτον nominatum: quod moris haberet, appositorum nihil comedere, πρὶν εἰπεῖν, κεῖται ἢ οὐ κεῖται; Ita edidimus ex fide membranarum: antè editum fuit κεῖται ἢ πῶ κεῖται, quæ scriptura ad vocis Κειτούκειτος veriloquium explicandum minùs quadrat. Sed iungamus censeo has duas lectiones, & scribamus, κεῖται ἢ οὐ κεῖται, καὶ πῶ κεῖται; Est autem verbum κεῖσθαι eo sensu quo hic sumitur, frequens in Græcorum interpretum libris. Dicunt enim κεῖσθαι παρὰ τῷ δεῖνι, quæ in eius scriptis leguntur. In Græcorum Commentariis, vt Nicetæ in Gregorium Theologum, aliorúmque, κείμενον est præpositus textus ad interpretandum, vt fieri amat ab interpretibus. Inter exempla quæstionum Vlpiani ponitur hæc, εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τῆς ἡμέρας μορίου, *an reperiatur in scriptis veterum Græcorum* ὥρα *pro diei parte*. Certum est, neque Platonis, Aristotelis, & æqualium sæculo, neque aliquanto pòst tempore has diei partes, quas horas vocamus, fuisse in vsu. Quare vocabulum ὥρα in antiquorum illorum scriptis illâ notione legi non potuit. Ideò Pollux libro primo, voces recensens quibus diei noctísque partes designantur, dictionis ὥρα non meminit. Sed mox scribit idem, ὥρα δὲ καὶ ἡμερόριον, ὡς Μένανδρος, ὀνομάζεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Et sanè ita est: quod posterioribus Græcis Latinísque hora significat, id priores qui gnomonum sciotericorum tantum vsum habebant notum, σημεῖον & στοιχεῖον dixêre, vt pluribus exponemus ad librũ sextum. Non nescimus Batonem comicum in fabula Ἀνδροφόνῳ nominasse ὡρολόγιον, sed inter νέας κωμῳδίας poëtas fuit hic Bato: cuius verba,

——ἔσω περιφέρων
ὡρολόγιον ζητεῖ τίς ἔχει λήκυθον.

In sequente quæstione, εἰ μήτρα κεῖται ἐπὶ τῶν ἐδωδίμων βρωμάτων: malim mutato numero, ἐπὶ τοῦ ἐδωδίμου βρώματος, vel ita potius, ἐπὶ τούτων ἐδωδίμων βρωμάτων. Daphnus Ephesius medicus, dipnosophistarum vnus, Abbreuiatori dicitur ἱερὸς τὴν τέχνην, καὶ κατὰ τὰ ἤθη, τῶν δ' ἀκαδημαϊκῶν λόγων οὐκ ἀπείρως ἀπτόμενος, id est, *vir, siue artem ipsius spectes, siue mores, diuinus.* Malè vir eruditus, *diuinos honores ob artis suæ peritiam meritus*: quasi esset idem ἱερὸς & ἀντίθεος, vel ἀποθεωθείς. Propriè dicitur ἱερὸς, homo θεῷ ἀνακείμενος, vt apud Iudæos Leuitæ, qui etsi non erant omnes ἱερεῖς, erant tamen ἱεροί. Dicuntur etiam ἱεροὶ homines religione ipsa tuti, Latinis *sacrosancti*: quales olim habiti populi quidam, vt Elei: quales item apud Romanos Tribuni plebis liberâ Repub. posteà Imperatores: apud omnes gentes legati & κήρυκες. Dio Chrysostomus, πολὺ τῶν σπονδοφόρων καὶ τῶν κηρύκων ἱερώτερος. Sed & pro homine sancto, atque excellentis virtutis accipitur. Eo sensu ἱερὸς τὴν τέχνην καὶ τὰ ἤθη Daphnus medicus hic dicitur, & Hippocrates libro nono ἱερώτατος. Vetus scriptor apud Suidam de Iacobo medico verè Christiano, etsi aliter scribunt alij: nam Photij verba sunt de hoc & ipsius patre, in Excerptis ex Isidori vita: ἄμφω δὲ καὶ ὁ παῖς καὶ ὁ φὺς ἀσεβεῖς ἦσαν, ex eorum, puto, sententiâ, qui magicas artes illis obiiciebant, aut ἀσεβεῖς appellat, non Christianos: nisi scribendum εὐσεβεῖς. οἱ ἰατροί, inquit, διέβαλλον αὐτὸν ἀεὶ καὶ ἐλοιδόρουν οἷα τινὰ οὐκ ἰατρὸν ἀλλὰ θεοφιλῆ τινὰ καὶ ἱερόν: hoc est, ceu diuinum aliquem virum, qui non arte homines sanaret, suáque industriâ, sed fauore numinis: sic Platonem vocat ἱερώτατον, libro XV Et Lucianus in Fugitiuis de eodem, ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος: eiusdem successores in schola ἀνθρώπους ἱεροὺς καὶ φιλολόγους alius apud Suidam nuncupat. Dio Cocceïus vocem Latinam *sanctissimus* vertit ἱερὸς, vt ad Suetonij Domitianum notabamus. Paulò aliter scriptor incertus in Suidæ Collectaneis, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἱερώτατος γεγονότα, de Antonio monachorum principe. Interpretes qui post τέχνην distinguunt, & sequentia verba vno spiritu cum reliquis huius periodi connectunt, suam sententiam nobis non probant. Atque hæc eò sunt à nobis pluribus exposita, ne quis temerè putet pro ἱερὸς, esse hoc loco ἰατρὸς τὴν τ. scribendum. Diuinum virum Galenum scribit auctor edidisse propè infinita συγγράμματα φιλόσοφά τε καὶ ἰατρικά, prætermittit scriptorum Galeni genus illud, quod maximè adfine est subiecto istius operis: quod quidem philosophicum propriè non est: ἰατρικὸν autem multò minùs. Suspicabar scriptum priùs fuisse φιλόσοφά τε (vel φιλοσοφικὰ) καὶ φιλολογικὰ, καὶ ἰατρικά. Multa Galenum scripsisse ad philologiam pertinentia, ipse testis est nobis. Tales erant, De dictionibus Atticis libri XLVIII. Nominum πολιτικῶν quæ apud Aristophanem, libri V. Quid autem appellet *ciuilia nomina*, declarat hic eiusdem Galeni locus è tertio commentario, in Epidem. Hippocr. φαίνεται Hippocrates συνήθως τοῖς τε καὶ διὰ τοῦτο σα-

φύσει τοῖς ὀνόμασι κεχρημένος, ἃ καλεῖν ἔθος ἐστὶ τοῖς ἐν Ἰωνικοῖς πολίταις, eorum quæ apud Cratinum libri II. De vocibus quæ sunt Comicis propriæ, liber singularis, & similia his alia. Enumeratis conuiuis omnibus, quorum numerus sanè magnus, ait Breuiator, ἦν ὁ κατάλογος οὗτος στρατιωτικός φασι μᾶλλον ἢ συμποτικός, respicit Archestrati versus de numero conuiuarum. Sunto, ait ille, conuiuæ quinque ad summum, non plures: maior numerus militum contuberniis quàm conuiuiis magis conuenit: verba poëtæ.

—ἤδη γὰρ ἂν εἴη
μισθοφόρων ἁρπαξιβίων σκηνὴ στρατιωτῶν.

CAPVT SECVNDVM.

Platonis imitatio, ἐπικυλίκειοι λόγοι, & ἐπὶ τῇ κύλικι λέγειν. Prouerbium, τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον. Veterum circumlationes, & similis superstitionis ritus. Larensis encomium. κριτική τις καὶ Σωκρατικὴ ἐπιστήμη. Socratis ars obstetricia. δίγλωττος ἄνθρωπος, & diuersarum linguarum peritia. Pandecta Iuris ciuilis Romanorum à Larensi condita error Eclogarij. Pindarus κακοπραγμονῶν(?) γασμένος. Euclides vetus Atheniensium Archon. Indicata & sublata aliquot menda.

RECTE' monebat auctor Epitomæ in fine superioris hypothesis, Athenæum in operis sui principio Platonem esse imitatum. Nam & prima verba manifestò prompta sunt de illius Phædone: & cùm ἐπικυλικείων λόγων meminit, Græcum dicendi genus vnâ voce expressit, quo vsus Plato, λέγειν ἐπὶ τῇ κύλικι: Verba illius sunt in Conuiuio, ὅτι οὔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι, οὔτε τι ᾄδομεν; Alij scriptores pro eo dixerunt, ἐπὶ τῆς κύλικος, vt Theophrastus & Plutarchus. In primæ periodi fine scribendum τοῖς ἑταίροις διηγεῖτο, non τοῖς ἑτέροις: hoc quoque à Platone. In eo qui proximè sequitur, versu.

τρὶς δ' ἀπομαξαμένοισι θεοὶ διδόασιν ἄμεινον.

scribunt multi veteres codd. τρὶς δ' ἀποδεξαμένοισι. Quam παραδιόρθωσιν non dubito ab illis profectam, qui veram scripturam non intelligebant, pridem expositam nobis ad Theophrastum. Omnino enim ad veterem circumferendi & lustrandi ritum allusit poëta huius versiculi auctor, siue is est Callimachus, siue Eratosthenes. Propriè id significatur hac parœmiâ, quod aliis verbis Cicero extulit, cùm ait, *Omnia leniùs casura rebus diuinis procuratis.* de Diuinat. lib. II. Longiùs deinde prouerbij vsus extendi cœpit, & tunc quoque vsurpari, cùm ad iterum subeundum exhaustum iam laborem hortari aliquem vellent. Sic hoc loco accipitur à Timocrate: eodem planè sensu atque illud vulgò notum, δὶς καὶ τρὶς τὰ καλά. Verebatur enim ille, ne graue esset Athenæo, longum adeò sermonem, narratum iam aliis, retexere, & vt poëta ait,

αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν.

Hæc loci huius mens, hic prouerbij istius vsus: quod etiam confirmat anus illa quæ apud Antiphanem, comicum, stimulans ipsa sese ad bibendum, φέρε, inquit, μέχρι τριῶν γάρ φασι τιμᾶν τοὺς θεούς. Ritui circumlationis, quæ voce ἀπομάττεσθαι declaratur, similis fuit veterum illa superstitio quæ in XI. Geoponicorum legitur, tergendi oculos tribus rosarum calyculis: quod dixit ille auctor, τρισὶ ῥόδων κάλυξιν ἀπομάξασθαι τὰ ὄμματα. Similia his multa item alia apud veteres, parum iis obseruata, qui adeò absurdas versiculi huius παρῳδήσαντες(?) interpretationes sút commenti. Proxima verba, εἶτα εἰσβάλλει μετ' ὀλίγον εἰς τὸν τοῦ Λ. ἔπαινον. malè tribuuntur ab interprete Timocrati, quasi Athenæi essent; quod falsum est: sunt enim illius qui hæc Excerpta excerpsit & contexuit suo filo. Sic extremo argumento, ὅτω νῦν ἀρχίσαι. Larensem suum plenâ manu dilaudans Athenæus, hoc etiam nomine facit illum mirabilem, quòd inter disputandum de rebus obscuris cum suis sodalibus, nihil temerè aut sine iudicio quæreret, sed mirâ quæstionum serie, de singulis cum critica quadam & Socratica scientia, vt qui maximè interrogaret. Hoc sibi volunt ista verba; ἐκ ἀβασανίστως οὐδ' ἐκ τοῦ παρατυχόντος τὰς ζητήσεις ποιούμενος, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα μετὰ κριτικῆς τινος καὶ Σωκρατικῆς ἐπιστήμης, ὡς πάντας θαυμάζειν τῶν ζητήσεων τὴν τέχνην(?). Quænam est ista quæso scientia critica & Socratica? aut Socratem criticum quis fando accepit vnquam? In eo libro quem de Critica fecimus, expositus est à nobis fusè hic locus: dicemus tamen hîc aliquid, declarandæ auctoris sententiæ. Nempe hoc significatur ab Athenæo, fuisse in Larensi magnam dialecticæ cognitionem, magnámque præceptorum dialecticorum τριβὴν & vsum. Eius facultatis est, docere nos πῶς δεῖ ἐρωτᾶν, inquit Philosophus VIII. Topicorum. Est quippe eiusdem artis, viam ad rectè interrogandum munire, cuius est præire ad bene respondendum. Scientiam vocat impropriè, quæ non est ἐπιστήμη, sed δύναμις, aut τέχνη, vt docent nos humanæ sapientiæ promicondi peripatetici. Addit verò κριτικὴν, non de illa vtique sentiens Critica, quæ tot hodie passim riuales habet, vnde Critici dicti Eratosthenes, Aristarchus, Crates, aliíque veterum: neque de illa etiam animæ κριτικῇ facultate, quæ luculentis verbis in extremo Posteriorum est à philosopho descripta: sed de ea quam diximus disputandi arte, cuius partem alteram Stoïci iudicium faciebant & vocabant. Sic Lucianus De Sectis, γυμνασάμενόν γε, inquit, πρότερον, καὶ κριτικὴν τῶν τοιούτων δύναμιν πορισάμενον. Atque hæc est illa ars obstetricia, siue μαιευτική, quam in Socrate adeò prædicat Plato. Eò respexit Athenæus cum dialecticam vocaret Socraticam scientiam. Etiam apud dicendi magistros genus orationis inuenias, quam propriè Socraticam

ticam veteres dixerunt, quòd esset per interrogationem concepta. Demetrius Phalereus, τὸ δὲ ἰδίως καλούμενον εἶδος Σωκρατικὸν, μεταρρυθμίσειεν τοῦτο τὸ πρᾶγμα τὸ προειρημένον εἰς ἐρώτησιν, id est, *Illa quæ propriè dicitur Socratica dicendi ratio, in interrogationem converteret sententiam, quam aliter alij conciperent.* Prætereà appellat Larensem auctor, Asteropæum & ambidextrum, quòd vtramque linguam, Græcam dico & Latinam calleret, atque vtrâuis posset vti. Magnum videlicet illis temporibus videbatur, duabus linguis posse loqui: quod in nescio quo habitum loco miraculi refert Galenus: δίγλωττός τις, inquit, ἐλέγετο πάλαι, καὶ θαῦμα τοῦτ' ἦν ἄνθρωπος ὡς ἀκριβῶν διαλέκτους δύο. *Bilinguis olim quidam dicebatur: erátque res miraculo mortalibus, homo vnus duas exactè linguas tenens.* Hæc Galenus in secundo De differentiis pulsuum. Quid obsecro dicturus, si patrum memoriâ reuixisset? Cùm quidem cerneret, vel in vna Lutetia quàmplurimos omnium disciplinarum peritissimos viros non δίγλώττους aut τριγλώττους: sed Latinè, Græcè, Hebraïcè, Chaldaïcè doctos? At enimuerò tam immensum DEI OPT. MAX. donum, & peculiare seculi huius decus, non iam neglectu, sed contemptu & ignauiâ & ἀφιλοκαλίᾳ nostrâ ne breui amittamus cautio est. Postea enim quàm docentium culpâ discentium ingenia ad λογομαχίας & funestas disputationum ἀπεραντολογίας sunt traducta, prorsus quod olim Laco dixit, ἔῤῥει τὰ καλά. Sed inutilium querelarum desinamus, & ad Larensis laudes redeamus. Ait Athenæus, ἔτι δὲ νόμων συναγωγὴν, ὃς ἔτι διδάσκει, inest orationi vitium: deest enim verbum sine quo non potest esse ὁ λόγος ἀρτίως: puta, ποιήσας, aut aliud simile. Imò verò ita scribendum est, ἔτι δὲ νόμους συναγαγὼν, & paulòpost, ἅδη κατασεσιγασμένος: nam κατασεσιγασμένον in nostram editionem è MSS. malè irrepsit. Quæ sequuntur verba, ὃς ἔτι διδάσκει, Athenæi non esse euincit particula ἔτι: neque enim sic esset locutus de re paucis antè institutâ annis. Sunt verò Abbreuiatoris, qui post Iustiniani tempora natus, & in liberalibus quàm Iuris ciuilis studiis versatior, putauit falsò Corpus legum, quæ in vtraque Roma & Beryti ipsius ætate docebantur, id ipsum esse quod à Larensi compositum ait Athenæus. Nos non dubitamus, si quem Romanarum legum Codicem Larensis vnquam composuit, delituisse eum in priuatarum bibliothecarum, aut etiam fortasse propriæ ipsius forulis. Nam si lucem vidissent illæ Pandectæ, aut in Iuris scholas semel fuissent admissæ, extaret haud dubiè illius hodiéque in Iurisconsultorum libris aliqua mentio: sicut perpetui Edicti, quod à Saluio Iuliano iisdem ferè temporibus fuit compositum. Adrianus Turnebus acerrimi iudicij vir, & profundæ eruditionis, emendabat olim, ἔτι δὲ νόμων συναγωγῆς: ingeniosissimâ coniecturâ: quam equidem neque probem, neque improbem temerè, priusquàm doctiorum super ea fuerint habita comitia. Pindarum dixit Eupolis comicus κατασεσιγᾶσθαι, id est, non solitum legi, sed silentio quasi obrui à sui temporis hominibus. Certum est, dictum hoc fuisse ab Eupolide, corruptam suorum hominum disciplinam & vitam obiurgante, quòd mollia & lasciua aliorum poëtarum erotopægnia Pindaricæ Musæ, hoc est, fœdam plumbi scoriam puro puto auro anteponerent. Euclides qui inter antiquissimos supellectilis librariæ collectores nominatur, Archon fuit Athenis non multo post institutum id genus magistratus. Is est enim de quo extat prouerbium πρὸ Εὐκλείδου, vel ἐπὶ Εὐκλείδου, quod nos multis exponimus & illustramus in nostro de prouerbiis libro. Lego deinde, καὶ ἔτι τὰ τούτου διατηρήσαντα βιβλία Νηλέα, παρ' οὗ τούτων. Vnius enim, quod sciã Aristotelis bibliotheca à Theophrasto priùs possessa, ipsius dein Theophrasti testamento ad Neleum peruenit. Nota historia ex Strabone, Plutarcho, Diogene. Discas ex Strabone quomodo illud παρ' οὗ mox sit capiendum: & quàm sit verum, emisse Ptolemæum à Neleo, aut eius posteris, libros philosophi.

CAPVT TERTIVM.

Indicantur errores aliquot quà librariorum, quà interpretum. ἑκατόμβη ἡ ψευδώνυμος. *Alcibiadis palma Olympica.* Λιάφρον. Χῖον κεράμιον: *vinum Chium: testa Attica.* παραβαλών. *Opum fructus maximus. Gellias Agrigentinus.* πυλωρῶν *&* πυλουρῶν, *praua lectio apud Eustathium.*

EXPOSITA Larensis liberalitate, erga doctos munificentiâ, ait Athenæus, τούτους ἴδοι καὶ τοὺς λοιποὺς αὐτὸς πλάνος, aut ego fallor, aut non est oratio ista Græca. Scribo ἐκ τῶν λοιπῶν: potest & alia emendationis ratio iniri, mutatâ voce πλάνος in πολίτας. Falluntur interpretes cùm putant hæc, τί μικρολογῶ; ex aliquo poëta sumpta esse. Athenæi illa sunt: sequentia verò πλᾶνί τε, &c. summi vatum, Iliad. β. Cononem narrat auctor duabus maximis rebus ex animi sententia confectis, ἑκατόμβην τῷ ὄντι θῦσαι ἢ ψευδωνύμως, verâ hecatombe fecisse, non falsò sic dictâ: intelligit centum boum sacrificium, non *centum pecudum*, vt visum interpretibus: ea verò est quã auctor falsam hecatombẽ appellat: at vera, vt vult ille, & grammatici etiam scribunt, ἐξ ἑκατὸν κυρίως βοῶν γίνεται, ex solis bubus, iisque centum numero constat. Sed neque de ratione vocis huius inter grammaticos, neque de illius vsu inter auctores constat. Propterea est illud additum, καὶ ἡ ψευδωνύμως. Exemplum hecatombæ falso nomine sic dictæ, esto sacrificium quod legimus aliquando fieri solitum ex centum ouibus, & boue vno. Hesychius, Βούπρωρον. θυσία τις ἐξ ἑκατὸν προβάτων, καὶ βοὸς ἑνός. Mox scribit auctor de Alcibiade, νικήσας ἅρματι πρῶτος καὶ δεύτερος, καὶ τέταρτος, ex sententia Thucydidis, non Euripidis, quẽ tamen in hac re videtur

ſequi. Scriptum eſt à Thucydide, Alcibiadem ex ludis Circenſibus Olympicæ ſolẽnitatis palmam reportaſſe, primam, ſecũdam, & quartam. Euripides, vt obſeruat Plutarchus, tertiam dixit loco quartæ. Sic Euripides in eo cantico, cuius meminit Athenæus.

σὲ δ' ἀείσομαι, ὦ Κλεινίου παῖ·
Καλὸν ἁ νίκα· κάλλιστον,
ὃ μηδεὶς ἄλλος Ἑλλάνων
ἅρματι πρῶτα δραμεῖν,
καὶ δεύτερα καὶ τρίτα.

Leophronis nomen non Λεόφρων, ſcribendum: ſed Λεώφρων, vt Λεωπρέπης & Λεώκριτος, aliáque hominum Athenienſium ad hoc exemplum: aut Λαόφρων, vt Λαοδάμας. Leuiculum hoc, illud non leue quod iam dicemus. Narrat dipnoſophiſta Ionem Chium tragicum Athenis coronatum contra ſuos antagoniſtas eiuſdem generis poëtas, viritim cuique ciuium dediſſe Χῖον κεράμιον, *fictile Chium*. Neque interpretibus neque aliis viris doctis, qui hunc locum tractarũt, vlla oborta mendi ſuſpicio in his verbis. Ac fieri poteſt, vt rectè habeant. Acriùs tamen cogitanti mihi de auctoris mente, videtur legendum Χίου κεράμιον, *vini Chij plenum fictile*, non Χῖον. Iudicij huius cauſſas habeo iſtas: primũ quod inter raræ cuiuſdã munificentiæ exempla recenſetur hæc Ionis diuiſio. Egregiam verò liberalitatẽ, teſtis Athenienſeis donare, populum celſi animi, & altũ adeò ſpirantẽ: Accedit eò quod Chiarum figlinarũ tam altũ apud veteres ſcriptores ſilentiũ, quàm frequens in eorum ſcriptis vini Chij habetur mentio. Quid quòd fictiliũ palma penes Athenienſes fuit illis temporibus? qua de re vide infrà capite XXII. Itaque figulina Athenas ex Chio aſportare, id verò fuiſſet quod Attici ſcurræ dicebant, Noctuam Athenas. Χίου κεράμιον igitur, vt apud alios κάδος Χίου. Hedylus, ἀλλὰ κάδοις Χίου με κατάβρεχε. Sed & Χῖον ſeruari poteſt, manente eâ quam aſſerimus ſententiâ. Sic Χία κύλιξ apud Hermippum, pro *Chij vini calyx*. & Κλεωναῖαι ὀξύβαφοι, apud Ariſtophanem, *aceti Cleonai acetabula*. & Machon, Παρὰν ἔχων δύο Χῖα, Θάσια τέτταρα. nempe κεράμια. atque ita recitantur verba Athenæi in Ariſtoph. ſcholiis, & apud Suidam non ſemel. In elegantiſſimis verſibus Antiphanis de vſu opum legitimo, ſcripſimus παραβοηθεῖν ex libris, pro πειθοῦν quod antè fuit: voce neq; huic loco aptâ, neque vſu receptâ. Τὸ παραβοηθεῖν elegans eſt, & vſu tritum verbum: de vicinis propriè vſurpatum, qui mutuas ſibi operas, opémque præſtant, vt quemque illorum premit neceſſitas. Poſtremorum verſuum ſententia, neque in illis plenè continetur, neque ab interpretibus rectè eſt expreſſa. Eſt autem hæc. Si magnarum opum poſſeſſio nihil aliud earum dominis afferret cõmodi, præter illam quæ eſu, potúque percipitur voluptatem: cauſſam eſſe nullam cur diuitias quiſquam expetat. Nam illam quam diximus voluptatem, diuitum, inopúmque ex æquo eſſe communem, paritérque ab vtriſque percipi. Quippe ſedari famem non qualitate exquiſitarum dapum, ſed conueniente cuiuſcunque alimenti quantitate. Quid eſt igitur, dicat aliquis, cur ἐν τοῖς μάλιστα ἀγαθοῖς, omnium ſuffragiis diuitiæ cenſeantur? Nempe hoc, quòd poſſeſſores ſuos liberales, velint modò, præſtant & munificos. Ex ſuperioribus Antiphanis verſibus, & ſermone Athenæi hanc eſſe paret ſententiam. Næ dignus erat hic locus, qui pluribus à nobis exponeretur: eſt enim illuſtris & planè philoſophicus Similia legas apud Senecam multa, & in Theocriti Charitibus: quæ inde petant ſtudioſi. Malim deinde, ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ Ἀκραγαντῖνος Γελλίας, non Τελλίας. Hic eſt ille mortalium munificentiſſimus Gellias, de cuius φιλοξενίᾳ & in omnes hoſpitalitate multa Diodorus Siculus, lib. XIII. nec pauciora Val. Max. lib. IV. cap. vlt. Sic reſcripſerat olim in ora ſui codicis, & Nicolaus Sturio Belga, vir doctiſſimus. Cæterùm quæ hîc narratur hiſtoria, penè ad verbũ è lib. XI. Timæi eſt deſumpta. In ea hiſtoria nouè dictum, πάντας πυλωρεῖν, pro *ſtare ad fores vt omnes prætereuntes inuites*. πυλωρεῖν, eſt τῶν πυλῶν ὥραν ποιεῖν, *ianuæ habere curam*: hic verò aliter, & vt dixi nouè: imò vt cenſeo barbarè. Aſſentior enim diuino viro Adriano Turnebo, qui correxit olim, πολυωρεῖν, *omnes ſuâ curâ dignãs, & ſtudio amplectẽs*. bene, rectè, ὀρθῶς. Eo verbo vtitur Athenæus. & libro quinto, ἐπολυώρει δ' ἂν αὐτὸν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ τὰ ἄλλα τῷ βίῳ φαῦλον. vtitur & alibi eo verbo: id ſignificat, præſtare ſe liberalem & munificũ erga aliquẽ. Ariſteas ſcriptor oppidò antiqu⁹. ὁ θεὸς πολυωρεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, χορηγῶν αὐτοῖς καὶ ὑγίειαν, καὶ εὐαισθησίαν, καὶ τὰ λοιπά. Penè prætermiſerã, quod prætermittẽdũ tamen non eſt: Euſtathiũ non ſemel aut iterũ, ſed ſæpius ex iſto loco Telliã vocare iſtũ virũ, nõ Gelliã: vt ſcias nõ hodie atq; heri deprauata eſſe Athenæi exẽplaria.

CAPVT QVARTVM.

Clearchus Solenſis: emendantur Euripidis codices. πᾶν πέριξ φρονεῖν, λέγειν τὰ κύκλῳ. locus Ciceronis illuſtratus. ἐλεῖν. Euripidis στιγματισμός. ἀνθύλλωσις ſiue μονθύλευσις. βομβυθυλίνειν. ὡραῖον & ὡραῖον. Charmi dicta exponuntur. τὰ ἀπὸ τῶν στρωματοδέσμων γράμματα· στρωματόδεσμοι & στρωματεῖς. Calliphanes ὁ τοῦ Παραβρύκοντος. Scyathus inſula. cõchæ Pelorides. γύργαθοι ψηφισμάτων. alia nõnulla.

EX omnibus Ariſtotelis diſcipulis nullus omnino eſt, vnico ſi fortè excepto Theophraſto, quem veteres pluris videantur feciſſe quàm Solẽſem Clearchum: quem quidem affirmat diſertè Ioſephus condiſcipulorum ſuorum οὐδενὸς γεγονότα δεύτερον. De hoc viro auctor loquitur, cùm ita ſcribit, ὁ τριχίδειπνος φησὶ σοφιστὴς Κλέαρχος φησί: poſtremum verbum culpâ librariorum in prioribus editionibus prætermiſſum, fecit vt putarent interpretes, Clearchum ab Athenæo τριχίδειπνον, ceu lautarum menſarum adſeclam

ſeclam, & gulæ mancipium vocatum eſſe. Gratia magna ſcriptis codd. qui ſapientiſſimum philoſophum turpis calumniæ exemerũt ignominiâ. Ita autem vertendum, *Sophiſta cœnarum diligens adſectator ait, Clearchum narrare,* &c. Sunt verba breuiatoris. Sophiſtam τραχέδειπνον intelligo Theodorum Cynulcum, cuius voracitas & λιχνεία multis operis huiuſce locis perſtringuntur. Ait Athenæus, ὡς μὲν τὸν ἰχθῦν, ἥκω λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος: eſt verſus primus Troadum Euripidis. Ait, ὡς δὲ τὴν χορδὴν, ἑλικτὰ, καὶ οὐδὲν ὑγιές. Euripidis verſus eſt ex Andromacha, vbi ſic legitur, ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πάντα πέριξ φρονοῦντες. mendoſè dubio procul. Guilielmus Canterus, vir doctiſſimus, & ni aliter eſſet ſuperis viſum, longiore vitâ digniſſimus, emendabat, ἀλλὰ πάντ' ἄπριξ. Puto verius quod venit nobis nunc primulum in mentem, —οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ φρονοῦντες. Idem ſignificant ἑλικτὰ φρονεῖν, & πᾶν πέριξ φρονεῖν, habere conſilia obliqua & curua, nec recta. Ita autem legiſſe in Euripide Plutarchum, poſtea obſeruauimus. Locus eſt in libro de malitia Herodoti 10. ὥστε ἄν τις εἴποι πρὸς αὐτὸν, δολερὰ μὲν τὰ ῥήματα, δολερὰ δὲ τὰ σχήματα τῶν Ἡροδότου λόγων, ἑλικτὰ καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ. Vſurpat iterum libro de communibus notionibus contra Stoicos, & iterum elegantiſſimè contra eoſdem Stoicos. ἐφ' οἷς, ait, καὶ τὰ πολλὰ θεῶν καὶ θειότητος αὐτοῖς βιβλία ἐντέτακται, ἑλικτὰ καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ ἐπιμεμηχανημένας, καὶ ἀποχρυπτομένοις διὰ φόβον ἃς ἔχουσι δόξας. Cicero ad Atticum de Varrone. *Ego mallem ad illum ſcripſiſſes, mihi illum ſatiſfacere, non quò faceret, ſed vt faceret, mirabiliter enim moratus eſt, ſicut noſti.* ἑλικτὰ καὶ οὐδέν. Nullus in toto Cicerone magis perſpicuus locus: quem tamen docti viri, qui eum librum interpretati ſunt, omnes malè cœperunt. non enim viderunt, de Varrone potiſſimùm vſurpatum eſſe à Tullio locum iſtum Euripidis, cùm certum ſit ex aliis earum epiſtolarum locis, de Varronis in ſe animo non aliter Tullium fuiſſe perſuaſum. Simile apud Ariſtotelem in Rhetoricis, λέγειν τὰ κύκλῳ, ambagibus vti, neque rem dicere ipſam: apud Lycophronem ἑλικτὰ κωτίλλειν, iſto verſu, ἑλικτὰ κωτίλλουσα δυσφράστους ὄπας. ſic accipit τὸ ἑλίττειν Galenus non rarò, libr. ſexto. De dogmatis Hipp. & Plat. ἄνω καὶ κάτω τοὺς λόγους ἑλίττων, ἀποσαφῶν δὲ οὐδέν. In libro de miſſione ſanguinis contra Eraſ. οἱ δὲ πολλάκις μὲν κατὰ ἄνω κάτω τοὺς λόγους ἑλίττοντες, ἐπέραναν δὲ οὐδέν. Ait, ὡς δὲ τὴν ὀρθυλευμένην τευθίδα, σοφὰ, σοφὰ σύ. Etſi non memineram initio, ex qua tragœdia eſſet hic verſus, Euripidis tamen eſſe non dubitabam. Duo in his tribus voculis animaduertebam, poëtæ illi admodum familiaria, vt teſtantur veteres etiam Critici. Obſeruant illi, ἐπίφορον eſſe Euripidem ad vocem σοφὸν, eáque vti plurimum. Hoc igitur primum: deinde alterum, ὁ σιγματισμὸς, fatale optimi poëtæ vitium: vt in Medea, ἔσωσά σ' ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι. in Ione, σὺ γοῦν ἔσωσας τὸν σὸν ὃν σῶσαι σ' ἐχρῆν. Incidi poſtea in iſtum verſum, percurrens eius Andromacham, σοφὰ, σοφὰ σύ· κατθανοῦ δ' ὅμως σὺ δεῖ. Porrò qualis ciborum paratura fuerit ὀρθύλευσις ſiue μορθύλευσις, (nam vtrumque dicitur) parum explicatè docēt nos Græci grammatici. Heſychius ὀρθυλευμένον ἄρτυμα interpretatur, τὸ διεσταγμένον, *condimentum olei* vel *aceti guttis irroratũ.* Sed non diſplicet viri, & Græcarum literarum, & naturæ totius callentiſſimi, Conradi Geſneri conjectura, pro διεσταγμένον, ſcribentis διασεσαγμένον. Quòd ſi doctis probemus, erit ὀρθυλευμένη τευθὶς, quæ Antiphani σακτὴ nominatur: eam interpretor *farctam.* & ὀρθυλεύειν, *indere impenſam* ſiue *farctũ.* Mirum cõdimẽti genus excogitauit interpres, qui ſic vertit, *loligo atramẽto ſuo perfuſa*: nobis neq; ſapit cõdimentũ, neq; placet cõmentum. Quid? putauit doctiſſ. vir, ὀρθυλεύειν propriũ eſſe habẽtium atramẽtum verbum, puta loliginum aut ſepiarum? Atqui σπλῆνα ὀπτὸν μεμορθυλευμένον reperimus lib. ſequente, & νάρκην ὀρθυλευμένην, & ἄρνα σύμπικτον ὀρθυλευμένον libr. VIII. in XIV. γαστρίον ὀρθυλευμένον. & Scholiaſtés Ariſtophanis in Equitibus, καρίκην interpretatur, κοιλίαν ἣν νῦν μορθυλευτὴν καλοῦσι. Lib. autẽ VII. ἀπόσφαγμα σηπίας apud Hippocratem, dicitur fuiſſe expoſitũ à nõnullis τὸ μέλαν τῆς σηπίας: id Dalecãpius probauit, & ad ὀρθύλευσιν retulit. Haud ſanè debuit: nã Athenæus ipſe improbat, & lõgè aliter explicat. Lege eius verba, & compone ſodes prolatum ibi locum Alexidis de ſepiarum conditura cum alio, qui eodẽ libro affertur ex eodem poëta, de loliginum ὀρθυλεύσει: intelliges non aliud eſſe ὀρθύλευσιν, quàm id quod diximus. Doctiſſimus Criticorum Heſychius, cùm verbum βομβυλεύειν interpretatur σὺν τῷ ὄρθῳ ἀρτύειν, duorum ſimul nos admonet. Non aliud eſſe βομβυλεύειν quàm ὀρθυλεύειν: & hoc propriè ſignificare cibos condire immixtâ ontho: quid autem per ὄνθον intellexerit is grãmaticus: vellem nos docuiſſet. Non enim id, opinor, quod Homerus, cùm Ἰλιάδ. ψ. tum alibi. Veriùs cenſeo, originem dediſſe huic voci coloris aliquam ſimilitudinem inter condimentum ita vocatũ, & verã ὄνθον. Heſychij locum & mutilum & corruptum ita ſcribe, βομβυλεύματα, τὰ μαγειρικὰ ἀρτύματα πολυτελῶς κατεσκευασμένα· ἤτοι τὸ σὺν τῷ ὄνθῳ ἀρτύειν. Ait, ὡς δὲ τὸ ἐν τοῖς ἑψητοῖς ὡραῖον, hoc eſt, cùm in paropſide piſciculis minutis plenâ inferretur ſalſamentum ὡραῖον. Ex lib III. diſcimus & ὡραῖον & ὡραῖον genus aliquod ſalſamẽti fuiſſe apud veteres: vt mirer interpretem non neceſſariò ſine libris hoc loco reſcribentem ὡραῖα. Subiectus verſus Homeri eſt,

Οὐκ ἀπ' ἐμοῦ σκεδάσεις ὄχλον ταλαπωρέ πρέσβυν;

Facetè ὄχλον vocat piſciculos, & minutos & viles, qui Grẹcis ἑψητοί. At vocabulo πρέσβυν, innuitur nõ minùs facetè ſalſamentũ factum è grandibus cetis, & quando capti ſunt, vetulis. In omnibus libris poſtrema verba Homerici verſus ſunt omiſſa. Ego non dubito integrum fuiſſe & pronunciatum, & ab auctore ſcriptum, eo quem

diximus ſenſu. Vltimum Charmi facetiarum exẽplum eſt hoc: Illatâ anguillâ cui fuerat detracta cutis, dixit Charmus, *ὦ προκαλυπτομένα βοστρυχώδεα*. Scribendum, *βοστρυχώδεος*. Eſt in Phœniſſis Euripidis, *ὦ προκαλυπτομένα βοστρυχώδεος ἁβρὰ παρθένος*. Adi ſcholiaſten. Addit Athenæus, Larenſis conuiuiis plures Charmo ſimiles inte fuiſſe, *ὥσπερ συμβολὰς κομίζοντας τὰ ἀπὸ τῶν στρωματοδέσμων γράμματα*: ineptè priùs editum, *στρωματοδεσμένων*. Vocant Græci *στρωματόδεσμον*, ſtragulæ veſtis inuolucrum: Beatus Auguſtinus in XXII. de Ciuitate Dei, *colligatum inuolucrum*. Solitos veteres ſtragulam veſtem pellibus inuoluere, & loris conſtringere, etiam Iuriſconſulti ſunt teſtes, titulo De ſupellectile legata. *Στρωματόδεσμος*, inuolucrum ipſum eſt, non lorum. Appianus III. Belli ciuilis, in proſcriptionis hiſtoria, *Ἄντιον ἡ γυνὴ στρωματοδέσμῳ κατειλήσασα, καὶ ἐπιθεῖσα τοῖς μισθοῦ φέρουσι*. Similis apud Plutarchum hiſtoria de Cleopatra, quæ & ipſa periculum fugiens, ſtragulorum in modum inuoluta *στρωματοδέσμῳ*, exempta noxæ, & ad Cæſarem eſt delata. Conſtat autem ex veterum lectione, (id nos alibi fusè probamus) & ſtragula ſuperiora, & inuolucrum iſtud, quod antiquiores *στρωματόδεσμον*, recentiores *στρωματεῖς* vocarunt, variis coloribus diſtincta ferè fuiſſe. Inde tranſlatæ eæ dictiones ad res ſignificandas varietate inſignes: cuiuſmodi fuit piſcis *στρωματεὺς* dictus ob coloris aurei virgas per totum illius corpus productas, inquit Athenæus libro VII. Similiter & viri docti Excerpta ſua ex variis auctoribus, aut propria etiam ſcripta, ſed veterum referta teſtimoniis, ſoliti *Στρωματόδεσμα*, vel *Στρωματεῖς* appellare: vt Clemens Alexandrinus, Origenes, Plutarchus, alij. Pari ratione Mnaſeas Colophonius, qui Pægnia ediderat *Σάλπις* (nomen hoc eſt piſcis diuerſi coloris, maculis diſtincti) nomen inuenit, *διὰ τὸ ποικίλον τῆς συναγωγῆς*, auctore Athenæo. Ita hîc accipio vocem *στρωματοδέσμων*: & *τὰ ἀπὸ τῶν στρωματοδέσμων γράμματα*, interpretor, veterum ſcriptorũ *χρείας*, quas conuiuæ ſymbolarum loco ex ſuis quiſque aduerſariis promebant. Ipſe auctor explicat ſe, ſcribens libri VII. initio, *οἱ δειπνοσοφισταὶ πάντες συνεισήνεγκαν εἰς αὐτὰς τὰς ἐκ βιβλίων συμβολάς*. & in octauo quoque ait idem, viros doctos ad Larenſis conuiuia ventitantes, præter *λογάρια* nihil afferre ſolitos. Sed in hoc libro locus alius eſt, qui hanc iſtius eſſe ſententiam luce meridianâ clarius facit. Vnus enim conuiuarum recitatis multis poëtarum verſibus, En inquit, mercedem quam domo huc attuli: ne quis putet veniſſe me in hoc conuiuium nihil habentem quod pendam *συγκομιδῆς* loco. Vide infrà capite octauo. *Μεσσήνιοι*, apud quos futili commento eruditi viri exiſtimationem collegit Charmus, Meſſanij Siculi fuére, Romanis dicti Mamertini, non Meſſenij in Peloponneſo. Charmo ſimilis Calliphanès, *ὁ τοῦ Παραβρύκοντος*, inquit auctor, id eſt, *qui ſolitus appellari Parabryconti*: filius videlicet: vt, *Θουκυδίδης τοῦ Ὀλόρου*. Non erat cauſſa cur mutaret hanc lectionem Dalecampius, & membranarum & Suidæ ſuffragiis probatam. Parabrycon, vt Pararenchon, apud Feſtum, *Non omnibus dormio*, & *παραμασυντὴς* pro paraſito, non ſemel in ſequentibus libris. Tranſit aliò Breuiator, & ex Athenæo locum deſcribit inſignem, quo indicatur vbi optima quæque edulia reperiantur. Extant eadem penè verba apud Clementem Alexandrinum Pædagogi libro ſecundo, vt dubium non ſit ex eodem aliquo vetuſtiore ſcriptore, & Clementem, & Athenæum deſumpſiſſe. Adſcribam verba Clementis, vt conferri poſſint. *Οἱ δὲ οὐκ αἰσχύνονται τὰς σφετέρας ἡδυπαθείας τὰς ἐν τῷ πορθμῷ τῷ Σικελικῷ σμυραίνας πολυπραγμονοῦντες, καὶ τὰς ἐγχέλεις τὰς Μαιανδρίας καὶ τοὺς ἐν Μήλῳ ἐρίφους, καὶ τοὺς ἐν Σκιάθῳ κεστρεῖς, καὶ τὰς Πελωρίδας κόγχας, καὶ τὰ ὄστρεα τὰ Ἀβυδηνά. οὐ παραλείποντες δὲ τὰς ἐν Λιπάρᾳ μαινίδας, οὐδὲ τὴν γογγύλην τὴν Μαντινικήν, ἀλλ' οὐδὲ τὰ παρὰ τοῖς Ἀσκραίοις τεῦτλα.* Omiſit Clemens thynnorum ad Pachinum captorum *τὰ ἠτριαῖα*. ita ſcribendum, non *τὰς ἠτριαίας*. Imperiti librarij *αι* pro *αι* ſæpiſſimè ſcripſerunt: vt paulo pòſt *ἰδαίλους* pro *ἰδαίους*. Frequens in his libris dictio *ἠτριαῖα*, apud Pollucem *ἠτρίδια τεμάχη*, minus rectè pro *ἠτριαῖα*. Mugilum nobilium patria Clementi Sciathus, & Polluci libro ſexto, capite decimo, ac noſtro, Symæthus. Scribe vbique *Σκύαθον*, per *υ*: aut *Σκίαθον* per *ι*. nam vtroque modo libri veteres. Martianus Heracleota in Periegeſi iambicis verſibus ſcriptâ: *Κεῖται δὲ καὶ νησίδια αὐτῆς πλησίον, Σκῦρος Πεπάρηθος, Σκίαθος.* Mox, *Νήσους δ' οἰκοῦσι τὴν Σκῦρον δὲ, καὶ τὴν Σκίαθον ἐκ Θρᾴκης διαβάντες, ὡς λόγος Πελασγιῶται.* Inſulæ in Ægeo nomen: & ſub libri huius finem *Σκύαθος νῆσος*. Plinius libro quarto, & Ptolemæus. Adiicit his, *καὶ τῶν ἀδόξων δὲ τὰς Πελωρίδας κόγχας*, id eſt, *& inter ea quæ viliora ſunt, celebrabant dipnoſophiſtæ conchas Pelori*. Non dicit inter conchas parui æſtimari quæ capiuntur ad Pelorum: ſunt enim Pelorides in genere concharum nobiles. Sed inter ciborum genera conchæ ſunt ignobiles, item mænides, & quæcunque deinceps hoc loco nominantur. Falluntur & qui aliter interpretantur, & qui pro *ἀδόξων* volunt ſcribi *ἐνδόξων*. Proximè ſequentia etiam verba, inuitis omnibus Muſis, tentata ſunt ab interprete: qui pro *γυργάθους ψηφισμάτων φέροντες*, legit, *γίγαρτα*. Fidem hominum, quis fando audiuit, aut legit vſquam *vinacia plebiſcitorum*? Si quid eſſet mutandum, ſcriberem *ὁρμαθοὺς ψηφ.* ſignatâ & dominante in ea re voce. Theophraſtus, *ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσί.* Sed nimis delicato palato ſumus, ſi non ferimus hîc *τὸ γυργάθους*. Ita propriè dicuntur reticula, quibus vſi veteres in portando pane, & aliis id genus, vt dictum nobis alibi. At facetiſſimus Ariſtophanes geſtare ait ſuos ciues *ψηφισμάτων* non *ἐχίνους*

ἐχίνους aut ὀρμαθὸς, verùm γυγγάθους: perſtringens vel in vniuerſum Athenienſes, vt litibus & iudicus deditos nimis: quod nemo neſcit qui hiſtoriam Atticam non planè ignorat: vel priuatim demagogos, qui in legibus & ſenatuſconſultis figendis ac refigendis erant toti. Porrò extat hic ipſe Ariſtophanis locus apud Iuliũ Pollucem libro decimo, cap. xxxv. vbi tractans de vaſis ad vſum fori, προσθεῖον, ait, τούτοις καὶ γύγγαθον καὶ θύλακος. Ἀριστοφάνους ἐν Δαιταλεῦσιν εἰπόντος, ἢ μὴ δικῶν τε γύργαθος, ψηφισμάτων τε θῦλακος. Archeſtratus ganeonum infamis laniſta, non malus alioquin poëta, dicitur auctori Συρακούσιος, ἢ γελῷος: ſcripti habent γελοῖος: malè, ſed poteſt etiã γελαῖος ſcribi. Vide Stephani Ἐθνικά. Huius poëma non γαστρονομία vel Δειπνολογία, vt hic, ſed γαστρολογία nuncupatur libro ſeptimo, ex Lycophrone De comœdia: fuit de cibis & gulæ irritamentis.

CAPVT QVINTVM.

Platonis contubernium: σύσσιτοι, ὁμοσίπυοι, ὁμόκαπνοι & κοινόβιοι. Iupiter Ἀπόμυιος in Elide, & ſacrificium Eleorum perdendis muſcis. δέμας pro virili membro. Euſtathij incogitantia: πλεκτὰ πολύποδος, ἐθέλειν pro πεφυκέναι ἐπιήρανος εἶναι, neruus obſcæna notione: Hieronymi locus. ῥαφανίδωσις pœna adulterij apud Athenienſes. κατέχειν pro meminiſſe. digitũ δεῖν. locorum aliquot emendatiotiones.

REPREHENDIT Archeſtratum Athenæus, auctorem eius ſententiæ, quæ ſummum conuiuarum numerum ſtatuebat non vltra quinque: opponit huius iudicio auctoritatem Platonis, in cuius συσσιτίῳ octo & viginti ipſos ait fuiſſe. Hunc numerum probant membranæ, & nos cum illis. Συσσίτιον eſt contubernium, & hominum eâdem quadrâ viuentium cœtus. Conſortes eiuſdem συσσιτίου Charondas in Legibus ſuis ὁμοσιπύους, Epimenides Cretenſis ὁμοκάπους, Pythagoras κοινοβίους dixêre. Interpretes de conuiuio Platonis hæc interpretati, auctorem mendacij reum fecerunt, ſecuri nimis tam de ſua quàm illius exiſtimatione. In Platonis dialogo, cui è re Conuiuio eſt nomen inditum, plures decem aut duodecim conuiuas poſſe numerari pernego. Mox pro ὦ 'πάγα, membranæ ὦ 'ναγα: non probo, niſi aliud quid hic latet. Quæ de Olympiacis muſcis in Antiphanis verſibus leguntur, planiora profectò eſſent, ſi apud auctorem ipſum, Athenæum dico, nobis legerentur: Eclogarius cùm iſta ſic conciderer, ſui opinor aliquam, noſtri non magnam rationem habuit. Sed obſcuritatis alia acceſſit cauſſa, ſupinitas librariorum, qui omnia inquinarunt: nam in membranis non τοὺς ἀκλήτους, ſed τοῖς ἀκλήτοις, ſcriptum. Sequamur nos illam lucis ſcintillam, & ita corrigamus.

Ἀεὶ δ' ὥσπερ Ὀλυμπιάσιν φασὶ ταῖς μυίαις ποιεῖν,
βοῦν τοῖς ἀκλήτοις προκατακόπτειν πανταχοῦ.

Proferebat iſta apud poëtam, patronus aliquis vmbrarum, & eorum qui inuocati veniunt ad conuiuia: neque aliâ fine nunc apud Athenæum recitantur: quod ex præcedentibus maniſeſtiſſimum. Ait igitur, Bonum factum fore, ſi iſti alieno ſumptu alantur, fiátque illis quod ſolet muſcis Olympiæ: hoc eſt, vt non priùs incantur ab iis qui volunt vnà eſſe, conuiuia, quàm in gratiam paraſitorum bouem mactauerint. Hoc enim illud eſt, quod fieri ait muſcis Olympiæ. Plinius libro XXIX. cap. VI. de muſcis loquens, *Nullum animal minùs docile exiſtimatur, minoriſve intellectus: eo mirabilius eſt Olympia ſacro certamine, nubes earum, immolato tauro Deo quem Myiodem vocant, extra territorium id abire.* Religionis originem narrat Pauſanias in Eliacis: traditum ab Hercule inſtitutum tenuiſſe Eleos, & Iouem cognomento Ἀπόμυιον coluiſſe, ἐλαύνοντα τῆς Ἠλείας Ὀλυμπίας τὰς μυίας. Alius deus Myiagrus ab iiſdem Eleis cultus, referente eodem Plinio libro X. cap. XXVIII. aut ſi non eſt alius à Myiode Myiagrus, parum ſibi conſtat Plinius. Illud admodum ſuaue, quod ſacrificium in honorem Iouis, muſcarum auerruncatoris fieri ſolitum, ſic iſte interpretatur, quaſi in illarum gratiam fieret: vt eſſet muſcis vnde lautè & dapticè accipiantur. In Platonis comici proximo loco, claudit hic verſus, Ἔπειθ' ὕμνει; ἐκεῖ τῆς πλευτᾶς πολύ. ſcribe, πλευτίας, vel παρὰ πολύ: notum eruditis genus dicendi. Sequente verſu ἐνταυθοῖ poſtulant Helleniſmus & lex metri, pro ἐνταῦθα. Suadet mox Philoxenus edi bulbos à conuiuis quàm plurimos: deinde conſilij huius rationem reddit, & vtilitatem exponit, τὸ γὰρ δέμας ..... αἴρεσθαι. In vacuo ſpacio deeſt vox, quam neque exarati manu codd. habent. Imitemur nos ſapientiſſimam Naturam quæ pati vacuum non poteſt. Scribendum aio, τὸ γὰρ δέμας οὕτως αἴρεσθαι, vel αἴρεσθαι αὖ. Vtere, inquit, bulbis multis: conducunt enim rationibus Veneris. Caue credas bulborum eſu corpus firmari, quod aiunt interpretes. Facere ad Ἀφροδίσια ἔργα quis neſcit? Sed Dalecampium fefellit vox δέμας, poëticè hic poſita pro viri natura. Conſuleret Euſtathium cuius ſunt hæc, οἱ σεμνότεροι δέμας τὸ αἰδοῖον καλοῦσι· καὶ κατῆρξεν εἰς τοῦτο Πλάτων ὁ κωμικός, ποιῶν δοκεῖ δὲ πολὺς ἐν Ἀθήναις φύεσθαι, ὅτι τὸ δέμας αἴρεσθαι τοῦτ' ἔστι τὸ αἰδοῖον ἐκτείνει. Hæc ille, vbi vides eius incogitantiam; tribuit enim Platoni, Philoxeni verſus, quia illos Plato in vna ſuarum comœdiarum deſcripſerat. Scribo paulo pòſt, Πολύποδος πλεκτὰν δ' ἂρ ὄντα λόγια κατὰ καιρόν, etſi poteſt ferri πλεκτή. Poëticum vocabulum eſt, πλεκτὴ pro πλεκτάνη & πλεκτὴ πολύποδος, poëtica periphraſis eſt: *cirrus polypodis*, pro polypus. Βίη Ἡρακλῆος, Hercules: *ſententia Catonis*, Cato. De mullo canit Philoxenus, τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπιήρανος εἶναι, negat eſſe Veneri amicum. Studioſi lectionis Platonis agnoſcunt genus dicendi Atticum, οὐκ ἐθέλει, id eſt, οὐ πέφυκε: neruo eſt

eſt indoles illius & natura: ἐπίηρανος εἶναι, *adiuuare, fauere.* Homerus, ἐπίηρα φέρειν, vel ἦρα. Interpres accepit pro εὔβολος εἶναι, & νεῦρα *funem* interpretatur. Tu cape vt in illo Iuuenalis, —*menſura incognita nerui:* & apud Hippocratem μωρὰ νεῦρα, quæ non poſſunt ἐπαίρεσθαι: & in prouerbio, οὐδὲν σ' ὀνήσει βολβὸς ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς. Ita interpretor in Theopompi comici verſu apud Pollucem, ἄτονος, ἄνευρος, ἀδωνὶς, ἀσύντακτος. hinc Ariſtophani νευρᾶσθαι pro σύειν. Euſtathius, δοκεῖ καὶ ἡ τρίγλη ἄσυντις εἶναι, ὡς δηλον ἐκ τοῦ, οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπίηρανος εἶναι· ἔχειν ἱεράσμια τοῦ κατὰ ἀνθρώπων ἀφροδισιακοῦ νεύρου. Propter iſtam nerui ſignificationem, κακεμφάτως & comicè loqui cenſet doctiſſimus Hieronymus, qui dicit cum Terentio, *neruos intende.* Hoc nomine dat illi pœnas Ruffinus Preſbyter. Dixerat Ruffinus, *Quid tibi videtur? habéſne vltra aliquid, quò neruos tuæ loquacitatis intendas?* excipit Hieronymus, *Et indignaris ſi putidè te loqui arguam? cùm comœdiarum turpitudines, & ſcortorum amatorúmque ludicra Eccleſiaſticus ſcriptor aſſumas?* Totius reprehenſionis cardo vertitur in ea notione vocis *neruus*, quam diximus. Auctor vitæ Origenis, φασὶν αὐτὸν νεῦρον ἀποτετμηκέναι διὰ τὸ μὴ ἐνδοῦναι περιοχλεῖσθαι. Igitur mullus quidem, auctore Philoxeno Venerem nihil adiuuat: Scorpius verò piſcis etiam extinguit penitus. Addit namque, Σκόρπιος σοι παίσει γε σοῦ τὸν πρωκτὸν ὑπελθών, id eſt, *ſcorpius* inſtar peſſi *per anum ſubiens facilè extinguat in te* Venerem, ſiue νεῦρα τάσιν, aut ſimile quid. Legibus Athenienſium adulteri ἐπ' ἔργῳ deprehenſa pœna fuit ῥαφανιδοῦσθαι. Raphani loco vtebantur nonnunquam mugile piſce, interdum ſcorpione. De mugile notum illud Iuuenalis, —*quoſdam mœchos & mugilis intrat.* Scorpione quoque abuſos in eam rem veteres, colligimus ex hoc loco. Nam quid aliud dicamus ſignificare iſta, τὸν πρωκτὸν ὑπελθών? Virum eruditum qui vertit *in ventrem delapſus*, pudeat facti, ſi reuiuiſcat. Lepidiſſima ſequitur iam hiſtoria ex Chryſippo deſcripta, in qua præter illa quæ ex libris correximus, ſunt nobis quædam animaduertenda. Ἐγὼ κατέχω, inquit, τινὰ ὀψοφάγον. Dalec. *Domi lurconem habeo.* Imo verò, *memini.* Latini, *repeto*, vt Suetonius & Plinius in epiſtolis ſæpe, item Iuriſconſulti paſſim, vel *teneo*: vt A. Gellius: vel *detineo*, vt ad Herennium libr. III. *ſi formam eius detinebimus*, εἰ τὸ εἶδος αὐτοῦ καθέξομεν, vel κρατήσομεν: nam & κρατῶ, idem libro VII. κρατῶ τῆς λέξεως. At κατέχω vſus & Theophraſtus, in editis nuper à nobis, τῶν ὀνομάτων ἐπῶν τοῦτο ἐν μόνον κατέχειν. Lycophron Menedemo, Δίωνα οὐδὲν τοῦτον κατέχω διὰ ἀπειρίας. Infrà libro VI. οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν τῶν ᾀσμάτων κατέχειν. Sic accipiendum eſſe hîc, probant ſequentia, ἔφασαν γὰρ αὐτόν. Ita igitur vertendum erat, *Memoriâ teneo lurconem quendam fuiſſe, quem tantùm aberat vt aliorum puderet, quoties ingenio vteretur: vt palàm in balneis manum in calentem demittens aquam, aſſuefaceret calidis, & os quoque calidâ collueret: eo videlicet fine, vt minùs ipſi calibi cibi eſſent moleſti. Solitum hunc narrabant coquos clam demereri, vt omnia menſis quàm calidiſſima inferrent, vt cuncta ſolus ipſe comederet, cùm non poſſent cæteri præeuntem ſequi.* Negatio hoc loco, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεπτωκότα τοῦ μὴ ἐντρέπεσθαι, ſine damno ſententiæ, vt & alibi, poteſt abeſſe, ἐκπεπτωκὼς τοῦ ἐντρέπεσθαι, *alienus ab omni pudore, impudentiſſimus.* Illis verſibus qui ex Crobylo huic narratiunculæ ſubiungũtur, gloriatur belluo quidam, habere ſe πρὸς τὰ θερμὰ τοὺς δακτύλους δήπουθεν ἰδαίους, ſcriptũ erat ἰδάμας: quæ vox Græca non eſt: vera lectio ex MSS. & Suida reuocata in ſuum locum. Is grammaticus τὸ ἰδαίους exponit ψυχρούς, *frigidos.* An quia putabat deriuatam ab ἴδη vocẽ, quod nomen eſt apud geographos Phrygij mõtis: apud Poëtas cuiuſuis? Certum eſt alludere poëtã ad Idæos Dactylos, quorum nota induſtria & inuẽta. Sic nominatos ſcribunt à ſtrenuitate miniſterij, quod matri Deûm exhibebãt, ὅτι καὶ οἱ τῆς χειρὸς δάκτυλοι τεχνῶνταί τι καὶ πάντων ἐργάται. Pollux inquit. Itaque digiti ἰδαῖοι, ſunt exercitati & docti. Sũt è veteribus qui tradant ferri metallum ab iſtis primùm in Ida mõte fuiſſe inuentum. Quid ſi igitur digitos ἰδαίους hîc *ferreos* interpretemur? Turnebum ita olim interpretatum eſſe accepimus. Scripſimus, ὥστε τοὺς αὐταπάσαντας ἀποπνίγεσθαι, fidem ſecuti MSS. *καταπίνειν, deglutire*: malim ἀναπάσαντα. Priores editiones & interpretes ἀνακάμψαντα, *domum reuerſũ*, quod non damno. Vocem οἶνον paulò ante, Suidas non habet, & quàm bene inter ἡδύσματα vinum recenſeatur, viderint οἱ περὶ ταῦτα δεινοί.

CAPVT SEXTVM.

Explicantur voces ἐλυτροῦν, περιπέταλον, γανὸν, κανίζειν, ſiue καπίζειν: foculorum inuentum ad opſoniorũ in mẽſa calefactionẽ. Seneca locus, ἐσχαρίδες, arulæ, θαύματα. Cyclops Philoxeni. Apicij tres. Apiciana condimenta. Suidæ peccata multa. Subadiuuæ.

LEPIDISSIMA hiſtoria eſt quã refert ex Clearcho Athenæus, de Pithyllo Liguritore: qui vt cibos quã feruẽtiſſimos poſſet vorare ſine offenſione linguæ, non ſolùm membraneo tegmine eam inuoluebat: ſed hoc amplius, cruſtã illi ceu loricã inducebat. Sic interpretamur τὸ προσελυτροῦν. Ac placebat initio ſcribi, ἀλλὰ καὶ πρὸς, ἐλυτροῦν τὴν γλῶτταν. Sed vulgatã lectionẽ habet Suidas, & in Πίθυλλος, & in περιγλωττίς. Propriè ἔλυτρον eſt inuolucrum alicuius rei, aut theca, vt in Sympoſiacis Plutarchi, κυλικνίων ἀργυρῶν ξυλίνοις ἐγκειμένων ἐλύτροις. In quinto ſermone Stobæi, quidã populus narratur τὰ κεράμια τῶν χρυσείων χυτοῖς ἐλύτροις φυλάττειν, *in thecis aureis ſeruare teſtacea vaſa*: nõ *oracula*, vt ineptè vertũt. At in hac narratione ἐλυτροῦν accipimus pro incruſtare, ſicut fit in figulinis vaſis: Galli hoc dicũt *verniſſer*. Græci propriè περιπεταλοῦν: accreſcit enim tenuis operi cruſta quam πέταλον appellarũt: non ſẽper enim laminã ea vox deſignat: interdũ bracteam potiùs. Sanctiſſimus pater Chryſoſtomus in eam Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes, ὁ τῶν

Περσῶν

Περσῶν βασιλεὺς χρυσοῦν εἶχε τὸ γένειον, τῶν περὶ ταῦτα δεινῶν, καθάπερ τῷ χρόνῳ, ὥστε καὶ ταῖς ἐκείνου θριξὶν ἐνηλιασμένων τὰ πέταλα τοῦ χρυσοῦ. Videtur Persarum rex non veris laminis barbę pilos inuoluisse: verum bracteæ aureæ illitu aureum colorem barbæ conciliasse. Interpres tamen Heruetus, vir eruditus, aliter accipit: de quo iudicium esto lectorum: nam ab illo stat verbum ἐνειλισσομένων, laminæ potius quàm bracteæ conueniens. Sed nō desunt auctorum loci, vbi πέταλον de bracteis accipiendum necessariò, non laminis. Inde est περιπεταλοῦν dictum: quod verbum confundit Glossarij auctor cum alio affinis significationis, γανοῦν. Sic ille, *stagno*, περιπεταλῶ, γανῶ, λιμνάζω. γανῶ, *stagno*, γανωτὴς, *stagnator*. Nesciuit distinguere inter *stagno* & *stanno*: siquidem ita scripsit. Deinde aliud est περιπετάλωσις, figulinæ, vt puto, vocabulum, aliud γάνωσις. Vasa ærea, sicut & fictilia, stanno illinebant, vt argentea viderentur. Κασσιτέρου ἀλείφειν hoc dixerunt, & γανοῦν. Eustathius, Τὸ γανοῦσθαι λαβοῦσα ἐξ Ὁμήρου καὶ ἡ χυδαία γλῶσσα ἐπιλέγει αὐτὸ χαλκώμασιν, ἃ κασσιτέρῳ ἀλείφειν χρῶζε πρὸς ἀργυρωμάτων ὑπόκρισιν· γεγανωμένα γὰρ καὶ αὐτὰ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν λέγει). Sed aliam γανώσεως caussam affert Plinius libro XXIV. *stannum, ait, illitum æreis vasis, saporem facit gratiorem, & compescit virus æruginis.* Inuentum est antiquissimum, etiam ante Homeri tempora. Eustathius ad Iliad. Ψ. Δηλοῖ δ' ἐν τούτῳ ἡ ἀμφιδίνησις τοῦ κασσιτέρου χύματος τὸ γάνωμα ὅπερ ἐπινοοῦνται πρὸς ἀργύρου ἀπεικασμα. In libris medicorum legas sæpe vasa γεγανωμένα vel ἀγάνωτα, & apud Dioscoridem κεκασσιτερωμένα. Fictilia verò antiqui κωνοῦν, id est, pice liquidâ illinebant. Picationis caussam declarat Alexander in problematis: ne liquorem infusum æstate exudent: qui aliam caussam comminiscuntur, errant. Vasorum πισσωτῶν & ἀπισσώτων, & κωνιστῶν καὶ ἀκωνίστων frequenter medici meminére. In XI. Geoponicorum ἀκώνιστα scriptum. In XII. scribo, ἐν κεραμέαις ἀχρίστοις, *non illitis*: non vt editum est, ἀχρύσοις. Reperio in libris Hebræorum etiam כסף מצפה על-חרש *argentum testæ illitum*: quo artificio hodie non est opus: cum incrustatione eâ quæ fit martiæ coctæ oblitu, fictilia porcellanas æmulētur, quibus nullū ἀργύρωμα, si sapiam prætulerim. Τὸ γανοῦν venustè ad alia transferunt scriptores. Plutarchus epitheta vocat orationis γανώματα, libro V. Sympoſiacorum, loquens de Empedocle, οὐ καλλιγραφίας ἕνεκα τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθότος. Clemens Alexand. ἐπεισδυσάμενος τὸ γάνωμα τῆς δόξης, idem alibi, ἐν ᾧ ἐνεχαράξατο τὸ γάνωμα τῆς θεοσεβείας. Alexis in Πονήρᾳ de salsamenti paratura, ἐπιγανοῦσαι σιλφίῳ: alij poëtæ ἐπαγλαΐζειν eodem sensu. Vt ad pensum redeamus: non solùm Pithyllum, sed omnes gulæ proceres feruentes cibi olim iuuabant. Seneca epistola XCV. *Quid? illa purulenta, & quæ tantum non ab ipso igne in os transferuntur, iudicas sine noxa in ipsis visceribus extingui?* Eâ fine foculi sunt inuenti, quibus in mensam pruna defertur. Seneca epistola LXXXV *Circa cænationem eius tumultus coquorum est, ipsos cum obsoniis focos transferentium: hoc enim iam luxuria commenta est. Ne quis intepescat cibus, ne quid palato iam calloso parum ferueat, cænam culina prosequitur.* Sic loquitur quasi ipsius ętate foculorum vsus cepisset: quod non ita est: neque sic eius verba accipienda. Apud Aristophanem Acharnensibus, cupiens quidam conspectam anguillam posse statim vorare, δμῶες, ait, ἐξενέγκατε τὴν ἐσχάραν μοι δεῦρο καὶ τὴν ῥιπίδα, id est, *heus famuli ex ædibus huc afferte foculū & flabellum.* Ait ibi Græcus interpres, dici vulgò hoc genus ἐσχάρας, ἀρυλαν, hoc est, *arulam.* Hesychius rectè interpretatur πυροφόρον σκεῦος. Clemens quoque Alexandrinus inter luxus instrumenta ἐσχαρίδας ἀνθράκων recenset. Potest de his intelligi versus Plauti in Capteiueis, *Laridũ atque epulas foueri foculis feruentibus.* Meminit & Plutarchus in Crasso, sed in diuerso vsu, cuius aliud exemplum apud Tullium in ea pro domo sua. Mox Aristotelis locum sic melius vertas, *Qui in circulis conciones habent, totúmq; diē præstigias spectant, & cum iis sunt qui è Phasi vel Borysthene hùc appellunt: legerunt autem nihil quicquam, nisi forte Cœnam Philoxeni, nec eam quidem totam.* Τὰ θαύματα esse præstigiatorum offucias, & θαυματοποιίας, deceptósque persæpe in ea voce fuisse interpretes, & Athenæi, & aliorum auctorum, monebamus in Comm. Theophrasti Scribo autem cum Dalecampio, πλὴν εἰ τὸ φιλοξένου δεῖπνον, καὶ τοῦτο οὐχ ὅλον, vel οὐχ ὅλον δὲ τοῦτο. Ingeniosū fuit illud Philoxeni commentum quod ex Phania hic describitur. In ea narratione non concoquo ista, τὴν δὲ πολὺ ἀρωτημένην οὐκ ἀποκρινεῖσθαι, διότι νεωτέρα ἁλοίη· διὸ μὴ παρακολουθεῖν. Negat pusillum hunc mullum Philoxeno responsum petenti voluisse dare. Quod verum esse negamus nos. Quid? nonne clara illius responsio videtur tibi inesse in his verbis? διότι νεωτέρα ἁλοίη, διὸ μὴ παρακολουθεῖν, & sequentibus. Mihi quidem videtur. Scripturus Philoxenus de amoribus Cyclopis & Galateæ, mullillum sibi appositum de rebus Nelei Galateæ patris interrogauit: is respondet tandem, se iuuenem captum esse: propterea interesse iis rebus non potuisse, neque ea scire quæ sciscitaretur Philoxenus: at illum alterum scire grandem natu mullum, qui Dionysio esset appositus: cùm igitur interrogaret. Omnino sic sunt ista accipienda, tollendáque negatio ante ἀποκρινεῖσθαι. Lego, τὴν δὲ πολλάκις ἠρωτημένην, εἰ ἀποκρινεῖσθαι διότι νεωτέρα ἁλοίη. Non est hic τὸ διότι particula αἰτιολογικὴ, sed pro ὅτι accipitur, vt sæpe. De Cyclope autem Philoxeni eadem Athenæo Ælianus Variæ historiæ, libro XII. cap. XLIV. Scholiastes Aristophanis aliter, in illa è Pluto θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα μιμούμενος. Subiicit auctor Excerptorum narrationi huic aliam non dissimilis ganeonis, aut etiam deterioris Apicij. Tres Roma tulit Apicios, gulæ studio omnes infames.

Horum

Horum trium duos vnicus Athenæus nobis tradit. Primus is est qui vixit cum Rutilio Ruso, qui nomen dedit anno v. DCXLIX. & aliquot annis pòst adnitente, vel occasionem certè præbente Apicio isto, in exilium est actus. Alter in maiore fama & fuit viuus, & nunc quoque est, quàm vt pluribus sit nobis indicandus. Sub Tiberio vixisse eum narrat hic auctor, & consentiunt Seneca Consolatione ad Albinam matrem, & alibi: Plinius libro XIX. cap. VIII. & Dio Nicæus libro LVII. Forrasse hic est de quo scripserat Appion grammaticus, cuius librum Περὶ τῆς Ἀπικίου τρυφῆς laudat noster in septimo. Tertius, sicut & primus, Athenæo soli memoriam nominis sui debet. Vixit sub Traiano, vt statim sequitur. Non enim possumus de lectione nostrorum librorum dubitare: cùm Suidas in voce ὄστρεα, non aliter eum describat. Errant qui duos fuisse Apicios scribunt: vide ad librum XV. De nomine primi Apicij scribit auctor fuisse nominatas placentas Apicias, diuitas in γένη πολλά, id est, *species*. In hoc potissimum delitiarum genere gulæ proceres studium posuisse, alibi docemus. Cæterùm placentas Apicianas alibi quàm apud hunc libro XIV. legere adhuc non memini, sed condimenta. Tertullianus. De anima; *Si ita iudicabitur, nónne illa anima plus solatij quàm supplicij relatura est, quod funus inter coquos preciosissimos inuenit, quòd condimentis Apicianis & Lurconianis humatur?* De Apicio loquens auctor meminit Minturnarum, & vrbem Campaniæ esse scribit, rectè, vt notum ex Geographis. Olim tamen Κιντάρους hic fuit scriptum: itaque Suidam legisse certum est. Sed quàm sæpe isti cucullato grammatico deprauati codices errandi ansam præbuerint, scimus nos, qui in eius libris multas hoc genus culpas obseruauimus: vt cùm φιτάλμιος malè apud Sophoclem legit pro φυτάλμιος: cùm apud Pindarum φρόμας δι' αἰθέρος pro ἐρήμας. apud Theocritum δ' ἦτα κυλιδιῶντες pro κυλοιδιῶντες. In veteri Epigrammate ὑσίνοις θέρεσφα pro ὑσγίνοιο. Pari stupore, (cur enim non dicã ligonẽ ligonẽ?) σκώλια alibi legit, & probauit pro ἀσκώλια: & ῥοβάδιβος pro συβάδιβος, *subadiuua*. Nam eâ voce vsi necessariò & Græci, vt Synesius epistola CXLV. quò putem respexisse Suidam, sed vitioso codice vsum. Subadiuuarum mentio in Notitia Imperij. Mitto nunc alia sanè quàm multa generis huius peccata Suidæ, partim notata iam aliis, partim nobis alibi. Scribo ὃ δ' ἰδὼν, ἐπύθετο εἰ μείζας οὐκ ἔχοι, restitutâ negatione, quæ occasione proximè præcedentis syllabæ est omissa.

CAPVT SEPTIMVM.

Corriguntur aliquammulti loci. κωλὴν Ἀριστοξένειος. *ἀποζέσαι, feruefacere. Myconij.* χάλις, χαλίκρητον μέθυ, οἶνος κεκερασμένος ἄκρατος. φαγεῖν ἄμαχος. παρὰ *pro* περὶ, *& contrà. Iamblichi menda aliquot indicata & sublata.*

Tertullianus quidem antiquos philosophos gloriæ animalia vocabat, scitè & verè nimis, si paucos admodum excipias: sed & gulæ animalia non minore appelles iure, plerosque eorum: Epicureos vtique & Cyrenaicos, siue Aristippeos. Talis ille fuit Aristoxenus de quo Athenæus, ἀφ' οὗ καὶ κωλήν τις καλεῖται Ἀριστόξενος, ἰδίως σκευαζόμενος: legendum verò Ἀριστοξένειος. Nam alienissimum est ab auctoris mente, quod finxére interpretes, quasi fuerit Aristoxenus cognominatus Κωλήν. Hoc Athenæus non dicit: sed genus quoddam κωλήνων singulari modo nescio quo paratorum, Aristoxenéum ab eo denominatum esse. Κωλὴν Ἀριστοξένειος sic dictus, vt πλακοῦς Φιλοξένειος, de quo fecit modò mentionem. Vbi Nicomedem auctor nominat, scribe, Νικομήδει τῷ Βιθυνῶν βασιλεῖ, non τῷ Βιθυνῷ τῷ β. ex vsu linguæ, & melioribus Suidæ libris. In tertio Euphronis comici versuum, ὁδὸν ἀπέχοντι πρῶτον ἡμερῶν ποτε, offendit me vox πρῶτον: & omnino, si quid iudico, corrupta ea est. Corrigo sine dubio, πρὸς ἄρκτον. Erat tum Nicomedes in Scythia, quæ regio est vltra Pontum, versus Aquilonem. Fuisse in Scythia probat sequens versiculus, περὶ τὴν Σκυθίαν ἔλυσε τὴν ἐπιθυμίαν. Ergo πρὸς ἄρκτον. Versu nono legit Dalecampius ἀποζέσαν. Ego non video cur necesse fuerit, oleum feruefieri, priusquam in sartaginem infunderetur: lego igitur vt editum est, ἀποζέσαι δ' ἔλαιον ἐπιχέας, id est, *Infuso oleo vt ferueret in eo*, & coqueretur ista falsò credita apua: ἀποζέσαι pro ὥστε ἐναποζέσαι, vel πρὸς τὸ ἐναπ. *vt inferueret*, vel *infernefaceret*. Scripti quidam ἀποζέσας pro ἀποζεῖν ποιήσας, significatione τῆ Hiphil Hebræorum: non probo. Myconij quos sua vilitas nobiles fecit, melius per ο paruum scribuntur Μυκόνιοι, quàm per ω magnum: etsi ita codices hoc loco, & apud Zenobium ac Suidam: vide ad librum VIII. Archilochi locus incipit à verbo πολλὸν, non vnde putauit Dalec. In eo scribendum, πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ, non μεθύων. Vinum etiam χάλιν vocant poëtæ. Hipponax, ὀλίγα φροντίσιν οἱ χάλιν πεπωκότες, eâ ratione sic dictum vinum, qua Bacchus Λυαῖος, & poëtis λυσιμελής. Veteres Athenienses sic τὸν ἄκρατον vocasse scribit Apollonij interpres: χαλίκρατον μέθυ, *temetum vino temperatum*, id est, meracum: & vt elegantissimè ait B. Iohannes in Apocalypsi, οἶνος κεκερασμένος ἄκρατος. Apollonius, πίνε χαλίκρητον λαρὸν μέθυ. Possumus minimâ mutatione senarios aliquot ex istis Archilochi constituere: quæ fuit Turnebi sententia. Ita scribemus, Πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ, οὔτ' ἂν τιμὴν εἰσήνεγκας, οὔτε μὴν κληθεὶς ἦλθες, οἷα δὴ φίλος, ἀλλά σε γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν εἰς ἀναιδείην. Eubulo comico ἄμαχοι dicuntur comedones & ventres.
— εἰσὶν ἡμῖν τῶν κεκλημένων δύο ἐπὶ δεῖπνον ἄμαχοι, duo quos nullã vi aut copiâ ciborum expleueris, aut herbam porrigere coëgeris. Ælianus principio Variarum, καὶ πᾶν δ', τὸ φαγεῖν ἄμαχοι.

χον paulò aliter: nam Eubulus quantitatem ciborum spectauit: Ælianus magis qualitatem. In hoc versu bis ponendam esse vocem φιλοχράτης, docuit in Lectionibus suis eruditissimus Muretus. Nos in ea libri primi editione, quam ὁ θαυμασιώτατος Turnebus, ante editum illum à Mureto librum, Lutetiæ curauit, locum restitutum inuenimus. Vter veri præiuerit, facilè eruditi iudicabunt, non solùm ex ratione temporis, sed & morum ac scriptorum vtriusque comparatione. Quartus versuum Eubuli mutilus est: quintus verò ὑπέρμετρος. Nos ita censemus scribendum, audaciore quidem, sed, vt spero haut temerariâ coniecturâ: Ἕνα γὰρ ἐκεῖνον ὄντα, ὡς ὄντας δύο. Λογίζομαι, τὰ δία, μεγάλους, μᾶλλον ἢ τρεῖς. Οἵ φασι παρακληθέντα πρὸς φίλου τινὸς, εἶπεν. Versus duo de non omittenda compotatione, in qua nihil à te exigatur, sunt ἀδέσποτοι, vt plerique omnes prouerbiales: dicuntur Chrysippi, quia ex eius philosophi libris sumpti sunt a dipnosophista. In posteriore scripsimus ἀ παραλαβὼν, & iudicium nostrum & membranas secuti. Interpretes probarût ἀ περιλαβὼν cum prioribus editionibus. Negamus nos περιλαμβάνειν κώθωνα esse Græcum sermonem, sed Opicogræcum. Respicerent superiorem versum, & in eo hoc ipsum verbum. Fatalis verò Græcorum librariorum error, παρὰ pro περὶ, aut contrà scribentium, siue potiùs notantium, nam è notis hæc menda vt plurimum. Sexcentos huius operis locos hic error fœdauerat: nec pauciores aliorum scriptorum. In vnica libelli De vita Pythagoræ à Iamblicho scripti pagina, aliquot monstra nunc primulùm obseruata nobis, peperit παρὰ sæpiùs scriptum pro περὶ. Adscribam quando in eum incidi sermonem, vnum aut alterum exemplum, quia insignia sunt. Sapienti viro Thymaridæ à suis discedenti, & iam nauim ingresso, dixit amicus, *Dent tibi, ô Thymarida dij quæ cupis.* ille exclamans, *Bona verba*, ait, *quin potiùs, velim ego quæ mihi cunque à dijs contingent.* Diuina planè oratio, & Christiano homine, si vnum Deum agnouisset, dignissima. Hæc ita apud Iamblichū debent scribi, καί τις εὔχετ' ἐπιβαίνοντι τῆς πλοίου αὐτῷ, Ὅσα βούλει, παρὰ τῶν θεῶν ὦ Θυμαρίδα, γένοιτό σοι. Καὶ ὃς, Εὐφήμει, ἔφη· ἀλλὰ βουλοίμην μᾶλλον ὅσα μοι παρὰ τῶν θεῶν γίνοιτο. in edito nuper libro, omnia sic deprauata, vt veræ sententiæ non pes non caput appareat. ibidem bis περὶ Ὀρφέα pro παρὰ scriptum malè. & mox, περὶ τῶν Ὀρφικῶν, item malè. Aliquanto post ait Iamblichus, hausisse Pythagoram philosophiæ suæ ἃ μὲν παρὰ τῶν Ὀρφικῶν, ἃ δὲ παρὰ τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων, ἃ δὲ περὶ Χαλδαίων καὶ μάγων, ἃ δὲ περὶ τῆς τελετῆς τῆς ἐν Ἐλευσῖνι γινομένης ἐν Ἴμβρῳ τε καὶ Σαμοθρᾴκῃ. hic quoque horrenda monstra sunt. Scribendum, ἃ δὲ παρὰ Χαλδαίων καὶ μάγων, ἃ δὲ παρὰ τῆς τελετῆς τῆς ἐν Ἐλευσῖνι γινομένης, ἐν Ἴμβρῳ τε, &c. Antiphanis sequuntur versus,

Μακάριος ὁ βίος, ᾧ δεῖ μ' ἀεὶ καινὸν πόρον
Εὑρίσκειν, ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω.

locus mendi manifestus. In vtroque versu laborat modulus metri: tum autem sententia absurda. Quænam obsecro fœlicitas, subinde sollicitum esse de inuenienda aliqua noua parandi victus ratione? Præterea falsum est id Antipharem sensisse: qui contrarium potius voluit, vt ex præcedentibus clarum, & instituto ab auctore nostro sermone. Corrigo, Μάκαρες ὁ βίος· οὐ δεῖ μ' ἀεὶ καινὸν πόρον εὑρεῖν ποθ' ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω. Fortunam suam prædicat parasitus. *Beatam, inquit, vitam! nihil mihi opus, nouam quot diebus rationem inire quî habeam quod edam.*

CAPVT OCTAVVM.

Σταγανόμιον, pretium mansionis. ἄκρατα θύειν. Homericæ epulæ apud Plutarchum Dioscoridis liber, οἴναξ ὁ μέθυ νόμοι. λακαυγὴ κάνθαρον βρῶμα ἀμελέτητος. Leges de non comedendis agnis & vitulis. ἄπυστος ἀρήν. φλέγμα ψυχῆς. vinum cardiacorum. Mos veterum, vt hospites lauarent etiam pudicæ virgines.

EPITOMÆ auctor cùm hæc sibi excerperet, omnem sermonum seriē, & operis totius faciem ita corrupit, vt quid à quo, & quorsum dicatur, in illius Excerptis nullâ coniecturâ possis assequi. Omisit enim quæcunque ferè decori & nexus gratiâ, vt fieri amat in dialogorum textura, erât addita, tanquam vesti prætexta. Si quid eiusmodi non est omissum, scias aut verbi alicuius venustatē, aut dicti nouitatem fecisse vt id excerperetur. quod nos cùm alijs non paucis obseruauimus locis, tū in hisce quæ Antiphanis versus statim sequuntur. Ταῦτα δ' ἤδη ἔχων ἐς τὸ συμπόσιον ἦλθον, καὶ προμελετήσας, ἵνα καὶ ἐγὼ τὸ σταγανόμιον κομίζων παραγένωμαι. Pronunciabat ista vnus conuiuarum, post longam & testimoniis antiquorum plenam orationem. *Hæc, ait, domo ad hoc conuiuium attuli: iam antè meditatus, quî possem huc accedere cum parata mercede, quam hospiti meo darem.* σταγανόμιον apud Atticos (nam alij aliter) ea dicitur merces, quam hospes ex hospitio discedens pendit stabulario. Latinè, *pretium mansionis.* Apuleius, *Quin imus, & itineris matutini gratiam carpimus? sumo sarcinulam, & pretio mansionis stabulario persoluto, capessimus viam.* Editum erat περιγένωμαι, pessimo exemplo pro παραγένωμαι: culpa librarij errorem genuit interpretis posterioris; nam mirum Natalem & legisse rectè, & non malè sententiam expressisse. In editione Turnebi pro versibus habentur hæc omnia, & distinguuntur: magno profectò errore. Neque hoc dico, vt magni viri, quos veneror, manes violem: μὴ τοῦτο φίλον Διὶ πατρὶ γένοιτο: sed vt æquioribus vtar doctis viris: siquando in tam longo opere somnus irrepens nos opprimat. Adijcitur ab eodem, ἔκπινε γὰρ ἄκρατα θύειν. Vetus dictum est, cuius auctoritate factum suum tuetur iste conuiua, qui dixit modò se pro symbola auctorum locos recitasse. *Ius namque est hoc*, inquit, *cantorum & Poetarum*,

ut sacrificent sine fumo. hoc est, lautè epulentur nullo suo sumptu. θύειν hic potius τὸ εὐωχεῖσθαι quàm sacrificandi actum significat: quia rem sacram conuiuium opiparum sequebatur. ἄκαπνα quæ dicantur propriè, docent nos & Iurisconsulti. in hoc prouerbio denotat ea vox τὸ ἀδάπανον: quia dapsilium epularum symbolum apud poëtas est ignis aut fumus: vt in hoc auctore sæpe vides, & testatur dictum vetus in scholiis Aristophanis τὸ πῦρ εὐωχίας σημεῖον. Sic igitur dictum istud παροιμιώδες auctor noster vsurpat; alij scriptores aliter. Leonida poëta epigrammatarius versiculos Cæsari offerens muneri, καλλιόνως γὰρ inquit ἄκαπνον ἀεὶ θύος. Michaël Psellus in epistolis pereruditis, quæ lucē, opinor, necdum vidēre, loquens de solemnitate nuptiarum cui admixta seueritas philosophica: ὁ γὰρ ἀδελφὸς τοῖς ἐλευσινίοις (nempe πλυντηρίοις: & fortasse addenda vox ea nostro codici) μέλλων προσιέναι, καὶ μυστηρίοις ἐπιχεῖς ἀπαντήσεσθαι, καὶ ἄναυλον καὶ ἄχορδον ἑορτάσαι πανήγυριν, καὶ θῦσαι ὅ φασιν ἄκαπνα. Solēt ferè singula in Excerptis capita incipere à voce ὅτι: vt in Epitome Strabonis nunquamnon: hic verò nonnunquam. Ait, ὅτι τὸ μονοφαγεῖν ἐστὶν ἐν χρήσει τοῖς παλαιοῖς. Cùm ista legas, nō aliud arbitreris, nisi de vsu verbi μονοφαγεῖν monuisse Athenæum. Ego tamē aliter cēseo: puto enim Athenæum isto sanè quàm opportuno loco, (bona siquidem primi & secundi pars veterum mores circa mensam continent) de consuetudine antiquorum egisse, qui soliti in suis conuiuiis suas singuli separatim escas comedere, nec in commune conuiuari, verùm ἰδίας μερίδας ἔχοντες. Talia fuēre illa heroūm apud poëtam cōuiuia. quam ob caussam Plutarchus ὁμηρικὰς δαῖτας, & ὁμηρικὰ δεῖπνα agitari ab iis scribit, qui habent quisque suam sibi appositam μερίδα. Sunt alij codices magni eius scriptoris, in quibus scriptum, ὀμβρικὰς & ὀμβρικά. eámque γραφὴν doctissimi viri sunt interpretati: sed liquet mihi alteram veram esse, hanc falsam. Nam Homericarum epularum eam esse omnium rationem sciunt omnes, de iis autem loqui Plutarchum satis ipse indicat, cùm eadem conuiuia στρατιωτικὰ καὶ παρεμβολικὰ, *militaria, & castrensia* nominat. Ita igitur veteres: postea cœpēre in commune apponi cibi: in quo humanitas esse maior visa est. Cæterùm de vocibus μονοφαγεῖν & μονοφάγος, libro II. capite VII. Sustulimus paulo post inutilia verba, περὶ τῶν ἡρώων καθ' Ὅμηρον βίου, quæ ista præcedebant, ὅτι Ὅμηρος ὁρῶν, & cætera. & erant illa verba titulus sequētis sermonis, ex ora libri in contextum translatus. Sunt autem quæ disputantur hoc loco de heroum apud Homerum vita, sumpta ex Dioscoridis opere cui erat index, οἱ παρ' Ὁμήρῳ νόμοι, id est, *De legibus & institutis, quæ apud Homerum obseruantur.* Didici hoc, docente me Suida, qui in Ὅμηρος plurima ex Athenæo descripsit: neque auctorem tacuit, vnde haberet Athenæus, quod fecit Eclogarius. Hic est Dioscorides Isocratis discipulus, vt paulò pòst dicitur: laudatur Athenæo & Dioscorides ἐν ἀπομνημονεύμασι, qui non est, opinor, alius. Legebatur, ἐμφῦσαι πάλιν αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς. & ita Suidas quoque: verius est πᾶσιν, aut πασῶν. Talia nonnulla obseruari possunt, si cui tantum fuerit otij, vt Athenæum cum Suida contendat. Ait, Homerum omnibus carnes assas apponere, non coctas aliter. Plato III. de Republica, Homerus, inquit, ἐπὶ στρατιᾶς ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἑστιάσεσιν, ὅτι ἰχθύσιν αὐτοὺς ἑστιᾷ, καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ ἐν Ἑλλησπόντῳ ὄντας, ὅτι ἑφθοῖς κρέασιν, ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς. Menandri locum vbi nominantur ἀποβεβηκότα βρώματα, habes libro quarto, non longè à principio, & iterum libro XII. Scribendum addito articulo, καὶ τὸ παρὰ τοῖς πολλοῖς λαπιζοκάκκαβον καλούμενον βρῶμα. aliud παρὰ πολλοῖς, *à multis*: aliud παρὰ τοῖς πολλοῖς, *à vulgo*. est sanè infimæ atque estricis plebis dictio, λαπιζοκάκκαβον: quâ neque os suum, neque suas chartas inquinarent elegantiores. Nam Chrysippi τὸ συρφετῶδες ex Seneca nouimus & Galeno. Locus autem sumptus est ex illius libris περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς. Etiam λάσταυρος pro catillone plebeia vox. Critici veteres ob dictionem ἠμιλάσταυρος Menandrum exagitarunt, literarum subtilitati sine æmulo genitum. De lege Atheniensium quâ vetabatur ἀρνὸς ἀπόκτου esus, conferēdus auctoris hic locus cum alio libri noni, vbi ex eodem Philochoro & Androtione melius hac de re & pleniùs. ἄποκτον ἄρνα cum rectè essent interpretati *agnum intonsum*: mirum cur addiderint ineptam appendicem, *implexúmve*. diuerso enim sensu vsurpatur τὸ πέκειν, de pecude, & de lana. ἄποκτος agnus dicitur tenellus, anniculo minor, nōdum ποκιζεὺς, vt ait Theocritus, *cui nec vulsa neque tonsa lana est*. lana ἄποκος, *non pectita, non carminata*, nec præparata. Similis fuit huic legi Valentis constitutio, de qua Hieronymus contra Iouinianum libr. II. *Imperator Valēs*, inquit, *nuper legem per Oriētem dederat, ne quis vitulorū carnibus vesceretur, vtilitati agriculturæ prouidens.* Nota etiam vetustissima lex de non mactando boue aratore: cuius & Græci faciūt mētionem, & Varro in libris De re rustica. Homerus, inquit auctor, facit homines numen colentes ἀπὸ τῆς διαίτης, *parte victus sui*: iis quibus vescuntur ipsi. Græci dicerēt τοῖς τῶν δείπνων ἀπαρχαῖς. Libationum veterum ritus nemo ignorat. Interpr. *tenui frugalique victu deos colūt*. Deos misellos: quando illis victum mortales suppeditabant, & demensum admetiebantur. φλέγμα & φλεγμονὴν, latiorem significationem habere in libris Hippocratis, aliorumque veterum, quàm in recentiorum scriptis, sæpissimè docet Galenus. Athenæus pro morbo ἁπλῶς vsurpat. vt cum scribit hoc loco, victu parco fieri homines ἀφλεγμάντους τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχάς, id est, *sanos & corporibus & animis*. & paulo pòst, ὅτι φλεγμονὴν ὅτι ἀκρασίαν πικροτάτην τῶν ἐν βιβλίοις. Quod ait de vino cardiacis propinari solito, cui sit aliquid στῶδες immistum, verissimū est. Sic. n.

medici præcipiunt, vt Trallianus; cuius apponã verba illustrando huic loco. Is libro XII. syncopes varia genera explicans, & earum curationes docens, præscribit sæpius ἄρτον εἰς οἶνον κεκραμένον, *panem in vinum intinctum*: sed in themate eo quod inscribitur περὶ τῶν ἐπιφλεγμοναῖς πυρέττουσι λειποθυμούντων, ita præcipit, οἶνον διδόναι, μάλιστα δὲ εἰς χόνδρον ἑφθὸν οἶνον ἐπιχέοντα προσφέρειν, εἰ δὲ καὶ ἄρτον ἀντὶ τοῦ χόνδρου ἐπιδοίης, τὸ αὐτὸ δύναται. Ex his potest intelligi, quid significet auctori huic τὸ σιτεῖσθαι. Cocali filiæ cùm vitæ Minois insidiarentur, occasione publici moris vsæ sunt, vt eum interficerent. Aduenientem de more lauantes, calidæ loco picem feruentem infuderunt. Zenobius, Μίνωι τῷ Κρητῶν βασιλεῖ αἱ Κωκάλου θυγατέρες ἐπέχεαν ζέουσαν πίσσαν. Rectè colligit hinc Athenæus, fuisse illis temporibus moris, vt virgines honestæ pedes aduenientium hospitum lauarent. Quare, cùm apud Homerum similia inueniuntur, neque mirandum, neque succensendum maximo vatum. Deest aliquid post βιβιωκότων. Sententia auctoris huiusmodi lectionem flagitat: τῷ τε πάνυ σωφρόνως ἀπολελουκέναι. quam ob caussam fœminas inducit Homerus hospites castè attrectantes.

CAPVT NONVM.

Homeri locus à Dioscoride emendatus. θεομανία. Θετταλὸν σόφισμα, sophista Thessalus. πάλαισμα, disputator, & id genus multa. ientandi consuetudo. ἀκρατίζεσθαι, soluere ieiunium, ἀνηστίζεσθαι. Hesychij locus: fuisse illum Christianum. menda aliquot sublata.

AGAMEMNONIS verba quibus fatetur culpam admissam in velitatione cum Achille, proferebantur ab Athenæo in hunc modũ. Ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας, ἢ οἴνῳ μεθύων, ἤ μ' ἔβλαψαν θεοὶ αὐτοί. Posteriorem horum versuum nulla hodie editio agnoscit, neq; Ἰλιάδ. ι. neque ῥαψ. τ. priorem leges in nono Iliad. atque ei geminum Iliad. τ. ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμην καί μευ φρένας ἐξέλετο Ζεύς. Ne Athenæi quidem temporibus aliter habuére vulgati codices Homeri. Ideò subiicit statim, cùm ita locum poëtæ profert, sequi se Dioscoridem qui sic emendauerit. Lego ex libris quibus olim vsus Eustathius, εἰς τὴν αὐτὴν τιθεὶς πλάστιγγα τὴν μέθην τῇ θεομανίᾳ, non τῇ μανίᾳ: perspicue enim illo versu, ἢ οἴνῳ μεθύων, ἤ μ' ἔβλαψαν θεοὶ αὐτοί, denotatur vis maior, & ira numinis. Quod suprà dicebamus, grammaticum hunc non res solùm ἀξιομνημονεύτους excerpere: sed & elegantiores interdum loquendi modos: interpretibus nunquam eius venisse in mentem videtur. Itaque inobseruantiâ huius rei errant sæpe grauiter. Noli quærere aliud exemplum quàm quod habetur hoc loco. Athenæi verba sunt: ταῦτα εἰπόντος τὸ Θετταλὸν σόφισμα. placuit elegantia dictionis Excerptori, & in Eclogas suas retulit, adiectâ etiam interpretatione, ὁ ἐκ Θετταλίας σοφιστὴς παίζων δ' ἴσως πρὸς τὴν παροιμίαν ὁ Ἀθήναιος. Hoc vult: τὸ Θετταλὸν σόφισμα nihil esse aliud quàm *sophista Thessalus*: ita autem videri locutum Athenæum, ad vetus prouerbium alludentem. Vetus enim fuit adagio, Θετταλὸν σόφισμα, *Thessalicum commentum*, apud Hesychium & parœmiographos. Myrtilum intelligi certum; tam ex libro tertio extremo, vbi Thessalus dicitur fuisse: quàm ex simillimo huic alio libri septimi loco. σὺ δέ μοι εἰπὲ ὦ Θετταλὸν πάλαισμα Μυρτίλε. Græcanicæ genus est elegantiæ, σόφισμα pro σοφιστής, πάλαισμα pro *luctatore & disputatore callido*. Sic apud Lycophronem, Paridis ψυχρὸν παρακαμίλισμα; Helena. Troilus, τερπνὸν ἐναγκάλισμα συγγόνων; mulier de gabalo pendens, αἰώρημα. Ælianus epistolâ quadam, ἀργαλέος εἶ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον, ἁλμυρὸν γειτόνημα, id est, γείτων. Sic Beatus Chrysostomus sanctissimum martyrem Babylam vocat idoli κακὸν γειτόνημα; *malum vicinum*. Basilius fœneratores, κοινὸν δυσάντημα ἑορτῆς: hominem improbum, & nemini vtilem, τὸ μηδὲν ὠφέλημα: vilem & abiectum, πάτημα. Iudæum, τὸ νόμισμα Ἰουδαϊκὸν: vt Philo eunuchum; ἀνθρώπου παράκομμα νομίσματος. Gregorius Theologus Sophronium suum, τὸ ἡμέτερον σεμνολόγημα; *mea gloria*. Abydeus scriptor antiquissimus, Darium Medum, τὸ Ἀσσύριον αὔχημα. beatissima virgo θεοτόκος in ea quæ dicitur Iacobi Liturgia, παρθένιον καύχημα, *gloriatio virginis*, id est, virgo gloriosissima. His scriptis occurrit nobis Eustathij locus, quem præterire non debemus. Postquam exposuit pluribus antiquum prouerbium Θετταλὸν σόφισμα, adiicit: σόφισμα δὲ φασὶ τὸν ἐκ Θετταλίας σοφιστὴν ὡς παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ κεῖται, μετάληψις ἐστὶ νοήματος εἰς νόημα ἕτερον παρὰ τὸ σύνηθες· καὶ εἰσὶ πολλὰ τοιαῦτα ξυλλεγέντα παρὰ τοῖς παλαιοῖς. ὁ ποῖον καὶ τὸ, σὺ δέ μοι εἰπὲ ὦ Θετταλὸν πάλαισμα, ἀντὶ τοῦ ὦ Θετταλὲ παλαιστικὲ, ῥηθὲν πρὸς ὁμοιότητα τοῦ Θετταλὸν πόδημα, καὶ σόφισμα, καὶ τῶν ὁμοίων. Sic in literis sacris, Αἰγύπτου αὔχημα apud Isaiam, ἐξουδένημα λαοῦ apud regium Psalten, oro τῶν LXX. ἱεράτευμα, pro ἱερεῖς apud LXX. Exodi XIX. 6. & Petrum Apostolum. In his & similibus exemplis, huius formæ nomina modò actiuè, modo passiuè sunt exponenda. Rectè probat auctor ientandi consuetudinem fuisse apud veteres, ex Homeri loco Ὀδυσσ. π. sed in eius versu magnâ incuriâ omissum id quod maximè ad rem faciebat, ἅμ' ἠοῖ. Ita liber ille incipit, τὼ δ' αὖτ' ἐν κλισίῃ Ὀδυσεύς καὶ δῖος ὑφορβὸς Ἐντύνοντο ἄριστον, ἅμ' ἠοῖ κηαμένω πῦρ. Locus qui esse dicitur vnicus in tota Iliade, extat vltimo libro: sed est obscura admodũ ientaculi ex illo versu probatio: clarissima ex Antiphane, cuius verba ita concipimus: Ἄριστον ἐν ὅσῳ ὁ μάγειρος ποιεῖ ὅτ' ἐστὶ γε. Συνακρατίσασθαι πῶς ἔχεις μετ' ἐμοῦ; id est, *interea dum cocus prandium parat: & mox: de ientando mecum quid animi tibi est?* visne mecum ientare? Prætermisit Athenæus quæ inter vtrumque versum erant à poëta interiecta: quæ ad præpositum nihil faciebat. Fortasse illis describebatur

prandij apparatus. πῶς ἔχεις ἀκρατίσασθαι, ἀντὶ τοῦ, πρὸς τὸ ἄριστον. Idem comicus alibi. Πρὸς ἀμυγδαλὰς δὲ πῶς ἔχεις; εἰρηνικῶς. Canthari locum ita diſtinguo: οὐκοῦν ἀκρατισάμενοι αὐτοῦ. μηδαμῶς. ἐν Ἰσθμῷ γὰρ ἀριστήσομεν. *Ergo ibi ientemus: Nequaquam. In Iſthmo enim prandebimus.* Miram verò vocem διανηστισμὸς, pro eo quod dicimus nos Frácoceltæ planè ad verbum, *deſiuner.* ſed nobis ratio conſtat: eſt enim quaſi deieiunare, pro ieiunium ſoluere, vt *deonerare* & *dearmatus*, ſæpe ita accipimus, τὴν *de.* Græci quod ſciam, τὴν διὰ nunquam. *Ieiunare* Græcis, νηστεύειν & νηστίζεσθαι: *frangere ieiunium*, ἀπονηστίζεσθαι. Heſychius ἀπονηστίζεσθαι. ἀπὸ νηστείας ἐπὶ πρώτην ἐλθεῖν. ſcribebam, ἐπὶ ἐδωδήν: ſed vulſit aurem magnus noſtrarum Muſarum ἀρχηγέτης, qui in ſeptimo diuini operis De emendatione temporum, aliter interpretatur Heſychij verba, & ad ritus veteris Eccleſiæ Chriſtianæ refert: quòd eò nobis probabilius videtur, quia doctiſſimum illum grammaticum ſcimus fuiſſe Chriſtianum, contrà quam ſit quibuſdam viſum. Quis credat alienum hominem à pietatis noſtræ ſacris, tot locos vtriuſque fœderis expoſiturum? Propterea Epiphanium bis laudat: Cyrillum ſemel. ἰοθσίαν explicat τὸ ἅγιον βάπτισμα: meminit etiam Ἀντιχρίστου, & Apoſtolorum aliquot nomina interpretatur. Chriſtianus igitur Heſychius. Propriè διανηστισμὸς, eſt ieiunij continuatio. διανηστίζεσθαι, ad finem vſq; ieiunare. Qui apud Græcos primi auctores huius moris fuêre, facti inuidiam verbo iſto leuatum iuerút: quaſi non tam leui hoc cibo inſititio ieiunium frangerent, quàm illud præſtarent, vt ad præſcriptum moribus aut religione ieiunij finem poſſent durare. Æſchyli verſus nó ſunt editi ſine mendis: ne ſcripti quidem in mébranis. Legebá,

> Καὶ ταξιάρχας, καὶ στρατάρχας καὶ ἑκατον-
> τάρχας ἔταξα· σῖτον αὖ διώρισα.
> ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρίτα.

Primum & ſecundum potes etiam ſic concipere, cum Ioſepho Scaligero:

> Καὶ ταξιάρχας, καὶ στρατάρχας, καὶ ἀγὰς
> Ἔταξα· σῖτον δ' εἰδέναι διώρισα.

Euſtathius, Δεῖπνον καὶ τὸ πρὸς ἑσπέραν ἐλέγετο, ὡς καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἑκάβῃ· καὶ ἁπλῶς δὲ πᾶσα τροφή. τὸ δὲ παρ' Αἰσχύλῳ, ἄριστα, δεῖπνα, δόρπα θ' αἱρεῖσθαι τρία, ἢ μάλιστα τρίτα, κατὰ τοὺς παλαιούς, κακῶς ῥηθῆναι κρίνουσιν οἱ παλαιοί.

CAPVT DECIMVM.

Locus poëtæ de quarta τροφῇ. *Athenæi inconſtantia,* μήποτε δέ. *Menſæ veterum, deque iis Homeri locus expenſus.* Δαὶς *cur* ἐΐση *apud poëtam. Athenæi & Euſtathij expenſa ſententia.* Δαῖτα *de ſolo homine dici: bruta non habere mores.* μοῖραι. *Caelus Halieuticorum ſcriptor.*

SOLITOS veteres quater de die cibū ſumere, probat dipnoſophiſta ex Homero. Homerum enim quartæ τροφῆς facere mentioné quando ait extremâ ῥαψῳδ. ρ. Eumæum cópellans Telemachus, —σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας. Sed de vocis δειελιήσας recta interpretatione non conſentientibus criticis, tum in partes. Athenæus iſto loco ab iis ſtat, qui expoſuerunt de cibo poſt cœnam ſumi ſolito, quam ille τροφὴν quartam vocat: poſſis Latinè dicere *comeſſationē.* Ita igitur hic Athenæus: quo iudicio, arguit locus quem adſcribam è libro V. γελοῖοι εἰσὶν οἱ φάσκοντες ὅτι καὶ τέσσαρας ἐλάμβανον τροφάς, ἐπεὶ ὁ ποιητὴς ἔφη —σὺ δ' ἔρχεο δειελιήσας. οὐ νοοῦντες ὅτι δηλοῖ, τὸν δειλινὸν διατρίψας χρόνον. *Ridiculi ſunt*, ait, *qui de quarto cibo iſtum Homeri locum accipiunt.* Enimuerò quod bona pars nunc ſcribétium, id Athenæus facit interdum: recitatorem, inquam, agit, non Criticum. Μήποτε δὲ cùm dicunt Græcorum grammatici, nihil affirmant, ſed ſuas tantùm dubitationes proponunt. Sic accipe hæc, μήποτε δὲ καὶ συνώνυμα τὸ ἄριστον τῷ δείπνῳ. Qui putabant ſolitos quondam fuiſſe Græcos ſingulis conuiuis ſuam ſeparatim menſam apponere, quod de Germanis Tacitus ſcribit, teſtem ſuæ ſententiæ poëtam proferebant. In primo enim Vlyſſéæ, Mentæ qui procis & Telemacho paratâ cœnâ ſuperuenerat, menſa propria apponitur. Sed rectè negat auctor ſatis certum huius moris teſtimonium eſſe iſtum locum, & cauſſam affert: δείκνυται γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ ἀπὸ τῆς Τηλεμάχου τραπέζης δαίνυσθαι: quæ verba ſic interpretor: fieri poſſe vt ea quæ dicitur Mineruæ ſiue Mentori appoſita menſa, menſa eſſe Telemachi: illa nempe vnde ſumeret cibum Telemachus, quoties ſeparatus à procis, ſolus vel cum amicis veris cœnaret. Homeri locus à nonnullis proferri ſolitus, vt probarent finitâ cœnâ menſas non fuiſſe ſublatas, ſic habet apud poëtam, ἰλιάδ. ω. —νέον δ' ἀπέληγεν ἐδωδῆς Ἔσθων καὶ πίνων, ἔτι καὶ παρέκειτο τράπεζα. atque hæc ſic interpretabantur: *modo à cibo ſumendo deſierat: ab edendo inquam & bibēdo, & erat adhuc menſa appoſita.* τὸ ἔτι adhærere poſteriori membro volebát. contrà, legi iubet Athenæus ἔσθων καὶ πίνων ἔτι, καὶ τ. Vtrouis modo legas, vera Athenæi, falſa aliorum ſententia. Deinceps tractans auctor de Homerico δαιτὸς epitheto ἐΐσης, varias diuerſorum Criticorum ſétentias ita perplexè & confuſè nobis proponit, vt ea explicare non ſit nullus labor. Primo loco affertur illorum opinio, qui ἐΐσας τὰς δαῖτας ἀπὸ τῆς ἰσότητος dictas autumabant. ε in principio adiectū vacat, vt in ἐέλδωρ, & aliis. Sequitur ſententia Zenodoti, hiſce verbis expoſita, ἐκ τούτων ἐπείσθη Ζηνόδοτος, δαῖτα ἐΐσην τὴν ἀγαθὴν λέγεσθαι· ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφὴ τῶν ἀνθρώπων ἀγαθὴ ἀναγκαῖον ἦν, ἐπιθέντας φησὶν εἴρηκεν ἐΐσην. Vtinam liceret mihi difficultatem horum verborum diſſimulare, inuitum enim & aliò properantem tricæ grammaticales morantur: ſed interpretationem Athenæi ſemel profeſſus, exedam quod mihi intriui. Superior ſententia ἐΐσην δαῖτα interpretabatur ἴσην, *æqualem*: quod in partes æquales δαῖτα diſtribuerent. Hîc dicit Zenodotum expoſuiſſe ἀγαθήν: & ait ἐκ τούτων ἐπείσθη, *his impulſum*

illa

illa quæ ſunt? nihil enim video in præcedétibus quæ Zenodotum eò impellerent: aut ego artem *συλλογιστικὴν* non teneo. Sed erant, credo, alia in Athenæi oratione, quæ nunc in Excerptis nulla ſunt. Hâc primum crucem fixit nobis iſte Eclogarius. Quid illa? *ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφὴ τοῦ ἀνθρώπου ἀγαθὴ ἀναγκαῖον ἦν, ἐπεκτείνας φησὶν ἄρμενον ἐΐσην.* Tarditatem ingenij mei neceſſe eſt confitear: nihil enim hic intelligo. Erat docendum cur *ἐΐσην* expoſuiſſet Zenodotus *ἀγαθήν*: id ego ex iſtis verbis nullus diſco. Deinde autem quæ iſta eſt *ἐπέκτασις*? quia, inquies, pro *ἴσῃ* dixit *ἐΐσῃ*. Ergo eadem Zenodoti interpretatio cum ſuperiore: ergo malè exponebat *ἀγαθήν*. nam aliud *ἴσος*, aliud *ἀγαθός*. His difficultatibus vt me liberarem, ita ſtatuebam. Voluiſſe Zenodotum dici *δαῖτα ἐΐσην*, non quaſi *ἴσην æqualem*, ſed quaſi *ἐήν*, *bonam* *ἐΰς* & *ἐΐς* voces ſunt antiquæ, idem ſignificantes atque *ἀγαθός*, notæ ex poëtis: itaque legebam, *ἐπεὶ γὰρ ἡ τροφὴ τοῦ ἀνθρώπου ἀγαθὴ, ἀναγκαῖον ὄν, ἐπεκτείνας, φησὶν ἄρμενον ἐΐσην*, id eſt, *nam quia alimẽtum res eſt homini bona, factâ productione, quia erat neceſſe, ait Zenodotus, dixit poeta ἐΐσην.* neceſſitatem intellige metricam: non illam *στερρὰν* *βίαν*, quæ ad duriſſima ſæpe trahit renitẽtes: grãmatici dicere ſolent, *διὰ μέτρου ἀνάγκην*. Emerſiſſe videbar mihi, & emerſeram profectò, niſi iterum demerſiſſet Euſtathius cum edita lectione conſentiens, & de hoc loco ita ſcribens: *Δαὶς ἐΐση ἄλλως μὲν κοινότερον, ἡ ἰσόμοιρος· κατὰ δὲ Ζηνόδοτον ἡ ἀγαθὴ, ὡς ἱστορεῖ ὁ Ἀθήναιος, λέγων ὅτι ἐπεὶ ἡ τροφὴ τοῦ ἀνθρώπου ἀγαθὸν ἀναγκαῖον, ἐπεκτείνας, εἴρηκεν ἐΐσην. ἔνθα σημείωσαι τὸ ἐπεκτείνας, ὡς τοῦ Ζηνοδότου ἐπέκτασιν δοξάζοντος τὸ ἀντὶ τοῦ ἴσην εἰπεῖν ἐΐσην.* Audebimus dicere errаſſe etiam hic Euſtathium, eo quòd non Athenæum ipſum, ſed eius ſuppoſititium adhibuiſſet in conſilium? Tertia eſt ſententia deriuantium *ἐΐσην* ab *εἶμι*, *vado* vel *inuado*, quia inquiunt, primi illi agreſtes homines, cum non abundarent alimentorum copiâ, ſicunde apparuiſſet quod ederent, *ἀθρόον ἐπ' αὐτὴν ἰόντες βίᾳ ἥρπαζον*, *impetu facto id rapiebant.* Etiam in cõuiuiis antiquiſſimorum aliquid huius feritatis. Iamblichus, de vita Pythagoræ, *τὸ ἀρχαῖον βαρβαρικῶς πάντες ἐπὶ ἕνα ἄρτον συνῄεσαν οἱ φίλοι.* Inde *ἀταδαλία* dicta eſt, inquit Athenæus, quaſi *ἀταβαλίας*. Lege Euſtathium qui hoc fusè proſequitur. Poſtremo ad primam reditur ſententiam, & pluribus explicatur, quomodo dicatur *δαὶς ἐΐση*, hoc eſt *ἴση*. Cum ait, *ὁ τοῖς διαπίνουσιν ἄλειαρ καὶ γὰρ ταῦτα εἰς ἴσον χωροῦντα ἐγίνετο*: obſcurè innuit verius quam indicat vocis *ἄλειαρ* etymum. Curioſi harum *λεπτολογιῶν* penſiculatiùs iſta expendant: nam in prima ſyllaba non eſt nihil difficultatis. multa Euſtathius & Etymologici auctor. Poſt iſta ſequitur Zenodoti reprehenſio, qui initio Iliadis ediderit, *οἰωνοῖσί τε δαῖτα*, ineptè: cùm *δαὶς* hominis ſit cibus, nõ brutorum pabulum. quippe voci huic denotatio ineſt *τῆς ἰσότητος*, vt indicat *τὸ ἔτυμον*: ergo non conuenit brutis, ſed ſoli homini, *μόνου ἀνθρώπου χωροῦντος τὸ ἴσον ἐκ τῆς προαιρετικῆς βίας*, inquit Athenæus. Vult dicere, non haberet cætera animantia virtutis aut vitij intellectum: neque vel laudem propter *προαίρεσιν* bonam mereri poſſe, vel reprehenſionem ob malam. quod veriſſimum eſt: non enim conſilio agunt bruta, ſed inſtinctu. ideò *ἦθος* propriè non habent, vt ait philoſophus: & iure Plinius de apibus, libro XI. capit. V. *quod maxime*, inquit, *mirum eſt, mores habent*: hoc eſt, honeſti atque inhoneſti notitiam. Hæc ille de apibus, de quibus & Virgilius:

—totiúſque ex ordine gentis Mores & ſtudia, & populos & prælia dicam.

Cæterum in feras non cadere neq; iram, neque beneficium, diſputat etiã Seneca. Impropriè loquitur Ariſtoteles, quando illis *ἦθος* attribuit in Hiſtorijs ſæpe. & Epiphanius quoque de brutis loquens, *ἐν δὲ ὁ ἐν αὐτοῖς ἤθει διάφορος, τὴν πρόνοιαν τοῦ θεοῦ αἰνιττόμενα.* Impropriè etiam Homerus, ſi ita ſcripſit, vt placet Zenodoto. quanquam in poëta minùs fortaſſe mirum: nam pari ratione Hebræi טרף vſurpant pro אכל: cùm ſit *κυρίως* טרף *pabulum feræ, rapinâ partum.* Mens igitur auctoris noſtri hæc. Sed quid appellat *προαιρετικὴν βίαν*? prorſus hoc dictum contradictionem implicat, vt loquuntur in ſcholis: nam quid magis contrarium quàm *προαίρεσις τῇ βίᾳ*? niſi ſi Latinos imitatus, *βίαν* poſuit pro *δυνάμει*: vt cùm vires animi dicimus pro facultatibus: ſed hoc in Græco ſermone quis ferat? Equidem eruditiſſimum ſcriptorem, Athenæum dico, nunquam ita hanc periodum concepiſſe perſuaſiſſimum habeo. Doctiores veram lectionem quærant. Conradus quidem Geſnerus ſcribebat, *ἐκ τῆς προαιρετικῆς βίας.* Quid ſi verò ita concinnemus? *ἐκ τῆς προτέρας ἀντὶ βίας*, *loco prioris violentiæ.* Hoc vult enim: homines initio ferarum more vitam egiſſe per rapinas & violentiam: poſtea manſuetam, æquabilem, & bonis politam moribus. Voculam *ἐκ*, ita ſæpe accipere ſcriptores Atticos, alibi dicebamus. Concludit tandem hunc ſermonem Athenæus, & ait, propter expoſitam modo cauſam, hominum alimentis fuiſſe *δαὶς* nomen in commune inditum: ſingulorum partibus *μοῖρα*. Homerus *Οἱ δ' ἤδη μοίρας ἔνεμον, κερόωντό τε οἶνον*: & alibi de Eumæo, *Καὶ τὰ μὲν ἑπταχὰ πάντα διεμοιρᾶτο δαΐζων, τὴν μὲν ἴαν Νύμφῃσι, καὶ Ἑρμῇ Μαιάδος υἱεῖ Θῆκεν ἐπευξάμενος τὰς δ' ἄλλας νεῖμεν ἑκάστῳ.* Coëgit me vt hæc exponerem, interpretum error, qui planiſſimam auctoris ſententiam rectè interpretari non potuerunt. Cæclus Argiuus, qui inter Halieuticorum ſcriptores auctori nominatur, eſt Cicilius Suidæ: qui prætermiſſum hodie in noſtris codicibus Agathoclem Athracium in hoc albo tertium numerat. inde, cenſeo, noſtros libros emendemus.

CAPVT VNDECIMVM.

Οἱ ἐν ἀξιώμασι κείμενοι, & οἱ ἀπὸ παιδείας ἀναγόμενοι.

Ἱερεῖα, omnes quibus veſcimur carnes. Proreр-

bium, ἄθυτα ἱερὰ κατεσθίειν. πρὸς οἰωνῶ τίθεσθαι, vel οἰωνὸν ποιεῖσθαι. Superſtitio veterum in factis, dictiſque. Variarum auctorum loci illuſtrati: Athenæi aliquot emendati.

AIT Athenæus piſceis olim eſſe habitos alimentum non conueniens, τοῖς ἐν ἀξιώμασιν ἥρωσι κειμένοις, id eſt, *heroibus in dignitate conſtitutis*. Dalec. accepit pro κατακειμένοις: cui caue aſſentiaris. κεῖσθαι pro *menſæ accumbere*, purus putus barbariſmus. quid autem eſt, *cum dignitate accumbere*? Sed impulit virum doctum in errorem participium κειμένοις, parum ex vſu Græcè loquentium adiectum: nam abſque vllâ adiectione οἱ ἐν ἀξιώμασιν, & οἱ ἐν τέλει paſſim pro magiſtratibus. Athenæus genus hoc dicendi nouè impleuit. Sic cùm viros doctos Græci ſoleant τοὺς ἀπὸ παιδείας, pari ſermonis compendio nominare: meminimus tamen pro eo legere apud Sextum Empiricum, τοὺς ἀπὸ παιδείας ἀνηγμένους. Sic cum τοὺς φιλοτίμους, honorum ac gloriæ cupidos, Græci τοὺς ἀπὸ δόξης dictitent: Chryſoſtomus pleniore periphraſi τοὺς ἀπὸ δόξης ὄντας. homil. XXVIII. in Acta. οἱ ἀπὸ δόξης ὄντες κινῆς ἀμφοτέρων περιγενόμενοι. Obſeruamus Græcos ſcriptores ἱερεῖα appellare non ſolùm victimas, quæ verè ἱερεύονται, & in ſacrificiorum vſum mactâtur: verùm omnia quæcunque ad comedendum iugulantur animalia. Satis conſtat tam ex ſacris quàm aliis literis, primis temporibus ignotâ hominibus carnium manducatione, tantùm in honorem numinis mactari ſolitas hoſtias. Piguit poſtea mortales olerum, & τῆς ἀπύρου τροφῆς: itaque cepére etiam ipſi carnibus veſci: ſed parcè initio, & ferè nonniſi ſalitis. Iuuenalis,

Sicci terga ſuis rarâ pendentia crate
Moris erat quondam feſtis ſeruare diebus.
Et natalitium cognatis ponere lardum,
Accedente nouâ, ſi quam dabat hoſtia, carne.

Nunquam autem vllû animal in proprios vſus mactabant, quin eius aliquam partem Deo cõſecrarent adolendã. qui ſecùs facerẽt, prouerbio notati, ἄθυτα ἱερὰ κατεσθίειν. quod de homine impio, improbóque ſolitum dici. Factum hinc, vt quodcunque animal in cibum mactarent, ἱερεῖον vocarent. Sic Galenus carnem definit, τὴν ἐπὶ τῶν ἱερείων ἐσθιομένην. quæ deſcriptio niſi ita, vt diximus, ſumas vocabulum ἱερείων, ridicula eſt. Xenophon, Aſcenſus Cyri libro I V. ἐντεῦθεν εἶχον πάντα ἐπιτήδεια ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ, ἱερεῖα, σῖτον, οἴνους παλαιούς. libro V. ὅθεν καλοῦντες τινὲς καὶ ἱερεῖα ἐπώλουν αὐτῶν, καὶ ἄλλα ὧν εἶχον. lib. V I. καὶ πλεῖον ἐξ Ἡρακλείας ἦκεν ἄλφιτα ἄγον, καὶ ἱερεῖα καὶ οἶνον. Theopompus, τοσαῦτα δὲ κρέα τεταριχευμένα παντοδαπῶν ἱερείων, ὡς σωροὺς αὐτῶν γενέσθαι. Polybius lib. I I. πλείσων ὑικῶν ἱερείων κοπτομένων ἐν Ἰταλίᾳ, διὰ τὰς εἰς τοὺς ἰδίους βίους καὶ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραθέσεις. libro ſexto, αὐτός τε τοὺς θεράποντας αὐτοῦ, καὶ τοῖς φυλάττουσιν ἱερεῖα καὶ στεφάνους ἅμα δὲ τούτοις οἶνον ἐξαπέστειλε. His in locis & aliis ſexcentis apud hiſtoricos ac medicos, ἱερεῖα ſunt animãtes quarũ veſcimur carnibus: nõ quod putant interpretes: qui ferè inobſeruantiâ huius rei, aut ſacrificia comminiſcuntur quæ nulla ſunt, aut alios errores errant non ferendos. Atqui non aliter veteres grammatici illud Homeri interpretantur, ἵνα οὐκ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην. rectéque notant iidem, ἱερεῖα dici ἁπλῶς τὰ βρώματα, pecudes, & quæcunque eſui ſolent eſſe mortalibus, ſed ineptum eſt quod adiiciunt iidem, hæc ἱερεῖα ſic eſſe appellata παρὰ τὸ ἱεᾶσθαι τὴν ἱερὰν: quaſi alia ſit vocis ἱερείων in ſacris origo: alia cùm ἁπλῶς pro comedendis carnibus ſumitur. Tanta ſæpe eſt in hoc genere hominum, morum antiquorum ignoratio. Sic accipe cùm negat hoc loco Athenæus, viſam antiquis parũ conuenientem heroïbus τροφὴν, τὴν τῶν νεογνῶν ἱερείων, id eſt, *tenerarum animantium carnes*. Verum non eſt, quod iſta vertens fingit Dalecampius, tenellos animalium pullos non mactari apud Homerum: mactantur enim, ſed ad ſacrificia, non ad heroum epulas. Ἰλιάδ. γ. Οἴσετε δ' ἄρν', ἕτερον λευκὸν, ἑτέρην δὲ μέλαιναν. non igitur ſatis fideliter expreſſa Athenæi ſententia: at vox ἱερείων hic quidem rectè expreſſa: alibi non rectè, vt libro I V. monemus. libro V I I. σήπεται τάχιστα τὰ νύκτωρ θυόμενα ἱερεῖα. interpretes, *putreſcunt celeriùs quæ noctu mactantur hoſtiæ*. vertendum, *quæ noctu mactantur animalia*. Galenus ζῷον & ἱερεῖον pro eodem vſurpat nullo diſcrimine. vt libro I I. de Temperamentis, ἀλλὰ καὶ ὁ νέον ἱερεῖον ὑπ' ἐσθίειν ἐθέλοις ὑπ' ἀναπαμὼν σκοπεῖσθαι, μυζῶσι μὲν καὶ πλαδαρὰν ὑγρότης τὴν σάρκα· τὸ γοῦν τις ῥῆμα ἅπαν ἄρτι πηγνυμένῳ τυρῷ ἐμφερές· ὅτι μηδὲ φαγεῖν ἡδεῖα δὲ ὑπερβάλλουσαν ὑγρότητα τῶν νεογνῶν ζώων εἶναι τὰ σώματα. Ait deinde auctor, ἑκάστῳ δὲ τῶν δαιτυμόνων παρ' Ὁμήρῳ παράκειται. ſed vitij locus ſuopte indicio manifeſtus: deeſt enim velut baſis cui inſiſtat verbum παράκειται. conabar aliter paulò implere quod videbam deeſſe: nunc ſequor membranas, & ſcribo, παράκειται ποτήριον παντὶ γ. Sequentia verba Athenæi, καὶ ταῦτα ἔπραττον πρὸς οἰωνῶ τιθέμενοι, pluribus explicantur ab Euſtathio: cuius propterea locum huc transferemus. ἱστέον ὅτι τὸ ἔτι τοὺς κρατῆρας ἐπιστέφεσθαι ὡς διὰ τὸ ποτὸν ἐπιστεφανοῦσθαι καθά φησιν Ἀθήναιος, ἔπραττον οἱ παλαιοὶ πρὸς οἰωνῶ φησι τιθέμενοι, τουτέστιν οἰωνιζόμενοι. ἦν δὲ ἴσως τὸ οἰώνισμα εἰς ἐντελὲς εὐδαιμονίας σύμβολον καὶ πληρώσεως. ὅπερ ἀπ' ἐναντίας τῷ κεναγγίᾳ ἐστί. τὸ γὰρ ὡς ἐμβαθύνει ἐπισταθὲν κενώματι ἔοικε σφημωθὲν. τὰ δὲ τοιαῦτα χρήματα καὶ πλήρη ἐστι καὶ πολυχόρητα. καὶ διὰ τοῦτο προσφυὲς τῷ ἀρμοδίῳ οἰωνίσματι τῷ ἐπὶ βίου εὐδαίμονι. Quia putarunt veteres & dicta & facta omen habere, id cauebant ſummâ curã, ne in factis ſuis, dictiſve ineſſe aliquid ominoſum videretur. Quare multa ſunt in vtraque lingua dicendi genera, multa item priſca ſunt inſtituta, quorum cauſſa aliunde quàm ab hac ſuperſtitione peti non debet: quod facit rectè hic Athenæus, & Iamblichus rationem explicans ſymboli Pythagorici, ἄρτον μὴ καταγνύναι, οἱ δὲ, inquit, ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιεῖσθαι τοῦτον, ἀρχόμενον καταγνύντα καὶ συντρίβοντα

ἕωλα. Ait, existimasse quosdam ideò Pythagoram vetuisse panem frangere, quia omnes res haberet, cùm cœnam inchoës frangere aliquid & comminuere. B.Chrysostomus in epistolam ad Hebræos, postquam magnificè paupertatem dilaudasset, τάχα τινὲς, inquit, καὶ οἰωνίζονται τῶν ἀκουόντων, οὐκ ἀπιστοῦντες ἐκ τοῦ· τοσαύτη γὰρ τῶν χρημάτων ἡ τυραννὶς, ὡς μηδὲ μέχρι ῥημάτων αὐτῆς τὴν παραίτησιν φέρειν, ἀλλὰ καὶ οἰωνίζεσθαι ταύτην. Idem alio loco eius commentarij, τάχα τινὲς καὶ οἰωνίζονται καὶ γελῶσι. Significat Chrysostomus, vulgus imperitum sermones de re quam detestabatur, cuiusmodi est paupertas, mali ominis loco habuisse. Affinis & ferè eadem superstitio est quam obseruamus lib. V. cap. XII. οἰωνίζεσθαι, πρὸς οἰωνὸν τίθεσθαι, & οἰωνὸν ποιεῖσθαι, parum differunt. Vide & libro sequente, cap. 11. Locos Homeri ab Athenæo hic allatos & expositos, apud ipsum poëtam leges sæpe paulo scriptos aliter: nam poëtæ verbis sua vel substituit, vel ii serit solens more suo Athenæus Atque hoc diligenter in hoc auctore est obseruandum. Quod ait, καί τις δὲ δείδεκτ' Ἀχιλῆα. respicit libri noni locum, vbi Vlysses Πλησάμενος οἴνοιο δέπας δείδεκτ' Ἀχιλῆα. Cæterum interpretationes Athenæi Homericorum verborum aut dictorum, descriptas sæpe pluribus reperias in Eustathij Commentariis: lector studiosus conferat, nec pœnitebit operæ: nobis in his diutius hærere non est animus.

CAPVT XII.

Poëtæ virtutis quondam magistri. διατριβὴν παρέχειν. Anagallis grammatica. ἀσέλγεια, & in ea voce Basilij mirum acumen. τραχηλισμοὶ pilà ludentium. φαινίνδα & ἐφετίνδα vnde dicantur. Cos insula deorum patria. πέρας κάλλους, summa pulchritudo. ἀποδύεσθαι & συναποδύεσθαι.

POETAS initio fuisse temperantiæ, atque omnium virtutum magistros, multi è veteribus scriptoribus testantur. Athenæus quidem, σῶφρον δέ τι, inquit, τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχεν. Scholiastes quoque vetus Homeri, ὀδυσς. γ. verbis penè iisdem, τὸ ἀρχαῖον οἱ ἀοιδοὶ φιλοσόφων τάξιν ἐπεῖχον. Multa in hanc sententiam Strabo primo libro γεωγραφουμένων: & Quintilianus libro primo, cap. x. Propterea poëtæ olim σοφοὶ & σοφισταὶ dicti. Pindarus Isthmionicarum, ode v. μελέταν δὲ σοφισταῖς Διὸς ἕκατι πρόσβαλλον σεβιζόμενοι. Enarrator illius, Σοφιστὰς καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. Vide Clementem Alex. Stromateorum, lib. primo. Διατριβὴν παρέχειν ᾄδων, non est quod putauit Dalec. sed oblectare aliquem, & facere vt hilariter ac iocundè tempus transigat: passim apud Strabonem, Plutarchum, & alios, διατριβὴ pro τέρψις & ψυχαγωγία. non multo pòst eodem sensu, τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν προφέρων: potiùs, vt in membranis, προσφέρων. Interdum, διατριβὴν παρέχειν significat, non, vt hoc loco, alium oblectare: sed risum alicuius tollere, & dictis vrbanorum hominum facere se obnoxium. Plutarchus in Pericle, οὐ μὴν ἔλαθεν ὁ Δάμων τῇ λύρᾳ παρακαλύμματι χρώμενος, ἀλλ' ὡς μεγαλοπράγμων καὶ φιλοτύραννος ἐξωστρακίσθη καὶ παρέσχε τοῖς κωμικοῖς διατριβήν. in Timoleonte, οἱ γὰρ Ῥηγῖνοι Καρχηδονίοις χαλεπῶς φέροντες γὰρ τὸ καταστρατηγηθῆναι, διατριβὴν τοῖς Ῥηγίνοις παρεῖχον, εἰ Φοίνικες ὄντες οὐκ ἀρέσκοιντο τοῖς δι' ἀπάτης πραττομένοις. in Lucullo, Λούκουλλος παρὰ τὸν ποταμὸν ἐν πεδίῳ μεγάλῳ καταστρατοπεδεύσας, παντάπασι μικρὸς ἐφάνη Τιγράνῃ, καὶ τοῖς κολακεύουσιν αὐτὸν διατριβὴν παρεῖχεν. Agallis Corcyræa grammatica, cuius meminit mox Athenæus, non aliter nominatur in manu exaratis libris: Suidæ tamen ἀνάγαλλις dicitur: vbi mendi suspicionem tollit series literarum. Fieri potest, vt anagallidi herbæ fuerit cognominis: sicut Cicero ciceri, Piso piso, Lentulus lenti, Thermus θερμῷ, alij aliis vel herbis vel leguminibus. Quemadmodum igitur planta hæc aliis ἄγαλλις, aliis ἀνάγαλλις appellabatur, teste Hesychio, sic & mulier Agallis eadem & Anagallis. Scribendum mox, vt ne sit clauda oratio, Δικαίαρχος μὲν Σικυωνίους Ἵππασος δὲ Λακεδαιμονίους ταύτην τε καὶ τὰ γυμνάσια πρώτους: supple, φησὶν εὑρεῖν. potest etiam sic, ταύτης τε καὶ τῶν γυμνασίων πρώτους. nempe τὴν εὕρεσιν ἀνατιθέασι. prior emendatio placet magis. Iuuenis ille, à quo diuelli Chærephanes non poterat, cùm tamen alloqueretur eum nunquam, impudicus fuit & muliebria pati solitus: nam hoc significat ἀσελγὴς, non *petulantiam*, vt versum perineptè. Omnino eâ voce defœdam aliquam, & παρὰ φύσιν Venerem intelligi constat satis: etsi quid propriè sit ἀσέλγεια, variè explicant antiqui grammatici: ex quorum libris & Strabonis duodecimo origo vocis nota est. At sanctissimus pater Basilius miram huius dictionis etymologiam commentus est. Scribit enim in Asceticis, ἐρωτήσει LXVII. ὡς εἶναι τὴν ἀσέλγειαν διάθεσιν μὴ ἔχουσαν ἢ μὴ φέρουσαν ἄλγος ἀσκητικόν. ὥσπερ καὶ ἀκρασία ἐστὶν ἡ μὴ ἔχουσα κράτος κατὰ τῶν ὀχλουσῶν ἡδονῶν. Vult dici ἀσελγῆ quasi ἀαλγῆ, eum qui præ luxu & mollitie ferre nequeat ἄλγος ἀσκητικὸν, id est, labores vitæ asceticæ, siue eorum qui in stadio pietatis & virtutis se exercẽt. Miram planè notationem: sed quam præter censentis auctoritatem nihil tueatur. Huic igitur ἀσελγεῖ iuueni Chærephanes παρηκολούθει; hoc est, illum adsectabatur, quod iure iuuenis indignabatur: nam etsi erat impudicus, videri tamen honestus volebat: quod per Chærephanem illi non licebat. Vlpianus libr. LXX. ad edictum. *Tenetur hoc edicto*, de iniuriis, *si quis eorũ quẽ appellauit adsectatúsve est*: Mox, *Adsectatur qui tacitus frequenter sequitur: adsidua enim frequentia, quasi prabet nonnullam infamiam*. Pilæ lusum commendat auctor maximè propter τὸ κατὰ τοὺς τραχηλισμοὺς ῥωμαλέον, id est, ceruicis agitationes vehementes & crebras. Propriè artis palæstricæ aut gymnasticæ verbum est τραχηλίζειν: inde ad pilæ lusum transfertur venustè. Galenus hoc explicat pluribus, ὅταν γὰρ, inquit, συνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀποκωλύοντες ὑφαρπάζειν

τὴν μεταξὺ διαπονοῦσι, μέγιστον αὐτὸ ἐστὶ σφοδρότατον καθέστηκε, πολλοῖς μὲν τραχηλισμοῖς, πολλαῖς δ' ἀντιλήψεσι παλαιστικαῖς ἀναμεμιγμένον, ὥστε κεφαλὴν καὶ αὐχένα πονεῖσθαι τοῖς τραχηλισμοῖς. Falſa verò & abſurda eſt vocis phæninda, quæ ſtatim ſequitur notatio. Ita enim ſcriptum, ἐκαλεῖτο δὲ φαινίνδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως τῶν σφαιριζόντων. phæninda, inquit, nomen inuenit ἀπὸ τῆς ἀφέσεως. quid hoc putidius? nam quid ſimile vnicâ literâ exceptâ? Sed non ita fatuus Athenæus, vt hoc ſaltem probabile putaret: non ita inconſultus, vt in literas referret. Lego, ἐκαλεῖτο δὲ ἐφετίνδα ἀπὸ τῆς ἀφέσεως, (vel ἐφέσεως) τῶν σφ. Euſtathius, ἐφετίνδα λέγεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὅταν ἄλλῳ προδείξαντες τὴν σφαῖραν ἄλλῳ ἐφῶσιν. Scribit idem alio loco, φαινίνδα deriuaſſe veteres ἀπὸ τῆς φενακίσεως quod etſi videtur abſurdum: quia tamen nihil tam à ratione alienum fingi poteſt, quod auctorem non inuenerit, poteſt ſcribi, ἐκαλεῖτο δὲ φαινίνδα ἀπὸ τῆς φενακίσεως. Sequitur, ὅ, τι εὑρετὴς αὐτοῦ ὡς φησιν Ἰόβας. meliùs libri qui ſcribunt, ἢ ὅτι εὑρετὴς αὐτ. eſt enim diuerſa nominis notatio à ſuperiore. In verſu Antiphanis ſcribe, φαινίνδα παίζων ἦν ἐς Φαινεστίου, non ὡς: propter metrum: neque ἐν, ſed ἐς aut εἰς, vt ἐς διδασκάλου φοιτᾶν. at ponere ἐν pro εἰς, Dorum eſt non Atticorum. Damoxenus poëta comicus, cùm ait mox de Co inſula, θεοὺς γὰρ φαίνεθ' ἡ νῆσος φέρειν, videtur deos appellare homines Coos, qui virtute ſuâ cœlum ſibi aperuerunt. Sic propter Bacchum & Herculem dictæ olim Thebæ θεοὺς φέρειν, vt eſt apud Dicæarchum. Con inſulam magnos aliquot tuliſſe viros, teſtis hiſtoria. Cous quippe Hippocrates, qui vir, ſi quis vnquam mortalium, veteri dicto fidem fecit, homo homini Deus. Natus ibidem & Ptolemæus Philadelphus, immortali memoriâ princeps digniſſimus. Mox lego & ſuppleo, non ex libris, ſed ex ingenij cõiectura,

—ἃ δὲ δὴ σὺ ῥυθμία
τότ' ἦθος, ἥτε τάξις, ἥτε χάρις ὅση
ἐν τῷ τὶ πράττειν ἢ λέγειν ἐφαίνετο.

& quæ mutamus in edita lectione, & quæ de noſtro adiicimus, ſperamus æquis lectoribus probatum iri. Legimus etiam, πέρας ἐστὶ κάλλους ἀνδρὸς, non πέρας ἔτι. Græci vt ſummam pulchritudinem aut temperantiam denotent, ὅρος ἐστὶ κάλλους, aut σωφροσύνης ſolent dicere: ſic accipitur hic τὸ πέρας. De Cteſibio ſphæriſta inſigni ſcribit Athenæus, καὶ πολλοὶ συναπεδύοντο αὐτῷ, id eſt, & multi cum eo ſe exercebant, atque in pilæ luſus certamen cum ipſo deſcendebant. etſi propriè ἀποδύεσθαι id ſignificat quod expreſſit Dalecampius, tamen illæ ambages ſunt & inutiles & ineptæ: nam à conſequenti ἀποδύεσθαι eſt exercere ſe: συναποδύεσθαί τινι, *in arenam cum aliquo deſcendere*. Frequens verbum in ore Atticorum hominum.

CAPVT XIII.

Emendati aut illuſtrati aliquot loci ex Homero. Saltationes Phaacum: λακεῖν. Ὁπλοποιΐα. ὁμαρτῇ. *Athenæi mos in deſcribendis veterum auctorum locis. Xenodamus & Pindarus. Athenæi μνημονικὸν ἁμάρτημα.*

QVÆCVNQVE Athenæus multis huius libri paginis de moribus & inſtitutis heroüm Homericorum diſputat, videntur omnia ex eo Dioſcoridis libro deſumpta, de quo capite octauo diximus. Sed quę fuſius à primo auctore erat expoſita, in pauca verba noſter cõtraxit. Fruſtrà verò iſta legat, aut ſperet poſſe intelligere, cui notum probè Homeri vtrumque poëma non fuerit. Quod cùm neglectum ſit, vt res arguit, ab interpretibus, mirari nemo debet multa ipſos in hoc argumento & ignoraſſe & peccaſſe. Exemplo illa ſunto, quæ de variis ſaltationibus apud poëtam auctor hic commemorat. Ait igitur Athenæus, οἱ Φαίακες δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἄνευ σφαίρας ὀρχοῦντο. Viris doctis qui iſta ſunt ante nos interpretati, nulla in iſtis verbis menda ſuboluit. nobis latere vlcus videtur: nam cum duorum generum ſaltationes Phæacibus poëta tribuat, cum pila, & ſine pila, non dubitamus aut vtriuſque ſaltationis mentionem feciſſe Athenæum: aut ſi alterius tantùm, eius potiùs quæ cum pila exercebatur. Nam quid nouum aut mirum ſaltaſſe Phæacas abſque pila? quin tu potius, dicat aliquis, quod & difficilius, & rarius, & auditu iucundius, id narra: pilâ ſimul luſiſſe Phæacas & ſaltaſſe. Quare ita ſcribimus, καὶ ἄνευ σφαίρας καὶ μετὰ σφαίρας ὠρχοῦντο. emendationem confirmant ſequentia verba: quæ ad ſaltationē pertinent τὴν μετὰ σφαίρας. Eius deſcriptionem habes apud ſummum vatem, ὀδυσ. θ. ibi reperies σφαῖρ' ἀμειβομένω: quæ verba exponit hoc loco Athenæus: ibi eſt etiam vox ληκεῖν, de qua ſic noſter, ἄλλων ἐφεστώτων καὶ ἐπικροτούντων τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, ὃ φησι ληκεῖν, hoc eſt, *aſtantibus alus, & digitis indicibus plauſum cientibus, quod poëta dicit* ληκεῖν. Homerus,—κοῦροι δ' ἐπελήκεον ἄλλοι ἑσταότες κατ' ἀγῶνα· πολὺς δ' ὑπὸ κόμπος ὀρώρει. Cur placeat auctori ληκεῖν eſſe κροτεῖν τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, manus alterius indice digito, quem λιχανὸν vocant Græci, palmam alterius tundere, neque video equidem cauſſam, neque puto vllam eſſe. nam ληκεῖν, Ionicum eſt pro λακεῖν. hoc autem manifeſtè factitium verbum eſt, vt κτυπεῖν, δουπεῖν, ψοφεῖν, σμαραγεῖν, κλαγγάζειν, φλοῖσβος, & alia multa. Monſtri ſimile eſt, quod de verbo λιχάζειν fingit iſto loco eruditiſſ. Dalecampius. Subiicit auctor, καὶ ἐν τῇ ὁπλοποιΐᾳ δὲ παιδὸς κιθαρίζοντος ἄλλοι ὁμαρτῇ μολπῇ τ' ὀρχηθμῷ τε ἔσκαιρον, quæ ita vertes, *& in armorum fabricatione, puero citharam pulſante aly conſertis manibus cum cantu & ſaltatione pedes agitabant*. Poëtæ ſunt verba ἰλιάδ. σ.

Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε· λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε
λεπταλέῃ φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῇ
μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε (Athenæus legit ὀρχηθμῷ) ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

Quis

Quis nescit hanc istius rapsodiæ partem peculiari nomine ὁπλοποιΐαν è re solitam appellari: tamen interpretes longè aliter eam vocem acceperre etiam paulo pòst: prorsus viris doctis indigno errore. In prioribus editionibus erat scriptum, ἄλλοι δ' ἐν μανίᾳ: idque probatum interpretibus. Nos ex ipso fonte scripsimus ἄλλοι ὁμαρτῆ. miramur tamen aliter in omnibus MSS. haberi. Sed non dubitamus verum esse, quod iam nobis venit in mentem. Nam Athenæum scripsisse censemus ἐν ἁρμονίᾳ: vnde illa insana lectio ἐν μανίᾳ fluxit, postea quàm semel vocis ἁρμονία syllaba prima fuit deperdita & intercepta. Solet auctor cùm veterum poëtarum locos describit, obscuriores voces interdum omittere, aut notioribus commutare. Sic igitur pro ὁμαρτῆ, quam dictionem variè interpretantur veteres magistri, dixit ἐν ἁρμονίᾳ, aut σὺν ἁρμ. quo etiam modo explicat τὸ ὁμαρτῆ antiquus poëtæ scholiastes. Turnebi editio pro ἔσπαιρον legit ἐσπούδαζον, *operam dabant*. non assentior, & omnino rectum est quod edidimus: vsurpat enim poëta verba, vt indicauimus. Hyporchematicæ poëseos & saltationis auctores duos fecisse Athenæus scribit, Xenodamum & Pindarum: de vtroque plura in libro De musica Plutarchus: atque inter alia hæc, ἀλλὰ καὶ Ξενόδαμον ὑπορχημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασί, καὶ οὐ παιάνων καθάπερ Πρατίνας. καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ξενοδάμου ἀπομνημονεύεται ᾆσμα ὅ ἐστι φανερῶς ὑπόρχημα· κέχρηται δὲ τῷ γένει τῆς ποιήσεως ταύτης καὶ Πίνδαρος. Xenophontis locus prolixè ab auctore descriptus, initio sexti Ἀναβάσεως legitur: non autem libro septimo, quò tamen reiicit nos Athenæus: nam conuiuium apud Seutham regem eo libro describitur. Sed de auctoris huius memoria alio loco plura. Illud verè ab eo dictum, ab interpretibus pessimè acceptum: poëtam in Hoplopœia solemnitati nuptiarum tibias admouere. Sic poëta, illâ quam antè diximus rapsodiâ,

> Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον· ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
> Αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον.

CAPVT XIV.

Libationes super linguis: ἐπιλείβειν. Eratosthenis emendatio Homerici loci reiecta. Phæaces diis chari. Mos inferendi matulas in triclinia, & capitibus illidendi. Plauti, & Demosthenis loci illustrati. λακκοπρωκτία. *ἀμίδος ὄνομα, pro ἀμίς: Veterum αὐτοσχεδιασμός. Homerus contra magni viri criminationem defensus. Αἰτεῖ.*

HOMERICI heroës, ait Athenæus, *σπένδουσι καὶ ἐπὶ ταῖς γλώσσαις ἐκ τῶν δείπνων ἀπιόντες*, id est, *soliti facere libationes super linguis, cum è conuiuio discederent.* linguas intellige, quas Mercurio adolebát veteri instituto. Docti vertûr, ἐπὶ γλώσσαις, *ob linguæ commercium*: neque enim meminerant versiculi istius maximi vatum, γλώσσας δ' ἐν πυρὶ βάλλον· ἀνιστάμενοι δ' ἐπέλειβον· quid est ἐπιλείβειν, nisi σπένδειν ἐπὶ γλώσσαις? Non probo Eratosthenis emendationem paulo pòst commemoratam, Homerici huius versus, ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα. probo vt editum est in nostris libris hodie, ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα. eleganter & planè ὁμοίως pro κατέχῃ δῆμον ἅπαντα. Phæacas diis charos fuisse ex Nausicrate auctor scribit. Poëta iste fuit comicus, non semel Athenæo nominatus. Sed cur in hac re alius testimonio potiùs, quàm Homerico vtitur? nam in septimo Vlyssex gloriatur Alcinoüs, non solum amicos, sed etiam cognatos diis esse Phæacas suos: ἐπεί σφισιν ἐγγύθεν εἰμὲν, inquit ille: In descriptione πεττείας procorum, præferunt libri quidam, non καὶ κλήρῳ μὲν τὸν λαχόντα: sed τὸν κεκληρωμένον τὸν λαχόντα. Alij, καὶ κλήρῳ μὲν τὸν λαχόντα. Vtrumque dicunt Græci, & κλήρῳ λαχεῖν, & λαγχάνειν κληρούμενον. Deinde scribe ex Eustathij melioribus libris, ἐκκρούσει πρόσω τὴν ψῆφον Πηνελόπην. & statim, pro ἐπιτυχὼν βαλεῖν τὴν ἑτέραν. scripti quidam, τὴν ἑαυτοῦ: Turnebi editio, τῇ ἑτέρᾳ. deinde iterum ex Eustathio scribe, τὸν δ' Εὐρύμαχον πλείστας ἀλφεῖν νίκας ταύτῃ τῇ παιδιᾷ. in editis desideratur τὸ νίκας, vox prorsus necessaria. Durum est quod sequitur, ἐν ἐλπίσιν εἶναι τοῦ γάμου. pro, magna in spe esse ducturum se Penelopen. Eustathius sic, ἐν ἐλπίσιν εἶναι ἐξ ὧν ὄντα λαβεῖν τὴν βασίλειαν. Fuit ille Græcorum sanè quàm turpis & defœdus mos, quem tangit auctor hisce verbis, ὡς καὶ τὰς ἀμίδας ἀλλήλοις περικατάγνυνται. Aderant illis conuiuantibus, inter alia instrumenta perditi luxus, etiam matulæ. Has sæpe, vbi incaluissent, in capita inuicem sibi illidebant. Tale illud Demosthenis, ἐνούρουν τε ἀμίδας καὶ τὰς ἀμίδας κατερρήγνυον. Ita legitur hic locus apud Eustathium. Est autem petitus ex ea summi oratoris, quæ actionem iniuriarum continet aduersus Cononem. Plautus Captiueis,

> ... *nisi qui colaphos perpeti*
> *Potis parasitus, frangique aulas in caput.*

Propterea dicti alij parasiti apud eundem festiuissimum poëtam, *duri Capitones*: quæ tamê verba doctissimi viri exposuerunt longè aliter, & planè mirificè. Mos autem inferendi in triclinia matulas, à Sybaritis gente infami, & omnis generis luxus magistra ortum habuit, narrante Athenæo lib. XII. Æschyli & Sophoclis descripti versus hoc loco, eâ sunt inter se similitudine, vt alterû alterius institisse vestigiis, natu minorem videlicet grandioris, negari non possit. quod mirum ei non videbitur, qui apud Clementem & Eusebium, τὰ περὶ κλοπῆς veterum Græciæ scriptorû legerit. In primo Sophocléo, ἀμφὶ θυμῷ valet ἀμφ' ἐμοί, vt ex comparatione Æschyléi constat. mihi videbatur σκληρὰ φρονῶν, & genio Sophoclis ἐπρέπε: sed nô aliter scriptum inueni apud Eustathium, ὁ δ' οὖν. Noli vero putare cùm scribit Athenæus, Εὔπολις τὸν πρῶτον εἰσηγησάμενον τὸ τῆς ἀμίδος ὄνομα ἐκωμῴδησε, de nomine ἀμὶς loqui auctorem, & eo qui primus id nomen excogitauit pro οὐράνη. Non de vocabulo, sed de re sensit Eupolis: hoc est, de eo qui primus

primus inter pocula matulam poposcit. ita interpretor in eius versu, τίς ἄπω ἀμίδα πάμπρωτ☉. Sic erit illud verum, πολλήν γε λακωνοπρωκτίαν ἐπίσταθ' ἡμῖν ὑμῶν. vbi perperam editum ἐπίσταθ' ἡμῖν. pro ἐπίσταθ. sciat, inquit, ille qui primus morem τῆς ἐπιπίνειν, hoc est, poscendi maioribus poculis finitâ cœnâ, & in triclinia matulas inferêdi exemplum dedit, se inuenisse & εἰς τὸν βίον inuexisse magnam obscœnitatem & turpitudinem. λακωνοπρωκτίαν, factâ ad Laconum nomen allusione, dixit pro εὐρυπρωκτίαν. quod notum quid sit, & quibus competat propriè: hic non aliud quàm quod diximus significat. Vt redeam vnde sum digressus, hoc ita verum, si Eupolidis reprehensionem sic accipiamus, vt antè diximus. At illi qui nomen tantùm ἀμίδ☉ inuenit primus, quæ potest iure exprobrari εὐρυπρωκτία? Igitur in superioribus Athenæi verbis, τὸ τῆς ἀμίδ☉ ὄνομα more Atticorum positum pro τὴν ἀμίδα: sicut τὸ Θηβαίων ὄνομα apud Æschinem pro Thebani: *Romanum nomen* apud Liuiû pro Romani, & his similia. Morem assidendi mensæ, non accumbendi, ab Alexandro Magno fuisse aliquando vsurpatum refert Athenæus, & historiam addit, τετρακοσίους οὖν ποτε ἡγεμόνας ἑστιῶν ἐκάθισεν ἐπὶ δίφρων ἀργυρῶν. *quadringentos duces cùm aliquando exciperet conuiuio super argenteis sedilibus sedere eos fecit.* Eustathius numerum hîc positum mirè amplificat. λέγεται ὡς καὶ Ἀλέξανδρός ποτε εἰς ἑξακισχιλίους ἡγεμόνας ἐκάθισεν ἐπὶ δίφρων ἀργυρῶν. pro quadringentis ait sex millia. Inuenimus etiam nos in quibusdam MSS. loco vocis ἑστιῶν, sic, ὡς ςζ, hoc est, *sexies mille & septem.* Demiror vnde hæc tanta librorum diuersitas: nam mutatione magnâ opus, vt duæ istæ lectiones concilientur. Porrò verissimum est quod obseruat mox Athenæus, vel potiùs Dioscorides: priscos mortales sibi ipsos ministrasse, & vt hîc dicitur elegantissimè, αὐτοδιακονίαν ἀσκῆσαι. Vellé istius venisset in mentem summo illi & iudicio meo, incomparabili viro, qui in Homeri criminatione hoc quoque inter alia ei obiicit: quòd Achillem inducat seruilia sæpe munera obeûtem. Enimuerò si crimen hic vllum admissum, seculi non poëtæ crimen est; sunt enim poëtæ τῶν ὄντων καὶ τῶν γιγνομένων μιμηταί. Ita autem vixisse tum homines, & sacræ testantur literæ, & vetus τῶν ἡρώων historia comprobat. de Achille verò hoc eo minus debet mirum videri, quia Thessalus fuit, quam gentem antiquæ simplicitatis tenacem fuisse, & supra cæteras adamasse exercuisseque τὴν αὐτοδιακονίαν docêt scriptores. Auctor Anonymus, cuius extant de moribus sermones quidam Dorici. Θεσσαλοῖσι καλὸν τὼς ἵππως ἐκ τᾶς ἀγέλας λαβόντι αὐτὼς δαμάσαι, καὶ τὼς ὀρέας βῶς τε λαβόντι αὐτὼς σφάξαι, & ἐκδεῖραι, & κατακόψαι· ἐν Σικελίᾳ δ' αἰσχρόν, καὶ δώλων ἔργα. *apud Thessalos honestum est, si quis equos vel mulos ex armento capiat, & domet ipse: itémque si boues capiat aliquis, & mactet ipse, atque excoriet, secétque in frusta: quod facere turpe in Sicilia habetur, &* *ministerium seruile.* ἐν Λιταῖς, dixit auctor, librum nonum Iliadis designans, cui nomen Λιταί. Interpretes tam fuere peregrini in literis, vt id nescirent. Postremum Antiphanis versuum ita scribe,

Οὕτω σαπρόν τι πρᾶγμα, θερμὸν ἴσθ' ὕδωρ.

CAPVT XV.

Planta Venerea: Sandrocottus, στυτικαὶ δυνάμεις. *Côtrarij effectus eiusdem plantæ.* ὄρχεις *gallinæ. Salacitas eius auis.* νίκλ☉, *vnguentum, Coronarum Homerus non meminit.* ἱσμοὺς & σφῆτας. *Stephani aliquot loci emendantur.* ψηφοκλέπται, *præstigiatores, & qualis fuerit* ψηφοπαιξία *antiquorum.*

NARRAT Theophrastus, ait auctor, ὅτι τινὰς ὀχευτικὰς δυνάμεις εἶναι, ὡς καὶ μέχρις ἑβδομήκοντα συνουσιῶν ἐπιτελεῖν· hoc est, *eam esse cuiusdam herbæ facultatem vires in Venerem sufficiendi, vt septuageno coitu duret libido:* δυνάμεις vertit Dalecâpius, *medicamenta.* sed Veneream herbam, de qua sentiebat Theophrastus, quis vocet *medicamentum?* quanquam φάρμακον rectè dixeris: Ita enim Græci nominant, Galeno auctore, πᾶν ὅ, τι περ ἂν ᾖ ἀλλοιωτικὸν τῆς φύσεως. Vocis Latinæ alia notio, atque ratio. Sic dixit Chrysippus libro v. de honesto & voluptate, δυνάμεις βρωτικὰς & συνεκτικάς. Propriè δύναμις est facultas alicui rei indita: in his & similibus locis, res ipsæ vocantur δυνάμεις. Polybius lib. VIII. ἡ γὰρ ἦν ἡ δύναμις ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν τὸν καιρὸν ἀπολλυσῶν. Scribit verò Theophrastus eam herbam, cuius neq; nomen, neque speciem posuit, ab Indo quodam fuisse in Græciam allatam. In libris Indicarum nauigationum aliquot herbarum simili virtute præditarum historiam reperias, cuiusmodi sunt amfiam, (id est opium) agnacat, tambor, siue betel, aliæ. *Sâdrocottus* is est de quo Strabo, & nos olim ad illum: nam alij Androcottum indigetant: *Sandropyctô* Dalec. nescio vnde: nam aliter hoc nomen corruptum in prioribus editionibus: quarum mendam Natalis rectè correxerat. Scribo autem, ἀποστέλλειν τινὰς δυνάμεις στυτικάς. non vt hodie legitur in omnibus στυπτικάς. Quò enim ista astringentia? an quia τονωτικὰ sunt quæ astringendi vim habent, ideò existimandum ad Venerem proniores iis homines fieri? nugæ nugacissimæ: nam dubium non est scripsisse Athenæum δυνάμεις στυτικάς, hoc est, *herbas natas aptas ad mutinum arrigendum:* id enim est στύειν vnde στυμάτια μισεῖν, & ἄστυτ☉ οἶχ☉ alibi in his libris. Sic Theophrastus miraculosam illam herbam describit, vim illi tribuens, ὥ ἔφασαν τὸ αἰδοῖον ποιεῖν, id est, στυτικόν. Appellat auctor, vt diximus, δυνάμεις, res δυνάμει præditas: Sic *virtus* apud medicos Latinos. Aurelianus Tardarum lib. IV. *si quisquam harum virtutum recusauerit vsum.* Has de quibus loquitur Athenæus virtutes, nos herbas fuisse, vel plantarum partes, puta, radices, censemus. Ergo ait, hasce à Sandrocotto ex

India

India missas δυνάμεις, οἷς μὲν ὁρμὰς ἐμποιεῖν ὀρνίθων δίκην, οἷς δὲ καταπαύειν. *in alijs appetentiam Veneris excitasse qualis est in gallis gallinaceis: in alijs Venerē inhibuisse.* Ἐναντίων cōtrariarum caussam in vtēdi modo puto fuisse positam. Nam & vinum modicè sumptum animum exhilarat, omnésq; vires corporis reficit: immodicè potum amentiam inducit, & corporis robur exhaurit. ὀρνίθων δίκην Dalec. vertit, *passerculorū more.* Velim scire quis omnium Græcorū ὄρνεις appellauit ἁπλῶς; quos vellet passeres intelligi? at de genere gallinaceo eam vocem peculiari notione vsurpari omnes sciunt. Sed salacitatem passerum respiciens vir eruditus, ita vertendum censuit: ceu verò non & gallinaceorum gallorum par esset salacitas: cuius rei testis quotidiana experiētia, & Aristoteles etiam, qui in primo Historiarum ἀφροδισιαστικὰ κατ' ἐξοχὴν animalia appellat τὸ τῶν περδίκων καὶ ἀλεκτρυόνων γένος. Vnguentis illitum Parin ab Homero induci, probat auctor allato eius versu ex Iliadis ῥαψ. γ. Sic enim poëta de Alexandro, κεῖτ' ἐν θαλάμῳ, καὶ δινωτοῖσι λέχεσσι κάλλει τε στίλβων καὶ εἵμασι. Athenæus κάλλος hic putat vnguentum significare: & alium affert locum poëtæ, vbi dicitur de Venere, κάλλεϊ τὰ πρόσωπα κάθηρε. h. c. *vnguento faciem nitere facit:* sic veteres critici exposuêre apud Homerum: non *faciem purgat* simpliciter, vt sonant verba. Hesychius: κάλλει, τῷ μύρῳ τῷ τῆς Ἀφροδίτης. adi Eustathium Coronarum poëta nusquam fecit vllam mentionem: neque in vllo eius versu vtriusque poëmatis, στέφανος pro corona, aut στεφανοῦν in propria significatione legitur. An igitur poëtæ omniscio coronarum vsus fuit incognitus? minimè, inquit Athenæus: τῷ γὰρ ἐκ τῆς μεταφορᾶς ὁμοιώματι σημαίνει ὅτι οἶδε τὸν στέφανον, id est, similitudo rerum de quibus metaphoricè vsurpat Homerus τὸ στέφανος & στεφανοῦν, arguit non ignorasse illum quid sit corona, quod propriè significat dictio στέφανος. Probum & validum argumentum: nam propria cuiusque vocis significatio, naturâ prior est quàm trāslatitia. *aries* enim & *cornua* in vsu & notitia hominum antè versata sunt pro dominantibus verbis & certorum animaliū appellationibus: quàm in suos vsus ea mechanici accommodarint. eadē ratio cæterorū. Quando scribit Athenæus Ἱστιαιεῖς οἱ καὶ Ὠρεῖται, perinde loquitur vt si quis dicat, Epidamnij & Dyrrhachini. aut Byzātij & Constantinopolitani. quod dicendi genus cùm insolens sit scribebā, Ἱστιαιεῖς οἱ καὶ Ὠρεῖται. sed editam γραφὴν etiam Eustathius agnoscit: sicut paulo antè, οὐχ ὡς ὕστερον. editi scriptique codd. & Eustath. pro οὐχ ὡς οἱ ὗς. vt legitur in comici scholiis, vbi describitur ille locus. Histiæa vetus Eubœæ oppidum, recentiore nomine dictum Oreum. Strabo, Ὠρεῖται μετωνομάσθησαν ὕστερον οἱ Ἱστιαιεῖς. In Stephani Gentilibus voce Ἱστίαια, scribe, νῦν δὲ καλεῖται Ὠρεός. non vt est perperam editum Ὠρεινός. Apud Eustathiū hæc Athenæi verba recitantem Ἑστιαιεῖς scriptum, nō ἄπ. vtroq; modo scribi solitum id nomen, docet idem secundo ad Iliadē Commentario. De ea rē sic scribe Stephani verba, male vulgò cōcepta: Ἱστιαιώτης ὁ τῆς Θετταλικῆς· ὁ δὲ τῆς Εὐβοίας διάφορος κατὰ τὴν γραφὴν καὶ διὰ τοῦ ι, καὶ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. Apage censuram Dalecampij super hoc loco: apage illam absurdissimam annotationem, quâ nihil ineptius. Isti igitur siue Histiæenses siue Oritæ, vt narratur hic, Θεοδώρου τοῦ ψηφοκλέπτου ἐν θεάτρῳ χαλκῆν εἰκόνα ἀνέθηκαν ψῆφον κρατοῦσαν. *Theodori ψηφοκλέπτου statuam in theatro dedicarunt calculum tenētem.* Quid autem significetur voce ψηφοκλέπτης, obuium cuiuis non est. Natalis *suffragiorum absconditorem* Theodorum illum facit. Est verò ineptum & ridiculum, putare habitum hunc honorē fuisse homini fide malâ versanti in re suffragiorū. ideò locum pro corrupto habuit Dalec. scripsitq; ψηφολόγου. Opponimus nos huic emendationi & MSS. omnium consensum, & Eustathij auctoritatem: qui vulgatam lectionē absque dubio vllo agnoscit ad octauam Ὀδυσσ. ῥαψ. quin ipsi Eustathio nomē hoc videtur fuisse obscurum: scribit enim eo loci, τί δὲ δηλοῖ ὁ ψηφοκλέπτης, οὐ δῆλον. τις ἐκεῖνον Σοφοκλῆς τὸ κλέπτης γὰρ αὐτοῦ ψηφοπαικτὴς εἴρηκε. Locus Sophoclis est in Aiace Lorario. Cæterùm quærentem quid hic significet ψηφοκλέπτης, nihil adiuuat ille versiculus. Quare aliud agamus. ψῆφοι Græcis calculi dicūtur, queis olim præstigiatores vsi quidam, iis in totum similes, quos hodie vocamus idiomate nostro, *joueurs de gobelets*. Solēt isti calculos aut globulos in mensa palam positos, deinde acetabulis opertos, tantâ dexteritate mouere loco, transferréque, vt veritatis ignari spectatores, aut verborum quæ interea funditant efficaciā, aut aliquâ alia vi magicâ, non manibus præstigiatoris, fieri id sibi persuadeant. Græcis non fuisse incognitū ludicrū hoc, certum est. Suidas, ψηφολόγοι ὥσπερ οἱ ψηφοπαῖκται· ψηφολογικοὶ δὲ οἱ πλανῶντες, καὶ ἀπατῶντες, ὥσπερ οἱ ψηφολόγοι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως τῶν ψήφων ἀπατῶντες συναρπάζουσιν. Nouerunt & Romani: Glossarium vetus, *Præstigiator*, ψηφοπαίκτης. alibi, ψηφοπαιξία, *præstigiæ* Seneca epistola XLV *Sic ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat.* Sextus Empiricus Hypotyposeon lib. 2. ὥσπερ δὲ ὅτι ἀληθῆ ἐστὶ τὰ ὑπὸ τῶν ψηφοπαικτῶν γινόμενα συγκατατιθέμεθα. Idem lib. II. aduersus dogmaticos: καθά, ait, οἱ ψηφοπαῖκται τὰς τῶν θεωμένων ὄψεις διὰ ὀξυχειρίαν κλέπτουσιν. οὕτως οἱ ῥήτορες διὰ πανουργίαν τὰς τῶν δικαστῶν διανοίας ἀμαυρώσαντες, τῷ νόμῳ συγκλέπτουσι τὰς ψήφους. Noli igitur dubitare ψηφοκλέπτην dici hic ab Athenæo præstigiatorem huius generis, quem vulgò ψηφοπαίκτην vocabant, aut ψηφολόγον, Solent Græci κλέπτειν vsurpare venustissimè, quando raptim & clam factum esse aliquid significāt. inde κλέπτειν πόλεμον apud Xenophontem: & κλέπτειν ὄρη apud eundem, pro, *montes clam hostibus occupare.* sic in superioribus Suidæ verbis συναρπάζειν calculos & apud Artemidorū in mentione harum offuciarum, ψήφους κλέπτειν. Sic ille lib: III. ψηφοπαικτεῖν

παιζόντων δ᾽ ἀκοῦσαι οὐκ ἐπιστάμενον, πολλὰ ἀφανίζουσαι συμβαίνει, παραλογιζόμενον καὶ ψευδόμενον, διὰ τὸ πολλὰς ψήφους κλέπτειν, καὶ ταύτας ἄλλοτε ἄλλως δεικνύειν. Gregorius Nazianzenus, in oratione de Athanasio, ἀλλὰ ταὐτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν, τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τάχει τῆς μεταθέσεως. Scholiastes ibi, ὥσπερ οἱ ψηφοπαῖκται οἱ παρακρουόμενοι τοὺς θεωμένους, καὶ τὰς ὄψεις αὐτῶν ἐξαπατῶντες τῇ εὐστροφίᾳ τῶν χειρῶν, καὶ τῷ τάχει τῆς κάμψεως τῶν δακτύλων, ὡς τὰ τοσαῦτα τῷ ἀριθμῷ τυχὸν μὴ τοσαῦτα νομίζεσθαι. Idem in oratione altera quâ Iuliani nomẽ proscripsit, ἓν τῶν ἐκείνου θαυμάζειν ἔχω. πολλοὺς γὰρ τῶν ἑαυτοῦ συνήθων τε καὶ γνωρίμων, ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν διατριβῶν μάλιστα, ἐκάλει μὲν κατὰ πᾶσαν σπουδὴν, ὡς δράσων θαυμάσια οἷα, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπῇρε, μεμυημένους τῶν ἀπορρήτων· ἐποίει δὲ παραπλήσιον, τοῦτο ἐκεῖνο, αἱ τῶν ψήφων κλοπαὶ, καὶ τῶν ὄψεων ἀπάται· τοὺς μὲν τόνδε τρόπον διαπαίζων, τοὺς δὲ τόνδε. Idem oratione tertia de pace, ceu prouerbiũ illa vsurpat, καὶ τὸ χαρίεν, ἡ τῶν ψήφων μετάθεσις, de iis, qui temerè eundem modò pro orthodoxo, modò pro hæretico haberent: aut qui facilè ipsi fidem mutarent. Ea namque fuit Ecclesiæ Dei illis temporibus cõditio. propterea scribit idem in oratione ad CL. Episcopos, σήμερον σύνθρονοι καὶ ὁμόδοξοι, ἂν οὕτω φέρωσιν ὑμᾶς οἱ ἄγοντες, αὔριον ἀντίθρονοι καὶ ἀντίδοξοι. Ibidem: ἐμβροντήτε καὶ πολύτροποι, ὥσπερ τις ἂν καὶ πλάσμα τοῦ πονηροῦ. καὶ τοῦ σοφιστοῦ τῆς κακίας, ὅστις ποτὲ εἰ ὁ τοῦτο πάσχων, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἀνοητότατε, ὅτι χθὲς ἦν εὐσεβὴς, καὶ πῶς ἀσεβὴς σήμερον. Alludit & alibi facundissimus ille scriptor, ad præstigiatorum istas fallacias: vt in ea De amore in pauperes, τὰ μὲν γάρ ἐστι ῥευστὰ καὶ πρόσκαιρα, καὶ ὥσπερ ἐν παιδιᾷ ψήφων, ἄλλοτ᾽ εἰς ἄλλους μεταρριπτόμενα καὶ μετατιθέμενα. & in posteriore Iulianea, de martyre loquens, καὶ πολλὰ σε τῆς ἐνεργείας, καὶ τῶν λόγων καταγελάσας, ὡς ψηφολογικῶν καὶ γελοίων μετὰ πλείονος ἐξῆλθε τῆς παῤῥησίας. Auctor est Iulius Pollux Lysiam oratorem dixisse ψηφοπαικτεῖν τὸ δίκαιον, translatione ductâ à psephopæctis, præstigiatoribus: id autem significat, *ius peruertere subtilibus commentis*: Sed ipsa Pollucis verba satius adscribere, ὁ δὲ Λυσίου ὁ κατ᾽ Ἀντικλέους λόγος ἐν ᾧ γέγραπται, ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον, εἴη ἂν καὶ ὁ ψηφοπαίκτης ἐν τέχνῃ, τὸ δὲ ὄνομα τοῦτο ἐμφανεῖ τις τῶν νέων κωμῳδῶν Εὔδοξος ἐν Ναυκλήρῳ (vel Ναυκλήρου) δράματι.

CAPVT XVI.

Κοῖλον ἱμάτιον. Mos lacerandi vestes quæ consecrabantur. Error Athenæi aut librarij: ἡμίαμβοι & μιμίαμβοι. Matreæ plani ænigma. θεῖα, vitia. Iocosæ quæstiones Matreæ expositæ.

DE statua cantori Cleoni Thebis publicè posita loquens Athenæus, φησὶν, inquit, Πολέμων, φεύγοντά τινα χρυσίον εἰς τὸ ἱμάτιον κοῖλον ὂν ἐνθέσθαι: videtur appellare cauam vestem, sinum quem amiculum pondere ad statuæ pedes collectum faciebat. nisi malis duplicem fuisse vestem, eámq; laceram: vt facilè fuerit pecuniam intus abdere. fuit autem moris olim, consecrandam numini alicui vestem findere, ne manibus fugacibus esset obnoxia. Hesychius, οἱ ἀνατιθέντες ἱμάτια κατέσχιζον αὐτὰ, ἵνα μὴ ἀρθῶσι παρά τινων, probabile est, factitatum & in statuarum amiculis idem fuisse. Pecuniam autem in sinu vestis huius depositam, inuentam ibi fuisse narrat auctor συνοικιζομένης τῆς πόλεως μετὰ ἔτη τριάκοντα, cũ *vrbs restauraretur post annos triginta*. sed aut legendum εἴκοσιν: aut negligenter hoc ab Athenęo pronuntiatum esse fatendum non enim XXX. sed XX. tãtum annis iacuerũt Thebæ: anno vicesimo ope Cassandri iterum conditæ. Diodorus Siculus, εἰκοστῷ δ᾽ ἔτει ὕστερον Κάσσανδρος φιλοδοξῆσαι βουλόμενος, καὶ πείσας τοὺς Βοιωτοὺς, ἀνέστησε τὴν πόλιν τοῖς διασωζομένοις τῶν Θηβαίων. Membranæ & Eustathius librarios culpâ absoluunt: itaque non possumus nos Athenæum, nisi lubet dicere, sentire Athenæũ de tempore quo cœpta est vrbs restaurari: Diodorum, de tempore quo operi tanto coronis est imposita. Fauet verbum quo vsus Athenæus συνοικιζομένης, id est, cum denuò incolis frequẽtaretur. Plinius manifestò in hac historia alios auctores sequitur. Scribit enim libro XXXIV. cap. VIII. *Leontius fecit Apollinem citharœdum, serpentémque eius sagittis confici, qui Dircæus appellatus est, quod cùm Thebæ ab Alexandro caperentur, aurum à fugiente conditum, sinu eius celatum esset.* Herodotus ὁ λογόμιμος videtur esse is qui in Stobæi libris Herodes dicitur, auctor mimiamborum: de quo etiam accipiunt doctissimi viri versus istos Terentiani Mauri, dę Scazonte Hipponactęo loquentis.

Hac mimiambos Mattius dedit metro:
Nam vatem eundem est Attico thymo tinctum
Pari lepore consecutus & metro.

Videtur inquam, ita esse: nihil tamen ausim affirmare: nam apud Stobæum constanter variis locis Herodes iste ἡμιάμβων, non autem μιμιάμβων auctor dicitur. emendationem verò eruditissimorum hominum μιμιάμβων pro ἡμιάμβων rescribentium suspectam facit, quòd non Herodis solum ἡμιάμβους laudant veteres: sed etiam aliorum poëtarum: vt Cercidæ Stobæus idem sermone LVI. Promathidæ Athenæus libro septimo. Suspicamur ἡμιάμβους appellatos fuisse carminis iambici genus breuissimis versibus constans. meminit etiam Demetrius Phalereus ἡμιμέτρων: quos docti arbitrantur esse μονομέτρους alio nomine appellatos. Iulius Pollux libro IV. cap. X. inter νόμων αὐλητικῶν appellationes ponit μονιάμβους & παριαμβίδας. an ibi quoque ἡμιάμβων nomen restituendum? nam quid μονιάμβοι sint diuinare non possum. cæterùm nihil ista ad Herodotum logomimum æquare aliò transeamus. Matream Athenæus τὸν πλάνον. Suidas Ματρέαν, ex Athenæo tamen vt videtur. Ænigma plani huius ab auctore tale profertur: ἐλεγε θηρίον τρέφειν, ὃ αὑτὸ ἑαυτὸ κατεσθίει. & ait quæri solitum adhuc ætate suâ, quænam esset illa bestia de qua sensit Matreas. Memini Eustathium ænigma hoc cum cura explicare:

plicare, neq; aliquid nobis in mentem venit iis melius quæ sunt ab illo scripta. itaque adferam Eustathij verba: τὸ δὲ ἡ θυμὸν ἴσως, ἢ φθόνον δηλοῖ, ἢ λύπην, ἢ καί τι κωμικώτερον ἐμπαθές. ἀλλᾶσθαι δὲ δοκεῖ ὁ ῥήτωρ τοῦ Ματρέου λόγου, ἢ ἐκ τοῦ, ὃν θυμὸν κατέδων, ἢ ἐκ τοῦ πολύποδος ὃς τὸν πόδα τένδει. Libidiné concitatam appellat Eustathius honestè κωμικὸν πάθος. de ea potissimum Matream sensisse arbitramur. Fera ergo erit τὸ σῶμα. Sed & cætera animi grauiora πάθη, vt inuidiam, iram, odium, & similia his, rectè dixeris feras seipsas vorantes. Plato τὸ ἐπιθυμητικὸν τῆς ψυχῆς μέρος appellat ποικίλον & πολυκέφαλον θηρίον: τὸ θυμοειδὲς leoni cõparans, paulò aliter discipulus Platonis Aristoteles vitiositatis consummatissimæ genus, θηριότητα & θηριωδίαν appellauit. eloquentissimus & beatissimus Chrysostomus, vitia omnia θηρία & λῃστὰς παρεισήκασιν, inquit, in eam D. Pauli ad Rom. ἡμῖν λέοντες, θυμοί, ἐπιθυμία, χαλινοὺς ἔχοντες ὀδόντας. Idem vir maximus alibi θηρίον τρέφειν dixit, pro vitium aliquod fouere, eique indulgere: quod valde illustrando huic loco facit. Locus est homilia XVII. in epist. ad Rom. vbi loquens de gloriæ appetentia, ὅτι δὲ δαπανηρότερον ὄντα καὶ πολυτελῆ τὸν οὕτω νοσοῦντα, & ἄγριαγα, & πλεονέκτην εἶναι ἀνάγκη, παντί που δῆλον· ἵνα γὰρ ἔχῃ τῷ θηρίῳ παρέχειν τροφήν, εἰς τὴν τῶν ἄλλων οὐσίαν τὰς ἑαυτῶν ῥίπτει χεῖρας. & in oratione περὶ ταπεινοφροσύνης, verba faciens de arrogantia, quam ipse ἀπόνοιαν appellat, ὅταν μέλλῃ ἐπεισιέναι τὸ θηρίον ὑμῖν, τότε διὰ τῶν ῥημάτων, φησίν, ἀπόκλειε τὰς θύρας αὐτῷ. Noster quoque lib. VI. adulationem θηρίον χαλεπώτατον nuncupat. Salustius: *Auaritia bellua fera, immanis, intoleranda est.* Gregorius Nyssenus in aurea oratione, De professione nominis Christiani, ὁ δέ τις ἐμπαθὴς ὢν καὶ θηριώδης, ἄλλοτε πρὸς ἄλλα πάθη μεταμορφούμενος, & πολλὰς ὑποδυόμενος θηρίων ἐν τῷ ἤθει μορφάς. θηρία γάρ ἀντικρύς ἐστιν ἰδεῖν ταῖς τῆς φύσεως ἡμῶν πεπατρωμέναις ἐμμορφώμενα. Theodoretus in Θεοφιλῷ, de Theodosio, λέγεται δὲ & ὑμνῳδίᾳ χρώμενος ἀεί, τὴν ἐπιθυμίαν & τὴν ὀργὴν καὶ τὴν ἀλαζονείαν, τάτ' ἄλλα τῆς ψυχῆς θηρία κατευνάζειν. Nõ aliter ἀλληγορεῖται Promethei vincti, cuius iecur aquila depascitur, fabula. Petronius,

> *Cui vultur iecur intimum pererrat,*
> *Et pectus trahit, intimásque fibras,*
> *Non est quem lepidi volunt poetæ;*
> *Sed cordis mala liuor atque luxus.*

Matreæ ænigmati simile est quod in Gregorij Palamæ aureolo libello queritur anima de corpore. οὐκ οἶδ' ὅπως ἐμαυτὴν λανθάνω θηρίον σε πονηρὸν ὑπὸ κόλπον θάλπουσα, καὶ πολλὴν ὕβριν ἐπὶ κακῷ τῷ ἐμαυτῆς τρέφουσα. Additur de Matrea, ἐποίησε δὲ οὗτος καὶ παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας, id est, *compossuit hic quæstiones ad Aristotelicas.* vult dicere, quæ cum Aristotelis problematis comparari possint. In Suida est περὶ pro παρὰ. mendosè: nam rectum est παρὰ τὰς ἀρ. Sic loquitur Ausonius, *Et disputator ad Cleanthem Stoicum.* alibi, *Grammatice ad Scaurum atque Probum.* Harum quæstionũ omnis & venustas & obscuritas posita in dictionum paralogismis. Primum problema est, διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μὲν, κολυμβᾷ δὲ οὔ; propriè δύνειν est, in aquas se mergere: quod omniũ maximè faciũt οἱ κολυμβῶντες: inde iocus. Sed alio sensu dicitur Sol δύνειν, cùm se abdit infra horizõtẽ: alio vrinator cùm in piscinã salit, flumen, aut mare. ita erũt 4. termini, & proinde ὁ συλλογισμὸς vitiosus. II. quæstio, διὰ τί οἱ σπόγγοι συμπίνουσι μὲν, συγκωθωνίζονται δ' οὔ; & hic quatuor insunt termini: πίνειν enim in homine proprium: in spongia alienum, & à prima significatione diuersum. Sic in tertia quæstione, διὰ τί τὸ τετράδραχμα καταλλάττεται μὲν, ὀργίζεται δ' οὔ; paralogismus est in verbo καταλλάττεσθαι: quod de aliis rebus vsurpatum, simplicé mutationẽ significat: vt cum in foro merces permutãtur aut aliis mercibus aut pecuniã: itémq; apud trapezitas aut collybistas nummus nũmo: de homine cum dicitur, diuersi generis mutationẽ denotat: per quã de irato fit aliquis pacatus & mitis. Interpretes an hæc sint assecuti, esto iudicium aliorũ. omnino autem verbum καταλλάττεσθαι in interpretando retineri debuit: verti enim isto loco non potest nisi ineptè.

CAPVT XVII.

Pothinus neurospastes, & Euryclides præstigiator, quibus honoribus fuerint ab Atheniensibus affecti. Roma orbis compendium. Italica saltatio pantomimorum. Refutantur qui putant esse id Augusti inuentum. Suida error. saltatio ὀγκώδης, & πολύκοπος. Thamyris, Sophoclis drama. καθεῖναι εἰς ἄστυ, vel εἰς Λήναια. fabulam διδάσκειν. ὀρχεῖν.

INTER cæteros Græciæ populos, qui ludicris artibus plus tribuerunt honoris, quam liberalibus disciplinis, recensentur & Athenienses, his verbis: Ἀθηναῖοι δὲ Ποθεινῷ τῷ νευροσπάστῃ τὴν σκηνήν: vel σκηνήν, vt legitur in quibusdam. Alibi dixit χορὸν δοῦναι: quod exposuimus non semel ἔδωκαν, ἀφ' ἧς ἐνθουσίων οἱ περὶ Εὐριπίδην, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Εὐριπίδην ἐν τῷ θεάτρῳ ἀνέστησαν μετὰ τῶν περὶ Αἰσχύλον. in prioribus editionib. mutila hæc erant & corrupta. Nos ita edidimus fide veterũ mẽbranarum: nisi quod posteriore loco non Εὐριπίδην habent illæ, sed Εὐρυκλείδην. quæ vera omnino est scriptura. vel Εὐκλείδην. videtur enim hic ille esse Euclides ἐπὶ γελοίοις δόξαν ἀλφών, de quo plura ex Lynceo narrantur libro sexto. Duobus exemplis probat, vanas & superuacuas artes in summo etiam Athenis pretio fuisse. Alterum est, quòd Potheino qui sigillaria ostendere & circumferre solitus, scenam concesserint in qua diuinas suas tragœdias Euripides doceret, aut non multo antè docuisset. Erat enim indignum & turpe, præstigias ibi Athenienses spectare, vnde solita audiri summi poëtæ scripta. Specimen honoris fuisse in danda scena aut choro, declaratum est à nobis libro XIV. Simile huic est alterum exemplum: ait enim positam publicè statuam fuisse ab Atheniensibus Euryclidi, in theatro, & quidem eã parte

vbi erat statua Æschyli sapientissimi & maximi poëtæ. Clarum ex his eosdem habitos Athenis honores dignis & indignis: atque vt ait poëta, ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός. Hæc sententia est, hæc mens Athenæi isto loco: sed malè de nobis meritus est vel ipse, vel, quod magis credo, auctor Epitome, cùm celauit nos quo artificio insipientis populi beneuolentiam sibi Euryclides iste conciliasset. θαυματοποιὸν fuisse non dubito: quo generali nomine species diuersæ, τῶν Διονύσου τεχνιτῶν continentur, vt dicebamus olim ad Theophrastum. Oenonas citharœdus cantasse dicitur in scena ναυαγὸν Ὀδυσσέα σολοικίζοντα. hæc lectio vetus, quam fide bonâ restituimus, edebatur antè, καὶ Ναύσικαν τὴν Ναυσικάαν Ὀδυσσέα σολοικίζοντα. Natalis legit nobiscum: neque hic Nausicaæ nomen agnoscit. Dalecampium demiror equidem qui vertit, *Vlyssem cum Nausicaa barbarè ac ineptè colloquentem.* Ex Homero sumptum esse paret horum νόμων κιθαρῳδικῶν argumentum: nihil autem facundius aut ingeniosius fingi posse oratione eâ, qua regiam puellam naufragus Vlysses affatur, clarum certúmq; est. Fortasse scribendum: καὶ ναυαγὸν Ὀδυσσέα κελητίζοντα: videtur enim petita carminis hypothesis ex istis Homeri in descriptione naufragij Vlyssis,

—αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
ἀμφ' ἑνὶ δούρατι βαῖνε, κέληθ' ὡς ἵππον ἐλαύνων.

Post hæc quæ sequuntur αἰνιμῶν ἔλεγχο ἐκ τοῦ στόματος. præferunt membranæ, Τοιαῦτα ποιῶν ηὐδοκίμει καὶ ...... ὁ ἦθ ..... ἔνδοξ. In iisdem paulò mox pro, οὐκ ἄντις σκοποῦ πόῤῥω τοξεύοι λέγων. reperimus, τοξεύων λέγοι. Est autem quod sequitur, Polemonis sophistæ dictum de Roma, vt ex Galeno discimus. Eam vrbē fuisse reuera Athenæi temporibus, vt mox dicitur, ἐπιτομὴν τῆς οἰκουμένης, non vrbem inquam, sed orbem paruum, duplici ratione verum est. Nam & nationum omnium Romano imperio subiacentium (his finibus plerique scriptores τὴν οἰκουμένην finiunt) inquilini fuere tum Romæ: qua de re multa egregiè in encomio Romæ Aristides: eo præsertim loco, vbi comparat Vrbem cum mari: & rerum omnium ingentem copiam ex vniuerso Romano orbe solitam in Vrbem importari, testatur Galenus περὶ ἀντιδότων libro primo: εἰς τὴν Ῥώμην, inquit, τὰ πανταχόθεν ἅπαντα καλὰ διὰ παντὸς ἔτους. Lego paulo pòst, τὴν Βάθυλλον φησὶν Ἀριστόνικος καὶ Πυλάδην, οὗ ἐστι καὶ σύγγραμμα περὶ ὀρχήσεως, τὴν Ἰταλικὴν ὄρχησιν συστήσασθαι, id est, *Aristonicus ait, cuius liber extat de saltatione, Bathyllum & Pyladem Italicam saltationem composuisse.* Traiectio in auctoris verbis, & librariis & interpretibus erroris ansam præbuit: nam liber de saltatione, Aristonici fuit, opinor, non Pyladis: Pylades verò & Bathyllus duo fuerunt τῆς τῶν παντομίμων ὀρχήσεως auctores & inuentores primi. Athenæus Italicam vocat eam saltationem, quia Romæ ab illis est inuenta temporibus Augusti. Caue assentiaris eruditissimis viris, qui infamis huius inuenti auctorem produnt Augustum ipsum. Suidas, scio, illis ita sentiēndi auctor: cuius hæc proferunt & recensent rectè, τὴν παντόμιμον ὄρχησιν ὁ Αὔγουστος ἐφεῦρε. Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. Sed quis in re Romana Suidam putet testem idoneum, solum præsertim? Ego aio imponere nobis Suidam: qui vt paucula verba lucrifaceret, auctoris mentem peruertit, vnde illa transcribebat. Is dubio procul est Zosimus: quod liquidò apparebit, si vtrumq; scriptorem componas & contendas inuicem. Atqui Zosimus, non ab Augusto, sed temporibus Augusti originem habuisse scribit. ἥ τε γὰρ, inquit de Octauio loquens: παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, οὔπω πρότερον οὖσα, Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. Quod diximus de traiectione in Athenæi verbis, fortasse, non omnibus probabimus: ac fieri potest, vt liber de saltatione hic commemoratus, Pyladis fuerit, non vt dicebamus Aristonici: hoc igitur κείσθω εἰς τὸ μέσον: at Πυλάδην scribendum esse non Πυλάδης, constanter affirmamus. Pyladis saltatio dicitur sic ὀγκώδης, vt apud magistros dicendi genus est orationis quam ὀγκώδη vel ὀγκηρὰν appellant, cui inest, inquit Demetrius Phalereus, πλάτος, μῆκος, & πλάσμα. Verùm ista explicare pluribus non est huius loci. Dicitur eadem saltatio παθητική τε καὶ πολύκοπος, *plena affectuum, & gestus plangentium probè exprimens.* sic interpretor πολύκοπος, vt ad κοπετὸς plangentium fiat allusio. Quid si scribamus, πολύκομπος? sed non videtur necesse. De pantomimorum saltatione multa nos alibi. Thamyris appellatur hic Sophoclis fabula, quæ semper alibi est Thamyras Athenæo: aliis Thamyris. vide illius poëtæ fragmenta à nobis collecta & digesta infrà libro septimo. Scribendum, ὅτε τὴν Ναυσικάαν καθῆκε. non vt habent codd. ἔθηκε. fabulam καθιέναι est docere, vel εἰσάγειν, vt paulo antè. Sic autem loquuntur Græci. Syrianus in Hermogenem, ἐπεὶ Ἀριστοφάνης ὡς ἔθος ἐν τοῖς Διονυσίοις καθιέναι τὰ δράματα. Aristophanis scholiastes, διὰ Φιλωνίδου καὶ Καλλιστράτου καθίει τινὰ τῶν δραμάτων. Idem alibi, πρῶτον γὰρ δρᾶμα καθῆκε δι' ἑαυτοῦ τοὺς Ἱππέας. Ibidem, αἱ διδασκαλίαι ἴσως φέρουσι τοὺς Ἱππεῖς πρώτους ὑπ' αὐτοῦ καθιεμένους. Interdum dicunt καθιέναι εἰς ἄστυ, vel εἰς Λήναια, *deferre in ludos astycos aut lenaicos.* In Auium argumento, ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλίου. εἰς δὲ Λήναια τὸν Ἀμφιάραον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου. Simile in Alcibiade Plutarchi, καθιέναι ἅρματα Ὀλυμπίασι: nec multò aliter καθιέναι γνώμας in Concionantibus Aristoph. Quemadmodum autem poëtæ cùm sua dramata committerent, dicebantur καθιέναι vel διδάσκειν, vel ἀναφέρειν τὰ δράματα εἰς ὀρχήστραν χοροῦ, aut εἰς σκηνήν: sic histriones διατίθεσθαι, cùm in scena gestus ederent. Paulo antè, καὶ γὰρ ἐξορχεῖταί τι τῶν δρωμένων, libro XIV. ὁ δ' εἴ τις ἐμμελῶς διαθεὶς τὴν χειρονομίαν. Iungo his quæ scribimus libro sexto, cap. VII. vbi & hunc locum attingimus. Ionis versus, ἐκ τῶν ἀελπτῶν

μᾶλλον

μᾶλλον ὤρχησε φρένας, non aliter ſcribitur apud Euſtathium, in eo notandum verbum ὀρχεῖν pro κινεῖν aut ἐρεθίζειν, vel ἐρεθίζεσθαι: vt ſit ὤρχησε φρένας, pro κινεῖ φρένας, commouit ſe animo.

CAPVT XVIII.

Platonis locus exponitur. ἀναβάλλεσθαι pro περιβάλλεσθαι de amictu ἐπιδέξια, eleganter. Suidas notatur. Platonis & Artemidori loci correcti. ἐπαρίστερα περιβεβλῆσθαι. Veterum in veſtitu & inceſſu modeſtia. Multa in Athenæo correcta & illuſtrata.

NAIORVM inſtituta cum ſui tēporis moribus contendens Athenæus, illos ait ne in veſtitu quidem fuiſſe negligētes, ſed compoſitos ac modeſtos: quique ſecus agerent, ab illis ſolitos irrideri. ἔμελε δ' αὐτοῖς, inquit, καὶ τοῦ κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα, καὶ τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας ἔσκωπτον. Diogenes Laërtius in Zenone Stoïco, δεῖν τε ἔλεγε τοὺς νέους πάσῃ (malim ἐν πᾶσι) κοσμιότητι χρῆσθαι, καὶ πορείᾳ καὶ σχήματι, καὶ περιβολῇ. In hanc ſententiam laudatur ab Athenæo Platonis elegantiſſimus locus. Inſignis verò hic ſecuritas interpretum, ne dicam aliquid grauius, hoc eſt veriùs. Nam quid de iis aut dicas, aut cenſeas, qui in diuini philoſophi verbis cæcutire maluerunt, quam indicatum nominatim ab auctore locum inſpicere? Plato igitur in Theæteto comparans inter ſe hominem liberaliter eductum, & eum qui liberali cultu caruerit, notas quibus dignoſci queant, profert. Ait inter alia, bonum illum benis prognatum ſi ad ſeruilia miniſteria adhibeatur, ineptum & nihili futurum: alterius mores eſſe, τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν· ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως. *hominis qui talia quidem promptè & celeriter nouerit obire miniſteria: cæterum qui dextrè & vt liberum decet, veſtem componere neſciat.* Platonis interpretes viri eruditiſſimi, vocem ἀναβάλλεσθαι aliter acceperunt. Sed potior apud me Athenæi ſententia, qui ad amictum refert. Sic enim apud Lucianum, De conſcribenda hiſtoria, primum argumentum hominis non ingenui ab indumētis & cultu ſumitur. ἐῴκασιν, ait, οἰκέτῃ νεοπλούτῳ ἀρτίως τοῦ δεσπότου κληρονομήσαντι, ὃς οὔτε τὴν ἐσθῆτα οἶδεν ὡς χρὴ περιβάλλεσθαι. quod Luciano περιβάλλεσθαι, Platoni ἀναβάλλεσθαι: quod eſſe Ἀττικώτερον, critici obſeruant. Lucianus de ſectis, loquens de veteribus Stoïcis, ἑώρων αὐτοὺς κοσμίως βαδίζοντας ἀναβεβλημένους εὐσταλῶς. & mox, ἀεὶ δ' ἂν εὐσταλὴς ἡ ἀναβολή. Errat igitur Suidas, & reprobis vſus eſt Athenæi codicibus, cum legit iſto loco ἀναλαβέσθαι: viſe illum in ἀναλαμβάνειν. Pollux veram lectionem agnoſcit libro ſecundo: cuius verba ex Platone emendabis: & Themiſtius oratione prima, vbi habes integrum ferè Platonis locum. Ἐπιδέξια valet δεξιῶς, vt explicat rectè Pindari ſcholiaſtes, Olympionicarum, Ode VI. minus rectè Platonis & Themiſtij editiones, ἐπὶ δεξιά. at Suidas peſſimè duobus locis ſcribit ἐπιδεξιελευθέρως. ſecutus codices inemendatos, ſine dubio: nam & nos in aliquot exemplaribus offendimus ἐπιδεξιελευθερίως. Plato in conuiuio, δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος ἐπιδέξια ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον. hic, & tribus aliis huius libri locis, ἐπιδέξια ἐπαινεῖν dixit Plato, quomodo poëtæ ἐπιδέξια οἰνοχοεῖν: quod veterum alij expoſuerunt, *dextrè & eleganter*: alij, *ordine, ducto à dextris principio.* In quarto de Republica ſcribendum, τοὺς κεραμέας κατακλίναντες ἐπιδέξια πρὸς τὸ πῦρ: *ad ignem in ſtratis commodè & eleganter collocantes.* Contrarium τοῦ ἐπιδέξια ἀναβάλλεσθαι, dicunt ἐπαρίστερα περιβεβλῆσθαι, *ſiniſtrè & indecenter veſtem geſtare.* Artemidorus libro III. capite XXIV. ἐπαρίστερα περιβεβλῆσθαι, ἢ ὅπως ποτὲ γελοίως καὶ μὴ κοσμίως, πᾶσι πονηρόν. ita ſcribi debet iſte locus Artemidori. Ariſtophanes in Auibus, οὗτος τί δρᾷς; ἐπαρίστερ' οὕτως ἀμπέχει; οὐ μεταβαλεῖς θοἰμάτιον ὧδ' ἐπιδέξια; Non celabo τοὺς φιλοπλάτωνας ſuſpicionem meam in ſuperiore loco ex Theæteto: Lego enim, ὃ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν, καὶ οὐδενὶ εἶναι, ὅταν εἰς δουλικὰ ἐμπέσῃ διακονήματα: non vt vulgò, καὶ οὐδενὶ εἶναι: quod etſi aliquam præ ſe fert venuſtatem, κίβδηλον tamen videtur, καὶ τοῦ πονηροῦ κόμματος. Sequitur, ζαπεφορεῖ ἀμφὶ Ἀνδρομέδας σκιάς. Vix Athenæum ſic locutum putem, pro Ἀνδρομέδην σκιάς: ſed debemus opinor hunc Atticiſmum, & his ſimiles, quos facilè obſeruabit peritus linguæ iſtius lector, horum Excerptorum conſarcinatori. Sapphûs autem verba, τίς ἀγροιῶτις τοι θέλγει νόον; emendata nobis ex membranis & Euſtathio. Similis eiuſdem poëtriæ locus, & vt puto iſti cohærens, vel hic ipſe, apud Maximum Tyriū, ſermone VIII. in comparatione Socratis & Sapphûs: κωμῳδεῖ, inquit ille de Socrate, σχῆμά πως καὶ κατάκλισιν σοφιστοῦ καὶ αὕτη, τίς δ' ἀγροιῶτιν ἐπεμμένα (malim ἐπιειμένα, vel ἐπεμμένα, Doricè pro ἐφημμένα) στολήν. Similis item alius locus Sopphonis, vbi σκώπτει τὴν ἀγροῖκον, ſed aliter apud Demetrium Phalereum. Ruſticitatis genus illud, quod notat Sappho iſtis verbis, οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκε' ἕλκην ἐπὶ τῶν σφυρῶν, apud Theophraſti charactêres exponebamus, capite περὶ ἀγροικίας. Sequitur, φιλέταιρος ὁ Ἄμφις. vbi non temerariæ dubitationi eſt locus, nam libro VII. laudatur Amphis ἐν φιλεταίρῳ. quod ad hæc verba Turnebus adnotauerat. Alibi citatur ambiguè, Νικόστρατος ἢ φιλέταιρος. Initio huius teſtimonij ſecuti ſumus ſcriptam lectionem, ἀμφιβάλλει εὐγενῶς φάρος. alij libri, καλλιστεύει τὸ φάρος ὁ χαλύσας πάλαι; Turnebo placebat, κάτω πτερῶν φ. propter ſequentia ἄνω γόνατος. Lego deinde, ὡς ἀπαιδεύτως μεμφθεὶς τὴν Ἀναξίμενος περιβολήν: non vt editum eſt, ἀπαίδευτον. eſt enim duriuſculum, περιβολὴ ἀπαίδευτος, *cultus ineruditus.* Proxima verba, φανερός τι τοῦ τοιούτου καὶ πρὸς παιδείας ἐξέτασιν, vertere debes, *Tanquam habeat illa res educationis aliquod ſpecimen. ἐξέτασις, argumentum, ſpecimen*: vt in Apologia Apuleij, quaſi

ἐξέτασις, argumentum, specimen: vt in Apologia Apuleij, quasi vllum specimen morum sit, versibus ludere, potes reddere Græcè ad verbum, ὡς φέροντός τι πρὸς ἠθῶν ἐξέτασιν τὸ ἐρωτικὰ ποιεῖν ἔπη. Hanc Athenæi mentem esse, attendenti sequentia clarum: simul ridiculum est, putare vestitum aliquid ad parandam disciplinarum cognitionem facere. Alexis poëta inter illiberalis ingenij notas, incessum immodestum & incompositum primo loco statuit, ἓν γὰρ, inquit, νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς. Aristophanes in Nebulis de antiqua disciplina verba faciens, Εἶθ' ἐβάδιζον ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως. Plutarchus & Porphyrius Περὶ ἀποχῆς in duobus constituunt τὸ σεμνὸν τοῦ καταστήματος, id est, grauitatem illam quæ in gestu spectatur: πορείᾳ εὐτάκτῳ καὶ βλέμματι καθεστηκότι, incessu modesto, & vultu composito. In Rhodiaca Dionis Chrysostomi, incessus inter non leuia Græcanicæ institutionis indicia, non Barbaræ: Verba eius de Rhodiis, καὶ τὰ τοιαῦτα ὑμῶν ἐπαίνου τυγχάνει καὶ γιγνώσκεται παρὰ πᾶσιν οὐχ ὡς μικρὰ, τὸ βάδισμα, ἡ κουρὰ, τὸ μηδένα σοβεῖν διὰ τῆς πόλεως ἀναγκάζεσθαι δὲ διὰ τὴν ὑμετέραν συνήθειαν καὶ τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους κοσμίως πορεύεσθαι. Atque hoc ille appellat τὸ τῆς ἀρετῆς σχῆμα. In epistola XVIII. Aristæneti libro primo, τὸ προϊοῦσαν νεύειν κάτω, καὶ ἠρεμαῖα βαδίζειν argumentum est castæ mulieris. Paulò aliter βαδίζειν εὔρυθμα apud Chrysostomum in V. caput epistolæ ad Galatas. Deinde lego, — ὃ μήτε πράττεται τέλος, ἡμᾶς τε μισθὸν δόντας ἑτέρου δεῖ λαβεῖν. quis inquit tantâ sæuitate morum sit, vt cuius rei nec merces vlla postulatur, nec præmium vllum, sed quam potest sibi quisque præstare, (hoc significat, δεῖ λαβεῖν) eam negligat, cùm sit & honesta ipsi, & aliis grata? Sequentem versum ita concipe, φέρει δὲ τοῦτο τοῖσι χρωμένοισιν εὖ, vel, φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοισιν εὖ πάνυ.

CAPUT XIX.

Æschyli Phryges eiusdem argumenti cum Ennij Lytris. *Telesis vel Telestes.* ἀγατὸν *pro* ἀγαστόν. *Eumelus & Arctinus poetæ.* Βιβλιακοὶ χαρακῖται. χάραξ *pro hasta vel stylo ad scribendum.* Τάλαρος Μουσῶν. quasillariæ ancillæ. λογοδιαρροίας. κυνολογεῖν *& similia. Ion fabula Eubuli.* ἀνακάμψαι. *Athenæi incõstantia. Tantali fabula.* θαλλὸν προσφέρειν. *Multa in Athenæo emendata & illustrata.*

PROBAT auctor Æschylum suas docuisse ipsum fabulas, & in scena gestum egisse, quia sic loquentem Aristophanes illum inducat. τοὺς Φρύγας οἶσθα θεωρῶν ὅτε τῷ Πριάμῳ συλλυσόμενοι τὸν παῖδα ἦλθον τεθνεῶτα, πολλὰ τοιαυτὶ καὶ τοιαυτὶ καὶ δεῦρο σχηματίσαντας. vim argumenti quo vtitur Athenæus corrumpit vocis vnius deprauatio. οἶσθα enim legendum, non οἶδα. Quomodo enim dicat Æschylus spectatos sibi, inter spectatores sedenti, saltantes Phrygas, si verum est ipsum partes histrionis obisse? pugnant ista inuicem ἄσπονδον μάχην, spectatorem esse simul, & histrionem agere. Sensus est, Meministin, ait Æschylus, spectasse in scena Phrygas multiplices gestus agētes, quando Priamum comitati sunt, venientem in castra Græcorum, vt filium Hectorem redimerent? Docuisse fabulam Phrygas Æschylum, testimonio multorum veterum scimus. Eius fabulæ argumentum paucis hisce verbis complexus est Athenæus. Historiam ex Homero debuerant nosse interpretes. Hic enim est ille poëta, qui solitus dramata sua appellare μικρὰ τεμάχια, ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν δείπνων. Igitur συλλυσόμενοι valet hic, vnà cum Priamo λυσόμενοι. Priamus de se Iliad. ω. — τοῦ νῦν εἵνεχ' ἱκάνω νῆας Ἀχαιῶν λυσόμενος παρὰ σεῖο, φέρω δ' ἀπερείσι' ἄποινα. Tractauerat è Latinis idem argumentum poëta Ennius, eâ fabulâ quam è re, *Lutra*, id est, λύτρα inscripserat. Scribendum, ὁ Τελέσις ἢ ὁ Τελέστης: nam mutato accentu aliud sonat τελεστὴς vox, vt disertè notatum Eustathio. alteram huius viri appellationem confirmat saltatio τελεσιακὰ à Telese sic dicta, vt scriptum libro XIV. Mox lege, οἱ ἀρχαῖοι ποιηταὶ Θέσπις, Πρ. non Θεσπίεις. Horatius, *Dicitur & plaustris vexisse poëmata Thespis.* & ita omnes. Τροιζηνιακαί. scribit Eustathius, non Τρωσηνιακαί. verius etiam & venustius idē, ὁ τῶν τῆς Ὁμηρειδῶν, non τῶν Ὁμηρ. τις. In versu ex hymno in Apollinem, scribitur hodie ἀγατὸν κιθαρίζων. non vt hic χαίρων: quæ videtur esse interpretatio vocis ἀγατὸν. pro ἀγαστόν. vt ἀδάματος pro ἀδάμαστος, & similia his quæ alibi recensuimus: vel scribendum in nostris libris ἀγανὸν, quod planè est χαίρων. Eumelus & Arctinus, antiquissimi poëtarum Græcorum ambo, Corinthij ambo. Clemens Alex. Eusebius, alij. In Timonis versu βυβλιακοὶ χαρακῖται, non ineptè Dalec. *pugnantes libris.* χαρακίζειν *sudibus, vel hastâ pugnare.* inde χαρακίτης, *velitator.* Sic κάμαξ quod propriè idem est ac χάραξ, pro hasta ponunt poëtæ. Leonidas, ἄκλαστοι δ' αἱ κλαδαραὶ κάμακες. Malim tamen exponere βυβλιακοὶ χαρακῖται, *scriptores librarij*, siue librorum. χάραξ pro stylo, sicut χαράττειν pro scribere. in epigrammate, λοιπὸς τὰς ἐχάραξε δόναξ. apud Eustath. βυβλιακοῖ: perperam: τάλαρος Μουσῶν, *quasillus Musarum*, periphrasis est venusta Musei Alexandrini, vbi fuit doctorum cœnobium: Sic Latinis *quasillariæ* per εὐτελισμὸν dictæ, quæ in gynæcio conclusæ vitam degerent tenebricosam, pensa facientes. Tibullus *pressùmque quasillo Scortum.* Edebatur antè, ἕως ἂν τῆς λογοδιαρροίας ἀπαλλαγῶσι. fecimus λογοδιαρροίας ex Mss. codd. & Eustathio, qui nobis sæpe pro optimo Mss. fuit. Frustra autem ista cum superioribus conantur interpretes connectere: non enim cohærent, postquam omnem εἱρμὸν sustulit Breuiator. Sunt autē Cynulci verba tam longam sine potu orationem aspernantis. Ideò sequitur, ὅτι τούτοις φησὶ κυνολογέσασιν οὐδὲν πιεῖν. Mnesithei locum de Bacchi

ἰατροῦ

ἰχθὺς cognomine habes libri secundi initio. ibi aliquid nos de isto loco. Non capio ista verba ita scripta, ἀναγκάζειν πίνειν ἵνα πρὸ τοῦ κυνὸς τὸν πλεύμονα ἔκλυτον φορῇ. emendabamus, ἄκλυτον, vel ἄκλυστον ὃ φορῇ. id est, *ne etiam ante caniculam pulmonem omni humore destitutum haberet*, proba quidem sed cassa veritate sententia. Nam apud Plutarchum in septimo Sympofiacorum scriptum ἔκλυρον. quæ vera est lectio. Propriè dicitur ἔκλυρος neruus ad lyram ineptus, quòd nimio humore madeat. Poëtæ generaliter acceperunt de quacunque re humida. Hesychius enim explicat ἔνικμον καὶ ὑγρόν. Sensus est: solitum Protagoram iubere Calliam bibere, vt saltem ante caniculam & Sirij caumata, pulmonem haberet humectum. Macrobij libri, & nostra etiam antiqua exemplaria, ἔκλυτον, facili errore. In Antiphanis versibus pulchra inest parodia loci huius ex Antigone Sophoclea,

> Ὁρᾷς; παρ' αἰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
> Δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσώζεται·
> Τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Rectè Dalec. κυνολογοῦσι, *locutis de æstiuosa canicula*: sic libr. III. συκολογεῖν, pro, *loqui de ficis*. libr. VII. ἰχθυολογεῖν, *loqui de piscibus*. & lib. XI. κυλικηγορεῖν pro, *loqui de calycibus*, aut *poculis*, & οἰνολογεῖν in libri II. fragmentis. sed puto factam simul allusionem ad cynicorum cognomen: nam vbique de esu & potu sollicitus fingitur Cynulcus, & propter eam causam longorum sermonum osor atque interpellator. Mox Εὔβουλος, Σικων ἐγὼ βεβρεγμένος ἥκω. laudatur in his libris sæpe Eubula fabuli Ion. quamobrem censeo scribendum Εὔβουλος Ἴωνι. ἐγὼ βέβρεγμ. Apud Diphilum castigans aliquis eum qui dixerat ἀνεκείμην pro *accumbebam*. Tu vero ἀνέκεισο, inquit potest verti, *esto suspensus*, vt in templis donaria: nam id propriè est ἀνακεῖσθαι. acuta & plena stomachi vox, vt admonet auctor. In verbis Aristotelis, ἀνακειμένοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ, id est, *epulis accumbentes in lecto sub eadē veste stragula*. Euripidis & Alexidis verba alienas sedes inuaserūt, suis relictis: pertinent enim ad ea quæ de verbo ἀναπίπτειν paulo antè dicuntur. Viderunt hoc interpretes: scripti tamen editis consonant. Scribe, ἀπογεύονται μόνον non μόνων. Ridiculum est quod mox dicitur, δαῖτα θάλειαν quam vocat Homerus, ποιχὼν μεταθέσει δίαιταν εἶναι. magis quod sequitur, τὸ δ' ἀπὸ τῆς δαίτης λέγειν βιαιότερόν ἐστι. quæ ista est, Deus bone grammatica? Sed iam didici nihil in hoc genere mirari. inconstantiam notasse sit satis: Nam cum supra scripsisset, ἡ τροφὴ δαὶς ἀπὸ τοῦ δαίεσθαι λέγεται: nunc religio noua hominem incessit, & ait esse illud βιαιότερον, id est, *durius*, vel *coactius*. Dalecampius contrariam sententiā elicit ex Athenæi verbis: incogitantiā nescio dicam, an consulto consilio, vt parceret alieno nomini, sui prodigus. Scribe, ἐπὶ κυνηγέσια ἐξιᾶσιν: non κυνηγεσία, sequitur enim καὶ ἐπὶ θήρας παντοίας. Illa, ὡς ὅτε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύνουσιν, Homeri sunt, non vt putarunt Athenæi. Ἰλιάδ. μ. εἰς δ' ὅταν ἐντὲ κύνεσσι καὶ ἀνδράσιν θηρευτῆσι κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται σθένεϊ βλεμεαίνων οἱ δέ τε πυργηδὸν σφέας αὐτοὺς ἀρτύναντες, Ἀντίοι ἵστανται, καὶ ἀκοντίζουσι θαμειὰς αἰχμὰς ἐκ χειρῶν. Emendauimus ex Eustathio, ἀνακαλοῦντες δὲ ταῖς ἐμβάσεσιν: & πρὸς τὸ μὴ ξηραινόμενος τοῦ ὕδατος pro ῥαίνοντος. perspicuè, verè: consule medicorum libros. Rei Rusticæ illam partem quæ impenditur hortis & λαχανείᾳ, siue cultui olerum, notam fuisse Heroïcis temporibus, δῆλον, inquit Athenæus, ἐκ τῶν παρὰ νέατον ὄρχον κοσμητῶν πρασιῶν: hoc est, paret ex illis eleganter digestis areis, quæ fuisse dicuntur secundum ordinem vltimum vineæ Alcinoi, quem vocat συναγόμενον ὄρχατον diuidit in tres partes, τὴν δενδροφόρον, τὴν ἀλωὴν siue ἀμπελόφυτον, & τὴν λαχανοφόρον. De parte oleribus destinata canit, Ἔνθα δὲ κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον Παντοῖαι πεφύασι. Doctissimus Dalecampius, κοσμητὰς πρασιὰς, & πράσα κεφαλωτά, quorū mentio apud Dioscoridē, putauit idem esse. Adeò verum est quod ait ille, ἀνθρώπου φύντι ὀλίγον ἀπόμοιον. Vt doceat auctor eiusm fructuum, (quæ ἀκρόδρυα Græcis) ante Troica tempora fuisse mortalibus cognitum, affert in medium quæ de Tantali apud inferos supplicio finxerūt poëtæ, postquā veritas eorum quæ initio conditi mūdi acciderunt, (Dei beneficio & διὰ χειρῶν Mosis hodie nobis cognita) obscurata est inter mortales, ac tātum non obruta penitus Puto namque figmentum illud pœnæ Tantali, vt quidem ab Homero exponitur, (nam Pindarus, Euripides, Alcæus, aliique poëtæ aliter narrant,) vestigium esse fugientis memoriæ lapsus protoplasti hominis, & expulsionis eius è Paradiso. De Adamo certè appositissimè dixeris quod Lyricus de Tantalo, καταπέψαι μέγαν ὄλβον οὐκ ἐδυνάσθη· κόρῳ δ' ἕλεν ἄταν ὑπέροπλον. Luit ergo miser pœnas, *& tibi Tantale nulla deprenduntur aquæ, quæque imminet effugit arbor*. Homerus tormētum intendit, plurimas fructiferarum arborum enumerans, quæ δενδρέα καρποὺς illius capiti immineant, excitandæ tantum orexi:

> Δένδρεα δ' ὑψιπέτηλα κατακρῆθεν χέε καρπόν,
> ὄχναι καὶ ῥοιαί, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
> συκέαι τε γλυκεραί, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.

Horsum respiciens auctor, Τάνταλος οὖν, ait, οὐδὲ θαιων ἀπηλλάττετο τῆς τούτων ἐπιθυμίας. εἴπερ ὁ κολάζων αὐτὸν θεὸς, προσιὼν καθάπερ οἱ τὰ ἄλογα τῶν ζώων τοῖς θαλλοῖς ἄγοντες, τοῖς τοιούτοις καρποῖς, ἀποκρύπτει αὐτὸν τῆς ἀπολαύσεως, ὅτε τῆς ἐλπίδος ἐγγὺς ἔλθοι. protulimus locum integrum: quia opis nostræ eget: laborat enim ab interpunctione. à lectione, ab interpretatione. Legendum & distinguendum est, εἴπερ ὁ κολάζων αὐτὸν θεὸς, προσείων, (καθάπερ οἱ τὰ ἄλογα τῶν ζώων τοῖς θαλλοῖς ἄγοντες) τοὺς τοιούτους καρποὺς, ἀποκρ. &c. vertendum autem hoc modo, *siquidem is qui pœnas ab eo exigit Deus, tales ei fructus obiiciens, & ante ipsum iactans (vt qui pecudes ducunt ostensis virentibus frondibus) ne his fruatur impedit*. Omnino scribendum est προσείων, non προσιὼν: quandam idem error apud

Platonem, eo quem Athenæus imitatur loco: ita enim Plato, ὥσπερ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσσείοντες ἄγουσι. sic legendũ hic quoque, non προσιόντες. Θαλλὸν vertunt *baculo*: errore insanum magno: non enim de pastorali pedo hic agitur: sed de fronde quam pastor manu tenens, ac subinde commouens sequenti pecori ostentat: quâ ratione cupidũ gregem minat ille quo lubet cunque. Gestus pecudes minantis pastoris pulcherrimè exprimitur voce προσσείων, *ante & in oculis pecoris quatiens.* Quare ita scribi debere vtroque loco vero verius. Hesychius: προσσείσας, προανακινήσας, καὶ οἷον ἀπαγγείλας, ἀπὸ τῶν πελαγόντων τὰ τετράποδα ὅπου βάλλοντα· τοὺς γὰρ θαλλοὺς σείοντες, ἐπιδιδόασιν. Lucianus verbo προδεικνύειν in ea re vsus: οὐδὲν κωλύσει τινὰ ῥινὸς ἑλκεσθῆ ὑφ' ἡδονῆς, ἢ θαλλῷ προδεικνυμένῳ ἀκολουθεῖν ὥσπερ τὰ πρόβατα. Pecudes & boues etiam θαλλῷ ali, id est, fronde virente adeo commune est, vt non dubitauerit Hesychius θαλλὸν exponere βοὸς τροφὴν, siue, ὃ ἐσθίουσιν αἱ βόες, *pabulũ boum*, sed & pecudum, vt caprarum, libro XIII. θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων πεινώσῃ. sic esse scribendum hunc versum ibi docemus. Athenæus eo in libro, θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες· διό τῷ θαλλῷ εἰς ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῷον. Æneas Gazæus eleganter: τοῖς ἀπεριστάτοις συνίστασθαι κατὰ τῆς πρὸς θαλλὸν τὰ θρέμματα, καὶ ἀλλήλοις συνῳδὰ θεῖν κορυβαντιῶντες. Longus in Pastoralibus suis φυλλάδα θάλλουσαν pro θαλλὸν solet dicere. Sequitur statim, ὅτι δὲ καὶ ἰχθῦς ἄθλιον Σαρπηδὼν δ' ἄλλον ποιεῖ, ὁμοίως τὴν ἄλωσιν πανάγρου δικτύου θήρας. MSS. sunt qui legant, τὴν ἄλωνα, ineptè. Locus Homeri est in quinto Iliadis, vbi Sarpedon ad Hectorem, μήπως ὡς ἀψῖσι λίνου ἁλόντε πανάγρου. Imponam huic capiti finem si hoc vnum dixero: Eubuli locum qui paulo pòst affertur, ita esse digerendum: sunt enim senarij integri tres:

Ἄτοπόν γε τὸν μὲν οἶνον εὐδοκιμεῖν ἀεὶ
Παρὰ ταῖς ἑταίραις τὸν παλαιόν, ἄνδρα δὲ
Μὴ τὸν παλαιόν, ἀλλὰ τὸν νεώτερον.

quòd si verum est hos Eubuli versus ab Alexide ἀπαραλλάκτως pro suis esse vsurpatos, possumus hoc exemplum iis adiicere quæ de furtis Græcorum scriptorum obseruantur Clementi Stromateon libro sexto, & Eusebio Προπαρασκευῆς libro X. Paulo pòst scribe, Τιμοκλῆς. Χῖοι πολὺ ἄριστοι ἀνευρήκασιν ὀψαρτυσίαν, id est, *Chij, mortalium longe optimi artem condiendi cibos inuenerunt.*

CAPVT XX.

Sanguinis color naturalis: ἐπέρυθρος & ἐρυθρὸς vt differant; & similia. Vinum vetus præstare ὕπνους ἀταράχους: κρᾶσις, pro aqua. κρᾶσις, vinum. πολλὰ σοὶ de vino. λέξις.

NEMO dubitat vinum bonũ sanguinem bonum generare, & vt loqui amat Galenus, χρηστοῦ αἵματος εἶναι γεννητικόν. Hoc ipsum significare voluit Athenæus, cum vini veteris naturam his verbis explicaret: δύναμιν τοῖς σώμασιν ἐμποιεῖ, τὸ αἷμα τε ἐπέρυθρες καὶ εὐανάδοτον κατασκευάζει, καὶ τοὺς ὕπνους ἀταράχους παρέχει. mirum potest videri, cur dicatur vinum vetustum sanguinem generare, ἐπέρυθρον, id est, *rubrum*, vt vertũt docti. annon enim quicunque sanguis in corpore generatur, is rubet? aut det mihi aliquis colorẽ alium sanguini conuenientem κατὰ φύσιν ἔχοντι. Sciendum est aliud Græcis esse ἐρυθρὸς, aliud ἐπέρυθρος. Athenæus sanguinem è vino vetere fieri ait non ἐρυθρὸν, id est, *rubrum*, sed ἐπέρυθρον, id est, *rubenti assinem*, siue, *è flauo rubrum*. Remissam rubedinem auctor intelligit; quem esse colorem optimi sanguinis, sunt è medicis qui scribant, vt Actuarius libro de Vrinis, capite quarto. Celsus contrà, sanguinem semper laudat, *qui rubet & pellucet*. Aristoteles in sano corpore ἐρυθρὸν, Auicenna rubeum esse pronuntiant. at ille medicus, vnde hæc descripta auctori nostro, cum Actuario sensit: id enim clarius meridianâ luce ex istius vocis rectâ interpretatione. Porrò verum esse quod diximus de differentia vocum ἐρυθρὸς & ἐπέρυθρος, neque aliter ista exponi debere, vel vnus hic Dioscoridis locus euincat, scribentis libro VII. de veneno araneorum, ὁ τόπος, ait, ἐπέρυθρος φαίνεται quod statim ipse interpretatur, μετρίως ὑπέρυθρος. vt valde dilutam rubedinem necesse habeamus intelligere: quæ non sit ἐρυθρὰ, sed ὑπέρυθρα: & id quoque μετρίως. Ideò ait Nicander vix in cute patere vulnus aranei: τοῦ δὲ καὶ ἐκ τύψαντος ἀνοστήτου ἴκελος χροὸς μίμνει ὅμως. Ita semper accipere debes apud Dioscoridem, Galenum, & omnino vbicunque occurrit vox ἐπέρυθρος: quanquam pauci obseruarunt quam vim particula ἐπὶ habeat in hac dictione & similibus; non enim otiosa est; neque vt multi putãt, significationem intendit: sed minuit potiùs, & id significat quod diximus. In secundo Galeni Θεραπευτικῆς μεθόδου, ceu affines colores ponuntur ἐπέρυθρος, & λευκὸς ἀκριβῶς. Ex Theone gymnasta scribit idem, Ὑγιεινῶν libro secundo, τὴν ὀλίγην τρῖψιν ἐπέρυθρον πρὸς ὀλίγον χρόνον τὴν ἐπιφάνειαν ποιεῖν. *modicam frictionem modice rubentem ad breue tempus cutem reddere.* ἐπέρυθρον, hoc est, ἐρυθρόν τι ἔχουσαν, vt loquitur Galenus alibi de re eadem. Dioscorides libro primo, ἔστι δὲ κάλλιστον τὸ καλούμενον λύχνιον τὸ κατὰ τὴν σβέσιν τὸν καρπὸν ἐπέρυθρον ἔχον, ἔξωθεν μέλαν, διαυγὲς δὲ καὶ κιρρόν. libro III. de onosmate, ῥίζιον δὲ ὕπεστιν ὑπόμηκες, ἀδρανὲς, λεπτὸν, ἐπέρυθρες ἡσυχῆ libro IV. sideritidis folia dicuntur ὑπόλευκα ἐπέρυθρα, hoc est, medij coloris inter album & rubrum. Cicero Attico, *Angebar, quod Tyro* ἐπερυθρότερον *te sibi esse visum dixerat.* Sic accipe particulam hanc in omnibus similibus vocibus, vt ἔγκιρρος, ἐμπόρφυρος, ἐγχλωρος, item ἐμμικρος, ἔγχλωρος & similibus apud Dioscoridem. In Theophrasti libello de coloribus, ἐμπυρρον & λευκόπυρρον eiusdem coloris appellationes esse inuenias, vt scripsimus in nostro de coloribus commentario. Quod ait vinum vetus præstare ὕπνους ἀταράχους, *somnos imperturbatos*, referendum ad insomnia

ſomnia: vt contrarium eius intelligatur, quod vino nouo attribuunt medici: nam τὸν νέον οἶνον eſſe δυσόνειρον, auctor Dioſcorides. Inter morbi ſigna recenſet Hippocrates, τὸ δυσκοιτέειν καὶ ἐνυπνιάζεσθαι τεταραγμένα καὶ θορυβώδεα, in libro de Veteri medicina. Accidit hoc, cum aliis ex cauſſis: tum etiam interdum ex natura vini quod biberis, vt patet ex ſuperioribus. Eadem & ciborum quoque ratio: nam & illorum alij quietem verè quietam afferunt: alij inſomniis, & diris viſis perturbant Plutarchus VIII. Sympoſiacorum: ὅτι δέ ἐστι τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῆς καθ' ὕπνον ὄψεως, μαρτυρίοις ἐχρῶντο τοῖς τε κυάμοις καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ πολύποδος. Laudat Homerus vinum ἐπιδεχόμενον ἱκανὴν κρᾶσιν: hoc eſt, *quod multam aquam ferre poteſt.* Hippocrates οἰνώδεις hoc vinum & πολυφόρον ſolet appellare. Κρᾶσις in hoc loquendi genere pro aqua ſumitur. Hodie contrà in idiotiſmo Græcorum κρασὶ eſt vinum. Interpretes aliud hic dicunt quàm Athenæus. Παλαιοῦσθαι de vino dicitur duobus modis, vel cum diu aſſeruatum eſt, quod κεχρονικὸς vocant, vel cum veteris vini qualitatem quoquo modo eſt aſſecutum. Galenus de Antidotis libro priore, καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ παλαιοῦσθαι τὸ μεταβάλλειν ἑτοίμως εἰς τὴν τοιαύτην ποιότητα τῶν παλαιουμένων. Vires autem & calorem acquirere vinum ſeneſcendo, & ſcribitur hic, & notiſſimum eſt ex libris medicorum. Inde natum eſt vetus dictum, atque vt loquitur Galenus, ὁ περιφερόμενος λόγος, πάντα τ' ἄλλα γηρᾷ τῷ χρόνῳ πλὴν οἴνου. ſiue vt in ſuos pedes hæc verba cogamus, Ἅπαντα γηρᾷ τ' ἄλλα πλὴν οἴνου χρόνῳ. Quæ de gigantū θεομαχίᾳ adnotantur ad verba Athenæi de fuga Dionyſij, eſſe ἀπροσδιόνυσα, fatebitur, qui meminerit ex Homero eſſe hæc interpretanda. In ſexto autem Iliadis Lycurgus eſt, non gigantes, qui Liberum patrem cogit præcipitare in pelagus. Vinum nigrum, inquit, μένει γὰρ ταῖς ἕξεσι τῶν πινόντων πλεῖον χρόνον, hoc medici dicere ſolēt, πλείονα τῷ σώματι δίδωσι τροφήν. Eſto verò ἕξις iſto loco, ipſa corporis ſubſtantia: vt libro ſecundo, προπίνειν δὲ ὕδωρ σύμμετρον τῷ πλήθει, χάριν τοῦ προαναληφθῆναι τοῦτο εἰς τὴν ἕξιν: eodem libro dicitur cucurbita ὑγραντικὴ τῆς ἕξεως: pro quo Aëtius, τροφὴν τῷ σώματι δίδωσιν ὑγράν. alibi Athenæus ὄγκον pro eodem dixit. Vide lib. III. cap. quinto. Non quicquid in corpus admittitur, ſtatim fit ἕξις: ſed id tantum quod in alimentum cedit, & partibus corporis aſſimilatur: eſt enim vera τροφὴ αὐξητικὸν τῆς οὐσίας. Ita ἕξιν accipiunt interdum medici diuerſo ſenſu ἡλικίαν καὶ ἕξιν in delectu militum ſpectaſſe Romanos, ſcribit Polybius: & Senecæ quoque epiſtola XLVII. *habitus militaris*, pro ſtatura & exteriore ſpecie. Terentio ac Ciceroni *habitudo corporis.*

CAPVT XXI.

Galeni locus de vino Surrentino. vini ψαθυρότης, & σκληρότης. Veſtinum vinum. ἀπαρέγχυτος. πλήττειν τὴν κεφαλήν, & ſimilia de vino. Potalinum vinum. Sitalcas regulus Thraciæ, Perdicas rex Macedoniæ Athenienſibus & Lacedæmoniis dant verba. Corcyrai. δίχα θυμὸν ἔχοντες. Pagaſa.

INITIO cùm iſta legerem, περὶ Ἰταλικῶν οἴνων φησὶ παρὰ τούτῳ τῷ σοφιστῇ Γαληνός, exiſtimabam quæ de vinis Italiæ loquentem Galenum inducit Athenæus, eadem eſſe cum iis, quæ de illis vinis in Galeni ſcriptis variis locis leguntur: quod ſecus ſe habere, collatione vtriuſque auctoris poſtea deprehendi. Pauca enim reperias apud Galenum in noſtris hodie libris, quæ videri queat hūc tranſtuliſſe Athenæus: adeò pleraque omnia illius non ſolum expoſita ſunt aliter, ſed etiam alia. Surrentium vinum ait hic Galenus ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν ἄρχεσθαι πότιμον. in libro priore de Antidotis, iſta leguntur, περὶ δὲ τοῦ Συρρεντίνου τί δεῖ καὶ λέγειν; ἅπαντες γὰρ ἤδη τοῦτο γινώσκουσιν, ὡς σχεδὸν πρὸ κ. ἐτῶν ἔτι ἐστὶν ἄποτος. ἀκμάζει δὲ τοσούτων ἐτῶν γεγονώς, ἐπὶ πολύ τε παραμένει πότιμος. Diſcrepantia eſt annorum quinque: imò ferè ſex, propter vocem σχεδόν: niſi aliquis dicat in Galeno fuiſſe olim ſcriptum πρὸ κε ἐτῶν. de quo iudicium eſto penes eruditum lectorem. Vinum hoc Surrentinum ψαθαρὸν audaci tranſlatione appellat auctor, propter aſperam eius naturam, & vt ſic dicam intractabilem, atque indomitam: cuius gratia *generoſum acetum* a Tiberio, *nobilis vappa* a C. Cæſare vocitari meruit. propriè ψαφαρότης ſiue ψαθυρότης ad qualitates tactiles pertinet, & contraria eſt τῇ γλισχρότητι, *friabilitas lentori glutinoſo.* Optimi ſcriptores transferunt ad liquida, ψαθυρὸν ὕδωρ, ἔλαιον δὲ γλίσχρον, & maris aquam ψαθυρὰν dici inuenias ab Ariſtotele & Theophraſto: Similis metaphora in voce σκληρός: nam vino & aquæ tribuitur σκληρότης ſæpe in his libris. Theophraſtus in ſexto de Cauſſis, poſtquam fecit mētionem quorundam odorum quos appellat δριμεῖς καὶ σκληρούς, quaſi excuſans duritiem verbi, ἔστι γάρ τις, inquit, ὥσπερ καὶ οἴνου καὶ ἁπλῶς χυλοῦ σκληρότης καὶ ἰσχύς, οὕτω καὶ ὀσμῆς. Galenus de Differentiis pulſum libro tertio, οἶνον ἔτι σκληρόν τις ἐκ μεταφορᾶς ὀνομάζων, καὶ ὕδωρ σκληρόν, ἐπιτηδεύματά τε καὶ βίον, ἦθός τε καὶ νόμον, ἀτμόν τε καὶ ὕδωρ, ἤτοι τὸ ἀπηνές, ἢ τὸ δυσμικτον, ἢ τὸ δυσξύμβολον, ἢ τὸ ἀχολές, ἢ τὸ δυσκατέργαστον, ἢ τὸ δυσκαταγώνιστον, ἅπαν τοιοῦτον ἐκ μεταφορᾶς ὀνομάζων. τὸ δὲ σκληρὸν σῶμα τὸ κυρίως τε καὶ πρώτως λεγόμενον, ἀντίτυπόν τί ἐστι, καὶ κατ' οὐδὲν εἶκον τῷ πλησιάζοντι. τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον, ἄνθρωπον μὲν σκληρὸν λέγουσι τὸν μονότροπον καὶ δυσπειθῆ, καὶ πρὸς ἅπαν ἀντιτείνοντα. νόμον τε σκληρὸν καὶ δικαστήν, οἷς μηδὲν μέτεστι συγγνώμης. οἶνον μὲν τι σκληρόν, ὅταν ἰσχυρὸς ᾖ τῇ ποιότητι, καὶ πλήττων βιαίως ἤτοι τὴν κεφαλήν, ἢ τὴν αἴσθησιν τὴν γευστικήν. ὕδωρ δ' αὖ σκληρόν, τὸ δυσκατέργαστόν τε καὶ βραδύπορον, ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐν τοῖς ὑποχονδρίοις μένον. *Veliterninum* vinum appellauit Dalecampius, de quo ſcriptum in Græco textu, ὁ Οὐιτερνῖνος δὲ ἡδὺς πινόμενος: in membranis reperio ὁ Οὐεστῖνος δέ. Veſtini, populus Italiæ

non obſcurus. Veſtinum igitur poſthac id vinum dicatur: quanquam Dalecampij coniecturam ſtabiliunt quidam codd. in quibus ſcriptum: ὁ Οὐήστινος. At pro ἀπαρέγχυτος, reſcribendum eſſe ἀπαράχυτος, verum non eſt. Scio Galeni dictionem eſſe ἀπαράχυτος, ſed nihil propterea mutandum: nam & παραχεῖσθαι dixerunt, & παρεγχεῖσθαι. Infra hoc libro, γλεύκει παρεγχεῖται περὶ τὰς πεντήκοντα εἰς θαλάσσης. Quod capiti nocet vinum, Græci eleganter dicunt: πλήττειν τὴν κεφαλήν, & πλῆξιν ἔχειν καὶ τόνον. Hippocrates, ἅψιν φρενῶν, & ἅπτεσθαι κεφαλῆς καὶ γνώμης, quod explicat Galenus tertio Commentario in librum de Ratione victus in acutis morbis. Athenæus etiam καθάπτεσθαι τῆς κεφαλῆς, & καθικνεῖσθαι: item ἀδικεῖν & παροινοχλεῖν. Baſilius τύπτειν, duriuſculè. σὺ δὲ καὶ παραμένεις τῷ οἴνῳ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν κεφαλήν σου τύπτοντι. Inter Italica vina recenſetur Mamertinum, de quo ſcribitur, ὁ γινόμενος ἐν Σικελίᾳ, καλεῖται Ἰοταλῖνος. poſtremam vocem eſſe mendoſam nemo dubitat. emendarunt, Ἰταλικός. Vera lectio, Ποταλῖνος. Plinius libro XIII, cap. VI. *Mamertina vina circa Meſſanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana, ab auctore dicta.* Poſtremi verſus Antiphanis quibus locorum diuerſorum ἰδιώματα narrantur, corrupti & mutilè ſcripti, ſic à nobis integrantur, quam εὐστόχως neſcio: certè quidem non παρ' ἱστορίαν. Τυρὸς Σικελικός. ἐκ Συρακουσῶν σύες. μύροι ἐξ Ἀθηνῶν, ἐγχέλεις Βοιωταί. De caſeo Siculo Ariſtophanes Veſpis, τροφαλίδα τυροῦ Σικελὴν κατεδήδοκε. De Syracuſarum ſuibus ſiue carnibus ſuillis, Hermippus paulo pòſt, αἱ δὲ Συράκουσαι σῦς καὶ τυρὸν παρέχουσι. Facetus nimis Hermippus cum canit, Καὶ παρὰ Σιτάλκου ψώρας Λακεδαιμονίοισι: alludit autem ad expeditionem aliquam Lacedæmoniorum in Thraciam, rogatu Sitalcæ reguli ſuſceptam: vnde aliud nihil retulerint quam ſcabiem, & alia valetudinis incommoda, quæ ἐκ κακοχυμίας naſci ſolent. Non minus vrbanè dictum quod ſequitur. Καὶ παρὰ Περδίκκου ψεύδη ναυσὶν πάνυ πολλαῖς. Peloponneſiaci belli temporibus Sitalcas partis Thraciæ dynaſta fuit, Perdiccas Macedoniæ rex Narrant autem hiſtorici, Perdiccam ſocietate iunctum fuiſſe cum Athenienſibus: quorum animos cùm erexiſſet in ſpem magnam auxilij, in neruum conatus erupit. Eapropter ait poëta, Perdiccam miſiſſe Athenas inaneis auxiliarij militis, & mendaciis onuſtas naues. Ille quidem Athenienſes non nominat: ſed ita exponendum eſſe hunc verſiculum, fatebitur, qui recens fuerit à lectione libri ſecundi Thucydidis, & lib. XII. bibliothecæ Diodori. Rectè autem obſeruat Euſtathius, imitatione Homeri hoc eſſe dictum ab Hermippo. ὅρα, inquit, τὸ ψεύδεα ναυσὶ πάνυ πολλαῖς, παρῳδηθὲν ἐξ Ὁμήρου, Φησὶν γὰρ ὡς ἐξῆς δυνατὸν εἶναι ὀνείδεα μυθήσασθαι, οὐδὲ ναῦς ἑκατόζυγος ἄχθος ἄροιτο Locus poëtæ eſt Ἰλιάδ. υ. Non diſſimilis elegantiæ illud in Nebulis, τὸν ἐλλέβορον εἶναι μελίνην ἑκατὸν πεδίοισιν ἄριστον: & in Ranis μειράκια ἐστὶν ἐνταῦθα πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα. Alexis κρατίστων ἐκατὸν δὲ ἡμέρας ἀγόμενον. Sequentem verſum ita laudat Euſtathius, Αἱ δὲ Συράκουσαι σῖτον καὶ τυρὸν παρέχουσι. vel σῖτον, ἠδὲ τυρόν. Cogitemus ſanè: Sicilia enim frumenti fertiliſſima: ſed metro leui mutatione conſulendum foret. σῖτον ἠδὲ τυρόν. Optat deinde Hermippus vt malè pereant Corcyræi, Νῶσιν ἐπὶ γλαφυραῖς· ὅτι δίχα θυμὸν ἔχουσι. infartâ ſyllabâ ſcribendum, ὅτι δὴ δίχα θυμὸν ἔχουσι. locus eſt in pronunciatione vocis θυμὸν, aut θύμον. nam θύμος agreſtis cæpa, quâ veſcebantur pauperes, vt nautæ miſeri. Antiphanes, Οὐδεὶς χρεῶν παρόντων ἐσθίει θύμον. Poteſt igitur elici hæc ſententia. Male pereant Corcyræi, qui cæpas illas agreſteis, quæ in ipſorum inſula naſcuntur optimæ, ſibi ſolis ſeruant, neque aliò tranſmittunt, ſed in ſuis ipſi nauibus edunt. Poteſt & ita exponi, ſi pronunties θυμὸν tono in poſteriorem ſyllabam tranſlato: Male ſit Corcyræis, qui cum cæteris Græcis tēpore neceſſario conſentire non ſolent. Alludit ad bellum Xerxis, quo tempore publica Græciæ ſalus prodita eſt à Corcyræis: vt ex Herodoto explicat vere Euſtat. Ὀδυσσ. κ. Olim legebā ὅτι ἀεὶ δίχα θυμὸν ἔχουσι, quia in factiones diuiſi, neq; ſe, neq; cæteros Græcos quietos eſſe ſinunt. Lege Thucydidē & Diodorū de cauſſis conflati belli Peloponneſiaci, quo attritæ opes Græciæ. Scripſimus ex Mſs. Αἱ Παγασαὶ δούλους: non Ταγασαί: nam vbi gētium viſæ Tagaſæ iſtæ? at Pagaſæ oppidum Phthiotidis Theſſaliæ, Ptolemæo, & aliis. Fuit aliquando vrbs ea portu nobilis, & emporio: indéque, vt videtur, peti ſolita mancipia Thracica, frontes inſcripta more gentis & literata. Διὸς βάλανοι, ſunt nuces Ponticæ, de quibus in Excerptis libri II. ἀμύγδαλα σιγαλόεντα, *amygdala magna & admirabilia*: vel *compuncta & paruis foraminibus diſtincta*. alluſio facta ad Homericum acroteleutium: ſequente autem verſu ad iſtum Ὀδυσσ. α.

μολπή τ' ὀρχηστύς τε· τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός·

CAPVT XXII.

Ἔρπειν, ire. ἑρπετὰ, canes & alia animalia βαδιστικά. Sella Theſſalica. γράμματα ἀλεξίλογα. Carum vetus imperium in mare. Inuentores onerariarum & rotæ ſigulinæ: κεράμια Cnidia. Chalybonium vinum. ὑποβρέχειν, ſubbibere. *ἐγγεύεσθαι τὴν οὐσίαν. γεῦμα, ſine guſtu rei vendenda. Senecæ locus. Pſythium vinum.*

CANES vocat Pindarus ἑρπετὸν, quaſi dicas, animal βαδιστικόν: nam ἕρπειν apud antiquiſſimos Græcos *ire* ſignificat: quæ ſignificatio vocis huius remanſit apud Doras, vt Theocritū, qui ita ſemper accipit: & Homerus quoq; ἑρπετὰ pro *animalis* poſuit, Ὀδυσσ. δ. etiam hominus genus ἑρπετὸν dici adnotatum Heſychio. De Lacænis canibus omnes Græci: de capris Scyriis Strabo. In tertio Critiæ verſu ſcriptum inueni κράτιστος non κράτιστον quare ſic fortaſſe corruptiſſima lectio eſt emendanda. εἶτα δὲ ὄχος Σικελὸς, κάλλει δαπάνῃ τε κράτιστος. *præſtans, & ratione formæ, &*

ration

ratione impensæ. aliter emendare non possum. Coniecturas quorundã παρακεκινδυνευμένας odi semper. Sellæ Thessalicæ meminit Pollux lib x. cap. xxvi. κάλλιστοι οἱ Θετταλικοὶ δίφροι. διὸ καὶ ἡ Πυθία ἔφη, Θετταλὶ ποικιλόδιφροι. lege eundem libro x. cap xi. & Hippocratem περὶ ἄρθρων. Legendum, Τυρσηνὴ δὲ κρατεῖ: non Τυρσηνήν. *Phiala Etrusca præstat.* Tuscanica opera etiam Plinius laudat libro xxxiv. De illo versu, Φοίνικες δ' εὗρον γράμματ' ἀλεξίλογα, hæc Eustathius commentario in Vlyxeam xiv. extremo. Πρὸς ὁμοιότητα τοῦ ἀλεξάνεμος χιτών, ἐρρέθη καὶ νηὸς ἀλεξιάρη ἡ παρὰ Ἡσιόδῳ, καὶ ἀλεξίκακος, ὁ κατὰ μετάληψιν καὶ κηραμύντης παρὰ Λυκόφρονι· ἔτι δὲ καὶ ὁ ἐν ἐπιγράμματι ἀλεξιβέλεμνος χιτών, ὅς ἐστι θώραξ πολεμικός. τοιαύτης δὲ συνθέσεως δυνάμεως καὶ τὸ ἀλεξίλογον, οἷον, Φοίνικες δ' εὗρον γράμματ' ἀλεξίλογα. Explicat autem variè, ἢ τὰ ἀλέγοντε ἡμῖν βοηθοῦντα εἰς λόγον, *quibus vtimur in sermonem*: vel, δι' ὧν ἀποδίδοται τὸ πλεῖον λέγειν, *quarum ope longiorum sermonum fit compendium*: hæc quidem mira interpretatio est. non deterius est, quod fingebamus nos: vocari literas ἀλεξιλόγους; propter vim orationis in sanandis animi perturbationibus. Notum illud, ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι: vel quia per literas absentiæ malis medemur: epistolis enim, vt eleganter ait Gregorius Theologus, σκιαγραφοῦμεν τὴν τῶν ἀπόντων παρουσίαν. Cares poëta vocat ἁλὸς ταμίας, veterem illorum θαλαττοκρατίαν spectans, non mercaturæ habitâ ratione: quæ eam gentem, quod sciam, nobilem fecit nunquam. Maris imperium populi Græciæ atque Asiæ alius alio tempore obtinuerunt, vt scimus ex Strabone & historicis. Cares, quo tempore Romam à se conditam regebat Romulus, principes maris mediterranei fuisse, Eusebius scriptum reliquit in Chronico. φορτηγῶν, siue onerariarum inuentionem attribuit Plinius Hippo Tyrio. Rotæ figulinæ inuentores dicuntur Critiæ fuisse Athenienseis, postremis huius ῥήσεως versibus. sed fallunt nos deprauati codices. Nam sine controuersia scribendum, τὸν δὲ τροχοῦ (non autem τροχὸν) γαίης τε καμίνου τ' ἔκγονον εὗρε. non dicit Critias rotam figulorum ab Atheniensibus esse inuentam: verum autem ipsam fingendi opera figlina, quæ eleganter appellantur à poëta, *soboles*, id est, *opus rotæ, terræ, & camini*. Sic in ænigmate, de quo libro decimo, capite xvii. olla dicitur τροχοδινημασίτευκτον κύτος, πλαστὸν ἐκ γαίας. & similia alibi. Vide libro secundo, cap. xxiii. Plinius lib. vii. cap. lv. *Figlinas Corœbus Atheniensis inuenit.* Κεράμια in Eubuli versu non sunt vasa figulina simpliciter, sed eorũ species: peculiari nomine sic dicta erant dolia minora certæ mensuræ, tranferendo vino apta, aut in vsum orcarum ad salsamenta. Cnidia hæc ceramia (amphoras licet appelles: nam κεράμιον & ἀμφορεὺς tantundem capiebant) laudat Eubulus: nõ quãuis Cnidiam testã. Chabylonium vinum Strabo, Hesychius, Eustathius nasci in Syria scribunt: Athenæus, si cõstat fides nostris libris, κὰν Δαμασκῷ τῆς Συρίας, *etiam Damasci in Syria*: quasi esset illius vini regij prior alia patria quã Damascus: cuius vrbis vuas hodièq; in deliciis esse totâ Europâ sciunt omnes. Eustathius legit ἐν Δαμ. non κὰν. cum sequeretur, nisi aliò traherent sequentia verba. In Suidæ Collectaneis Καλυδώνιος per δ perperam. Distinguendi Alexidis senarij,

> —Θασίαις καὶ Λεσβίοις οἰναρίοις
> Τῆς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχει μέρος
> Καὶ νυσταλίζει.

elegans verbum ὑποβρέχειν pro ὑποπίνειν, *pitissare*, & vt Neronis verbum vsurpem, *subbibere*: nam βρέχειν pro bibere ponebant, vt antè dictum. Longus, Pastoralium lib. ii. Οἱ δὲ οἷον δὴ γέροντες ὑποβεβρεγμένοι πρὸς ἀλλήλους πολλὰ ἔλεγον. Fingebat Alexis in quodam dramate, exiisse Bacchi edictum, Ne quis Lesbiorum aliò quàm Athenas vinum deferret vænum: qui secus faxit, illius bona vniuersa Baccho sacra sunto. sententiam hanc non inuenias apud interpretes, sed non animaduerterunt in primo versu Λεσβίων vitio scribi, cum poëta sine vllo dubio scripsisset,

> Ἡδὺς ὁ Βρόμιος, τὴν ἀτέλειαν Λεσβίοις
> Ποιῶν, τὸν οἶνον εἰσάγουσιν ἐνθάδε.

Bene, inquit, *de nobis meretur Bacchus, qui immunitatem Lesbiis pollicetur, vinum Athenas deferentibus.* εἰσάγουσι, verbum non est, sed participium. ἐγγράφειν fori Atheniensium vox, pro ζημιοῦν, *mulctare*, vel *deferre mulctandum*: hic prægnans vox est vt loquuntur grammatici, pro κελεύειν ἐγγράφειν: nam propriè auctor legis non ἐγγράφει: sed dat delatori potestatem τοῦ ἐγγράφειν τὴν οὐσίαν ἱεράν: hoc est, denuntiandi ius fisco acquisitum in eius bona qui legem migrauit. Eubuli sunt versus,

> Οἶνον γάρ με ψύθιον γεύσας ἡδὺν ἄκρατον
> Διψῶντα λαβὼν ὄξει παίει πρὸς τὰ στέρνα.

quorum est sensus: cùm mihi vini Psythij gustum præbuisset, postea acetum dedit, quod stomachum grauiter læsit. γευστικὰ, est rei vendendæ alicui præbere γεῦμα. Seneca in epistolis, *gustum dare*. Idem alibi vocat *exemplar*, vt Græci δεῖγμα. Sine causa sollicitant quidam ista eiusdem, initio primi de Clementia, *Principatus tuus ad gustum quem dedisti exigitur.* Rerum venalium solet proponi aut circumferri exemplar; Sed fieri sæpe videas, vt alius gustus præbeatur, deinde alia merces tradatur. Id nunc conqueritur iste sibi apud cauponem contigisse: datum enim Psythium vinum quàm optimum gustandum, deinde verò ὄξος, id est, crucium vinum sitienti esse propinatum. Ψύθιον vinum, siue vt Plinius mauult, passum, vnde ita dictum, aliàs quæremus.

CAPVT XXIII.

Aristophanis Thesmophoriazusæ priores & posteriores Thasium vinũ Aristophani notum, cõtra quàm sentit eius scholiastes. Prouerbium, ἀλλ' οἶσε τρίας. Vinum ἁπαλὸν καὶ λευκόν. ἀνθοσμίας οἶνος.

Σαπρίας

σαπρίας οἶνος. Percota, & Percopa. *Vestis Persarum* ἀμφοφορικὴ : *item* γάμβρος *solú.* Camantium, Attyplus, Sceptra. *emendata & illustrata non pauca.*

SÆPE olim factum, vt plures fabulas sub eodem nomine docerent comici iidem: sæpe enim quod argumentum negligentiùs vel infelicius primò tractauerant, sub incudem reuocabant: & nouâ diligentiâ quasi recoctam atque emendatam veterem pro noua fabulam proferebant. διασκευὰς & ἐπιδιεσκευασμένα δράματα propriè istas fabulas vocabant, vt accurate docemus libro tertio capite XXVI. Inde nata est illa distinctio fabularum eiusdem & auctoris & nominis, in priores & posteriores. Sic Eupolidis πρότερον Αὐτόλυκον, & δεύτερον Αὐτόλυκον passim inuenias laudatum: Aristophanis priores & posteriores Nebulas: priores & posteriores Θεσμοφοριαζούσας. priorum meminit Clemens Stromat. libro VI. & Aul. Gellius lib. XV. cap. X. ex quo scimus fabulam quæ hodie inter Aristophanéas extat, inscripta Thesmophoriazusæ, priorem esse, non posteriorem. Sed de appellatione harum fabularum diuersum ab aliis sentiebat Demetrius Troezenius: qui drama prius Θεσμοφοριάζουσαι, *festum Cereris celebrantes*, Posterius Θεσμοφοριάσασαι *Quæ festum Cereris celebrarunt*, voluit inscribi. videtur hic criticus existimasse, quam vulgò posteriores Thesmophoriazusas vocabant, nouam planè fabulam fuisse, non prioris emendationem. Hæc ideò diximus, quia malè docti ista verba Breuiatoris ceperunt, ὅτι Ἀριστοφάνης τὰς δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας Δημήτριος ὁ Τροιζήνιος Θεσμοφοριασάσας ἐπιγράφει, id est, *Aristophanis fabula posteriores Thesmophoriazusæ, inscribitur à Demetrio Troezenio Thesmophoriasasæ.* Allatus ex illa fabula locus, claram mentionem habet vini Thasij: neq; est aliter interpretari poëtæ verba, quod notandum aduersus doctissimum eius scholiasten, qui ad istum ex Acharnensibus versum, αἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκλῶσι λιπαράμπυκα, negat de Thasio vino posse intelligi: quia nondum eá ætate in pretio esset Athenis vinum illud: quod falsum esse hinc liquidò constat, & ex alio eiusdem poëtæ versiculo, μελανοφαγοῦσα Θάσιον οἶνον ἔμπλεων. etiam in Concionantibus ait idem poëta, πολὺν δ' ἐνεῖναι πανταχοῦ τοῦτον ἐπιπολῆς τὰ Θάσι' ἀμφορείδια. In secundo versu Archestrati scribe meo periculo —πολιὸν σφόδρα κρᾶτα φοροῦντα. nō vt habent libri omnes, κραϊοφοροῦντα. poëticâ licentiâ vetus vinum ait πολιὸν κρᾶτα φορεῖν, *caput canum gestare.* XIV. versum sic facilè perfeceris, οὐ προσήκει τὴν νῦν αὐτοῖς τάδε μυθεῦσι, vel ὥς τις ταχυπειθής. Ephippi comici versiculos ita scribe,

Κάρυα, ῥοιάς, φοίνικας, ἕτερα νώγαλα·
Σταμνάρια τ' οἴνου μικρὰ τοῦ φοινικοῦ,
Πιάρια, τοιαῦθ' ἕτερα πολλὰ παίγνια.

nihil hic ex côiectura aut ingenio mutauimus: verum ex aliis ipsius Athenæi locis, & Eustathio, rectá lectionem restituimus. Pro κάρυα legit βότρυς Eustathius: sed vide librũ II. vbi hæc alij poëtæ tribuuntur. Scribo deinde, φοινικοῦ βῖκός τις ὑπανοίγνυσθω. vide librum XIV. Distingue in Cratini versu, οἴμ' ὡς ἀπαλός, καὶ λευκός, ἆρ' οἴσει τρία; Soliti Græci multâ aquâ dilutum vinum bibere. multa auctor lib. X. de variis κράσεων generibus: vt plurimùm ita temperabant, vt crateri ter tantum aquæ infunderent, quantum vini. propterea de parum generoso vino frequens erat in ore potatorum, ἆρ' οἴσει τρία; contrà vinum generosum ita laudatur in Equitibus Aristophanis; ὡς ἡδὺς ὦ Ζεῦ καὶ τὰ τρία φέρων καλῶς. quod cùm in vino locum habeat propriè, videtur ad alia esse translatum, παροιμιακῶς. Hesychi⁹, ἆρ' οἴσει τρία, ἐπὶ οἴνου ὀλιγίστου ἐπεὶ τὸ πάλαι ἐκιρνᾶτο τρία ὕδατος λαμβάνων, τὸ δὲ τέταρτον οἴνου. hodie scriptum in Hesychij codicibus, ἄρσει τρία. neq; hoc tátùm: sed præcedit etiam, ἀρῶ, τὰ λιβάδια. nobis hæc θαύματα videntur. Cratini versum ita debere accipi, ostendit præcedens vox οἴμοι. non rectè sentiunt, qui οἴμοι lætantis vocem hic esse adnotant: est enim mirantis potiùs & indignantis. appellat ἁπαλὸν vinum, quod non est ἀνώδες, vt loquitur Hippocrates: sed ὑδαρὲς, *languidum & elumbe.* Vocat etiam λευκὸν, non tam vt colorem indicet, quàm vt vires eius eleuet: quia vina alba plus aquei habent quàm rubra, & sunt ὀλιγοφορώτερα. In primo Hermippi versu ferenda non est emendatio interpretum, quæ sententiam poëtæ facit longè aliam. Μενδαῖον μὲν ἐνουροῦσιν καὶ θεοὶ αὐτοὶ στρώμασιν ἐν μαλακοῖς, scribunt Μενδαῖον. & deos fingunt Mendæum vinum meiere. quàm hæc aliena à poëtæ mente! ἐνουρεῖν Μενδαῖον interpretamur, vinum Mendæum tamdium bibere, donec illud meiere cogaris: quis nescit strenuis potoribus hoc esse familiare: ideò matulas in conuiuia intulerunt, vt diximus antè. Quid poterat dici ἐναργέστερον, ad declarandam vini huius præstantiam? nam ipso nectare, qui deorum est potus, melius esse, non obscurè declarat poëta. Septimo versui deest syllaba: οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ἀνοιγομενάων. Scribe: ὑπανοιγομ. Σαπρίαν vulgò appellabant Græci, τὸ πρὸς τῷ τέλει, inquiunt grammatici, vinum quod inibi est vt deünat, paulatim exhausto dolio: in nostro idiotismo, *vin bas.* Chrysostomus, οἶνον σεσηπότα: in commentario epistolæ ad Romanos, οὐδὲ γὰρ ὁ μεθύων οὐδὲ πίνων τὸν σεσηπότα οἶνον ἡ βδελυγμία. Hermippus contrà sic nominati ait, vetus vinum, & vt scribit Eustathius, τὴν ἀνθοσμίαν: cum lege Odyss. B. mira in hac voce ἀκυρολογία & antiphrasis. Factum vinum ex vuis elaterio aspersis, ait auctor fieri μαλακόν. scribendum μαλακτικόν cum viris doctis: nam aliud est vinum molle quod opponitur duro, τῷ σκληρῷ: aliud quod συνεκτικῷ est contrarium, & aluum mollit ac liquat. *Percota* Straboni, Plutarcho, & in scholiis comici, quæ hîc cum π *Percopa*: vtrumque rectè. Adi Stephanum. Vbi fit Demarati mentio, locus est vitij manifestus, & sentétia subobscura. Videtur dicere, exegisse

Persam

Persam à Themistocle, vt veste vteretur Persicâ, quemadmodũ à Demarato hoc ipsum antè exegerat: quæcunque autem Demaratus in Perside dono regis priùs possedisset, ea fuisse data omnia Themistocli: minimâ mutatione scribo, ὡς καὶ Δημαράτῳ, δοῦς τὰ πρότερον αὐτῷ ὑπάρχοντα. Qui meliore ingenio sunt, proferant quod sit melius. Inter alia Persarũ regia munera fuerunt & vestes: quas diuersę conditionis hominibus diuersas, pro eo honore quem cuique delatum vellent, donare soliti. Sic refert Ælianus legatis datam vestem, quæ propriè δωροφορικὴ dicebatur, cuius & Hesychius meminit. Eius generis fuit γάμβειος στολὴ, de qua Athenæus inter data Themistocli munera, καὶ στολὴν γάμβειον προσθείς. nam frustrà pro mendoso habent quidam hunc locum: qui apud Suidam non aliter scribitur. Lege & moribus distincta erant apud Persas vestimenta: alia fuit regi propria vestis, alia regis cognatis conueniens, alia eius generis & affinibus, alia amicis & proceribus. Is mos & in aulam Imperatorum Orientis postea trãslatus: quod ex Codino Curopalata certò scimus, & exponetur à nobis σὺν θεῷ εἰπεῖν, aliquando pluribus. Στολὴν γάμβειον igitur interpretare, vt apud Latinos ornamenta consularia, prætoria, vxoria, & apud Lampridium in Alagabalo, ornamenta coniugij. Sic & συγγενικὸν ἄριστον exponi debere libro II. docemus cap. IX. *Camantium*, quæ dicitur fuisse vna è septem vrbibus Pytharcho donatis, nusquam inuenio: præterea sex non septem hic nominantur. numerum impleueris, & mendam codicibus, opinor, abstersseris, si legas Ἀχαμάντιον, Τίον. cuius emendationis partem excogitauit Turnebus, partem nos. Ille scribebat Ἀκαμάντιον: auctore Stephano, cuius sunt verba: Ἀκαμάντιον ἐστὶ πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, Ἀκάμαντος κτίσμα, τοῦ Θησέως. nos vt numerum perficiamus ab auctore definitum, Ἀχαμάντιον, Τίον. notæ vrbis in Paphlagonia nomen Tium, vel Τίος. Artypsus, nisi fallor, quæ Geographis Artymnesus: aut quæ Artaca. Stephanus, Ἀρτάκη, πόλις Φρυγίας, ἄποικος Μιλησίων. *Scepsra*, quæ illis Scepsis & Palæscepsis. Priapum siue Priepum cur Lampsaceni instituerint colere narrat Strabo in XIII. De cognomine Triambi, Varro libro v. De lingua Latina, & Diodorus Siculus in prima. Scribe etiam Λιμναδοῦσαι: & Οἰνοῦσσαι: nam ab οἶνος gentile formatur Οἰνοῦσσα, non Οἰνοῦς.

CAPVT XXIV.

Πρόδρομον νέκταρος σταγών. Ἡ καθόλου *Herodiani*. ἐν τῷ καθόλου *in totum*. οἶνος κοκκύζει, *vel* κοχύει. Βίβλινον μέθυ. *Antisara & Tisara oppidum Thraciæ*. Polliũ *vinum*. Οἰνουττιάδης οἶνος: Δίοδις: Parystium *vinum, imò* Carystium. Οἰνογλίτας οἶνος. *Rhodiorum* αὐτίτης. capnias *vinum. Locus Theophrasti emendatus*. εἰς θαλάσσης, ἐν Θάσιον, *& similia*. Myrtites *vinum*.

"ΟΤι Μιτυληναῖοι τὸν παρ' αὐτοῖς γλυκὺν οἶνον πρόδρομον καλοῦσιν. ἄλλοι δὲ πρότροπον ἢ πρόδρομον. Vacant duæ postremæ voces, si quid iudico, tollendæ. ἀλλ' ἀνθοσμίαν καὶ πίνουσι νέκταρος σταγόν, *sed anthosmiam* vinum probant, *& vuam maturam, ex qua stillet in torculari nectar merum*. ἔνιοι δ' ἐν τῷ καθόλου τὸν πρὸς παραμονὴν ἐπιτήδειον. verba sonant, *quidam in* τῷ καθόλου (id libri nomen) πράμνειον *scribunt dici omne vinum quod seruari potest*. Herodianũ ἐν τῷ καθόλου laudát poëtarũ interpretes. an de eo sentit Athenæus? an verior lectio quæ apud Eustat. Iliad. λ. ἐν τῷ καθόλου. *in totum generaliter*: hoc verum. Οἶνος κοκκύζει τοῖς ὁδοιπόροις πιεῖν. metri lex hanc scripturã refutat. Scrib. κοκκύζει οἶνος, aut simplice κ, οἶνος κοκύζει. de caupona loquebatur secũdum viam posita, vt fuit moris, prostare ait in ea vinum optimum: quod visum prætereuntibus, facilè eos ad bibendum proritat: αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, vt ait poëta. κοκκύζειν simpliciter pro ὀξέως φωνεῖν, vt exponit Hesychius. Si cui hoc durius dictum videatur, probet fortasse is coniecturam nostram, κοχύζει aut κοχύει τε scribendum esse, pro *fluit vbertim*, siue, præstò adest in magna copia. ita dixit Pherecrates libro v. αὐτομάτους ποταμοὺς ζωμοῦ κοχυδεῖν. similia apud poëtas alios. ἐδεξεῖτο Βιβλίου μέθυς ἐκπώματι. corrigendum. Βιβλίνου μέθος ἐκπώματι, *Biblini temeti poculo*, versui superest pes integer: si iambicum senarium esse volumus. Sed non dubium est veram lectionem esse, Ἐδεξεῖτο Βιβλίνου μ' ἐκπώματι. sublatâ voce μέθυος. ὅτι παρέξω Λέσβιον, Χῖον, Πεπ. τὸ Θάσιον. Aiunt quidam reperisse in membranis Πεπαρήθιον, Θ. Peparethio vino an sit locus inter illa quæ hic nominãtur, dubitabam. nam id abominatur Hermippus. & hostibus dari optat. sed contra Aristophanes Pramnio, Chio, & Thasio paulò supra adiungit. at doctissimus vir Henricus Stephanus, compendium veteris codicis, quem Romæ diligenter contulit cum editis, σαπρὸν significare existimabat. esset generosum illud vinum, Hermippo σαπρίας dictum, de quo superiore capite. In Turnebi editione absque vlla mutili codicis nota, scriptum, Ὅτι παρέξω Λέσβιον, Χῖον, Πάσσαπρον, Θάσιον, Β. atque ille existimabat, πάσσαπρον, quasi *totum putre* id vinũ dici, quod alij σαπρίαν nominant. ἣν αὖθις Τισάρην καὶ Οἰσυμὴν προσαγορευθῆναι. prima verba apud doctos ingenuè mendum profitentur. Lego, ἣν Ἀντισάρην ἢ Τισάρην. Vrbs fuit Thraciæ quam alij Tisaram; alij Antisaram dicebant. Ἀντισάρη καὶ αὕτη πόλις, (Datenorum videlicet qui erant Thraces:) τινὲς δὲ Τισάρα γράφουσι. verba sunt Stephani De vrbibus. Oesima etiam Geographis inter Thraciæ oppida. Νῆες δ' ἐκ Λήμν. Homeri est Ἰλιάδ. η. notus versus vel in scholis Iurisconsultorum. καλούμενος Πολλιος. alij vocant Πολλαῖον. Iulius Pollux lib. VI. cap. II. καί πως καὶ γλυκὺς ὁ Πολλαῖος, ἐστὶ μὲν ἐκ Συρακουσῶν, Πόλιος δ' αὐτὸν ὁ Ἀργεῖος πρῶτον (scrib. πρῶτος) ἐποιήσατο, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα, ἢ ἀπὸ τοῦ Συρακουσίων Βασιλέως Πόλιδος,

λιθ@, ὡς Ἀριστοτέλης λέγ. hæc Pollux. Πὶρ οἶνον πρυγίαν. explicationem oraculi huius lege apud Plutarchum in themate XIX. quæstionum Græcanicarum.

Οἶνον δ' Οἰνουντιάδων, ἢ Δένθιν, ἢ Παρύστιον, ἢ Ὀνογλιν, ἢ Σταθμίταν, καὶ τὸν ἐκ Καρύστου ὅς ἐστι πλησίον Ἀρκαδίας. multa nobis animaduertenda in his Alcmanis verbis. οἰνουντιάδος οἶν@ rectè, qui natus Oenûte, vt explicat auctor: sed Δένθιν quâ ratione τὸν ἐκ Δενθιάδων, vt modò dixit? analogia scribendú arguit Δενθιάδιτην: siquidem rectè Athenæus censet de eo vino locutum Alcmanem. Hesychio auctori Δένθις Laconicæ linguæ vox est, quæ vinum significat. quare nihil mutemus: sed ampliùs cogitemus. Parystium vinum neq; explicatur Athenæo, neque ego possum de illo vel mu Lucilianum: sed locum censeo corruptum, & Καρύστιον legendum esse pro certo habeo. affines literæ κ & π, in MSS. quod autem sequitur καὶ τὸν ἐκ Καρύστου, &c. non sunt illa Alcmanis sed Athenæi verba, quia poterat admonitus lector existimare Carystium vinum, cuius hîc meminit Alcman, à Carysto claro Eubœæ loco sic dictum, prudenter Athenæus, descriptis Alcmanis verbis, hanc admonitionem subiûgit. Itaq; ponenda τελεία στιγμὴ post nomen Σταθμίταν: quod est postremum verborum Alcmanis: deinde legendum, Καρύστιον λέγει τὸν ἐκ Καρύστου, ὅς ἐστι Γόνου πλησίον. etsi per se clarum attendenti, sic cõstituendum esse hunc locum: proferemus tamen locum Strabonis, qui neminem sinat de eo dubitare: verba illius sunt lib. X. Καρύστ@ δ' ἐστι καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τόπ@ τῆς Αἰγύ@ πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ' οὗ Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν εἴρηκε. Legendum etiá Ὀνογλῖνι non Ὄνογλιν. vt à Stathmis Σταθμίτας, ita Ὀνογλίτας ab Onoglis.

Πολύζηλ@ δὲ οἶνον αὐτίτην καλεῖ ἐν Ῥόδῳ, non docet nos quod vini genus Rhodij αὐτίτην vocarent. Critici antiqui eam vocem exposuerunt multis modis: fortasse pro diuersorum populorum vel scriptorum vsu. Galenus apud Hippocratem *vinum hornum* interpretatur. αὐτίτην, ait, τὸν αὐτοετίτην, τὸν ἐκ τοῦ ἐνεστῶτ@ ἔτους. alij, τὸν αὐτοῦ γιγνόμενον, *indigenam*: alij τὸν ἀπαράχυτον, *cui nihil infusum aquæ*, ab ea significatione vocis αὐτὸς, quâ ponitur pro μόν@: vt Latinis, *ipse* pro solus, quâ ratione Aristoteles, vt ait Demetrius Phaleréus, αὐτίτην nouè dixit τὸν μόνον αὐτὸν ὄντα. Πλάτων δ' ὁ κωμικὸς τὸν καπνίαν. Capnias si vocem spectes, fumosum est Latinis vinum: vt, *Nunc mihi fumosos veteris proferte Falernos Consulis*. sed longè alia Græcæ appellationis ratio: nam capnias vitis genus, cuius præter Græcos etiá Plin. meminit ἄμφις δὲ οἶν@. de hac voce suspicionẽ nostrá, si lubet, lege lib. III. c XXI. ὁ ἐκάλουν τρίμμα. Hesychius, τρίμμα ὁ ἀρωματίζων. τίμμα ἐν γάμοις γινόμενον, καὶ ἐν ἰατρικοῖς ἀγῶσιν: deest vna vox, scribe ὁ ἀρωματίζων οἶν@: reliquæ interpretationes nihil ad hunc locum. Τὰς δὲ γυναῖκας πωνούσας ποιεῖ, non probo lectionem quam reperiri, è libris, vt aiunt, veteribus promptam, Τὰς δὲ γυναῖκας κυούσας ποιεῖ ἐξαμβλοῦσαι. Hanc probo vnicè, quam habent meliores libri omnes, πωνούσας. Ita enim legisse Plinium constat, qui vertit *fæcunditatem fœminis importat*. Neque Athenæi, sed Theophrasti potius emendandi codices, contra quam docti homines censuerunt: nam quæ in eius libris obtinet lectio, planè ἀνερμάτισ@ & nullius auctoritatis pondere firmata est. περὶ τὰς πεντήκοντα ὡς θαλάσσης. malim παρά. deest mensuræ nomen, vt sæpe apud Græcos. Sic etiam apud Dionem Chrysostomum, τὸν οἰνόφλυγα ἐμ Θάσιον κατέπλησεν, *vino deditum, vnus vini Thasij haustus liberalior repleuerit*. alibi leges, τρία κρέα, pro, tribus carnium frustis, & similia multa. ἐάν τις πράσσῃ repetendum ex superioribus Theophrasti verbis. τὸν οἶνον γίνεσθαι θαυμαστὸν τὴν ἡδονήν: alioquin deest aliquid. μυρτίτης δὲ ἢ μυῤῥίνης οἶν@ οὕτως παρὰ Ποσειδίππῳ. cùm dicit, ἢ μυῤῥίνης, indicat Posidippi locum variè lectum olim. *Myrtites* vinum ex Dioscoride, Plinio, & aliis notum. μυῤῥίνην explicat Hesychius, vinum cui vnguentum infusum. Sed videtur Posidippus nouè hoc loco myrteum vinum, hoc est, τὸν μυρτίτην, vel μυρσινίτην appellasse μυῤῥίνην. Verùm neque extat hodie Posidippi fabula, neque satis de lectione constat, vnde nihil possumus affirmare. *Murrina* Romanorum, & ὁ ἐσμυρνισμένος οἶν@ apud Marcum Euangelistam aliud sunt.

CAPVT XXV.

Ἑρμῆς, *vltimum poculum*. πόσεις & καθημερινὴ χρῆσις. Cnidium *vinum*. ἄπεφθ@ *aqua*. *Mareoticum vinum*. Alexandria *pro territorio Alexandriæ*. Plinthinâ *Ægypti*. αἰ ἀμίθυσοι. *Brassica ebrietatis remedium*. ἔλαφον βαλανεῖον. λῆρ@ δονάς.

NON video quorsum pertineant in tractatione de vinorum generibus & natura, verba ista, Καὶ Ἑρμῆς δὲ ἔδος πόσεως παρὰ Στράττιδι. Verú est, non solum à Strattide poëta, sed vulgò olim à priscis Græcis Ἑρμῆν fuisse appellatam τὴν τελευταίαν πόσιν, vt docet nos Pollux. ná cùm Mercurio postrema fieret libatio, etiam poculú illud quod agmen cogebat, Mercurium vocabant. Postea mos ille mutauit, & Iupiter τέλει@ in Mercurij locú ascitus, auctore Athenæo paulo antè. Atq; hæc quidẽ ita habuére: verum alienissimo loco hæc posita hîc, vt multa sæpe in isto opere. Nõ adscribitur autẽ hic locus Strattidis: quem reperies libro XI. in voce καδίσκ@. Vide Animadu. eius libri, caput sextum. In sequentis distichi versu altero scripsimus, Ἀλλά τι καὶ λέσχης οἶν@ ἔχειν ἔθελει. *Non solum*, inquit, *aquá temperari vinum debet, sed etiam iocundá confabulatione condiẽda compotatio est*. vulgò λύχνς: quam nihili vocem mutatam in veteribus variè offendimus: ineptum est quod placuit nonnullis, ψυχῆς aut λύχνου: nam λέσχης omnino scribendum. Eadem sententia apud Hesiodum in Melampodia, Ἡδὺ γάρ ἐστ' ἐν δαιτὶ καὶ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ Τέρπεσθαι μύθοισι.

Scriben

Scribendum etiam, οὐ γὰρ ἀπόβλητον Διονύσιον οὐδὲ γίγαρτον. *Nullum Bacchi munus, siue nulla vua pars est aspernabilis, ne vinacea quidem.* Homerum imitatur poëta Ceus. poëtæ enim versus est, οὐ γὰρ ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Vinum Rhodium insulanum, siue in ipsa insula genitum, non in opposita continente, scribit auctor & compotationibus esse aptum, & quotidiano vsui. Distinguit πότος, & τὴν καθημερινὴν χρῆσιν: aliud enim πότος, id est, compotatio, cuius finis voluptas: aliud vsus vini ordinarius, cuius finis vtilitas & valetudinis bonæ conseruatio. Etsi ne hic quidem voluptate caret: falluntur tamen, neq; auctoris mentem capiunt, qui hæc confundunt. Cnidium vinum appellarunt veteres, non illud solum quod in Cnidiorum vineis gignebatur, cuius auctor meminit: sed etiã illud quod Cnidij mercatores ex Ægypto petere, & in alias regiones trãsferre soliti. Olympiodorus in primũ Meteorologicorum, ἰδὼν ἂν ἡ ψῦξις ποιᾷ θερμασίαν· ἀλλὰ μὴν καὶ τ' οὐναντίον ἐν Αἰγύπτῳ τῇ ὄντι θερμοτάτῃ, ψυχρὸς οἶνος ὁ Κνίδιος καλούμενος, διὰ τὴν ἀντιπερίστασιν. Ait clarè, vinum quod in Ægypto gignitur, vulgò Græcis appellatum fuisse Cnidiũ. Alexander Aphrodiseus variis locis eã quæstionẽ tractans, Ægyptium semper vocat. Scribendum mox, πλήσμιος, διὰ τὸ πολὺς εἶναι τῇ δυνάμει, non πολύ. eruditi agnoscent Atticismum in voce πολύς. In simili mox loco, εἰς τὸ διαπνεύσαι τὸ πολὺ τῆς δυνάμεως αὐτῶν. quædam membranæ scribunt, τὸ παχὺ τῆς δ. Sane παχύτητα & τὸ λιπαρὸν tribuunt vino, Galenus, Athenæus alij. Cõtra paulo pòst. τὰ ἀπότατα τῶν ὑδάτων ἐυθετεῖ, in prioribus editionibus & scriptis quibusdam: vbi edidimus nos ἀποιότατα, ex membranis. Optimam aquã cõstat intelligi: cui propriũ ratione qualitatis τὸ ἄποιον, & vt loquitur Dioscorides, τὸ ἀμέτοχον οἵας δήποτε ποιότητος. cuiusmodi sunt aqua, saliua hominis sani, oleum, cera, τὰ ὦχρα: nam hæc quoque ἄποια dicuntur Alexandro Aphrodiseo. Inuenio in lib. Rabbinorũ τὸ ἄποιον vocari ריר *rir*: quanquam eã voce vtplurimum saliua illis significatur. Alioquin ἀποιότατον ὕδωρ possis tueri, & de purissima aqua interpretari, maximéque, vt sic dicam, defæcata. Vt ad vina redeamus, placebat Turnebo, εὔωνος scribi, nõ εὔωνος, cùm ait auctor, ὁ δὲ Ἀφρωδισ καλούμενος εὔωνος. non displicet quidem magni viri coniectura: nam inter boni vini laudes, & τὸ εὔοινον censetur & τὸ εὐῶδες, vt dicebamus antè capite xx sed alteram lectionem constanter omnes libri retinent, non isto solùm loco, verùm & aliis aliquammultis, vbi similiter εὔωνον, id est, *suauiter spirans* vinum dicitur. Sequitur, ὁ δὲ ἀπὸ Κιλικίας Ἀβάτης καλούμενος, κοιλίας μόνον ἐστι μαλακτικός. De hoc vino Galenus, in commentariolo de Bonis malisue succis. αὐστηρὸς δὲ οἶνος ἅμα καὶ γλυκύς, ὁ Κιλίκιος ὁ Ἀβάτης ἀπὸ χωρίου τὴν προσηγορίαν ἔχων. malè in quarto de Simplicium medic. facult. ἀλβάτης. alibi etiã deterius. De aquis Athenarum, vide libro sequente, capite quinto. Sophoclis locũ proferebat is, qui sermonẽ de vinis Ægyptiis inchoabat. quis ille fuerit è conuiuis, hodie sciri nequit, ex his reliquiis. Ægyptium fuisse liquet, fortasse Athenæus ipse, vel Plutarchus, qui Alexandriã oriundus. Sic igitur orditur quasi stomachabundus, quod Ægyptiorum vinorum nulla hactenus facta esset mentio. In primo versu scribe, φεῦ! γλῶσσα σιγ. non εὖ γε. Mareoticum vinum dictum refert Athenæus, ἀπὸ τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κρήνης Μαρείας, καὶ τῆς παρ' αὐτὴν πόλεως ὁμωνύμου, ἣ πρότερον μὲν ἦν μεγίστη, νῦν δὲ κώμη παρέλαβεν μόνον τὴν προσηγορίαν λαβοῦσα ἀπὸ Μάρωνος. quid hæc sibi velint ita scripta non intelligo. nam quid illud? παρέλαβεν λαβοῦσα. Scribamus censeo, ἀπὸ τῆς ἐν Α. κ. Μ. καὶ τῆς παρ' αὐτὴν πόλεως ὁμωνύμου. ἣ πρότερον μὲν ἦν μεγίστη, νῦν δὲ κώμη περιελήφθη, τὴν προσηγορίαν λαβοῦσα ἀπὸ Μ. non minore mutatione sanari poterat fœdè corruptus locus: qui nunc planissimam sententiam continet. Præiuit nobis ad hanc emendationem Eustathius, ὀδυσσ. ι. inde hausimus vocem περιελήφθη, in qua totius coniecturæ nostræ cardinem ponimus. Nam doctissimis viris non assentimur, qui vt huic loco medicinam facerent, delendam censuerunt vocem παρέλαβεν, Eustathio reclamante, & quantum est manuscriptorum. Mariam fontem Athenæus nominat, lacum alij, si satis memini, omnes præter Eustathium, qui Athenæi verbis loquitur. De eo lacu & Mareotico vino consule Strabonem. Hoc amplius tirones obseruent, Alexandriæ nomine auctorem hic intelligere, non vrbem ipsam, sed eius vrbis territorium. aliter illa verba ἐν Ἀλεξανδρείᾳ nunquam capias rectè. sic loqui amat hic scriptor. vide libri 11. cap. v. In narratione è Theopompo scribe, χαλκᾶς λέβητας τρεῖς. non χαλκᾶς. *Plinthina* oppidi Ægyptij nomẽ in libris chirographis scriptum diuersè inuenimus: Πλινθίνη, & Πλινθίνη, vt apud Eustathium quoque. rectum est Πλινθίνη. Stephanus, Πλινθίνη πόλις τῆς Αἰγυπτίας, ἀπὸ τῆς Σαμαρείας. Lego, πόλις τις Αἰγυπτία, ἀπὸ τῆς ἐν Σαμαρείᾳ, id est, *Plinthine vocatur vrbs quædam Ægyptij, nomen habens ab illa quæ est in finibus Samariæ.* Putauit Stephanus Plinthinem Ægyptiam nomen habuisse ab vrbe Libna, cuius sacra historia meminit Iosuë cap. x. & alibi. Sanè לבנה est πλινθίνη, quasi dicas, *Lateritia.* Vinolentiæ Ægyptiorum argumentum est, inquit auctor, τὸ παρὰ μόνοις αὐτοῖς ὡς νόμιμον (malim ὡς νομ.) ἐν τοῖς δείπνοις πρὸ πάντων ἐδεσμάτων κράμβας ἐσθίειν ἑφθάς, καὶ μέχρι τῦν δεῦρο παρασκευάζεσθαι, id est, *mos quem soli seruant, comedendi ante alios omnes cibos brassicas coctas, quæ etiam hodie parari solent.* minus rectè ista interpretes: quemadmodum & sequentia, καὶ πολλοὶ εἰς τὰς κατασκευαζομένας ἀμεθύστους προσλαμβάνουσι τὸ τῆς κράμβης σπέρμα: *multi*, inquit, *cùm remedia illa conficiunt, quibus impediri ebrietas solet, inferunt brassica semen.* ἀμεθύστους intellige σωθέσεις, vt sæpe apud Galenum. vulgo ἀμέθυστα vocabant. Basilius μέθης φάρμακα, οἱ δὲ, ait, καὶ μὴν

θυς συντίθεασι φάρμακα, οὐχὶ τὸ μὴ παθεῖν τι δεινὸν ἀπὸ τοῦ οἴνου, ἀλλὰ τὸ μὴ διαλυπεῖν, μηχανώμενοι. Braſſicam in amethyſtorum compoſitione locum habere, non mirum eſt: cùm ipſa per ſe ſit pro ebrietatis remedio. Cato de re ruſtica, cap. CLVI. *Si voles in conuiuio multum bibere, cœnaréque libenter, ante cœnam eſto crudam quantum voles ex aceto: & item vbi cœnaueris, comeſto aliqua V. folia: reddent te quaſi nihil ederis, biberiſque: bibéſque quantum voles.* eadem Varro ex Catone. Cauſſam quærit philoſophus iſtius occultæ facultatis, Problematum ſectione III. quæſtione XVIII. Etiam in Geoponicorum libro ſeptimo, caput extat de iſtis amethyſtis: vbi non eſt prætermiſſa braſſica. Ex his licet intelligere, quid appellet auctor τὰς κατασκευαζομένας ἀμεθύσους. In Nicocharis verbis ἰψῶν βαλανείων non concoquo. Noli dubitare librariorum imperitiam monſtrum illud lectionis edidiſſe: ſcribendũ adſtipulantibus libris manualibus, ἰψόμεν βαλάνων. quam vim habeāt aduerſus crapulam glandes, non facile dixerim: habere aliquam exiſtimauit, qui iſta loquebatur. Sed ridiculi ſumus, ſi omnium quæ apud comicos dicuntur, ſperamus cauſſam poſſe reddere. In extremo libro, Amphidis comici verba ſic ſcribuntur:

—ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα.
Λόγος, ὥστε τὰς ῥαφάνους ὅτω δοκεῖν.

& verſus & ſententia claudunt. Lego & diſtinguo.

—ἐξελαύνει γὰρ σφόδρα.
Ὡς λῆρον εἶναι τὰς ῥαφάνους οὕτως δοκεῖν, vel ὄντως.

Græcorum prouerbium eſt, cùm duorum alterum alteri longè anteponunt παιδιὰ φαίνοιτο ἂν εἶναι, vel λῆρος: ſic accipiendum eſt hoc loco. Tantum, ait, iuuat triſtis caſus aliquis ad arcendam ebrietatem, vt præ eo braſſicæ videri queant nugæ meræ.

ISAAC

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONVM IN ATHENÆI DIPNOSOPHISTAS,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Προσεπιμετρεῖν. Orestheus Deucalionis filius. Cypriorum auctor. Stasinus. εὐρείτης οἶνος ἄδαμος. Bacchi simulacrorum facies. Vini vsus in vlcerum curationibus. Bacchus Ὑγιάτης.

EXPOSITIS libro superiore vini generibus, initio secundi de primo vini auctore, & Græco nomine οἶνος tractatur ab Athenæo. Sed meminerit lector, eius quod iam antè admonuimus: non res solùm ἀξιομνημονεύτους & dignas obseruatu, verum etiam locutiones interdum elegantiores excerptas esse ab Epitomæ huius auctore. Eiusmodi enim est, in ipso libri huius principio, verbum προσεπιμετρεῖν. delectatus siquidem hic grámaticus vocis eius elegantiâ, adnotauit hanc phrasin, τὸ πολὺ τῆς ἡμέρας προσεπιμετρεῖν τῷ ὕπνῳ: & interpretatum adiecit, ὕπνῳ διδόναι χολήν. Sic non longè post, ἀνατίθεσθαι pro *differre in aliud tēpus*, & excerpsit & exposuit, ὅρα, inquit, τὸ ἀνατεθημένων πάντων τὴν ζήτησιν ἤτοι ἀναβαλλομένων. Leuia hæc, sed vel eo nomine non prætereunda, quia eruditos viros fefellerunt. Orestheum nostri codices faciunt Deucalionis filium: quem, nisi fallor, Pausanias & Stephanus Lycaonis. suspecta igitur nobis librorum fides. Præterea quid est ἐπὶ βασιλεία? Ait enim, Ὀρεσθεὺς ὁ Δευκαλίωνος ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν ἐπὶ βασιλεία. neque historiæ veteri, neque Hellenismo consonat hæc lectio. Lego Ὀρεσθεὺς ὁ τοῦ Λυκάονος ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν ἐπὶ βασιλείᾳ. *Orestheus Lycaonis filius in Ætoliam venit, vt ibi regnaret.* Deucalionis nomen tueri fortasse licet, propter historiæ fabularis incertitudinem. Verbi οἶνος etymũ habes in Etymologico, quod magnum vocāt etiam veteres grammatici, pluribus expositum: item apud Eustathium sexto in Iliadem commentario. inde est qui hic affertur locus poëtæ. Sequentes duo versus, Οἶνόν τοι Μενέλαε, &c. cuius sint auctoris non dicitur. In ora antiquorum codd. adscriptum est, testibus clarissimis viris Stephano & Leuinio; ὁ τῶν Κυπρίων τοῦτό φησι ποιητής, ὅστις ἂν εἴη. Cypriorum auctorem laudari sine nomine Clementi Alex. & aliis veteribus, hodie omnibus notum: Stasinum tamen quidam appellant. Illius poëtæ esse istos versus, didiceramus iam ex Suida, qui locum Athenæi describens, ὁ δὲ Κύπριος, ait, φησὶ ποιητής, Οἶνός τοι (M.) Vinum magnâ copiâ admissum in corpus, εὐρείτην vocauit Philoxenus Cytherius, εὐρρείτας οἶνος πάμφωνος, *vinum largè fluēs omnis generis voces ciet.* sic sæpe τὸ ῥεῖν, non fluere simpliciter, sed ferri cum impetu significat. Demosthenes, τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ & πολλῷ ῥέοντι καθ' ὑμῶν. & εὐρρείτης ἄνεμος apud poëtas, *ventus vehemens*, & λαμπρός. Ion. Chius de vino, Ἄδαμον παῖδα ταυρωπόν, νέον οὐ νέον. Videtur licentia poëtarum vino personam attribuere, vocat παῖδα ἄδαμον, *puerum indomitum* Persius: *indomitū quod despumare falernum Sufficiat.* sic scribendum, vel ἀδάμαστον: nam ἄδαμον vix Græcum est. *Puerum* dicit, quia Bacchi simulachra puerili aut iuuenili facie fingebantur. ταυρωπόν, propter vini robur, aut ebriorum truculentiam. eam enim ob caussam Bacchum tauro fingebant similem, vt dicitur non multo pòst. In vltimo Ionis versu, οἶνον ἀερσίνοον, ἀνθρώπων πρύτανιν: malim ἀερσίνοον. Panyasis de vsu vini immodico: μή σ' ὕβρις ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἀέρσῃ. Accedit scripta lectio, ἀερσίνοον. Legenti mihi Mnesithei hunc versum, Καὶ τοῖσιν ἑλκωθεῖσιν ὠφέλημ' ἔχει, veniebat eius in mentem quod de vino similiter Dioscorides scribit, οἱ παλαιοὶ οἶνοι πρὸς τραύματα & φλεγμονὰς ἐπιτήδειοι σὺν ἐρίοις οἰνωθεῖσιν ἐπιτιθέμενοι καταντλοῦνται ὠφελίμως πρὸς τὰ θηριώδη ἕλκη. Dubitabam de istis verbis: ἡ δὲ Πυθία εἴρηκέ τισι Διόνυσον ὑγιάτην καλεῖν, essentne ea Mnesitheo an Athenæo à nobis tribuenda. Eustathius illa vsurpat pro suis, vt pleraque omnia Athenæi: neque versum redolent vtique nimis. sed dubitationem tollit author, scribens lib. primo, Μνησίθεος ὁ Ἀθηναῖος Διόνυσόν ἰατρόν φησι τὴν Πυθίαν χρῆσαι τιμᾶν Ἀθηναίοις. qui locus hunc explicat: nam de Atheniensibus nihil Mnesitheus. ergo τισὶν εἴρηκεν, *Atheniensibus dixit.* veriùs autem scripsisset ibi Athenæus, Διονύσον ὑγιάτην. nam eâ voce Pythiá constat vsam. Sextum & septimũ Eubuli versũ emenda & scribe,

> οἴκαδ' ἀποβαδίζουσ'. ὁ δὲ πέμπτος οὐκέτι
> ἡμέτερός ἐστιν, ἀλλ' ὕβρεως· ὁ δ' ἕκτος, βοῆς.

& non initio, ὁ δ' ὄγδοος κλήτορος.

CAPVT II.

Epicharmi illustris locus. ἐποικοδόμησις, gradatio. Cyrenæus poeta. Historia de Triere domo. Prouerbiũ, οἶνος καὶ ἀλήθεια, primum poculum quare Ioui seruatori sacrum ἐρπις, vinum ἔλπις, trulla vinaria. Multa emendantur & illustrantur.

MVTILI sunt Græci codices, qui illustrē Epicharmi istum locum sic scribunt: ἐκ μὲν θυσίας θοινα· ἐκ δὲ θοίνας πόσις ἐγένετο.

χάεσιν ὥσγε μετ. ἐκ δὲ πόσιος κῶμος· ἐκ κώμου δὲ ἐγένετο θυανία· ἐκ δὲ θυανίας δίκα· ἐκ δὲ καταδίκας πέδαι τε καὶ σφάκελος, καὶ ζαμία. deest integrum membrum. Scribe: ἐκ δὲ θυανίας δίκα· ἐκ δὲ δίκας καταδίκα· ἐκ δὲ κατ. & ita etiam Dalecampius: meliùs quàm Suidas, quem si lubet, vide in οἶνος. Hesychius non θυανία legisse videtur, sed συανία: nam huc censeo pertinere ista illius, συανία, λοιδορία, καὶ ἡ διὰ χειρὸς μάχη. Est autem perillustris hic Epicharmi locus: cuius etiam Aristoteles meminit Metaphysicorum libro tertio. ἔτι δὲ, inquit, παρὰ ταῦτα, ὡς Ἐπίχαρμος ποιεῖ τὴν ἐποικοδόμησιν· ἐκ τῆς διαβολῆς ἡ λοιδορία· ἐκ δὲ ταύτης ἡ μάχη. Appellat philosophus ἐποικοδόμησιν, quam rhetores κλίμακα, vel κλιμακωτὸν σχῆμα, Cicero *gradationem*: cùm aliud ex alio nectitur, & quasi per gradus à primo ad vltimum venitur. Eustathius, τὸ σχῆμα τοῦ ῥηθέντος χωρίου κλίμακα καὶ κλιμακωτὸν λέγουσιν οἱ παλαιοί· ἕτεροι δὲ ἐποικοδόμησιν. Themistius non sine allusione ad verba præceptoris, oratione primâ, πολλὴ προσθήκη καὶ τῶν κακῶν ἐποικοδόμησις. Ac videtur hic poëta istâ figurâ admodum delectatus: quam ait Plutarchus degenerasse, imitatione prauâ sophistarum, in eam speciem fallaciæ, quæ in ipsorum scholis dicebatur, ὁ αὐξόμενος λόγος. Plutarchi locus est in Commentario de sera numinis vindicta. Epicharmeæ gradationi simillima est apud Demosthenem, in ea κατὰ Κόνωνος, vbi de actione iniuriarum loquitur. μηδὲ κατὰ μικρὸν ὑπάγεσθαι ἐκ μὲν λοιδορίας εἰς πληγάς· ἐκ δὲ πληγῶν εἰς τραύματα· ἐκ δὲ τραυμάτων εἰς θάνατον. Basilius in concione quam habuit aduersus eos qui irascuntur. θυμὸς, inquit, ἐγείρει μάχην, μάχη δὲ γεννᾷ λοιδορίας· αἱ δὲ λοιδορίαι πληγάς· αἱ δὲ πληγαὶ τραύματα· ἐκ δὲ τραυμάτων πολλάκις θάνατος. Sic ferè Chrysostomus homiliâ 15. ad populum Antiochenum. πολλάκις ἀπὸ ῥημάτων καὶ γέλωτος λοιδορίαι καὶ ὕβρεις, ἀπὸ λοιδορίας καὶ ὕβρεως πληγαὶ καὶ τραύματα· ἀπὸ τραυμάτων καὶ πληγῶν σφαγαὶ καὶ φόνοι. Horatius eandem sententiam voluit exprimere, cùm hos versus fecit, in epistola XIX. libri prioris.

Ludus enim genuit trepidum certamen & iram:
Ira truceis inimicitias & funebre bellum.

Similia his apud Aristophanem, Hieronymum, Cedrenum, & alios nobis obseruata: quæ prætermittimus scientes prudentes. Panyasis poëtæ locú, vbi τὴν πρώτην πόσιν ἀπονέμει Χάρισιν, quod ait noster, negligétiâ breuiatoris an librarij prætermissos, reperies inter fragmenta Athenæi nobis collecta. Hominem vino suauissimis versibus assimilat Comicus Alexis: quo loco scribendum arbitramur, mutatâ distinctione,

Πολλὴ γ' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποζέσαι
Πρώτιστον, ἀφρίσαι τε, κ' ἀνθῆσαι, πάλιν
Σκληρὸν γενέσθ'.

Vult hominem esse vino similem: quod primò feruet ac spumat: deinde floret, hoc est, ἐν ἀκμῇ ἐστὶ τοῦ πίνεσθ' postea fit vetus & minus gratum. intellige autem de vino quod παρακμάσιν, vt loquitur Alexis, & iam bibédo non est. Nam alioquin certum est quod alibi dicit poëta idem, οἶνον τὸν παλαιότατον ἀνθάζομαι. Cyrenæus mox poëta, Callimachus nõ est, vt sine teste affirmat quidam: Eratosthenem esse probo Hesychij testimonio: cuius sunt verba in ναρθηκοφόρος. τὸν νάρθηκα ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρήσεις τοῦ πυρός. ὅθεν καὶ τῷ Διονύσῳ ᾐκάσαν αὐτὸν, διά τε τὰς ἐν ταῖς θοίναις τῶν διψώντων (lego διψάδων) ἀφὰς, καὶ διότι θερμός ἐστι τῇ φύσει ὁ οἶνος, ὁ πυρώδης. οἶνος τῷ πυρὶ ἴσον ἔχει μένος. Ἐρατοσθένης. Historia lepidissima quam ex Timæo auctor commemorat, de domo quam temulenti iuuenes in triremem versam credebát, inter paradoxa philosophorum, aut poëtarum figmenta cêseri non debet. Est illa quidem mirabilis, sed quæ tamen non excedat fidem veri. Nam obruti vino homines non solùm duplices Thebas videre soliti, verùm etiam quæ cernũt moueri omnia & continuè agitari putant. Ratio & caussa eius φαντασίας, est cerebri agitatio & perturbatio, quá patitur ab exhalationibus vini eò ascendentibus, exitúmque frustra quærentibus. Cerebri igitur στροφὴ faciebat, vt triclinium commotum στρεφόμενον videre putarent. Inde oborta est animis adolescentium malè sanorum nauis in pelago agitatæ species. Mediterraneis hominibus, qui, vt ait poëta, οὐκ ἴσασι θάλασσαν, hoc vix accidisset: istis insulanis, etiá post amissum rationis vsum, eius superest memoria quod aliàs in mari erant experti. Idem vsu venire etiá sobriis inter somniandum, nemo est quin sciat, præter Atlantes, degenerem humani ritus populum, neque insomnia visentem. Græcorũ vetustum prouerbium est, οἶνος καὶ ἀλήθεια, *vinum & veritas*, subaudiẽdum est, vnà habitant, & in vna sede morantur. Theocritus, οἶνος ὦ φίλε παῖ λέγεται καὶ ἀλήθεια. Hebræi non minus rotundè, בכוסו בכיסו בכעסו *in calyce, in marsupio, in ira*, subaudiendum mores hominis noscuntur: vel prodit mores suos aliquis. non dissimili prouerbio apud alios στολὴ καὶ βῆμα καὶ γέλως ἀνδρὸς, τὰ περὶ αὐτοῦ ἀναγγέλλουσι. *vestis, incessus, risus hominis, mores illius arguunt*. Ita interpretandum in auctore nostro, ὅθεν οἶνος καὶ ἀλήθεια λέγεται. quorum interpretationem adeò ridiculam sunt commenti interpretes, De Bacchi tripodibus nuper diximus ad Suetonium. In versibus Antiphanis probo lectionem scriptam, ...

Ἀμφότερα μηνύει γὰρ ἀπὸ τῶν βλεμμάτων
καὶ τῶν λόγων τοῦθ'. ὥστε ...

Manca est vnâ dictione hæc sententia, προσπαλέγειν δὲ τούτῳ τὰ τοῦ Διὸς σωτῆρος ὄνομα διὰ ... καὶ μνήμης ἕνεκα τῶν πινόντων. sarciri damnum acceptum potest si scribas, διά τε τὸν οἰωνὸν, καὶ μν. instituerunt vt vini temperati poculum quod primum biberent, Ioui Seruatori sacrarent, & ita vocarent. quare? omnis, inquit, boni gratiâ, & vt meminissent mortales, se hoc modo vinũ bibentes seruatum iri. Veteres in plerisque institutorum suorum rationem habuisse τοῦ οἰωνοῦ, vt & bonum omen captarent, & malum fugerent, admonebamus libro primo, capite XI.

Vir eruditiſſimus Ioannes Leuinius ſcribendum cenſebat, διδαχῆς ἐπὶ μν. acutè & feliciter. eſto igitur iudice me proba illius emendatio, noſtra reiecula. Alcæus varios effectus vini, nunc potorem exhilarantis, nunc ad iram prouocantis, bis verbis indicat, ἄλλοτε μὲν μελιαδέος, ἄλλοτε δ' ὀξυτέρω τριβόλων ἀρρυτυμένος ſcripti codices, ἄλλοτε δ' ὀξ. τρ. ἀρυτυμένοι. vera lectio ἀρυτυμένω. *hauſto vino aliàs dulci mellis inſtar, aliàs acutiore tribulis & aſperiore.* Leuinius ἀρυτόμενοι, *haurientes.* Memini legere in Heſychij Lexico, ἀρηρυγμένω, ἀπηντλημένω: quod pertinere ad iſtum Alcæi locum aliquando ſuſpicabamur. Verſiculus Euripidis ſumptus eſt ex illius Bacchis fabulâ. in eo verſu, εἰς χεῖρας θυμούμενοι, ſic dictum vt θυμαίνειν εἰς αἶγα. Vetus poëta apud M. Tullium, πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα. Anaxandridæ locum de nectaris eſu, & ambroſiæ potu, in legitimos iambicos poſſumus ita redigere, quod & Leuinio probabatur:

——τὸ νέκταρ ἐσθίω πάνυ
Μάττων, διαπίνω τ' ἀμβροσίαν, καὶ τῷ Διὶ
Διακονῶ, καὶ σεμνός εἰμ' ἑκάστοτε
Ἥρᾳ λαλῶν, καὶ Κύπριδι παρακαθήμενος.

Dirige & iſtum Alexidis, οὐδεὶς φιλοπότης ἄνθρωπός ἐστι κακός: curuus enim eſt. ſcribe οὐδεὶς φ. ἐστὶν ἄνθρωπος κακός. Sed turpius & periculoſiùs eſt corruptus, qui præcedit Sapphus verſus, Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρωτιν θεοῖς οἰνοχοήστων. Legendum eſt, Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρπιν θεοῖς ᾠνοχόησεν, ex Euſtathio & libris vetuſtis. ἔρπις *vinum* ſignificat linguâ Ægyptiorum, ſi criticis fidem habemus. ἔρπις, inquit Euſtathius, Αἰγυπτιστὶ ὁ οἶνος, καθὰ καὶ Λυκόφρων οἶδε. Lege, ſi eſt operæ, quæ Tzetzes ſcribit ad iſtum verſum Lycophronis, ἔρπιν τε ῥίζειν οὐδ' ἀλοιφαῖον λίπος. Hipponax, ἔπινε τὴν ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει. Libro decimo iterum laudat hunc Alcæi locum Athenæus, & pro ἔρπιν ſcribit ὄλπιν quod incogitantiâ factum putem, ſenſum attendente illo non verba. ὄλπις enim οἰνοχόη, *trulla vinaria.* Locum Ibyci ſic Euſtathius, ὁ μελοποιὸς Ἴβυκος τὴν ἀμβροσίαν κατ' ἐπίτασιν ἐννεαπλασίονα γλυκύτητα ἔχειν οἶδε πρὸς τὸ μέλι, λέγων αὐτὸ ἐν. &c.

CAPVT III.

Demetrij Halicarn. epigramma. μέτωπον κιττῷ κεκαρωμένον. ὑπὲρ κρεωφαγίας, *&* ὑπὸ κρεωφαγίας *quantum differant.* ἀνάγκα γλυκεῖα *apud Bacchylidem:* ananc*æ*um *poculum apud Plautum.* ἀναγκαῖον πόμα *apud Platonem. Athenæus memoriâ lapſus.* εὔφρων καρπὸς *Homero vinum: Heſiodo, fruges.* Icaria *locus in Attica.* ψελλισμός, *primum temulentiæ ſignum.* ἄλια *&* ἀλίζεσθαι. *Demoſthenis locus emendatus.* τέλη μικρά. *Reiecta Athenæi expoſitio vocis* τέλος *apud poëtam.*

INCERTI auctoris eſſe epigramma in Cratinum declarant hæc, ὁ ποιήσας τὸ εἰς Κρατῖνον ἐπίγραμμα. Ad oram vetuſtiſſ. cod. erat adſcriptum, τοῦτο δὲ Δημήτριον τὸν ἁλικαρνασσέως φασὶν εἶναι: quaſi auctor huius epigrammatis eſſet Demetrius Halicarnaſſeus. quod legere memini etiam apud paræmiographos Græcos. In fine ſcribendum eſt,

——εἶχε δὲ κιττῷ μέτωπον οἷα καὶ σὺ κεκαρωμένον, *cinctum hedera coronâ tanquam* κρίκῳ, ſiue *annulo.* non vt editum eſt etiam in libro Græcorum epigrãmatum, κιττὸν & κεκαρωμένον. Apud poëtarum regem duo verſus integri ſunt, qui hic in ſeſquiuerſum parum ἀρτίως redigunt*u*r.

Ἔδοντες κρέα πολλὰ βοῶν ὀρθοκραιράων,
Πίνοντες κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο.

Sic ſæpe duo aut plures Homerici in vnum cõflantur in iſtis libris. Horum verſuum priorem cenſuit Ariſtarchus tollendum. quia, inquit auctor, ὑπὲρ κρεωφαγίας αὐχεῖν ποιεῖ τοὺς Ἕλληνας: *eo verſu de carnis eſu Græcos facit gloriari.* hoc ſonat iſta lectio omnium librorum: quos falſi omnes damnandos ſuſpicamur, & ſcribendum, ὑπὸ κρεωφ. Apud poëtam heroës non gloriantur de eſu carnium & viſcerationibus ſuis. Apage iſtam inſaniam lurconibus non heroïbus conuenientem: ſed ſoliti heroës liberaliore conuiuio excepti & bene poti, de ſua virtute multa prædicare, & mira de ſe promittere. ὑπὲρ in hac locutione rem notat quam falsò oſtentator ſibi tribuit: ὑπὸ cauſſam notat vnde oritur iactatio. Vide quanta ſit deprauatio ſententiæ ex quantulo errore. poteſt ſcribi etiam ἀπό, vt ſtatim: οὐ γὰρ ἀπὸ πάσης εὐθυμίας τὸ καυχᾶσθαι. Si quis vulgatum ὑπὲρ malit retinere, quæ erat Ioſephi Scaligeri ſententia, fruatur iudicio. In primo verſu Bacchylidis, σευομένα κυλίκων habent etiam membranæ antiquitatis venerandæ. non poſſum interpretari, niſi præpoſitionem ἐκ vel ἀπὸ adiicias. *O dulcis neceſſitas, quæ venis & oreris è poculis!* nam σευομένη nihil aliud quàm πορευομένη & ὁρμῶσα. accedam lubens ad libros alios, vbi γινομένα. ſed eligant doctiores. Ἀνάγκην vocat mellitiſſimus poëta τὴν φρενῶν ἔκστασιν, cùm poto liberaliùs vino, homo ſuæ ſpontis non eſt, neque mentis ſanæ. hanc neceſſitatem vocat γλυκεῖαν: quia erat aliud olim ananceæ potionis genus, cuius triſtis neceſſitas. Plautus Rudente,

——*peris potando opinor.*
Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit.
Credo hercle Anancæo datum hoc quod biberet.

alludit poëta vel ad ſorbitionem cicutæ, neceſſariam & fatalem ſontibus in Græciæ aliquot vrbibus: vel ad hauſtum illum è flumine Lethæo, qui nemini mortalium non eſt neceſſarius. Plato libro x. de republica, locutus de Lethæo campo, σκηνᾶσθαι οὖν σφᾶς ἤδη ἑσπέρας γιγνομένης παρὰ τὸν Ἀμέλητα ποταμόν, οὗ τὸ ὕδωρ ἀγγεῖον οὐδὲν στέγειν· μέτρον μὲν οὖν τι τοῦ ὕδατος πᾶσιν ἀναγκαῖον εἶναι πιεῖν. Erat & aliud ἀναγκαῖον πόμα in legibus Athenienſium, de quo Plato lib. VIII De legibus. Lapſus eſt auctor memoriâ, ſi putauit iſtud hemiſtichium εὔφρονα καρπὸν ἀρούρης, alius eſſe, vt ait, poëtæ quàm Homeri. Nõ meminerat legiſſe Ἰλιάδ. γ. κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστά,

ἦρι δ' ὕω καὶ οἶνον εὔφρονα πάρπαν ἀγείρει. Heſiodus fruges, non vinum, appellat *εὔφρονα καρπὸν*, *grati mortalibus fructum*. Locus Atticæ vbi dicitur inuenta eſſe tragœdia Icaria dicebatur. itaque ſcribe, *ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀττικῆς*, non *Ἰκαρίῳ*. Stephanus, *Ἰκαρία, δῆμος Αἰγηΐδος φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἠριγόνης*. Diſtingue verba Aſtydamantis auctore Leuinio, —*θνητοῖσι τὴν ἀκεσφόρον λύπης ἔφηνεν οἰνομήτορ' ἄμπελον*, Antiphanis verò ſenarios hoc modo, transpoſitis dictionibus aliquot, *Συνεχῶς γὰρ ἐμπιπλάμενος ἀμελὴς γίγνεται Ἄνθρωπος ὑποπίνων δὲ πάνυ φροντιστικός*. Is qui apud Alex. in comicum hos duos trochaïcos pronunciabat, *οὐ μεθύω τὴν φρόνησιν, ἀλλὰ τὸ τοσοῦτον*, (vel *τοσοῦτον*) *μόνον, τὸ διορίζεσθαι βεβαίως τῷ στόματι τὰ γράμματα*, hoc voluit, ſe vini potui tantiſper indulgere, donec adhuc lingua non tituber, ſed articulatè voces poſſit proferre, nedum vt ad dementiam vſque ſe ingurgitet. Linguæ titubantia, & *ψελλισμὸς*, inter prima temulentiæ ſymptomata, vt etiam Plutarchus ait in Sympoſiacis. Dalec. emendabat *τῷ ὄμματι*. cui non poſſum ſuffragari. Lautiores epulas priſci Græci *θαλείας* dixerunt, *ὅτι θεῶν χάριν ἠλίζοντο καὶ συνῄεσαν*, *quia in honorem Deûm conueniebant ad conuiuia.* non ferendi ſunt qui *ἠυλίζοντο* hic corrigunt: id verò corrumpere eſt non corrigere auctores. *ἁλιὰ* Ionum propriè vox eſt, pro conuentu & concione, frequens apud Herodotum. apud Demoſthenem in oratione Pro corona. in vetere Byzantiorum decreto *ἐπαλίᾳ* perperam ſcriptú, pro *ἐν τῇ ἁλίᾳ*. Etſi autem *ἁλίζεσθαι* & *συναλίζεσθαι* generali notione cógregari ſignificant ſine finis diſcrimine: fuére tamen qui de conuenientibus ad cœnam condictam propriè putarent vſurpari. Ita vſus hic Athenæus illâ voce. Ita etiam accepit Noui fœderis Syrus interpres, cùm *συναλιζόμενος αὐτοῖς*, initio Actorum, verteret אכל עמהון לחמא *comedens vnà panem.* *τέλη μικρὰ* in Euripidis verſu, minores ſunt hoſtiæ & minoris impenſæ. hæc nominis ratio: alioquin *τέλος* pro hoſtia non dicitur: etſi ſcio proditum eſſe contrarium ab antiquis grammaticis: qui omnes ſecuti ſunt auctoritatem Athenæi, aut illius vnde ipſe habet. Mihi verò & abſurdum videtur & ridiculum, quod ſcribitur hic ab auctore: *τέλος* ſignificare *θυσίαν* in eo quem profert Homeri loco, ex principio noni libri Odyſſ. Atque ego mirari ſatis nequeo tam *φορτικὴν* interpretationem tam erudito viro probari potuiſſe. Meliùs illi qui *τέλος* in eo verſu accipiunt vt apud philoſophos, cùm in morali diſciplina de finibus diſputatur. Etenim dubitari non poteſt illud vltimum, quò omnia conſilia & vota noſtra referuntur, eâ voce hic à poëta intelligi. Eſt ſanè familiaris Ionicè ſcribentibus dictio *τέλος*, quæ ſæpè nihil ſonat aliud quàm *χρῆμα, res*. *τέλος θανάτου*, *res mortis*, pro morte, ſæpè apud Homerum & Hippocratem: vt *res voluptatum*, Plauto, pro voluptates. Hoc etiam modo exponas rectè, *οὐδὲν τέλος χαριέστερον*, *res nulla gratior.* Alexidis verſus imperfectè ſcriptos ita lege, & concipe.

Τοὺς εὐτυχοῦντας ἐπιφανῶς δεῖ ζῆν ἀεί,
Φανεράν τε τὴν δόσιν τὴν τοῦ θεοῦ ποιεῖν·
Ὁ γὰρ διδοὺς τἀγαθὰ δαίμων, τὴν μὲν ὧν
Πεποίηκεν αὐτὸς οἴεται χάριν τινὰ
Ἔχειν ἑαυτῷ τοὺς ἀποκρυπτομένους δὲ καὶ
Πράττειν μετρίως φάσκ.

CAPVT IV.

Vinum ex aqua φύεται. Titareſius & Peneus πλατὺ ὕδωρ, aqua ſalſa λιαρὸν pro calido. μεταχέρασμα & μετάκερας, aqua tepida. διαφορὰ ὑδάτων, λίτρον & νίτρον. Pyrhæa, Tharta, Pheta. *Multa corrupta emaculantur.*

ATHENÆI ſunt, non autem poëtæ vllius verba hæc, *οὐ χαίρει τῷ πόματι ἐκ πρώτης εὐθέως ἀνατροφῆς ὑδροποτῶν*. Proſa, inquam, eſt oratio, non vorſa, vt ſine cauſſa quidam affirmant. In dialogi huius textura, de eo conuiua iſta dicebantur, qui ſequentem de aquis diſputationem erat habiturus. Eclogarius dictionis elegantiam adamauit, & adnotauit. Non ſemper editę lectioni ſcriptam iure prætuleris: nam exépli gratiâ, in multis chirographis legas, *οὔ τινι ἡμῶν ἐπῆλθε περὶ ὑδάτων εἰπεῖν τι, ἀφ' ὧν καὶ ὁ οἶνος ἀφύεται*, vel *ἀρύεται*: in aliis perſpicuè falsò *οὐ φύεται*. vera eſt noſtra lectio, *ἀφ' ὧν καὶ ὁ οἶνος φύεται*. Multis modis ex aqua vinum gignitur: vel quia ex quatuor elementis conſtant omnia: vel quia in vino ineſſe quádam *ὑδατώδη οὐσίαν* nemo dubitat, & probat Galenus quarto de Simplicibus medicam. vel denique, quòd ſine aqua cœleſti non turgent viuæ. Titareſius fluuius, ait, *τῷ Πηνειῷ συμμίσγεται*. Etſi verú eſt, quod dixerunt interpretes, Titareſiú in Peneum influere: tamen neque auctoris ſententiá expreſſerunt, neque veram lectionem viderunt. Scribe, *ὃς τῷ Πηνειῷ οὐ μίσγεται*, vel *οὐ συμμίσγ*. Homerus, *οὐδ' ὅγε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ. Ἀλλά γέ μιν καθύπερθεν ἐπιρρέει ἠΰτ' ἔλαιον.* Protagoras Cous fuit medicus antiquiſſimus. hunc ſcribit auctor inter aquas laudabiles & ſanitati conducibiles poſuiſſe eam, quæ abſtergendi vim habet, non alio motum argumento quàm poëtæ auctoritate, ita canente Ὀδυσσ. ζ. *Καλὸν ὑπεκπροβέει μάλα περ ῥυπόωντα καθῆραι*. abſurdè faciunt qui húc verſum illi medico attribuunt. *Πλατὺ ὕδωρ* eſt *aqua ſalſa*. Athenæus, *διασίλλει δὲ καὶ γλυκὺ ὕδωρ ἀπὸ πλατέος*. Heſychius *πλατὺ ὕδωρ. τὸ ἁλμυρόν*. Sic etiam Ariſtotelem memini locutú meteorol. lib. II. *ὅθεν μὲν οὖν ἡ γένεσις ἐστὶ τοῦ ἁλμυροῦ ἐν τῷ ὕδατι, εἴρηται. καὶ διὰ τοῦτο τὰ νότια ὕδατα πλατύτερα καὶ τὰ πρῶτα τῶν μετοπωρινῶν*, hoc eſt, *ſalſiora*. paulo pòſt ipſe ſe explicat. *ἀνάγεται δὲ ἀεί τι μέρος αὐτῆς μετὰ τοῦ γλυκέος· ἀλλὰ ἔλαττον τοσούτῳ, ὅσῳ καὶ ἐν τῷ ὑομένῳ τὸ ἁλμυρὸν καὶ πλατὺ τοῦ γλυκέος ἔλαττον.* ibidem, *ἐν Χαονίᾳ κρήνη τίς ἐστιν ὕδατος πλατυτέρου· ἀπορρεῖ δ' αὕτη εἰς ποταμὸν πλησίον γλυκύν*. Fortaſſe vſus hic vocis *πλατὺς*, ab eorum interpretatione

ortus

ortus est, qui apud Homerum πλατὺν Ἑλλήσποντον exponebát *salsum*: quos sequitur hic Athenæus: nó ita Eustathius, nec grammaticorum cohors tota. Adi scholia antiqua, & Hesychium. Locus est Ἰλιάδ. κ. Qui sequitur de aqua dulci versus, fallit nos: est enim ex duobus compositus, Στόματι δ' ἐν λιμένι γλυκερῷ ὠκεανοῖο ... ὕδατος γλυκεροῖο. Ὀδυσσ. μ. De duobus Scamandri fontibus canit poëta, Ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει, ἀμφὶ δὲ καπνὸς γίγνεται ἐξ αὐτῆς ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο. Putat auctor satis probari λιαρὸν, *calidum* significare, non *tepidum*, ex eo quod de fumo adiecit poëta: quoniam, inquit, non potest nó esse calida aqua illius fôtis, ex quo vapor ignis, & ignitus fumus se efferant. Eusta. parú hæc argumétatio probatur: ná fumus ait, οὐχ ὁ αὐτὸ χρῆμα, ἀλλὰ τὸ οἱονεὶ τῆς ἀναθυμιάσεως. ideò placet illi, ante vocem καπνὸς subintelligi debere similitudinis notá, vt in illo, *Nec verbum verbo curabis reddere, fidus interpres.* Sed σφάλλεται profectò Eustathius: nam Athenæi vera sententia est: neque aliter grauissimus scriptor Strabo sensit: qui libro XIII. poëtæ locum tractans, λιαρὸν, & ipse interpretatur θερμόν. Quid autem opus τὸ παραβολικὸν προσυπακούειν ἐπίρρημα, cum sequatur in proximo versu, ὡσεὶ πυρός? Μεσαίτατον, medium est temperamentum inter calidum & frigidum, & vt loquitur Plutarchus ψυχροῦ καὶ θερμοῦ κοινώνημα. Athenienses, vt refert Athen. μεσάκρατας appellarunt aquam tepidam. lib. tertio clara illius significationis exépla multa. Hic vnum apponitur ex Eratosthene, ὑδαρὲς καὶ μεσάκρατας. sed cùm de aqua tantùm dici vox μεσάκρατας videatur, quid vocat Eratosthenes ὑδαρὲς? non enim si vinum quoddam dici solet οἰνῶδες, vllam ideò aquã (quæ quidem pura aqua fit nec medicamentosa) ὑδαρῆ rectè dixeris. Ἀνάφορα ὕδατα interpretatur Athenæus ἀχρεῖα: sicut Latinis *atrum*, in cuiuscunque rei vituperatione. Non semel apud poëtam leges, ὥστε κρήνη μελάνυδρος, ἥτε κατ' αἰγίλιπος πέτρης δνοφερὸν χέει ὕδωρ. poëtæ interpretes aliter explicant. eos lege per initia nonæ rhapsodiæ Iliadis. Etsi constat eorum quæ dulcia sunt multa aluum mollire: assentior tamen eruditissimo viro, qui médi suspecta habuit ista verba, τὸ Νείλου ὕδωρ πολὺ γονιμώτερον καὶ γλυκύτατον. διὸ καὶ λύειν τὰς κοιλίας τῶν πινόντων. nam si ideò aluum soluit aqua Nili, quia dulcis est, cur non omnia dulcia eandem vim habent: tráspositionem tamen illam verborum non probo, quæ placuit Dalecampio. Lege, καὶ ὅτι λύει τὰς κοιλίας. ita etiam descripsit Eustathius quarto in Odysseam commentario. proximè scribunt manu exarati codd. μῖξιν ἔχοντα λιτρώδη. vt ad Nilum referatur, non ad ὕδωρ. λίτρον aliud non est ac νίτρον: etsi Galenus aphronitrum & aphrolitrum separat in VIII. de Facultatibus simplic. Eustathij codices faciunt cú editis. Scribe statim, ὕδωρ γίνεσθαι παιδογόνον, non παιδογόνιον. malim vero additâ voce scribi γυναιξὶ παιδογόνον. nam ita Theophrastus, & ex eo Plinius. Quod sequitur, ἐν Πύῤῥᾳ δ' ἄγονον: id ita Plinius lib. XXXI. cap. I. *E diuerso in Pyrrâ flumen, quod Aphrodisium vocatur, steriles facit.* legit Plinius apud Theophrastum ἐν Πύῤῥᾳ: non ἐν πύῤῥᾳ. Stephanus, πυῤῥαία, μοῖρα Θετταλίας. De Tharra, quod non vnius oppidi nomen fuit, Stephanum licet consulas. reperi tamen in chirographis etiam hic ἐν πύῤῥᾳ. Phetam vbi collocabimus? Φηγοῦς fortean aut Ἀφύταις scripserat Theophrastus.

CAPVT V.

Γνώμων pro clepsydra. Expensa Athenæi sententia de aqua Arethusæ fontis. ἀτέραμνον ὕδωρ. *Malarum aquarum species diuersa. Leues aquæ. Crannonia aqua: rubra* τῶν ἐν Βαβυλῶνι λίμνης *Sicania. Aqua Carthaginiensis.* Tragasæ. ἐν Λαρίσῃ *pro ad Larissam.* πόλις *pro* χώρα. *Catura & Menis pagus.* Donylæum. *Attica aqua mala. alia item nonnulla.*

SINE exemplo, quod equidem meminerim, γνώμονα pro horologiorum eo genere posuit Athenæus, quod horas fluxu aquæ indicat. Gnomonice exposita Vitruuio in nono libro, circa vmbrarum rationé tota versatur. sed auctor speciei nomen γενικῶς vsurpauit. itaque τὸ ἐν τοῖς γνώμοσι ῥέον ὕδωρ, est aqua fluens in horologiis quæ propriè clepsydræ vocantur. Quod sequitur, μόνον δὲ ἀτέραμνον τῶν ἁλυκῶν τὸ τῆς Ἀρεθούσης, totidem literis scribitur in membranis, omnes librarios in fraudem optimi scriptoris isto loco dicas coniurasse. nam si ita Athenæus scripsit, parum fuisse rerum naturæ peritum necessum est. Hippocrates in libro De aëre, aquis & locis, veteres medicos falsa de aquis salsis pronuntiasse scribit: cùm nescirent, inquit diuinus senex, omnia ἁλυκὰ esse ἀτέραμνα καὶ ἄνυψαντα. Hic primus est error quem ista lectio insinuat. Iam verò aquam fontis Arethusæ salsam esse falsum est. Dalecampius legendum censuit τῶν οὐχ ἁλυκῶν. optimè ille quidem: sed scrupulus hic alius oritur. Nam falsissimum est Arethusæ aquam μόνον τῶν οὐχ ἁλυκῶν, id est, *solam inter dulces*, esse ἀτέραμνον & difficilè coqui. Quis nescit multis locis fontes reperiri, quorum aqua & dulcis & ἀτέραμνος sit simul? Ipsa experientia, quæ stultorum cluit magistra, coquos & omnium rerum imperitissimas ancillulas hoc docet quotidie. Galenus IV. commentario in VI. Epidemiorum, τῶν λαλακαιωδῶν, ait, ἀκατεργάστων τε καὶ ἀμεταβλήτων ὄντων, ὁποῖα κατά τινας πηγὰς ὕδατα γίνεται, τὰ καλούμενα πρὸς τῶν ἀρχαίων ἀτεραμνώδη. An dicemus præcipuam quandam atque insignem ἀτεραμνίαν Arethusanæ aquæ tribui? non video qui possit aliter constare huic dicto fides. Cæterùm quid propriè sit ἀτέραμνον ὕδωρ, declarat locus Vitruuij libro VIII. vbi de expertionibus & probationibus aquarum loquens, *Item,* ait, *si legumina in vas cum ea aqua coniecta, ad ignem posita, celeriter percocta fuerint, indica-*

bunt eam aquam esse bonam & salubrem. Quæ hoc non præstat aqua, scias esse malam & ἀπόβλητον. Athenæus paulo post, μοχθηρὰ δ' ἐστὶ τὰ βραδέως ἐξοδεύοντα· τοιαῦτα δὲ τὰ πετρώδη καὶ τὰ ἁλμυρά. qui locus & superiorem emendationem cõfirmat, & πολυμαθέστατον viru eá culpá liberat, cui fecerat deprauatus codex affinem. Nolim confusas ab interpretibus tres malarũ aquarũ species distinctè positas ab Athenæo. χείρω δ' ἐστὶ τὰ βαρυσταθμότερα, καὶ τὰ σκληρότερα, καὶ τὰ ψυχρότερα. *Deteriores aquæ sunt, quæ multum pendunt, quæ duræ sunt, quæque frigidiores.* hæ omnes aquæ eandem ob caussam malæ sunt. Athenæus ait, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. philosophus accuratior dixisset τὴν αὐτὴν αἰτίαν. vna enim est causa, non plures. quæ autẽ illa? quòd difficilè concoquantur. cur difficilis sint cocturæ, duas affert caussas: alteram duabus primis cõmunem: quod multum terræ habeant admixtum: alteram tertiæ speciei propriam: ipsum nempe frigus, quo nihil ventriculo inimicius. sed & istas quoque γεώδεις esse, ac propterea frigidas paulo post dicitur. Ait præterea, τὰ ταχὺ θερμαινόμενα κοῦφα καὶ ὑγιεινά: *quæ cito calefiunt, & leues sunt aquæ, & salubres.* quod non in omnibus verum est. Plinius negans aquæ pluuiæ tãtam inesse leuitatem quantam putarent quidam: *Pluuiæ aquæ*, ait, *sordium inesse plurimum semitur, citißiméque ideò calefit aqua.* Athenæus auctorẽ habet Hippocratem, cui leuioris aquæ nota dicitur esse perpetua, τὸ ταχέως θερμαίνεσθαι καὶ ταχέως ψύχεσθαι. v. Aphorismorum, & Epidemiorum libro II. sect. II. Crannoniæ aquæ narratio planior esset, insertâ voce quæ non abest opinor tantùm, sed deest: ὃ θερμὸν διατηρεῖ τὸν οἶνον. Si non extarent hæc ad verbum translata apud Plinium, de vulgatæ lectionis interpretatione poterat dubitari. nunc dubium non est, vtrumque scriptorem, Plinium dico & Athenæum, ex eodem fonte historiam hanc hausisse. Plinij verba, *Cranone est fons calidus citra summum feruorem, qui in vinum additus, triduò calorem potionis custodit in vasis.* Aqua rubra τῆς ἐν Βαβυλῶνι λίμνης, eius lacus non est qui Limne Asphaltis appellabatur: de quo Vitruuius libro VIII. cap. III. sed alius de quo Plinius lib XXI. cap. V. Quæ de colore vario aquarum fluuij Borysthenis narrantur, diligenter alibi excussimus. ibi diximus, τὴν ἐν τοῖς Βορείοις verti debere, *flantibus Aquilonibus*, non *in locis Septentrionalibus.* lege Plinium, & philosophum qui sic loquitur sæpissimè, vt in Probl. tmemate XXIII. problem. nono, quod ad hanc quæstionem facit. De fonte Paphlagoniæ Vitruuius, *Sunt autem etiam fontes, vt vino mixti: quemadmodum est vnus Paphlagoniæ, ex quo etiam sine vino potantes fiunt temulenti.* Sicania & communis est vniuersæ Siciliæ appellatio, & peculiare nomen cuiusdam particulæ: sicut Asia & partem οἰκουμένης modo latius, modò angustius significat, & præterea minimam Asiæ minoris partem, vnde Ἄσιος λειμὼν apud poëtam. De parua Sicania Athenæus, ἐλμώδεις κρῆναι ἅμα τῷ ὀξεῖ ἐν Σικανοῖς τῆς Σικελίας. Non procul Agrigento fuisse istam Sicaniam videtur ex Stephano constare. Aquæ Carthaginensis historia ex Aristotelis libro sumpta est, de Miraculis auditis: vbi verbis penè iisdem, Ἐν τῇ ἐπικρατείᾳ τῶν Καρχηδονίων ὄρος εἶναι (λέγεται) ὃ καλεῖται Γαύνιον. mox, πρὸς δὲ τοῦτον τὸν τόπον κρήνην ἐλαίου φασὶν εἶναι· τὴν δ' ὀσμὴν ἔχειν τοῦ κέδρου τοῖς ἀποπλίσμασιν (scr. ἀποπρίσμασιν,) ὁμοίαν. Vitruuius, *Item Carthaginis fons est, in quo natat insuper oleum, odore vt in scobe citrea, quo oleo etiam pecora solent vngi.* Omnes ab Aristotele sumpsisse testatur Sotion, Ἀριστοτέλης, inquit, ἱστορεῖ κατὰ Καρχηδόνα κρήνην εἶναι ἐλαίου προσπνέουσαν. Sequens historia ex Alexandri Magni descripta epist. vt indicat verbo ἐπιστέλλειν Athenæus. Sotion obscuriùs, ἐν Πέρσαις φασὶν Ἀλεξάνδρῳ φανῆναι κρήνην ἐλαίου πληρουμένην αὐτομάτως. De Alexandri epistolis vide lib. XVI. cap. penultimo. Aquarum naturâ suâ calidarum quædam sunt, inquit auctor, dulces: poterat addere καὶ ἑψανά: quædam enim illarum opsonia percoquunt, vt in Baiano sinu Posidianæ. Plinius libro XXXI. cap. II. Pagasas Mss. cod. nominant, quæ in nostris Tragasæ. ait enim, ὡς τὰς ἐν Αἰγαῖς τῆς Κιλικίας, καὶ περὶ Τραγασάς, τὰς ἐν τῇ Τρωϊκῇ Λαρίσσῃ. & Tragasas & Larissam non procul ab Ilio commemorant geographi. ἐν Λαρίσσῃ sic interpretari oportet, vt libro superiore cap. XXIV. exponebamus ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, *in agro Alexãdrino*: vel pro ἐγγὺς Ἀλεξανδρείας, *ad Alexandriã*, apud Dioscoridem: & Galenum, ἐν Δαμασκῷ, *in agro Damasceno.* Athenæus eadem de re infrà, ἐν τῇ Δαμασκηνῶν χώρᾳ. pro eo auctor Etymologici, ἐν τῇ Δαμασκηνῶν πόλει. ineptè: nisi πόλιν acciperet pro χώρᾳ. vt à tragicis interdum sumi obseruat Strabo libro VIII. sed aliter hic Athenæum puto scripsisse, & leuissimâ mutatione lego, τὰς ἐν τῇ Τρωϊκῇ Λαρίσσῃ. ita erunt diuersæ aquæ, Tragasæa & Larissæa. Facit etiam mentionem Athenæus aquarum τῶν ἐν Καρούροις, & τῶν περὶ Μηνὸς κώμην ἥ ἐστι Φρυγίας. *Carura* satis nota in confinio Cariæ & Phrygiæ. *Menis pagum* & interpretes, & clarissimi ætatis nostræ geographi verterunt in Μηνὴν nescio quam. Tu illum vicum intellige, vbi fuit Μηνὸς Κάρου, vel Καρὸς ἱερὸν, de quo Strabo in descriptione Phrygiæ lib. XII. nisi malis illam intelligere κωμόπολιν, vbi Μηνὸς Φαρνάκου delubrum: de quo Geographus libro eodem. *Donylæum* nullum equidem ex veterum lectione habeo notum. Scribe, τὰ δὲ περὶ Δορύλαιον. sic omnes veteres nominant. Lego cum Mss. περὶ Βαίας καὶ Βαιῶν λιμένα. de isto Bajo Strabonem consulere potes ac Seruium. Atticæ aquæ libro primo improbatæ sunt, & σκληραὶ dictæ, hoc est, difficilis concoctionis, vt explicat Galenus. rectè igitur negat hic Athenæus, se assentiri posse Antiphani, qui etiam huius laudis palmam tribuit Athenis. Audiamus Vitruuium testem ἀδέκαστον. *Aquæ species est, quæ cùm habeat non satis perlucidas venas, spuma, vti flos, natat in summo, colore similis vitri purpurei.* Hæc

maximè

maximè considerantur Athenis. Ibi enim ex huiusmodi locis & fontibus, & in Astu & ad portũ Piraeum ducti sunt salientes, e quibus bibit nemo propter eam caussam sed in lauationibus & reliquis rebus vtũtur. Bibunt autem ex puteis, & ita vitant eorum vitia. Antiphanis locum habes etiam libro tertio.

CAPVT VI.

Τὸ ὕδωρ πο̃ταμῦ σῶμα. *iudicium de aqua ex colore Pythermus* ἐν τοῖς Πειραιῶς τυραννήσασι. *Lasyrtæ plani historia.* παραγυμνῶθη. *Inna locus vbi Silenus à Mida captus.* Mædi vicini *Peonibus.* Plistonicus. τὰ πέρατα τῶν ἀγγείων, *ora venarum.*

ATHENÆI verba, Τὸ ὕδωρ πο̃ταμῦ σῶμα φησί πυ Εὔβουλος ὁ κωμῳδοποιὸς εἰρηκέναι Χαιρήμονα τὸν τραγικόν. Quare adeò insolens visum fuerit Eubulo genus loquendi quo vsus Chæremon, caussam video nullam. Doctissimus quoque Strabo non multò aliter τὸ σῶμα τῆ Νείλυ dixit initio libri vltimi. Legas etiam apud Aristotelem, maris aquam esse μᾶλλον σῶμα ἢ τὸ πότιμον. & in Meteorologicis τὸ ἀναθυμιώμενον ὑγρὸν dicitur esse αὐτῆ σῶμα idem alibi σῶμα πίσεως, vt Hermogenes τὸ σῶμα τῆ λόγυ. similia his apud Romanorum facundissimos. Si cui placet subtilitas, dicere licet, comparatione aliarum rerum quæ sub tactus sensum cadunt, aquam corpus videri non habere. propterea mere aqueis opponuntur τὰ σωματώδεσ͂α, ea quæ excretione eius quod aqueũ inerat, corpora sunt facta. est enim σωμάτωσις, ἔκκρισις τῆ ὑδατώδες, vt docet Theophrastus lib. sexto, De caussis plantarum. Puto esse verius notari Eubulo battologiam potiùs in versu Chæremonis, quàm illud quod siue Athenæus siue Eclogarius videntur existimasse. Fecerat Chæremon, ὕδωρ ἢ ποταμῦ σῶμα διαπεράσαμεν. Sicut Æschylum videmus dare Aristophani pœnas, quòd δὶς ταυτὸν εἶπε: sic Chæremonem Eubulo. nam vel ὕδωρ dixisse, vel ποταμῦ σῶμα, ad sententiam satis erat: non satis ad versum. hanc igitur metri στοιβὴν siue tibicinem irridet comicus. Illa quò pertineant nescio, Καὶ ἡμῶν ἡ πᾶσα δύναμις ἐξ ὑδάτων ἄρδεται. nam cùm præcedentibus versibus nihil iis commune. Paulo post cum ita scribitur, ἀφ' ἧς οἱ Μιλήσιοι πεφράχθαι φασὶ τὸν ἥρωα, ὅτι ἀπέκτεινε Στράμβηλον τὸν τῶν Λελέγων βασιλέα: heros, est Achilles: Strambelus, Telamonis fuit filius, Aiacis frater, ab Achille occisus. Historiam fusè persequitur Parthenius. Ἐρωτικῶν capite XXVI. Ibi leges inter cætera, Τράμβηλον δὲ ὁ πολὺ μετέπειτα τισις ἐλάμβανεν ἐκ θεῶν, ἐπειδὴ γὰρ Ἀχιλλεὺς ἐκ τῆς Λέσβου πολλὴν λείαν ἀποτεμόμενος ἤγαγεν, ὅτε ἐπαγομένων αὐτὸν τῶν ἐγχωρίων βοηθὸν συνίστατο αὐτῷ ἔνθα δὴ πληγεὶς ὡς τὰ στέρνα, παραχρῆμα πίπτει. ἀγάμενος ἢ τῆς ἀλκῆς αὐτὸν Ἀχιλλεὺς ἔτι ἔμπνουν, ἀνέκρινεν ὅς τις τε ἦν, καὶ ὁπόθεν. ἐπεὶ ἢ ἔγνω παῖδα Τελάμωνος ὄντα, πολλὰ κατοδυρόμενος, ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μέγα χῶμα ἔχωσε· τῦτο ἔτι νῦν ἡρῷον Τραμβήλυ καλεῖται. Et Lycophron, Ἐλᾷ ἢ πέτρας τὰς Τραμβήλυ κάσιν. Lego igitur etiam in Athenæo Τράμβηλον, cum eruditissimo iuuene Ioanne Meursio, qui superiores Parthenij & Lycophronis locos suggessit nobis. Clearchus, vt coniicimus ex Athenæi verbis, sensisse videtur, qualitatem aquæ ex eius colore posse cognosci: optimam esse eam quæ lactis instar albescat. Hippocrates quoque optimam pronuntiat τὴν γλυκεῖαν καὶ λευκήν. Is videtur aquæ naturalis color. videtur inquam: re enim vera aliud est: Auctor libri luculenti de Coloribus, quem Theophrastum esse censemus, ἀὴρ καὶ ὕδωρ καθ' ἑαυτὰ τῇ φύσει λευκά. Idem philosophus alibi contrarium videtur sentire. Sed hæc visio, vt Iurisconsultorum vocem vsurpem, altioris est indaginis, quàm vt philologico huic scripto conueniat. In commentario nostro de coloribus, si Deus Opt. Max. volet, accuratè ista explicabuntur. Sequuntur Eubuli versus duo, quorum alterum viri docti non agnouerũt, leuiter ab Athenæo deformatum. Vtrumque adscribam, vt erat conceptus à poëta.

> Ὁ μὲν οἶνος ἡμῶν τὰς φρένας ἐπισκοτεῖ,
> Ὕδωρ ἢ τὰς πίνοντας ὑγιεινὰς ποιεῖ.

Non sunt lege metri adstricta hæc, τοσαῦτα ἀσπίδ οἱ ῥήτορες πρὸς ὕδωρ εἶπον, quomodo edita sunt versione Dalecampij, sic autem scribe ex melioribus libris, Τ. ἀσπ. οἱ ῥη. πρὸς ὕδωρ εἰπὼν, καὶ βραχὺ ἀναπαυσάμενος, αὖθις ἔφη. Antiphanes ait, ὁ οἶνος τὸν οἶνον ἐξελαύνει. sic illo prior Alcæus, ἐκ κεφαλᾶς δ' ἀτέρα τὰν ἑτέραν κύλιξ ὠθείτω. allusum est ad notissimum prouerbium, *clauus clauo truditur.* Enumerantur deinceps abstemij aliquot viri clari & insignes. In eo albo primum locum obtinet Glauco Atheniensium tyrannus, quem ex Pythermo scribit auctor fuisse ὑδροπότην. Habemus igitur quem Iulio Cæsari adiungamus, de quo notum est verbum M. Catonis, *Vnum ex omnibus Cæsarem ad euertendam Remp. sobrium accessisse.* sic autem Athen. Πύθερμος ἐν τοῖς Πειραιῶς τυραννήσασι καταγράφει Γλαύκωνα ὑδροπότην. Ego istos Piræei tyrannos haud noui. illos noui XXX. tyrannos, de quibus multa Xenophon, Plutarchus, alij. Quid de hoc loco suspicer non dicam, contẽtus acutum & eruditum lectorem aduertisse. Scribe mox cũ Eustathio, οὐδ' ὅλως ἤπτοι ἐλαχίσθη σώμασιν ἐῤῥωμένας: non ἐῤῥωμενεστέρας, non etiam placet, πατρὶς ὁ Ἀθηναῖος ὃν ἰδίῳ χρόνον: *quo tempore viuebat*: sed repetitis literis fugitiuis, ὅσον ἐβίω χρόνον. *quandiu vixit.* Lasyrtæ plani historia quod dolendum, corrupta est. Ait, οὐδὲ προσεδέετο ποτῦ, καθάπερ οἱ ἄλλοι. infelicissimè interpretes verbum *egere* in hac sententia locarunt, dicerẽt saltem *non indiguisse.* id videntur Græca velle; mens tamen alia, nam reuera & indigebat iste, & vtebatur potu; sed contrarium agyrta hic persuaderi voluit omnibus. ille igitur, οὐ προσεδέετο ποτῦ, id est, non opus habebat, neque postulare solebat sicut reliqui mortales. Notabis voculam οὐδὲ, quæ mendi arguit sequentia verba, οὖρον ἢ προσίετο. Lege auctore me, οὐδ' οὖρον πρ. vel quia

præcessit ὅδε: vel quia sic fuit necesse vt minimè Lasyrtas iste ageret. Volunt enim de se credi, quasi neque biberet, neque meieret. Attendenti ad verba auctoris, ita esse manifesto parebit. ista autem τὴν κύστιν δ᾽ αὐτοῦ ἔχοντα, hanc sententiam arbitror continere: istos qui Lasyrtam obseruabant, verum putasse ipsum meiere nunquam, quod illum semper viderent, τὴν κύστιν αὐτοῦ ἔχοντα, id est, vesicam eodem semper in loco & statu habentem. meliorem hanc interpretationem istorum verborum excogitare non possum. Quid si legas, τὴν κύστιν δ᾽ αὐτοῦ ἔχοντες ἀεί? desunt fortasse aliqua verba: quæ clades sæpe nos in hoc opere habuit exercitos. Postremorū verborum morbus κρείττων ἐστὶ τῆς ἐμῆς ἰατρικῆς. Dalecampij distinctio perplacet: nam sermo de Lasyrta finit in τούτῳ. sequitur deinde versus Antiphanis: in quo legitimum verborū situm permutat more suo Athenæus, poëta sic ediderat. Τὸ γὰρ μεταλλάξαι διάφορα βρώματα.

Εὐθὺ ἀδύ. elegantissimum est verbum παραγεύεσθαι in tertio versu: quo significatur gustare aliud atque aliud more fastidientium, sic vt in nullo acquiescas. Qui vix ἄκροις τοῖς δακτύλοις ψαύσαντες τῶν Μουσῶν λίθων, peritissimos se literarū Græcarum putant, vero sperare vllā ex huius generis elegātijs voluptatem: quæ mihi quidem propè vnica assiduarum vigiliarum merces hactenus extitit. Etiam in vltimo versu dictionum admissa transpositio. scribendum enim, καὶ τοῦ, περὶ γε διπλασίαν τὴν ἡδονήν. Colloquij inter Midam & Silenum habiti, Athenæus mox meminit, & præter illum multi alij: vt Tertullianus De pallio, & contra Valentinianos: item libro De anima. Ælianus quoque Ποικίλης libro tertio. respexit eo etiam Virgilius in Sileno: ex qua ecloga discas quid hæc sibi velint, ὅτι ἔλαβε τὸν Σειληνὸν, ὑπὸ μέθης ἡλωκότα. Fontem ad quem captus Midas, ex Bione appellat auctor Innam. Dalecampius emendat οἴνην plausibili admodum cōiectura: nisi obsisteret omnium librorum consensus. Ego alibi legere memini captum Silenū à Mida in hortis, quos haberet amœnissimos in Macedonia. Bion fontem Innam siue Oenam statuit μέσον Μέδων καὶ Παιόνων. Mirum verò qui isti Medi Pæonibus vicini. sed illudit nobis ignorantia librariorum: nam Μαίδων sine dubio erat scribendum. Non prætereundum est quod mox legitur, Στάφυλος φησὶ τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν Μελάμποδα πρῶτον εὑρεῖν. *Staphylus ait, Melampodem omnium primum inuenisse vini temperamentum* quis malum iste Nigripes? alij hoc inuentum Staphylo Sileni filio adscribunt. Plinius lib. septimo, cap. LVI. ne hic quidē suspicionem meam, pluribus indicabo: est enim incerta omnino. Plistonicus Appionis est cognomen, qui fuit insignis grammaticus, & dum vixit, publicæ famæ tympanum, atque vt Tyberio dictus est, mundi cymbalum. Fuit & Plistonicus medicus Plinio in historia plantarum laudatus. τὰ πέρατα τῶν ἀγγείων paulo pòst sunt, ora venarum, quibus alimenta suscipiunt. Galenus modò πέρατα modo στόματα τῶν μεταλαμβανόντων τὴν τροφὴν ἀγγείων appellat. ἀγγεῖα in medicorum libris dicuntur venæ & arteriæ angustiore significatione. Vnicum Galeni adscribam, qui isti lucem afferet magnam. Sic ille III. in librum Hippocr. περὶ ὀξέων, commentario. ὁ οἶνος κατὰ τὸ ἧπαρ ἐξ εὐρέων ἀγγείων τῶν ἐπὶ ταῖς πύλαις εἰς ταχὺ παραγίνεται πέρατα τῶν ἐν τοῖς σιμοῖς αὐτοῦ μέρεσι, καὶ τῶν ἐν τοῖς κυρτοῖς· καθ᾽ ἃ καὶ ἡ μετάληψις ἁπάντων τῶν ἀναδιδομένων εἰς ὅλον τὸ σῶμα γίνεται.

CAPVT VII.

Dulcedo ebrietati contraria: Carmanorum mos in firmanda amicitia. τέλος φιλίας, vel ὅρος, de perfecta amicitia. Indicium bonæ malæve aquæ. τὸ ἰῶδες, macula Amphiarai fons. λόφοι ξηροὶ apud Hippocratem. Aqua τὸν οἶνον ὀλίγον φέρειν οἵα. Aquam nutriendi vim habere. βαστάζειν pro ἀναβαστάζειν. ὀξύπεινος.

SI quid in me iudicij est, fallunt nos vulgati scriptíque codices, ista verba sic scribentes: ἐὰν δέ τις ἡμῶν τοῦτο δυσκόλως πιῇ, γλυκὺ ὕδωρ θερμὸν προλαμβανέτω. Dixit modò Athenæus, ad vitandā ebrietatem præbibendam esse aquam: nunc ait, ἐὰν δέ τις ἡμῶν τοῦτο δυσκόλως πιῇ, id est, *si quis bibere aquam recuset.* huic igitur quid faciendū suadet? vt vulgata quidē lectio est, aquā fastidienti aquā propinat. Arbitror vocem ὕδωρ ex hac sententia esse exterminandam: aut isto saltem modo lectionem concinnandam, γλυκὺν ἢ ὕδωρ θερμὸν προλαμβανέτω. calidam vult ante bibi, aut vinum dulce. Aduersari dulcedinem ebrietati nemo ignorat, qui sequentia verba, item Sympotiaca Plut. & Macrobium legit. Carmanorum mirum morem Athenæus narrat, mutuum sanguinem in compotationibus propinare solitorum, firmandæ amicitiæ. Simile Scytharum institutum, & aliquot aliarum nationum norunt eruditi ex geographis, Luciano, Valerio Maximo, alijs. *Nescio quid & sub Catilina degustatum est*, ait Tertullianus in Apolog. Eleganter verò Athen. τέλος φιλίας νομίζοντας, pro ἐντελῆ φιλίαν. Sic accipiunt & vocem ὅρος. vt ὅρος φιλίας pro perfectissima amicitia. Basilius in epistola ad Candidianum, ἵνα μὴ ὁ ἔσχατος ὅρος τῆς ἀθυμίας ἡμᾶς ὥρμη. Cæterum *Carmanos* in hac narratione prior interpres mutat in *Germanos* Scribe, εἰς τὸ ἀποκριθῆναι τὸ ἀπὸ τοῦ ποτοῦ, non τι τὸ ἀπὸ τοῦ ποτοῦ, id est ipsum, quod mox dicit, τὴν τοῦ οἴνου ἀναθυμίασιν. Indicium bonæ aquæ hoc statuitur, εἰς χάλκεον ἢ ἀργύρεον ἀγγεῖον ἐγχεόμενον ὃ ποιεῖ τὸ ἰῶδες. Vitruuius inter alia aquarum experimenta, hoc quoque recenset: *Item, ait, si fons nouus fuerit fossus, & in vas Corinthium siue alterius generis, quod erit ex ære bono, ea aqua sparsa maculam non fecerit, optima erit.* Plinius idem, sed breuius: *Damnantur in primis fontes, si vasa ærea inficiunt.* Animaduersione dignum est, Vitruuium ac Plinium vasorum ex

ære

ære tantùm facere in hac probatione aquæ mentionem. Athenæum etiam argenteorum: cum tamen ærugini siue τῷ ἰῷ argentum non habeatur obnoxium, vt æs & ferrum. Propterea doctissimus Gesnerus olim emendabat, χάλκεων ἢ σιδήρεων. Nobis contra librorum consensum nihil placet mutari, quod vllo colore defendi nô inepte queat. Cur hic quicquam satagamus, caussa non videtur idonea: nam vt ab ea quæ propriè ærugo vel rubigo in ære ac ferro dicitur, liberû sit argentum, maculas tamen recipit: quod ex reliquiis vini aut aquæ in imo scypho diutiusculè asseruatis sæpe obseruauimus. τὸ ἰῶδες igitur hic erit, quod Vitruuio *macula*. & ποιεῖν τὸ ἰῶδες, quod Plinio *inficere*. Aëtius istam malæ aquæ notam ex Rufo aliter proponit: Improbat enim ὅσα προσπήγνυται τοῖς χαλκέοις λιθώδως, *quæ in morem lapidum æreis vasis adhærent*. putaui aliquando scribendum esse ἰώδως. sed manum abstineo, & Aëtium aliter interpretor. Locus proximus Hippocratis, ex Epidemiorum libro secundo est descriptus. at verba deinceps allata, vbi καλλίω χρυσοῦ ὕδωρ πότιμον, non extant hodie in libris Hippocratis, quantum recordari possum. Interpres ne hic hæreret, viam expeditissimam inuenit, atque adeo ipse sibi fecit Aqua ex Amphiarao aut Amphiarato, Græcis olim incognita: neque vllus eo nomine fons in veterum libris. At in agro Oropiorum fanum Amphiarai fuit, & fons non procul inde, qui dicebatur Amphiarai, siue Amphiaræus. Ita interpretare τὸ ἐξ Ἀμφιαράου ὕδατος, & mox τὸ ἐξ Ἀμφιαράου, hoc est, *allata aqua ex fonte Amphiarai*. est enim compendio dictum, pro τὸ ἐκ τῆς κρήνης τοῦ Ἀμφιαράου. Meminit Pausanias in Atticis & Corinthiacis. Omnium aquarum eas maximè probat Hippocrates, referente Athenæo, ὅσα ἐκ μετεώρων χωρίων ῥεῖ, καὶ ἐκ λόφων ξηρῶν. Mirum quid appellet colles siccos, vel aridos. nam si arent, quomodo illinc manabit aqua? si venas habent aquarum, cur sicci dicuntur? magis mirum non animaduertisse eruditiss. Dalecamp. scribendum esse ἐκ λόφων γεηρῶν, ex ipso Hippocrate: qui λόφους γεηροὺς vocat, quos vulgò Græci γεολόφους & γεωλόφους. Distinguunt medici aquam è colle terreo fluentem, ab illa quæ de rupe: hanc aquam damnant, illam præstantissimam esse pronuntiant. Lege Oribasium libro quinto, capite tertio. Aëtius quoque in optima aqua desiderat τὸ διὰ πόρου τινὸς ἢ γῆς καθαρᾶς διηθεῖσθαι. quæ verba ipse mutuatus est à Galeno ὑγιεινῶν libro primo. Propterea dicebat paullo antè Athenæus, Homerum aquas improbasse τὰς ἐκ πετρῶν φερομένας: laudasse τὰς διὰ γεώδους καὶ πλείονος γῆς φερομένας. Denique non aliter visum præstantissimis quibusque Græcorum Arabúmve medicorum. Porrò optimarum aquarum proprium ait esse Hippocrates, quòd sint τὸν οἶνον ὀλίγον φέρειν οἷαι. Aqua κατὰ φύσιν ἔχουσα nullum saporem, nullum verum colorem, nullam denique ποιότητα habet. Optima illa est quæ maximè talis, & ἀποιοτάτη. Hâc ait Hippocrates τὸν οἶνον φέρειν ὀλίγον, hoc est, minimo infuso vino recipere ποιότητα & saporem. contrarium vsuuenit in ea, quæ naturâ suâ est saporata aut medicata: nam ista, vt suum amittat, & vini assumat saporem, maiore vini copiâ est opus. Pari ratione vina quæque generosissima sunt πολυφορώτατα: id est, plurimâ opus habent aquâ, vt naturam mutent & saporem amittant ἔμφυτον. Ita interpretamur diuini senis verba: quorum mentem quia non assequebatur vir doctus, corrupta censuit, & ex libidine emendauit. An autem nutriendi vim habeat aqua, vt probare auctor conatur: an sit tantum ὄχημα τροφῆς, philosophis & medicis disputandum relinquimus. Auicennam, aliosque multos τρόφιμον pronuntiare certum est. Doctissimus Athenæus iactatam in scholis sapientum quæstionem non hîc solùm attigit: sed etiam superiùs, cùm auctoritate magni vatis probat, aquam non solùm nutriendi vim habere, sed etiam esse τροφιμώτατον. Narrationem de Abderita Democrito confer cum ea quæ apud Diogenem Laërtium. βασταχθεὶς τοῦ μέλιτος venustè pro ἀναβασταχθέντος, relato in suum locum sic τίθεσθαι ὅπλα pro ἀποτίθεσθαι, *exuere*. De illis, ὁρᾷ τὸ ἀναστιθέμενον, & quæ sequuntur, diximus capite primo. ὀξύπεινος in versu Diphili translatè vsurpatur, de eo qui valde aliquid cupit: vt apud M. Tullium ad Atticum libro secundo, *sum in curiositate ὀξύπεινος: sed tamen facile patior, te id ad me συμπόσιον non scribere: præsentem audire malo*, & libro quarto, epist. 13.

CAPVT VIII.

ἄγειν ὁλκήν. deprimere lancem. ἄξιον. *Ratio viuendi apud Athenienses adstricta. Veteres sæpius de die cibū sumpsisse* δὶς σιτεῖσθαι. μονοφαγεῖν & μονοσιτεῖν. *vt differant.* ἀριστᾶν *apud Hippocratem pro bis de die comedere.* Philonides *comicus.* ἀπόσιτος. αὐτόσιτος. ἀναγκόσιτος. μειράκιον ὑποσκαφιόκαρτον.

Ἄγειν verbum aliquando fuit τῆς σταθμικῆς proprium. Sic ἄγειν ὁλκὴν aut μνᾶν dicunt, pro ἕλκειν, *pendere*. M. Tullius *deprimere* hoc solet dicere: vt de Finibus, lib. 5. *Virtutis amplitudinem quasi in altera libra lance pone: terram mihi crede ea lanx & maria deprimet.* & ita sæpe alibi. Atqui videmus lancem, vbi pondus est grauius, deprimi ipsam, potius quàm alteram deprimere: sed, vt dixi, ita semper loquitur Cicero. καθέλκειν τὸν ζυγὸν Græci dicunt de ea lance quæ grauior est. Chrysostomus in epistolam ad Hebræos. κἂν τὸν κόσμον ἀντιστήσῃς ὅλον, (de vera virtute præditis loquitur) ἐκείνους εὑρήσεις καθέλκοντας τὸν ζυγὸν καὶ τιμιωτέρους ὄντας. Quod autem à liberali venditore emerant cumulatiore mensurâ, id dicebant ἄξιον. Inde quicquid paruo emptum videbatur, ἄξιον appellarunt. Eubulus in iis versibus quos laudat hic Athenæus, ἀξιωτέρας πωλοῦσιν ὡς νομίζω τοὺς

ἄρτους

ἄρτοι ἐκεῖ, id est, *minore pretio panes ibi vendunt:* non vt vertunt *præstantiores*. Istis versibus.

ὦ φαιδρὰ δ' ἐκ πενίας Κεκροπιδῶν πόλις,
Κάπτοντες αὔρας, ἐλπίδας σιτούμενοι,

iocatur facetissimus Eubulus in tenuem Atheniensium victum. Ait eos non viuere, sed esurire. Erat enim solum Atticum parum vber: ipsi deparci: victus qualis hominum pauperum: tota vitæ ratio adstricta & diligens. Quis nescit cur Atticam vocet Thucydides λεπτόγεων? Alciphron in epistolis, Κρεῖττον ἐκστενάζειν ἐν Βοιωτοῖς καὶ Προποτίδῳ ναύπλουν, ἢ πεινῶμεν ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἰσχαλίσι λαμβάνοντες καὶ αὐχμηρὸν ἐγγυγάνειν. Lucianus Fugitiuis, ὅτι ἡ πάλαι Ἀττικῆς πενίας ἐσμέν· ἀλλ' ἔνθα πολὺς χρυσὸς ἢ ἄργυρος ὀρύττεται, ἐκεῖ περιζητητοί εἰσιν ἡμῖν. ideò Aristoteles in tenui censu τὸν Ἀττικὸν τρόπον τῆς οἰκονομίας laudat in Oeconomicis. Tenuitatis victus quo vtebantur, testes Aristophanes & comici omnes: sed inprimis insignis est locus Lyncei Samij è Centauro fabula, quem habes libro 4. Scitum etiam illud, ἐλπίδας σιτούμενοι. semper enim Athenienses magna moliebantur, magnorum bonorum spe: ferè semper, quod aiunt, εἰς νέωτα πλάσοντες. Libro priore obseruabatur extare in veterum scriptorum monumentis verbum μονοφαγεῖν. Simile est quod hic legitur, ὁ δὲ μονοσιτῶν κεῖται παρ' Ἀλέξιδι. Nihil erat hic quod iure mutatum vellent interpretes: quibus hoc fuit potiùs quærendum, quâ notione vocem μονοσιτῶν Alexis vsurparit. Dalecampio assentiri non possumus: neque dubitamus talem esse totius loci sensum. Sed recitemus verba Alexidis, Ἐπὰν ἰδιώτην ἄνδρα μονοσιτοῦντ' ἴδῃς, ἢ μὴ ποιοῦνθ' ᾠδὰς ποιητὴν καὶ μέλη, τὸν μὲν ἰδιώτην τοῦ βίου τὸν ἥμισυν ἀπολωλεκέναι νόμιζε, τὸν δὲ τῆς τέχνης τὴν ἡμίσειαν· ζῶσι δ' ἀμφότεροι μόλις. Si è vulgo, inquit poëta, aliquem videris qui semel de die sumat cibum, aut poëtam qui recitandis versibus conuiuas non obtundat, statuere debes, & poëtæ artem suam cessisse infeliciter: & illum alterum bonorum suorum dimidium amisisse: ambos denique viuere miserrimos. Sæpius de die cibum sumere, tam soliti veterum plerique quàm nos hodie: nisi quod parcius ferè prandebát. Multi etiam cœná tantum vel prandio erant contenti: ij nempe qui vel studio virtutis, vel amore literarum, aut propter valetudinem, genium defraudabant suum. De his non sentit poëta: verùm de cæteris, quos ἰδιώτας vocat. Sic illam vocem accipio apud Hippocratem aut Polybum, initio libri de Ratione victus salubri. Τοὺς ἰδιώτας, ait, ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι. Qui sunt quos vocat idiotas? Non me fugit quâtum verborum in eum locum doctissimus Galenus effundat. Sed arbitror intelligi eos, qui more communi vitam degût: nec peculiari aliqua ratione suæ valetudini côuementer, illam instituunt. Alibi vocat τὸ πλῆθος. Locus est in tertio de Diæta, Ταῦτα μὲν παραινῶ τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων, ὁκόσοισιν ἐξ ἀνάγκης εἰκῆ τὸν βίον διατελεῖν ἐστι, μηδ' ὑπάρχει αὐτέοισι τῶν ἄλλων ἀμελήσαντας τῆς ἑαυτῶν ὑγιείης ἐπιμελεῖσθαι. Docti viri idem significare censuerunt μονοφαγεῖν & μονοσιτεῖν, sed falsi sunt opinione suâ. μονοφάγοι sunt qui soli comedunt, vt illi Æginetæ de quibus Plutarchus in Græcis quæstionibus. Hominibus qui amicitiam cum nemine colerét, μονοφαγίαν pro magno conuitio obiiciebant. Alexis, Ἐγὼ εἰς κόρακας μονοφάγε καὶ τοιχωρύχε. quia vt Seneca ait, *visceratio sine amico vita leonis ac lupi est:* & nullá vitam esse vitalé sine amico rectè dicebat Philosophus. Hebræorum in sententiam dictum est, או חברי ראויב א' מיתותא quo optabiliorem mortem pronuntiant vitâ amicis destitutâ quales Iobus habuit. hæc notio dictionis μονοφάγος, & inde deducti verbi μονοφαγεῖν. Quod τὸ μονοσιτεῖν interpretamur, *semel de die cibum sumere,* auctorem habemus Hippocratem: qui eo vocabulo aliter nunquam vsus. Posteriores scriptores μονόσιτος & μονοσιτεῖν acceperunt pro μονοφάγος & μονοφαγεῖν. Inter capita criminationis quâ in Ioannem Chrysostomum vsi sunt eius inuidi, fuit etiam istud: ὅτι τὴν φιλοξενίαν ἐβδελύττετο, μονοσιτίαν ἐπιτηδεύων, καὶ Κυκλώπων ζῶν βίον. At cur solus cibum sumeret pium illud pectus, caussæ fuerunt ipsi multæ & graues: quas, si operæ est, lege apud Photium in iis quæ excerpsit è libro Georgij Episcopi Alexandrini, de Chrysostomi vita, variisque casibus. In libro de Victus ratione in acutis, δὶς σιτέεσθαι τῆς ἡμέρης, & μονοσιτέειν, non semel opponuntur. Alibi apud diuinum illum scriptorem, τῷ μονοσιτέειν opponitur τὸ ἀριστᾶν. Nam quia ferè prandio potius quam cœnâ abstinebant qui semel comedebant, ideò magnus senex, miro vsus verborum compendio, ἀριστᾶν ponit, pro bis de die vesci, & ἄριστον ἀντὶ ἀριστοδειπνεῖν. de Diæta lib. II. Ἄριστον τἀναντία διαπρήσσεται τῇ μονοσιτίῃ. libro tertio, πρῶτον μὲν μονοσιτίῃσι χρὴ διάγειν, ἢν μὴ πάνυ ξηρὰν τις τὴν κοιλίην ἔχει· εἰ δὲ μή, μικρὸν ἀριστᾶν, id est, *sin minus, bis fuerit cibus sumendus*. in libro de Veteri medicina: τοῖς πλείστοισι τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν διαφέρει ὁπότερον ἂν ἐπιτηδεύσωσιν ὥστε ἀριστᾶν. Secundum Alexidis versum sic omnes libri scribunt, ἢ μὴ ποιοῦντ' ᾠδὰς ποιητικὰς καὶ μέλη. quam γραφὴν aio falsam, ineptam & ridiculam. O bono stomacho qui tulére interpretes: modulos saltem consulerent. An verò aliquas illi cantiones nôrant non poëticas? Luce meridianâ clarius legendum esse ποιητήν. Poëtarum hunc esse morbum, vt obuios quosque recitatione suorum versuum enecent, beatos interpretes si experientiâ magistrâ non didicerant: quanquam ex Horatio & Martiale non poterant ignorare. Hæc scripseram, cùm à doctissimo Leuinio sum admonitus, in optimæ fidei libris repertum sibi ποιητὴς, pro ποιητικὰς. Siue igitur hoc modo legas, siue ποιητήν, vera est nostra interpretatio. Sequentia verba, Πλάτων, ὁ μονοσιτῶν ἑκάστοτε, ἀλλὰ χἤνιοτε δειπνῶν δὶς τῆς ἡμέρας, debemus diligentiæ doctissimi viri Henrici Stephani; qui ex antiquissimis membranis illa descripsit eadem

dem quoque Leuinius in suis reperit. Iis confirmatur manifestissimè quæ ante diximus de voce μονοσίτων. In verbis Alexidis scribe σιτάρκης, nõ σιτάρκης, vide libro primo, capite 22. & libri eiusdem cap. 25. de iis quæ mox sub Antiphanis nomine describuntur: ibi tribuebantur Ephippo. inde lector emendabit. Sequentia sic cape, *Τὸν ἀπόσιτος extat apud Philonidem αὐτόσιτος apud Crobylum, παράσιτον αὐτόσιτον.* Philonidem cur in Philochorum transformarit Dalecamp. demiror. Is vetus fuit apud Athenienseis fullo primum, deinde comicus poëta: non semel in his libris laudatus. ἀπόσιτος dictum vt ἀπιχθὺς *qui pisce abstinet.* In Hippocrate & Galeno sæpe ἀπόσιτος πάντων, pro, *alienus omnis cibi.* cui opponitur ὁ εὔσιτος, *cibi auidus*, vel *quem cibus iuuat*, vt loquitur Plautus. Αὐτόσιτον varie exponunt critici. Helychius, αὐτόσιτον, τὸν ἑαυτὸν τρέφοντα, ἢ τὸν σὺν ἑτέρῳ δειπνοῦντα, καὶ ἑαυτῷ φέροντα τὰ ἐπιτήδεια πρὸς τὸ δεῖπνον trium harum interpretationum secunda Crobyli isto loco videtur conuenire. sed de tam paucis verbis aliquid affirmare stultitiæ proximum sit. Ἀναγκόσιτον, ait auctor, dixit Crates. cui potius quam athletæ id verbi quadret, non video. Sic passim auctores ei hominum generi tribuunt βίαιον τροφήν, & ἀναγκοφαγίαν, siue τὴν πρὸς ἀνάγκην ἐδωδήν, vt Aristoteles, Clemens, Plutarchus, Galenus: qui etiam scribit alibi athletas τρέφεσθαι προσφερομένους σὺν ἀνάγκῃ πολλάκις ἄχρι μυσαττομένων. In Nicostratéo loco, μειράκιον ἀποσκαφιόκαρτον, interpretes fecerunt, *valde obligatum fasciis.* de vocabulo κειρίας aliquid nempe cogitarunt. Poëta verò intelligit *adolescentem tonso capite, eo genere tonsuræ quod σκάφιον dicebant.* Σκάφιον esse εἶδος κουρᾶς, ex comicis scire debemus & grammaticis. Cæterum integram huius loci sententiam parati sumus illi aperire, qui integrum Nicostrati drama nobis exhibuerit. Dura conditio, inquies. Nostra longè durior, si ex paucis & sæpe corruptis, aut negligẽter ab Athenæo descriptis verbis, integram semper poetæ sententiam diuinare necesse habeamus. Qui in Latinis apud Nonium, aliósque, tanto studio istud præstare conantur, iis per me licet esse ingeniosis.

CAPVT IX.

Συναυλίαι. vestium distinctio in περιβόλαιον & ὑποβόλαιον. Sardinia *ob tincturam celebrata.* Acesas & Helicon *Salaminij.* Ψάκαστα μύρα. ἐντιμήρη & ἐντιλῆη. λιτὰ *vel* λῖτα *stragulorum* ὑφάσματα. Prandium cognatorum *apud Persas.*

ANAXANDRIDÆ proferũtur verba, Τρίκλινον δ' εὐθέως συνήγετο, & συναυλίαι γέροντι. Lego γεροντικαὶ, & συνάγεσθαι συναυλίαν γεροντικὴν interpretor, *conuenisse in vnum plurium senum turbam.* Συναυλίαι illud interdum significat, quod expressit Dalec. aliquando id quod diximus nos. Sed emendationem facit necessariam lex metri: quæ etiá suadet ita distinguamus. —τρίκλινον δ' εὐθέως συνήγετο, &c. Sustulimus è proximis verbis negationem, cùm legeretur antè, οὐ περιβολαὶ quod fefellit interpretes. Platonis locus est in Politico: vbi cùm velamenta corporis in duo genera diuisisset, σκεπάσματα & περικαλύμματα: postea sententiam eandem aliis verbis repetens, δ' ἀπὸ μοιρῶν ἀπ' αὐτῆς, inquit, artem intelligens texendi vesteis, νῦν δὲ τὴν τῶν στρωμάτων συνθέσεις περιβολῆ χωρίζοντες καὶ ὑποβολῆ. Appellat ὑποβολὴν culcitram, & quicquid insternendi aut incubandi caussa paratur, vt loquitur Vlpianus Iurisconsul. puta tapetes, tegetes, storeas, erones, & alia hoc genus. περιβόλαιον, quod ait Vlpianus parati iniiciendi caussa: vt sunt pallium, læna, & similia vestimenta stragula. Hæc & alia multa huius argumenti in hoc auctore, pluribus explicamus in accuratissimo commentario de Lectis veterum: si modo ita Deo videatur, vt illum aliquando perpolitum edere possimus. Porrò inter loca ob tincturam olim nobilia, Sardiniam fuisse, fidem fecerit vel prouerbium, βάμμα Σαρδιανικόν, de quo multa in scholiis Græci comici, & apud parœmiarum scriptores. Varro in Hercule Socratico, *Cubo in Sardinianis tapetibus, inter chlamidas & purpurea amicula:* Plato comicus ab Athenæo hic laudatus, κᾆν φοινικοῖς Σαρδιανικοῖς κοσμητάμενοι κατάκεινται. Dalecāpius *in stragulis tinctis ostro Sardiano:* puto factam iniuriam viro docto, & scripsisse illum, *Sardiniano.* Illud κοσμητάμενοι parum arridet. Malim καμψάμενοι. Acesas & Helicon nobiles polymitarij Salaminij fuére, inquit auctor Eustathius addit, ex ea Salamine quæ in Cypro fuit: non ea insula quam casus Xerxis fecit memorabilem. Ab his fine dubio originem habuit prouerbium Græcum Zenobio recitatum, Ἀκεσέως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα, *Acesei & Heliconis opera.* Ἀκεσεὺς est, qui Athenæo, Eustathio & aliis nominatur Ἀκεσᾶς. quare mirum est; de horum patria Zenobium diuersa adeò scribere iis, quæ Athenæus & Eustathius prodiderunt. ὁ μὲν Ἀκεσεὺς, inquit, γένος ἦν Παταρεύς, ὁ δὲ Ἑλικὼν Καρύστιος. Ψάκαστα μύρα vetustioribus Græcis dicta vnguenta, quæ posterioribus σπαστά, inquit Eustathius, ἰλιάδ. π. allatum hic fine dubio Ephippi locum respiciẽs. Στρωτὰ ἐντιμήρη Sophroni tapetes sunt, in queis expressæ auium imagines: vt ζωωτὰ, *belluata.* Sic rectè veteres codices, non vt vulgò, ἐν τιμηρεῖα pro *magni empta*, etsi non damnamus: veteris tamen coniecturæ nondum nos pœnitet, ἐντιλμένα, *consoriata* stragula. eam vocem apud Aristophanem legas non semel. Mox legisse Eustathius videtur, Ὅμηρος δὲ ὁ θαυμασιώτατος καὶ ἱεράτατος τῶν sp. λιτὰ scribunt multi grammatici apud poëtam: & hic quoque pars vet. codd. Athenæus circumflectit, teste Eustathio, cum consule, & auctorem Etymologici. Sequitur, τὰ δὲ περιστρώματα ῥήγεα καλὰ, πορφύρεα, id est, stragulam vestem quæ iniicitur non substernitur, Homerus vocat ῥήγεα. Sic rectè Mss,

alludit ad ista summi vatis, Ιλιάδ. ω. Δίμνι' ὑπὸ αἰθούσῃ ϑεμέλια κὴ ῥ, κτλ.

Περφυρ' ἐμβαλέων. At vir optimus qui περιστρώματα hîc aulæa interpretatur, quæ hodie lectis oppâdi solent, errat. Nunquam conopea nostra Græci appellarunt περιστρώματα: quâ voce nihil hîc aliud significatur, quàm quod περιβολὴν antè appellari diximus. Verte ista ἵνα κόσμον ἔχῃ ὁ στρῶσις καὶ ἁπαλὸν, *vt lectus & eleganter insterneretur & molliter.* ἁφὴ, est mollities quæ tactu deprehenditur. Græci explicant τὸ εὐμάλακτον, & τὸ εὐψηλάφητον. Aliâ notione Philostratus in Iconibus Menœceo tribuit στέρνα ἁπαλὰ, *pectus facile palpabile*: id est, torosum atque elatum. diceremus nos Francoceltæ, *vne poictrine releuée.* Cùm ita loquitur, τὸν δὲ Κρῆτα Τιμαγόραν, ἢ τὸν ἐκ Γόρτυνος Ἔντιμον, indicat parum liquidò constitisse iam olim, quis & cuias ille Græcus fuerit, cui hic honos à Persarum rege Artaxerxe est habitus. alij Timagoram Cretensem appellabant: alij Entimum Gortynium. Dissentit ab vtrisque Plutarchus in Pelopida, Timagoram quidem, sed Atheniensem nominat. Quemadmodum autem γάμβειον στολὴν libro primo interpretabamur, vestem quæ propriè quidem generis regum Persicorum conueniebat: deinde etiam aliis quos pari honore auctos rex volebat: sic isto loco, καὶ ἐπὶ τὸ συγγενικὸν ἄριστον ἐκαλεῖτο ὁ Κρὴς οὗτος, τὸν βασιλέα ψυχαγωγῶν, *prandium cognatorum*, epulas exponimus ad quas vocati primùm quidem & προηγουμένως regum cognati: postea verò etiam alij quas tali honore princeps dignabatur. Proprium in aula Persica locum atque ordinem, multáque peculiaria iura obtinuisse, quos συγγενεῖς Græci, Curtius *cognatos* vocát, vel ex Pædia Xenophontis satis certum. Sunt qui existiment, honorariam tantum eam appellationem fuisse, sine vlla rei veritate. Nos id falsum putamus; neque aliter rem habuisse quàm vti diximus. Sic etiam accipimus apud Xenophontem, primo παιδείας libro, συγγενικὰ φιλήματα. Scribe τούτοις ἵνα τ. non τούτων. Expositis honoribus quibus affectus est ab Artaxerxe Græcus Entimus, addit auctor, ἐφ' ᾧ οἱ Πέρσαι χαλεπῶς ἔφερον. ὡς τῆς τε τιμῆς δημευομένης, καὶ στρατείας ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα πάλιν ἐσομένης. duplicem affert rationem, cur proceribus Persarum tantum honorem haberi Entimo non probaretur. Prior erat, quòd eo pacto decus proprium cognatis regum vulgari inciperet: altera, quod ex ea re in suspicionem venirét, habere in animo Artaxerxem, bellum Græcis denuò inferre, vti fecerant iam antè Darius & Xerxes. Σκηνὴν οὐρανόσκοπον ἀνθινὴν probè editi libri: malè in scriptis: οὐρανοσκόπον. Dalecamp. ἀνθινὴν nescio quare, & οὐρανόσκοπον sic interpretatur, quasi legeret φαντωτὴν aut φαντασματικὴν, propè incredibili errore. Intelligit tabernaculum diuersorum colorum, in tholi modo factum: nam tholi forma est οὐρανοειδής. Propterea dicebat Dio libro 53. Pantheū quod Romæ Agrippa condidit, θολοειδὲς ὂν τῷ οὐρανῷ προσεοικέναι. Alij scriptores vt formam huiusmodi Papilionum indicent, οὐρανίσκους appellant, vt alibi dicebamus. Talem fuisse tabernaculorum figuram, quibus reges Persarum vtebantur, etiam Hesychius admonet. Πέρσαι, inquit, τὰς βασιλέως σκηνὰς καὶ αὐτὰς, ὧν τὰ καλύμματα κυκλοτερῆ, οὐρανός: deest vox ἐκάλουν, aut similis. Hodie in idiotismo nostro ἀκύρως *cælum lecti* appellatur, summum illius tegmen, etiamsi nihil in eo οὐρανοειδοῦς formæ.

CAPVT X.

Mensa τρίπους vel τράπεζα. Eubuli elegans locus. Πεντηκοσολόγοι. *vectigal* quinquagesimæ *Athenis. corona κυλιστὴ, volubiles.* ἀποῦσα κοχχύμηλα περιφορὰ *pro περιφέρεια. Distinctio vocum* κοκκυμηλέα, κοκκύμηλος & κοκκύμηλον, προῦμνον, προῦνα, prynus. μόλγινα.

E CYNICIS qui inter conuiuas erát, vnus fuit, qui mensam appellaret nō τράπεζαν, sed τρίποδα. Offensus eius vocis insolentiâ, inquit auctor Epitomæ, δυσχεράνας ὁ παρὰ τῷ σοφιστῇ Οὐλπιανὸς, καὶ λέγει, τήμερον ἐγὼ πράγματα ἔξω ἐξ ἀπραξίας. scribebatur ἐξ ἀπορίας. sed ἀπραξίας, & elegans & vera lectio est manu exaratorum, id est, *post cessationē*: vel *pro cessatione*. aut ita accipe, *istius inertia negotium hodie creabit mihi.* videtur mutuatus ex aliquo vetere poëtâ: nam integer erit versus trochaicus, si ita scribas: τήμερον δ' ἐγὼ γὰρ ἔξω πράγματ' ἐξ ἀπραξίας. Est autem prouerbium Græcorū cuius meminit Suidas, πράγματ' ἐξ ἀπραξίας. monens dici, quoties aliquid præter opinionem aut spem contingit. Offenditur autem Vlpianus isto vocis τρίπους vsu: quasi tripedibus ollis tantùm, non mensis id nomen conueniret. Atqui scire licet, mensarum alias tres, alias quatuor pedes habuisse: illas propriè τρίποδας dici; has τραπέζας, quasi τετραπέζας. Vsus, penes quem loquendi norma est, obtinuit, vt in totum mensæ τράπεζαι vocarentur: relictâ appellatione τρίποδος alterius generis vtensili. tamen eruditi scriptores, vt hic Athenæus obseruat, etiam aliter sunt locuti. Pleraque Eubuli comici venustatis aliquid redolent: & sæpe sunt subobscura: non rarò deprauata. omnia hæc istis censeo inesse. τρίποδες ὅτι πέντε σοι Καὶ πέντε, πεντηκοσολόγος γίγνομαι, venustâ plane sententia: sed cuius vmbra vix hodie paret. Lego, τρίποδες πέντε σοι, κρέα πέντε, πεντηκοσολόγος γίγνομαι. Inducebat aliquem Eubulus, qui alteri traderet, aut incoram recēseret quinque mensas, & quinque apponendarū carnium frusta, fortasse etiam plures alias res quæ pari numero erant enumeratæ, quas suo more prætermisit Athenæus. Vtut sit, repetita sæpius vox πέντε, occasionem iocandi præbuit ei, cui ista dicebantur. Ego, inquit ille, qui tot rerum pemptadas accipiam, πεντηκοσολόγος γίγνομαι. Propriè πεντηκοστολόγος dicitur publicanus, qui vectigal

vectigal quinquagesimæ exercet. Meminit Demosthenes illius vectigalis, in oratione contra Midiam, & in ea contra exceptionem Lacriti. & oratores alij. Postrema verba Epicharmi sic scribebam, οἰδίπους τύνη ποτ' ἦσθ', αἴνιγματ' οὐ νοεῖς, *tu qui Oedipus alter eluis, ænigmata non intelligis?* paulo tamen aliter optimi libri, οἰδίπους τύνυν ποτ' ἦν. (meliùs ἦς.) αἴνιγμα τοι νοεῖς. *ergo tu Oedipus es: ænigma enim intelligis.* Qui aiebat apud Antiphanem Καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι; non hoc voluit, difficile esse tribus pedibus insistentem mensam inuenire: sed nescire se qui possit inueniri mésa quatuor pedum (id propriè est τράπεζα, vt diximus) tripes. Secundum versum Alexidis super Damascenis prunis allatum, sic scribe, Νίκατρον ἐγὼ. λέγ. αὐτό. τὴν γὰρ πρόσθε χθές. Quartum ita expleo, ἐδόκει στεφανὸν γυμνὸς προσελθὼν ὡς ἐμὲ Στεφάνου κυλιστόν. Veteres in coronas addebant non solùm flores, sed etiam fructus, vt pruna ficus, & similia his. atque hæ sunt coronæ quas vocarunt κυλιστοὺς στεφάνους: διὰ τὴν ἁδρότητα καὶ τὸ μέγεθος, inquiunt Græci grammatici: quia videlicet propter firmitatem circuli, κυλίνδεσθαι corona ac rotari poterat. consule librum 15. Latinè *volubilem* aut *rotatilem* coronam dixeris: interpres *tortilem*: is vero est, πλεκτὸς στέφανος, non κυλιστός. Lego deinde, εἰ ὤρακας πώποτε τὸ ἐσκιασμένον ὠὸν ἤνυστρον, ἢ ὀπίσω αὐλητὰ μεμορφωμένον, loquebatur poëta de pugile, cui pugnis facies probè fuerat contusa. Eam fœditatem exprimere cupiens, variis hisce similibus ingeniosè vsus est. Lego cum Eustathio, τοιοῦτον ἔχει τὸ πρόσωπον, non μέτωπον. Porrò istis Alexidis locis alium addas licet ex libro 4. vbi ἀποθέτων κοκκυμήλων facit mentionem: ea erant pruna Damascena sole siccata ad perennandum. Βράβυλον, dicit esse ἀκρόδρυον μικρότερον τῇ περιφορᾷ τῶν κοκκυμήλων. si non fallimur, nouè περιφορὰν posuit pro eo quod est περιφέρεια. At δριμύτερον pro στρυφνότερον vsurpasse Athenæum in huius fructus descriptione, non arbitror. In saporum nominibus peccare, & alium alius loco nominare, hominis est & negligentissimi, & planè ἀφιλοσόφου. Ego non dubito virum doctissimum id dixisse quod sentiebat: sensisse autem quod res erat, & arguebat experientia, in ea prunorum specie, quam intellexit appellatione βραβύλων. Theophrasti locus ita habet, ἐπιπολαιότατον δὲ βράβυλος καὶ κοκκυμηλέα, καὶ σποδιάς, αὕτη δὲ ἐστὶν ὥσπερ ἀγρία κοκκυμηλέα. Arborem istam semper philosophi & medici vocant κοκκυμηλέαν: fructum κοκκύμηλον. vt mendâ non videatur carere quod sequitur, Ἀραρὼς δὲ κοκκυμηλέαν καλεῖ τὸ δένδρον. κοκκύμηλον δὲ τὸ ἀκρόδρυον. qui ita loquitur clarum dat indicium, alios scriptores aliter has voces vsurpasse. quod falsum est. Lege Theophrastum, & Dioscoridem. Obseruat Iulius Pollux libro primo, apud mediæ ætatis comicos, qualis fuit Araros hic, prunum arborem appellari κοκκύμηλον ἀρσενικῶς. Ex eo cõciebamus scripsisse Athenæum, Ἀραρὼς τὸν κοκκύμηλον καλεῖ τὸ δένδρον, τὸ κοκκύμηλον δὲ τὸ ἀκρόδρυον. Postea animaduertimus non multò aliter esse in vno è Mss. Fructus coccimeleæ testibus Aëtio & Æginetâ πρῦμνον in Asia vulgò appellabatur quanquam Galenus libro secundo, de Vi alimentorum, προῦμνα ait dicta suo tempore fructus τῶν ἀγριοκοκκυμήλων. Vtut sit, ab Asiatica voce originem habet Latinorum prunus. προύνη tamen etiam Theophrasto arboris nomen. Pruna siue τὰ κοκκύμηλα dicuntur Diphilo Siphnio μέσως εὔχυλα: Dioscoridi planè κοιλιοσόμαχα: item Diphilo εὐκκριτα, aliis medicis non hoc solùm, sed etiam κοιλίας μαλακτικά, Dioscorides, Galenus, Aëtius. Sed hæc obiter: huius enim instituti non sunt. Fuerunt è Græcis qui fructum hunc μόλτνον appellarent. Hesychius, μολτύνς, τὰ κοκκύμηλα.

CAPVT XI.

Κηριώδης quid apud Theophrastum aliquot locis. Pytho Byzantius *orator. Athenam* ῥήτωρ *dictus.* Γραικός, Græculus. *Romanorum error de appellatione cerasorum.* κερασοῦς *vrbis nomen, & similia. fructus ex aqua sumpti.* Phryges *Hectoris fabula.* Mora *ruborum.* μῶρον *&* μόρον. *Emendantur multa, & illustrantur.*

SOLET grauissimus philosophus Theophrastus, in plantarum descriptione fauis comparare flores quarũdam, constãtes ex multis minutioribus: item fructus ex multis quasi baccis racematim compositos, τὸ γὰρ κηρίον, vt B. Pater Chrysostomus loquitur, ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων χημάτων ἀπαρτίζεται. Libro tertio, capite 13. de sambuco scribit Theophrastus, τὸ δὲ ἄνθος λευκὸν ἐκ μικρῶν λευκῶν πολλῶν, ἐπὶ τῇ δὲ μίσχῳ σχίσει κηριῶδες. Libro quarto, decimo, fabam Ægyptiam scribit habere ἀμφύσεις ὅμοιον δὲ ὅλω συνειλημμένας, ὁμοίας τοῖς κηρίοις. & caput illius quod ille κιβώριον vocat, quia refert caput papaueris, assimilat σφηκίου περιφορᾷ, in cuius singulis cellis sint fabæ singulæ. Libro 3. capite 12. postquam dixit sorborum fructus racemis prouenire similes; addit, πολλὰ ἀπὸ τῆς αὐτῆς κορύνης, ὥστε εἶναι καθάπερ κηρίον. Eodem simili vsus etiam Herodotus libro secundo, in plantæ cuiusdam descriptione, ὁ καρπὸς γίνεται κηρίῳ σφηκῶν ἐμφερὴς ὁμοιότατος. Protulimus ista in medium, vt de vera lectione constaret istorum super cerasis allatorum ex Theophrasto verborum. ἄνθος λευκὸν ἀπίῳ καὶ μεσπίλῃ ὅμοιον, ἐκ μικρῶν ἀνθῶν συγκείμενον, κηριῶδες. Ex iis quæ suprà diximus, liquido constare arbitramur, rectè hic legi κηριῶδες. Doctissimi tamen homines, cùm in Theophrasti codicibus κηρῶδες hodie scriptum inuenissent, Athenæum ex deprauatis libris Theophrasti cẽsuerunt corrumpendum. Erat æquius, ex auctore nostro veram lectionem apud mellitissimum philosophum restitui. Tolle notatam paulo post lacũnam, &

scribe τό τι γὰρ φίσον αὐτὰ δένδρον ταῦτα, κῶν ὀπλ. Diu est cùm ex cōiectura sic emēdaueram: admonitus sum postea ab eruditissimo Leuinio ita scribi in mēbranis melioribus. Scribe etiā τρώγουσι μύρτα. De Agene dramate libro 13. plura Pytho Byzantius orator ex Demosthene & Suida non ignotus doctis. Turbarunt interpretes sine caussa verba ista, φησὶν ὁ παρὰ τῷ ῥήτορι Λαρήνσιος. Dicit ista auctor excerptorum. & *Larensis*, inquit, *apud rhetorē ita loquitur.* ῥήτωρ est Athenæus. Ille quidē philologus appelletur ex isto opere iustius quā rhetor, sed ita passim Eclogæ consarcinator & Eustathius, aliique grammatici Athenæum indigetant. In iis quæ Larensis dicit, spiritum Romani hominis arguunt ista, ὑμεῖς οἱ Γραικοί: quæ Latinè verti debent, *vos Græculi*. Apud scriptores Græcos vocabulum γραικὸς tantundem valet, quantum apud Latinos *Græculus*. Sic apud Plutarchum in Cicerone, γραικὸς & σχολαστικός, *Græculus & scholasticus*. itē in illo veteri dicto in Christianos iactato, ὁ γραικὸς ἐπιθέτης *Græculus impostor*. Lucullum cerasos Romam primum inuexisse è Ponto, ad annum vrbis D.LXXXX. notum ex Plinij libro 15. Ammiani libro 22. & Hieronymi ad Eustochium epistolā quadā. Sed falsum est, quod de cerasorum appellatione disputat hic Larēsis. Placet illi, cerasorum nomen à Lucullo esse inuentum & huic pomo tum primum impositum, quando cerasos in Italiam intulit. Tam absurdam sentētiam Larensi adscribi ab Athenæo mirarer: nisi viderem ita vulgò Romanis fuisse persuasum. Hieronymus vir vndecunque doctissimus, *Hoc genus pomi Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunte primus Lucullus Romam pertulit. Vnde & de patria arbor nomen accepit.* Refellit hoc meritò Athenæus, & cerasorum nomen multis ante Luculli ætatem sæculis fuisse Græcis cognitum, authoritate Diphili probat. Cur huic potissimùm in hanc rem testimonium denuntiārit, nescio. erant enim ad manum Diphilo antiquiores qui cerasorum meminissent. sed illos fortasse non Athenæus prætermisit: verùm iste Eclogarius. Nos ampliùs dicimus, etiam in Italia ante Lucullum fuisse cerasa: verùm parua & insipida, ac proinde nullo in pretio aut dignatione: adeò quidem vt cerasum pro corni specie vulgò haberent. Nec sanè multum interest inter cerasi ferum fructum, nullóque mollitum cultu, & corni. Obscurè hoc indicat Seruius. *Hoc primùm,* (de ceraso loquitur) *etiam ante Lucullum erat in Italia: sed durum, & cornum vocabatur: quod postea incepto nomine corno, cerasum dictum est.* Sciendum etiam, cerasorum appellationē ipsius Cerasuntis vrbis natalibus esse priorem & antiquiorē: nedum vt Larensis vera sit sententia. Κερασοῦς indubitanter dicta ἀπὸ τῶν κεράσων, vt Ἀγνοῦς, Ἀναγυροῦς, Ἀχερδοῦς, Ῥαμνοῦς, Μυρρινοῦς, Σελινοῦς, Πυξοῦς, Μυρικοῦς, & similia his ab aliis plantis locorum deducta nomina. In allata ex Diphilo auctoritate, ἐκ δὲ ψυχροῦ λαμβανόμενα εὐστόμαχα: vertit Dalecamp. *cerasa cùm frigida sumuntur, placent vētriculo.* Sanè apud Galenum legere memini μόρα ψυχρὰ ληφθέντα. Sed alia tamen Diphilo mens: neque enim est idem λαμβάνειν ἐκ ψυχροῦ, & ψυχρόν. Alibi legimus fuisse moris olim, qui hodiéque obtinet, fructus qui ferè secundas mensas explent, in disco frigidam continente, exhibere. Athenæus libro 15. ὅτι τὰς ἀπίους ἐν ὕδατι εἰσέφερον εἰς τὰ συμπόσια, λέξεις παρέσχον διὰ τούτων. vide cætera. Igitur, τὰ ἐκ ψυχροῦ λαμβανόμενα sunt illa, quæ antequàm sumantur, aquæ iniiciūtur ac probè lauantur. Galenus hoc præcipit vt faciamus in quibusdam fructibus: putà, moris ruborum & sycaminis. Χρὴ, inquit ille, de batinis loquens, καλῶς ἐκπλύνειν πρὶν ἐπιχειρεῖν προσφέρεσθαι τὸν καρπὸν τοῦτον. ὅπη οὐχ ἥκιστα καί φασι τὸν συνημμένον ἐστὶ πυρῆνα. In sermone de sycaminis scribi non placet, ἐντὸς ἡμερῶν τριῶν. Lego τετάρων, auctore Theophrasto: ἔχοντες, ait ὄνυχας σιδηρᾶς ἐπικνίζουσιν. ἃ δ' ἂν ἐπικνισθῇ τεταρταῖα πέπτεται. Plinius, *sed cùm factum est, quartà die demetitur.* Ait Athenæus, παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Φρυξὶν ἐπὶ τοῦ Ἕκτορος. hæc Æschyli fabula inscripta fuerat à poëta, Φρύγες ἢ Ἕκτορος λύτρα. argumentū erat ex Ἰλιάδ. ῥαψ. ω. Apud Pollucem libro 7. capit. 29. laudatur Æschyli drama, Φρύγες ἢ λύτρα, vbi sic scribe hunc versum, ἀλλὰ ἰαυάτης φορτηγὸς ὅς τις (vel ὥς τις) ῥῶπον ἐξάγει χθονός. Emendauimus deinde, ἐν δὲ Κερύσσαις καὶ κατὰ τῆς βάτου, ex antiquæ fidei codicibus. Nempe hoc vult Athenæus, μόρα dici etiam quæ rubi ferunt. Ouidius, *Cornáque & in duris hærentia mora rubetis.* Eustathius ex hoc ipso, vt puto, loco, σημείωσαι ὅτι καὶ τὰ τῆς βάτου μόρα λέγεται. Galenus de composit. medicam. τῶν κατὰ τόπους, libro 6. μίγνυμεν δὲ καὶ τῶν βάτων τὸν καρπὸν, ὃν ἔνιοι μὲν ἀπὸ τοῦ φυτοῦ παρονομάζουσι, βάτινα προσαγορεύοντες· ἔνιοι δὲ συνθέτῳ προσηγορίᾳ μόρα καλοῦσι, προστιθέντες τὰ ἀπὸ τῶν βάτων. Hieronymus Paulino, *Amos pastor & rusticus, & ruborum mora destringens.* In Æschyli versibus scribe μελιτοπρέπτοι vel μελιτοπρεπτοῖσι, vt laudat Eustathius: & omnino cum Mss. ταυτοῦ χρόνου. Sensus est: pendére in eadem arbore aut frutice mora alia alba, alia nigra, & item alia rubra. Pro γογγύλον μόρον, Eustathius scribit, στρογγύλον: quod idem est. Sciēdum etiam μῶρα per ω longum scribi in quibusdam exempl. vt mox, τὸ μῶρον τὸ βατῶδες. sicut in Galeni libris sæpius. Ouidius, *hærentia mora rubetis.* Eustathius per o paruum semper, ex Athenæo.

CAPVT XII.

Phaniæ Peripatetici libri de plantis. Locus ex illis cōclamatus. ἄβρυνα. βάτια. & βάτινα. μόρα & συκάμινα vnde dicta. κάρυα dicta omnia ἀκρόδρυα. καπυροτρώγονα κάρυα. Μόσυνα κάρυα. Cypriæ amygdalæ prægrandes. μυκηροί. Amygdalæ veriloquium. Prouerbium, ὁ ... βαδίζεις εἰς ἄχυρα πραγμάτων. Alia non pauca.

Phaniam

PHANIAM Etesium Theophrasti popularem & condiscipulum, commétarios de natura plantarum edidisse, testimonio Athenæi discimus, qui multa ex illis descripsit & nobis cóseruauit. Librum quintum eius operis nominatim laudatum non semel ab ipso auctore offendes: vt facilè intelligas non leué eam operam fuisse, quæ τὰ παραλειπόμενα tantum & indicta Aristoteli ac Thophrasto contineret: sed accuratam vniuersi eius argumenti tractationem. Plinius quoq; inter auctores vnde τὰ περὶ φυτῶν mutuatú se profitetur, Phaniam (qui & Φανίας passim in Mss. etiá Suidâ teste) physicum nominat. Eius auctoris sunt hæc in Athenæo verba, τὸ μόρον τὸ βατῶδες ἐξανθήσαντος τῆς σφαίρας τῆς συκαμινώδους, σπερματικὰς ἔχει τὰς συκαμινώδεις διαγωνὰς, καθάπερ ὑφασμένας, καὶ διαφορὰς ἔχει ψαθυρὰς καὶ ἰσχυράς. quæ non eo protuli, vt explicarem: sed vt nihil in illis me intelligere ingenuè profiterer. Maximá à me gratiam inierit, qui ista mihi exposuerit. Poteramus vel prioris interpretis ignauiam, vel posterioris audaciam imitari, & aut hæsitantiam nostram dissimulare, aut aliquid excogitare quò planum ita fieret. at quia nihil veniebat in menté quod satis probabile videretur, fucum lectori faciendum non duximus. Scripti codices nihil nos adiuuant, nihil Eustathius, nihil Theophrastus, neque Plinius. Athenæus hoc nos docet tantùm, describi hic agrestis sycamini fructú. Quid igitur τὸ μόρον τὸ βατῶδες appellet, amplius quæramus: nam ruborum quæ propriè μόρα βάτιων, vel βατιώδη, hi non habent hic locum. Pro ὑφασμένας placebat Scaligero emendare ὑφαίμους, & locum ita cócipe: καθάπερ ὕφαιμος. αἱ διαφόρους ἔχει ψ. item quid, σπερματικὰς συκαμινώδεις διαγωνάς. Phanias idem in maluæ descriptione σπερματικὴν τύπον illius semen appellat apud hunc ipsum: in bulborum historia σπερματικοῦς κορυνήσιας & σπερματώδους mentionem facit: in pastinacis σπερμάτων πλατοειδῆ φύσιν agnoscit. an ista, similésve huius scriptoris loci huncce possint illustrare, statuant rerum naturalium & bonarú literarum mystæ. Nobis pleraque huius physici in his comméta-riis relata, aut obscura, aut insigniter vidétur esse corrupta. Sequentia sic fortassean concipienda, καθάπερ ὑφαίμους ὄσας, καὶ διατροφὰς ἔχει ψ. prioribus verbis color huic pomo sanguineo proximus tribuitur: posterioribus succi natura declaratur. Α῎ξυνα etiam Parthenio sunt συκάμινα, quæ Salmonio & Hesychio βάτια, Galeno constanter βάτινα plurimis locis. Demetrij Ixionis veteris critici verba malè capta interpretibus. Ita illa scribe, Δημήτριος δὲ ὁ Ἰξίων τὰ αὐτὰ συκάμινα καὶ μόρα, οἷον αἱμόῤῥοα καὶ σύκων ἀμείνω, id est, *Demetrius Ixion eadem putat esse sycamina & mora: sic dicta quasi* αἱμόῤῥοα, (nempe μόρα) & σύκων ἀμείνω: refer ad συκάμινα. vult mora ita dicta ob succi colorem: sycamina ob saporis præstantiam: quasi ficubus sapiant meliùs. Eustathius quo loco disputat de mutatione diphthongi ει, in simplicem ι vocalem, hoc sycaminorum etymum non prætermittit. In ea historia quæ ex Pythermo narratur, scribendum, πεφυκέναι δὲ τόπῳ τῷ δεινῷ καὶ αἰπόλια. aliter non constat Hellenismi ratio. Κάρυα significatione laxâ dici omne genus ἀκροδρύων, docet nos Athenæus: addens, Ἐπίχαρμος δὲ κατ' ἐξοχὴν ὡς ἡμεῖς, Καπυροτρώγονα κάρυα, ἀμυγδάλας. *sed Epicharmus, inquit, per excellentiam* iuglandes nuces *appellauit* κάρυα. Poëtæ verba, καπυροτρώγονα κάρυα, ἀμυγδάλας, longè aliter & interpretes, & alios doctissimos viros scimus accepisse: quasi vox ἀμυγδ. non poëtæ, sed Athenæi esset: quem putant hoc velle, Epicharmum per κάρυα intellexisse amygdalas. Sed falluntur omnes; quod clarum faciút nimis voculæ, ὡς ἡμεῖς. Quis dubitat vulgo Græcis κάρυα fuisse nuces iuglandes? de iis sentire Epicharmum probat auctor, qui καρύων & amygdalarum simul facit mentionem: appositissimus est, quem subiicit Athenæus, Philyllij locus, ὠά, κάρυα, ἀμυγδάλαι. In versu Epicharmi, quid sit καπυροτρώγονα vtcunque explicare possum: analogiam eius verbi inuenire non possum. Scripserit fortasse, καπυρὰ τραγάλια, κάρυ, ἀμυγδ. Priore significatu κάρυα dixerunt & amygdalas & castaneas, inquit Athenæus. confirmat Hesychius, Καρύαι, τὰς ἀμυγδάλας, καὶ κάστανα. *καρύας vocabant & amygdalam arborem & castaneam.* Μόσυνα κάρυα quænam sint, expecto vt aliquis me doceat. In libris medicorum plurima extant καρύων cognomina. Vnum illorum hic latet, vt arbitror corruptum. Phrynichi versus mutili sunt; sic opinor integrandi,
—τας δὲ γομφίους Α῎πανῖας ὥστε ἐξέκοψεν, ὥστε νῦν οὐκ ἂν δ.

Cypriæ amygdalæ hodie in Hispania præsertim non raræ: inde allatas Lugduni vidimus, prorsus vt ait Athenæus, παρὰ τὰς ἀλλαχόθι ἐπιμήκεις, καὶ κατὰ τὸ ἄκρον ἐπικαμπεῖς. magnitudine triplo aut quadruplo vulgares superant: figurá accedunt ad siliquas. παρὰ τὰς ἀλλαχοῦ ἐπιμήκεις, *oblongiores sunt quàm quæ nascuntur alibi.* Scripti, παρὰ τὰς ἀλλαχόθεν, *quæ aliunde afferuntur.* Μυκήρους Lacones dicuntur appellasse τὰ μεγάλα κάρυα. hinc corrigas licet Hesychium, Μυκηρὸς, ait ἀμυγδαλῆ. τινὲς δὲ τὰ μῆλα κάρυα. emenda, τὰ μεγάλα κ. aut τὰ μαλακὰ κ. nam ita Mss. isto loco. possis etiam τὰ Μήλια κάρυα quæ fuit Scaligeri coniectura. Lacones igitur sic: Tenij non magnas, sed dulces amygdalas aut nuces, μυκήρους dicebant. Τήνιοι δὲ τὰ γλυκέα κάρυα. Tenij sunt populi Teni insulæ, Cycladum vnius. Etymon dictionis *amygdala*, quod ex Herodiano affertur, idem est cum iis quæ ex Oro describit auctor Etymologici: vbi scribendum, Ἀμυγδάλη, παρὰ τὸ ἐν τῷ καλύφει τῷ μετὰ τὸ ἔξω χλωρὸν, πολλὰς ἀμυχὰς ἔχειν. *amygdala inde dicta, quia in tegmine quod extimo viridi proximum est, multas* ἀμυχὰς, *id est, scarificationes habeat.* Ita Græci à figura: Hebræi שקד quasi *vigilantem* vocant amygdalum. quoniam, vt scribit Plinius, *ex his quæ hyeme aquila exoriēte concipiunt. floret prima omnium amygdala mense Ia-*

κηναρίῳ. Et arborem & fructum eâdem voce ſignificari obſeruat Heſychius: ἀμυγδαλῆ τὸ δένδρον καὶ τὰ τραγήματα. ineptiſſimè hodie in codicibus eius grammatici, καὶ τὰ πράγματα. Prouerbium illud, ὄνος βαδίζει εἰς ἄχυρα τραγημάτων, *Vadis aſinus ad paleas bellariorum*: ſiue, vt placebat illuſtri Scaligero, τράγημα σόν: *quæ tua ſunt bellaria*: propter verbum βαδίζει de iis interpretor, qui poſtpoſitis melioribus, eligunt deteriora. Secundæ menſæ neque cibis conſtant ſucculentis, & ferè ſunt medicis ſuſpectæ. qui ergo nimium illis delectantur, aſinis ſimiles, qui non grano frumenti, ſed paleâ veſcuntur. Iſta ex Nicandri Georgicis, φηγινον Πανὸς ἄγαλμα, prorſus Sphingis ænigma, vel folium Sibyllæ ſunt mihi. Interpretes prouerbium hinc exſculpunt ingenioſiùs quàm veriùs. Suetonius auctor eſt, Lutatium Daphnidem à Lenæo Meliſſo per cauillationem nominis Πανὸς ἄγαμα dictitatum. Poterant iſtis expleri chartæ, ab iis qui adagium hic latére cenſent. nobis aliter videtur: & de vero Panis ſimulacro, quod eſſet fagineum, Nicandrum eſſe locutum putamus. Quo autem cõſilio hæc paucula verba ab auctore Epitomæ ſint excerpta: hoc verò eſt cuius cauſſam quæro, nec inuenio. φηγοὶ non φηγινον, pars Mss. habet, in qua lectione aliquod fortaſſè acumen. Iocus eſt παρὰ προσδοκίαν, cùm ait Ariſtophanes, ἐγὼ νῦν τὰς ἀμυγδαλὰς λαβὼν τουτὶ κάταξον τὴν κεφαλὴν σαυτῷ λίθῳ. *Age ſume has amygdalas, & ſaxo tibi caput frange.* Expectabat auditor, *& illas ſaxo frange*. plenæ exemplis figuræ huius, & Ariſtophanis, & aliorum comicorum fabulæ.

CAPVT XIII.

Tryphonis locus illuſtratur. Μυκηρόβατος, nucifrangibulum. κάρυα λόπιμα, ſiue Euboica. κάχρυος natura, & vox καγχρυώδης multis locis reſtituta. πλατὺ κάρυον, λιλιυκασμένον κάρυον. Eſculi glandes inter bellaria. Ignis igne validior aut remiſſior. Caſtanea dicta ἄμωτα, vel μότα.

TRYPHONIS acutiſſimi grammatici verba ſunt: ἀμυγδαλῆ ἡ τὰ δένδρα. κτητικῶς παρὰ τὸν καρπὸν ὄντος τοῦ χαρακτῆρος, καὶ διὰ τοῦτο περισπωμένη. Hoc vult: ἀμυγδαλῆ cùm arborem ſignificat, poſſeſſiuæ formæ nomen eſſe, deductum à fructu, (id eſt, à voce ἀμυγδαλὴ, fructum ſignificante) ideóque circumflecti. ſimilis tonus aliorùm eiuſdem terminationis κτητικῶν, vt χρυσῆ, χαλκῆ, λεοντῆ. Cõfer interpretationes aliorum cum iſta. Reperies eruditiſſimos viros neſciſſe exponere παρὰ τὸν καρπόν. eſt autem viſitatiſſimum grammaticis hoc genus loquendi. Nucifrangibulum Lacones vocabant μυκηρόβατον, inquit Pamphilus: Heſychius paulò aliter, μυκηρόβας, καρυοκατάκτης. Inſtrumenti huius formam & vim, eiuſque cauſſas explicat philoſophus in Mechanicis quæſtione XXIII. Ipſe vocat ὄργανα πρὸς τὸ κατάγνυναι τὰ κάρυα. Caput vnum ſequitur Excerptorum in hanc ſententiam, ὅτι Ποντικῶν καλουμένων καρύων ἃ λόπιμα τινὲς ὀνομάζουσι, μιμνήσκει Νίκανδρος: Sæpe queſti ſumus de negligentia eius qui has Eclogas confecit. Inſigne eius exemplum hoc loco. Nam aut Εὐβοϊκῶν ille ſcripſerat, aut ſcribere debuerat. Heſychius, λόπιμα, κάρυα τὰ Εὐβοϊκά. quin ipſa Nicandri verba non longè pòſt ſequuntur.

—λόπιμον κάρυόν τε
Εὐβοῖς, βάλανον δὲ μιν ἐξέτι πρῶτα κάλεσσαν.

Sequitur locus qui plurimos magnæ eruditionis & philoſophos & medicos habuit exercitos: Τὰ ἀμύγδαλα φησὶ Διοκλῆς, τρόφιμα μὲν εἶναι καὶ εὐκοίλια· θερμαντικὰ δὲ διὰ τὸ ἔχειν κεγχρῶδές τι. Falſiſſimum eſt quod hic dicitur: amygdalas propterea eſſe calidas, quia milij naturam participent. id enim eſt ἔχειν τι κεγχρῶδες. atqui omnium medicorum conſenſu milium frigidæ naturæ eſt, non calidæ. Doctorum alius aliter emendauit: vel ῥεγχῶδες, vel πρχνῶδες, vel ἰσχυῶδες, aut etiam ſi Muſis placet, ἐλαιῶδες. quæ omnes coniecturæ, ſi liberè loqui licet, aſpernabiles ſunt, partim etiam ineptæ. Veram emendationem ipſi, quod præfiſcine dictum ſit, primi nunc inuenimus: Legendum enim καγχρῶδες, vel quod idem eſt, καχρυῶδες. quo etiam modo in Mss. poſtea exaratum inueni. Qui Theophraſti, Plinij, ac medicorum libros legerunt, κάγχρυν vel κάχρυν vocari ſciunt βλάστησιν illam quæ pilulæ fere formâ, in quibuſdam naſcitur arboribus, vt robore, abiete, larice, piceâ, nuce & nonnullis aliis. Vim calefaciendi & deſiccandi cachryi ineſſe, Dioſcorides, Galenus, & omnes medici affirmant, & cum his Plinius libro XVI. capite octauo. Rectè igitur Diocles ac verè, amygdalas eſſe calidas, quia habeant καγχρυῶδές τι. Cæterùm cachryos & figura & natura vulgo ita erant notæ, vt non rarò philoſophi, medicíque huius cõparatione ſuas diſputationes illuſtrent. De figura habes exemplum apud Theophraſtum libro tertio Hiſtoriarum, in ſorborum explicatione, & Dioſcoridem libro ſecundo, in deſcriptione ornithogali. De natura & temperamento, præter ſuperiorem Dioclis locum, alios reperias in hoc ſcriptore, ſi ſatis memini, duos: ambos ſimiliter corruptos, & opis noſtræ indigẽtes. De nucibus Heracleoticis paulo pòſt ſcriptum, ἔχει δέ τι κεγχρῶδες καὶ ἐπιπολαστικόν. doctos ſcio aliter emendare: ego non dubito ſcribendum hic quoque, καγχρυῶδες, id eſt, *habet aliquid cachrys ſimile; & quod innatet.* τὸ ἐπιπολαστικὸν rerum pinguium ſcimus eſſe proprium. cachryas inter pinguia ponas licet, aut λιπαρώδη. Theophraſto in III. Hiſtoriarum κορύνη quædã dicitur καχρυώδης ſimul & λιπαρά. Tertio autem iſtorum librorum, φιλότιμος τὸ Περσικὸν φησι λιπαρώτερον καὶ κεγχρῶδες εἶναι. ſcribo & hic καγχρυώδες. πλατὺ κάρυον, Dalecampius *caſtaneam* interpretatur: cùm ait auctor, τὰ δὲ πλατέα φυσώδη εἶναι. ſuſpecta nobis hæc ſententia: ſequitur namque ex Philotimo, τὸ πλατὺ καὶ τὸ καλούμενον σαρδιανὸν δυσκατέργαστα εἶναι. manifeſtò ſeparãtur nux

lata

lata & Sardiana. constat inter harum rerum peritos Sardianum κάρυον esse castaneam: aliud ergo nux lata. nam quod vim huius argumenti eludit Dalec. pro eodem accipiés latum & Sardianum κάρυον, in superiorum verborum versione: fallitur vir doctus, & incuriâ Hellenismi peccat grauiter. Ego non video cui nucum generi latæ cognomen potiùs conueniat quàm amygdalæ: quam & Diphalus paulo post pronuntiat φυσώδη. Galenus nondum perfectè maturas nuces, vel amygdalas, solet appellare χλωρὰ κάρυα καὶ ὑγρὰ, & ἄπειρα ὑδατώδη. Diphilus apud Athenæum eas quæ tantùm quòd maturitatem sunt assecutæ, λελευκασμένα: quoniam materia illa oui albumini similis, quæ tépore suo in nucem duratur aut amygdalam, immatura coloris est aquei: matura, candidi. Diphili verba, τὰ ἁπαλὰ καὶ λελευκασμένα ευχυλότερα ὑπάρχει. & mox, τὰ ἁπαλὰ καὶ πρόσφατα καὶ λελευκασμένα καὶ γαλακτώδη ὄντα. plenas appellat, quæ non sunt siccæ. λελευκασμένας, quæ probè maturuerint, & ex ipsa maturitate candorem consecutæ. Lego, τὰ δὲ σκληρὰ καὶ ξηρὰ, καθάπερ αὐτὸς φησί. sic enim paulo post, vbi hæc repetuntur, τὰ δὲ σκληρὰ καὶ ξηρὰ πιπτόμενα. φηγοὶ sunt esculi glandes: quibus inter bellaria dant locum Plato lib. II. De republica. Alexis, aliique auctores. Aspera fructuū genera & dura emendari scribit auctor, τῇ πυρώσει, *cocturâ ignis*. addens, ἐάν τις ὀλίγῳ καὶ μαλακῷ πυρὶ χρῆται. Mollem ignem appellat quem Galenus de Theriaca ad Pisonem, πῦρ κοῦφον: Theophrastus & multi comici μαλακώτερον & ἠπιώτερον, in libro de Igne. Philemon comicus, ἀνειμένον. Apud Dionem Chrysostomum πῦρ χλιαρὸν & ἰσχυρὸν καὶ ἀκμαῖον opponuntur, in oratione de Inuidia. Quo autem modo ignis fiat igne validior aut remissior, docebit te acutissimus Theophrastus, eo quem modo nominaui libro. In frequentia cohæsionéve partium aut raritate, positam huius rei caussam, verè statuit diuinus vir Iulius Cæsar Scaliger. Nicandri versum de castaneis apud Eustathium emendes licet ex hoc loco. ὀδύσσ. τ. Castaneas quidam vocarunt ἀμώτα, noster ait, Dioscorides vero μότα. alteruter videtur corrigendus. Crobyli verba sic redigi possunt sub metri legem,

—χλωρόν ἐρέβινθον τινά
Κατεπλάβιζον κατὰ ὅλον· πρᾶγμα δ᾽ ἦν
Ἐστὶ πιθήκῳ τῷ δ᾽ ἐν πῶ δυσυχές.

De Homeri versu cōsule eius interpretes, Ιλιά. ν.

CAPVT XIV.

Xenophanis ætas in tempora Darij Persæ aut Xerxis incidit. κριὸς, genus ciceris. Cicadæ olim esitatæ. Eustathij error indicatur. Æliani locus obscurus. δεισιπνὶς vel δειπνίς. ζυμωτικὸς τῆς γαστρός. Formula imprecationis, Μὴ ὤρασιν ἵκοιτο. θερμὸς ὑπνόκοπος. Emendata & illustrata multa.

RESTITVIMVS ex membranis veram γραφὴν in postremo versuum Xenophanis, Πηλίκος ἦσθ᾽ ὅθ᾽ ὁ Μῆδος ἀφίκετο; nam Μῆσος prior fuit lectio: quæ eruditis hominibus præbuit occasionem comminiscendi aliquid ἀνιστόρητον de Mysis: illi vero frustra fuerunt. Μῆδος est Persarum rex, vel Darius vel Xerxes: ita Græci præsertim Attici Persas nominant, & Latini: Catullus, *Cùm medi irrupêre nouum mare.* Horatius, *Neu sinas Medos equitare inultos. Te duce Cæsar.* In Xenophanis tempora incidisse Persarum irruptionem in Græciā, vel hic locus manifestò arguit. Sūt è veteribus, qui claruisse Xenophanem tradant Olympiade L in his, si bene memini, Eusebius. meliùs Diogenes Laërtius, ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, florebat Olympiade LX. quin hic quoque numerus multo fortasse minor est fuit enim Xenophanes natu Minor Pythagorâ, quem ἀκμάσαι scribunt Olympiade LX. Marathonia pugna, quâ Darij copiæ ab Atheniensibus deuictæ, pugnata est anno secundo Olympiadis LXXII. Xerxis transitus in Græciam incidit in annum secundum Olympiadis LXXV. Intercessisse annos aliquot, putà XV. aut XX. ab ea pugna de qua loquitur poëta, ad id tempus quo hæc ipsi compōnebantur, per est verisimile. Sedeat nunc ad calculum lector diligens, & temporum rationem ineat: reperiet verum non esse, florem ætatis suæ obtinuisse Xenophanem circa Olympiadem LX. etsi socio longæuum hunc virū fuisse, & vltra XCII. annum vitam extendisse. In verbis Sapphus, ἐπ᾽ αἰόνων valet, *in littore*. nam etiam quidā Mss. dissimulatā dialecto Doricā αἰόνων præferunt. Interpres ἐπ᾽ αἰώνων, *perpetuò* magno errore. Vera lectio etiam apud Eustathium Ιλιάδ. ν. qui χρυσέους ἐρεβίνθους interpretatur *coloris buxei*, quia οἱ πυξοειδεῖς ἐρέβινθοι nigris præstent, vt sequitur non longè inferiùs. Κριοὺς inter cicerum species nō solum Theophrastus recenset, verùm etiam quicunque hoc tractarun argumentū. Suspicatur Eustathius κρειοὺς dictos propter magnitudinem, de nomine Crij Cœli filij vt est in fabulis. Fauent optimi viri coniecturæ Sophili mox verba: ὁ πατὴρ ὁ ταύτης πολὺ μέγιστός ἐστι, κρεῖος ἐρέβινθος. Ac sicut modò per ι, modò per simplex: scribitur κριός, cū circer significat: ita & nomen Gigantis in Hesiodo Κρεῖος: Apollodoro Κοῖος. vide & libro tertio, cap. x. Sed de isto genere cicerum, contraria scribuntur magnis auctoribus. Plinius κριὸν ab arietini capitis similitudine scribit appellatum, & paruitate eos facit insignes. Galenus lib. I. de viribus alim. μέλανες δ᾽ εἰσὶν ἔτι καὶ μικροὶ κατὰ Βιθυνίαν μάλιστα γινόμενοι, καὶ καλοῦνται κριοί. Cicadas venisse antiquitus in pauperum mensas non minus quàm locustas, de quibus dubitat hodie nemo, clarè testatur Alexis, vetulam pannuciam ita loqui faciens, τὰ μέγα δ᾽ ἡμῶν χ᾽ ἀσωτάσης τὸ βίου ἐστι, κύαμος, θέρμος, λάχανον, γογγυλίς, ὦχρος, λάθυρος, φηγός, βολβός, τέττιξ. Eustathio hoc adeo visū est absurdū, vt τέτιξ non τέττιξ hic scripserit, & de nescio quo edulij genere eam vocem exposuerit. Τέτιξ, inquit hūc locum Alexidis interpretans, βρώσιμόν τι καὶ αὐτό, ὃ

ἐσημέωσαι. Fallitur verò Eustathius: nam esitatas veteribus fuisse cicadas, & quidem prouocandi appetitûs gratiâ, quod magis mirum, auctor Athenæus libro quarto, ἥδιον, ait, καὶ τέττιγας καὶ κέρκωπας ἀνασομώσεως χάριν. codémque in libro Anaxandridæ versus habentur, de apparatu nuptiarum Iphicratis, vbi τέττιγες ὀπτοὶ inter cætera recensentur. Hinc illa Æliani grauis indignatio contra sui sæculi homines, qui musicum animalculum in cibi vsum vertere non verentur. Ἐγὼ ἶδον καὶ τέττιγας ἀγρεύοντάς τινας, καὶ πιπράσκοντας ἐπὶ δεῖπνον· καὶ μάλα γε ἰδ᾽ ἥσθιε. τὸ γάρ τοι ζῶον τὸ πάμβορον τὸ, οὐδὲ ὑμῶν φείδεσθαι· ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ταρίχους ἐργάζεσθαι τολμῶσι. καὶ σφᾶς αὐτοὺς λελήθασι ἐχθρὰ Μούσαις ταῖς Διὸς θυγατράσι ταῦτα ἀπὸ θυμοῦ δρῶντες. hoc est, *Ego verò quosdam vidi, qui cicadas in lineam digererent, & ad cœnam venderent. nec defuit qui illis, & auidè quidē vesceretur. Istud enim, ô cicada, omniuorum animal, ne vobis quidem parcit, sed etiam de vobis salsamenta conficere homines sustinent: inuitis Musis Iouis filiabus hoc se facere ignorantes.* Ita exponi debet Æliani hic locus. vbi tamen scribi malim, καὶ μάλα γε τις ἰδ᾽ ἥσθιε. vel ἄλλος ἰδ᾽. & εἰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς οὐ λελήθασι. *etsi non nesciunt homines offendi Musas esu cicadarum.* Quāquam non est fortasse hęc postrema emendatio necessaria. *Neque intelligunt qui hoc faciunt, rem se facere Musis Iouis filiabus ingratā.* Redeo ad Alexidis anū, quæ ait paullo antè, δύο δὲ αὐτοῖς συγκατοικοῦμεν μάζης μιᾶς. Exarati manu, μαζῆς. Eadē vetula recensionem ciborum quibus quotidie vescebatur, ita claudit, τὸ, τὸ θεσπέσιον μητρῷον ἐμοὶ μαλίσκημα, ἰσχὺς, Φρυγίας εὕρημα συκῆς: hoc est, *carica diuinum Phrygiæ ficus inuentum, mea cura.* ita laudat hunc locum Eustathius ὀδυσσ. ε. Libro tertio scribitur θεοφαγὲς, *diuinus cibus.* sed ibi membranæ, θεοφανὲς, *à diis ostensum.* Cùm ait, Φρυγίας εὕρημα συκῆς, videtur iocari factâ allusione ad Phrygiam deam, siue Pessinuntiam. In Pherecratis versu, τακερὰς πνίσους τοὺς ἰγκλίνους ἰυλίους. poëta scripserat αὐτόθι, vel αὐτόθεν, cuius vocis interpretamentum est ὠδίνας. vide libri noni initio. Rectè emendauit eruditissimus Dalecampius, ζυμωτικοὶ τῆς γαστρὸς, pro ζημιωτικοί: quæ vox cùm nihil significet, à Natali mutata est in ζημιωτικοί. Dalecampio assentiuntur meliores codd. ζύμωσιν παρὰ φύσιν apud Hippocratem interpretatur Erotianus, οἴδημα ἤτοι ὄγκον, *tumidam molem*, id est, tumorem præter naturam. flatuosum esse cicer, non minus quàm fabam, magísque alere, & ad Venerem incitare, scribit Galenus: quæ omnia vocem ζυμωτικὸς nobis explicant: de quo ad Persium plura meminimus ante sex septem annos scripsisse. Subiecti verbo ΘΕΡΜΟΙ versus, cuius sint poëtæ ignoramus. Id nobis inuidit auctor istorū Excerptorum. Quia incipit illorum primus, μὴ ὥρασι μετὰ τῶν κακῶν ἵκοιτο, putāt docti homines, ex Horis fabula Aristophanis, aliáve Cratini eiusdem nominis, locū esse descriptum, & in eam sententiam corrigēdum. Vellem, pro ea notitia quæ inter nos fuit, nunquam venisset huius in mentem optimo viro: nam planè vana & fallax est ista illius diuinatio. Græcis vsitata formula fuit, cùm imprecari alicui exitium vellent, & mortem anno vertente citiorem, μὴ ὥρασιν ἵκοιο. Lucianus in Deorum dialogis, Ἄπαγ᾽ ἐς μὴ ὥρασιν ἵκοιτο τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμῶν. *Apage: pereat anno citiùs quicunque altiora se concupiscit.* Latini simpliciter dicerent, *Malè pereat.* Idem Lucianus in ἑταιρικοῖς dialogis, Μὴ ὥρασιν ἵκοιτο ὁ λῆρος ἐκεῖνος, τοιαῦτα παιδεύων· τὸ μειράκιον. in libro de Saltatione, Μὴ ὥρασιν ἄρα ἱκοίμην, ὅτι τοῦτον ἀναχαίμην ποτέ. Aristophanes diuerso casu extulit, in Lysistrata, Ἀλλά, μὴ ὥρας ἵκοισθ᾽ ὡς ἐστὲ θωπικαὶ φύσει. Theophylactus in epistolis, Μὴ ἵκοιτο ὥρας ὁ λωποδύτης. Plutarchus in Themistocle, ex oda Timocreontis Rhodij, in Themistoclem. οἱ δ᾽ ἄθλιον κ᾽ ἄνχοντο μὴ ὥραν Θεμιστοκλέους γενέσθαι. hæc sunt mendosa. Scribo, μὴ ὥρας vel ὥραν Θεμιστοκλέα παραγενέσθαι, *ne ad anni finem perueniret*: hoc est, vt ante annum vertentem moreretur. Dionysius Halicarnasseus mentem huius locutionis explicat, cùm ita scribit initio libri, de Structura dictionis: ἐκείνην τὴν πραγματείαν εἰς νέωτα πάλιν ὥρας, ταῖς αὐταῖς προσθήσω. igitur ὥρας in hac formula, est annus vertens. Et ὥρας & ὥρασι dictum pro εἰς ὥρας, vt in contraria bene precandi formulâ apud Theocritum, Κ᾽ εἰς ὥρας κ᾽ ἤπειτα φίλ᾽ ἀνθρώπων ἐνὶ καλῶς. Plato epist. 7. μείνε ἐπὶ τούτοις τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον εἰς τὰς ὥρας ἄπιθι. Glossarium, εἰς ὥρας, *ad annum.* Aristophanes Ranis articulum inserens, diuerso sensu accepit, pro *quot annis.* ἣ τὴν πόλιν σώζειν φησ᾽ εἰς τὰς ὥρας. Nunc corruptum istius poëtæ locum emendemus. Scribendum enim, Μὴ ὥρασι δ᾽ ἵκοιθ᾽ ὁ τοὺς θέρμους φαγὼν. nam illa insititia, μετὰ τῶν κακῶν, reliquiæ sunt scholioli, quo loquendi hoc genus explicabatur. Primæ duæ syllabæ vocis ὥρασι coalescunt in spondæum cum præcedente μή, vt apud poëtam, ἢ οὐχ ὁρᾷς. Olim emendebam,

—μὴ ὥρασι δ᾽ ἢ
φεῦ τῶν κακῶν! ἵκοιθ᾽ ὁ τοὺς θέρμους φαγών.

Tertium versum ita scribo, Ἀλλ᾽ οὐκ ἀπεπνίγη κατεφαγών. τίς δ᾽ ὅδε; Sextum indubitanter ita expleo, Ἀπέβαλεν ὀβολὸν ὁ Κλεαίνετος. In priore versu Lycophronis scribo, καὶ δημόκοινος ἐπιχόρηγος non δημόκειτος. θέρμος δημόκοινος, *cicer plebeium.* Persius. *plebeiâ radere betâ.* Alteram lectionem, si cui fortè magis arrideat, exponimus libro sequente. Sed vocem δημόκοινος in Eustathij scimus extare commentariis.

CAPVT XV.

Athenæi mos in describendis poëtarū locis. θερμοκύαμος *grani* ζεῦσις, *vel* ὄνειρος. ἀπυλυκασμὸς, *& similia multa.* φάσηλ, *vel* φήγαλ. δρυπεπεῖς *oliuæ. Aristophanis fabula* Νῆσοι. φαυλίαι *oliuæ*: στεμφυλίδες *oleæ &* γεγιγαρισμέναι. ξυγίνεσθαι δρυπεπεῖς. *scandix olus vile. vocis* ῥαφανίδος *penultima anceps.* πλυτοὶ ῥαφανίδες *&* θαλάσσιαι, *vel* θασίαι.

SOLET Athenæus, quando pluscu-los ex aliquo poëta, versus describit, multa sæpe omittere, quæ ad sententiæ summam nullum momẽtum habeant. Hoc obseruato facile est videre, quomodo concipiendi hi versus Diphili. οὐκ ἔστιν οὐδὲν τέχνιον ἐξωλέστερον τοῦ πορνοβοσκοῦ. καὶ τὴν ὁδὸν πωλεῖν περιπατῶν βούλομαι. In secundo versu prætermissus est alicuius sermo, qui loquẽtem erat interfatus. Obseruandam apud Diphilum vocẽ θερμοκυάμους, admonet breuiator ex Athenæo: σημείωσαι φησὶ τὸ θερμοκυάμους, ἐπεὶ καὶ νῦν οὕτω λέγεται. Eustathius, Δῆλον δὲ ἐκ τῶν παλαιῶν καὶ ὅτι συνθέτως θερμοκύαμοι λέγονται, οἱ καὶ ἀσυνθέτως θέρμοι λεγόμενοι. Theophrasti codd. habent hodie, μόνα οὐ ζωοῦται τῶν σιταδῶν. Athenæus τῶν χεδρόπων, & ita Eustathius. non refert hilum, sic sæpe suis pro Theophrastéis verbis vtitur, vt suprà quodam loco πεπαμένον pro πέπανον. & his similia multa. ζωοῦσθαι granum dicitur, quod ζῶον ἐμφύει, in quo animal innascitur. alibi θηριοῦσθαι dixit Theophrastus, vt in primo de Caussis, cap. 7. οὐ θηριοῦται καθάπερ τὰ σπέρματα τῶν σπερμάτων. Sed quomodo verum erit cicer non ζωοῦσθαι: cum statim sequatur generari in cicere κάμπας? Omnes libri constanter, ὁ δ' ἐρέβινθός φησι μέγας γίνεται διαφθειρόμενος. Dalec. μέλας. Diphili Siphnij dictum est, lupinos abstergendi vim habere, multúmque alere: maximè autem, τοὺς ἐπὶ πλεῖον ἀπογλυκασμένους, hoc est, eos qui aquâ dulci diutius fuerint macerati. Galenus, ἑψόμενος ὁ θέρμος, εἶτα βρεχόμενος ἐν ὕδατι γλυκεῖ μέχρις ἂν ἀποθῆται εἰς αὐτὸ πᾶσαν τὴν σύμφυτον ἀηδίαν, ἐσθίεται. Obseruabit curiosus lector ἀπογλυκασμένους, pro ἀπογεγλυκασμένους. sicut lib. 3. διεγλυπται. pro διαγεγλυπται. & ἀπογλυκασμένος apud Alexidem, vt dicemus libr. 3. cap. 30. sic ἐβλάστηκεν, ἔκτικεν, ἐβούλευκεν, ἐξέπιακεν. & τυρὸς ἐξηγλυμμένος, καὶ ἄλλα μυρία, inquit Eustathius. Libro tertio in Diphili versu εὐπορηκώς: apud Appianum ὑπομεμνηκὼς primo Ἐμφυλ. apud Galenum γαστέρα ὑπερθερμασμένην, libro secundo, de Facul. nat. Eunapius in Libanio vocat λέξεις κατηγλωττισμένας, quas alij glossas, exoticas aut raras voces & interpretationis indigentes. falluntur qui accipiunt aliter. Legi apud Achillem Tatium, vel Tatij F. libr. 1. ἐκπεπλήγμην τὸ κάλλος, in accuratiss. Mss. pro ἐξεπεπλήγμην. sæpe enim in eo tempore τὴν αὔξησιν omittunt scriptores: cuiusmodi sunt in Euangelio πεπιστεύκεισαν, παραδεδώκεισαν. & ἐκβεβλήκει: apud Basilium συγγεγράφατο, συνδέδοτο, & πεπαρῴνηκα. interdum è contrario ἀναδίπλωσιν non necessariam reperias, vt in πεφθάρθαι, & πεφθαρμένος apud Epiphanium: cuius est etiam istud, ψυχὴ παρὰ τὸ πεψύχθαι. Sed hæc ἐν παρέργῳ. In Epicharmi versu de phaselis, edidimus ex Mss. ἀλλ' ὁ Διώνυσος φιλεῖ. videtur excidisse vocula οὐ ante vltimum verbum. φώγειν siue φώζειν est in foco aliquid torrere. Eustathio, εἶδος πυρώσεως: melius quàm vt alij, φρύγεσθαι. nam τὸ φρύγεσθαι proprium iis quæ in sartagine coquuntur. Scripta lectio habet mox. στρίαι, δρυπεπεῖς τ' ἐλάαι. non δρυπετεῖς. Vocem δρυπεπεῖς non semel explicat Eustath. cum accentu in penultima docens scribendam. Ait Athenæus, μνημονεύει τῶν θλαστῶν ἐλαιῶν Ἀριστοφάνης. iuuat cum istis conferre Pollucis verba lib. 6. cap. 9. καὶ θλασταὶ δὲ ἐλαῖαι ἐν Νήσοις ἂν εὕροις Ἀριστοφάνους. Nesas Aristophanis citat Pollux etiam septimo libro, cap. 42. Ille verò Nesas nunquam: sed Νήσους fabulam docuerat. Quare ita corrige cùm in superioribus locis, cum apud Stobæum serm. 54. Meminit huius fabulæ comici scholiastes in Aues. εἶδος, ait, λέγεται, ὁ χορὸς ὥσπερ ἐν τῇ σκηνῇ. καὶ ἐν ταῖς Νήσοις, τοῦτον λέγει: εἰσὶ δὲ πῃ αὐδὶ κατ' αὐτὴν ἣν βλέπεις τὴν ὁδόν. Eam fabulam videtur poëta edidisse, vt insulanorum miserias sub imperio & Episcopis Atheniensium, populo ob oculos poneret. Meminit Pollux lib. 10. cap. 11. Idem lib. 9. ἐγὼ δ' εὗρον, ait, ἐν ταῖς Νήσοις Ἀριστοφάνους, εἰ μὴ ὑποπτεύεται τὸ δρᾶμα ὡς Ἀριστοφάνους οὐ γνήσιον. ita ibi legi debet. Deinde scribit interpres Natalis, πιτυρίδες καλοῦνται αἱ θλασταὶ ἐλάαι. libri nostri omnes cum editis φαυλίαι ἐλ. præter generalem notionem vocis φαῦλος, quæ omnibus rebus conuenit minus bonis: propriè oliuarum quædam species ita dicebatur, ob paruitatem. grammatici, φαῦλος λέγεται καὶ ἐπὶ σμικρότητος. ἔστιν καὶ φαυλία ἐλαία ἡ μικρόκαρπος, ἣ καὶ φαυλία, γινομένη φασὶν ἐκ κοτίνου κοπτέντος καὶ μεταφυτευθέντος. Oleas στεμφυλίδας alij interpretantur nigras, vt noster: alij ἀπυρήνους, quæ nucleum non habent, vt Hesychius. vbi scribe, τὰ πιέσματα, vel ἐκπιέσματα, non πάσματα. Speciem fuisse oliuæ quæ γεργέριμος diceretur, etiã Hesychius adnotat. Quod non caricas solùm, sed etiam genus olearum, ἰσχάδας Attici vocarint, verbo indicat ex Didymo Athenæus: pluribus ex Athenæo Eustathius, vltimo in Odyss. commentario. Teleclidis locum qui inter deprauatissimos retulerit, meo iudicio non errauerit. Interpretes quid sint in illo assecuti, quid non assecuti, esto aliorum iudicium. Nobis videntur pronuntiata hæc in Teleclidis fabula ab aliquo diuite, de misello quodam, diu malè habito, & vt ait Lucilius, fami pleno. Narrabat beatulus iste, se rogatum ab illo ærumnoso, vt vellet ipsi drupparum suarum oliuarum & mazę copiam facere. Lego ξυγγενέσθαι διὰ χρόνου λιπαρεῖ τό με δρυπεπέσιν μάζαις τε· πολὺ γὰρ συνεδείπνει. vel διεσπουδάκει, hoc est, orabat me obnixè, vt sibi per me liceret druppis & mazâ tandem vesci: diu namq; se scãdice tãtum victitasse. ξυγγενέσθαι δρυπεπέσιν, rem habere cum druppis oliuis, pro illis vesci, elegantia est non vulgaris. sic ὁμιλεῖν οἴνῳ vinum bibere. & τῷ οἴνῳ προσιέναι apud Ælianum in tertio Variæ historiæ: item συνεῖναι μαινίδαις, infrà libro septimo ex Pherecrate. Simile etiam illud Aristophanis in Vespis, στεμφύλων ἐς λόγον ἐλθεῖν: & hoc etiam Alexidis, πρᾶγμα δ' ἐστὶ μοι μετὰ φρέατος ὕδωρ ψυχρότερον Λαμπρότερον. de quo libro tertio, cap. 35. Non multò aliter Eupolis, σταγγὸς συγγίνεσθαι, quod exposuimus libro tertio, capite 34. Sic

Latini

Latini, *rem alicui eſſe cum cibo.* Martialis libro 3. *Res tibi cum ſcombro eſt, at mihi cum ſparulo.* διὰ χρόνου valet, *tandem poſt longum tempus.* ὀψινώνιοι ſcribendum προπαροξυτόνως. Euſtathius de hac voce ex Athenæo diſputans, οἱ δὲ δοτικὴν πληθυντικὴν αὐτῷ προφέρουσι προπαροξυτόνως. ὀψινωνίοισι γάρ. Scribimus μάζας τι: vt dicat miſellus iſte, diu factum eſſe cum mazam non guſtauerit. Nam etſi pane vilior maza: tamen & mazâ carebant pauperiores: quos ait comicus in Pluto σιτεῖσθαι ἀντὶ μὲν ἄρτων μαλάχης πτόρθους· ἀντὶ δὲ μάζης, φυλλ' ἰσχνῶν ῥαφανίδων. Scribo denique σὺν δὲ σκανδίκισιν: vel δ' ὁρῶν δὲ σκανδ'. ſignificat enim ſe vitam diu ſuſtẽtaſſe olere: & eo quidem non legitimo, ſed ſcandice: cuius vtilitas ex Ariſtophane & Plinio eſt nota lib. 22. cap. 22. De voce ῥαφανίδες obſeruatu dignum putauit Atheneus, quod nos explicatu non debemus putare indignum. ῥαφανίδες δὲ ἐκτεταμένως καὶ κατὰ συστολὴν λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς. Interpretes exiſtimarunt de prima ſyllaba illum loqui. Athenæus de ſecunda ſentit. Audi Euſtathium, & cum eo ſcribe hunc locũ. ἰστέον, ὅτι ἡ ῥαφανὶς, ὡς ὁ Ἀθηναῖος καὶ αὐτὸ παραδίδωσι, διφορεῖται κατὰ τὴν παραλήγουσαν (dixerat pauló antè, & breuem & longam reperiri in ea voce penultimam) καὶ ἐκτείνει μὲν φασι τὴν λέγουσαν Ἀττικοὺς παρὰ Κρατίνῳ ἐν τῷ, Ταῖς ῥαφανῖσι δ' αὐτοῖς δ' ἄλλαις ὦ λαχάνοις. (vel τοῖς δ' ἄλλοισι λαχάνοις ὦ, eſt integer heroicus: quales interdum etiam comici vſurpant.) συστέλλεται δὲ παρὰ Εὐπόλιδι ἐν τῷ, ῥαφανῖδες ἄπλυτοι. Cratini verſus integer eſt anapæſticus trimeter. In verſu Eupolidis τὸ ἄπλυτοι iũgendum eſſe cum ῥαφανῖδες, non ſine cauſſa dixit Athenæus. Heſychius, ἄπλυτοι ῥαφανῖδες, οὕτως εἶπεν, καὶ αἱ πιτάμιαι, ἃς δὲ θαλασσίας τινὲς ἔλεγον. videtur is grammaticus hunc ipſum Eupolidis locum reſpexiſſe. quod ſi verum eſt, dubitari non poteſt, ſcribendum eſſe, καὶ αἱ σητάνιαι, confer cum iſto Athenæi loco diligẽter. ſimul obſerua quas vocat Heſychius θαλασσίας ῥαφανῖδας, dici in noſtris Athenæi codd. θασίας. corruptis ſine dubio aut huius, aut illius exemplaribus. ab Heſychianis ſtant aliquo modo Theophraſtéa, in queis λαθαλασσία dicitur ſemper quæ λαοθασία in Athenæo.

CAPVT XVI.

Ignis inter cibos. πύος *veteris comœdiæ choragium tenue.* σκευὴ *hominis ruſtici.* διαμασχαλίζειν. σχελὶς & σκελίς. πιτυίδες, κῶνοι, πυρῆνες. *Mneſithei libri* περὶ ἐδεστῶν. Ἀπύρηνα ἀκρόδρυα, ἀπύρηνος ἰχθύς. *Nucleus,* ᾠὸν, ὤϊον, ὤεον & ὤβεον. *Digamma inter duas vocales. Mulieres* σελινίτιδες. Μηλιόνη, & Μηλιόνης. λύχνιππος. χνάειν. *Ouorum parandorũ multiplex ratio apud veteres.*

QVANTVM licet coniicere, videtur Callias argumento tenuis illius & ἀπερίττου τροφῆς, cuius in antiquiſſimis comœdiis erat mentio, antiquitatem eius generis poëſeos probatum iſſe. Ait enim auctor, περὶ γὰρ τῆς ἀρχαιότητος τῆς κωμῳδίας δεικνὺς, φησιν, ἦν τὸ πῦρ, γογγυλίδες, ῥάφανοι, ὀρφνίνας, ἐλατῆρες. Ignem, vt vides, inter cibos recenſet, quem Euenus τῶν ἡδυσμάτων τὸ ἄριστον, & condimentorum optimum appellabat, alij Prodico, id dictum attribuunt, vt Plutarchus in Præceptis ſanitatis. Alibi dicebamus ignẽ apud veteres habitum eſſe ψυχίας σημαντικόν. tamen iſta non adducunt me, vt rectè πῦρ iſto loco ſcribi credam. πύος fortean, aut tale quid poëta ſcripſerat. πύος eſt lac illud quod Latini *coloſtrum* vocant. πυρὸν quoque inter ἐδεσμάτα iure poſuerit. Ephippus comicus etiam inter τραγήματα, χόνδρον, πυρὸν, μέλι. Poteſt etiam Calliæ locus intelligi de more φυλλοβολίας antiquiſſimo apud Græcos: de quo multa diximus, non aliena fortaſſe ab hoc loco, in ſextum librum Tranquilli. Naſcentis comœdiæ rudimentum, primorumque hiſtrionum tenue choragium deſcribit Ariſtophanes hiſce verbis. ὁ χορὸς δ' ὠρχεῖτ' ἂν ἐναψάμενος δάπιδας καὶ στρωματόδεσμα. διαμασχαλίσας αὑτὸν χελίσι, καὶ φύσκαις, καὶ ῥαφανίσιν. Hæc eſt σκευὴ hominis ruſtici in priſca comœdia. διαμασχαλίσας valet, *ſuffarcinatus.* χελίσι Mſs. vulgò σκελίσι. quod idem eſſe, auctor Heſychius. Non diſſimilis hominis ruſtici character apud Theophraſtum, ὃς τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παριὼν κομίζεσθαι παρ' Ἀρχίου τοὺς ταρίχους. Mneſitheus medicus Athenienſis, ὀστρακίδας appellabat in libris ſuis περὶ ἐδεστῶν, (huius operis idem argumẽtum fuit, atq; librorũ Galeni de facultatibus alimentorum: vbi etiam Mneſithei facit mentionem) τῶν κώνων τοὺς πυρῆνας, ἔτι δὲ κώνους, id eſt, *ſtrobilorum nucleos, quos etiam vocabat* κώνους. Si originem ſpectes, ὀστρακίδας, q. d. *teſtulas,* eleganter appellauerit opercula illa ſub quibus in ſtrobilo latẽt ſingulæ πιτυίδες ſiue nuclei. at Mneſitheus, vt obſeruat auctor, ipſos nucleos ſic vocabat, ἔτι δὲ κώνους, hoc eſt, vt nos interpretamur, eoſdem nucleos vocabat κώνους. apud Theophraſtum alióſque, conus eſt ipſum pomum, intra quod αἱ πιτυίδες continentur: interdum arboris nomen eſt, vt in lib. 7. Pauli Æginetæ. Dalecampij ſententia foret vera, ſi eſſet ſcriptum, ἔτι δὲ τοὺς κώνους. Porrò variis nominibus appellatum fuiſſe antiquis Græciæ ſcriptoribus illud in ſtrobilo quo veſcuntur, doctè nec ſuperfluè hic adnotatur ab Athenæo, qui Hippocratis, Galeni & aliorum id genus ſcripta amant, habebunt, ſcio, gratiam. Quod ait, οἱ πολλοὶ δὲ πυρῆνας, veriſſimum eſt: nam apud Galenũ & cæteros medicos πυρὴν στροβίλου eſt illud quod edimus è ſtrobilo. hunc vſum vocis πυρὴν probat eſſe antiquum, allato Herodoti loco. Verba illius, quia minùs rectè leguntur hic, apponam: καρπὸν δὲ φορέει κυάμῳ ἴσον, πυρῆνα δ' ἔχει. τοῦτο ἐπὰν γένηται πέπον, σακκέουσιν ἱματίοισι. ἀπορρέει δ' ἀπ' αὐτοῦ παχὺ καὶ μέλαν. de nuce auellana loquitur Herodotus, non de ſtrobilo. Ideo fruſtra allata eius verba putant docti: qui non animaduertunt ab hypotheſi ad theſin tranſiſſe Athenæum: & illud in genere demon

demõstrare, πυρῆνα Græcis id quoque dici quod in nuce aut strobilo, aut alio quo sit esui aptum. Vsitatiore significatione πυρὴν in oliua, maloq; punico nucleus ligneus dici solet, in vua τὸ γίγαρτον Inde appellantur ἀπύρηνα, quæ huiusmodi osse carent: & per translationem in his libris anguilla siue lampetra dicitur ἀπύρην@ ἰχθὺς: vocante auctore πυρῆνα, τὴν ὀστώδη ἰχθυηρὰν ἄκανθαν, inquit Eustathius. Simillimum apud Latinos in voce *nucleus* potest obseruari. In Herodoto planissima esset lectio, ἔτι ἐμαυτὸν ... πιέσων. Athenæum puto ita scripsisse: neque id temere, ὥστε ἐμαυτὸν πιέσω. Ouum Græci vulgò ᾠὸν, Sappho & Iones quidam, ὤιον, Dores nonnulli ὦεον, Argiui ὤβιον, si Hesychio credimus. Æoles more suo inter duas vocales digamma illud suum inserebant, vt in similibus omnibus. imitati sunt Latini, vt in plerisq; aliis, *ouum, ouis, æuum, scæuus.* τὰ καλούμενα ὑπερῷα superiores sunt ædium partes, Latinis *cœnacula.* non autem *tabulæ* aut *contignationes.* σεληνίτιδες γυναῖκες, vanissimum commentum illorum sunt hominum, qui Lunam inhabitari à mortalibus putarunt: cuius delirij Plutarchus meminit in Commentario de Facie quæ apparet in orbe Lunæ. Ibycus poëta Herculem intellexit, cùm caneret, τούς τε λευκίππους κόρους τέκνα Μολιόνας Κτανόντα. is est qui occidit Alectoridas Molionas, siue Molionæ filios. potest scribi vel Μολιόνας, *Molionæ*: vel Μολίονας, *Moliones.* nam & Moliona horum mater, & ipsi Moliones poëtis dicti pro Μολιονίδαι, vide Iliad. λ. rectè etiam λευκίππους, non λωχίππους, consule Eustathium. Erat scriptum, πάντα ταῦτ' ἐχ... &c. fecimus ἐχράνομεν. Eustathius, ἔστι καὶ ἑτέρα ... παραγωγή τις ... τοῦ χραίνειν, ὃ ἐστι λιχνεύειν ... ὃ καὶ ὁ Ἀ... μέμνηται. οἷον, πάντα ταῦτ' ἐχράνομεν. plura ille de hoc verbo: quæ legant tirones, vt de interpretatione Dalecamp. ferant iudicium. Ouorum sorbilium ex Nicomacho poëta meminit Athenæus. Medicinæ auctores Græci, Latini, Arabes cum istorum passim mentionem faciunt, cum etiam τρομητῶν, (*tremula* ... dicit Latinis) ἑφθῶν, ἐξεφθῶν, ... & πνικτῶν, quorum & Theophrastus in libro de Igne meminit. item ἁπαλῶν, quæ Cœlius Aurelianus ... nominat. Leges etiam *oua assata*, apud eundem. πνικτὰ legi apud Aëtium: sed πνικτὰ videtur scripsisse auctor. Simeo Sethi etiam τῶν ... αὐγοκαλικῶν: nisi menda est in codice: eidem ... dici inuenio, quæ in aqua calida coquuntur. ῥυφὰ oua nominat Moschion ... γυναικείων capite 126. Sorbilia penè cruda sorbebant, & vt loquitur Dioscorides, ὠμὰ ἢ ... Scripsimus διὰ ἡμίτομα paulo antè ex Alexide, Latinis *secta oua.* Martialis, *Secta coronabunt rutatos oua lacertos.* Alexidis locum obscurè ibi indicatum reperies pag. 60. Leges & ... oua, *muria conditæ*: non piscium, opinor, tantùm, sed etiam carnium: teste Platone in Symposio.

CAPVT XVII.

Disputatur de vocis πρόπομα significatione: & cibis qui in gustatione solitis apponi.

SATIS compertum est, nõ alium ordinem seruatum ab Athenæo in explicandis generibus ciborum, quam quo solita ad architriclinis fercula disponi in beatorum cœnis. Quod initio Epitomes dicebat illius auctor, texturam sermonum istorum esse μίμημα τῆς τοῦ δείπνου πολυτελείας, verissimum est. Hoc ipsum significare voluit, cùm scriberet isto loco, πρόπομα τούτου φησὶ περιενεχθέντ@ ὁ τῶν δείπνων ταμίας, Οὐλπιανὸς ἔφη, εἰ κεῖται παρά τινι τὸ πρόπομα οὕτω καλούμενον, ὡς νῦν ἡμεῖς φαμέν. quorum hæc est sententia, *Cœnarum istarum promus condus*, Athenæus, *ait, cùm circumferretur gustatio, quæsiisse Vlpianum, an legeretur apud scriptorem vllum vox πρόπομα, eá qua nobis hodie vsurpatur notione.* ὁ τῶν δείπνων ταμίας est auctor horum conuiuialium sermonum: Athenæus inquam. Sunt autem verba Breuiatoris, quæ aliter accipiens Dalec. ad Vlpianum retulit, & scripsit τιμητής: vertit enim, *cœnarum censor.* quàm multa quàm paucis verbis peccat vir optimus? Cæterùm vt propositæ ab Vlpiano quæstioni satisfaciamus, ita censemus respondendum. Πρόπομα-τ@ nomen bifariam accipi solitum, pro varietate & temporum & morum. Propriâ & antiquiore significatione πρόπομα appellatum est, potio omnium prima, & ante omnem cibum haustæ. Ita fuit aliquando moris: de quo scribit Plinius libro 14. cap. 22. *Tiberio Claudio principe, ante hos annos 40. institutum, vt ieiuni biberent, potúsque vini antecederet cibos: externis & hoc artibus, ac medicorum placitis, nouitate aliquâ sese commendantium.* Clarum ex his, ante Tib. Claudium Romanis nondum fuisse moris cœnas à potu inchoare: cepisse id fieri eodem tempore etiam apud Græcos, cùm esset prius inusitata atque inaudita res, scimus ex Plutarchi Symposiacis libr. 8. cap. 9. Quare apud vetustiores rerum & morum Græciæ scriptores πρόπομα vox legi non potest, cum esset is mos planè incognitus: rerum enim quàm verborum origo anterior. Sed in Plinij verbis ista nobis sunt notanda, *externis & hoc artibus*: nam aliis gentibus inoleuisse eam consuetudinem significat. inter has fuère Bithyni, delicata gens, & multiplicis luxûs magistra, quod ex historia scimus. De his scribens Plutarchus, vt refert Athenæus, & moris istius meminit, & vocem πρόπομα, vel primus, vel inter primos vsurpauit. Macedonibus quoque non incognitum fuisse iam olim hunc morem, ex Hippolochi narratione, quam habes lib. 4. initio, facimus cõiecturã. Carani enim lautissimas epulas describens, omnium primum hoc ait, singulis conuiuis, statim postquam accubuerant, phialam esse datam quam illi siccauerint. Propterea scribitur libro tertio, vbi multa de gustationibus

non

non procul à fine, Μακεδὼν ὥς φησιν Ἔφιππος ὁ Ὀλύνθιος, ἐν ᾗ ἐπίσταντο πίνειν ἐντάκτως, ἀλλ' εὐθέως ἐχρῶντο μεγάλαις προπόσεσι. Reperio etiam inter Græcos προπομάτων aliquod vestigium. Nam libro quarto narrat auctor, apud Lacedæmonium Cleomenem hunc fuisse conuiuij ordinem, vt vini cyathus ante cœnam cuique porrigeretur. Hæc prima & propria notio propositæ ad explicandum vocis πρόπομα: neque aliter illâ medici Græci vnquam vtuntur, quam vt certa potionũ genera significent, quibus ante legitimas epulas vtebátur. Sic & Plutarchus accipit, De caussis nouorum morborum ita disputans, μέγα δὲ καὶ τὸ τῶν καλουμένων προπομάτων. οὐδὲ γὰρ ὕδωρ οἱ παλαιοὶ πρὶν ἐντραγεῖν ἔπινον. οἱ δὲ νῦν ἄσιτοι προμεθυσθέντες, ἅπτονται τῆς τροφῆς διαβρόχῳ τῷ σώματι καὶ ζέοντι, λεπτὰ καὶ τομὰ καὶ ὀξέα προσφέροντες, ἐπίκαυμα τῆς ὀρέξεως, εἶθ' οὕτως ἐμφορούμενοι τῶν ἄλλων. His verbis Plutarchus in tria distinguit sui temporis cœnas: προπόματα præcedunt: sequuntur τὰ λεπτὰ καὶ τομὰ, *qualia lentum peruellunt stomachum.* deinde cætera omnia. quæ secundo loco posuit, eæ sunt quæ ψυχραὶ τράπεζαι teste eodem, vocabantur, Ostrea erant, echini, cruda olera, aut ex oleo & garo, & his similia, de quibus etiam Galenus libro secundo, Περὶ τροφῶν δυν. capite de Sycaminis & moris. Athenæi seculum, quod apparet ex his illius verbis, ἦν δὲ τῶν ἐν τοῖς προπόμασι παρασκευαζομένων ἄλλα τε, καὶ δὴ καὶ ταῦτα, & similibus aliis locis non paucis, προπομάτων appellatione vtraque est complexum, quæ κυρίως προπόματα, & quas frigidas mensas prior ætas dicebat. Latini etiam *antecænij, gustationis,* vel *gustus,* aut *promulsidis* vocibus, & propomata, & τὰς ψυχρὰς τραπέζας intellexerunt. Quorum ciborum essent gustationes, totis deinceps libris secundo & tertio exponit Athenæus. qui libro tertio, circumlocutione vsus propomata hæc vocauit, τὰς ἐθισμένας προπαρατίθεσθαι περιφοράς. vt dicemus libri illius, cap. 34. Ad enumerationem τῆς ὕλης τῶν προπομάτων accingit se, cum ait, ἦν δὲ τῶν ἐν τοῖς προπόμασι φησὶ παρασκευαζομένων ἄλλα τε, καὶ δὴ καὶ ταῦτα. quæ ita debebant verti: *Athenæus ait, interea quæ ad gustationes parabantur, cùm alia, tum ista fuisse.* Enumerationem suam orditur à malua: cuius etiam Galenus eo quem diximus loco mentionem facit. Simile album in descriptione cœnæ Metelli antiquissimi pontificis, apud Macrobium: cuius verba adtexam vtiliter, vt cum Athenæi catalogo studiosus lector possit componere. Sic igitur ille, libro tertio, *Cœna,* inquit, *hæc fuit: Ante cœnam, echinos, ostreas crudas quantum vellent: peloridas, spondylos, turdum, asparagos, subtus gallinam altilem, patinam ostrearum peloridũ, balanos nigros, balanos albos, iterum spondylos, glycymeridas,* (ostreorum hoc genus, vt chamæ. vide Plinium.) *vrticas, ficedulas, lumbos aprugnos, altilia ex farina inuoluta, murices & purpuras.* In Satyrico Petroniano gustationis laterculum est huiusmodi: *oliuæ, glires, melle & papauere sparsi, tomacula, Syriaca pruna grana punici mali.* Martialis in epigrammate ad Iulium Cerealem.

Prima tibi dabitur ventri lactuca mouendo
Vtilis, & porris fila resecta suis.
Mox vetus & tenui maior cordila lacerto:
Sed quam cum ruta frondibus oua tegant.
Altera non deerunt tenui versata fauilla:
Et Velabrensi massa recocta foco.
Et quæ Picenis senserunt frigus oliuæ,
Hæc satis in gustu.

Isidorus Originum libro 17. *Contra venena radices, nuces, lupini, citrium, apium prosunt: sed contra futurum, non contra acceptum venenum. Vnde & apud veteres ante alias epulas, hæc solebant mensis apponere.* Sunt autem hæc verba non Isidori, sed Seruij, in II. Georgicor. vt postea obseruaui. Pleraque eorum quæ superioribus laterculis sunt commemorata, inter bellaria facilè inueniant locum: ideò venustè Plutarchus seriem hanc & ἀκολουθίαν τῶν δείπνων, vt loquitur Athenæus, μετακόσμησιν appellat, & traductionem ἀπ' ὄψων ἐπὶ σόμα: quod etiam in sequentibus conuiuator noster declarabit.

CAPVT XVIII.

μαλάχη & μολόχη. maluæ semen: πλακοῦς. κρηπὶς in operibus pistorum. baltheus. Alimus *veterum.* σικυωνία, cucurbita. Indicæ *cucurbitæ:* ἀρτυτὰ: κάπηθοι. *Philosophi comicis irrisi.* κνίσσα. & τροφὴ ἀκνισος. *Ciborum apparatus μετὰ κνίσσης & ἄνευ κνίσσης. Patina ὀρξῶν ἰζουσα. πόλος, caluum. ὠῶν ἡμίτομα. alia quædam.*

NISI alienum locum ista occupant, τοῦτο ἀπτικῶς, in iis quæ de malua scribit Athen. μαλάχη dixerunt Attici, non μολόχη. ita sentit & prior interpres: posterior quam rationem suæ sententiæ & emendatæ scripturæ habuerit, scire non laboro. In Epicharmi acroteleutio πρόπος legit Eustathius: sed illius codices & mutili sunt hac & parte emendandi, primo in Odysseam commentario. Maluæ σπερματικὸν τύπον appellauit Phanias, quod Plinius *semen,* Dioscorides τὸν καρπὸν: alij *placentam* ait Phanias. Hesychius quoque, πλακοῦς ὁ σπερματικὸς τύπος τῆς ἡμερίας μαλάχης. caussam huius appellationis explicat, quòd orbiculus ille pectinatim sit incisus, vt solent incidi placentarum crepidines, τὸ γὰρ κτενῶδες ἀνὰ λόγον καθάπερ ἡ τοῦ πλακοῦντος κρηπίς. Etiam hodie pleraque eorum operum quæ pistores & dulciarij faciunt, limbo denticulato instar pepli aut cymatij ornari solent. κρηπὶς eleganter ea lorica dicitur cum suo ornamento. Cato *balteum* nominat sæpius. Sed videtur hæc crepido, ceu emblema, operi iam absoluto fuisse adiecta: aut vt melius dicam, opus perfectum in ipsam fuisse iniectum. Scribitur enim libro decimoquarto, in descriptione cuiusdam placentæ, πέμμα ἄρτος πιλητὸς καὶ σύμμικτος,

ὅμοιος

ὀνομαζομένοις ταῖς λεγομέναις κρηπῖσιν, εἰς ἃς ἐντίθενται τὰ διὰ τοῦ πυρὸς σκευαζόμενα πλακούντια. Hesychius non substernit, sed imponit crepidinem placentis. κρηπὶς, ait, λέγεται καὶ τὸ ἐπίθεμα τῶν ἐγχύτων πλακούντων. reperio & apud Suidam crepidinis huiusce mentionem in voce διακόνιον. Polluci κρηπὶς, proprium placentæ genus, descriptum ipsi libro 6. cap. 11. Maluam sylvestrem præfert Diphilus hortensi: Dioscoridis iudicio, hortensis est ἐδωδιμωτέρα μᾶλλον τῆς χερσαίας. Ex Hermippo refert dipnosophista, vetustissimos homines cùm celebertimam illam alimum componerent, indidisse etiam maluam. Ἄλιμον intellige σύνθεσιν: remedium quoddam id fuit contra famem & sitim: vnde nomen vtrumque ἀλίμου & ἀδίψου Sapientes illos priscos hoc pharmaco vsos legimus pro cibo & potu. de alimo multi: locus autem Hermippi est sumptus ex illius libr. de Septem sapientibus. Proclus in Hesiodéum versum, οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. ἴσως, inquit, καὶ ἀφ' ἱστορίας τοῦτο λέγει. Ἕρμιππος γὰρ ἐν τῷ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ τῆς ἀλίμου λέγει. μέμνηται δὲ τῆς ἀλίμου καὶ Ἡρόδοτος (malim, Ἡρόδωρος) ἐν τῷ πέμπτῳ τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου. καὶ Πλάτων ἐν γ. τῶν Νόμων, Ἐπιμενίδην φησὶ μικρόν τι ἐδεσμάτιον προσφερόμενον, ὅθεν διατελεῖν τὴν ἡμέραν. ἦν δ' ἐξ ἀσφοδέλου καὶ μαλάχης. ὅπερ αὐτὸν ἄλιμον καὶ ἄδιψον ἐποίει. Aliam compositionē alimi refert Tzetzes: cuius loco petulantiam in Proclum nemo mentis compos æquo ferat animo. Mirum verò quare dicatur mox, Megalopolitas appellasse cucurbitam σικυωνίαν. nam ea vox non Megalopolitarum Arcadum propria, sed multorum Græciæ populorum communis fuit. Hesychius, σικυωνία, κολοκύντη. Hippocrates quoque non semel σικυώνην appellat τὴν κολοκυνθίδα, interpretibus Galeno & Erotiano. Proxima verba faciunt mihi negotium. Θεόφραστος δὲ τῶν κολοκυντῶν οὐκ εἶναι φησὶν ἓν μέρος ἰδέας. ipsum primò loquendi genus suspicionem mouet, οὐκ εἶναι ἓν μέρος ἰδέας: quomodo putem vix locutum Theophrastum. sententia deinde manifesto falsa: nam plures esse cucurbitæ species disertè negat philosophus. Σικύου, ait, καὶ κολοκύντης, τοῦ μὲν εἶναί φασι γένη, τῆς δὲ οὐκ εἶναι, καθάπερ τῆς ῥαφανίδος καὶ τῆς γογγυλίδος. ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ γένει τὰς μὲν βελτίους, τὰς δὲ χείρους. Athenæi fortassis etiam hic memoriam licet accusare; aut librariorum perfidiam: nisi credere malumus attentionem illi defuisse qui hæc excerpebat. Legi malim, ἄχρι δὲ τοῦ νῦν λέγεσθαι παρὰ Κνιδίοις τὰς κολοκύντας σικύας ἰνδικάς. vel sic potiùs, τινὰς κολοκύντας ἰνδικάς. nam sine distinctione omnes cucurbitas fuisse dictas Cnidiis Indicas, falsum censeo. tamen vt ista lectio sonat, Cnidiis ἰνδικὰ tantundem valuit atque κολοκύντη. Cucurbita ἀρτυτὴ condiebatur hyssopo, origano, aliisque herbis condimentariis Aëtius libro primo χαίρει δὲ εἰκότως ὀριγάνῳ ἀρτυμένη, διὰ τὴν ἐν αὐτῇ ὑδατώδη ποιότητα. *Sessilem* cucurbitam Dalecamp. vocauit, quæ in prioribus editionibus πέπανδος. Nos fecimus ex scriptis manu πεκρατωτέρα ἢ κάτεφθος, vel vt est in aliis κάθεφθος, subscribēte etiam Natalis codice. κάτεφθος, vt ἄπεφθος, *valde cocta* vel *elixa*. paulo post, δεῖ δὲ αὐτὰ λαμβάνειν ἑφθὰ μᾶλλον. Hermippi versum ita potiùs scribam: τὴν κεφαλὴν ὅσην ἔχει; ὅσον κολοκύντη. *quàm magnum caput habet? quanta est cucurbita.* non ὅσον κολ. *quantum habet cucurbita caput.* Comicos Atticos nihil fecisse libentiùs quàm vt philosophorum disciplinas & institutionem in scena traducerent, & populo ridendam propinarent, ex Aristophanis dramatibus, Diogenis Laërtij historia, & hisce commentariis nemo ignorat. Athenæus hoc loco Epicratis plusculos versus descripsit, quibus Platonis schola ridetur salsissimè. Inducebatur medicus quidam Siculus discipulis Platonis oppedens, subtilibus atque vt existimabat, inanibus illorum disputationibus & diuisionibus offensus: frendunt iuuenes dentibus, & tantam contumeliam parant vlcisci, fecissēntque adeò, nisi eorum motus auctoritas præsentis magistri compescuisset. Ait poëta. τὸ γὰρ ἐν λέσχαις τοιαῦτα ταῦτα ποιεῖν, Εὐπρεπῶς· οὐδ' ἐμέλησε τοῖς μειρακίοις. posterior versus corrigendus omnino est. Scribe, Ἀπρεπῶς· οὐδ' ἠμέλησε τ. ingentem iram concepisse adolescentes indicat illo versu,

δεινῶς ὠργίσθησαν, χλευάζεσθαί τ' ἐβόησαν. ergo illi factum medici iudicarunt, sicut erat, ἀπρεπές & οὐκ ἠμέλησαν αὐτοῖς, non neglexerunt factam sibi iniuriam. Locum integrum ita concipiebat ὁ μακαρίτης Scaliger. τὸ γὰρ ἐν λέσχαις τοιαῦτα (vel τοιάδε) ποιεῖν ἀπρεπές, οὐδ' ἠμέλησαν τοῖς μειρακίοις. οἱ δ' αὖ δεινῶς ὠργίσθησαν χλευάζεσθαι τ' ἐβόησαν. Sequitur, Ἄλεξις ὁ χαρίεις πρόπομα ὅλον παρατίθεται τοῖς διακρίνειν δυναμένοις: hoc est, *Alexis integram gustationem lectoribus apponit, si quis cum iudicio sequentes illius versus legat.* πρόπομα ὅλον, *genera omnia ciborum qui in gustu soliti apponi*: de hoc satis capite superiore. In versu primo Alexidis, οὗ τὸ πρᾶγμ' ἐβούλετο, *quò res postulabat: quò me accedere mea intererat.* In secundo. τὴν πρὸς τραπέζαν οὐκ ἔχων. scribe τὶς πρ. Versu quarto, appositum sibi negat quicquam eorum quæ nidoris plus exhalent, quam habeant suauitatis: οὐδὲ παρέχουσαι κνίσαν ἡμῖν πλείονα. Παροψίδες ἢ λῆρος, videlicet παρετέθη. videtur pro parum lautis epulis habere illas, quæ constent cibis vnde multus erumpat nidor. contrà apud Plut. in Sympoliacis, & libro ὑγιειν. παραγγ. τροφὴ ἄκνισσος, est victus simplex ac tenuis, ac frugi hominum. Quis nescit κνῖσαν & nidorem cœnam opiparam semper indicare? Hoc quidem verissimum est: sed de gustationis cibis poëta loquitur, cui non pinguia adeò & nidorosa conueniunt; verum tenues cibi & non tam alere apti quam famem irritare. Plut. vocabat τὰ λιτὰ καὶ τομά. Duplex fut apud veteres parandi cibos modus: alterum simplicem vocabant, & ἄνευ κνίσης: alterum μετὰ κνίσης. Simplicem modum coquendi atque etiam assandi carnes describit Galen his verbis, eo cōmentariolo quē scripsit in gratiam

ἀπλύντῳ pueri. ἔστι δ' ὅτι καὶ τῶν λαγανῶν ἁπάντων ἠρτυμένων ἁπλῶς ἢ ὀπτημένων, ἄνευ κνίσσης. τὸ δ' ἁπλοῦν ἐστι δι' ὕδατος ἄνθον ἔχοντος ἥδυσμα καὶ πράσον, ἐλαιόν τε καὶ ἅλας. ὡς δ' ἄνευ κνίσσης ἐντυθεὶν κρέας καλῶς, τὸν παρ' ἡμῖν ἐθνικῶς κλίβανον. In sexto scribe, ὑπερηφάνως ὄζοσι τῶν σιρῶν λοπὰς, non ὑπερήφανος. Eustathius, τὸ δὲ ὄζουσι ὡρῶν, παρατετποιεῖσθαι δοκεῖ ἐκ τοῦ Θεοκρίτου· ὃς πλυθῆναι τι ἔφη πρὸς κράναις σιρᾶν, ἤγουν πρὸς ταῖς κρήναις αὐτῶν τῶν ὡρῶν. ἃς κάλλος ἐστὶ νοεῖν. σημαίνων ἐκεῖνος οὕτως τὸ καλῶς πλυθῆν. Horæ pulchritudinis Deæ præsides habebantur. illis tribuebant quicquid in suo genere pulcherrimum esse volebant intelligi. Cum ait in septimo, τὸ τοῦ πόλου τοῦ παντὸς ἡμισφαίριον, polum appellat non quod Astrologi, sed ipsum cœlum. Plato in Epinomide pro orbe accepit, ἐν ᾧ χρόνῳ διεξέρχεται τὸν αὑτοῦ πόλον, suum percurrat polum. In decimo ait, ὑπέφαινον ᾠὸν ἡμίτομον τοὺς ἀστέρας. dimidiata oua speciem stellatam præferebant. editum erat, ὑπ. ᾠὸν, ἡμίτομον. fecimus ᾠὸν ἡμίτομον ex Mss. quanquam alij cod. meliùs, seruatâ eadem sententiâ, ᾠῶν ἡμίτομα. Athenæus paulò antè, ἄλιξις ἡμίτομα πω ᾠῶν λέγει. Eleganter illud in vltimo versu, ὀρύτλων ἀποδέδειχα κόσκινον: sic apud Lucianum ἐσθῆς κοσκινηδὸν τετρυπημένη. Æschylus paulò aliter, τέτρωται δικτύου πλέον λέγειν.

CAPVT XIX.

Aristias comicus. ὀρίχθειν. Aristotelis liber de prouerbiis. Cephisodotus Isocrateus obtrectator Aristotelis. Antiphanis fabula Παροιμίαι. *fungi γηγενεῖς: item artificio producti. Fungi ad fici radices. Eclogarij querela de corruptis Athenæi codicibus. Amanitæ fungi. ἐφρύνην, vel ἀφρύνην. Mortui ex fungorum esu. Nota venenatorum fungorum. πέζις. discrimen pezitarum & fungorum. Theophrastus illustratur.*

DIPNOSOPHISTÆ verba, MYKAI. Ἀριστίας, Μύκαισι δ' ὀρίχθει τὸ λάινον πέδον. FVNGI. *Aristias: fungis* illitis, *resonabat lapideum solum.* Aristias ille dramatum poëta parum mihi cognitus; libr. II. Aretias quidam nominatur, qui non est, opinor, alius: sed de illo loco ibi viderimus. Ἀριστίας hic etiam Eustathius agnoscit. Non placet illorum coniectura, qui emendant hîc ὀρίγει, & τὸ λαμπρὸν παιδίον. verum est ὀρίχθει, & λάινον πέδον, vt in omnibus libris, vel δάπεδον, vt apud Eustathium Ἰλιάδ. ρ. constabit senarius, si scribas ὠρίχθει. id verbum de sono rei in solum proiectæ dici norunt eruditi. Cephisodotus Isocratis discipulus in iis libris quos contra Aristotelem scripserat, ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς οὐ ποιήσαντι λόγου ἄξιον, τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι, *obtrectat philosopho quasi operæ pretium non fecerit cum prouerbia collegit.* In Aristoteléorum librorum indice reperies apud Diogenem, Παροιμίαι α. præterea ex Græcorum pæremiographorum & scholiastarum scriptis, constat liquidò eius argumenti librum sub Aristotelis nomine in studiosorum manibus olim esse versatum. Eâ operâ summum virum bene esse meritum de studiis literarum, quis tam impudens qui neget? tamen reperti sunt, vt hinc discimus, vitiligatores, homines non nauci, qui eum philosophi laborem seciùs interpretarentur. tantum potuit in horum animis æmulatio & ἔρις οὐκ ἀγαθή. Notum Aristotelis dictum, αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ἰσοκράτη δ' ἐᾶν λέγειν. hinc illæ Cephisodoti Isocratis discipuli lachrymæ. Antiphanis versus scribendi sic, Ἐγὼ γὰρ ἂν τῶν ὑμετέρων φάγοιμί τι, Μύκητας ὑμᾶς ἂν φαγεῖν ἐμοὶ δοκῶ, Καὶ στρυφνὰ μῆλα, κἂν ἀποπνίγοι βρῶμά τι. Eam fabulam Antiphanis, nostri codd. παροιμίαν inscribunt. in Mss. meliùs Παροιμίαι. Quòd ait nasci fungos γηγενεῖς, intellige, sponte & nullâ culturâ, sed αὐτομάτους, sicut loquitur Florentinus. & Athenæus quoque mox, τὰ ὕδνα γίνεσθαι αὐτόματα ἀπὸ γῆς· ridicula alioquin videatur obseruatio: cùm omnia quæ terrâ nascuntur, γηγενῆ possint dici. Sed & artificio prouenire fungos nemo nescit; vt ex decocto fungorum in terram proiecto: aut si resectâ populo iuxta truncum, aquam sparseris, in qua fermentum dissolueris; populeos istos vocant, de quibus in Geoponicis lib. XII. cap. vltimo. mitto alia similia inuenta. In versu Nicandri de noxa fungorum, σύγκολλα scribunt docti, pro σύκολλα, quod nihil significat. etiam Galenus fungis naturam tribuit παχυτέραν καὶ γλισχροτέραν. Quæ fuerit doctissimi illius poëtæ sententia de fungis ad fici radices natis, declarant qui sequuntur versus. Plinius videtur illos optimos pronunciare. *Fungis*, inquit, *aberit veneni argumentum, quo similior fuerit arborum fici.* Nicander saltem innoxios, —συκέης ὁπότε στελεχος βαθὺ κόπρῳ Καγκρύψαις, ὕδασί τε ποσί τ' ἀενάοισι ποτίζοις, φύονται πυθμένεσσιν ἀκήριοι. *si arboris fici truncum obruas letamine, & aquâ riges, fungi ad radices nascentur innoxij.* Sequentia verba contrarium dicere videntur: ἢν σὺ μύκητα Θρεπτικὰ μήτι χαμαιζήλης ἀπὸ ῥίζης προτάμοιο. videntur, inquam: nam iis mendis hæc sunt obsita, vt de sententia parum liqueat nobis. quid mirum? ipse horum Excerptorum descriptor, vitium suorum codicum non dissimulat, cæteros versus ideò sibi omissos fatens, quòd legere non potuerit. τὰ ἄλλα, inquit, οὐκ ἦν ἀναγνῶναι. Similes querelas de corruptis iam tum Athenæi codicibus, in integra quam habemus Epitoma, multas inuenimus. Cæterùm aliud sensisse Nicandrum docent nos codices meliores, ex quorum fide scribimus, —ἢν σὺ μύκητα Θρεπτὸν μήτι χαμηλὸν ἀπαὶ ῥίζης προτάμοιο. Eos solos fungos pronunciat innoxios, qui in aggesto fimo propiùs truncum nati sint: non illos qui in extremis imísque radicibus. Amanitas quoque probat Nicander, vt ista declarant: καί τε μύκητας Ἀμανίτας τότ' ἐφρύνας. Galeno auctore omnium ἀβλαβέστατοι sunt Boλῖται, deinde Amanitæ. perperam Natalis libri,

ix

ὑπ᾽ ἐφθοῦσι. Dalec. quid legerit nõ scio, ἐφθός est, *igne parare, torrere*, vel *coquere* Eustathius legi obseruat etiam ἀφεύσαι, hoc est, inquit, φώξαι, φλογίσαι, ὀπτῆσαι. Sequitur tristis historia de extincta matre cum tribus liberis esu fungorum. Ego memini audire puer ab optimo parente, cum referret casum non minùs tristem amici cuiusdam, & si bene recordor, hospitis tum sui apud Santones: qui vno die septem, quas solas habebat, filias extulit, cùm manè in villa perniciales fungos auidiùs comedissent. Homeri locus à Ptolomæo rege emendatus extat Ὀδυσσ. λ. vbi multa in Ptolomæi sententiam Eustathius. Sed alienum occupauit locum historia sij herbæ palustris, nam ad institutum de fungis sermonem statim reditur. E' notis venenatorum fungorum vna est hæc, οἱ μετὰ τὸ ἑψηθῆναι καὶ τεθῆναι πιεσθέντες, *qui coacti & appositi duriores fiunt.* Plinius. *Noxij erunt fungi qui in coquendo duriores erunt.* Dalecamp. *qui picis colore nigrescunt* putauit legendum πισσούμενοι. quid obsecro, virum doctũ impulit ad infelicem adeò coniecturam? Pezicas fungorum genere contineri scribit Plinius: ex Theophrasto separat noster: καθάπερ δὲ καλοῦσί τινες πέζιας ἅμα τοῖς μύκησι γινομένας. ita scripti, non πέζικας: etsi *pezicas* aut *pezitas* Plinij codices, sed Athenæo mox rectũ est πέζις. Pezias & fungi hoc differunt, auctore Theophrasto, quòd cùm sint ambo nullis radicibus, fungi tamen tenue quoddam radicum habent rudimentum: caule enim sunt prominulo, vnde fibrillæ & capillamenta pendent quibus terræ cohærent, & alimentum capiunt. Verba Theophrasti ita descripta sunt hodie in nostris codicibus ἄρριζα γὰρ καὶ αὐτὰ τυγχάνουσιν. ὁ δὲ μύκης ἔχει προσφύσεως ἀρχὴν, τὸν καυλὸν εἰς μῆκος, καὶ ἀποτείνουσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ ῥιζαί. deest aliquid omnino. Lego & suppleo τὸν καυλὸν τὸ μῆκος, καὶ ἔχεται τοῖς ἀποτείνουσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ ῥιζί. vel τὸν καυλὸν ἐς μῆκος ἀποτείνοντα, καὶ τρέφεται τοῖς ἀπ᾽ proprie ῥῶπες sunt vimina, & οἱ τῆς οἰσύας λύγοι. duriusculè hic, si modò ita scripsit Theophr. pro fibris radicalibus: quas etiam λεπτὰς καὶ μακρὰς ῥίζας idem alibi appellat. harum congerie fiunt radices θυσανώδεις & fimbriatæ. Προσφύσεως ἀρχὴν vocat, inchoata & imperfecta adhæsionis organa: quia caulis fungi radicem non habet, quæ esset vera πρόσφυσις: at qui vocatur caulis in fungo, pediculus potiùs videtur ac μίσχος. propterea Theophrastus caulem fungos habere modò negat: vt in primo Historiarum, ὅτι γὰρ ῥίζαν πάντ᾽ ἔχει, ὅτι καυλὸν, ὅτι ἀκρέμονα, ὅτι κλάδον, ὅτι φύλλον, ὅτι ἄνθος, ὅτι καρπὸν, ὅτ᾽ αὖ φλοιὸν, ἢ μήτραν, ἢ ἶνας, ἢ φλέβας. modò ait: vt libro eodem, cap. octauo. ὁ δὲ τῆς κυπαίρου καὶ βατίνου καυλὸς ὁ μυελώδης τινα ἔχει περὶ τούτους ἔτι δὲ μᾶλλον ἴσως ὁ τοῦ μύκητος.

CAPVT XX.

Athenæi lapsus in laudandis Aristotele & Theophrasto. Loci aliquot Theophrasti expenduntur & emendantur.

QVi factum sit nescio, quod factum tamen scio, vt locis propè infinitis verba Aristotelis & Theophrasti describens Athenæus errauerit. Equidem verum censeo quod alibi dicebamus: hominem eruditissimum nõ ex ipsis auctoribus, sed ex suis aduersariis & eclogis plerosque auctorum quos laudat locos descripsisse. Sanè quæ de fungis marinis hic narrat, absque dubio habet ex octaua Theophrasti historia. Errat igitur vt est à Dalecampio animaduersum, & mare ad Herculis columnas perperam posuit maris Erythræi loco. Phaniæ verba, vt ferè semper, crucẽ figunt mihi: quemadmodum iam antè 12. cap. testati sumus. Etenim quid appellat φύειν τὴν ἀνθήνην ἀνθύλλον quid appellent in plãtarum historia scimus, ἀνθήνην nusquam nobis reperta in philosophorum aut medicorũ libris, ne apud Eustath. quidem Iliad. ο. Phaniæ verba describentem. an legi debet τὴν ἀνθήλην, *paniculam*? an ita potiùs, τὰ μὲν φύειν, τὰ δὲ οὐδὲ φύειν τὴν ἀρχὴν, οὐδὲ τῆς σπερματικῆς ἴχνος κυρτώσεως (ita Eustathius: alij κυρώσεως) οὐδὲ σπερματώσεως. *plantarum alia semen producunt, aliæ penitus non producunt, ac ne vestigium quidem vllius protuberãtiæ seminalis, aut vllius omnino seminis.* Sequitur, ὁ αὐτός φησι, πτέρις, ἣν ἔνιοι βλάχνον καλοῦσι. *Ait idem, πτέρις, filix, quam nõnulli blachnum vocant.* Cedò quis ille ὁ αὐτός? Phaniã ex superioribus necesse intelligi. ego aliter accipiebam, nam ὁ αὐτὸς est Athenæus: voce ἔνιοι, Arrianum intelligo in Bithyniacis; Eustathius πτέρις ἣν ἔνιοι βλάχνον καλοῦσιν, ὡς ὁ Ἀρριανὸς ἐν τοῖς Βιθυνιακοῖς. quia tamen Arrianum hunc nunquã laudat hic scriptor, præstat aliter accipere. Ait, Θεόφραστος ἐν φυτικοῖς, λειόφλοια, καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζις, γεράνιον. *Theophrastus scr.bit in libris De plantis, læuem habent corticem quædam* illatum, *vt tuber, fungus, pezis, geranium.* in nostris libris hodie ista apud Theophrastum non leges: Ille quidẽ λειοφλοίων etiam in codicibus qui hodie extant meminit: sed longè alia ibi exempla. Historiarum libro primo, capite 8. differentias plantarum ratione corticis explicat philosophus: vbi λειοφλοίων exempla ponuntur μηλέα καὶ συκῆ. Plinius vertit, *cortex aliis leuis, vt fico & malo.* His opponit Theophrastus τραχύφλοια & ῥηξίφλοια. ita legendum monemus illo loco: non ῥιζόφλοια, vt vulgò editum, & probauit Gaza: neque ῥαγόφλοια, vt ineptè emendant. Basilius homilia quinta εἰς τὴν ἑξαήμερον. πόσαι τῶν φλοιῶν αἱ διαφοραί; τὰ μὲν γὰρ λειόφλοια τῶν φυτῶν, τὰ δὲ ῥηξίφλοια. transtulit Plinius, *quibusdam rumpitur sponte cortex.* Sed quid dicemus de Theophrasto, qui læuem corticem tuberibus attribuit? Quid autem? nisi quòd flagitij magni compertum habemus isto loco auctorem Epitomæ: in illum enim quàm in Athenæum culpam conicere malo, quanquam fieri potest, vt aliud agentem Athenæum sua excerpta fefellerint etiam hic. Vtut sit, liquet negligenter descripta hæc esse ex capite nono

primi hiſtoriarũ: vbi iſta exempla inuenias, non quidem τῶν λειοφλοίων, *leuicorticum*, ſed τῶν ὅλως ῥίζαν μὴ ἐχόντων, *nullam penitus radicem habẽtium.* Quod ante nos viri doctiſſimi hoc non obſeruarint, ita cauſſa eſt deprauatio codicũ Theophraſti, in quibus ſic ſcriptum, ὅλως ἔνια ῥίζαν μὴ ἔχει, καθάπερ ὕδνον, μύκης, πύξος, κράνον. *quædam omnino radices non habent, vt tuber, fungus, buxus, cornus.* Qui prodigia ſpectare volunt, aliò oculos transferre non debent. Quid? buxus & cornus radicibus non nituntur? ſanúſne erit qui poſtremas duas voces putabit ſanas? prior illarum ex Athenæi iſto loco debet emendari, & πέζις ſcribi. fũgum pezicam Plinio dictum intelligit: qui ſine radice aut pediculo naſcitur. Poſterioris quoque non difficilis emendatio: nam γεράνιον ſcribendum quod eſſe genus tuberum, & dicitur mox diſertè, & aſſerit Euſtathius ex hoc loco. Quis dubitat tubera eſſe planè ἄρριζα, & nullis radicibus, nullis fibris nixa, ac ne capillamẽtis quidem? etſi non neſcimus Dioſcoridem tuber ipſum appellare ῥίζαν περιφερῆ, ſed παχυμερῶς & parum accuratè locutum eſſe optimum ſcriptorem, cùm ibi, tum aliis in locis, neque medici negauerint, & fatebuntur vltrò omnes philoſophi.

CAPVT XXI.

Theophraſti locus. vingus Ægypti: οἶτος, αἶτος, ἶτος. Tonitrua facere ad tuberum generationem. Tuberum σπερματικὴ ἀρχή. Τιάρα *collis. Oſtrea tubera maris dicta. Prou.* Ναυκλήρου ἐρημία.

SVPERIORE capite & retinendam apud Athenæum, & reſtituendam apud Theophraſtum vocem γεράνιον diximus. Præter auctoritatem Euſtathij quam proferebamus, ſcribit Athenæus ipſe, λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Θεόφραστος· τὸ ὕδνον ὃ καλοῦσί τινες γεράνιον, καὶ ὅτι ἄλλο ὑπόγειον. Theophraſti locum aliter ſcriptum exhibent nobis hodie publica exemplaria. Hiſtoriarum libr. primo cap. x. καὶ τὸ ὕδνον δὲ ὃ καλοῦσί τινες ἀσχίον, καὶ τὸ οἴγγον, καὶ ἔτι ἄλλο ὑπόγειον ἐστίν. ὧν οὐδέν ἐστι ῥίζα. Diſputat eo loci philoſophus de radicis natura: aitque, ſi pro radice haberi debeat quicquid ſub terra conditum latet, cùm alia inter radices fore numeranda, contra ipſorum naturam, & radicis τὸ τί ἦν εἶναι, tum in his etiam tuber, quod ἀσχίον vocant, & vingum, & ſi quid aliud ſimile his ſub terra gignitur: quorum omnium nihil eſt radix. Vingum Ægypti non ſemel alibi commemorat Theophraſtus: aſchium inuenies nuſquam; & ſimul mirum eſt, veſtigium nullum in hac periodo apparere vocis γεράνιον: quam reperiſſe conſtat dipnoſophiſtam in ſuo codice Theophraſti. Scripſimus ὃ καλοῦσι μίσυ, pro μίσυ ex Plinio & ſcripta lectione: quæ habet ſtatim, καὶ τὸ ἐν τῇ Θρᾴκῃ δὲ γεράνιον ἴτον. non ἴτον. Docti iubent ſcribere οἶτον, ex fideliore, inquiũt, codice Theophraſti. Scire velim quis iſte codex fidelior, nam apud philoſophum, quod ſciam, ea vox nuſquã legitur inter genera tuberũ. Plinio tuber quod in Thracia, *ceraunium* non *etus* aut *etum* nominatur lib. 19. cap. 3. *etum* de quo ille cap. 15. lib. 21. Ægypti non Thraciæ herba eſt, ſponte naſcentium vna. Hanc cum vingo Ægyptiaca videntur quidam confudiſſe. Heſychius, οἴγγον, τὸ ὑπ' ἐνίων οἶτον. ita ſcribimus cum magno Turnebo: nam editum eſt, ἴτον & οἶτον. Vides inconſtantiam, aut potiùs τὸ συμφώνως auctorum, vel certè librorum. Tonitrua facere ad generationem tuberum, & placet philoſophis, & vulgò olim creditum. Iuuenalis,

—poſt hunc tradentur tubera, ſi ver
Tunc erit, & facient optata tonitrua cœnas
Maiores.—

Obſerua numeri enallagen, καὶ μᾶλλον ὅταν αἱ βρονταὶ ὦσι ὡς ταύτης αἰτιωτέρας οὔσης. niſi malis ſcribere, ὡς ταύτας τῆς αἰτίας αἰτιωτέρας οὔσας. Prouenire tubera nullo ſatu nullum eſt dubium: ſeminale tamen aliquod principium eſſe illorum, ex quorundam ſententia ſic probat: ἐν γὰρ τῷ αἰγιαλῷ τῶν Μιτυληναίων οὔ φασι πρότερον εἶναι, πρὶν ἢ γενομένης ἐπομβρίας τὸ σπέρμα κατενεχθῇ ἀπὸ Τιαρῶν. Plinius, *Quibuſdam locis accepta tubera riguis feruntur: ſicut Mitylenis negant naſci, niſi exundatione fluminum inuecto ſemine ab Tiaris.* Tiaræ collis nomen, imminentis littori Mitylenæorum. Eum collem aſſiduis imbribus aucti fluuij lauabant, indéque præcipitantes in plana camporum terream ſuperficiem ſecum rapiebant, & ſimul tuberum τὴν σπερματικὴν ἀρχὴν, id eſt, vim illi terræ à natura ingenitam gignendi tubera. Cùm generationis diſtinctæ ſpecies ſint τῶν φυομένων αὐτομάτως, & τῶν διὰ σπέρματος: videtur hiſtoriæ huius auctor probare voluiſſe hoc argumento, eſſe aliquam & ex ſemine tuberum generationem. Non negamus, eorum quæ terrâ oriuntur eam eſſe naturam, vt & ſemine proueniant & ſine ſemine: ſed de tuberibus hoc non probat ſuperior narratio. verùm hæc alibi diſcutiuntur à nobis accuratiùs. Hodie tuberum genus quoddam in hortis coli non neſcimus: ſed non illa vera & γνήσια tubera. Lyncei Samij verba metri nihil habent. Scitum eſt, quod oſtrea vocauit Matro parodus *tubera maris*, iſto verſu, ὄστρεά τ' ἔνυγρα Θέτιδος Νηρηΐδος ὕδνα. Hegeſander Delphus, quid intelligebat, cùm ſcriberet, ἐν Ἑλλησπόντῳ οὔτε ὕδνον γίνεσθαι, οὔτε γλαυκίσκον, οὔτε θύμον. *in Helleſponto neque tuber naſci, neque glauciſcum, nec thymum?* Glauciſcum ego nullum noui niſi piſcem. miror tamen interiectum eſſe piſcis nomen duobus φυτῶν nominibus. glaux apud rhizotomos herbæ nomen eſt. an inde ſit γλαυκίσκος hoc loco, non abſurdè quæri poteſt. Prior interpres ſcribit οὔτε θύννον, nouâ prorſus ſententiâ: ſed oppidò incertâ: nam licèt concederemus quod ex Ariſtotele magni auctores affirmant, thynnum in ponto ſolùm fœtificare, toto tamen mari

mari nostro thynnos reperiri certú est, etsi maiore alibi, alibi minore copiâ. Porrò ex hac re natum prouerbium indicant sequentia verba, Ναυσικλείδους ἐρημίαν, μήτε ἔαρ μήτε φίλους. *ideò dicūt Nausiclidis desertum, neque ver, neque amici.* alibi quod sciam, parœmiam istam non leges: hic quoque parum constat de vera eius lectione. nā optimi chirographi codices legunt, διὸ Ναυσικλείδην εἰρηκέναι. *propterea dixisse Nausiclidem, Neque ver neque amici.* sed hic quoque variant libri: nam interpres Natalis legit, μήτε ἔαρ, μήτε φύλλα. *Neq ver, neque folia.* quæ etsi mihi perplacet lectio: alteram tamen in omnibus nostris libris inuentam non damno. Herbam tuberibus solitam supernasci, etiam Hesychius vocat ὑδνόφυλλον.

CAPVT XXII.

Vrtica inter edulia. ἀσπάραγοι. ἐξανθεῖν. ὄρμενος & ἐξορμενίζειν. *Germinantium impetus. Locus Plinij illustratus. item alius Iuuenalis.* ἐπιμήνια, epimenia. *asparagi facultates. cochlea* ὑλογενὴς, *vel* ὑδογενής. Σέσιλος & σίμιλος. *Cochlea* κηλυσίδεσσιν. Κοχλίας *vocis etymum.*

IN apparatu gustationis recensentur côuiuatori nostrò & vrticæ. Negabat tamen Galenus in secundo de Facult. alim. reperiri aliquem posse, qui vrticas velit esse non cogente fame, & quidem maximâ. Sed ingeniosa nimirum gula est, & artifex parare sibi etiam ex aculeatis mollem voluptatem. in superiùs allato cœnæ Metelli albo, vrticæ non sunt neglectæ. Vulgo pauperes & frugi homines vrticis, vt cæteris herbis & oleribus vitam tolerabant. De Aristophanis loco vide libro sequente. De voce ἀσπάραγος siue ἀσφάραγος nemo melius neque vberiùs Galeno in secundo, περὶ τροφῶν δυνάμεως. & libro sexto de Simplicibus medicam. Ex plerisque herbis cauliculi, quos asparagos vocarunt, solent vere pleno ἐξανθεῖν, vt loquitur Athenæus, id est, erúpere & foràs prodire impellente germinandi vi. hoc Græcis est ἐξανθεῖν. nam *deflorescere* interpretari, & accipere pro ἀπανθεῖν, inscitia mera est. an etiam cùm legimus in medicorum libris exanthemata ἐξανθοῦσι, *defloruisse* vertendum censuisset eruditus adeò medicus? Brassicæ asparagum propriè κῦμα, quasi κύημα, ait Galenus, nominabant: Attici, vt Athenæus obseruat, ὄρμενον: διὰ τὸ ἐξορμᾶν καὶ βλαστάνειν, *quòd erumpat & germinet*, inquiunt literarum filij. inde ἐξορμενίζειν pro ἐξορμᾶν εἰς αὔξην. Pulchrum verbum, & naturæ rei conuenientissimum. nam germinatio plantarum sine impetu non peragitur: qui quidem tantus est in moris, vt etiam strepitus erumpentis vnâ nocte germinationis sit auditus. hoc docuit nos Plinius, contentus pro instituto suo exposuisse τὸ ὅτι. Addamus nos ἀδεσπάστως, τὸ διότι. Caussa enim illius strepitus effectrix, est spiritus comes perpetuus omnis partus: germinatio autem partûs instar habet. Verè Artemidorus libro primo, πᾶν σῶμα τίκτον πνεῦμα ἀφίησι. *omne corpus quod parit spiritum emittit* vel *flatum*. Imponunt nobis, qui comparant cum Athenæi verbis locum Iuuenalis,

—aut veteres Afrorum ormenia bulbi.

Vnde verò bellam hanc lectionem nacti sunt? Displicuit, puto, illis vulgata omnium librorum. Saltem nos admonerent, ita se pro sua libidine emendare. Sed, ô bene! quòd correctionem suam non iactarunt: est enim tam falsa quàm quod falsissimum: falsa etiam illorum, qui ex Theophrasto & Plinio, *epimendia* legi iubent. Nugas hominum! Verum est, *epimenia*. Afrorum *epimenia* vocat, munuscula quibus soliti illi quot mensibus Romanorum procerum gratiam demereri. ἐπιμήνια Græcis, *pensio menstrua* vel *mensurna*, vt loquitur Cyprianus. Arrianus Dissertationum Epicteti libro primo, capite septimo. διὰ τοῦτο ἡ γυνὴ καλῶς ἀπῆν, ἡ πέμψασα εἰς τὴν Γρατίλλαν ἐξωρισμένην τὸ πλεῖον τῶν ἐπιμηνίων. vtitur & Polybius in legationum fragmento CXIV. Sed & Latinè scribentes vsi: Placiades in Glossis, *Epimenia, xenia quæ dantur per singulos menses*. Gildas sapiens de excidio Britanniæ, *Igitur intromissi in insulam Barbari, veluti milites, & magna, vt mentiebantur, discrimina pro bonis hospitibus subituri, impetrant sibi annonas dari: quæ multo tempore impertita, clauserunt vt dicitur canis faucem. inde queruntur non affluenter sibi epimenia contribui, occasiones de industria colorantes.* Scripsimus παρὰ τὸ ἐξορμᾶν καὶ βλαστάνειν. ex libris melioribus & Eustathij, doctorum virorum emendatio παρὰ τὸ ἐξορμᾶν, aliena est à vero. nam ὄρμενος, non deducitur ab ὁρμῶ, sed ab ὄρω. inde ὀρόμενος, & ex eo ὄρμενος, κατὰ συστολὴν καὶ ἀνάδοσιν τοῦ τόνου. vel per syncopen ab ὀρόμενος. Paulo antè scribe, ὑπεκκριτικώτερος, non ὑπεκκριτικώτερος. asparago tribuit acrimoniam, sicut medici ῥυπτικὴν δύναμιν: sed lædi asparagorum esu renes & vesicam, alibi legere non memini. Medici è contrario sine vllo insigni calore aut frigore, quæ sunt δραστικώταται qualitates, siccare asparagos scribunt. Subuerebar negationem excidisse, cùm scripsisset auctor, καὶ οὐκ ἀδικεῖ. In Achæi versu, ἡ τοῖς δ' ἄλλτοις τρίφα κοχλίας πρᾶσις, secuti sumus Mss. vestigia. nam ex coniectura priùs feceramus, ἄλσον vel ἄλτη τρ. Cochleæ terrestres in syluis, in vepretis, in hortis & vbique ferè generantur. natæ in Ligusticis Alpibus palmam obtinere creditæ. In gripho conuiuiali dicitur ὁ κοχλίας ὑλογενής, *filius sylua*: vt in versu Symphosij de naue, *Longa ferox, velox, frondosa filia sylua*. Scribebam aliquando non absurdâ coniecturâ, ὑδογενής, vt in Orphei versu de Mose, recensente Scaligero, ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑδογενὴς διέταξε. Vetus opinio fuit, & cochleas & gerenios cum aqua pluuia cadere, aut ex illa certè generari: quorum neutrum placet Theophrasto. Pluuia enim aqua,

ait ille, ranas non generat, sed ostendit. Aristotelis qui affertur locus, dicitur extare ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ ζώων. optimi libri habent, περὶ ζώων μορίων. Sustulere vocem μορίων, qui animaduerterant in libris De partibus ascripta verba non reperiri. sunt enim ex tertio de generatione animaliũ. Integrum locum adscribam, quando sentẽtiam imperfectam hic lector inueniet. μόνον τῶν ὀστρακοδέρμων ἑώραται τὸ τῶν κοχλιῶν γένος. εἰ δ' ἐκ τῆς συνδυασμοῦ ἡ γένεσις αὐτῶν ἐστιν, ἢ μὴ, οὔπω ὦπται ἱκανῶς. De voce μορίων, in huiusmodi citationibus, quã vbique Mss. mordicùs asserunt, lib. 7. plura dicemus. Additum est, cochlearum quãdam speciem σεσίλος dici: Lacedæmonios verò in totum cochleam vocare σέσιλον. Alij grammatici hæc aliter tradunt. Spartanis enim cochleas dici σεσίλους, simpliciter verò cochleas appellari σεσίλους. Hesychius, σέσιλοι, κοχλίαι, Λάκωνες. idem σέσιλος κοχλίας. Viderit verò Apollodorus, quàm sit verum, cochleas quasdam fuisse κυλινδοιδάκνους appellatas. Ergo existimo contrarium esse verũ, & τοὺς κυλινδοιδάκνους qui seriùs ad condictam cœnam ventitarent, & moram facerent diligẽtioribus, quos vocabant τροχιδάκνους, conuiuiali ioco dictos esse κοχλίας: quòd cochleam vincerent tarditudine, vt ait ille apud Plautum. Plurima sunt hoc genus συμποτικὰ ἀστεϊσμάτα in scriptis veterum. Suspicio est scripsisse Apollodorum, in explicanda origine huius vocis, ortam videri à κόχλω, verbo antiquo, idem significante ac γυρίζω, roto: aut ab ἑλῶ, τὸ συστρέφω, (hæ sunt grammaticorum ineptiæ) ἑλίαν primo, deinde κοχλίαν dictum, quod non rectà procederent, sed per gyros. πῶς δ' οὖν κοχλίας λέγουσι τοὺς κυλινδοιδάκνους. Hæc aut similia Apollodorus: quæ lecta negligenter & properanter, neque intellecta ab eo videntur, qui hæc ita scripsit, siue Athenæus, siue eius Breuiator.

CAPVT XXIII.

Prouerbium, μεῖζον ἢ Τροίαν ἑλεῖν. ἀσόλωτον κρέας. ἀκροκώλιον γεννικόν. ἄκρεα apud Galenum. Trunculi. *φλεβὸς προπτώσεις. προχείλεστος τόπος, δρῖμμα καρύου. γεροντισμάτων κύτος. πυδῶα.* vdones. *ὑφάσματα de impilibus non dici.* Περιγράφειν, circumscribere. *Mos fori Atheniensium.* Ἀπογράφειν.

PRIMIS versibus qui in sermone de bulbis ex comico Eubulo proferuntur, Herculem puto hoc voluisse: inquirunt diligenter homines delicati & ἀπολαυστικοί, quænam sit cuiusque cibi natura: ecquis si feruens comedatur meliùs sapiat: ecquis si frigidus: quem etiam tepentem præstet esse. atque hoc probè nosse, id verò putant isti maius quàm Troiam cepisse. Hæc nos ita diuinamus: nam sententia imperfecta est, ac propè interfecta in istis,

θερμότερον ἢ χλιαρώτερον, ἢ μέσως ἔχον,
τοῦτ' ἐστὶν ἑκάστῳ μεῖζον ἢ Τροίαν ἑλεῖν.

Fortasse scribendum, ἢ ψυχρότερον. Scimus tostos cibos χλιαροὺς & κρεμβαλίους dici rectè. sed poëta contraria iunxit, non affinia. Scribit autẽ comicum Eubulum de tragico Euripide mutuatum esse hunc versum, τοῦτ' ἐστὶν ἑκάστῳ μεῖζον ἢ Τροίαν ἑλεῖν. nam in Andromacha Euripidea Menelaus ait,

Εὖ δ' ἴσθ', ὅτῳ τις τυγχάνει χρείαν ἔχων,
τοῦτ' ἐστὶν ἑκάστῳ μεῖζον ἢ Τροίαν ἑλεῖν.

Tertio versu negat delitiarum vituperator iste, delectari se καυλοῖσιν ἠδὲ σιλφίῳ. Nõ omnium olerum caules à se reiicit Hercules: sed eos tãtùm qui à sectæ Apicianæ hominibus solent expeti; cuiusmodi erat in primis laserpitij caulis. Versu octauo ἀσόλωτον κρέας μέγα, rectè interpretantur, *fructum carnis magnum, neque inelegans,* aut *aspernabile.* Σολοικίζειν simpliciter posuerunt pro *gerere se ineptè*: Σόλοικον pro inepto & vituperabili. Ἀκροκώλιον γεννικὸν verterunt docti, *bonis artus masculi.* Primùm ἀκροκώλια artus non dixerint elegantiores: κῶλα dicuntur in homine brachia & pedes: in brutis anteriores & posteriores pedes. ἀκροκώλια in macellis & culinis extremi sunt pedes mactatarum victimarum: quare Aristoteles & Heraclides Tarentinus ponunt illa inter cibos μυξώδεις, habentésque aliquid ὀλισθηρὸν καὶ γλίσχρον. possunt etiam ἀκροκωλίων appellatione intelligi omnes, vnde præcisæ τῶν ἱερῶν partes extremæ quibus vescuntur: vt aures, rostra, & similia. Galenus vocat τὰ ἄκρεα μόρια τῶν πεζῶν ζώων. ἄκρεα inquam, non ἄκρα. solet enim Hippocratis vocem illam vsurpare: vt libro tertio, de Facultatibus aliment. de pedibus ferè accipi videas: itaque vt pedes, sic ἀκροκώλια alia vocant ὀπίσθια, alia ἐμπρόσθια: quorum Hippocrates meminit tertio Διαίτης. Gaza apud Aristotelem primus vertit *trunculos,* Celsi imitatione. Glossarij auctor interpretatur κωλῆν, de quo infrà libro 9. In Glossis scribitur *Trunculus, κολοβὸς, ὑπόλοιπος,* scribo, *Trunculus, κολοβὸς, ἢ κωλιδός.* illud ἢ valet *siue.* sic alibi in illo libro. Cælius Aurelianus *crura porcina* vertit, *quæ Græci,* inquit, *ἀκροκώλια vocauerunt.* sed idem alibi ἀκροκώλια sæpe vertit *membrorum summitates.* Deinde legerunt interpretes, cum editis γεννικὸν, vel γεννήτικον, quod ex versione patet, *masculi:* Scripsimus nos verè, γεννικὸν, *generosum,* id est, *grande.* Aristophanes, ὦ γεννικώτατον κρέας. Scholiastes exponit, κρέας ἰσχυρὸν, ὃ οὐ κατεργάζεται ταχέως, *firma carnes & difficile coctiles.* malim ad quantitatem referre, & magnas carnes intelligere. Sic apud eundem comicum, γεννικαὶ μᾶζαι, sunt *grãdes mazæ.* Eustathius quoque sic interpretatur: cuius doctissimi viri auctoritate suspiciones meas confirmatas vidi libenter. Sic ille, γενναῖα σταφυλὴ, τάχα ἡ μεγάλη καθὰ καὶ γεννικὸν κρέας παρὰ τῷ κωμικῷ, τὸ ἁδρὸν κόμμα. idem comicus vocat alibi νεανικὸν κρέας, vt docemus libro 4. capit. 21. Scribe, ἀλίπαστα τρία. sic omnes membranæ: sic nos editum voluimus. Auctor est Suidas, Xenarchum poëtam comicum laudatum esse

Butalione

Butalionẽ ab Athenæo libro secundo. Videtur Suidas respexisse eum Xenarchi locum, qui super bulbis laudatus est. Itaque scribam ξύναγχος βολβίωνι. Primus versus Xenarchi est hypermeter. sed legẽdum ex optimis membranis, —φθίνει δόμος Ἀσωπιάτοισι διαπρυσίων κυκλοδρόμος τύχαις. Scio vulgatam γραφὴν legi apud Eustathium ἰλιάδ. χ, sed nos Eustathium non sequimur. Trium postremorum versuum dictio prorsus aliena est ab humili comicorum stylo. Non dubito de industria poëtam tragica & ampullata loquendi genera vsurpasse, vt suorum æqualium tragicum aliquem aut dithyrambicum ineptum irrideret: quod videmus ab Aristophane & sæpissime fieri, & semper vrbanissimè. Polypum vocat φλιβὸς προσωπιτῆρα: quia colorem mutat: alius dixisset ποικίλχροα. φλὶψ, pro corpore aut colore corporis, in tragico ferremus, non in comico: προσωπίτης, pro eo qui subinde variat & mutat, & nouum & durum: nam aliud longè vulgò sonat vox illa. Porrò distinguendum,

φλιβὸς προσωπιτῆρ πολύπους, ἀλλὰς βροτῶν
Πλεκταῖς ἀνάγκαις, τῆς τροχηλάτου κόρης
Πίμπλησι λοπάδος σερνοστόμῳ κύτει.

non potest dici quanta lux affulserit tenebricosissimo loco, ex vnica distinctiuncula suo loco restituta post vocem ἀνάγκαις. Retia appellat πλεκτὰς ἀνάγκας. at τροχήλατος κόρη dicitur patina fictilis: allusione clarâ ad figulinæ rotam. Antiphani quoque in Parasito cacabus appellatus est θρέμμα καρύστου γηγενὲς, *filius natus è terra Carystia*, qui in Carysti Euboicæ figlinis erat fictus. Faciunt huc quæ lib. 10. cap. 17. obseruamus. Plato in vltimo legum, hominem Ægyptiũ vocat θρέμμα Νείλου. sanè quàm poëticè, vt alia multa in suauissimo illo scriptore. Dio Chrysostomus in 77. περιελαύνων ἐν πόλει πρόβατα, ἢ ἀγαπῶν τοῦτο θρέμμα. Κύτος σερνοστόμων, est patinæ cauum, quod præ sua magnitudine & pectus & corpus totum vasti polypi caperet. quis in comico non miretur id verbi? Noli verò dubitare, traduci istis væcordem aliquem poëtam, qui veteri dicto fidem fecerat, νοῦς οὐκ ἔνι κωλυνδοῖσι. Archestr. versum scribe, ταῖς τ' ἄλλαις πάσαισι παροψίσι. Heraclidæ Tarentini verba mutilata sunt, ex antiquis libris ita supplenda: δοκεῖ σπέρματος εἶναι ποιητικὰ, οὐ διὰ τὸ πολύτροφα εἶναι, ἀλλὰ διὰ τὸ ὁμοειδεῖς ἔχειν τὰς πρώτας φύσεις. *Bulbus, cochlea & ouum, semen multiplicare videtur, non quia multum alant, sed quia similem seminis habent natura constitutionem primam.* Mens auctoris non est hic obscura: in sequentibus obscurissima, saltem mihi. Non enim intelligo, quasnam habeant bulbus, cochlea & oua, τὰς αὐτὰς δυνάμεις τῷ σπέρματι. Scribe, οἱ δὲ λευκοὶ καὶ λιβυκοὶ σκιλλάδες, per vocalẽ tertiam in prima syllaba bulborum & squillæ similem in multis naturam esse, sciunt rerum naturæ conscij. Ex lana bulborum lanigerorũ scribit Theophrastus solita ὑφαίνεσθαι πόδεα, siue πόδεια. vdones Græcis πόδεια nuncupari, nemo iam ignorat. Plinius vertit, *ex qua impilia vestésque quædam conficiuntur.* Si illi vdones, de quibus loquebatur Theophrastus, πῖλοι erant, coactiliorum industriâ coacti, vt videtur existimasse Plinius, abusus est philosophus voce ὑφαίνεσθαι. Impilium erant & Cilicij vdones, de quibus Martialis, *Non hoc lana dedit, sed olentis barba mariti. Cinyphio poterit planta latere sinu.* Sed hæc sunt alterius loci. In extremo sermone de bulbis, τῶν συμποσίων περιγράφειν τοὺς βολβοὺς, verte, *è conuiuiis bulbos circumscribens.* & περιγράφειν δεῖ τὴν πολλὴν βρῶσιν. *circumscribere oportet copiam ciborum.* Fori Attici verbum est περιγράφειν, pro *adimere, auferre.* creditores cùm nomina sua extorquere non poterant, in corpora sæuiebant. prima pœna erat, ademptio libertatis eundi quò vellent. Locum enim circumscribebant, vnde illis fas non erat exire ante redditam pecuniam. Hesychius, Περιγράφειν· οἱ δανείζοντες τοῖς μὴ ἀποδιδοῦσι τὸ ἀργύριον περιέγραφον, καὶ οὐχ ὑπερέβαινον ἕως * λύτρων. Lego, περιέγραφον τόπον, καὶ οὐχ ὑπερέβαινον ἕως ἐχρεωλύτουν, cum magno Scaligero, qui elegans verbum χρεωλυτεῖν hic feliciter reponebat. Inde igitur περιγράφειν ἀπό τινος dici cœpit, pro, *velut lineâ circumscriptâ arcere ab aliquo.* Ita accipiunt & διαγράφειν. Gregorius Palama, ἀλλ' ἡμεῖς μὲν τούτων ἂν διαγράφοι τοὺς τοιούτους ἀγῶνας, ἢ οἷα νόθων ἀποσκεύη.

CAPVT XXIV.

Turdi ἐλαιοφιλοφάγοι: ἰλιὰς *&* ἰλλάς. *Epicichlides Homeri poëmatium. De ficedulis quid Aristoteles & Alexander Myndius.* πυῤῥίας. πελίας, συκαλίς, συκαλὶς. ἀγλαδίζειν. *Sturnis olim non vescebantur.* κεχλίδες. *Pythagoreorum dictum,* ἴσον τοι κυάμους τρώγειν κεφαλάς τε τοκήων. *Cerebrum sedes sensuum. Cerebrum medulla dictum. Naui scriptorum veterum.*

TVRDORVM factam ab Epicharmo mentionem scribit Athenæus, & illius versum profert, τάς τ' ἐλαιοφυλλοφάγους κίχλας. vbi scribendum ex melioribus Eustathij libris, ἐλαιοφιλοφάγους. amant enim turdi oliuis, non foliis olearum vesci. Integra sæpe olineta sic turdorum greges populantur, vt inter agrorum calamitates non postrema ista cẽseatur. Ausonius, *Qualis Pirenæ populator turdus oliuæ, Clunes opimat cereas.* Speciem vnam turdorũ ἰλλάδα nominat ex Aristotele Athen. hodie in libris Aristotelis, ἰλιὰς non ἰλλὰς scriptum est. Iam olim philosophi locus ille ancipitis lectionis fuit. nam ἰλιὰς tuetur Hesychius: ἰλλὰς Eustathius. Homeri poëmatium quoddam, *Epicichlidas* fuisse inscriptum refert Athenæus, quoniam poëta pueris illud canens, turdos præmium ferret. Ἐπικιχλίδες, igitur, non sunt *turdorum additamenta*, vt opinantur: sed *carmen cantatum* ἐπὶ κίχλαις, *pro turdis*, vel *propositâ turdorum mercede.* ἐπὶ sic accipiendum, vt in pactis conuentis. De hoc poëmate vide lib. 14. meminit etiã Herodotus.

De ficedulis quæ ex Alexandro Myndio narrantur, diuersa sunt omnia à philosophi placitis. Alexander ficedulas speciem facit ægithallorum siue parorum. Aristoteli & ægithalli & ficedulæ species distinctæ sunt auium, quæ vermibus vescũtur. Myndius duo genera parorum statuit: Stagirita philosophus tria disertè ponit. Iam in nominibus ipsis nihil simile. ἐλαιᾶ nusquam in Aristotele mentio: nam ἐλεὸς de quo libro 8. Historiarum inter aues nocturnas: & ἐλέα, cuius extat historia lib. 9. cap. 21. alius generis est auis. πιελας, incognitum philosopho nomen, vt & πυῤῥίας: quod docti substituunt pro πιείας. Aristoteli tamen πυῤῥέλας cum ficedula & melancorypho inter aues σκωληκοφάγους recésetur. In Alexandri verbis obseruamus hæc, ὑφ' ὧν μὲν ἐλαιὰς καλεῖται, ὑπὸ δέ τινων πιείας, συκαλὶς δὲ ὅταν ἀκμάζῃ τὰ σῦκα. si hæc vera lectio, eadem auis pro diuersis anni temporibus diuersa nomina habebit: neque ficedulis suum illud nomen perennabit: sed paucorum tantùm erit mésium in anno. hoc mihi videtur absurdum: propterea suspectam habeo librorum fidem, & deesse verba aliquot reor: ita nisi fallor, explenda: συκαλὶς, ὅτι ἀλίσκεται ὅταν ἀκμάζῃ τὰ σῦκα. Pro Εὔβουλος mox, scribendum fortasse Ἐφιππος vt lib. 9. In primo versu, γὼ οἷς νομίζεται rectè meliores libri omnes, non ὀνομάζεται. etsi constat Græcorum amphidromia Romanorum Nominalibus fuisse affinia: propriè ἀμφιδρόμια, dies est lustricus: quo die nomina imponi solita, ex Suetonij Nerone clarũ. In tertio scribi probo vt est editum, ἕψειν τ' ἐλαίῳ ῥάφανον ἠγλαϊσμένην, non autem ἠγκαλισμένην. *brassicam coquere oleo ita irroratam vt splendeat.* ἀγλαὰ dicuntur quæ nitent & sunt λαμπρὰ, vt oleum & oleo vncta, aut adipata. ἐλαίῳ ἀγλίζειν, vngere. vt, *nunc nunc impensiùs vnge, Vnge puer caules.* Aristophanes, ἐν ὑπηγλαϊσμένῳ τὸ πλωμάτιον, καὶ μὴ βίλτιον κατάπινε. Πνίγειν quarto versu, Πνίγειν τε παχίων ἀρνίων στηθύνια, interpretor parare certo modo veteribus vsitato. atque etiam hodie: cùm in proprio succo coquuntur carnes intra ollam aut patinam conclusæ, sic, vt nullus exhalationibus pateat meatus, πνίγειν hoc Græci: vnde πνικτὰ κρέα, quæ ita sunt coctæ. nostri item coqui paraturæ hoc genus *suffocationem* vocant. στηθύνιον apud Pollucem per υ in secunda syllaba, medium est pectoris. στηθίνιον in Etymologico. perperam. at στηθύνια hic per υ rectè, *pectuscula agnina.* Frequens dictio apud septuaginta: vt Leuitici cap. 7. & 8. ac 10. πιλεῖν vel πιλᾶν, vt alibi scribitur, pro edere vsurpauit isto versu, Πιλεῖν τε πολλὰς πλευτάνας ὑπερφυῶς. nam mandendo cogitur cibus: neque ineptè quod mansum est, πίλημα dixeris. Καθαρείως semper meliores codices pro καθαρίως, in istis Nicostrati vel Philetæri.

—φράζε γὰρ μὴ πολυτελῶς ἀλλὰ καθαρείως. similis locus Antiphanis sub libri 8. finem: & alius item huic simillimus ex Eubuli Nutricibus lib. 7. in lupo pisce. In fine postremi versus scribũt membranæ, χαίρειν γάρ. imperfectâ sententiâ. Lego, ὀρνιθίων τε τῶν ἀγρίων τούτων συχνά· χαίρειν γάρ. Sturnos non omnis ætas, aut omnes gentes, inter ea quibus vescimur habuerunt. non enim temerè scriptum à dipnosophista, Ἀντιφάνης δὲ καὶ ψᾶρας ἐν τοῖς βρώμασι καταλέγει. Galenus pro cibo legitimo describit, itémque cæteri medici. πάντων ἡμᾶς λόγον ἀπαιτεῖς, omnino fuit scribendum, nõ ἡμῶν. Apud Eubulum, στρουθεῖα οἷον ἐντραγεῖν, accipio *pullos auium tantùm quod incipientes apti esse ad edendum.* alij ἴδιον ἐντραγεῖν, quos non sequor. Κερκωπίδες, auiculæ sunt non semel Aristophani nominatæ. κέρχνη Hesychio: nisi est mendum. Latet hexameter plenus in istis, φάσκοντες τοὺς ἐγκεφάλους μεταλαμβάνοντας ἴσον καὶ κυάμους τρώγειν οὐ τοκέων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων βεβήλων. Eustathius, Τοῖς παλαιοῖς λόγον φασὶν εἶναι ἱερὸν τοιοῦτον, ἴσόν τοι κυάμους τε φαγεῖν, κεφαλάς τε τοκήων. διὰ τὸ ψυχῆς αἴζηῶν βάσιν ἔμμεναι ἠδ' ἀνάβαθμον ἐξ ἀΐδαο ὅταν αὐγὰς ἐσανίωσιν. Pythagoricæ scholæ hoc scitum fuit: quò allusit Lucianus, cùm Pythagoram facit apud inferos fabas edere, hæc dicentem, δεῖος μόνον κυάμους· ἄλλα παρὰ νεκροῖς δόγματα· ἔμαθον γάρ, ὡς οὐδὲν ἴσον κύαμοι καὶ κεφαλαὶ τοκήων ἐνθάδε. Caussam cur veteres cerebella non gustarent, hanc affert Athenæus, διὰ τὸ τὰς αἰσθήσεις ἁπάσας σχεδὸν ἐν αὐτῷ εἶναι, *quòd omnes propemodum sensus insint cerebro.* Vellem ne extaret in his verbis τὸ σχεδόν. de externo sensu non loquitur, cuius non est in cerebro sedes, sed de interno, & ea quam κυρίαν αἴσθησιν vocat philosophus. Constat verò ex disputationibus præsertim Galeni, cerebrum esse συμπάσης αἰσθήσεώς τε καὶ τῆς κατὰ προαίρεσιν κινήσεως ἀρχήν: & disertè docet Cous Vates, in libello De comitiali morbo, omnium quæ sensu percipiuntur, cerebrum esse fontem & principium. quò igitur illud *propemodum*? Sed habent profectò etiam optimi scriptores sua παροράματα, suósque næuos. Vel illud quod proximè subiicitur cuiusmodi est? Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος οὐδ' ὀνομάζειν τινὰ τῶν παλαιῶν φησὶν ἐγκέφαλον. Nam quid Apollodoro huic viro doctissimo fuit in mente, cùm negaret extare vocem ἐγκέφαλος in veterum scriptis? Quid? Hippocrates inter veteres censendus non est? at quoties cerebrum nominatum in eius scriptis inuenias? Quid Homerus? etiámne ille inter veteres locum non reperiet? sunt hæc illius Ὀδυσσ. ι. Τῷ δ' ἐκ ἐγκέφαλος χαμάδις ῥέε, δεῦε δὲ γαῖαν. ἄλλοθι ἄλλα φανεῖται φῶτες τε πρὸς ὕδας. Euripides, ait, eam distinctionem refugit, neque vti voluit. Quid si hoc quoque falsum? nam ecce Euripidis versus ex fabula Theseo,

> Κάρα τε γάρ σε συγχέω κόμαις ὁμοῦ.
> Ῥανῶ τέ σου ἐγκέφαλον· ὀμμάτων δ' ἄπο
> Αἱμοσταγεῖς πρηστῆρες ῥεύσονται κάτω.

Extant in scholiis Aristophanis, sed corrupti. Quod hîc obseruatur, Sophoclem pro cerebro dixisse, *albam medullam*, idem ferè de Platone licet dicere: qui vt cerebri naturam & substantiã declara

declararet, medullam nominauit. Galenus, De vsu partium libro 8. τὴν δ' οὐσίαν αὐτοῦ, cerebri, ἐνδόμενος ὁ Πλάτων ἐν φλύσει, ὥσπερ ἐστιν καὶ ἀλήθειαν εἶναι μυελὸν, ὀνομάζει. Addit Galenus, si medulla sit cerebrum appellandum, non simpliciter ἐγκέφαλον, sed cũ adiectione, μυελὸν ἐγκεφαλίτην, *medullã capitalem* dici debere: cùm sit & spinæ quæ dicitur medulla, & aliorum quoque ossium. Sed negat Hippocrates, rectè nos loqui, νωτιαῖον μυελὸν appellantes quod in spinæ vertebris continetur. μῦνος γάρ, inquit, μήνιγγας ἔχει ὁ δὲ ἄλλος οὐκ ἔχει. Platonis locus quem Galenus intelligit, est in Timæo, ἐπωνόμασε τοῦ μυελοῦ ταύτην τὴν μοῖραν ἐγκέφαλον. Ipse Timæus vnde habet Plato, dixerat, ἀρχὰν καὶ ῥίζαν μυελῶ εἶμεν ἐγκέφαλον, *principium & radicem medullæ esse cerebrum*: è contrario Praxagoras & Philotimus pronuntiarunt, aliud nihil cerebrum esse, nisi ὑπεραύξημά τι καὶ βλάστημα τοῦ νωτιαίου μυελοῦ, *redundantiam quandam, & germinationem*, (nam hoc est βλάστημα) *dorsalis medullæ*. Etiam Rabbini Hebræorum, cerebrum appellant מח *medullam*. vt cum homines fatuos nuncupant ריקי מח *vacuos medullâ*: id est, cerebro.

CAPVT XXV.

Ἐπιστασία. *Prouerb.* hic vel cerebrum comederit. *Caput olim sacrum. Sternutamentum pro Deo habitum.* Ascerah *Hebræorum.* φύλλας, φυλλί, φύλλον, φύλλια, φυλλὶς *&* φυλλιάς. *Ophelio comicus. vrtica semen medetur cicuta. Græca nomina in* ι *desinentia. Oleum Samiacum, acanthinúmque.* Triptolemus *Sophoclis. alia multa.*

QVINQVE Euripidei versus in sermone de cerebro recitati, ex illius poetæ Troadibus, fas & ius fuit interpretibus emẽdare. nos fecimus. ἐπίστασια pro *obseruatione*, Græcum non est quod etiam itaque lego, ἔχει δ' ἐπίστασιν ὁ τῶν ποιημάτων τούτων ἐκδοχή. Philoclis versum, adiuuante nonnihil Eustathio, ita scribimus, ὃς οὐδ' ἂν ἐγκέφαλον γ' ἴδιον λίποι. dictum παροιμιῶδες ac venustum de homine sceleratissimo, aut certè voracissimo, *hic vel cerebra sine fine comederit*. nam vesci cerebris antiquitus, pessimi hominis erat argumentum. qui aliter interpretantur aut scribunt, sine dubio ἀσκοπα τοξεύουσι. Aristophanis versiculum in Ranis inuenies. Caput habitum fuisse à veteribus rem sacram, duplici argumento probat philologus hic: quia per caput iurabant: & capite edita sternutamenta adorabant, vt sacra. Iurasse veteres Hebræos, Græcos, Romanos per caput suum, translatitium & omnibus notum est. Sternutamentum autem adoratione expiabant, quod non sacrum esse tantùm putabant, μόνον τῶν πταρμῶν, vt in Historiis scripsit Aristoteles; verùm etiam Deum. Xenophon De expeditione Cyri, libro tertio, τοῦτο δὲ λέγοντος αὐτοῦ, πτάρνυταί τις· ἀκούσαντες δ' οἱ στρατιῶται πάντες μιᾷ ὁρμῇ προσεκύνησαν τὸν θεόν. Alij morbum aut morbi indicium sternutationem interpretabãtur. ideò sternutantibus bene precabantur vsitatâ formulâ, Ζεῦ σῶσον. Vt est in noto omnibus epigrammate Anthologiæ: aut Ζῆθι, *viue*. Olympiodorus in Platonis Phædonem, & moris illius meminit, & caussam φιλοσοφικώτερον explicat: Sunt autem hæc illius verba. Ἐπεὶ καὶ γῆ τῷ σώματι ὄντας καθαρτικοὺς παρ' ὅλον τὸν βίον ζῆν, ἐνθουσιαστικῶς δὲ ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ οὐκ ἔστι ζῆσαι. διότι, διακοπτέται ὑπὸ τῆς φαντασίας. ἐναντίως γὰρ ἔχει αὐτὴ πρὸς ἐνθουσιαστικὴν ἐνέργειαν. τοῦτο δὲ ἐν τῷ πτάρνυσθαι ἀφαντάσως ἐνεργοῦμεν. ἡ γὰρ φαντασία διακόπτεται δὲ ὁ πταρμός, διὸ καὶ ΖΗΘΙ φαμέν, ὡς τοῦ ζῷου διωμένου κατὰ φαντασίαν ἐνεργεῖν, καὶ κινδυνεύοντος μὴ εἶναι. Eadem opinio doctores Hebræos tenuit, in quorum libris אסכרה *ascerah* hic morbus dicitur, & de eo multa narrantur. Pergit Epitomæ auctor gustationum ὕλην recensere, & infit, ὅτι ὡς τὸ πρόπομα καὶ ταῦτα ἐνεβάλλοντο, πίπερι, φύλλας, σμύρνα, κύπειρον, μύρον Αἰγύπτιον. cætera plana, & nota: sed τὸ φύλλας quid significat? aut potius quomodo rescribenda ea vox, vt aliquid significet? Dalecam. *malabathrum* vertit φυλλὶ & φύλλον pro malabathri folio legi scimus in libris medicorum, sed recentiorum tantùm. quare huius patellæ non est operculum hoc. Nam si φύλλον legi volumus, de silphij semine interpretari malim, vt apud Hippocratẽ. sed id quoque alienum, & non eius sæculi. Scribebam φύλλια: memor legisse apud Galenum & comici interpretem, sic vocata fuisse ἡδύσματα κηπαῖα, olera quorum vsus in condimentis: vt origanum, apium, hyssopum, rutam, coriãdrum, alia id genus. piperi ista iungi appositissimè nemo ibit inficias. ne id quidem placet: & φυλλὶς scribo, ex libro tertio, vbi dicitur salubre esse, si in gustationibus apponatur φυλλὶς, aut φυλλιάς, vt in Leunij codice. etiam auctore Hesychio, φυλλιὰς est ὑπότριμμά τι ἐκ λαχάνων σκευαζόμενον. leuiter tamen obstat huic emendationi, quòd non videatur satis verè congruere ὑπότριμμα, quod est genus factitij edulij, vt si dicas *intritum* cum pipere, myrrha & cypero. docti igitur cogitent. Antiphanes comicus versibus istis,

ἂν μὲν ἄρα πίπερί τις φέρῃ πριάμενος,
συκοφαντοῦσι γράφουσι τὸν ὡς κατάσκοπον.

in sycophantas Athenienses, nisi fallor, inuehebatur: qui suis calidissimis calumniis vrbis illius nomen reddebant exosum. Nam qui Athenas piper, aliásque merces peregrinas in Asiæ emporiis emptas importabant, per calumniam in periculum capitis solici vocari, tanquam regis Persarum speculatores, nõ mercatores. Sic apud Aristophanem miselli Megarẽses & Bœoti, qui res suas vænum Athenas deferebant, tanquam insidiatores deferuntur, vexantúrque. In altero Eubuli versuum, διέσπειρε τὴν ὁδὸν. *viam conspergẽs* rectiùs quàm διέσπασε. Ophelionis comici etiam alibi fit mentio: & Suidas in illius elogio locum istum respicit. In versu Nicandri scribũt pars veterum, πελιδνὰ non πάγχυ, vtramque

que scripturam poëtæ illius scholiastes agnoscit. Theophrasti librum laudat Περὶ πνιγμοῦ: cuius etiam Laërtius facit mentionem. Puto locutum philosophum eo loco, vnde hic quædam describuntur, de cicutæ veneno, quod suffocatione necem inferre scimus. apertè hoc docent præcedentia, διὸ καὶ πρὸς τὸ κώνειον βοηθεῖ ταῦτα. quare falluntur qui pro κνίδης καρπῷ τριφθέντος, volunt scribi κνιδίῳ κόκκῳ. Non veniebat illis in mentem, præcipuum medicæ artis auctorem Pedacium Dioscoridem, inter cicutæ remedia piper & vrticæ semen iunctim nominare. Nicander quoque in Alexiph. Ἠ' πέπερι κνίδης τε μίγα σπερμεῖα λεαίνας Νάμασι. Canon de vocibus Græcis nunquam in ι desinentibus, vt versio est Dalec. frustratio mera est, & falsum ingens. quot nominum casus, quot verborum personæ, quot aduerbia vocalẽ illam vltimam habent? vt alius generis vocabula Græca omittã, sed hoc potiùs dicitur, nullũ nomen Græcum generis neutrius in ι desinere, præter μέλι. adde ex Eustathio, καὶ τὸ τί. atque de plenis nominibus cape: nam τρόφι, κρῖ, ἄλφι, ἶφι, & siqua alia hoc genus inueniantur, non sunt ἄκλιτα. Scribe deinde, Σαμιακοῦ ἐλαίου μνημονεύει Ἀντιφ. & iterum in versu Antiphanis: nam Σαμιακοῦ & metrum, & Mss. aspernantur. Inter genera oleorum recensetur & ἀκάνθινον, in Carmania solitum confici, auctore Ctesia. Carmaniam oleæ feracem non esse scribit Strabo: vt necesse illis fuerit nouum hoc genus olei excogitare. Satis autem constat, & generaliter omnem spinam Græcis ἄκανθαν dici: & peculiare genus quoddam, nomen ἀκάνθης vel ἀκανθίου sibi vindicasse. Plinius lib. 24. cap. 12. *Huic similis est spina illa quam Græci acanthion vocant.* Præterea spinarum cognomina multa, albæ, regiæ, acutæ, Ægyptiæ, Arabicæ. Oleum acanthinum ex quo spinæ genere conficerent Carmani, tam incertum mihi, quàm illud est certum, falli eos qui emendant Ctesiæ locum hunc, & scribunt, οἰνάνθινον. Eustathius de pretiosis oleis loquens, ὧν πολυειδῶν ὄντων, ἐγίνετό τι καὶ ἐξ ἀκάνθης, ὡς δηλοῖ ὁ γράψας τὸ, ἐν Καρμανίᾳ ἱστορεῖ Κτησίας, ἔλαιον γίνεσθαι ἀκάνθινον ᾧ χρῆσθαι τὸν βασιλέα. Restituimus ex scripta lectione, Φερεκράτης, ὅδ' ἀνεμολύνθη τὴν ὑπήνην τῷ γάρῳ. Σοφοκλῆς Τριπτολέμῳ τοῦ ταριχηροῦ γάρου. Pherecrates, *barba illi garo est coinquinata. Sophocles. Triptolemo*, meminit, *gari salsamentorum.* Triptolemus Sophoclis fabulæ nomen est, non Pherecratis. vide libro septimo. Versum illum qui mutilus ab Athenæo profertur, integrum reperimus in lib. 6. Pollucis, ὅδ' ἡ τάλαινα δ' οὐδὲ ταριχηροῦ γάρου: *misera, quæ ne salsamentorum quidem liquamen dare sustinuit.* In eodem libro Pollucis, Cratini versus, qui paulo antè recitatus est, ita scribitur,

ὁ τάλαρος ὑμῖν διάπλεως ἐστὶ γάρου.

CAPVT XXVI.

Acetum dictum ἧδος Atticis, atque etiam ἥδος, & ἄδος: fortasse etiam ἡδονή: Ægyptium acetum, & Cleonæum. Πάξ, pax: ὀξὺς & ὀξύγαρον. *abyrtaca ex herba virente.*

ACETVM condimentorum omnium esse suauissimum dicebat modò Naucratita conuiuator: idémque sermonem de aceto ita orditur, Τοῦτο μόνον Ἀττικοὶ τῶν ἡδυσμάτων ἧδος καλοῦσι: *solum è condimentis acetum vocant ἧδος Attici.* potuitne scriptor eruditiss. planiùs quod vellet eloqui? tamen hic tenebræ sunt Cimmerię interpretibus. sed non adducti sunt viri docti vt putarent acetum esse ἧδος: præsertim quia nullum adiicitur testimonium. Id igitur probemus. Iulius Pollux, τὸ δὲ ὄξος καὶ ἧδος ἐκάλουν. Antiphanes in Coryco apud Athenæum initio lib. 9. ἐπεὶ δὲ τούτοις πίνομεν οἰνάριον, ἧδος νὴ Δία. *post hæc villum bibimus, acetum merum.* vbi iterum grauiter peccant interpretes. Ergo ἧδος, acetum est Atticis. Sed cogitemus etiam & etiam, num omnibus hisce in locis ἥδος potiùs sit scribendum, non ἧδος. Mihi quidem nisi obstaret tot librorum consensus, hoc perplaceret. acetum κατ' ἐξοχὴν esse appellatum ἥδος, quasi ἥδυσμα: teste Hesychio. Apponam illius verba sicut legi debent: nam in vulgatis exemplaribus corrupta sunt multis modis. Ἧδος, ἡδονὴ, καὶ ὄφελος καὶ ὄξος. οἱ δὲ ὠφέλημα, ἢ ἥδυσμα ἀπὸ τοῦ ἥδειν τινὰς δὲ ἡδονὴν καὶ ὄξος. sic ista debent continuari: in editionibus perperam insertæ sunt notulæ duæ: ἦ δ' ὅς, ἔφη ἐκεῖνος. &, ἦδ' ὡς, κατὰ τοῦτο δὲ οὕτως. Non solùm autem ἥδος pro aceto Attici, sed etiam ἄδος alij, mutato Æolicè spiritu, dixerunt. Hesychius, Ἄδος παρὰ Δεινολόχῳ ὄξος. omitto quæ alij grammatici. Ex superioribus verbis Hesychij colligas, etiam ἡδονήν, quæ vox idem significat atque ἥδος, vsurpasse quosdam pro aceto. Vix credidissem, nisi venissent in mentem verba huius τραπεζορήτορος libro octauo: vbi de piscium condituris loquens, pisces saxatiles optimos esse scribit τῷ ἥδει σκευασθέντας, hoc est, vt nos interpretamur, *simpliciter cum aceto paratos.* Ex variis locis Gastronomiæ Archestrati liquidò constat, hanc esse piscium ἁπλῆν σκευασίαν. lectionem mutare, quod fecére interpretes, hoc verò iniquum & indignum est facinus. Ægyptij aceti mentio apud Iuuenalem,

Si verò pater est, comedam, inquit, flebile nati
Sinciput elixi, Phariòque madentis aceto.

De Cleonæo aceto scribuntur hæc, Μνημονεύει δέ που, Aristophanes, καὶ τοῦ ἐκ Κλεωνῶν ὄξους ὡς διαφόρου· ἐν δὲ κλεωναῖς ὀξύτιδες εἰσί. Lego, ἐν δὲ καὶ Κλεωναῖαι ὀξίδες, vel ὀξύδες: nam vtroque modo scriptum inuenio apud Aristophanem & Pollucem. describebat poëta conuiuij apparatum: inter alia adesse aiebat, & Cleonæa acetabula. de aceto Cleonæo intelligens, vt interpretatur Athenæus. ἐν pro ἔνι, vt sæpe. Diphili versiculos ita concipe,

Δειπνεῖ τι κεχαδὲς, πῶς δοκεῖς; Ἀθηναϊκῶς.
Ὄξος τι κεχάλιν' πάξ. τί πάξ; ὄξος μόνον
Χορῷ ποιοῦντι τῶν Κλεωναίων.

loque

loquebatur poëta de quodam non lauti quidẽ, sed multi cibi. cum abdidisse se ait in gurgustiolum suum, quales sunt pauperum habitationes, sæpe subterraneæ: ibi cœnam sumsisse Laconicam: potùs loco fuisse aceti congium. cùm ostenderet qui audiebat, mirari se credere. quid miraris? ait. aceti Cleonæi mensuram quantam dixi capit iste. παξ, mirantis & interpellantis aduerbium Græcis & Latinis: de eo alibi. Heraclidis Tarentini verba de aceto, exponimus libro tertio, capite quinto. Lacunam constituimus in istis, λεκτέον δὲ . . . . ὀξὺ γὰρ διὰ τ͂ υ. Deest manifestò dictio vna: hanc ait per υ scribendam: obiter eos carpens qui scriberent per ι. de voce ὀξὺ nõ loqui, clarum est. Arbitramur locutum de voce ὀξὺς, quæ & ὀξὶς inuenitur scripta. vas est quo continetur τὸ ὀξὺ, id est acetum. ὀξὺς ergo scribendum, non ὀξίς. eadem ratio compositorum nominum ὀξύμελι, ὀξύβαφον, ὀξυγόδιον. Doctissimus Leuinius scribebat, λεκτέον δὲ ὀξύγαρον διὰ τ͂ υ. acute, & vt arbitror verè. Ait, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θεόπομπον αἰκίας εἴρηκε, *Lysias dixit in ea oratione quâ Theopompum accusat iniuriarum.* ita scribendum & exponendum. Theopompi historici quæ sequuntur verba, ex ea parte historiæ illius desumta sunt, quâ Xerxis in Ægyptum expeditio narrabatur. Habes integrum illum locum, atque in eo verba hic recitata, apud Longinum in elegantissimo περὶ ὕψους libello. Cratini versus subiicitur, ὁ πρὸς παντός ἐστιν ἀρτύσαι καλῶς. est quidem elegans hic vsus τῆς πρὸς, vt apud Sophoclem, ὁ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ. sed aliud metri lex suadet. scribo, ὁ παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἀρ. κ. imitatur notissimum prouerbium, οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς. Fortasse aliquis malet, ὁ πρός γε παντ. Antiphanis locus, quo res condimentarij generis enumerantur, extabat in Leucade illius fabula, teste Polluce libro 6. cap. 10. cuius lectio cum Athenaica conferenda. εἴη δ᾽ ἂν, inquit, ἐκ τῶν ἡδυσμάτων, καὶ λίτρον. Ἀντιφάνης ἐν Λευκάδι, σησάμου, λίτρου, κυμίνου, ῥοῦ, μέλιτος, ὀριγάνου, (desunt hæ duæ voces in Athenæi codicibus (βαλάνιον, ὄξος. (scribendum ex Athenæo, βοτανίων, ὀξ. aut βοτάνιον ὄξος, pro ὀξὺς; non placet) ἐλαῶν, εἰς ἀβυρτάκην χλόης. postrema verba in Athenæi codd. à distinctione laborant. nam ita scribendum, ἐλαῶν, εἰς ἀβυρτάκην χλόης. *oliuarum, & herbæ virentis ad abyrtacam.* ἀβυρτάκη, genus condimenti, quod è succo virentium herbarum conficiebãt.

CAPVT XXVII.

Cucumis spermatias. sicyopepon spermatias & eunuchias. Platonis comici Laius. περικάρπιον. λαχανὰ ἴψανα & ἑψητά. γήτειον, γήθυον, γήτιον, & γηθυ, φύσιγγες. Locus Theophrasti emendatus. ἐπιπαραστικὰ & ἐπιπαράσαι.

ANAXANDRIDÆ comici allata verba duos hexametros continent: quod genus metri in comœdia rariùs occurrit.

Ἀσφάραγον χῖδόν τε τιμᾶν, καὶ ὀρίγανον δὲ δὴ
Σιμπύνει τὸ πάχυον ὁμοῦ μιχθὲν χαλιανῷ.

si quis malit anapæsticos ex his versus constituere, per me licet. Quæ ex Vlyssibus Cratini sequuntur, ita scribo, ac distinguo.

—πώποτ᾽ εἶδες, εἰπέ μοι,
Τὸν ἄνδρα, πᾶ Λαέρτα φίλος, ἐν Πάρῳ
Σικυὸν μέγιστον σπερματίαν ὠνούμενον;

cucumerem spermatiam interpretatur Athenæus peponem: Hesychius melopeponem: alij aliter. Cratini fabulam Ὀδυσσεῖς nominat etiam Pollux lib. 10. cap. 7. Meleager, quem irridet Plato comicus, staturâ procerâ fuit, cruribus gracilibus: quam habitudinem corporis sannis vrbanorum hominum fuisse opportunam dicebamus ad Suetonij librum quartum. In secundo versu deest principium. Legi potest, Μέγας τε, κόκκυξ ἠλίθιος περιέρχεται. Sicyopepon eunuchias poëtæ dictus, ad differentiam spermatiæ. hi erant compacti & breuiores: illi fluxâ carne & in longum productâ figurâ: qualis fuit cucumeris scytalici. De eunuchia cucumere Plinius, *Sunt qui herbâ, quæ vocatur culix nomine, tritâ, semen eorum macceratum seri iubeant, vt sine semine nascantur.* Cæterum Platonis hanc fabulam omnia exemplaria *Laium* nominant. Similis ex eadem fabula in scholiis Aristophaneæ Pluti, locus. Πλάτων Λαΐῳ φησιν, οὐχ ὁρᾷς ὅτι φιλαιτίου πω τί- ... ἡ μήτηρ αὐτοῦ Μελιτία, ... sic lego, non Λαΐ. Phaniæ verba sequuntur, βρωτὰ μὲν ἁπαλὰ τῷ ἐπιπαραστικῷ σικυὸς καὶ πέπων ἄνευ τ͂ σπέρματος πεττόμενον ἢ τὸ περικάρπιον μόνον. quæ non experta sunt fatum clementius, quàm cæteri omnes fere loci illius scriptoris, qui in his libris hodie reperiuntur: sunt enim plerique omnes deprauati, aut mutilatè descripti. Eruditissimus Dalecampius sententiam concinnauit, vt potuit. nos quoque nihil adiuuant scripta exemplaria. An hoc voluit Phanias? cucumeris & peponis, dum adhuc sunt teneri, & carnem & semen edi sine noxa: postquam maturuerunt, tantùm carnem. hæc sententia hanc lectionem postulat, βρωτὰ μὲν ἁπαλὰ τῷ περικαρπίῳ σικυὸς καὶ πέπων μετὰ τ͂ σπέρματος· πεττομένων ἢ τὸ περικάρπιον μόνον. nihil affirmamus tamen, sed suspicionem nostram dubitanter proponimus. περικάρπιον pro carne semen ambiente in multis fructibus, vox est Aristotelis & discipulorũ eius Theophrasti ac Phaniæ. Non multò melior cõditio Dioclis Carystij in iis quæ proximè sequũtur. φησὶν ἴψανα ἄγρια εἶναι, θρίδακα· ταύτης κράτιστον τὴν μέλαιναν, κάρδαμον, ἀδρακνὴν, σίνηπυ, κρόμυον. hæc scriptura membranarum. prima verba ita emendauerim, ἴψανα τῶν ἀγρίων εἶναι, τὴν ἀγρίαν θρίδακα. ταύτης κρ. *herbarum syluestrium coctu facilis est syluestris lactuca.* sed hanc lectionem sequentia infirmant. fuerunt & quæ ἴψητα λάχανα vocarent: inque his, brassica, lactuca, aliæ. Pro ἀδρακνὴν quod nihil hic significat, χαιρακνὴν rescribendum, aut simile aliud. Cum facit species cepæ, Ascaloniam, & gethyum: sine dubio γήτειον est ea cepa,

quam

quam vocat Plinius gethyum. Hesychius, γήτεια, κρόμμυα ἃ καὶ γήθυα καλοῦσι. Alij γήθυον putarunt esse porrum syluestre. Hesychius, γήθυα, ἀμπελόπρασον. οἱ δὲ γητυλλίδας (scribe γηθυλλίδας, & vide nonum librum Athen.) οἱ δὲ μεγάλα κρόμμυα· ἄλλοι χλωρά. Eustathio nihil differunt γήτειον, γήθυον, & γήτιον. Legi etiam γῆθυν pro cepa. Psellus in versibus politicis, quibus obscuras voces exposuit, Κόναλον δὲ ὁ στρόβιλος· τὸ δὲ κρόμυον, γῆθυν. Physingas separat ab alliis Diocles, cùm scribit, σκόροδον, φύσιγγες. ex illorum sententia qui allij propriam speciem statuebant physingas. Hesychius, φύσιγγες, εἶδος σκορόδου. ἄλλοι δὲ σκορόδων κεφαλίδας. Non possum quin Theophrasti locum obiter emendem, vbi ea vox restituẽda est; quod summi viri non sunt quiti diuinare. Histor. lib. 7. c. 4. ita vulgò editum, φέρει δέ φασι καὶ τὸ σκόροδον ἐπὶ τῆς σφίγγος .... σκόροδα ὥσπερ τὰ κρόμμυα. Gaza legit, ἐπὶ τῆς συείγγος. sed frustra fuit vir optimus: nam scribi debet, ἐπὶ τῆς φύσιγγος σκόροδα, ὡς καὶ τὰ κρόμμυα. Dixerat modò, solitum fieri in cepis, vt ex eadem radice nouæ soboles pullularent: addit nunc, etiam in alliis simile vsuuenire: adnasci enim capitibus alliorum noua allia. Diphili medici locum scribo cum Dalecampio, ὁ πέπων εὐχυλότερος ἐστι καὶ ἐπικεραστικός· ὁ σικυὸς κακοχυλότερος, ὀλιγότροφός τε καὶ ψυχρὸς. In libris medicorum sæpe imperiti librarij pro ἐπικεραστικὸς scripserunt ἐπικρατητικὸς, vt factum isto loco: vel contrà. significatio tamen longè diuersa. nam quæ aluum sistunt ἐπικρατητικὰ dicuntur, contraria τοῖς ὑπακτικοῖς: at ἐπικεραστικὰ vocarunt, siue εἰς ἐπίκρασιν ἐπιτήδεια, vt libro tertio loquitur Athenæus, illa quæ malum in corpore humorem valent temperare, ac tandem mutare, vt explicat Galenus lib. 11. de Facultatibus simpl. med. & libro nono Methodi. Idem auctor ἐπικεράσαι & ὑπαλλάξαι τὴν ἐνδοῦσαν τοῖς μορίοις ποιότητα dixit commentariolo. Qui sint purgandi; & ἐπικέρασιν καὶ κένωσιν alibi coniungit: quæ omnia naturam τῶν ἐπικεραστικῶν nobis aperiunt.

CAPVT XXVII.

Πρασοκουρίδες, & ἰουλί: βρένθις & βρένθιξ. Lactuca mortuorum cibus. Lactuca astytis. *Olera quomodo attenuent. κινάρα & κυνάρα. scriptor νησιώτης.*

AIT Strattis comicus: Πρασοκουρίδας αἱ κατ' ἰουφύλλους ἀνὰ κήπους πεντήκοντα ποδῶν ἴχνεσι βαίνουσι. Tolle vel κατὰ, vel ἀνά. & βαίνουσι habent Mss. Prasocurides à tondendis porris nomen inuenerunt, quasi porricidæ: neque hic licentiam vllam poëticam agnosco. Apparet ex hoc loco simile id insectum esse crucis & iulis, quos μυρίους ἔχειν πόδας ait Dio Chrysostomus in oratione de Otio. ideo dicti ἴουλοι *centumpedes* Latinis. Diophanes in 12. Geoponicorum vocat animal φιλόκοπρον, & in fimo semper versari scribit. plura de hoc animalculo apud Aristotelem & Theophrastum. in extremo scribo σιλινίων vel σελινιδίων: vt simile sit præcedentibus, ζιζυφιδίων, & θριδακινιδίων. Quam noster ex Nicandro βρένθιν vocat, Hesychio est βρένθιξ. ad istam lactucam occisus ab apro dicitur Adonis, cùm eò confugisset. sic enim habet scripta lectio, ὁ Ἄδωνις καταφυγὼν, non καταφαγών. confirmant sequentia, ἐν καλοῖς θριδακίναις κατακρύψαι. Lactucam vocat Eubulus νεκύων βρῶμα, *mortuorum cibum*. quæ superstitiosa opinio adeò in animis hominum inueterauit, vt ad Augustum principem multis esset religio vesci lactucis, teste Plinio. Τετρακίνη Hesychio non hortensis est lactuca, sed syluestris. *Astytis* lactuca, *Astylis* in multis Plinij codicibus dicitur: quam lectionem qui tueri conantur, faciũt ineptè. nam ingẽs discrimen est inter astytidem & astylidem. & astytidis & eunuchi appellatio facultatem ψυκτικὴν lactucæ testantur. Galenus non dubitat affirmare, succo lactucæ tam facilè tolli aliquem posse, quàm cicutæ. 3. de Facult. simp. med. Diphili sententia est in cõmune de omnibus olerib. esse illa ἄτροφα, λεπτυντικὰ, καὶ κακόχυλα. *non alere, attenuare, malúmq; succũ generare.* Reclamat medicus interpres, & imperitiæ accusat: neque enim attenuare quæ frigida sint & humida. Idem tamen fatetur, olera esse ἄτροφα. potuit igitur non venire illi in mẽtem, cum qui ἀτροφίᾳ laboret, fieri indies λεπτοσαρκότερον? Scribe ex melioribus libris. ΚΙΝΑΡΑ, ταύτην Σοφοκλῆς. Lego etiam Σοφ. ἐν Κολχίσι. Colchides docuit Sophocles, non Cochlides. de his ad libr. 7. Hoc autem voluit Athen. quam herbam per ι, κινάραν alij appellant, Sophocli dictam esse per υ, κυνάραν. Galenus scribit priores cinaram nuncupasse διὰ τοῦ κ καὶ ι. suos æquales amore nouitatis, διὰ τοῦ κ καὶ υ. Apertè Galeno contradicit Athenæus, non solum his verbis, sed etiam paulo pòst, cùm ita scribit, etiam Sopatrum Paphium, qui temporibus Alexandri Magni vixit, κινάραν ὀνομάσαι: hoc est per ι hanc vocem extulisse, non per υ. Quis ille est Nesiota scriptor lucifugus, de quo mox, Καλλίμαχος αὐτὸ (τὸ βιβλίον) ἀναγράφει Νησιώτου. ita omnes antiquæ fidei libri. Editus fuerat à Callimacho, πίναξ παντοδαπῶν συγγραφέων. in eo libro videtur contra receptam vulgo opinionem scripsisse, librũ qui tunc temporis in eruditorum manibus versabatur hoc indice, ἑκαταίου Μιλησίου περιήγησις, nũ esse Milesij: verum alius cuiusdam Hecatæi hominis insularis, id est, νησιώτου. sed quis ille, aut cuias? nihil enim reperio. Hecatæi ex veterum monumẽtis noti mihi duo: alter Abderita, alter Milesius. Scribe deinde, ὅστις ἦν εἴτε ὁ περιηγητής. & καὶ Σκύλαξ δὲ ἢ Πολέμων γράφει, ἐν. mox, δεξιὸς περίεισι τοῦ ποταμοῦ τοῦ Ἰνδοῦ. Quæ paulo pòst afferuntur ex commẽtariis Didymi in Sophoclis Phœnicem, paucis verbis complecti conatus est Hesychius in voce κύναρος. sed properauit vir doctissimus cũ illa scriberet. ait enim, κύνα ξυλίνην τὴν κυνόσβατον ὁ Θεόφραστος λέγει. quàm falsum hoc sit, en ipsum Didymum testem, cuius verba nobis

Athenæus

Athenæus conseruauit. núquam Theophrastus naturæ interpres cynosbatum apellauit canem ligneum: sed Pythia, ministra τοῦ λοξίου θεοῦ. Mirum consentire omnia Theoph. & Athen. etiam manu exarata exemplaria in hac lectione, καρπὸν ἔχει cynosbatus, *παραπλήσιον τῇ ῥοιᾷ: habet fructum similem malo punicæ.* & ἔχει δὲ τὸ φύλλον ἀγνῶδες: *habet folium vitici simile.* Plinius, vt doctissimi viri obseruarunt, legit παραπλήσιον τῷ ῥοδῷ: & τὸ φύλλον ἰχνῶδες. quæ opponamus posteriori præsertim emendationi non desunt nobis: sed ea malumus ad Theophrastum. Nunc quod instat agamus. Epicharmi testimonio probat ὁ δειπνολόγος, cactum apud Siculos inter esculenta locum habuisse. Quod de Phania non semel questi sumus, omnia illius corrupta esse in his libris: idem queri licet de Epicharmi pulcherrimis fragmẽtis huic operi intersertis. non pes, non caput, nõ vestigium vllum in illis sanum. O si aliquis oriatur Æsculapius, qui ista Chironia & defœda vlcera nobis sanet, interea liceat nobis clinici medici vices obire. Epicharmi verba ita scribũtur etiam in probatæ fidei libris. μήκων, μάραθα, τραχεῖς τε κάκτοι. τοῖς ἄλλοις μὲν φαγεῖν ἐντὶ λαχάνοις δέ: τὸ πῖον αἴκα τις ἐκτρίψας καλῶς παρατιθῇ νιν, ἁδύς ἐστιν. αὐτὸς δ' ἐπ' αὐτοῦ χαιρέτω. quis ista intelligat? *nemo hercule nemo.* si ita scribas, omnes facilè intelligẽt, μήκων, μάραθα, τραχεῖς τε κάκτοι. κἂν ἄλλοις κάκτον φαγεῖν ἐντὶ λάχανον. εἰς τὸ πῖον αἴκα τις ἐκτρίψας καλῶς παρατιθῇ νιν, ἁδύς ἐστιν. αὐτὸς δ' ἐπ' αὐτοῦ χαιρέτω. *papauer, feniculus, & asperi cacti.* & alio loco, *cactum olus licet edere: quem si appofueris in pingue probè intritum, suauis est: ipse per se valeat.* τὸ πῖον vt Latinis *pingue*, de omni genere pinguedinis & κνίσσης, oleo, butyro, adipe & similibus. Carduos siue cactos Siculos, (nos vocamus *artichaus* vel potiùs *cardes*: nam *artichaus* sunt cynara) bifariam mensis inferebãt: vel per se, crudos: sine vlla omnino σκευασίᾳ: vel pingui madentes, & oleo aut butyro vnctos. Hodie vterque mos ab antiquo manet. Ego verò assentior Epicharmo, cactos paratos & conditos crudis & inunctis anteponenti. duo loci in vnum erant confusi, vt sæpe alibi. Sequitur alius locus, θρίδακας, ἐλάταν, χῖνον, ῥαφανίδας, κάκτους. Doctis placet, ἐλάταν, χοῖνον· *abietem, iuncum.* sed omnia exemplaria probant χῖνον. quin ego alteram potiùs vocem corrigendam censeo. nam quis locus abieti inter esculẽta? scribo ἐλάαν, χῖνον *oleam & squillam.* τὴν σκίλλαν, ait Plutarchus in Pericle, ἔστιν ὅτε καὶ χῖνον ὀνομάζουσι. Cratinus in Thrattis Periclem χινοκέφαλον appellauit, quòd scillæ inter bulbos nobilissimæ, caput haberet simile. χῖνον aliàs lentisci in condimentis vsus non facilè dixerim. Postremò afferuntur ex eodem Epicharmo hæc, ὁ δέ τις ἀγρόθεν ἥκει μάραθα καὶ κάκτους φέρων, ἴφυον, λάπαθον, ὀτόστυλλον, σκόλιον, σκείδαν, δράκτυλον, πτέριν, κάκτον, ὀνόπορδον. Hic verò multa digna animaduersione. Initio scribam lubens, ὁ δέ τις ἀγρόθεν ἥκει μάραθα καὶ κάκτους φέρων· *venit rure alius feniculum & cactos ferens.* Iphyum inter bulbos ex Theophrasto notum, qui ex Plinio emendant tiphyum, audiant Hesychium, ἴφυα, ἡ λυχνὶς ἄνθος. ἔνιοι λάχανον, ὃ ἡμεῖς λαβαντίδα καλοῦμεν. οἱ δὲ ἄνθη ἄγρια τῶν ἀπαρομένων. vel οὐ σπειρ. vbi velim obseruent rei herbariæ periti, quid appellet *lauantidem.* lauendulam, opinor intelligit: quæ tamen oleracei generis non videtur esse. *otostylum* nescio quid sit. ἔρπυλλον Dalecamp. ingeniosè, etsi non assentior: & hoc quoque in illis propè infinitis numero, quæ ignoramus veterum legentes scripta. De scolymo pro voce σκόλιον accedo eius sententiæ. σκίδα habetur in Mss. non σκείδα. *dractylum* rectè Dalec. fecit *atractylidem.* in fine scribe, ἢ τὸν ὀνόπορδον. nam quòd onopordum cardui genus esse doctis placet, quo auctore suam sententiam nobis probabunt? In Græcorum commentariis inuenio, onopordum esse ἑλξίνην, quæ herba muralis est. Nicandri Græcus interpres plura illius nomina commemorat, nullâ tamen istius factâ mentione, ad Theriaca. ἑλξίνη, αἵ, ἢ κλύβατις, ἢ σιδηρῖτις, ἢ παρθένιον, καὶ περδίκιον, πάντα ἐστὶ ἑνὸς φυτοῦ. Epicharmi locos sequitur Philetæ distichum,

> γηρύσαιτο δὲ νεβρὸς ἀπὸ ψυχὴν ὀλέσασα,
> ὀξείης κάκτου τύμμα φυλαξαμένη.

hoc vult Philetas: hinnulum, siue hinnuli ossa apta esse ad lyram; si modò cauerit sibi viuus, ne à cacto pungeretur. Ex ossibus hinnulorum tibias facere soliti veteres, posteaquam Thebani reliquos Græcos id docuerunt, vt refert Athenæus lib 4. Atque illorum hæc fuit opinio, ossa hinnuli quem cactus pupugisset, faciendæ lyræ esse inepta. Hesychius, Κάκτος, ἄκανθα ὑφ' ἧς ἐὰν πληγῇ νεβρὸς, ἀχρεῖα ἔχει τὰ ὀστᾶ εἰς αὐλούς. Reperi etiã vetus scholion in optimi & antiquiss. cod. hoc loco adscriptum. ἐὰν ὁ νεβρὸς ὑπὸ τῆς κάκτου πληγῇ, ἀχρεῖα τὰ ὀστᾶ εἰς αὐλοὺς ἔχει. Quid iam isto Philetæ disticho planius? Sequentia verba de Sopatro Paphio iam exposuimus. Ptolemæus rex Ægypti philologus insignis, cinaram describit aculeatam: neque aliter edulem quam demptis aculeis Ait enim, καὶ ἡμῖν προσεφέρον ψιλοῦντες τῶν ἀκανθῶν. Ex hoc loco probare nititur Eustathius, aliud esse cinaram, aliud cactum: quia non sit adeò aculeata cactus. Καὶ ὅρα, inquit, τὸ ψιλοῦντες ἀκανθῶν. ἐξ οὗ φαίνεται, μὴ αὐτόχρημα κάκτον εἶναι τὴν ἐν τοῖς ἄρτι λεγομένην κινάραν. αὕτη γὰρ οὐχ οὕτω τραχύνεται ταῖς ἀκάνθαις. Cinari insulæ inquit Athenæus, Semus fecerat mentionem. Hic est Semus Delius, scriptor non incelebris famæ. Cinarum insulam σκληρὰν, ἄκαρπον καὶ φυλεύειν κακὴν, Gyaris parem, ex Plutarcho de exilio, habemus cognitam. De palmæ cerebro omnia vulgo nota. Νικάνδρος Γεωργικοῖς scribunt veteres, non Γεωργικῷ. & ita aliis in locis. Illud venustum & παροιμιῶδες in fine libri, δέξομαι ἐγκέφαλον ἔχειν, pro, *sapere.* cerebrum enim φρονήσεως ἀρχὴ, inquit Hippocrates.

ISAACI CASAVBONI
ANIMADVERSIONVM
IN ATHENÆI DIPNOSOPHISTAS,
LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

Callimachi dictum, Magnus liber, magnum malum. grammaticus *pro* philologo. *corona ex faba Ægyptia. Triplex eius fabæ vtilitas.* διαδύσεις, φλέβες, fila. διάφορον, *pecunia. Prouerbium explicatur,* τὸν σικυὸν τρώγουσα γύναι τὴν χλαῖναν ὕφαινε. *Tragasæus sal. alia nonnulla.*

LIBRI tertij Excerpta sic incipiunt, Καλλίμαχος ὁ γραμματικὸς, τὸ μέγα βιβλίον ἴσον ἔλεγεν εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. non est iste Callimachus grammaticus alius à Cyrenensi stirpis regiæ poëtâ omnibus noto. grammaticum appellat, propter humaniorum literarum professionem. Seneca & sapientes omnes discrimen ingens, ὅσον οὐρανὸς ἐς' ἀπὸ γαίης, statuunt inter grammaticum & philologum: vsus loquendi apud multos contrarium obtinuit. Itaque etiam è Græcis nonnulli inter grammaticum & philologum aut criticum non distinguũt. Hoc sensu separabat Philo Iudæus, τὴν γραμματικὴν ἀπὸ τῆς γραμματιστικῆς, sicut diximus in commentario nostro de Critica. Poëtam verò Callimachum hîc intelligi, dubitandum non est. Constat doctissimum virum calumniandi ansam inuidentibus præbuisse, quòd multa quidem, sed breuia carmina ederet, ipse de hac maleuolorum calumnia conqueritur in Apollinis hymno.

ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐς οὔατα λάθριος εἶπεν,
Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει.

Propterea solitus dicere Callimachus, magnum librum, magnum esse malum. Martialis allusit, vt monuit Scaliger,

Cui legisse satis non est epigrammata centum,
Nil satis est illi, Cæciliane, mali.

Tandem vt os obturaret malis hominibus, magnum poëma Hecalen inscriptum coactus est edere. Scholiastes ad superiores versus, ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα· ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην. Scripsit & opus aliud poëticum τῶν Αἰτίων, *caussarum*, quod sine dubio longius fuit poëma quam ipsa Hecale: sed, vt videtur, posterius scriptum: ideò hic Scholiastes Hecalen potius nominat, quàm caussas. In versu Nicand. de faba Ægyptia, scripsimus ex libris. ὄφρα θερείους: non, θερείους. Fabã Ægyptiam, inquit, sere, vt possis per æstatem flore vti ad corollas. Paulo pòst scribit Athe. coronas ex hoc flore καύσωνος ὥρᾳ esse ψυκτικωτάτας. Triplicem fabæ huius vtilitatem disertè explicat poëta; prima est floris ad coronamenta: secunda ciboriorum, maturo fructu ad epulas: tertia radicis, item ad edendum ex iusculo. De radice Ægyptiæ fabæ colocasio propriè dictâ, idẽ Nicander, —κυάμους λέψας κολοκάσιον, ἐνὶ μίξας τε. scribẽdum, κυάμου, *fabæ Ægyptiæ colocasium*, id est, radicẽ, *decorticatum intriuit.* vel hoc modo, κυάμους λέψας, κολοκάσιον ἐνὶ μίξας τε. *fabã dempto cortice, & colocasium simul concisum miscuit.* Theophrasti descriptionem confer cum ea quæ extat in epitome Steph. voce Ἄκυ. Scribe autem apud Stephanũ, ὡς ὁ καρπὸς ἐπὶ ῥίζα παύλως ἐσὶν ὁμοίως τῇ ποικίλῃ καὶ ταῖς κεφαλαῖς. &, κολοκάσιον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν. τὸ δὲ ὑπεραπεφυκὸς κιβώριον, ὅπερ ἰδίαν ἔχον, ἰδίως διὰ τὰς φλέβας περιέχον. quas vocat Theophrast. διαφύσεις, quasi *fissuras* vel *separatas fibras*, Stephanus φλέβας, *venas*; Martialis *fila*, isto versu, *Improba cũ morsu fila manuq; trahes.* Ciboriũ propriè ipsa est faba Ægyptia vel eius folliculus, nõ planta quæ fert fabã. pro planta aliquando accipiunt, vt mox Diphilus, οἱ δὲ γινόμενοι κύαμοι ἐκ τῶν κιβωρίων. Sic colocasia propriè fabæ radix: apud Plinium lib. 21. cap. 15. est integra planta. Quod Diphilus vocat ἰνώδης, *lanosum.* cùm ait, κρεῖττον δ' ἐστὶ τὸ ἥκιστα ἰνῶδες. Plinius *araneosum. colocasiã è Nilo metunt, caule cùm coctus est, araneoso in mãdẽdo.* Martialis, *Niliacum ridebis olus lanasque sequaces.* Defectiones aquarum pro certis miraculis paulo pòst narratæ, nõ tã miraculosas quibusdã è veterib. esse visas, ex iis iure colligas quæ scribit Strabo de aquis Ædepsius l. 1. miraculũ enim nõ est, quod habet perspicuã caussam naturalẽ. διάφορον pro certa pecunia accipitur in istis, διάφορόν τι ἔταξαν διδόναι τοῖς πίνουσι. ad Theoph. Characteres eam vocẽ exposuimus. Prouerbium sub finẽ horũ Excerptorũ commemoratũ, τὸν σικυὸν τρώγουσα γύναι τὴν χλαῖναν ὕφαινε, *cucumerem edẽs, ô mulier, lanã texe*, quomodo ex Arist. interpretati sint peritissimi rei herbariæ medici, nõ me latet. frigidam eius fructus facultatem & Veneri noxiam putant indicari veteri hoc dicto. Nõ negamus & cucumerem & peponẽ frigidũ sortiri temperamentũ, atque ἀντιαφροδίσιον: malim tamen hoc prouerbium aliter interpretari: quod inter rusticos iactatum existimamus, vt alia multa, ad rei familiaris curam, non disciplinam morum pertinentia. Admonebãtur hoc dicto mulieres, quarum operã vestes olim confectæ: vt cùm erit maturus ὁ σικυὸς, de hyeme cogitent, & parandis familiæ hibernis vestibus, cuiusmodi est læna.

Viri

Viri docti si attẽdissent ad vocem χλαῖναν, aliam interpretationem nostræ huic non prætulissent: quæ simplicissima est, & nisi fallor verissima. Núquam Græcis aliud significat nomen hoc, quàm hyemale indumentum: vt in alio prouerbio, χλαῖναν ἐν ὥρᾳ τρίβειν. σικυὸν in hoc versu, & *cucumerem & peponem* possumus interpretari. affectâ æstate & cucumis estur & pepo. Huic præcepto simile est, Βαίτη ὁ θέρος ὁ χειμῶνος ἐστὶν ἔχειν. quo admonentur matres familiarum, vt lacernas omni tempore suis paratas habeát: hyeme propter frigus, æstate propter imbres, & alia aëris incommoda. affine & illud, θέρους αἰεὶ ὄντος οὐ ποιήσεσθε καλιάς. In ima cera horum Excerptorum præ se ferunt chirographi libri, Φρύνιχος δ' ἐν τραγῳδοῖς φησὶ σικύδιον, sed ἐν Τραγῳδοῖς etiam mox, vbi temerè hæc verba repetuntur. forte an pro ἐν Τραγῳδοῖς. quam Phrynichi fabulam Athenæus & Suidas commemorant. At in Mss. codice, cuius mihi nuper copiam fecit vir amplissimus Andreas Huraldus Messæus, ita legitur: γραφαντίων δ' ἐπονομαστικῶς ἄρτι Φρύνιχος ... τρόπῳ. sine dubio vllo pro φρ. Μονοτρόπῳ. ea fabula hodiéque notissima est saltẽ titulo tenus, inter Phrynichéas. Adi lib. 6. cap. 12. Paulo antè salem Tragasæum manifestò in Troade Athenæus collocat, consentientibus geographis: diuersè tamen sentiẽtium opinionem refert Pollux lib. 6. c. 10.

CAPVT II.

Σικυῦ expensum etymon. κίειν, κύειν. σεύεσθαι, ἀνιέναι. ἀδύγαιον. Plenilunio crescere cucumeres & echinos ἀλλὰ καθάριος. *Sacra ficus Athenis.* Ἡγησιάς *ficus Alexidis fabula* Poëta. *συκοφάντης: προσιέναι πρὸς τὸ γῆμα.*

DEINCEPS cum auctore ipso res nobis futura est, nõ cũ illius mutilatore. Adhuc autem in gustationis descriptione versatur Athenæus. ná eò cucumeres pertinét, nõ minùs quá pepones de quibus libro superiore dictum est. Theophrasti verba ex ipso fonte ita scribe, ὁ τότε τὸν μὲν Λακωνικὸν ὕδατι ἀποβρεχόμενον βελτίω γίνεσθαι, τοὺς δ' ἄλλους ἀνυδρότους. Deinde pro γλυκύτερα, codd. Theophrasti habent γλυκυτέρα. Etymũ vocis σικυὸς ex Demetrio Ixione ita explicatur: ὀνομάζεσθαι σικυὸς ἀπὸ τοῦ σεύεσθαι καὶ κύειν· ὁρμητικὸν γὰρ ὑπάρχειν. in quibus verbis posita literula vna alterius loco, falsissimã sententiam doctiss. viro affinxit: quasi putauerit Demetrius, Veneri nasci cucumeres. quis ita alienus à lectione medicinæ auctorũ, quin hoc falsum esse sciat? frigidũ esse cucumeré omnes vno ore affirmant medici, esse igitur ἀφροδισίων ἐχθρικὸν, inimicũ veneri, mox Athenæus obseruat ex Diphilo. Galenus verò disertè lib. 2. de Facultat. simplic medic. inter semen cohibentia recenset melopepones & cucumeres, ἥν τε πεπόνων, inquit, ἥν τε ὁ μὴ πέπειρος ἐστιν. Quomodo igitur Demetrium excusabimus literæ vnius mutatione scribẽdum aio κίειν pro κύειν, *progredi* pro *vterum gerere*. Sensus est σικυὸν dici à σεύεσθαι & κίειν, quæ verba motum & progressum in vlteriora significant: quia hæc planta est ὁρμητικὴ, id est, latè funditur in cucumeratio. Erat scribendum σικιὸς, sed facta est duarum vocalium υ & ι trásppositio Eustath. quinto in Iliadem Commentario de vocibus disputans, quæ sunt compositæ ex duabus significationis eiusdem, vt γέγωνέω, δέδωκα, ὀρθόω & ἀλέγω, ἐκ τοῦ σεύεσθαι ἤγουν ὁρμᾶν, καὶ τοῦ κίειν ὁ σικυὸς ὁ ἐκ τῶν αὐτῶν δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ ὁ σικυὸς κατὰ μετάθεσιν ἢ τροπὴν διχρόνου. Significatione parum differunt σεύεσθαι & σοῦσθαι. tamen ad etymum satius est cum Eust. scribere σεύεσθαι. Hanc tamen sententiam nostram, & emẽdationem verborum Demetrij Ixionis, Iosephus Scaliger non probat. κύειν enim in explicatione huius etymi significare feminosum esse: vnde σπερματίας σικυὸς sub finem libri 2. è Cratino & aliis Addebat. κίειν poëtarum tantum esse verbum, neque hic locum habere posse: postremò, σικυὸς aiebat, scribitur non σικιὸς, vt esset scribendum, si deduceretur à κίειν. Mihi non videtur ad rem multũ facere quòd κίειν sit vocabulum poëticum. nam pleræq; dictiones poëtis propriæ sunt antiquissimæ, quæ primis temporibus cùm essent communes & vulgo vsitatæ, nihil caussæ dici potest, cur non iis sint vsi prisci onomatothetæ in nouis nominibus fingẽdis. Itaque veteres critici in exprimendis verborum etymis ab antiquis dictionibus non solent abstinere. Eustathium inuenisse scriptum κίειν, & probasse, docẽt verba quæ ex eo protulimus, quæq; non vno duntaxat loco in eius commentariis leguntur. Ne id quidem multum me mouet, quòd σικυὸς Græci scribant, non σίκυος, per iota in penultima: nam huiusmodi literarum transpositiones nusquam non occurrunt in etymologiis Græcarũ dictionũ. In hoc verò nomine etiá rationem afferunt grammatici, cur σικυὸς potius scribatur quàm σικιὸς: ne videlicet affinitatem aliquam videretur habere cum nomine σῦκον, ficus. Eustathius prolixè ad Odysseam ε. ὥσπερ ἡ συκῆ παρὰ τὸ σύειν ὁ κίειν, οὕτω ἐστὶ ὁρμᾶσθαι, οὕτω κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ ὁ σικυός. ἐτράπη γὰρ ὁ ἐν αὐτῷ τὸ υ εἰς ἰῶτα, ἵνα τὸ ἀσυνέμφατον ἵνα μὴ ὁ τῷ σικυῷ σύκου ἐμφαίνηταί τι. Fateor alioquin, verbum κύειν de arboribus vsurpari ad gemmandum sese comparantib. Sic dicit Dioscorides, ficus ἐγκύους εἶναι, *prægnãtes esse*, πρὶν τοῦ ὀφθαλμοῦ βεβλαστηκότος, *priusquã gemma prodierit*, quod Latini *gẽmare* dicunt. Scimus etiam ὁρμητικὸς sæpe dici de impetu ad generationem Si quis igitur retentâ lectione κύειν, cucumeré ὁρμητικὸν exponere voluit. *qui se pousse*, vt Galli loquũtur, id est, qui magno impetu fertur ad germinãdum, per me licet. at Dalecamp. *quoniam eo cibo venus accenditur*, cõtra veritatem & notissimam cucumeris naturam. Heraclides Tarẽtinus, vt obseruat auctor, ἀδύγαιον appellauit cucumerem. vellem adiecisset, vtrùm ἀδύγαιον, an ἀνδύγαιον. nam quidquid vbere & læto solo prouenit, ἀδύγαιον appelles licet, tanquam ἁδεῖαν siue καλὴν ἔχον γῆν. Plenilunio manifestum in hortis capere cucumeres incrementum,

probat dipnosophista, exemplo echinorum. clarum id exemplum & omnibus notum, ex philosophis & poëtis etiam. Sunt ad manum Oppiani de ea re versus elegantissimi: quos inde lector petat. Lucilius, *Luna alit ostrea, & implet echinos, maribus fibras. Et pecui addit.* Inter alia ficuum elogia, dicitur hic fructus melioris vitæ dedisse mortalibus principium. Initio cibus hominũ glandes faginæ ac quernæ fuerũt, deinde cognita est ficus, & eius fructus præ glandibus probatus. Hoc fuit alius vitæ initium, quam solent Græci modò ἥμερον vel ἀλληλισμένον βίον, vt docemus libro 14. appellare: modò καθάριον. Itaque errant qui hoc loco, ἡ συκῆ ἡγεμὼν τοῦ καθαρίου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο, ingeniosi sunt in mutanda lectione, quam etiam Eustathius habet. Addit, δῆλον δὲ τὸ ἐκ τοῦ καλεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἱερὰν συκῆν τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ πρῶτον εὑρέθη. Ego non reperio vllum locum in vrbe Athenis, aut agro Attico, qui diceretur ἱερὰ συκῆ. fructũ ipsum ita vocatum memini legere in epigrammate de Phytalo, ficus inuentore, apud Pausaniam in Atticis,

> Ἐνθάδ' ἄναξ ἥρως Φυτάλος ποτὲ δέξατο σεμνὴν
> Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν,
> Ἣν ἱερὰν συκῆν θνητῶν γένος ἐξονομάζει·
> Ἐξ οὗ δὴ τιμὰς Φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρως.

Hegeteriam ficum Eustathius appellat ἡγητορίαν, quia ita hic legerat de ea fusè Hesychius: quem vide, ac vel doce me, quale apud Athenienses festum fuerit Paraplynteria: vel disce à me scribendum esse in Hesychio, ἐν γὰρ τῇ ἑορτῇ τῶν πλυντηρίων. Porphyrius quoque lib. 11. de abstinendo ab animatis, hegeteriæ meminit, pompã Solis & Horarum ex ritibus Atheniensium describens. Alexidis versus & supplendi sunt ex lib. 2. & ita distinguendi ex lege metrica,

> —οἷα δ' ἡ χώρα φέρει,
> Διαφέροντα πάσης ὦ Πλάτων τῆς οἰκουμένης·
> Τὸ μέλι, τοὺς ἄρτους, τὰ σῦκα, σῦκα μὲν νὴ τὸν Δία
> Διαφέροντα καὶ πάνυ γ' αὐτὴ φέρει βοσκήματα
> Ἔρια, μύρτα, θύματα, τυρὸς, ὕδωρ διάφορον
> Σφόδρ', ὥστε καὶ γνοίην ἂν εὐθὺς Ἀττικὸν πίνων ὕδωρ.

versus trochaici sunt, tetrametri catalectici. Alexidis fabula quæ paulo pòst Ποιηταὶ nuncupatur, non alia est quàm quæ lib. sexto Ποιητής. Pollux lib. 9. Ποιήτριαν istius poëtæ fabulã citat: quæ an eadem sit cum ista, quærendum est. In ea fabula reprehendit illos poëta, qui vocem συκοφάντης excogitarunt ad denotandam hominis alicuius improbitatem. ἔδει γὰρ, inquit, ὅς τις χρηστὸς ἦν, ἡδύς τ' αὐτῷ, τὰ σῦκα προσθεῖναι δηλοῦν τὸν τρόπον. Sensus est, debuit hoc potiùs fieri, vt si quis esset vir probitate insignis, nomini illius inseretur vox συκῆ in testimonium virtutis. putà, vt vel φιλόσυκος appellaretur, vel συκάγαθος, *homo eximiè bonus*, vt dicitur, βδελυρὸς, *insigniter malus.* vel συκολόγος aut συκοῦβος, aut *Sycocharmus.* Προσθεῖναι sic accipe in his versibus, vt apud Aristophanem,

> Περὶ τ' ὀνόματος δ' ἐνταῦθ' ἐλοιδορούμεθα
> Ἡ μὲν γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τ' ὄνομα,
> Ξάνθιππον ἢ Χάριππον, ἢ Καλλιππίδην.

Ælianus verbo συμπλέκεσθαι in eandem sententiam vsus, epistolà quadam, Θρασυλέων οἶμαι τὸ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ἄλλο τι πιστὸν συμπεπλεγμένον θηρίον. Sic & in sequentibus vsurpat Alexis,

> Νυνὶ δὲ πρὸς μοχθηρὸν ἡδὺ προσθεὶς,
> Ἀπορῶ ποιοῦν, δι' ὅ τι τοῦθ' οὕτως ἔχει.

Nunc, inquit, *cùm* in voce sycophantæ *improbo sit additum* & coniunctum *suaue, incertum est quã de caussa id sit factum.* τὸ μοχθηρὸν est φάντης, *delator, quadruplator:* τὸ ἡδὺ est vox συκῆ, leuiter initio dictionis corrupta. Doctorum virorum interpretationes horũ versuum, planè sunt, quod ait Lucilius, *Pergula pictorum, veri nihil, omnia falsa.*

CAPVT III.

Sminthia *Rhodiorum. Ficus pœnæ nomine aliquando exactæ. Pherecratis fabula* Crapatalli. φιβάλεις *homines.* φιβάλεως. χελιδόνια σῦκα. *Lyncei Samij epistolæ. Prouerbium,* Λυγκέως ὀξυωπέστερος. Cauniæ *ficus non* Cauniæ. Toxaliæ *ficus. Prouerb.* πίπτων ἴετνος ἄλλως ἰσχνάζεις λόγῳ.

Φιλόμνηστος δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ Σμινθείων. Testatur Strabo locum fuisse in agro Rhodiorum Sminthia dictum, libro decimo tertio: de eo loco & nominis huiusce caussis egerat Philomnestus, siue, vt libro decimo scribitur, Philodemus. διὰ τὸ εἶναι τότε τὰ ἐπιζήμια καὶ τὰς εἰσφορὰς σῦκα, ὥσπερ καὶ ἔλαιον. Ante receptum vsum nummorum, pecuniæ locum in contractibus, mulctis, præmiis, & omne genus collationibus, obtinuerunt res ad humanos vsus necessariæ, vt docent nos antiquissimi quiq; auctores, & probant Iurisconsulti auctoritate summi vatis. Non igitur mirum est, apud Rhodios aliquando pœnæ nomine exactas fuisse ficus, item oleum, vinum, & similia. Sic apud veteres Romanos ouis & bos. Τό, τι θανοφαγὶς μετρεῖν ἐμοὶ μελίδιμνα. exposuimus ista libro superiore, capite decimo quarto. ἀτὰρ καὶ Φερεκράτης ἐν Κραπατάλλοις. Pollux libro septimo, capite trigesimo, σῦκα δὲ τῶν φιβαλέων ἐν Κραπετάλοις Φερεκράτης. meliùs Κραπατάλλοις. sic corrige & libro decimo, capite nono, vbi editum Κραπεπάλοις. Hesychio auctore, fatui nomen est, aut nummi cuiusdam. sed & minutos pisces quosdam ita vocari idem scribit: atque inde existimauit Dalecampius nomẽ inditũ huic fabulæ. Ex Polluce diuersam sententiam licet asserere. sic ille libro nono. ὄνομα δέ τι νομίσματος καὶ κραπατάλλους ἅτε παίζων εἴτε σπουδάζων Φερεκράτης ὠνόμασεν, ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι. λέγει δὲ τὸν μὲν κραπατάλλον εἶναι ἐνάδρου (legebam ἐν ᾅδου. Scaligero placebat ἐνάδρου:) δραχμήν. ἔχει δ' αὐτὸς ὀκτὼ ἰωθέας: τὴν δ' ἰωθέαν εἶναι τριώβολον καὶ δύνασθαι ὀκτὼ χιδάβους. Hactenus Pollux. ὡς καλεῖ καὶ φιβαλέα. neque de arbore fico, neque de fructu hæc possunt intelligi. illa συκῆ dicitur: hi σῦκα. de personis igitur accipiendum. φιβαλέας aut φιβάλεως vocabat Attici homines aricos & exuccos. auctor

auctor comici interpres ad Acharnenſeis. καὶ τὰς μυῤῥίνας δὲ φιβαλίας λέγουσι. malim φιβάλεως: nam ita potius & caricæ & myrti dictæ. vide illum enarratorem, & in Etymologico. Χελιδονίων δὲ σύκων μνημονεύει Ἐπιγένης. Heſychius paulo aliter χελιδόνιος, εἶδος ἰσχάδων. cauſſam appellationis nimamur lib. 9. Σκληρῶν ἀθρόος πυκνίσκος. interpres σύκων. fortaſſe non malè. etſi poſt dubitari an ponerentur ficus in πυκνίσκοις. Τῶν δὲ ἐν Ῥόδῳ γενομένων σύκων μνημονεύει Λυγκεὺς ἐν ἐπιστολαῖς. extabant olim Lyncei Samij epiſtolæ, quarum & Harpocration meminit in τῷ φαλλός. in his fuit vna ad Diagoram. quâ contendens varia eſculenta Rhodi nata cum Atticis, palmam Rhodus adiudicabat. conferendus hic locus cum altero huic gemino infra eodẽ libro, vbi de panis generibus diſputatur: item alio qui lib. 7. in ſermone de apuis. reperies & alios ſimiles. Τὰ δ' ἐρινεὰ τοῖς Λακωνικοῖς ὥστε συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν. deeſt verbum, ex aliis eiuſdem epiſtolæ locis ſupplendum, ἀντιπαραβάλλουσιν, aut ſimile. Senſus eſt, Si ficus Rhodiacæ erineæ nomine dictæ, iis comparentur quæ Athenis Laconicæ dicuntur, tam impar fore certamen, quàm ſi ficubus contendatur ſycamina, id eſt mora; ſi quis aliter interpretetur, non ero pertinax: modò intelligatur ſimilis aliqua comparatio. Καὶ ταῦτ' οὐκ ἀπὸ δείπνου. atque hæc conuiuiis meis appoſui, non finitâ cœnâ, ſed incipiente. ſic infra vbi de pane. vide cap. 25. εἰ ὁ Λυγκεὺς ἐγεγόνει οὕτως ἐγώ, ὀξυωπέστερος ἂν ἐγεγόνει παρὰ πολὺ τοῦ ὁμωνύμου. oculorum acie Lynceus cognomine ſibi Lynceum ſuperaſſet. Dalecampius Lynceum prouerbio celebratum propter miram videndi facultatem, lyncem beſtiam eſſe credidit primus & ſolus. τὰ ἀπὸ Καύνου τῆς Αἰολικῆς πόλεως ὡς διάφορα ἐπαινῶν. meliùs ſcribas Καυνῶν. vt rectum ſit Καῦναι. vnde fit gentile nomen Καυναῖος. atque ita ſcribi debet in ſequenti verſu Parmenonis, Ἦλθον μακρὰν θάλασσαν οὐκ ἄγων σῦκα Καυναῖα φόρτον. non Καύνια φόρτον. etiam apud Ciceronem *Canneas* ſcribendum, quod exauditum eſt, *Caue ne eas. Canneas*, caret analogiâ. *Caunias*, alienus ab eo ſono. Caunæ, Æolidis oppidi nomen: Caunus, alius oppidi in Caria. à Καῦνος fit Καύνιος. at Καυναῖος eſt à Καῦναι: vt Ἀθηναῖος & Θηβαῖος. Τοξαλίων δὲ σύκων. *Toxalias* ficus inamœnas atque ingratas palato fuiſſe declarat qui ſequitur Apollodori locus. an igitur ita dictæ, quod Sagittæ inſtar palatum vulnerarent? ſic *crucium* vinum, quod bibentibus eſſet ingratum, vt crux. Πέπων δ' ἐρινὸς ἀχρεῖος ὢν ἐς βρῶσιν, ἄλλους ἐξερινάζεις λόγῳ. Sophocléum hoc prouerbium ſimile eſt illi, *Lepus tute es, & pulpamentum quæris*. ſed ſcribendum, Πέπων ἐρινός, cum accentu in vltima. arboris nomen eſt ἐρινὸς & ἐρινεός: fructus, ἐρινὸς inquit Euſtachius, vel potius ἐρινόν, vt σῦκον, quod clarum ex ſequentibus Athenæi: qui obſeruat dixiſſe Sophoclem πέπων ἐρινός, quod arboris nomen eſt, pro πέπων ἐρινόν, quomodo fructus appellatur, inquit. Cæterum τροπικῶς id dictum admonet Athenæus. Ita autem vertendum, *tu cum ſis groſſus nihili & inſipidus, ad comedendum inutilis, alios verbis increpas tanquam ignauos & inſipidos.* πέπων accipio hic vt apud Homerum, quando probri loco aliquis dicitur πέπων, mollis & ignauus. Adrianus Iunius magni iudicij vir, aliter interpretatur: cui non aſſentior. Dalecampio multò minus, emendanti ὦ πέπον. reclamant libri, reclamat Euſtathius, reclamat ſententia: quam, opinor, primi nunc indicamus verè. ἐξερινάζεις λόγῳ, valet, *oratione tua ἐρινοὺς vocas.* non enim vſitatâ ſignificatione verbum hoc vſurpatur: ſed nouâ & inſolente, vt multa apud tragicos & comicos, quando præſertim loquuntur homines irati. Aut, ſi mauis, interpretare ἐξερινάζεις λόγῳ, *verbis laceſſis* & ad contentionem prouocas: vt ſit alluſum ad originem vocabuli, quod ab ἔρις deducunt grammatici. Etiam apud Latinos caprificus in ſignificatione vitij vſurpatur, ſed aliter, vt,

— & quæ ſemel intus
Innata eſt, rupto iecore exierit caprificus.

Priorem verſum integrare ſic poſſumus, Πέπων ἐρινὸς αὐτὸς ὢν ἀχρεῖος.

CAPVT IV.

Συρίχοι, συρίσκοι, ἄῤῥιχοι, ἄρσιχοι. κόλυθρα & κόλυτρα. Plinij locus de pæonia collocatus cum Athenæi verbis. ἀπομαγδαλισμοί. ἀπόπνιγμα. veteres ſæpe de iiſdem non eadem dicere. Κυδωναῖα σῦκα. Antiphanis comedia Seleriæ. Græſtonia, Macedonicæ βρύειν. Theophraſtus non ſemel emendatus.

DISTINGVE Alexidis verſus, Καὶ τί δεῖ λέγειν ἐφ' ἡμᾶς, τὰς τε συχ' ἑκάστοτε Ἐν τοῖς συρίχοις πολλῶν ἀγείρεται editum. συρίσκοις: ſi metri rationem non habeas, optimè. Heſychius, συρίσκος, ἀγγεῖόν τι πλεκτόν, εἰς ὃ σῦκα ἐμβάλλουσί τινες δὲ ὑρίσκον. ſed verſiculi modulus eam vocem aſpernatur. συρίχοις igitur ſcribendum: aut quia alibi, quod ſciam, ea vox non legitur, ἀρρίχοις. quæ dicitur Ciceroni *fiſcina ficorum*, Græcis eſt σύκων ἄρριχος, vel ἄῤῥιχος, vel ἄρσιχος, & ἄρισκος. itémque συρίσκος & ὑρίσκος. tanta eſt linguæ huius volubilitas. Emendandus in hac voce Theophraſtus in magno opere De cauſſis plantarum, libro primo, capite ſeptimo καὶ διὰ τοῦτο γε ἐπικρώσας τιθέασι, καὶ ἀρεῖ μᾶλλον ὕστερον γε ἄρξαρίχοις. legendum enim, ἐν ἀῤῥίχοις. Quid ſit paulo poſt, ἐγκάψας τὸ κέρμα εἰς τὴν γνάθον, ad Theophraſtum pridem expoſuimus. Ex Ameriæ Gloſſis refertur, ἐρινεκάς vocari groſſos caprifici. Heſychij exemplaria vocant ἐρινάδας. eidem βασίλειαι ſunt nobiles caricæ: accuratiùs noſter. Κόλυτρα, meliùs Euſtathius quàm noſtri, κόλυθρα. De glycisíde ſiue pæonia ex Seleuco refert Athen. γλυκυσίδην τινὰ καλεῖσθαι φησί, συνεχῶς τὴν μορφὴν μάλιστα ἐοικυῖαν φυλάττεσθαι δὲ τὰς γυναῖκας, διὰ τὸ ποιεῖν μαγκισμούς. Eruditus interpres qui

suam ex Plinio & Dioscoride emendationem huius loci imputat lectoribus, non vnam ansam sui carpendi vel æquissimis iudicibus dedit. Quid enim? hoccine est auctoré aliquem emẽdare: appingere illi quicquid velis, & contrariã quoque sententiam affingere? hac mercede neque Athenæus, neque alius auctor corrigi velit. Vtrumque autem à Dalecampio factum hoc loco. Aliena est, neque Athenæi hæc sententia, *paoniam in cibo sumptã rubra fœminarum profluuia sistere*: ficta & Athenæi verbis contraria, quæ deinceps sequitur: *ac valere contra malum mentis & infatuationes*, Athenæus planè contrariũ scribit, *paonia esu abstinere fœminas, quòd fatuitatis caussa sit*, id est, impellit illas ad pedendum, ματαΐζειν, est μωραίνειν, *facere quod sit indecorum, & generè se stultè*. Quidam è veteribus hac voce vsi ad notandum peculiare illud ἀτοπήματος genus, cui obnoxius Claudius Imperator. Phauorinus apud Stobæum, ὁ Βοιώτιος ἐντυχὼν θησαυρῷ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη, ἐπάρας τὸ σκέλος ἀπεματαΐσε. *Bœotius quidam annis* LXX. *maior inuento thesauro oppedit*. Damoxenus comicus ἀσχημονεῖν eã notione vsurpauit, de malè paratis cibis loquens. τοιγαροῦν τρόφοι, καὶ πνευμάτια γινόμενα τὸν κεκλημένον ἀσχημονεῖν ποιοῦσι. Equidem non aliter hic interpretarer τὸ ποιεῖν ματαϊσμὸς, nisi ob oculos versarentur Plinij verba, *Estur*, ait, *etiam contra malum mentis*. ψώθιμα, ἢ ἔτυμον ἐρέω; αἰλίζεται δ' ἐμὸς θυμός. Diuinabam abiisse in diuersas ac propè contrarias sententias Plinium & Seleucum, quòd in auctore vnde hauserunt ambo, lectionem diuersam nacti essent. Plinium legisse ποιεῖν πρὸς ματαϊσμούς. Seleucum ποιεῖν ματαϊσμόν. Verbum φυλάττεσθαι vtrique sententiæ posse aptari certum est. Hesychius, γλυκυσίδη, φυτὸν ποιοῦν σιωπᾶν πρὸς ἀποπήματα τῶν γυναικῶν. neque Plinij neque Seleuci sententiæ hæc rectè accommodaueris: sed ad facultatem pæoniæ sistendi rubros mulierum fluores. ita enim interpreter hîc vocem ἀπόπημα. Quãquam non nescimus posse eam dictionem accipi etiam ἀντὶ πορδῆς. quem inhonestũ flatum Artemidorus πνεῦμα ἄτοπον appellat, lib. 1. capite. 70. ἐρυγμὸς ait, καὶ κνησμὸς, κακοῦ ἐστι σημαντικά. ὅτι μὲν διὰ τὸ ἀηδὲς ἦχθαι δι' ἐκ διὰ τὸ πνεύματος εἶναι πυρώδες ἀτόπου. Nã si de morbo Claudij intelligeret, quare faceret proprium mulierum? Non scripsisse eadem de vi eiusdem herbę Plinium & Seleucum, si quis miretur: næ ille rem miratur parum admirandam. Quid enim frequentius? vel quod præcedit de similitudine pæoniæ cum ficu, quis alius veterum dixit cum Seleuco? tamen addit μάλιστα. σύκοις τὴν μορφὴν μάλιστα ἐοικυῖαν. Postremò emendationi Dalecampij opponimus Eust. auctoritatem, qui ante annos prope CCCC legebat vt nos hodie, ad Ὀδύσσ. ω. Platonis comici locum de glycyside, nollem periisse. Cleophontem eius fabulam laudat & Pollux, libro 10. cap. 13. Κυδώνεια σῦκα apud Eustathium sunt κυδώνεια. neutrum rectum si verè Hesychius, Κοδώνια, σῦκα χειμερινά.

Assentior Dalecãpio super illis ex Theophrasto, ὥσπερ ὁ χαριτιαῖος ἢ ὁ σατυρ... χελιδόνειος. quantumuis consentiant omnia exemplaria antiqua. Quid sit, ad Theophrastum ἐκ διεξιόντος videbimus. Pro, ὅσαι παρ' αὐτοῦ αἱ βλαστήσεις, scribe ὅσαι περὶ αὐτοῦ· malè apud Theoph. ὑπὲρ αὐτοῦ. & πρωτεῖκὴν per ω magnum, non προτερικὴν, ex Hesychio. Locus qui paulo post extare dicitur ἐν τῇ ἕκτῃ φυτικῶν αἰτιῶν. petitus est è quinto eius operis. τρίτῃ tamen omnes codd. nostri. Antiphanis Σκληρίας diu habui de mendo suspectos. postea reperi incerti poetæ fabulam Sclerias tribus locis apud Stobæum. Rectè mox nostri libri omnes, πρὸς τὴν Βισαλτίαν Ἀμφίπολιν. vide Plinium libro 4. cap. 10. minùs rectè Eustath. Βισ. καὶ Ἀμφίπολιν. *Graslonia*, Macedonia est, quam alij Crestonam vocant, & in Thracia collocant Macedoniæ vicinam. adi Stephani Epitomen. Obseruemus proprium & elegans verbum in Theopompi loco, τὰς ἐλαίας ἐν ᾧ χρόνῳ βρύειν εἰκὸς ἦν. de oliua propriè dicitur βρύειν florere incipiente. Græci magistri, τὸ βρύειν κυριολεκτεῖσθαι λέγεται ἐπὶ τῆς ἐλαίας ἀνθεῖν. Sequitur ex Theophrasto, πάντα τὰ ἐν σκιᾷ φυτευθέντα καὶ θᾶττον αὐξάνεσθαι, καὶ πλεονάζειν γίνεσθαι. hoc ita philosophus, ὅλως δὲ πᾶν ἐν σκιᾷ φυτευόμενον πλεονάσει. scribe, πλεονάσεις, vt legit Athenæus. alibi in eadem sententia vsus voce πλεονασία, vt de Caussis libro quinto cap. septimo. Scribe etiam cum Dalecampio, ἐμποδίζειν φέρει τοῦ φύλλου. & ad librum quintum de Caussis adi, capite primo & paulo pòst καρπὸν δὲ τὸν τῶν σύκων πίονα καὶ γλυκὺν ἔχει. cum doctissimo Gesnero.

CAPVT V.

Σῦκα λευκόφαια & μελανόφαια. Syceas Titan. Andrisci Naxiaca. Superstitio veterum, puerorum oculos ficu recente fricare. Persæ *comœdia incerti auctoris.* Ananias *iambicorum poeta. de vocibus* ὄγκος *&* λαγαρός. ὄνυγχος.

INTER alia multa quæ ab Athenæo recensentur ficorum vel nomina vel cognomina, λευκόφαια sunt & μελανόφαια. nam & scripta manu exemplaria sic legunt. sed mendum nihilominùs inesse huic scripturæ censeo, & scribo λευκόφαια & μελανόφαια. pullus color inter album & nigrum est medius; quæ pulli coloris sunt, vt ficus, provt ad albedinem aut nigredinem accedunt, leucophæa dicuntur aut melanophæa, id est, *albopulla* & *nigropulla*. Doctis qui λευκόφυα corrigunt, & μελανόφυα, accedere non possum. De Sycea Titane legi possunt Stephani ἐθνικά, vbi totidem ferè verbis eadem fabula narratur. Andriscus paulo pòst nominatus scripserat Naxiaca, cuius historiæ meminit Parthenius capite 9. & 19. Locus è Persis dramate Pherecratis, insignem veterum superstitionem continet: quam ne assequi valerent interpretes, deprauatio lectionis fecit. Ait Athenæus, Φερεκράτης, ἢ ὁ πεποιηκὼς τοὺς Πέρσας φησίν, ἤν δ' ἀμῶν σύκων

σῦκόν τις ἴδῃ διὰ χρόνου νέον ποτὲ τῶν ὀφθαλμῶν περιμάττομέν γε τοῦτο τῶν παιδίων. ὡς καὶ ἰαματικὸν ὂν τῆς τυχεῖν τὸν τῶν σύκων ὑπαρχόντων. Legi debet, τῷ ὀφθαλμῷ περιμάττομέν γε τοῦτο τῶν π. atque ita exponi *Pherecrates, aut quisquis est qui Persas docuit, ait: Si quis nostrûm recentem ficum tandem videat, oculos tenerorũ puerorum illâ fricamus: ceu habentibus ficis etiam medendi non mediocrem facultatem.* postrema verba non sunt Pherecratis, sed Athenæi, caussam eius moris afferentis. περιμάττειν τὼ ὀφθαλμὼ, est id quod expressimus. ad Theophrastum hanc vocem exponebamus. infelicissimè Dalec. pro μασσᾶσθαι accepit. In XI. Geoponicorum germanus huic mos ex Zoroastre docetur. Spondebat ille magus oculos integro anno illi non dolituros, qui conspectæ primum rosæ tribus calycibus eos tersisset. Ζωροάστρης λέγει ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἵνα μὴ ἀλγῶσι τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὸν γε πρώτους ἰδόντα ἐπὶ τῆς φυτῆ, (de rosa loquitur) μεμυκυίας κάλυκας, καὶ τρισὶν ἐξ αὐτῶν ἀπομάξασθαι τὰ ὄμματα. Valde hæc illustrant Pherecratis locum. Cæterùm de auctore eius fabulæ dubitatum fuisse à veteribus criticis, palam facit Athenæus: qui tamen alibi, non semel Pherecrati eam tribuit: sicut etiam Aristophanis vetus interpres aliquam multis locis. & Pollux lib. 7. cap. 11. Φερεκράτης ἔφη ἐν Πέρσαις. Ad Ranas verò comici scholiastes dubitationem suam prodit satis, laudans sine nomine τοὺς πεποιηκότας τοὺς Φερεκράτους Πέρσας. *extremo capiti adiice hæc.* Pro μὴ ταχὺ διαλυομένων τῶν σύκων, habent omnes Mss. τῶν σωμάτων. quod idem est: nam σώματα vocat quos modò ὄγκους dixit. Ananij quem iambopœum auctor vocat, qui proferuntur versus, non sunt iambici, sed Hipponactéi scazontes: iambicis tamen potissimùm claruisse cognomen declarat. Aristophanes in Ranis, & eius scholiastes, hos illius tres iambos nobis seruarunt,

> Ἄπολλον, ὅς που Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις,
> ἢ Νάξον, ἢ Μίλητον, ἢ θείαν Κλάρον,
> ἵκου καθ' ἱερὰ, ἢ Σκύθας ἀφίξεαι.

Quia soliti veteres ficos auidissimè comedere, vsus est auctor, in ea re verbis ἐπιπίνειν & καταπίνειν, cùm ait, succum salsum acrimoniâ mixtum generare μεθ' ἁλῶν ἐπιπινόμενα: & paulo post, καταπινόμενα αὐτὰ ταχέως οὐ λεπτύνεται. Hoc eò potissimùm dicimus, vt sciamus quid mox appellet πολλοὺς καὶ μεγάλους ὄγκους. Sic ille, διαλύονται μὲν οὖν ταχέως. διότι πολλῶν καὶ μεγάλων ὄγκων εἰσενεχθέντων, μετὰ μικρὸν χρόνον λαγαροὶ γινόμεθα καθ' ὑποβολήν. Hæc ita Dalecampius, *itaque multis ficuum esu valde auctam molem corporis, breui post tempore gracilescere ac extenuari supra modum.* Fatemur carnem ex ficorum alimento generatam esse parum firmam, sed ὑπόσομφον καὶ οὐκ ἐσφιγμένην: cæterùm de eo ne per somnium quidem cogitabat, cùm hæc scriberet Athenæus. Vir optimus neque τὸ μεγάλους ὄγκους, neque vocem λαγαρὸς intellexit, quibus nihil frequentius in Græcorum medicorum libris. Sententia auctoris est: ficus in ventriculo dissolui facilè, hoc est εὔπεπτα esse id ex eo constare, quòd post quàm illarum multas & magnas moles in ventriculum coniecimus, non multò post fiamus λαγαροὶ, id est liberi ab impedimento ventriculi & laxi, quod euenire non posset, si manerent indigestæ ficus. Apud philosophos ac medicos multis diuersisque modis vox ὄγκος accipitur: quod fusè probamus alibi, plurimis Theophrasti, Galeni, & aliorum id genus magnorum scriptorum locis illustratis. Interdum ὄγκος est cibus in stomachum admissus, qui suâ mole illum impedit si maiore copiâ sit sumtus. Galenus Υγιεινῶν libro sexto, in παχύνσεως curatione, ὄγκους ἐδεσμάτων ὀλιγοτρόφους ἐδίδου. intelligit cibos qui mole implerent ventriculum, non multum tamen alerent. catalogum ὄγκων ἀτρόφων ex Erasistrato habes in libro Galeni de missione sanguinis cõtra Erasistrateos. in eo albo ponuntur & caricæ. Simeon Sethi de anetho, διαφορητικὸν ἐστι τῶν ὠμῶν ὄγκων πεπτικόν. id est, *crudos in ventriculo cibos concoquit.* libro secundo dictum est de aceto, ὅτι τὰ ἐν κοιλίᾳ τὰ ἐν τῷ ὄγκῳ διαλύει. verba sunt Heraclidæ Tarentini, qui nouo loquendi genere sic expressit illa quæ suâ mole stomachum (abutar eâ voce cum multis) habent impeditum. libro nono dicuntur Athenæo succi è carnibus caprinis, πολὺν χρόνον ὑπομένειν ἐν τοῖς ὄγκοις. hic ὄγκος aliter accipitur, pro corporis mole, id est corpore ipso, & eâ quam ἕξιν vocat alibi, vt diximus libro primo, cap. 10. Philo, legatione ad Caium, ἐπὶ πλήρεσι τοῖς ὄγκοις ἀπλήρωτοι ἐπιθυμίαι. A priore significatione dicuntur cibi εὔογκοι, qui non distendunt ventriculum, nec malè habent. Libro octauo ait auctor pisceis saxatileis esse εὐόγκους, καὶ πέπτεσθαι ταχέως. errat Dalec. qui putat dici εὐόγκους, quòd molem corporis impleant: quod est contra eius artis, quam magna cum laude profitebatur viuus, principia. At cibos illos, qui ventriculum complent, nec multum tamen nutriunt, ὀγκώδεις dicunt Græci: Artemidorus libro primo, De albis oleribus, putà rapâ, napis, cucurbitâ, aliísque id genus, sunt inquit, omnia hæc ὀγκώδη καὶ ἄτροφα. Etiam de personis εὔογκος dicitur; Euripides Bellerophonte,

> —ἐξ ὧν γίνεται βροτοῖς
> Εὔογκος εἶναι γαστρὶ μὴ πληρουμένῃ.

hoc est, vt paulò post loquitur Athenæus, ἀλύπως διάγειν καὶ οὐδὲν ἐνοχλεῖσθαι. Hoc ipsum verbo λαγαρὸς declaratur ab auctore: eo vtimur in significanda re laxa, non adstricta, non plena & farta. Sic λαγαρὸς & εὐρυκοίλιος apud Hippocratem iunguntur. contrà apud Themistium, λαγαρὸς & μεστὸς opponuntur, & oratione quartâ eiusdem, βρόχοι λαγαροὶ καὶ ἀσθενεῖς, *compedes laxæ & quibus facile est se exuere.* Sed viris doctis pudorem incutiant hæc verba ex libro octauo, λάπτειν, ἐπιπίνειν τοῦ προπίνειν, καὶ κενώσαντες λαγαροὶ γίνεσθαι. Si quis putauerit, desiderari hîc aliquid vt sit plena sententia, ei licet per me ita scribere, διαλύονται μὲν οὖν ταχέως· δῆλον δὲ διότι πολλῶν καὶ μ.

CAPVT VI.

Τὰ ἐπιγινόμενα ſiue ἐπιπινόμενα τοῖς σύκοις. Ariſtophanis Πρoαγων. *ὥρα pro æſtate. Demetrij Sceſij Τρωϊκὸς διάκοσμος. Apollonia ἡ Μόρδιος. quid ſit χυμὸς ξυστικός. προσαίρεσθαι, edere. προσάρματα, cibi. Canthari poëtæ comici*, Tereus. Cydonia *mala & κοδύμαλα. Gloſſæ* Creticæ.

CVR ficus ſuccum corpori præbeant ſalſum aut acrem, cùm ipſæ naturâ ſuâ ſint γλυκεῖαι, cauſſam hâc affert dipnoſophiſta: ἁλυκώτερον ᾗ ποιοῦσι ἢ δριμὺν ἐκ τῶν ἐπιγινομένων. *ſalſiorem* ſuccum *edet aut acrē, propter ea quæ adiungi ſolent.* Suadent veteres medici in quorūdam morborum curatione, vt fici non ſolæ comedantur, ſed cum aliis: putà ſi quis oppilatione laboret, cum thymo, thymbra, calamintha, origano, pipere aut gingibere. hæc ſunt quæ ἐπιγινόμενα vocat auctor: quaſi *adſcititia*. niſi legendum ἐπιπινόμενα: quoniam ita paulo antè in eadem ſententia ſcriptū eſt, χυλὸν δὲ ἁλυκὸν δριμύτερα ἔχοντα ἀναδιδόασι μεθ' ἄλλων ἐπιπινόμενα. Lege cum Dalec. κἂν ὡς λεπτομερῆ τίμιος ἀγῇ, non τίμιος. Verum nomen eſt vnius fabularum Ariſtophanis, Προαγών, rectéque mox ſcriptum ἐν Προαγῶνι. meminit Iulius Pollux lib. 10. cap. 9. De Nicophonte ſiue Nicophrone ſub libri finem dicemus. Ficis πρὸς τῷ χειμῶνι γινομένοις, opponuntur τὰ ἐν τῇ ἀκμῇ τῶν ὡρῶν, id eſt, *prouenientibus imminente hyeme, illæ quæ mediâ æſtate matura ſunt.* ἀκμὴ ὡρῶν, eſt plena & feruentiſſima æſtas. Dalecamp. *in ſua tempeſtiuitatis articulo.* quaſi oblitus eſſet ὡραῖον mel Plinio verti, *æſtiuū:* aut quaſi apud Galenum quarto in Epidem. cōmentario, non legiſſet ὥραν ſignificare æſtatem per excellentiam. Sic Galenus: ὡραῖον δ' ἐγχωρεῖ μὲν καὶ τὸ κατὰ τὴν προσήκουσαν ὥραν γινόμενον, ὡς ἐπαινοῦντα λέγειν αὐτόν. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ μόνον ὀνομάζειν τὸ κατὰ τὸ μέσον θέρος. Ita etiam interpretare mox, μήτε κατεξηραμμένους λίαν ὑπὸ τῆς ὥρας ἔξω: *quorum ſucci non ſint æſtatis feruore exhauſti.* Iſta, Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου, verte, *Demetrius Sceſius in xv. ordinationis Troianarum copiarum.* intelligit commentarium librū à Demetrio conſcriptum in eam partem Bœotiæ Homericæ. ſiue ῥαψ. β. Ἰλιάδ. quâ recenſentur Troianorum copiæ. Immenſum fuiſſe id opus cognoſcimus ex Athenæo, qui illius XXVI. librum alibi laudat: cùm vix centum verſibus conſtet tota illa enumeratio. Multa de eo, atque etiam ex eo multis locis geographus. At Bœotiam totam commentario illuſtrauerat Apollodorus Athenienſis: quem auctor laudat non multo pòſt, ἐν πέμπτῳ καταλόγου, id eſt, *lib.* 5. *operis editi ad explicandum nauium recenſum.* Apollonia quam mox cognominat τὴν Μόρδιον, olim Μορδιαῖον fuiſſe dictam auctor Stephanus. ac fortaſſe ita etiam hic ſcribendum. Ait trapezorhetor Naucratita, χυμὸν τὰ ἀναδιδόντα εἰς τὸ σῶμα τὸν καλούμενον ξυστικόν. quid appellat χυμὸν ξυστικὸν? quid interpres *ſuccum radentem?* Galeno auctore ita quidam appellarum atram bilem. ἡ μέλαινα, inquit de bile loquens, κακοηθεστέρα μὲν πολὺ καὶ αὕτη τῆς κατὰ φύσιν. ὄνομα δ' οὐδὲν ἴδιον κεῖται τῷ τοιούτῳ χυμῷ, πλὴν εἴ πού τινες ἢ ξυστικὸν, ἢ ὀξώδη κεκλήκασιν αὐτόν. *bilis atra malignior longè eſt quam quæ ſecundùm naturam habet: proprium verò tali humori nullum impoſitum eſt nomen: niſi quod fuere qui radentem aut aceſoſum vocarent.* Apparet non fuiſſe hoc nomen vſu tritum in medicorum ſcholis, & ex eo quod dicit Galenus, τινὲς κεκλήκασιν: & magis ex illo, quòd in rei medicæ ſcriptoribus adeò infrequens occurrat ξυστικοῦ χυμοῦ mentio. Inter ſapores ξυστικὸν nominari à Rufo Epheſio, incognitum Ariſtoteli & Theophraſto, aliiſque antiquis, probè ſcimus: ſed id ad hūc locum nihil pertinet. Porrò Galenus cùm dicit atram bilem ita fuiſſe à quibuſdam nominatam, Praxagoram antiquum medicum tacitè innuit: quod quidem Athenæi indicio ſcimus, qui ſubdit ſtatim, ξυστικὸς δὲ γίνεται χυμὸς ἐξ αὐτῶν, ὁ λεγόμενος ὑπὸ Πραξαγόρου. quæ interpretamur, *humor quem ex iis confieri diximus, is eſt, quem Praxagoras* ξυστικὸν *vocauit.* Auctor ille vnde hæc verba deſcribit Athenæus, τὰς δὲ πλείους προσφέρεσθαι μᾶλλον πίπτοντα μὲν, Ionicè videtur ſcripſiſſe, nam προσαίρεσθαι edendi ſignificatu, eius dialecti eſt. inde προσάρματα, *cibi*, apud Hippocratem: alij potiùs dixerūt προσφέρεσθαι. Emendauimus ex libris, ὁ Ἀλκμὰν, ὡς δὲ Κάνθαρος ἐν Τηρεῖ. deſunt verba Alcmanis, quæ tamen ne Athenæus quidem fortaſſe appoſuerat, contentus digitum intendiſſe, vt ſæpe alibi. Cantharus poëta comicus, inter alias fabulas *Tereum* docuerat. auctor Suidas. Scripſerat & Philetærus quoque *Tereum:* & ex Latinis poëtis, Liuius Adronicus & Accius. In Canthari verſu, Κυδωνίοις μήλοισιν εἰς τὰ στήθια, deeſt verbum ἰσῆξεν, vel ἔβαλλεν. de amante loquitur, qui ſuam ἐρωμένην malis in ſinum coniectis petebat. vt, *Malis me Galatea petit.* & paſſim poëtæ. *Cydonia* mala etiā κοδύμαλα fuiſſe olim vocata, probatur auctoritate Hermonis, qui Gloſſas Κρητικὰς conſcripſerat. Non ſunt ferendi qui Gloſſas κριτικὰς, id eſt, *indiciarias*, vt vertunt, ſunt commenti, prorſus ἀκρίτως. Olim docti multi Gloſſas, id eſt, obſcurarum vocum interpretationes, & vt nunc vocāt λεξικὰ ediderant. Nam γλῶσσαν & γλώσσημα nuncupabant vocabulum vulgo incognitum: vel quia peregrinum & barbarum, vel quia iam obſoletum, & obliuioni traditum. Eſt enim & verborum quidam interitus. Vnde illud ſapientiſſimi Imperatoris, M. Antonini Philoſophi, lib. 4. αἱ πάλαι συνήθεις λέξεις, γλωσσήματα νῦν. οὕτως δὲ καὶ τὰ ὀνόματα τῶν πάλαι πολυυμνήτων, νῦν τρόπον τινὰ γλωσσήματά ἐστιν. Auctores antiqui Gloſſarum celebrantur, Amerias, Seleucus, Pamphilus, Nicander Colophonius, Philetas, Philemon Timachidas, Hermonax, alij. Sed fuere qui vnius tantùm gentis vocabula ſuſciperent interpretanda: vt Philemon, cuius Ἀττικαὶ λέξεις, & Ariſtophanes, cuius *Gloſſæ Laconicæ* non

multo

multo antè laudabantur. Similiter Hermonax Creticæ dialecti rátùm voces complexus opere suo, titulum ei fecerat, γλῶσσαι Κρητικαί, cuius libri aliquoties meminit Athenæus. neque debemus dubitare etiam hoc loco de iisdē Glossis eum loqui. quare etiam Ἑρμώναξ quàm Ἕρμων melius scriberetur, nisi fuit iste binominis, vt multi in literis sacris. De voce κοδύμαλα Hesychius eadem. Alcmanis verba sic interpretare *Alcman malum struthium* (vocat κοδύμαλον) *cùm inquis, minus quàm codygmalum.* Hesychius quoque κοδύμαλον, ex quorundam sententia malum strutheum interpretatur.

CAPVT VII.

Nicandri Ἑτεροιούμενα. τύποι Κάδμου, *Arianus vel Rhianus auctor* Ἡρακλείας. *Phaulia mala.* μηλέα ἐαρινή. ἐπιμηλὶς. ὀξύμηλα Περσικά. ἄδρια, μάδρυα. *Prouerb.* χαίροιτω Λιβυκαῖσι βίβλοις ταῖς τ' Ἄννωνος πλάναις. *Plinij locus cum Theophrasto collatus. Quando citrium malum cœperit edi.*

Ἑτεροιούμενα inscripserat poëma quoddam suum Nicander, eiusdem fermè argumenti cum Metamorphosi Nasonis. Multa eius carminis hodiéque fragmenta leguntur apud veteres scriptores, Tzetzem maximè & Antonium Liberalem. Inde afferuntur hîc super mentione Siduntis duo isti versus,

Αὐτίκ' ὄγ' ἐκ Σιδόεντος, ἢ Πλείου ἀπὸ κήπων
Μῆλα ταμὼν χλοάοντα τύπους νωμήσατο Κάδμου.

Periculosæ plena aleæ res est, vt antè dicebamus, ex paucis verbis integram sententiam vestigare. Enimuerò φοβέρομαι ὅδε ὡς πρόσωπον ἴσχεται, ait verè Plato. tentare autem quid nocet? Videtur ergo poëta de amante hæc cecinisse, qui familiari antiquis more, nomen eius quam peribat, cortici mali insculpserat. τύπους enim Cadmi quid aliud quàm literarum characteres interpretemur? Vulgò creditum olim, literas inuentum esse Cadmi. Ausonius. *Pingens aridulæ subdita paginæ, Cadmi filiolis atricoloribus.* Arianus auctor Ἡρακλείας, vt mox dicitur, is est fortasse poëta, ex quo profert Pollux libro secundo húc versum, Αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο κύδοις ἐπιπίλναται ἰξύς. nisi tamen Ῥιανὸς legendum; quem res Herculis descripsisse quatuor libris testatur Suidas. ipse Ἡρακλείδα vocat. etiam Pisander & Phædimus id argumentum tractauerant, & Ἡράκλειαν ediderant vterque. In Antigoni versu scribe, ἤχι μοι ὡραίων πολὺ φίλτερος ἠδ' ἔαρ μήλων. vel ἠδ' ὀψιμάλων. aut ὀψιμήλων. non ἠδ' ἐαρμήλων. *Phaulia* mala qualia fuerint, non explicat dipnosophista: Hesychius magna quædam mala sic scribit vocata: quod notandum duximus, nam aliud nomen præ se fert. sed molem sine sapore in illis puto fuisse. μηλέας ἐαρινῆς etiam Theophrastus meminit, vt initio 2. Historiarum. Lege mox, τεθαύμακα τὰ κατὰ τὴν Ῥώμην πιπρασκόμενα μῆλα. non ἐν τῇ Ῥώμῃ. nam casum quartum retinent omnes antiqui. In Theocriti versu, Μᾶλα μὲν γὰρ κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων, scribunt omnes ad vnum codd. Δ. φέροντι. Ἐπιμηλὶς etiam Hesychio pyri genus est. Dioscoridi aliud ea vox sonat: & item aliud Galeno. Vulnus graue sequentia acceperunt verba: quod ne dissimulatum periculosiùs noceat, aperiendum est, & ita scribendum, Ἐαρινῶν δὲ μήλων ὅπως καλεῖσθαί τινά φησι Τιμαχίδας ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτῶν...... καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς φησὶ Πάμφιλος ταῦτα. desunt verba Timachidæ: prætereà anacoluthon est in auctoris oratione. nam rectum erat Ἐαρ. μήλων μνημονεύει. Doctissimus Dalecamp. emendat ἐν τῷ τετάρτῳ δείπνων. memor laudari libro septimo Timachidam ἐν τῷ ἐνάτῳ τῶν δείπνων. Cæterùm ex iis quæ de Hesperidum malis hîc leges, emendabis Hesychij codices, vbi scriptum perperam, ἐν Λακεδαιμονίᾳ βρωτά τινα μῆλα. pro ἐν Λακεδαίμονι ἄβρωτα. In Theophrasti loco auctiores vnâ voce Mss. καὶ καρύα καὶ βαλάνῳ, & c. De istis Philotimi, τὸ Περσικὸν φησὶ λιπαρώτερον καὶ κιγχῶδες εἶναι, quid videretur diximus libro secundo, cap. 13. in Epitome tamen Hœscheliana, vt in editis, κιγχῶδες. Dalecampium sæpe de suo liberalem multa auctori largiri de quibus non cogitauit, diligens lector multis locis deprehendet: cuiusmodi est quod ait, Persicum malum *raucedinem stertorémque excitare.* cuius sententiæ nullum omnino in Athenæi verbis extat vestigium. Sequitur ex Aristophanis Glossis Laconicis, τὰς Λακῶνας καλεῖν ὀξύμηλα Περσικὰ ἅντινα ἄδρια. mirum possit videri, pruna duobus nominibus esse appellata à Spartanis, *oxymala Persica.* præsertim cùm Hesychius solam vocem ὀξύμηλα interpretetur κοκκύμηλα. non tamen id satis argumenti sit ad inducendum hoc loco τὸ Περσικά. nam eâ voce sublatâ, non habet hîc locum Athenæi hæc obseruatiuncula. sed corrupta sunt postrema, pro ἅ τινας ἄδρια *quæ*, ait Aristoph. *alios vocare adria.* libro superiore pruna dicebantur μάδρυα, quasi μαλόδρυα. auctore Hesychio ἄδρυα Siculis appellabantur, quæ aliis ἀκρόδρυα. in Hœscheliana Epitoma nihil horū. Placent nobis quæ de istis ὥσπερ εἰς αἶγας ἡμᾶς ἀγρίας ἀποπέμπων τοὺς ζητοῦντας, olim Erasmus scripsit. Fortasse tamen respectum ad fabulares capras, quæ Phrygibus quondam oracula edidisse dicuntur. Clemens Alex. in Προτρεπτ. ἐπ' ὃν ἀρχαίους τοὺς Φρύγας διδάσκουσιν αἶγες μυθικαί. & mox, συνέμπορον τῇσδε τῆς γοητείας αἶγες, αἱ ἐπὶ μαντικὴν συνήθειαι. Prouerbij speciem habent quæ statim sequuntur, εἰ μή τι τούτων ἴσασι ἱστορῶ,—χαιρέτω Λιβυκαῖσι βίβλοις ταῖσί τ' Ἄννωνος πλάναις. *si quid horum retulit in libros suos Iuba, dignus est quem oblectent Libyci libri de erroribus Annonis.* Simile illi, *Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.* Λιβυκαὶ βίβλοι & Ἄννωνος πλάναι figura est ἓν διὰ δυοῖν. Iam olim Carthaginienses nauigationem in Atlantico Oceano instituerunt, & terrarum aliquas plagas multis postea seculis incognitas, aperuerunt. Classis præcipuæ dux fuit Anno,

Anno, vel potiùs Hanno è proceribus Carthaginienſium. Sed neque περίπλους ab illo editus, neque libri de eodem argumento ab aliis confecti fidem apud homines inuenerunt. Inde natum prouerbium, quod ita videtur fuiſſe conceptum, εἰ μή τι ψεῦδος ἱστορεῖ τις, χαιρέτω Λιβυκὸν βιβλίον ταῦτα τ' Ἄννωνος πλάνας. Mox in Theophraſti loco non agnoſcunt philoſophi codices, iſta, ἀνθράχνης καὶ κομάρου. quæ tamen ſunt in Mss. & Epitoma Hœſch. Sequitur ſtatim ex eodem Theoph. φέρει δὲ τὰ μῆλα πᾶσαν ὥραν· τὰ μὲν γὰρ ἀφῄρηται, τὰ δὲ ἀνθεῖ, τὰ δὲ ἐκπέττει. Theoph. habet ἐκπέττει, nō multum diuerſo ſenſu: eámque lectionem tuentur Epitome, & Euſtathius: qui quidem aliud agebat cùm hęc Pamphilo tribueret, ſeptimo in Odyſſéam commentario. Plinius ita vertit: *Arbos ipſa omnibus horis pomifera eſt: aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis vero ſubnaſcentibus.* Quod dixit Theophraſtus πᾶσαν ὥραν, *quocunque anni tempore*, Plinius negligenter, *omnibus horis*. &, τὰ δὲ ἐκπέττει, *aliis matureſcentibus*. immutato verborum ordine. Citrium malum cepiſſe edi narrat doctus conuiuator, memoriâ ſuorum auorum, cùm ad illa vſque tempora nemo inter eſculenta habuiſſet. Plutarchus ſeculo vno antiquior, ſuis temporibus parum adhuc id fuiſſe in mores receptum ſignificat: affirmans pleroſque ſeniorum qui tunc viuerent, inſolentes eius cibi penitus abſtinuiſſe. πολλὰ γάρ, inquit, τῶν ἀγεύστων, καὶ ἀβρώτων πρότερον, ἥδιστα νῦν γέγονεν: *multa quæ nemo antea guſtare aut edere voluiſſet, ſuauiſſima ſunt facta.* exempli loco affert, œnomeli, vuluá, cerebrum, ſicyopeponem, piper, & hoc ipſum Medicum malum. Plinius de malo Aſſyria, *pomum ipſum aliàs non manditur.*

CAPVT VIII.

Antiphanis Βοιωτία. Βίρβεα. *Mos Alexandriæ, ſontes tollere morſu aſpidũ. Theopompi hiſtorici elogium.* κώνειον *pro venenato poculo ſimpliciter.* λεπάδες ἄκανθοι. χηράμαλοι. ἀθυνάκια. ἀναρῖται *&* νηρῖται. στιφύδρια, στῖφος. *ſolennes* μακρογόγγυλαι, γογγυλόσκωλος. *concha* ἐμαβιτίδες. *Amathus &* Amathos. *Dialectus deorum.* πάλαι, *pro* παλαιόν.

AIT, Ἀντιφάνης ἐν Βοιωτίῳ. Quotieſcunque in his libris laudatur Antiphanes Βοιωτίῳ, legendum cenſeo mutato genere Βοιωτίᾳ: quemadmodum aliis aliquot locis melius ſcriptum. Illo ſanè qui libri noni principio habetur, vbi ſcriptũ Βοιωτίῳ, Pollux legit Βοιωτίᾳ lib. 10. cap. 23. Βίρβεα in verſibus Eriphi, ancillæ Barbaræ Barbarum eſt nomen, vt ſeruorum pleraque omnia. fruſtrà eſt vir doctus qui emendabat βεβαῖα πολυτίμητα. Ait, καὶ ἀσπίσι δηχθέντες ἀθῷοι ἐγένοντο. Soliti Alexandrini non ſolum feris laniandos ſontes obiicere: verùm etiam venenatorum animaliũ morſibus interficere, ſicut Athenienſes cicutæ hauſtu. Galenus in commentario de Theriaca ad Piſonem, hoc illorum publicum inſtitutum commemorat his verbis. πολλάκις ἐθεασάμην ἐγὼ ἐν τῇ μεγάλῃ Ἀλεξανδρείᾳ τὸ τάχος τοῦ ἐπὶ αὐτῶν (de aſpidibus loquitur) γενομένου θανάτου. ὅταν γὰρ τινα τούτῳ τῷ νόμῳ τῆς κολάσεως καταδικασθέντα, φιλανθρώπως καὶ ταχέως ἀπολῦσαι θέλωσιν, προσβάλλοντες αὐτῶν τοῖς στέρνοις τὸ θηρίον, ⁊ περιπατῆσαι ὀλίγον ποιήσαντες, οὕτω ταχέως ἀναιροῦσι τὸν ἄνθρωπον. *Vidi ſæpe in magna Alexandria, quanta celeritate mortem aſpides inferant: quoties enim damnatum aliquem lege ſupplicij huius, cum aliqua humanitate, & cito volũt interficere, pectori ſerpentem admouent, & paſſus aliquot ambulare iubent: atque ita hominem breui enecant.* Verum eſt elogium, quo Theopompum hiſtoricum auctor afficit, μαθητὴν παρὰ Θεοπόμπου τοῦ Χίου, ἀνδρὸς φιλαλήθους, καὶ πολλὰ χρήματα καταναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ. veritatis amantem, ait fuiſſe, eiúſque perueſtigádæ ſtudio magnam pecuniæ vim inſumſiſſe. De impenſis Theopompi non tacet Dionyſius Halic. in epiſtola ad Pompeium. De amore veritatis non deſunt qui obſtrepant. Athenæus ipſo libro ſexto δυσμενέστατον appellat, parum cõſtans ſibi. Sed quia ingenuâ libertate vitia hominũ Theopompus carpſerat, multorum odia veritas illi parauerat. Itaque βάσκανον & aliorum virtutibus inuidentem multi pronuntiarunt: quos refellit Dionyſius. Lucianus De conſcribenda hiſtoria, τὴν αὐτὴν τῷ Θεοπόμπῳ κατηγορίαν ἕξεις φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τῶν πλείστων. Hinc Theopompinum ſcribendi genus nominat Cicero, cum de omnibus omnia liberè palàm dicuntur: ad Atticum libro ſecundo. Scribi mallim, περὶ Κλεάρχου διηγούμενος τοῦ Ἡρακλεώτου, Ἡρακλεώτων τῶν ἐν τῷ Πόντῳ τυράννου: vel, τοῦ Ἡρακλεωτῶν τῶν ἐν τῷ Π. τ. Quia in multis Græciæ oppidis, legitimus, vt ita dicam, & vſu plurimo cognitus veneni modus, cicutæ propinatio fuit: κώνειον ſimpliciter pro venenato poculo vſurparunt: ſicut pyxis dicitur etiam ex auro & argento: & χάλκια poëtis etiam ferrea & chalybea. ſexcenta his ſimilia. Ita debuerant accipere interpretes, cùm ait noſter, καὶ ὡς τοῖς πλείοσιν ἐδίδου κώνειον πιεῖν. non de *potu cicuta*, vt verterunt. nam ſequitur ſtatim, πιόντας τὸ ἀκόνιτον, de eodem veneno, vt clarum eſt, & admonuerunt ante nos viri doctiſſimi: quibus aſſentiri non debes, Athenæi codices emendantibus. Stephanus, Λίγινα καὶ ἀκόνιτον δηλητήριον φάρμακον, ὡς Ἀθήναιος ἐν τῷ τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν, ὅτι (malim, ἱστορῶν) τοὺς προφαγόντας τὸ πήγανον μηδὲν πάσχοντας ἐκ τοῦ κωνείου. manifeſtò hic ſcriptor, imitatione Athenæi, κώνειον pro venenata potione ἁπλῶς vſurpauit. Ita autem hîc legunt & membranæ omnes, & Hœſcheliana Epitoma. Finito ſermone de citro, ait, ταῦτ' εἰπόντος τοῦ Δημοκρίτου. vbi ſcribendum aliquando putauimus τοῦ Λαρηνσίου. Democritus enim Romani hominis nomen non eſt. illum autem qui ſuper citrio malo modò diſputauit, & Romanum fuiſſe, & è primoribus, colligitur ex præcedentibus paulo antè verbis, ὡ οἶδα μαθὼν παρά τινι τῶν ἐμῶν πεπιστευμένου τὴν τῆς Αἰγύπτου ἀρχήν.

ἀρχήν. Præfecturam Ægypti alij fuisse creditam quam Romano ciui putandum non est. sed patuit latè per ea tempora ius ciuitatis Romanæ. verùm de isto Democrito, & cæteris conuiuis, plura ἐν τοῖς προλεγομένοις. In istis Epicharmi, Ἄγε δὴ πατέλλαν τὰ κογχύλια, λεπάδας, ἀσπέδους, στραβήλους, κηριβάλους, τηθυνάκια, scribi probem cum Mss. λεπάδας ἀσπέτους, *lepadas multas*. nam ἀσπέδους nusquam inuenias. ἀστάκους emendari non probo: etsi enim τῶν ὀστρακοδέρμων sunt astaci: non tamen de genere conchyliorum. strabeli ex Athenæo & Hesychio noti: tamen in exaratis manu cõstanter κραβύζους. de *cecibalis* ampliùs quæramus: *tethynacia*, sunt parua τήθυα: de quibus multa in sequentibus. Ἀναρῖται, siue αἰνηρῖται, iidem cum iis quos νηρίτας alij vocarunt. in multis dictionibus τὸ α impunè adest aut abest. sic strabeli & astrabeli iidem. σκιφύδρια Epicharmo sunt, quæ aliis ξιφύδρια. Hesychius, ξιφύδρια, κοχλία. sic & σκίφος pro ξίφος. & pisces quoque sciphiæ non alij à xiphiis, sed ab istis Epicharmi conchyliis diuersi longe. Sciphydrium, Latinè, *gladiolus*. de hoc genere ait Epicharmus, τὰ γλυκία μὲν ἐντὶ ἐσθίεν, ἐν πάγῃ μὲν δ' ὀξέα. corrigo, τὰ γλυκία μὲν ἐντὶ ἐσθίεν, ἐμπαγίμεν δ' ὀξέα. *qui* gladioli *dulces quidem sunt in edendo, acuti autem in perforando.* ἐμπαγίμεν Doricum pro ἐμπήγνυν, nam πάγω dicebant pro πηγνύω vel pro ἐμπαγῆναι. quod ita accipiendum, ὥστε ἐμπαγῆναι τινὰ αὐτοῖς ῥᾳδίως, *vt facile aliquis traiici ab illis possit.* vel hic locus interpretum commenta de etymo vocis σκιφύδρια satis refellit. Addit Epicharmus, τούς τε μακρογογγύλους σωλῆνας, emendabat doctissimus Gesnerus, μακροκογχύλους. sed cur editam non feramus lectionem? μακρογόγγυλος *longus ac teres* significat, vt πολυποίκιλος, *multus & varius.* solenes qui etiam dicti sunt digiti, & δόνακες & αὐλοί, quare non possunt μακρογόγγυλοι appellari? sic de aliâ conchyliorum, vt videtur, specie, factum nomen γογγυλόσκινος, id est, Hesychio interprete, γογγύλον ἔχων τὸν οἶκον ἢ τὸ σῶμα. Deinde commemorantur Epicharmo nigrarum & albarum concharum genera. sed versus ille corruptissimus est, qui ad nigras pertinet. scribitur enim ἅπερ κογχόθηρα πᾶσιν ἐς πρισώνια. scripta manu lectio, nihilo melior, ἅπερ κογχόθηραν πᾶσιν ἐς πρισώνια. Auctor Epitomæ quæ sanare non poterat, prætermisit prudenter. De nigris ita Epicharmus: Θάτεραι δ' ἐντὶ κόγχοι αἱ ἀμαθίτιδες τε καὶ κακοδίκιμοι κνυγόνοι, τὰς ἀνδροφυκτίδας πάντες ἄνθρωποι καλέοντι, ἄμμες δὲ λευκὰς τοὶ θεοί. Lego κήγονοι, & fortasse etiam καὶ δόκιμοι. *altera*, siue alterius generis *concha sunt fabulosa, & male audiunt, ceu generationis inimica: has vulgò mortales appellant* ἀνδροφυκτίδας, *virifugas: nos dij vocamus albas.* Dalecampius ἀμαθίτιδας conchas putat dictas ab Amatho Veneri sacrâ. Amathuntem puto voluit dicere. atque huius sententiæ auctor illi Conradus Gesnerus: qui Veneris conchas esse putat quas χοιρίνας & porcellanas vulgò appellant. Ne assentiar doctiss. viro facit analogia. quâ enim proportione ἀμαθῖτις ab Ἀμαθοῦς possit deduci? quin potius commune hoc epithetũ esse censemus illarum concharum quæ in limo generantur. nã vt ait Nicander, testaceorũ, quæ ille vocat ὀστρακόρινα, Πολλὰ μὲν ἐν πέτρῃσι, τὰ δ' ἐν ψαμάθοισι νέμονται. & humanæ sapientiæ pater, in βορβορώδει quidem limo ostrea: in ἀμμώδει verò conchas nasci. quod huc facit in primis. ἄμαθος enim, vt docent grammatici, ὁ ἀμμώδης τόπος. vt mirum non sit Epicharmo appellari κόγχας ἀμαθίτιδας, quas ait philosophus generari in locis ἀμαθώδεσιν, aut quod idem est ἀμμώδεσι. Si probarem à loco istud nomen inditum, non ab Amathunte Cypri: sed ab Amatha oppido Siciliæ deducerem, seruatâ analogiâ: cuius maxima semper ratio à sapientibus habetur. Emẽdat deinde Dalecampius, καλοδόκιμοι & ἀνδροφυτίδας. nos caussam non videmus cur edita lectio repudietur. Homerum imitatur Epicharmus in istis, ἄμμες δὲ λευκὰς τοὶ θεοί. separat dialectum deorum ab humana: qua de re in Cratylo Plato. Additur & alius Epicharmi locus: ἐν δὲ Μώσαις γράφεται· ἀντὶ τοῦ κόγχος αὐτίλλην καλίομες· ἔστιν δ' ἅδιστον κρέας. Prima verba proculdubio corrupta, sic emendamus, ἐντὶ κόγχος ἂν τέλλην καλίομες. Vocem τέλλην interpretatur Athenæus sequentibus verbis, τὴν τελλίναν λεγομένην ἴσως δηλοῖ.

CAPVT IX.

Alcæi locus ab antiquis criticis tractatus. Sopater φλυακογράφος, *φλύακες. hilarotragœdiæ, vel phlyacographiæ auctor Ainthon. Homerica locutio,* ἔθελέ με ἀκοὰς ἐμὰς· μελῳδὸς ἦχος. *Epicharmi* Prometheus πυρκαεύς. *Fabularum Æschyli album auctum & correctum.* χοράβοι *&* χόραψ. *Ararotis poetæ nomen restitutum variis locis.* Cocalus *fabula. Cratini* Archilochi. Πόλεις *vetus comœdia,* κτίνες ἐκ Μηθύμνης. *multa emendantur & illustrantur.*

IN hoc de conchyliis ostreísque sermone, Alcæi locus ab Athenæo profertur, de cuius lectione vera & interpretatione doctissimi viri Aristophanes grammaticus, & Dicæarchus, diuersa censuerunt. Alcæi verba sunt hæc, ἐκ λιπάδων χαύνας φρένας ὦ θαλασσία λεπάς. quidquid nonnulli muginentur, fatendum est ita scripta hæc sensum nullum habere. Legimus nos, ἐκ λυπάων δ' ἰάνοις ἐ φρένας ὦ θαλασσία λεπάς: vel, ἰάνοις δὲ θαλασσία λεπάς. optat iocunda omnia amiculæ in his, vt lepade marinâ animum oblectet, vt solent pueri fistulâ, vide sequentia Athenæi. Inter oblectamenta iuuentutis fuerunt & conchyliorum genera quædam, ex quibus varia sibi ludicra pueri conficiebant. Aristophanes pro λεπὰς, emendabat χέλυς. credo, quia ad illa quæ diximus puerilia oblectamenta, parum aptas existimabat esse marinas patellas. quantum huic emendationi tribuendum sit, amissis Alcæi poë-

matis, æstimare hodie non licet nobis. videtur tamen primus eius odæ versus, non obscurè alteri lectioni fauere, πέτρας & πολιᾶς θαλάσσας τέκνον. nam quid aliud lepas, nisi rupis & maris progenies? Errant qui Sopatrum appellari non ferunt φλυακογράφον. super membranas & Epitomen, Eustathius fidem facit huic lectioni. φλύακες in magna Græcia dicebantur, histriones & mimi. mimorum poëtæ φλυακογράφοι. vel etiam φλύακες, aut φλύακες simpliciter. Stephanus de Vrbibus. Ῥίνθων Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταῤῥυθμίζων ἐς τὸ γελοῖον. Vir doctus φλύαξ aliter accipit, fallitur. Huiusmodi poësis proprio nomine hilarotragœdia appellabatur, vel phlyacographia. Suidas eius auctorem facit Rhinthonem. Ῥίνθων, ait, Ταραντῖνος κωμικὸς, ἀρχηγὸς τῆς καλουμένης ἱλαροτραγῳδίας, ἥ ἐστι φυλακογραφία. Scribendum, φλυακογραφία. nihil interest inter φλύαξ & φλύαξ. Idem alibi de Sotade, ἔγραψε φλύακας, ἤτοι κιναίδους. De hoc Sopatro plura cap. 31. In eius verbis elegantia est Homerica, ἔνθα με ἀκοὰ ἐμὰ ἦχος. vt, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων; membranæ tamen & Epitome, τελλίνης ἐξαίφνης μ' ἀγάς: non μ' τις. in altero versu μελῳδὸς ἦχος pro μεμελῳδημένος, aut ἐμμελής. Sequitur, Γᾶ δ' ὁ Ἐπίχαρμος ἐν Πύῤῥᾳ καὶ Προμηθεῖ φησί. Illud Γᾶ pro &, quomodo huc irrepserit etiam in Mss. nescio: nam ad superiora pertinere non videtur. cætera sic lego, Ἐπίχαρμος ἐν πυρκαεῖ Προμηθεῖ φ. Epicharmum hoc nomine fabulam docuisse, testatur Pollux libro 13. Promethei fabulam per partes poëtæ varij docuerunt, & cognominibus sua dramata distinxerunt. in Æschylearum tragœdiarum indice legas, Προμηθεὺς δεσμώτης, Προμηθεὺς πυρφόρος, Προμηθεὺς λυόμενος, sed & Προμηθεὺς πυρκαεὺς ab Æschylo composita est, vt affirmat conceptis verbis Iulius Pollux lib. 9. quare augeatur, me auctore, antiquus ille catalogus, fabulæ istius nomine. etsi fortasse verius Προμηθεὺς Πυρκαεὺς, non aliam esse fabulam, quàm quæ appellatur ibi. Π. πυρφόρος. est enim πυρκαεὺς, qui ignem accendit. Quare ita potiùs videatur restituendus ille locus. Πρ. πυρκαεὺς, ἢ πυρφόρος, Πρ. δεσμώτης, Πρ. λυόμενος. seruato fabularum ordine. Restituatur etiam in eodem albo coruptum nomen alterius dramatis, aut certè prætermissum: nam in litera Θ, prima censeri debuit fabula Θαλαμοποιοί, auctore eodem Polluce, libro 7. cap. 26. Sed ad pensum redeamus. Ex hac igitur fabula Epicharmi ista laudantur, Κἄν τις Ἐλλείπων τὰν ἀνδρὶ τ' ἂν θᾶσαι δὴ & λεπάδας ὅσα. Næ bono fuerunt stomacho qui hæc concoxerunt interpretes: nos fœdè omnia inquinata affirmamus, & ita emendamus, ipsa corruptæ lectionis vestigia prementes. καὶ τελλίναν τεκ' ἀναγῖταν θᾶσαι δὴ & λεπάδας (vel λεπάδα) ὅσαι. *tellinam & marinam hanc specta. ac patellam marinam, quæ magnitudine sint.* Considera superiores eiusdem poëtæ locos, & fauisse hic nobis Musas non dubitabis. θᾶσαι valet *cerne*: extat apud Theocritum & Sophronem eiusdem dialecti poëtas. Mox in Sophronis loco, μελαινίδες γάρ τοι ἡκοντί τι ἐμίν. scribo ἱκοντι aut ἡκοντι, *venient*, siue afferentur. Lege etiam, τὰν ἀγροιῶταν χηράβαν vel χηράμβαν ὀνομάζει & Ἀρχίλοχος ἐν τῆς χηράβου μεμνηται. sensus est: alios in masculino genere istud nomen extulisse, ὁ χηράβος, vel vt scribunt membranæ, ὁ χηράμβος: alios in fœminino ἡ χηράψ vel χήραψ, vt λαῖλαψ. Herondam comicum, cuius Συνεργαζομένας auctor hic laudat, non inuenio alibi: neque in Æschyli Persis verba quæ ex ea fabula proferuntur. In allatis ex Archippi Piscibus ἐσχάραι nominantur cum echinis: de quo vide ad lib. 7. cap. vlt. Araros poëta comicus paulo post citatus, filius fuit Aristophanis. Nomen illius sæpe corruptum ab imperitis hominibus, vt apud Pollucem lib. 6. cap. 8. εἴρηκε τὸ χορτάζειν Ἀριστοφάνης, καὶ τὸ χορτάσθαι Ἀραρώς. scribendum, Ἀραρώς. at lib. 7. cap. 14. rectè ἀπῶν] Ἀραρότος. Sed non rectè Pollux, qui in eius versu prauam lectionem veræ anteponit, nam scribi debet locus quem affert,

—παρθένος δ' ἄνευ δοκεῖ
Φορῶν κεκαρτοὺς καὶ γυναικείαν στολήν.

non vt legit Pollux Φορῶν κροκωτοὺς metro reclamante. Clemens Alexandrinus lib. 6. τὸν μέντοι Κώκαλον τὸν ποιηθέντα Ἀραρότως τῷ Ἀριστοφάνει παιδὶ Φιλήμων ὁ κωμικὸς, ὑπαλλάξας ἐν Ὑποβολιμαίῳ ἐκωμῴδησεν. inepta & absurda prorsus lectio. Scribe, τὸν μέντοι Κώκαλον τὸν πεποιηκότα Ἀραρότι τῷ Ἀριστοφάνους υἱῷ, Φιλήμων ὁ κωμικὸς ἐν Ὑποβ. ἐκ. clarissima sententia. etsi de auctore eius fabulæ aliter sentiunt alij: non enim filio Araroti, sed patri Aristophani Cocalum ascribunt. In vita Aristophanis, πρῶτος δὲ καὶ τῆς νέας κωμῳδίας τὸν τρόπον ἐπέδειξεν ἐν τῷ Κωκάλῳ, ἐξ οὗ τὴν ἀρχὴν λαβόμενοι Μένανδρός τε καὶ Φιλήμων ἐδραματούργησαν. Quibus verbis confirmari vides, quod dicebat Clemens de Philomenis furto. Ex argumento Pluti disces veram caussam, cur fabulam Cocalum alij patri, alij filio, iã olim ascripserint. Sophronis mox verba allegoricè accipienda, vt docet Demetrius Phalereus: Sophron, inquit ἐπὶ τῶν γυναικῶν ἀλληγορεῖ οἷον ἐπὶ ἰχθύων, σωλῆνες γλυκύκρεων κογχύλιον, χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμα. Distingue, τίνες δέ τινι ποκα, φίλα; τοῦτοί γα μακραὶ κογχαί σωλῆνες γα. *quinam hi sunt pisces, ô amica? istud quidem, conchæ longæ: istud vero solenes.* Cratini fabula Archilochi, scripta vt videtur in contumeliã eius poëtæ atque aliorum. Clemens Alexand. Strom. lib. 1. Κρατῖνος γοῦν ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις ποιητὰς καταλέξας, ἔφη, οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε. sic legendus hic locus. Sic Teleclides alius comicus, vni suarum fabularum *Hesiodi* nomen indiderat, auctore Athenæo. sic alij poëtæ. Falluntur qui huius fabulæ titulum aliter putant interpretandum. Versum Cratini scribe vt in vulgatis,

Ἡ μὲν πίνναισι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοία non σεσωίκασιν.

quod in nostrã editionem ex Mss. nescio quomodo irrepsit. Fabulæ, cuius nomen erat Πόλεις, incertum fuisse auctorem declarat auctor, cum

ita

ita loquitur, Φιλύλλιος ἢ ἢ Φρύνιχος ἢ Ἀριστοφάνης ἐν Πόλεσιν. & lib. 8. sic, Φιλύλλιος τις ἢ ὁ ποιήσας τὰς Πόλεις. idem tamen hoc ipso libro verum auctorem Philyllium agnoscit, Φιλύλλιος ἐν Πόλεσι. & similiter Iulius Pollux libro septimo, cap. 24. ac libro 10. cap. 28. apud Clementem Alexand. lib. 5. Strom. Φιλύλλος perperam nominatur, qui nullus vnquam fuit in rerum natura. quare ita corrige, ὁ κωμικὸς Φιλύλλιος Βίον τὴν αἶγα βιοῦσαν διὰ τῶν τούτων γνώσεσθαι. in iis igitur quæ habentur hic ex illa fabula, lege ὄστρεα, non ὄσπρια. vide cap. 13. Deinde scribunt optimi libri, κτένας ἐκ Μιτυλήνης. non vt editum est, ἐκ Μηθύμνης. duo sunt eiusdem insulæ Lesbi oppida, Methymna & Mitylene: quorum in antiquis libris sæpe inuenimus permutata nomina, vt hic, & lib. 10. Ἑρμείας ὁ Μιτυληναῖος habent Mss. non Μηθυμναῖος. Isto loco stant ab edita lectione veteres auctores, qui κτένας Μηθυμναίας celebrant, Clemens Alexand. Pædag. lib. 2. & Pollux lib. 6. cap. 10. quare nihil mutandum neque hic, neque infrà paulo pòst, vbi iterum laudatur hic locus. Post λέγετε ἀνθρακίδας, pone πλάαν στιγμήν: nam sequentia ab alio verbo pendent, quod desideratur.

CAPVT X.

Agias, Dercylus, *vetustissimi scriptores*. Babylonij *Aristophanis*. *Prouerbium*, κόγχην διελεῖν. *Æschyli* Glaucus. Ποτνιεὺς *vel* Πόντιος. Satyri *Phrynichi*. χόρυκες. κρέας *vel* κριοὶ. σκιλλάδες *&* κωλλάδες. τράχηλοι *&* τραχέλια. ὠτάριον, *siue* auricula Veneris.

INVENIO inter antiquissimos Græciæ scriptores eos qui Athenæo nominantur, cùm scribit, Ἀγίας ἢ & Δερκύλος ἐν Ἀργολικοῖς. Clemens Alexandrinus hos pariter coniungit in historia capti Ilij, libro primo Strom. Ἀγίας ἢ & Δερκύλος ἐν τῇ τρίτῃ μηνὸς Πανέμου. scribitur in Clementis codicibus αἰγίας: sed Agiæ puto huic fuisse nomen: nam in Eusebio Ἄγις est scriptum. apud quem Κερκύλος malè pro Dercylo. Etiam Polluci libro tertio, capite tertio, Ἀγίας ὁ κωμικὸς nominatur, qui an iste sit, an alius, difficile dictu est; ego alium putem. *Babylonij* Aristophanis, cuius fabulæ meminit mox auctor, inter celeberrima eius poëtæ dramata fuerunt: facit mentionem Iulius Pollux libro quarto, capite penultimo, & libro nono. itémque libro 10. sæpius Priscianus libro 18. *Aristophanes Babyloniis*, ἐπινεύει με φυγεῖν δῶμα. *nos quoque similiter, annuit me fugere domum.* Argumentum ex parte indicat auctor vitæ Aristophanis, διήχθρευσε αὐτῷ ὁ Ἀριστοφάνης, ὅτι ἐν δράματι αὐτοῦ Βαβυλωνίοις διέβαλε τὰς Ἀθηναίων τὰς κληρωτὰς ἀρχὰς παρόντων ξένων. *Aristophanes* Cleonis *factus est inimicus, quod in vna suarum fabularum Babyloniis, Atheniensium magistratus sorte electos præsentibus peregrinis vituperauerat.* Vide illius interpretem Græcum ad Aues, & in voce ἱερεῖα, Hesychium. Vetus Græcorum erat prouerbium, quod ex Hesiodis Teleclidis in concharum mētione affertur, κόγχην διελεῖν, *concham aperire*. apud Suidam paulò aliter, ὥσπερ κογχύλην διελεῖν. Locum habet, cùm aliquid facillimum factu esse significare volumus. Hesychius, κόγχην διελεῖν, παροιμία ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως τι ποιούντων. Simile huic aliud prouerbium de re vilissima, κόγχης ἄξιον. Hesychius, κόγχης ἐπὶ τῶν ἄξιον ὃ πλάαν ἐτίθεσαν, deprauatissimè. Scribe, ἐπὶ τῶν εὐτελῶς λίαν ἐτίθεσαν. Sophronis mimi alij dicebantur viriles, alij muliebres, ex ipso argumento. muliebrium hîc, virilium alibi fit mentio. & horum, & illorum, apud Pollucem libro 4. capite 24. & aliis locis. In Etymologico magno legimus, Σώφρων ἐν τοῖς γυναικείοις προπάσιος, περὶ αὐτὰν τὰν νόσον εἰς τὴν μυλὸν σπουδάναι. dubio procul corrupta est vox προπάσιος. Legendum statim, Αἰσχύλος ἐν Ποτνιεῖ Γλαύκῳ. non autem, Ποντίῳ Γλ. *Glaucum marinum* nemo veterum Æschylo editum fuisse est auctor. *Potniensis Glaucus* poëtæ illius nota fabula est, ex Strabonis libro nono, Hesychio in ἀμφίσωπιν, & Σιφύρου λιμήν. & ipso laterculo tragœdiarum eius poëtæ. Erat scriptum Ποτνίῳ, vnde postea factum, ποντίῳ. Πότνιαι autem & Ποτνιεὺς idem, vt adnotat in Ethnicis Stephanus. Non desunt qui nullo cognomine Glaucum nominent, vt Pindari interpres ad odam primam Pythionicarum. Versum ex Aristonymi comici (de quo multa Suidas) Theseo, scribi sic malim, κόγχος ἦν βάτραχον ἄλλον ὅμοιος. Satyros Phrynichi fabulam, reperies nominatam libro tertio Pollucis, capite septimo: & in scholiis Aristophanéis ad Nebulas. Quod ait, asperas conchas vocatas fuisse à Macedonibus κορύνας, admonet nos vt Hesychium in ea voce emendemus: nam hodie perperam, οἱ ἢ λόγχην, pro οἱ ἢ κόγχην. addit Athenæus, ὑπὸ ἢ Ἀθηναίων κρίας. In Eupolidis versu ita interpretamur vocem κρέας, libro nono. Hesychius vocat sine diphthongo κριός. similis ὀρθογραφία in aliis vocis huius significatibus, vt dicebamus libro superiore, cap. 14. Musculos inter conchas describens Athenæus, quosdam illorum esse ait σκιλλάδας, κακοχύλους τι & πρὸς τὴν γεῦσιν ἀηδεῖς. *squillam resipientes, mali succi, & saporis ingrati.* Non defuêre qui vocem σκιλλάδας mutandam censerent cùm hic, tum paulo pòst: quorum sententiam refutauit doctissimus Gesnerus accuratâ disputatione. Accedat nunc auctoritas membranarum omnium, & Epitomæ, in qua σκυλλάδας exaratum est, paruâ mendâ. alibi iunguntur in simili sententia, κακόχυλοι ἢ σκιλλάδες, vt paulo pòst in explicāda solenum natura. Cùm scribit, εὐθρύπτοι τὸ καθ᾽ ἑαυτοὺς & οἱ τράχηλοι τῶν πορφυρῶν εὐθετοῦσι πρὸς τὰς τῶν στομάχων διαθέσεις: potes accipere de genere purpurarum quas *trachelos* vocabāt. Hesychius, τραχήλους, τὰς πορφύρας. sed addit idem, ἔνιοι τοὺς σπονδύλους τῶν κογχυλίων, *quidam interpretantur de vertebris conchyliorum.* Sanè in hoc auctore locos inuenias, vbi tracheli nominantur

conchyliorum proprium genus: vt statim in Posidippi versu, πίννας, τραχήλους, μύας: item alios, vbi pars ceruicis aut purpuræ, aliusve conchylij ita nominatur, non κυρίως quidem, sed ἀναλόγως has partes fuisse ad cibum expetitas scribit Hesychius, in Τραχήλιοι. Petronius, *mox cibis validioribus pastus, id est, bulbis cochlearúmque sine iure ceruicibus, hausi parcius merum.* Ostreum quod ὠτάριον Græci vocant, Æolibus solitum dici aurem Veneris, ex Antigono Carystio docet conuiuator noster, ex quo emendabis ista Hesychij, οὖς Ἀφροδίτης, οἱ Αἰολεῖς ὄστρεόν τι ὃ οἱ πολλοί, imò verò οἱ Αἰολεῖς. nam lectionem nostram tuetur Eustathius ad Vlyssea ραψ. ε.

CAPVT XI.

Περὶ ζώων, & Περὶ φυτῶν, apud Athenæum quomodo capiendum. Testaceorum diuisio Aristotelica. Mos Athenæi citare ex libris de Partibus, quæ sunt in Historiis. Obscurus locus Aristotelis, αἱ πίνναι ἐκ τοῦ βυθοῦ φύονται, vel βύσσου. De bysso pinnarum.

OBSERVANDVM est lectori scriptoris huius, cùm ab illo vel Aristoteles ἐν τῷ περὶ ζώων, vel Theophrastus ἐν τῷ περὶ φυτῶν laudantur, sic accipi verba illa debere, vt si diceret ἐν τῇ περὶ ζώων, φυτῶν πραγματείᾳ: quâ appellatione continentur, quæcunque alter eorum variis operibus scripsit de natura animalium: alter de plantarum. Solet autem Athenæus, quicquid de eadem re variis locis dispersè scriptum inuenit apud illos, in vnum congerere. Sic cùm super ostreis ait, Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῷ περὶ ζώων, ὄστρεά φησι, pleraque omnia describuntur, quæ de ostreis philosophus dixerat, non in iis solùm libris qui hodie extant, sed quædam etiam in iis quos hodie non habemus. Nam Historiarum lib. 4. cap. 4. ὀστρακοδέρμων diuersa non parum instituitur diuisio: qui tamen locus cum isto est conferendus. Rectè autem doctissimus Gesnerus, quo loco scriptum est etiam in membranis, etiam in Epitoma, λεπὰς δὲ δίθυρον καὶ λειόστρακον, legendum censuit μονόθυρον, & τραχυόστρακον. Nam si haberet patella duas θύρας, id est, testas, hærere saxis non posset, quod huic ostreo proprium atque ἰδιαίτατον est. Ipsius Aristotelis verba sunt, De partibus libro 4. cap. 5. τοῖς δὲ μονοθύροις ἐν τῷ πυθμένι ἡ μηκών, οἷον ταῖς λεπάσι. Ostreorum distributio, quæ ex Aristotele hic affertur, in duo genera, συμφυῶν & μονοφυῶν, longè clariùs in Philosophi Historiis explicatur. συμφυὲς, ait Athenæus, μῦς, μονοφυὲς δὲ καὶ λειόστρακον, σωλὴν καὶ βάλανος. *cohærentibus testis constat musculus: vnâ testâ, eâque laui, solen & glans.* quanto clariora & dilucidiora verba quæ ascribemus? τῶν διθύρων τὰ μέν ἐστιν ἀνάπτυκτα, οἷον αἱ κτένες, καὶ οἱ μύες. ἅπαντα γὰρ τὰ τοιαῦτα, τῇ μὲν συμπέφυκε, τῇ δὲ διαλέλυται, ὥστε συγκλείεσθαι καὶ ἀνοίγεσθαι. τὰ δὲ δίθυρα μέν ἐστιν, ὁμοίως δὲ συμπέφυκεν ἐπ' ἀμφότερα, οἷον οἱ σωλῆνες. Ostreorum διθύρων, quæ binis foribus vtrinque concluduntur, quædam ait esse ex parte hiantia, vt pectines & musculos: quædam vtraque ex parte cohærentes fores habere, vt solenes. Quibus verbis contradicere vides philosophum dipnosophistæ. nam hic solenes facit μονοφυεῖς, ille συμφυεῖς: quod dissidium etsi non nego posse componi, tamen an istas ἐναντιοφανείας in suis scriptis reliquerit philosophus accuratissimus, iure dubites. Quæ sequitur obscura sunt, κοινὸν ἐξ ἀμφοῖν κόγχη. Dalecamp *ambobus id commune generibus est, quod operiuntur testa:* frigidâ planè sententiâ: nam cùm de solis testaceis sit sermo, quid erat opus hac admonitione? & quare dicit ἀμφοῖν potius quàm πᾶσιν. Enimuero quæ philosophi mens fuerit non diuino: verba autem hoc sonant, *commune ex ambobus est concha.* ἐξ ἀμφοῖν, ex vtroque genere τῶν μονοφυῶν καὶ συμφυῶν. Ait, conchas, quæ peculiaris est species testaceorum, naturam vtriusque generis participare: tam eorum quæ clauduntur, quam eorum quæ ab vno tantùm extremo. Mox scripsimus, ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ ζώων μορίων, (nam vox ἱστορίας quæ in nupera editione remansit, furcillis hinc extrudi debet:) vt locis aliis quamplurimis, vbi ita semper omnes Mss. & qui Romæ seruantur, aut in aliis Italicis bibliothecis: & iis etiam quem magni Huraldi beneficio penes nos habemus. etsi non sunt allata verba ex eo opere, sed ex Historiis: qua de re libro septimo dicemus. Ibi etiam exponimus capite quinto sequentia verba, Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς περὶ Σώφρονος, προβὰς (aut potiùs προβαὶ) τὰ λιχνοὶ. & cætera. Purpurarum incrementa cognosci ex helice, atque orbibus testæ scribit Athenæus post Aristotelem: φανερὰ ἡ αὔξησις ἐκ τῆς ἐν τῷ ὀστράκῳ ἕλικος. Ingenioso compendio expressit, quæ pluscülis verbis dixerat philosophus, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν φανερὰ ἐστὶν ἡ αὔξησις τοῖς διαστήμασι τοῖς ἐν τῷ ὀστράκῳ τῆς ἕλικος. Plinius etiam breuiùs, *orbes totidem quot habent annos.* falluntur qui ex Aristotele interpellant hoc loco Athenæum. At de sequentibus verbis quid dicemus? αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βυθοῦ. nam aliter habent omnes hodie Aristotelis codices, αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τῆς βύσσου ἐν τοῖς ἀμμώδεσι καὶ βορβορώδεσι. Vtram lectionem probabimus, & veram dicemus? Aristotelicorum librorum scriptura, ait pinnam *e bysso oriri in locis sabulosis & cænosis:* nostra, *ex ipso talium locorum fundo.* Vtraque scriptura suas rationes, suósque auctores habet. Adnasci pinnis quandam, vt cum Tertulliano dicam, mucosam lanositatem, euincit magistra stultorum αὐτοψία. Recentiores naturæ consultissimi viri qui pinnam descripserunt, visam sibi tractatámque sæpius, plerique omnes in hoc consentiunt. In veterum tamen philosophorum Græcorum & Latinorum scriptis, si istum Aristotelis locum excipias, altum de hac re silentium. Illius tamen, Beatissimus pater Basilius meminit, qui quidem auream lanam vocat istud, siue

siue lini siue lanæ rudimētum. Ita enim scribit, concione in hexaëmeron septimâ, πόθεν τὸ χρυσοῦν ἔριον αἱ πίνναι τρέφουσιν, ὅπερ οὐδεὶς τῶν ἀνθοβαφῶν ἐμιμήσατο. & in oratione ad diuites, ὅταν αὐτοῖς ἀρκῇ τὰ περὶ αὐτοῖς τὰ ἐκ θαλάσσης ἔριον, ἡ κόχλος, ἀπὸ πίννης ὑπὲρ τὸ ἐκ τῶν προβάτων ἔριον. Quam appellat Basilius lanam auream, Aristoteles (si modò ita ille scripsit) ratione coloris, byssum nominat. nā byssi color, vt auri, sub flaui genere continetur. Lanam vocat & Procopius; cuius extat super hoc insignis locus in Commētario de Iustiniani Fabricis: χλαμὺς, inquit, ἐξ ἐρίων πεποιημένη οὐχ οἷα τῶν προβάτων ἐκπέφυκεν, ἀλλ' ἐκ θαλάσσης συνειλεγμένων, πίννας τὰ ζῶα καλοῦσι νομίζουσιν, ἐν οἷς ἡ τῶν ἐρίων ἔκφυσις γίνεται. Memini cùm ante annum Fonte-Eblaudi, siue, vt hodie appellatur, Fontebellæ aquæ essem, ac singula oculis vsurparem, quæ in illo nostrorū Regum Palatio rara visu, spectatúque dignissima furor bellorum ciuiliū pauca de multis fecit reliqua: fimbrias veteris cuiusdam marsupij, pro veræ pinnæ bysso mihi ostendisse Nobilē Virum à Beringen Regis cubiculariorum primicerium. Illud καμήλιον, quantum recordor, est huiusmodi. Marsupium erat formæ non multum ab illis diuersæ, quæ patres nostri zonæ appensa gestabant: nisi quòd magnitudine, longè superat vel maxima, quæ essent illis temporibus in vsu. opus è plumis factum est, eleganti & exotico artificio quodam: quà manus immittitur, fimbriæ sunt assutæ, coloris pulli, subtiliorē stuppam cānabinam similitudine quadam referentes. Harum materiam esse byssum è pinna nō dubitabat Regius Præfectus Amplissimis Viris Merico de Vicq. & Suffrido Calignoni Nauarræ Cancellario, mihíque affirmare. Sic enim visum esse aliquādo eximiā eruditione prædito Archiatro Dortomano, qui apud Mompelienses diu Medicinam docuerat, & pinnas sæpius aiebat vidisse. Non igitur adeò absurda est Aristotelicorum exemplarium lectio, ac censuerunt nonnulli. Rursus pro altera ἐκ τοῦ βυθοῦ, pugnant neque paucæ, neque inualidę rationes. Primum sic habēt omnes antiqui Mss. itaque Hœscheliana Epitome: sicque rei natura postulat. nam verè ἐκ βυθοῦ nascuntur pinnæ, non illæ solum quas ἐμβυθίους paulo pòst auctor vocat, sed omnes omnino. Oppianus, ὄστρακον αὖ βυθίοις μὲν ἔχει πλάκας· ἐν δὲ οἱ ἰχθῦς ναίουσι. Deinde quale est hoc loquendi genus? vt dicatur pinna ex eo filo nasci, per quod adhæret solo in quo generatur? Mitto dicere τὸ βυσσὸν pro τὴν βύσσον, Græcum non videri. Postremò, illud quo innititur pinna, nusquam alibi philosophus, nusquam scriptor vllus byssum appellauit, sed radicem, aut quasi radicem. Sic in 5. Historiarum legimus, pinnas ἐρριζῶσθαι. Athenæus quoque non multo pòst, ὅσαι ἂν, inquit, πίνναι πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολοῦσι. iterum idem, naturam radicis huius explicans, ῥίζα, inquit, ἐκ τοῦ στόματος ἡ σὰρξ, μέχρι μέσου τοῦ κόγχου οἱονεὶ ῥίζα. Plinius, quod dixerat philosophus, ὀρθὰς φύεσθαι τὰς πίννας, eleganter vertit, nasci eas surrectas semper, nullâ factâ molestæ istius appendicis mentione; in incuriā, an certo consilio?

CAPVT XII.

Aristophanis Phœnissæ. *Athenæi Allucinatio. Pherecratis* Automoli. *παραφθορά. ἀκαλήφη vnde dicta. κωμῳδία pro comico ioco. χῆμαι παχεῖαι. solennes ἐγχυτροχεύμασι. ἀφορμή. συστήγμα. Βολίσαι vel Βρύσσοι. Aristophanis* Holcades, *&* Insulæ.

MENDVM ingenuè profitētur prima verba χόας Aristophanicæ ex Phœnissis, Ἀριστοφάνης ἐν Φοινίσσαις οὕτως ἔχει, τὸ πρῶτον πάντων ἔφυσε φῦναι δ' ἐξῆς τὰς κρανάας ἀκαλήφας· mutatā distinctione facilè mendaueris, ἐν Φοινίσσαις. οὕτως ἔχει τὸ πρ. sed in Collectaneis Suidæ aliam inuenimus emendationem, αὐτὸς δ' ἐν τῷ πρώτῳ π. Phœnissarum autem Aristophanis & Iulius Pollux meminit libro decimo, capite secundo, & capite 34. Sed fallitur Athenæus, qui κρανάας ἀκαλήφας interpretatur hæc de vrticis marinis: nam de planta rectè Dalecampius accipit, vel ipso Athenæo auctore, qui libro secundo de ea herba disputans hoc vsus testimonio; vt taceam comici scholiasten non aliter interpretantem ad Vespas. Sequitur, Φερεκράτης δ' ἐν Αὐτομόλοις· κἂν ἀκαλήφαις τὸν ἴδιον χρόνον ἐστεφανῶσθαι. Restitue in integrum poëtæ hanc sententiam, ex melioribus Athenæi libris, quibus Suidas vsus, νὴ τὴν Δήμητρ' οὐκ ἀργὸν ἦν τὸ κακῶς ᾄδοντος ἀκούειν· βουλοίμην κἂν ἀκαλήφαις τὸν ἴδιον χρόνον ἐστεφανῶσθαι. *Ecce molesta res est, malè canentem audire: malim vel vrticis tamdiu esse coronatus.* Extat etiam in Aristoph. scholiis ad Equites: vnde potiùs fortasse hausit Suidas, atque illius fabulæ mentionem facit etiam Pollux lib. 6. cap. 30. & Clemens Stromat. lib. 7. Vrticam marinam à piscatoribus dictam ἀκαλήφην, refert dipnosophista, κατὰ παραφθοράν, id est, leuiter corruptis vocibus vnde origo illi. quod verum est: nam ἀκαλήφη dicitur: vt statim additur, quasi ἀπαλὴ τῇ ἁφῇ posito κ loco τοῦ π. & mutato spiritu. in eo est ἡ παραφθορά. Grammaticorum propria vox ista: quam malo consilio mutant quidam in παραφοράν. Eustathius, ἐξ ἰδίων παραφθάρθαι τοῖς τεχνικοῖς ὄνομα τὸ βυκανίζειν. Cæterùm in hac voce nullius literæ necessaria mutatio: non tantùm enim ἀπαλὸς, sed & ἀκαλὸς dicunt Græci pro molli & tenero. vnde fluuius ἀκαλαρρείτης, *placidè fluens*: & Ἀσκάλαφος, quasi ἀκάλαφος, proprium hominis nomen cui tenera & mollis cutis. Ioci quem ait inesse huic versui ex Lysistrata Aristophanis,

Ἀλλ' ὦ τηθῶν ἀνδρειοτάτη & μητριδίων ἀκαληφῶν,

explicationem petat lector ex Eustathio ac Suida: nam neque Athenæus, neque interpretes rem satis aperiunt. In Epitom. scriptum inuenio, μέμικται κωμῳδία δὲ πρὸς τὴν τροφὴν & μητέρα. pro eo quod nostri libri habent. μέμνηται γὰρ κω-

μωδικῶς, πρὸς τὴν τηθὴν καὶ μητέρα. proba verò lectio Epit. quam & membranæ confirmant, in quibus disertè exaratum μίμαρκυς. Appellat κωμῳδίαν, iocum comicum: sicut τραγῳδίαν dicimus pro lamentabili comploratione. δ, valet διπλῆ, *gemina*. Initium loci ex Diphilo descripti, sic omnes scribunt veteres, etiam Eclogarius, χημῶν δὲ τῶν παχειῶν αἱ μικραὶ καὶ λεπτὴν ἔχουσαι τὴν σάρκα. in editis τῶν παχιτῶν. quod ne nos quidem scimus quid sit: Videtur tamen altera lectio contradictionem continere: nam quomodo dicentur chemæ παχεῖαι, id est, crassæ, quæ & paruæ sint & carne defectæ? Deinde quæ subiungitur pars altera huius distributionis, apertè damnat hanc lectionem. ait enim αἱ δὲ παχεῖαι. Atqui absurdum est duas alicuius generis species, eodem nomine ἀδιστικῶς, vt loquuntur, ἀντιδιαιρεῖσθαι. Legendum censeo τραχειῶν. alioquin expedire me hinc non queo. De solenum colore auctoris verba sic scripsimus, καὶ οἱ μὲν ἄῤῥενες αὐτῶν ῥαβδωτοί εἰσι καὶ οὐ μονοχρώματοι. *mares illorum virgati sunt, neque vnicolores.* Legebatur καὶ οὐρανοχρώματοι, *cærulei coloris.* Præter auctoritatem scriptæ lectionis, quam secuti sumus, falsum est solenes cœli colorem imitari. quin vnguium potiùs colore sunt: quam eam ob caussam putant quidam veterum dictos esse omychas: etsi Plinius fœminas tantùm ita appellat. confirmant sequentia de fœminis solenibus, αἱ δὲ θήλειαι μονοχρώματοι. Inde Plinius, *Fœminæ sunt vnicolores.* In Phaniæ verbis, ἀφορμῆς λαβόμενος valet, *nactus pecuniam ad exercendam mercaturam.* ἀφορμὴ & ἐνθήκη, mercatorum sunt voces, pluribus expositæ nobis alibi. Scribo, οἱ μείζονες καὶ ἐαρινοὶ εὔστομοι. nam ἐνάετοι nulla analogia probat. ostrea ἐαρινὰ sæpe leges. Miram deprehendimus varietatem in appellationibus echinorum ex Aristotele. Ait, τό, τε τῶν σπατάγγων. vetus lectio partim habet σπατάγγων. partim σπαράγγων. Hesychio auctore scribendum σπατηγγῶν. At enim σπατάγγαι, οἱ μεγάλοι ἐχῖνοι οἱ θαλάσσιοι. Sequitur, καὶ τὸ τῶν καλουμένων βρύσσων. atque ita quidem hodie codices Aristotelis. sed Athenæi omnia antiqua exemplaria scribunt βρυσσῶν. Audiamus verò Hesychium, βρύττος, εἶδος ἐχίνου πελαγίου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης· οἱ δὲ ἰχθύν· οἱ δὲ τρισυλλάβως βρυγγόνην. Idem auctor alibi, Ἀμβρυττοι, εἶδος ἐχίνων θαλαττίων. Ἀριστοτέλης δὲ αὐτοὺς βρύσσους καλεῖ. scribe βρύττος. Aristophanis Holcades mox nominatæ, videntur ob oculos Atheniensium posuisse ingentem rerum omnium copiam, quæ ex subiectis imperio ipsorum insulis eò importabatur. Pollux lib. 10. cap. 20. εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσιν, ὁλκὰς οἴνου. meminit & multis aliis locis. itémque Hesychius in ἀποσκεφάλισε. Semper hic poëta miseram insulanorum sub Atheniensium imperio conditionem miseratus est. quare puto & hanc fabulam illum docuisse, & aliam, cuius index Νῆσοι, *Insulæ*, apud grammaticos solùm superest, vt insanum populum leniret, & mansuetudinem condocefaceret: vel certè, vt ad retinendum maris imperium suos civeis hortaretur.

CAPVT XIII.

Ἐχῖνοι πεζῇ ἐμπορεύονται. Laconicis apophthegma exponitur. Ionis Chij Phœnix aut Cunæus. *ostrea optima. Archestrati locus ὄσπρα & ὄστρεα.* Pelorides *conchæ. Theophrasti codices suppleti. Plinius defensus à quorundam reprehensione.*

EPICHARMI fabula fuit *Hebes nuptiæ*, plena nominibus omne genus ciborum: quod facilè potest intelligi ex allatis inde à dipnologo Naucratita testimoniis. Igitur echinorum ita meminit Siculus poëta, καρκῖνος θ' ἵκοντι, ἐχῖνός τε, τοὶ καθ' ἁλμυρὰν ἅλα νεῖν μὲν οὐκ ἴσαντι, πεζᾷ δ' ἐμπορεύονται μόνοι. legendum πεζᾷ pro πεζῇ vel πεζοὶ. *aduenient cancer & echinus: qui nare quidem more cæterorum quæ aquas inhabitant, nesciunt: sed soli aquatilium pedatim gradiuntur.* Spinæ echinis pro pedibus, ait philosophus. itaque ingredi est his in orbem volui. ἐμπορεύεσθαι pro simplici πορεύεσθαι, *gradi.* Lacone dignum est apophthegma illius Spartani, qui in os iniecto per summam rerum imperitiam, echino cum omnibus spinis, ὦ φάγημα, inquit, μιαρόν, οὔτε μὴ νῦν σε ἀφῶ μαλακισθείς, οὔτ' αὖθις ἔτι λάβοιμι. *O cibe impure, neque nunc ego te præ mollitie animi dimittam, neque iterum posthac summam.* putauit homo durus suæ constantiæ interesse, ne vinci ab echini aculeis videretur. Est ferè illi simile exemplum, quod de Mario narratur, cum ei varices secarentur. Dalecampius μαλακισθεὶς corrigens, & Laconi constantis viri gloriam, & sibi fidelis interpretis ademit. Illud mox rectè idem, Ἴων ὁ Χῖος μαρτυρεῖ ἐν Φοίνικι ἢ Καινεῖ, pro Φοίνικι καίνη. quod ex aliis locis paret corruptum. interdum Phœnicem simpliciter eam fabulam vocant critici. Pollux libro nono. Ἴων ἐν Φοίνικι δεύτερον, Ἀλλ' ὦ θυρέτρων τῶνδε κοιμῆται θεοί. ita scribe apud Pollucem. Ostrea omnium optima sunt, ait auctor, τὰ θαλάττια, ὅταν λίμνη ἢ ποταμὸς παρακέηται. *marina, quando lacus adiacet aut fluuius.* intelligit æstuaria, quásque Græci vocant λιμνοθαλάττας, & seμαλίμνας. Ausonius.

Ostrea Baianis certantia: quæ Medulorum
Dulcibus in stagnis refluí maris æstus opimat.

Mox pro ψέφος ποιοῦσι, placet cum Dalecampio ψόφους: id enim videtur auctor sensisse. adiuuant nonnihil sequentia, καὶ πρὸς τὰς ὀργάσεις ἐστὶν εὔοδα. controuersiâ tamen ea emendatio non caret: & ψόφους retinet quantum est veterum librorum, de quibus aliquid nobis compertum. In vltimo Nicandri versuum, scribebam, γλισχραὶ τελλιναί τε, καὶ αὐτῆς θαλάσσης πίννης. sed fortasse aliud hic latet. ἀλλὰ σκέψαι γε, *sed attende*, vel *obserua*. Archestrati versum, τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεα δ' Ἄβυδος, ad verbum Ennius, *Mures sunt Æni, ast aspra ostrea Abydi.* sed videtur Græcus poëta *musculos*, aut *mytilos* intelligere, non mures

mures: nam mus piscis nihil commune habet cum iis conchis, quas myas appellat etiam Plinius. Sequente versu, inuenio in Mss. τὰς ἄρτυς Πάριον. vulgò τὰς ἄρτυς. de quo velim docti cogitent. Archestrat. τὺς ἢ κτένας ἡ Μιτυλήνη. Ennius, *Mytilena est pecten.* Proximus versus est deprauatissimus, Πλείσους δ' Ἀμβρακία παρέχει, ἢ ἄπλατα † μετ' αὐτῶν. Eclogarius more suo hemistichium integrum omisit, quod propter mendas non intelligebat. conabamur ad Apuleij Apologiam, κάπρους τε μετ' αὐτῶν. rationes ibi reddidimus. Ennius leuiter à nobis emendatus, —*caprósque apud Ambraciensis.* Ὄστρεα, inquit Athen. μόνως οὕτως ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι, *ostrea vocabant antiqui tantum sic:* nempe ὄστρεα. quod ait οὕτως, videtur indicare in proximo Philyllij exemplo fuisse eam vocé. atque id puto verum: nam cùm de ostreis hic auctor agat, quò Philyllij hæc verba, si in illis nulla ostreorum mentio? Supra, vbi pluribus descriptus est istius poëtæ hic locus, ostrea nominantur inter cætera. sed ὄστρια ibi malè scriptum pro ὄστρεα, vt admonebamus cap. 9. Non hæc animaduerterunt, qui pro οὕτως scribi volunt ὄντως. *Peloridas* conchas scribit vocatas παρὰ τὸ πελώριον. Etsi verum est has conchas fuisse πελωρίας, id est, *ingẽtes*, non tamen hæc vera nominis ratio: dictas enim à Peloro Siciliæ promõtorio, vbi solitæ capi, omnes consentiunt. vide libro primo. Sequitur non longè Theophrasti locus de margaritis, ex eius commentario luculentissimo de Lapidibus Extat hodiéq; ille liber, sed mutilatus & incuriâ maiorum male habitus. Huius adeo loci quẽ Athenæus hic descripsit, bona pars in editionibus Theophrastéis desideratur: tot nempe verba, πλὴν ἐλάττονι· μέγεθος δὲ ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης. Hinc igitur emẽdentur & augeantur diuini illius philosophi exemplaria. Clemens Alexandrinus Pædag. lib. II. γίγνεται ὁ μαργαρίτης ἐν ὀστρέῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις· μέγεθος δὲ ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμός, εὐμεγέθης. ex eodem sine dubio Theophrasti loco. De margaritifera concha Androsthenis hæc verba recitantur. ἔστι δὲ τὸ μὲν τῆς ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ κτενί, οὐ διαγλυπτὸν δὲ ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ δασύ: *ostrei figura similis pectini, sed insecto: habétque testam leuem & hirtam.* Plinius lib. 9 *Iuba tradit Arabicis concham esse similem pectini insecto, hirsutam echinorum modo.* Neque eadem penitus, neque multum diuersa est Pliniana descriptio ab Athenaica. discrepantiam, quantulacunque ea est, non mirabitur, qui cogitauerit, Plinium quidem Iubæ, Athenæum verò Androsthenis verbis locutum. Androsthenem Iubá antiquiorem aliquot seculis fuisse suspicor, & fortasse Iubæ lectum: sed existimandum propterea non est, merum recitatorem Iubam extitisse verborum Androsthenis. Ridiculè igitur faciunt, qui Plinium reprehendere audent, quòd τὸ δασὺ in superiore Androsthenis loco perperam sit interpretatus Viri optimi si tantá diligentiâ vestigassent, quid Græcis significet τὸ δασὺ, quantâ fide sudasse Galenum videmus in eius vocis explicatione apud Hippocratem, omisso Plinio, de sententia Androsthenis quæsissent accuratiùs. ὄστρακον δασὺ vertunt illi, *spissam testam.* Non hoc Græca vox significat. δασὺ enim ac λάσιον propriè *hirtum* significant, & τὸ τετριχωμένον. δασὺ & ψιλὸν sic opponuntur vt λεῖον & τραχύ. In libris medicorum δασύνειν ἀλωπεκίας medicamenta dicuntur, quæ pilos generant in capite depilato & glabro. Quod igitur testam eandem λείαν & δασεῖαν facit Androsthenes, difficultatem parit: nisi de variis partibus intelligas. Mendi suspicionem remouent veteres membranæ, & Epitomæ auctor.

CAPVT XIV.

Margaritæ λίθοι, ὀστᾶ, *nuclei,* concharum vitia *&* verrucæ. *Tonitrua dicta aliis iuuare, aliis impedire concharum generationem. Fabulæ multorum poëtarum* Παιδίον *inscriptæ. Tituli Græci Latinarum fabularum.* ἰφθοπώλια *Alexandrina.* ἐξ ὑδάτων κρέα. γαστέρες *&* κοιλίαι, *inter esculenta.* Πλοῦτος *vel* Πλοῦτοι, *à multis comicis edita.* ὄνυγον *pro* ὀνυγόν. Θρᾷα *vel* Ὀρῦα *Epicharmi fabula. Eupolidis* Capræ: *Cratini,* Pytina

MARGARITAS appellant Græci & λίθους & ὀστᾶ, vt Athenæus, ἐξ ὧν ἐξαιροῦντες ὀστᾶ λευκά, προσαγορεύουσι μαργαρίτην. Plin. *nucleos quosdam corporum:* vulgo Latini *uniones.* Tertull. eleganter *concharũ vitia & verrucas.* Obserua vocẽ προσαγορεύουσιν, *appellãt:* ij nempe apud quos hæc concha nascitur. Barbarú ergo vocabulú est, non Græcũ: vt paulo pòst scribitur. Vtro autem genere meliùs dicatur Græcis μαργαρῖτις an μαργαρίτης, disputat Galenus lib. 9. de facult. simpl. medic. Frequentiâ tonitruum & imbrium vi adiuuari margaritarum generationé, ex Isidoro Characeno, vt videtur, clarè docet Athenæus. Plinius cõtrarium planè scribit, *Si fulgures, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si verò & tonuerit, pauidas ac repente compressas, quæ vocant physemata efficere, specie modo inani inflata, sine corpore. hos esse cõcharum abortus.* Ammianus Marcellinus lib. 23. *concussa verò sæpissime metu fulgurum inanescunt, aut debilia pariũt, aut certe vitiis defluunt abortiuis.* Paulo post scribitur in Epitoma, χωρίον τὴν μαργαρῖτιν, ἀπὸ τῆς κόγχης μὲν οὐκ ἔτι τρέφει. sine voce ἐμπίχωσε, quæ in edita lectione torquet me. Lego mox, Μένανδρος ἐν Παιδίῳ. non autem Πεδίῳ. nam illud alterum probo, inuentum apud Stobæum sermone 60. & Pollucem libro 19. cap. 50. Adscribam quæ Pollux affert, quia non sunt aliena ab iis quæ hic leguntur. Χρυσοῦν ἐπόθεσας. ἔδει λιθοκόλλητον ἦν, καλὸν ἂν ἦν οὕτως. Videntur etiam affinia istis esse quæ ex Næuij Pedio in Nonio extant, *Quot res vis hunc priuari pulchras quas uti solet, & Molicinam, crocotam, chirodotam, ricam.* An igitur Menandri fabulam Næuius Latinam fecerat?

Si ita eſt, *Padio* in Nonio corrigendum, non minus quàm in Athenæo. Sæpe enim Latini poëtæ fabularum quas vertebant titulos Græcos retinebant. cuiuſmodi eſt Næuij *Acontizomenos*, Terentij *Heautontimorumenos*. Cæcilij *Synariſtuſa* & *Harpazomena*. Turpilij *Paraterusa*, *Hetæra*, *Epiclerus*, *Demiurgus*, atque etiam *Padium*. nam & Turpilium eo indice fabulam docuiſſe, multis locis teſtatur Nonius: in quibus tamen omnibus *Pedium* inuenies ſcriptum. Etiam è Græcis comicis plures eo titulo dramata publicauerant, vt præter Menandrum Plato: cuius drama Παῖς alibi laudatur Athenæo: vbi ſcriberem, ἐν Παιδίῳ pro ἐν Παιδί. Comici ſcholiaſtes Παιδάριον appellat, in iis quæ ſcripſit ad Ranas & Pacem. item Poſidippus. Subiicit enim Athenæus, ἀγνοεῖ οὐ λιπαρὸν εἶ τὸ ἑφθοπώλιον παρὰ Ποσειδίππῳ ἐν Παιδίῳ. Sic ſcriptum in optimis membranis pro Πεδίῳ, quod præferunt vulgati. Mirum eſt quoties in hunc ſcopulum ſocordiâ ſuâ impegerint imperiti homines. Apud Harpocrationem extant hi verſus Diphili è Syntrophis, ἀγαθὸς βαφεὺς ὤν εἰσὶν ἐν τῷ πεδίῳ· ταύτῃ γὰρ ἡμῖν διευθετοῖκε παντελῶς τὰ πράγματ᾽ ἀποδιδεῖχθαι. ſcribendum in primo verſu, ἐν τῷ παιδίῳ· in altero ταυτί: in tertio ἀποδέδειχε νῦν. Ἑφθοπώλια, vocem eſſe dialecti Alexandrinæ indicatur his verbis, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἑφθοπωλίοις. in Atticæ linguæ auctoribus eam non legas, niſi admodum raro: ſed illius loco, μαγειρεῖα & ἀλλαντοπωλεῖα, popinæ erant in quibus *cocta vendebantur*, vt Græcum ἑφθοπώλιον Suetonius exprimit in Claudio. Quæ appellat auctor ἐξ ὑδάτων κρέα, Ariſtophanes ἑφθὰ ἐκ ζωμοῦ. Latini, *iurulentas* & *elixas*. Solitos edi veteribus mactatorum animalium ventres probat dipnoſophiſta, Ariſtophanis teſtimonio, ex Equitibus, θύσω σ᾽ ἀδεκατεύτους κοιλίας πολλάς. Non verba, ſed mentem poëtæ expreſſit Athenæus. Nam verba comici ſunt hæc,

> Καί σοι φράσω τοῖς πρυτάνεσιν,
> ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱερὰς ἔχοντα κοιλίας.

Poterat antiquiorem Ariſtophane teſtem eius rei laudare. Iam tum enim Homeri temporibus inteſtina illa eſitabant. Canit poëta, Ὀδυσσ. σ.

> γαστέρες αἵδ᾽ αἰγῶν κέατ᾽ ἐν πυρὶ τὰς ἐπὶ δόρπῳ
> κατθέμεθα, κνίσης τε καὶ αἵματος ἐμπλήσαντες.

Sed vereor ne aliud ſint γαστέρες apud poëtam, quàm κοιλίαι, de quibus hic agit Athenæus. Nam Demoſthenes Bithynus in paraphraſi verborū poëtæ, γαστέρας interpretatur ἤνυστρα. Interpres tamen comici iſta explicans, ὁ πλήρη ἐστὰς τὰς κοιλίας, obſeruat poëtæ dici γαστέρας, quæ Ariſtophani, aliiſque poëtis κοιλίαι. Verumtamen γαστέρας quales poëta deſcribit, etiam Ariſtophanes ita nominat, iſto loco ſanè quàm faceto in Nubibus,

> ὥσπερ γαστέρα τοῖς συγγενέσιν κἆτ᾽ οὐκ ἔσχων ἀμφάσας
> ἡ δ᾽ ἄρ᾽ ἐφυσᾶτ᾽· εἶτ᾽ ἐξαίφνης διαλακήσασα πρὸς
> τὠφθαλμώ μου προσετίλησε, κἀπέκαυσέ μου τὸ
> πρόσωπον.

Planè iſtud conuenit vētribus ſanguine & pingui plenis, quorum Homerus meminit, quóſq; Tertullianus *botulos cruore diſtentos* nominat. De his Leo Imperator eleganter, ὡς χιτῶσι τοῖς ἐντέροις τὸ αἷμα διαλαμβάνοντες διδόασι τῇ γαστρί, in 58. conſtitutione: quæ botulorum & omnino ſanguinis eſum vetat. Ait auctor, καὶ ἑξῆς *&* deinde; cū tamen ſequentia verba in fabula Ariſtophanis, modò recitatum locum præcedant. Reſcribe κοιλίαν ὑείαν. Ait, Κρατῖνος Πλούτοις, aliis hæc fabula inſcribitur Πλοῦτος, vt Ariſtophanéam laudat Pollux lib. 2. Scripſerat & Archippus eo nomine fabulam, teſte eodem Polluce lib. 7. cap. 14. & ſcholiaſte Ariſtophanis ad Veſpas. Laudantur & Anaxilæ, atque etiam Antiphanis Πλούσιοι in his libris. In Xenophōtis teſtimonio, σιαγόνα μακρὰν συνεσταλμένην. libri notæ melioris, μικράν. Obſeruatur Athenæo, maxillam Græcis non ſolùm σιαγόνα eſſe dictam: verùm etiam σιαγόνα per ῡ. Legendum verò ὑαγόνα, vt in Excerptis. Euſtathius, τοῖς δὲ τὸ κατ᾽ ἀρχὴν ἓν σύμφωνον ἀποβάλλουσι, συντακτέον καὶ τὸ σῦς ὗς. σμικρὸς μικρός, καὶ τ᾽ ἄλλα ὅσα ἑτέρωθι κεῖται· ἐν οἷς καὶ τὸ σιαγὼν ὑαγὼν τὸ κατανόητον. deinde ſequuntur hæc ipſa verba Athenæi, quamuis diſſimulato auctoris nomine. Quas reliqui Græci χορδὰς, Epicharmus Siculus ὀρύας appellauit, ἐπιγράψας γε, inquit auctor, καὶ τῶν δραμάτων Ὀρύαν. Non puto hæc aliter ſcripta eſſe Athenæo: nam eadem lectio apud Euſtathium, in Epitoma & membranis: & tamen apud Epicharmum legit aliter Heſychius. Ὀρύα, inquit, χορδή, καὶ σύντριμμα πολιτικόν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμου δρᾶμα. Quid autem intelligit gloſſographus hic per σύντριμμα πολιτικόν? an edulij genus alicui ciuitati peculiare? putà Syracuſis, vnde ortus hic comicus, & vbi ſcripſit. & fortaſſe ὑπότριμμα melius ſcriberetur. ſed moueor vocis πολιτικόν inſolentiâ, vt putem aliud longè diuerſum voluiſſe Heſychium. Videntur quidā exiſtimaſſe, eam Epicharmi fabulam vituperationem continuiſſe corporis cuiuſdam ſine collegij Reipub. Syraculanæ: quod poëta appellauit Ὀρύαν, vel ὀρύα. Itaque legendum conſicio, ὃ σύγκριμα πολιτικόν, εἰς ὃ Ἐπιχάρμου δρᾶμα. Eupolidis *Capræ*, nota fabula ex Plutarcho Sympoſiac. lib. 4. Macrobio, Polluce lib. 9. capite 24. Erotiano in Γρόμφαλον, & ſcholiaſte Ariſtoph. ad Veſpas. Cratini *Pytinam* nominat Pollux libro 10. cap. 14. & ſæpius eodem libro. Priſcianus lib. 18. Cratinus in Pytina, Ἀτὰρ ἐννοοῦμαι δὴ τὰ τῆς μοχθηρίας Τῆς ἠλιθιότητός τε τῆς ἐμῆς. Argumentum eius comœdiæ cognoſces ex interprete Græco Ariſtophanis Equitum.

CAPVT XV.

Alexidis & Turpilij Fugitiui vel Leucadia. Nuptiæ *diuerſorum poetarum*. χορδὴς μισαιον. Crateuas Pancratiaſtes *Theophili, & aliorum poëtarum*.

rum. σιλφίῳ σφυδωνᾷν. *Nuptiarum* αἱ ἀκμαῖαι *&* αἱ ἕωλοι ἡμέραι. repotia, παλια, ἐπαύλια, πεδ´οσρόφια. *Boues in Cypro σκατοφάγοι. Sus Veneris hostia. Pherecratis* Μεταλλεῖς. *Alexidis & Pomponij* Alcones. *Pherecratis* Dulodidascalus. ἑφθὸν πόδας.

ATHENÆVS, Ἄλεξις δ' ἐν Λευκαδίᾳ ἢ Δραπέταις. Fecerat de Græca Latinam hanc fabulam Turpilius, vetus comicus: nam eius poëtæ *Fugitiuos & Leucadiam* citant Varro, Nonius, alij. Pollux lib. 10. cap. 21. laudat Alexidem in Λευκάδι, de quo nihil pronuntio: etsi suspicor Λευκαδίᾳ scribendum esse, & de hoc dramate intelligẽdum. Sæpe enim, vt antè dicebamus, binomines fabulas altero tantùm appellant veteres critici. In Alexidis versu, Χονδρεῖν τόμον ἔχει, καὶ πνιγοκομματίων: scribe metri gratiâ, καὶ πνιγοκομμά τι. Idem poëta alibi τὸ πνιγοκομμ' ἀπόλυτον. Aristophanes in Equitibus, Πνιγοκόμματ' ἐκ τῆς σκευάσω. Ait, Ἀντιφάνης ἐν Γάμοις, lib. 4. Γάμος hoc drama appellatur. Sed & alius poëta Diphilus Γάμους comœdiam suam inscripserat, teste Athenæo lib. 6. E Latinis tres dramaticos poëtas, *Nuptias* docuisse inuenio, Pacuuium, Pomponium, Laberium. In Hemistichio Antiphanis, ἐκτομὴν χορδῆς μίσαιον, vltimum verbum non intelligo. μισάραιον Græcum est, exponiturq; Hesychio, venter aut intestina tenuia. ei voci locus hic dari fortasse debet. aut μίσατον scribendum, vel μισάτιον. Ait, ποδῶν δὲ ὠτίων. repetendum ex longinquo, μνημονεύω. Praua distinctio fraudi fuit eruditissimo viro, sed hunc errorem auxit ille insigniter, cùm πολλὰ ἔχων scripsit, pro ἔχων. nam hoc auctor voluit: *Pedum, auricularum, & rostri, meminit Alexis in Crateua aut Pharmacopola: cuius testimonium multa continens eorum nominũ de quibus est quæstio, paulo post proferam.* Inuenies locum Alexidis pag. 107. Κρατεύας autem in fabulæ huius titulo scribendum esse, doctis omnino assentior. etsi vix vnquam sine menda scriptum hoc nomen in Mss. nam etiam in optimis Κρατιας inuenimus aut Κρατεια, quod propius abest à recto. Hic est Crateuas nobilis ῥιζοτόμος nominatus Hippocrati, Dioscoridi, Plinio, Galeno, aliis. Ait, Θεόφιλος Παγκρατιαστῇ. inter nouæ comœdiæ poëtas fuit hic Theophilus, vt Pollux docet lib. 9. vbi de voce παρεμβολὴ disputans, quæ in locum vetustioris στρατόπεδον successit, è Theophili Pancratiaste profert hunc versum,

ἅτ' ἐν χάρακι μὲν ταῦτα καὶ παρεμβολῇ.

Pancratiasten docuerant etiam Alexis & Philemon, & ex Latinis Ennius. Anaxilæ è Coquis postremus versus scribi debet,

Ἀκροκώλι' ἑφθὸν ἐστι, ῥύγχη, καὶ πόδας.

Sequitur, ὁ ἐν Καμψοῖ. Scribo Καλυψοῖ, ex lib. 4. Circe & Calypso nomina fabularum huius poëtæ, ex Homero nota omnibus. In isto Axionici, Ζωμοποιὸν θερμὸν ἰχθὺν ἐπανακλάσθων, scribunt Excerpta ζωμοποιόν. Fortasse scribendum, ζωμὸν ποιῶ. Proximus versus letaliter affectus est. Tertius monstrum est merum: διοιτο ἄτε ὑπὲρ ἀλλα σιλφίῳ σφυδονᾶν. Debellemus hoc monstrum, si modo pares sumus tanto incepto. Lego, διος vel potius ὗς ὑστέραι τε κἀκροκώλια σιλφίῳ σφυδονᾶν. Vocem certè ὑστέραι rectè è nobis restitutam hoc loco, liquebit attendenti ad seriem verborũ Athenæi. Σιλφίῳ σφυδονᾶν interpretor, silphij cõdimentum vibrare & respergere super cibos, durum dictum. sed quid miremur? coquus loquitur. nec mendam tamen abesse præstabo. σιλφίῳ ἐπιγανοῦν eodem sensu dixit Alexis, μυελὸν ἀφελὼν ἐπιγανώσας σιλφίῳ. non multò minus insolens vsus verbi ἐπιδονεῖν in Antiphanis Parasito, ἑφθὸς τυρὸς ἐπιδονῶν πολύς. Postrema poëtæ verba, aut potiùs gloriosuli coqui sunt ista, ὥστε πάντας ὁμολογεῖν τῶν γάμων κρείττω γεγονέναι τὴν ἕωλον ἡμέραν: *adeò vt faterentur omnes Ipso nuptiarum primo die lautiora esse repotia.* Nuptiarum solennitas pluribus diebus celebrabatur. primum vocabãt γάμους: secundum ἐπαύλια, vt Pindarus: vel παλια. Hesychius, γάμοι ἡ πρώτη ἡμέρα τῶν γάμων· ἡ δὲ δευτέρα παλια. sic dictus is dies, ἀπὸ τῆς πάλιν εἶναι. si tamen integra satis illa lectio. Latini vocant *repotia.* Axionicus eleganter ἕωλον ἡμέραν. Græcis ἕωλα dicuntur omnia quæ desierunt esse ἐν ἀκμῇ nouitatis. Sic M. Tullius ἕωλον vocat librum, qui primam nouitatis gratiam amisit. Sic transacto nuptiarum die primo, qui deinceps sequuntur, etsi sunt festi, ἕωλοι tamen iure dicuntur. Libro quarto opponit auctor τὰς ἀκμαίας τῶν γάμων ἡμέρας, & τὸ ἕωλον τῆς συμποσίας. Non erat ferendum tam elegantem locum, tam malè adhuc esse expositum. Ἕωλον ἡμέραν desinentis festi, pulchrè in ἐκφράσει Καλενδῶν describit Libanius, eius verba adscribemus: sunt enim venustissima. τετάρτη, inquit, ἡμέρα τὴν μὲν ἀκμὴν τῆς ἑορτῆς ἀμβλύνει. τὸ πᾶν δ' ὅτι ἡ μετ' ἐκείνην οὐδ' ὅσα δύναιτο ἄν. ἀλλ' ὥσπερ κυμάτιόν τι λεπτὸν τι ὑπὸν, κατέχει τοὺς ἀνθρώπους ὁ καιρὸς ἐν εὐφροσύναις ἀμυδροτέραις. Pherecratis Λῆροι adducuntur in testimonium à Polluce libro sexto, capite decimonono, & libro decimo, capite 22. Non extat in præcedentibus locus ille quò reiicit nos, cùm ait, ὅτι κυρίως λέγεται ῥύγχος ἐπὶ τῶν συῶν προείρηται. Æolosicon Aristophanis & Gerytades inter celeberrimas eius poëtæ fabulas passim memoratæ. De Æolosicone quædam Platonius περὶ διαφορᾶς κωμῳδιῶν. Inde prolata verba sic concinnes licet cum interpretibus, καὶ μὴν ἐς τὸ δεῖπνον ἀκροκώλια βοὸς τέτταρα ἥψησα ταχύ. Antiphanis verba sunt, ἔπειτα καὶ ἀκροκώλιον ὕειον Ἀφροδίτῃ; γελοῖον· ἀγνοεῖς. ἐν τῇ Κύπρῳ δ' οὕτω φιλῆδ' ἐταῖς ὑσὶ δέσποτα, ὥστε καταφαγεῖν ἀπεῖρξε τὸ ζῶον, τοὺς δὲ βοῦς ἠνάγκασε. poterant negotio nullo in legem vel iamborum vel trochaicorum hæc verba cogi: qui putabunt esse tanti, ingenio suo obsequantur. Mendum in fœdo verbo fœdum detegemus nos, & pro καταφαγεῖν *comedere*, emendabimus σκατοφαγεῖν, *stercus vorare Ita sues amat Venus*, inquit, *vt in Cypro cùm cogeret boues stercoribus vesci, sues eâ necessitate exemerit: imo vetuerit fi-*

cere. Qui nescit quæ περὶ τῶν σηπτοφάγων βοῶν vetustas fabulata est, consulat Festum *in Cyprio boui*, & parœmiographos. Quod sequitur, ὅτι δ' οὗτος Ἀφροδίτῃ ὗς θύεται, μαρτυρεῖ Καλλίμαχος, illustrabunt quæ scribit Aristophanis interpres ad versum hunc ex Acharnensibus,

Ἀλλ' οὐχὶ χοῖρος τῇ Ἀφροδίτῃ θύεται;

Pro ὑσυεία, rectè viri eruditi Ὑστήρια. Vide Eustathium Ἰλιάδ. λ. Ait, Φερεκράτης δ' ἐν Μεταλλεῦσι. De auctore huius fabulæ non consenserunt critici veteres. Eratosthenes Nicomacho eam attribuebat. Harpocration, ἔστι δὲ δρᾶμα Φερεκράτους Μεταλλεῖς ὅπερ Νικόμαχόν φησι πεποιηκέναι Ἐρατοσθένης ἐν ἑβδόμῳ περὶ τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας. Erotianus in Ἑρμῷ, Pherecrati adiudicat, vt Athenæus. Alexidis Κυβευταί, aut versa, aut imitatione expressa videtur fuisse à Pomponio; ex cuius *Aleonibus* laudant hunc versum grammatici, *At ego rusticatim tangam, vrbanatim nescio.* In nupera editione malè distincta sunt ista, κἂν παννυχίδι ἢ Ἑρμοῖσι: quæ rectè sunt à Dalecampio accepta. *Dulodidascalus* Pherecratis passim in his commentariis laudatur: alibi offendere non memini. In ea fabula fecerat poëta τῶν ἑφθῶν ποδῶν mentionem: sed & apud Hippocratem, qui Pherecrate antiquior est, πόδας οἰὸς ἑφθοὺς, *pedes ouinos elixos* aliquot locis legere memini.

CAPVT XVI.

Τυρὸς ἐπιδονεῖ. Ecphantides poeta comicus. Tagenistæ Aristophanis. ἀπόβασις ἠπάτιον. δέλφακος ὀπωρινῆς ἠτριαῖα. Collabi placentæ aut panes.

Dvrvm dictum est, quod ex Antiphanis Parasito affertur, ἑφθὸς τυρὸς ἐπιδονεῖ πολύς. Excusabamus suprà insolentiam phraseos, quia hæc coquus aut parasitus loquitur: quibus solent optimi poëtæ loquendi genera tribuere, ganeoni & homini inter ollas ac patinas educato conuenientia. aliter quî ferri queat τὸ ἐπιδονεῖ non video. δονεῖν est strepitum in turba facere. hîc simpliciter ad declarandam rei copiam vsurpatur: quia ferè copiæ comes strepitus & τάραξις, siue δόνησις. fortasse etiam ἑφθοῖς scribendum. Ecphantides, cuius subiectum est testimoniũ, antiquus fuit comicus, sed ita obscurus, vt parum absit quin ipsius etiam nomẽ cum scriptis è memoria hominum sit deletũ. Seruatur adhuc alicubi, vt hic, & in Glossis Hesychij: cuius sunt verba ἐκκεχοιριλωμένην· ὁ Χοιρίλου ὄψα (scrib. τὸ Χ. vel ὡς Χοιρ· ὄψα.) Ἐκφαντίδης γὰρ τῷ κωμικῷ Χοιρίλος θεράπων ἦν, ὃς συνεποιεῖτο κωμῳδίας. In Aristophanis scholiis alicubi, Φεραντίδης pro Ἐκφαντίδης, memini obseruare. *Tagenistarum* Aristophanis meminit eius interpres Græcus ad Ranas, aliisque locis, & Pollux lib. 10. cap. 23. Poëtæ verba, παρατέταμαι γὰρ λιπαρὰ κάπτων. ita melius quàm vt in ipsius scholiis ad Acharnenseis, παρατέταμαι γὰρ ἐσθίων. Sæpe diximus, veteres grammaticos in recitandis auctorum locis parum fuisse religiosos: & verbis suis sæpe illorum χρήσεις corrupisse seruatâ solùm sententiâ. Sequentia non intelligo, ἀλλὰ φέρετ' ἀπόβασιν ἠπάτιον. Dalecamp. videtur legisse ἀπόφυσιν ἠπατίου, vel ἠπατίαν, qui vertat, *hepatis extremam fibram.* Iecoris ἀποφύσεις & πτερύγια, quæ Hieronymo *pinnulæ*, & ἀπτυχίδας scio quid Galenus, aliique medici Græci appellent: ἀπόβασιν hoc sensu legi nunquam. Pro ἀπόφυσιν etiam ἀποφάδα scribi potest. sic enim ἀποφυάδας ἐντέρων dixit philosophus libro secundo Historiarum. Omnino de hoc loco parum mihi constat. ἠπατίου quidem non dubium legi debere, vt statim καπρίδιον. aut certè ἠπατίων, vt in Eubuli versu, ἠπάτια, νῆστις, πλεύμονες, μήτρα.

Sed audendum hic, opinor, aliquid: Si ad probabilem aliquam sententiam locum hunc in omnibus Mss. corruptissimum, volumus refingere, possumus ita concinnare: ἀλλὰ φέρετ' ἢ προβάτειον ἠπάτιον, ἢ καπρίδιον νέον κόλλοπά τινα. iecur ouinum, vt arbitror, intelligit. Sic alibi hanc vocem cum adiectione simili legas: putà, aut ὕειον, aut αἴγειον, aut ἄρνειον. Pergit Aristophanes, ἢ σπληνός ἦν ἐστιν. Proba, vt videtur, lectio. tamen aliud suadent membranæ, quæ habẽt, ἢ σπληνός, ἢ νῆστιν. sic vocatur pars intestinorum & ipsa inter cupedias. Corrupta manifestò quæ sequuntur, ἢ δέλφακος, ἢ ῥίνας, ἢ τρεία. Dalecamp. emendauit. ἢ κεστρία. Non erat illa conueniens huius loci morbo medicina. Infrà hoc in libro ita scribitur, ἢ δέλφακος ὀπωρινῆς τρίαιναν. Vir optimus vt corruptissimam hanc γραφὴν damnat: ego probo non vt rectam, sed vt rectæ proximam. Legendum enim, ἢ δέλφακος ὀπωρινῆς ἠτριαῖα. partem suillorum intestinorum ἠτριαῖα vocabant. Idem poëta in Tesmophoriazusis, ὁ δὲ χορδῆς, οὐδ' ἠτριαίου δέλφακος. Lucianus Lexiphane, παρεσκεύαστο δὲ πολλὰ καὶ ποικίλα δίχηλα ὕεια, καὶ χελιδόνες καὶ ἠτριαῖα. Iam vocem ὀπωρινῆς asserimus auctoritate Athenæi, qui libro 9. ex hoc loco probat vsurpasse Aristophanem nomen δέλφαξ genere fœminino. esset autem probatio illius nulla, si scripsisset Aristophanes ἢ ῥίνας. Addit postremo comicus, μετὰ κολλάβων χλιαρῶν. *Collabi*, ait vir doctus, *placentæ clauis similes, qui fides in citharis tendunt.* vertibulas puto aut verticilla intellexit. At quomodo erunt aut dicentur placentæ istæ collabi, si claui formam referunt? nam omnis placenta aliquem habet εἰς πλάτος ἔκτασιν: aut πλακοῦς non erit, nisi quomodo pyxis dicitur, quæ est ex argento vel auro. Qui putabant è veteribus dictos esse collabos à similitudine vertibularum citharæ, panes illos non placẽtas appellabant. Verum alij notationem nominis aliam afferunt: sic enim dici placentam quadratam paruulam, ἐκ μεγάλου κολοβουμένην.

CAPVT XVII.

Dionysiocles medicus. Leonides grammaticus. Damon vetus scriptor. Damius Colophonius. μήτρα, μητρόπολις, καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν. Hippocratis Coi liberi, & de iis prouerbium, Tres fratres. *Hippocratis*

pocratis Atheniensis liberi,& de iis vetus dictum, τὰ πατρὸς τὰ παιδία. *Prouerb.* Vitam pulmonum viuere, *vel ostrei,vel plantæ,grammatici* ἀκανθοβάται,*& eorum spinæ.*

MVLTIS locis factū videas ab Athenæo,vt de apposito cibo testimonia primū ex poëtis & philosophis proferat:deinde autem ex medicorum libris naturam illius explicet. Propterea scribit isto loco: Τοσούτων λεχθέντων καὶ περὶ τούτων, οὐδὲ τῶν ἰατρῶν οἱ παρόντες ἀσύμβολοι μετέλαβον φασί. *cùm etiam de istis hæc dicta essent,ne medici quidem qui aderāt, priùs illa gustarunt,quàm symbolam cōtulissent.*quid symbolas appellet, satis declaratum est libro 1. cap. 4. Videtur autem Athenæus hoc dicere, omnes aut plures certè medicos qui conuiuio intererant,aliquid de scriniis memoriæ,quod ad rem faceret,prompsisse in commune.Nam hoc ista spondent,τῶν ἰατρῶν οἱ παρόντες.Spem tamen hanc nostram egregiè auctor destituit : vnius Dionysioclis verba proferens:& ea quidē adeò pauca,vt non sine magna ratione deesse aliquid hac quoque in parte nostris hodie codicibus suspiceris. Statim enim sermonem velut lampada cursu excipit Leonides,diuersæ professionis homo : Καὶ ὁ Λεωνίδης, Δήμων ἐν τετάρτῳ Ἀτθίδος, ἀφαδιώτας φησί. *Leonidas autem dixit, Damon in libro quarto Atthidis narrat.* Errant qui putant Leonidam esse auctoris illius nomen,cuius mox verba afferuntur. ille verò vnus fuit è conuiuis, vt docent clarè sequentia hæc non multo pòst; πολυισχύντῳ τῶν καλλιμάτων ὠρχῶν, ὁ Λεωνίδης ἔφη. philologum fuisse & criticum hæc euincunt, καὶ ὁ Διονυσοκλῆς ἔφη, ὅτι μὲν ἐστι τὰ πνεύματα ὦ ἀγαθὲ Λεωνίδη, ὑμῶν ἐστι κείνων τῶν δυσμαθεστάτων γραμματικῶν. sic enim rectè legit etiam Dalecamp. illo in loco ὑμῶν, non vt editum est,ἡμῶν.Errant etiā qui δήμων putant esse à δῆμος.est enim Demon, aut Damon vetustissimi auctoris rerum Atticarum nomen. Is ipse est,cuius testimoniis Plutarchus in Theseo sæpius vtitur, & scholiastes quoque Aristophanis prouerbia explicās, ὁ Διὸς Κόρινθος,ad Ranas:& *Noctuam Athenas.*ad Aues. An idem sit Damon qui de Byzantio scripserat teste Athenæo lib.10.non scio. Fuit & Damius Colophonius scriptor alius multò recentior, cuius nonnulla extant in Athenæi de Machinis bellicis libello. Thymœtes cuius meminit Damon, Oxyntæ regis Athenarum ex concubina filius fuit:qui vltimus stirpis Thesei regnum obtinuit : mox scelere partum imperium scelere amisit,spoliante Melantho Messenio.Pausanias, Eusebius,alij. Deinceps de vulua suilla ita scribitur. Μήτρα ἐξῆς ἐπεισηνέχθη, μητρόπολις τις ὡς ἀληθῶς οὖσα καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς ἐγὼ διὰ τὴν συώδη φύσιν οἶδα. *Deinde illata est vulua, metropolis reuera & mater filiorum Hippocratis, quos propter ingenium suillum scio esse comicis irrisos.*Nō sunt isti magni Hippocratis liberi, Telesippus, Demophon, & Pericles, de quibus extat vetus dictum, *Tres fratres:*sed lurconis cuiusdā Atheniensis soboles, quæ prouerbium sustulit, τὰ πατρὸς τὰ παιδία.helluo pater,helluones filij. Horum ait fuisse metropolin & matrem vuluam suillam : quasi porcos appellaret porcā natos. nō ex alio animali numerosior materia ganeæ. Alludit autem scriptor eruditissimus aduersus Antiphanis in Philometore,qui super vulua aliquantò post citantur:aut etiam fortasse ad dictum Chrysippi.qui Archestrati carmē,quo ganeonum gulam erudiit , μητρόπολιν τῆς Ἐπικούρου φιλοσοφίας nominauit.Apage viri docti emendationem μητρωιὸν scribētis pro μητρόπολιν.In Platonis loco è Protagora scribe συνῆναι,non συνεῖναι. ipsum vide. Scribe etiam locum è Philebo sic,ζῶντας οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πλεύμονος, ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρεΐνων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων. *non hominum, sed pulmonum vitam viuēs,& eorum marinorum,quæ in testaceis corporibus sunt animata.* non ἐμψύχων. Postrema verba periphrasin continent ignauissimorum ostreorum,quorum vita non multum differt à vita plantarum. Platonis locum illustrabunt Galeni verba,quę ascribam ex commentario de Embrionum in vtero formatione , ὥστε τὸ κυούμενον οὐ μόνον ὡς φυτὸν ἔτι τὴν διοίκησιν ἔχειν, ἀλλ' ἤδη καὶ ὡς ζῶον, ὁποῖα ζῶα, χῆμαι δὲ εἰσι καὶ κόγχαι, καὶ πίνναι, καὶ ὄστρεα, καὶ λοπάδες, ἅτε γ' ἐλάχιστος, ἢ οὐδ' ὅλως ἐνδόμενον κινήσεως σφυγμικῆς. Talia sunt etiam tethya, spongiæ,holothuria, aliáque hoc genus zoophyta , de quibus accuratè Aristoteles libro 4. de Partibus animalium. In 10. Nicomacheorum, & primo ad Eudemum , qui semper dormiunt,φυτοῦ ζῆν βίον dicuntur.pro quo Hieronymus ad Pammachium, *in modum gliriū viuere.* Cæterùm *ostrei vitam viuere* paulò aliter vsurpat Plutarchus in commentario salubrium præceptorum, de iis loquens qui necessitatem vno eodémque semper modo viuendi sibi imposuerunt, οὐκ ἀσφαλὲς,ait,οὐδὲ ῥᾴδιον,οὐδὲ πολιτικὸν, οὐδ' ἀνθρωπικὸν , ἀλλ' ὀστρέου τινὸς ζωῇ προσεοικὸς, ἢ στελέχους,τὸ ἀμετάστατον τοῦτο. Vlpianum ait Cynulcus τὰς ἀκάνθας συνάγειν,assiduas illius disputationes de vocibus reprehendens.Spinas vocabant grāmaticorum quæstiunculas. Antiphanes in epigrammate de grammaticis, ἀτυχὲς σῆτες ἀκανθοβάται. Sunt quibus placet, ἀκανθοβόται, *qui spinis vescuntur.* sed verum omnino est , ἀκανθοβάται, *per spinas ingredientes.* Quod vnicā hac voce Antiphanes intellexit, pluribus expressit Athenæus, ὡς ἂν ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν ἀεὶ διατρίβων , *versans assiduè inter echinopodas & asperas onones.*echinopus & ononis,siue anonis,aculeatarum herbarum genera sunt.

CAPVT XVIII.

Strena ἐπιτιμὶς,& ἐναρχισμός. *Strenæ origo. Vlpiani κυνοφανία. penula* ἄχρηστος. *Lexiphanes Luciani.* ὀπτός, *qui est in conspectu.* ἀφέρβα ἀπὸ ὄμματα. ψύχρα *calceamenta.ἐξίῤῥηξε, exij.* παῖ Λεύκε.φαινόλης. ἀπολαύων, *loturus.* ἦν δὲ ἐγώ. ἐπιτάλην & πρόσκομμα. *Eustathiani codices.*

VLPIA

VLPIANVM reprehendit Cynulcus, quòd strenam Romanorum Græcè dixisset ἐπινομίδα. Mihi videtur hic Aristarchus & imperitè facere & inhumanè. Existimo enim ita ab Vlpiano vocatam non strenam quamcunque, sed eam quæ Imperatori de more donabatur anni noui initio. hæc verò elegantissimè potest dici ἐπινομίς· quippe data vltra legitimum canonem, & onera necessaria: quod pulchrè exprimitur Græcâ illâ voce. Notabamus ad Suetonium, deesse Græcis vocabulū, quo Latinum *strena* reddant ἓν αὐθ' ἑνός. Quare laudanda potiùs Vlpiani industria, qui istud non ineptè excogitauit: quàm reprehendendus conatus: etiamsi minus est quod voluit assecutus. Alij Græci nouum verbum ἐπαρχισμὸς finxerunt in eam rem, vt pridem diximus. Rectè autem Athenæus scribit strenæ & morem & nomen ab antiqua traditione ductum esse veterum Romanorum. Symmachus lib. 10. *Ab exortu penè vrbis Martiæ strenarum vsus adoleuit, auctoritate Tatij regis: qui verbenas felicis arboris ex luco Streniæ anni noui auspices primus accepit, D D. Imperatores. Nomen indicio est, viris strenuis hæc cõuenire ob virtutem: atque ideò vobis huiusmodi insigne deberi, quorū diuinus animus magis testimonium vigilantiæ, quàm omen expectat.* Quæ deinceps sequuntur reprehensiones Vlpiani, omnes eiusmodi sunt, vt ex illis, (si modò iniuria ei non fit) appareat hominis ingenium prorsus φιλόνεικον. Neq; enim adduci possumus, aut vllo modo debemus, vt viro exactè, & sollicitè docto, ex Hellenismi imperitia, has stribiligines excidisse arbitremur. Verius puto, Vlpianum his vocibus & loquendi generibus vsum, vel per iocum, vt eos rideret qui seriò ita loquerentur: vel vt πολυαναγνωσίαν suam venditaret, aurésque eruditorum in se conuerteret. Fieri enim potest, vt ista quorum nomine hìc reprehenditur, apud scriptores non postremæ notæ reperisset. Multa enim vt scimus, etiam Ciceronibus & Demosthenibus, nedum poëtis, qui sibi omnia licere volunt, exciderunt notanda nobis potiùs quàm imitanda. Contrà Vlpianus, cùm in antiquis scriptoribus semel fortasse horum aliquid obseruasset, illo vti non verebatur. Hinc illa sartago loquendi, cuius hìc à cynico philosopho accusatur. Ait igitur, οὐ σὺ εἶ ὁ ὢν τὸν καινὸν ὢν οὐδέπω ἐν χρείᾳ γινόμενον φαινόλην (ἄρρενα γὰρ ὁ Βίλτιστε καὶ ὁ φαινόλης) εἰπὼν, παῖ Λεῦκε, δός μοι τὸν ἄχρηστον φαινόλην. Quid in Vlpiano reprehendatur hic à Cynulco non viderunt interpretes. Natalem mitto nimis vbique Natalem. Dalec. existimauit notari vocis φαινόλης insolentem vsum pro φαινόλης. sed fallitur vir optimus: nam ita verti debuit, *nonne tu is es, qui nouum & quo vsus nondum eras, φαινόλην (reperitur enim vir optime panula dicta φαινόλης) dixisti ἄχρηστον? Puer Leuce, da mihi panulam ἄχρηστον.* Videtur Vlpianus puerum suum Latinè compellans pænulam petiisse. Cynulcus vt Græcè idem diceret, φαινόλης pro Latino verbo posuit. sed Vlpiani reformidans ingenium excusationem adiicit: ideò se eâ voce vti, quia extaret apud scriptores nonnullos. At Vlpianus ab illo castigatur ob dictionem ἄχρηστον, quâ vsus erat sanè quàm insolenter, pro οὐδέπω ἐν χρείᾳ γινόμενος, *qui nondum fuit in vsu.* Id verbi hac notione barbarum esse constat. Quare etiā disertissimus & Hellenismi peritissimus Lucianus, in Lexiphane hanc vocem non prætermisit. Ille liber ingeniosissimè confectus, veluti laterculum quoddam est omnium dictionū ἀδοκίμων, quas semidocti homines Athenæi & Luciani temporibus, magno cum eruditorum fastidio soliti vsurpare. Verba Luciani, sub indocti cuiusdam persona hæc sunt, πυθόμενος δὲ ὅτι ὁ στρατηγὸς ὀπτός ἐστι, λαβὼν ἄχρηστα ἱμάτια, εὐήτρια, καὶ ἀφόρητα ὑποδήματα, ἐξέφρησα ἐμαυτόν. in his paucis verbis multæ ineptiæ notantur. ὀπτός, ridiculè positum pro ὁρατός, *qui potest videri: qui incipit esse in conspectu.* nam etsi id vox illa significet, non est tamen eâ notione in vsu. vide libro 8. cap. 4. ἄχρηστα ἱμάτια, pro noua, & vt Cynulcus interpretatus est, μηδέπω ἐν χρείᾳ γινόμενα. insulsè & barbarè: nam ἄχρηστον est contrarium τοῦ χρηστοῦ, & rem improbam significat. simile peccatum in ἀφόρητα, pro *nondum gesta.* Sic accipe paulo pòst, cùm ait Pompeianus Philadelphensis ore Cynulci, κόμιζέ μοι τὰς βλαύτας τὰς ἀφορήτους, καὶ τὴν ἐφεστρίδα τὴν ἄχρηστον. Ineptè etiam εὐήτρια appellat calceamenta. est enim textrinæ vocabulum, & vesti subtili ac bene textæ conuenit. Plato in Politico, λεῖον καὶ τὸ λεγόμενον εὐήτριον ὕφασμα ξυνάγοντα ἐξ αὐτῶν. Strabo lib. 15. τὰς εὐητρίους ὑφάσματα σινδόνας hic fatuus, εὐήτρια ὑποδήματα, *elegantes calceos* significans dixit. Etiam Æschylus in Dictyurgicis, (vel Dictyulcis, vt nominat Hesychius,) ductâ translatione à vestibus, aliud nescio quid εὐήτριον vocauerat, sicut obseruat Iulius Pollux lib. 7. cap. 10. Postremò & ineptum & βλάσφημον est pro *exij*, ἐξέφρησα, quod valet ἐξέφθαρα, in *perniciem abij.* In verbis Vlpiani, τὸ Λεῦκε perperam putarunt esse adiectiuum: nam aliud λευκὸς, aliud Λεῦκος. Sic vocabant seruos interdum παῖ Λεῦκε: non παῖ tantum, aut proprio solum nomine. Alexis, Παῖ Στρομβιχίδη μὰ τῶν χαμαιευνῶν ἀργυρωμάτων. Vocabulum φαινόλης multò ante Athenæi sæculum Græcè loquentibus & scribentibus cepisse vsurpari, & indicat obscurè Cynulcus, & scimus nos verum esse, ex epistolis Pauli Apostoli. Putamus autem, vt iam diximus, præter τὸ ἄχρηστον, cætera Latinè dixisse Vlpianum. Sequitur alia castigatio, εἰς βαλανεῖον δέ ποτε πορευόμενος, οὐκ ἔφης πρὸς τὸν πυνθανόμενον, ποῖ δή; ἀπολούμενος ἦν δι' ἐγὼ ἐπείγομαι. Duo hìc notantur, ἀπολούμενος stultè pro ἀπολουσόμενος, *loturus.* cùm significet *periturus.* sed mirum quid prætexi isti voci quiuerit. caussa enim dici nulla potest, cur ex ἀπολουσόμενος fiat ἀπολούμενος. In cæteris quo colore peccata tegi potuerint, perspicuum. λούμενος pro λουόμενος scimus dixisse Atticos: pro λουσόμενος

nemo

nemo vnquam. Præterea in Lexiphane, hoc nō est notatum à Luciano. Scribebam aliquando ἀπολουόμενος: satis in eo ratus inesse ἀκυρολογίας, quòd pro λούεσθαι dixerit ἀπόλλυσθαι. illud enim rectum, hoc non rectum: quemadmodum ex septimo Pollucis intelligimus, & vsu auctorum meliorum. propterea Lucianus suum illum barbarum ita loquentem inducit. δεῖ γὰρ μὴ ἐν λουτρῷ ἀπολλύμεθα. & paulo antè, χαίρω μετὰ κάματον ἀπολουόμενος. vbi tamen scribi malim ἀπολλύμενος. vt duplex sit culpa: & ἀκυρολογία, & τὸ βλάσφημον. Eclogæ Hœschelianæ vulgatam lectionē apertè confirmant: etsi aliter quàm in editis sententia ibi concipitur, καὶ τῷ βαλανεῖ, inquit, ἠρώτα τὸν παῖδα, ποῦ δ' ἂν ἀπολλύμεθα; Retinendum igitur τὸ ἀπολλύμενος: quam firmat etiam quod subiicitur, eà die periisse Vlpiano pænulam Canusinam, subreptam à balnearibus furibus, vel præmiatoribus. Nam indicare voluit Cynulcus, habuisse omen, illam non minùs infaustam, quā ineptam vocem ἀπολλύμενος. Sic mox, ἵν' αὖθ' οὕτως ἀπολούμεθον. *post ista lauabimus nos duo.* Alterum quod in Vlpiani superioribus verbis notatur, est ἦν δ' ἐγώ quæ voculæ tunc frequentes erant in ore τῶν Ἀττικιστῶν. Lucianus non vno loco huius suæ insulsitatis eos admonet, & prout meriti erant salsè irridet. In voce ὑπώπιον error perspicuus est, qui deinceps notatur à Cynulco: neque hic quicquam obscuri. Facetus verò nimis censor iste, errorem errore corrigit, & planè quod ait vetus verbum ἄλλῳ τὸν ἧλον, πασσάλῳ τὸν πάσσαλον. Nō enim minùs est absurdum, πρόσκομμα appellare plagam sub oculo acceptam, quàm ὑπώπιον nominare vulnus tibiæ illatum. Scribe παρά τινι τῶν φίλων ἰατρῷ: cum vulgatis: hoc malo quàm ἰατρῶν, quod habēt Mss. Ait Cynulcus, παρά τινι τῶν φίλων ἰατρῷ ὑπαλειψάμενος τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς παχεῖ φαρμάκῳ. Eusthathius extremo commentario in Iliadis ῥαψ. μ. totam hanc historiolam describens, mirificam prorsus lectionem affert, quam vnde sit nactus non diuino. Sic enim ille, ἀκούσας γάρ τις καὶ ἀστείων ἐκ ἴσου λόγου, τὴν κεφαλὴν εἰς νέωτα ταινίαις διαλαβὼν, ὅ ἐστι φασκίαις, καὶ ἐρωτηθεὶς τί πάθοι; πρόσκομμα ἔφη. vnde illud εἰς νέωτα? *anno sequente.* vnde illud ταινίαις? quod tamen ceu planè γνήσιον Athenæi non profert solum, sed etiam interpretatur.

CAPVT XIX.

Ἄνθρωπος οὐκ ἀπάνουργος. ὀνοματοθήρας, θηρολέξης, λεξιθήρ, λεξιθηρεῖν. ὑποδησάμενος τὸν πώγωνα. ὠμόλινον. inuolucre, ὀδοντωτὴ ξύστρα. περιδεῖσθαι πώγωνας. ὀπτὸς τάριχος, cutis squallida. συντρίβεσθαι, συντριβή. Inferiæ mense Februario factæ ex more Græcorum. καίειν de frigore. καύματα, Caumata. ἀποκαύματα, pedum perniones. Nix calida quibusdam.

TRansit Cynulcus, misso facto Vlpiano, ad similem Pompeiani Philodelphensis criminationem: cui hoc tribuit elogium, ἄνθρωπος οὐκ ἀπάνουργος, ὀνοματοθήρας δὲ καὶ αὐτός. id est, *homo industrius, sed verborum etiam ipse captator.* οὐκ ἀπάνουργος valet πανοῦργος, *solers & industrius*: nam ea vox interdum in bonam partem accipitur. ὀνοματοθήρας dicitur cuius omne studium in vocularum obseruationibus positum. Philo Iudæus de Essenis loquens, φιλοσοφίας τὸ λογικὸν ὡς οὐκ ἀναγκαῖον εἰς κτῆσιν ἀρετῆς λογοθήραις ἀπολείπουσιν. Idem significat θηρολέξης, vt explicat Hesychius. Leges apud A. Gellium λέξεις τηρεῖ, lib. 11. nimis minutè ac prope etiam subtigidè Plutarchus cum Epicuro accusando λέξεις τηρεῖ. Grauiùs sonat λεξιθήρ, apud Epiphanium: sic enim solet appellare eum, qui vndique ex sacris literis voculas aucupatur ad sui dogmatis confirmationem. vt lib. 2. contra Arrianos, προσωποῦ ταῦτας τοίνυν οἱ λεξιθήρες οὗτοι: & paulò post, προσωπολατεῖτε δὲ τοῖς λεξιθήρεσι τὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος πρόσωπον: & λεξιθηρεῖν sæpe apud eundem magnum scriptorem. Huius igitur Pompeiani ineptias videamus. De illis, βλαύτας ἀτρήτους, & ἐφεστρίδα ἄχρωστον dictum iam superiore capite. Addit, ἐγὼ γὰρ ὑποδησάμενος τὸν πώγωνα προσαγορεύσω τοὺς ἑταίρους. Videtur fuisse moris, vt qui promissam barbam alerent, eam nodo astringerent, aut nescio quomodo vincientes componerent: quod hodiéque facere multos videas. Hanc barbæ δέσιν Pompeianus intelligit: qui tamen vt ineptè vsus in ea re verbo ὑποδεῖσθαι, βαρβαρισμοῦ reus peragitur à Cynulco. Sic accipiebam apud Lucianum verba Lexiphanis, ἐγὼ μὲν ὑποδυσάμενος ἐξυόμην τὴν κεφαλὴν ὀδοντωτῇ ξύστρᾳ: nisi tamen ὑποδυσάμενος significat ibi *inuolutis humeris linteo*. ita enim fieri amat, quoties aut caput pectimus, aut operam tonsori damus. Plautus Captiueis, *Ne id quidem inuolucre inijcere voluit, vestem ne inquinet.* Græcis ὠμόλινον. vt Pollux adnotat. ὀδοντωτὴ ξύστρα; *dentata strigil*, ridicula periphrasis pectinis. Cæterùm qualis ista fuerit barbæ δέσις, nondum didici ex lectione veterum. Nam περιδεῖσθαι πώγωνας in Concionantibus, diuerso planè sensu mulieres dicuntur, quæ vt viros mentiantur, imberbe mentum ascititiā barbā sibi vestiunt. Pergamus, ὀπτὸς γάρ ἐστι μοι τάριχος· κόμιζε δὲ τὴν ἐλαίαν τὴν λήκυθον. *est mihi assum salsamentum: Tu verò affer mihi olei ampullam.* Nihil est in his verbis quod primā facie, cuiusquam eruditas aureis iure offendat. nam quod arbitrantur interpretes, ἐλαίαν λήκυθον ineptè dici, tam falluntur iudicij, quàm faciunt imperitè cùm vertunt *trullam*. non poterant absurdiùs. Cæterum στλεγγὶς καὶ λήκυθος, *strigil & ampulla*, adeò nota supellex est balneas petentium, in omnibus Græcis, Latinisque scriptoribus, vt admonuisse pudeat. Sic autem accipio hic quoque τὴν ἐλαίαν λήκυθον. Quare etiam præcedentia verba ὀπτὸς γάρ ἐστι μοι τάριχος interpretor de cute squallida & illuuie deformata, quæ insulsa trāslatione appellatur *assatum salsamentum*. Lexiphanes hoc dixit, καιρὸς δ' ἐστι χεῖσθαι τὸ ἡλιοκαές. Subiicit Cynulcus, πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον, *prius enim ambo*

ambo defricabimur. hoc quidem Pompeianus voluit, ſed verbo vſus eſt & alieno & inominato. ξύειν & τρίβειν Græci hoc dicunt. at συντρίβειν idem eſt, ac Latinis *conteri.* Quid ſit diſcriminis inter συντρίβειν & τρίβειν vel ἐκτρίβειν, nemo ignorat linguæ huius non imperitiſſimus. Leuitici cap 6.28. interpretatione τῶν 70. vt putant, σκεῦος ὀστράκινον οὗ ἐὰν ἑψηθῇ ἐν αὐτῷ συντριβήσεται. ἐὰν δὲ ἐν σκεύει χαλκῷ ἑψηθῇ, ἐκτρίψει αὐτὸ καὶ κλύσει ὕδατι. *vas teſtaceum in quo fuerit coctum*, συντριβήσεται, *confringetur: ſin autem in æreo vaſe coxerit*, ἐκτρίψει, *deterget illud, & aquâ abluet.* Inde συντριβὴ, *calamitas.* Baſilius, ὅταν δὲ προσέλθῃ ἀδικεῖν, μὴ πειρᾶσθαι τῆς συντριβῆς. Iure ergo irriſi doctis, qui de balneorum frictionibus loquentes eo verbo vſi, vt Pompeianus hic & Lucianeus Lexiphanes, ὥστε συντριβέντες καὶ ἀλλήλους καταντλησάμενοι, καὶ ἐμπαίξαντες τῷ γυμνασίῳ. Quod ſequitur de menſis Februarij appellatione, & inferiis quæ eo menſe dabantur manibus defunctorum, ex Latinis ſcriptoribus, & Plutarcho nemo hodie neſcit. Id verò inſtitutum à Græcis manaſſe ad Romanos, paucis fortaſſe notum eſt. Obſeruamus tamen nos, in diuerſis Græcorum vrbibus eadem ſacra eodem tẽpore ſolita celebrari. De Athenientibus teſtis Heſychius, μιαραὶ ἡμέραι, inquit, τοῦ ἀνθεστηριῶνος μηνὸς, ἐν αἷς τὰς ψυχὰς τῶν κατοιχομένων ἀνιέναι ἐδόκουν. Antheſterion inter Menſes Atticos, Februarij Romani & Martij partem complectitur. Similiter Apolloniatas menſe Antheſterione ſolitos τὰ νόμιμα συντελεῖν τοῖς τελευτήσασι, ſcribit Athenæus lib.8. Porrò quæ hic de expiationibus mortuorum dicuntur non aliò ſpectant, quàm vt totius anni frigidiſſimos fuiſſe illos dies ſciamus: ideò ait, ἐν ᾧ ὁ τοῦ χειμῶνος ἐστὶ τὸ ἀκμαιότατον. cùm igitur hæc anni tempeſtas eſſet, hic cœli ſtatus, tamen ita loquitur Pompeianus, οὐκ εἶδές με πολλῶν ἡμερῶν διὰ τὰ καύματα. *plures ſunt dies cùm non vidiſti me, propter caumata.* Quid appellat *caumata?* non ſanè quod ſomniauit Dalecampius: cuius ſubtile cõmentũ prorſus eſt à vero alienũ. *Caumata* Græci, Latiníque auctores dies anni feruentiſſimos nominant. καίειν enim *vrere* eſt. Infrà hoc libro κρατοῦντος καύματος ὥραν, *validi æſtus tempore.* lib. 14. τὰ πνιγηρὰ καύματα, *difficillimi ad tolerandũ ardores.* Clemens, ἐκθάλπειν ὑπὸ καύματος διδόμενον ἡλίου. Hieronymus ad tertium caput Iſaiæ, *dicuntur Græcè θέριστρα, ab eo quòd ἐν θέρει, hoc eſt, in æſtate, à caumate corpora protegãt fœminarũ.* Sed putidũ eſt, pluribus id velle probare, de quo nemo poteſt dubitare ſanus. Inſaniam igitur illorum potiùs notemus, qui contrariam ἐκ διαμέτρου ſignificationem huic nomini attribuerunt. Non enim ſolus Pompeianus hoc morbo laborauit. Luciani Lexiphanes, ἐκάλυψα δ' ἄφνω, τοῦ τε κρύους ἕνεκα καὶ ὅτι καύματα· οἶσθα γὰρ ὡς ἐν κρύει σφοδροῦ γίνεται τὰ καύματα. Nunc erroris huius fontẽ aperiamus. Calor & frigus etſi contraria ſunt, diuerſis tamen viribus eoſdem effectus edunt in corporibus animalium, germinibus, floribus, fructibus, & aliis. flacciditas primùm exhauſto ſucco aut corrupto, deinde ariditas, caſus etiam ſæpe, poſtremò color ater. Frigoris enim vehementiâ naturalem calorem intus compellente, fit illa quæ Ariſtoteli & Theophraſto dicitur ἀντιπερίστασις, Galeno ἐπανάκλησις, recentiorum nonnullis *circumobſiſtentia.* Et caloris & frigoris effectũ eâdem voce καίειν, *vrere*, Græci Latinique ſcriptores expreſſerunt. nam *frigus vrere* aut *niuem*, dixerunt Ariſtoteles, Theophraſtus, Xenophõ, Virgilius, Plinius, Lucanus, nemo non. Propriè tamen καίειν, ignis eſt: qui autem τὰ ψύχη καίειν dicunt, eos οὐκ ἀληθῆ λέγειν pronunciat Theophraſtus libro de igne. Neſciuere harum locutionum diuerſam eſſe rationem iſti imperiti, qui ſummum frigus καῦμα cenſuerunt tam bene poſſe dici, quàm rectè effectus eius καῦσις appellatur. Hinc etiam aliorum ſtulta manauit ſententia, niuem calidam eſſe affirmantium, quia dicatur *pedes vrere.* & pedum perniones, ἀποκαύματα. nam ita vocauit recentior Græcia, quæ vetuſtiores χίμετλα, auctore Suida. Galenus de Facult. ſimplic. medic. teſtis huius veſaniæ, rem ſibi fuiſſe ſcribens cum homine cui ita videretur. Apponam illius verba, quia ſunt elegantiſſima. παραπλήσιον πάσχει τῷ λέγοντι τὴν χιόνα τῷ πυρὶ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἐργάζεσθαι. καί τις ὑπὸ συνηθείας τῆς εἰς τοσοῦτον ἀλλοκότου χρήσεως τῶν ὀνομάτων, ἔφη μοί ποτε μηδὲν κωλύειν φάναι τὴν αὐτὴν ἔχειν πεπονθότα τι καὶ δύναμιν τῷ πυρὶ τὴν χιόνα. καὶ γὰρ καὶ ταύτην ὠφθαι πολλάκις ἀποκαίουσαν τοὺς πόδας τῶν δι' αὐτῆς ἐπὶ πολὺ βαδισάντων. τῶν μὲν τοι τοιούτων ἀνθρώπων οὐ σμικροῦ χρόνου χρεία τὸν ῥύπον ἀποκαθᾶραι τῆς ψυχῆς. Legant iſta & ſimilia his ſexcẽta in ſummi illius viri ſcriptis, quibus perſuaſum eſt perire ſtudiis ſapientiæ, quicquid temporis impenditur ſtudio linguarum. Sed hunc errorem ἐπιδόσμων alibi ſatis caſtigauimus.

CAPVT XX.

Natales Mineruæ. Pallas ἄλεκτρος. ἠλέκτρα ἄλεκτρος. ἀδινὸς ἡμέρα. ἡ τῆς ἡμέρας δίοψις. ἄχραντος. ἀρχὴ ἀνυπόστατος, *potentatus intolerandus. Miliarium,* ἰπνολέβης. μίλιαρος, *virgo.* μιλιαράτης, *columna.* βαλάντιον, *ſaculum.* μυστήρια, *murrum lutibula.* Vranopolis *Macedoniæ. Heraclides* Lembus. ὀρθροβόας, βροτοπέτης. Μάρκος, μάρμαρον. *Opera malè poſita in nugis. alia quædam obſeruata.*

ADDIT Cynulcus, τῆς δὲ τῶν Παναθηναίων ἑορτῆς ἐπιτελουμένης, δι' ἣν καὶ τὰ δικαστήρια οὐ συνάγεται, ἔφη, γενέθλιός ἐστι τῆς ἀλέκτορος Ἀθηνᾶς, καὶ ἄδικος ἡ τῆτες ἡ ἡμέρα. *cùm celebrarentur Quinquatria, eſſetque propterea iuſtitium, dixit* Pompeianus, *Natalis eſt innuptæ Mineruæ, & hic dies nefaſtus eſt.* Rem geſtam Romæ narrat auctor. Itaque Παναθηναίων ἑορτὴ, feſtum eſt Quinquatriorum Romanorum, non Panathenæorum Athenienſium: eius ſolemnitatis prima dies cenſebatur Mineruæ γενέθλιος. Ouidius,

Sanguine prima vacat: nec fas concurrere ferro:
Caussa, quòd est illâ nata Minerua die.

Palladem vocat ἀλίκτορα, hoc est, ἀειπαρθένον, *semper virginem.* Sic Electram volunt dictam quasi ἄλεκτρον, aut ἀλίκτορα: quò allusum maligno animo ab Helena, isto versu in Euripidis Oreste, παρθένε μακρὸν δὴ μῆκος Ἠλέκτρα χρόνου. *O virgo verè Electra quæ manes diu.* Hoc primum notandum in Pompeiani verbis, vt καινὸν & κενόν. Simul alterum non minùs insolens, ἄδικος ἡμέρα, *dies nefastus, iustitium.* Lexiphanes etiam insolentiùs, ἦν μὲν γὰρ ἄδικος ἡμέρα ἢ ἄλογος. Tertium prioribus par & simile. ἡ τῆτες ἡμέρα pro *dies hodiernus.* nam τῆτες de præsente anno dicitur, non de hodierna die. Subiicitur, ἐκάλεσε δέ ποτε καὶ τὸν ἐκ Δελφῶν ἐπανελθόντα ἡμῶν ἑταῖρον, οὐδὲν αὐτῷ χρήσαντος τοῦ θεοῦ, ἄχρυσον. *Sodalem nostrum Delphis aliquando reuersum, cùm ei nullum responsum Deus dedisset, vocauit* ἄχρυσον. voluit dicere ἄπρακτον: sic enim solent Græci auctores loqui. fortasse & ἀχρημάτιστον licet. Sequens nota cõtrouersi iuris est: θαυμαστὴ δ' ἡ Ῥωμαίων ἀρχὴ ἡ ἀνυπόστατος. *mirãdum est Romanorum imperium, cuius vim & impetum nemo sustineat.* Athenæo non probatur hac notione vsurpari vocẽ ἀνυπόστατος. Non desunt magni scriptores, quorũ iudicia censuræ Athenæi opponamus. Ita enim sæpe vsurpãt Demosthenes, Polybius, Diodorus Siculus, & Dionysius Halicarnasseus, scriptorum censor seuerissimus, verborúmque diligentissimus. Verba illius sunt lib. 9. οὐ γὰρ ἀκοντί γ' ἂν ἐδόκουν ἀφεθῆναι Σικελίαν ἄνδρας καὶ ῥώμην καὶ ψυχὴν ἀνυποστάτους, vertere potes *intolerandus* quomodo dixit Iustinus. *cæterum intolerandi forent, si quantus his impetus est, vis tãta & perseuerantia esset.* vel *insustentabilis.* Lactantius lib. 7. cap. 17. *Hic insustentabili dominatione vexabit orbem.* Athenæus, auctor libelli de Machinis bellicis, in descriptione arietariæ testudinis, ἅτινα φερόμενα διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν πληγμὴν ἀνυπόστατον ποιοῦντα τὴν βίαν. In altera tamen significatione vsitatius hoc nomen Glossarij auctor cum dipnosophista, eam solam agnoscit: ἀνυπόστατος, τὸ μὴ ὑφεστός, *sine substantia.* Didymus, siue quis est alius auctor libelli de Prouerbiis, ὄνου πόκας ζητεῖς. ἐπὶ τῶν ἀνυπόστατα ζητούντων. Etiam Hieronymus, vir longè doctissimus, ambiguum esse apud Græcos hoc vocabulum fatetur. Postea reprehenditur Pompeianus, quòd vas calefaciendæ aquæ parari solitum Romæ, miliarium appellatũ, Græcè nuncuparet ἰπνολέβητα. Miliarium in Glossario vertitur θερμηρόν: quæ vox corrupta nõ est, vt docti putant: sed subaudiendum ἄγγος: & ita accipiendum, vt cùm ait Hesychius κιλίβαντ esse ποτηρίου εἶδος θερμηροῦ. vt non videatur necessaria eorum coniectura, qui θερμαντῆρον emendant. Vocem ἰπνολέβης damnat & Lucianus: facit enim Lexiphanem ita loqui. ὁ μέντοι ἰπνολέβης ὑπερπαφλάζων εἰς κεφαλὴν ἡμῖν ἐπέτρεψε τοὺς ἄνθρακας. De hoc genere vasorum in quibus aquam calefaciebant, quædam adnotabamus ad Theophrasti Characteres, capite de Impudentia. A Pompeiano transitur ad Dionysium tyrannum: quem narrat auctor etiam in verba sæuitiam suam extendisse, & nouas significationes multis illorum attribuisse. virginem inquit vocabat μένανδρον, ὅτι μένει τὸν ἄνδρα, *quia virum expectat.* *columnam*, μενεκράτην, vel μενεκράτη, ὅτι μένει καὶ κρατεῖ, *quia manet*, neque loco mouetur, eadémque κρατεῖ, id est, *continet* siue *sustinet* ædificium. iaculum βαλάντιον, ὅτι ἐναντίον βάλλεται: *quia contrà iacitur*, id est, in hostes qui sunt è regione. Vana est quam afferunt distinctio, quasi βαλάντιον cum vnico λ, crumenam significet: cum duobus, iaculum. meliores libri hic vnum λ agnoscunt. & in glossographorum commentariis ita scriptum, βαλάντιον τὸ ἀκόντιον, διὰ τὸ βάλλειν τοὺς ἐναντίους. quæ illorum obseruatio, penè persuadet mihi, etiam alios præterquam Siculum tyrannum, βαλάντιον pro iaculo vsurpasse. Murium latibula, vel, vt vocat Plautus *cubilia*, μυστήρια, ὅτι τοὺς μῦς τηρεῖ· *quia in illis posita murium salus.* sed legendum est ex Epitoma, καὶ τὰς τῶν μυῶν διεκδύσεις, non δι' ἐκδύσεις. Vranopolis ab Alexarcho rege condita, ea est cuius Plinius meminit in descriptione Macedoniæ. Heraclides Calatianus historiarum conditor, vnde Lembi cognomen inuenerit, frustrà satagunt hodie docti post Diogenem Laërtium: quem potius consule in Heraclide Pontico. ὀρθροβόαν scribendum, non ὀρθοβόαν. significant propè idẽ, ἀλεκτρυόνα, & ὀρθροβόας. scribe etiam vt est editum & habent Mss. βροτοκέρτην, non autem βροτοκέρτην. alius dixisset βροτοκτόνον. Initio epistolæ Alexarchi, μάρκαν legitur in Vindelicianis Excerptis, pro μάρμαν. videtur correctioni fauere, quod in Glossis Hesychij scriptum est, Μάρκος, ἰσχυρός. nam inde μάρκαν, *imperator, rex.* Sed cùm fateatur Athenæus, ita obscuram esse hanc epistolam, vt ne Apollo quidem illam possit intelligere, morari ista nos non debent. maior temporis rei preciosissimæ habenda ratio est, quàm vt eius iacturam in his molestis nugis facere velimus. Interpretes conatos esse ista vertere, demiror equidem. Nam quid est operam ludere, si hoc non est? Fecissent consultiùs multò: si quem laborem vanissimi hominis epistolæ, quá nemo queat intelligere, impenderunt, in aliis consumpsissent facilibus ad intelligendum, quæ ipsis tamen hautquaquam sunt intellecta, sæpe etiam mutata perperam. Vt cùm hoc ipso loco, καὶ τοῖς Κασσανδρέων ἡ ἄρχουσι τούτων τε τῶν ὤων σαλῶν, rescribit Dalecamp. Κασσάνδρου, & ἄρχοντας vertit *duces.* sanè quàm incogitanter. Certum est epistolam missam fuisse magistratibus Cassandrensium. Cassandréa oppidi Macedonici nomen omnibus notum. Sequuntur Antiphanis iocosi versus de discrimine quod statuunt philosophi inter εἶναι & γίγνεσθαι. multa Plato super ea re in Protagora. Sed turbant nonnihil prima verba Antiph. quæ propterea Epitomæ confector more suo prætermisit isto loco, ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν, ἢ διὰ λεπτῶν, ἀσιτίαν, συνάγων λι-

γυθ' ὅτι. vocem δ̓ιαλίπτον diuisimus metri gratiâ, vt sæpe in comicis. διάλεπτ@-, pertenuis, proba vox & Aristophanica. Dalec. emendabat διαλεπτικῶν. inuitus ab optimo viro toties dissentirem, ni me id inuitet vt faciam fides. non enim possumus vllo modo ei assentiri, refragante lege metri. Sed illa disiunctiua ἢ, ante διαλίπτον, cedo quò pertineat. Sine dubio vera est coniectura nostra de isto versu; quem ita censemus emendandum, ἐν τῷ Λυκείῳ μετὰ σοφιστῶν ἢ δία λεπτ. corruptelæ huius caussa & origo patet. Septimum à fine versum ita scribe, οὐκ ἔστιν ὅτι τῶν γίγνεται, ὅτι μὴ γίγνεται που. In Excerptis posterius hemistichium istius versus, & prius sequentis non leguntur. In extremo consule versui, & scribe, ἀλλ' ἄρ ὁ ὑπόλλων μάθοι.

CAPVT XXI.

ἀριστόνικον κράτ@-. λυσανίας κακῶν. ὁ θυμὸς ἦν ἀμυνίας. αὐτόνομος σποδός. ἕκτωρ Iupiter, & ἀρίσταρχ@-. ἕκτωρ χαίτης κεκρύφαλ@-. ἕκτορες, anchora. ἄμφις οἶν@-. lens δημόχαρτ@-. Iupiter Ἀγαμέμνων Spartæ dedicatus, Ἡγησίλα@-. aspis ἰοχέαιρα. τροχοπέδη, sufflamen. ἰχάδες, anchora. Samus ἀποῤῥὼξ Atheniensium. χαὶ ἀκάθαρτ@-. κυνόφοντις ἑορτή. Χορτάζεσθαι. Sophili φύλαρχ@-. Κοιλιοδαίμων, κοιλιόδουλ@-, ὀλβιογάστωρ. Callimedon ὁ Κάραβ@-. δικπάλειν.

LIBRO 10. inter griphorum species ponitur hæc, τὸ ῥήματα λέγειν, ἀνθρώπων ὀνόμασιν ὅμοια. *verbis vti, quæ similia propriis sint virorum nominibus.* Exemplum ibi affertur, λαβὼν ἀριστόνικον τῆς μάχης κράτ@-. *referens è pugna clarissimæ victoriæ premiũ.* ἀριστόνικον κράτ@-, periphrasis est νίκης. alibi proprium nomen hominis Aristonicus. Eadem ratio est illorum, quæ isto loco ex Simonide, Æschylo ac Nicandro affert Athenæus. Similiter etiam in comici Nebulis Philippides dicitur Strepsiadi λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν. vbi scribit eruditissimus scholiastes, sic de industria locutum poëtam: vt Sophoclem irrideret, qui vocibus νικομάχας, πυλαγόρας, & ἀτρείδας esset vsus hoc modo. Sed & in Equitibus dixit idem comicus, ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθὺς ἦν ἀμυνίας. *statim fuit illi animus ad defensionem sui paratus.* cùm proprium sit Amynias, non minùs quàm Lysanias. In Æschyli Agamemnone, αὐτόνομος σποδός, cinis ille dicitur, qui viui hominis loco domum mittebatur è Troia. Sic ἕκτωρ apud Sapphonem, Iouis est epithetum, vt in Simonide Ζεὺς ἀρίσταρχ@-. aliis ἕκτωρ dictus est paxillus qui temonem continet: nonnullis calanticæ vel reticuli epithetum. Hesychius, ἕκτορες, πάσσαλοι τοῦ ῥυμοῦ. Σαπφὼ δὲ τὸν Δία. Λεωνίδης δὲ τὸν κεκρύφαλον. postrema significatio facit ad versum hunc epigrammatarij poëtæ, Πορφύρεον χαίτης ἕκτορα κεκρύφαλον. Lycophroni ἕκτορες sunt anchoræ: Γρύπες ὀδόντας ἕκτορας πλημμυρεῖδ@-. Lucianéus Lexiphanes hoc imitari in quotidianis sermonibus non erubescebat: Ait enim ἕκτορας τινας ἀμφιστόμους καὶ ἰχάδας σιδηρᾶς ἀφεὶς. Videtur & ἄμφις οἶν@-, cuius mentio facta lib. 1. is esse quem ἀμφικλινῆ appellant alij: vinum dubium siue ancipitis existimationis. Est verò Amphis nomen κύριον. Simile est etiam lib. 2. in Lycophronis versu δημόχαρτ@- φακῆ, *lens plebi grata.* si modò δημόκοιν@- scribendum non est, quod nos censemus, vt ibi diximus cap. 14. Lacedæmone colebatur olim Ἀγαμέμνων Ζεύς. potest videri ita dictus Iupiter ἀγαμέμνων à Spartanis, vt à Sapphone appellatus est ἕκτωρ. à Simonide ἀρίσταρχ@-. tamen aliter Pij Patres acceperũt: qui Agamemnonem mortalem Iouis cognomine pro Deo habitũ & cultum fuisse Spartæ, hoc argumẽto probant. Athenagoras in Apologetica oratione, ὁ Ἰλιεὺς θεὸν Ἕκτορα λέγει, ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος Ἀγαμέμνονα Δία σέβει. Verùm ad Cynulcum redeamus. Memini inquit, Æschylo dictum Orcum ἀγεσίλαον, hoc est, *ducem populorum.* Callimachus,

> καὶ μόνος εὔτε θεῶν πεπνυμένος, ἐν νεκύεσσι
> φοιτήσει μεγάλῳ τίμιος Ἀγεσίλᾳ.

Ita accipiendum lib. 15. in Nicandri versu, vbi tenebræ magnæ interpretibus,

> Σαύρην θ' ἣ χθονὶς πέφαται σῆμα Ἡγεσιλάου.

Nicander, addit Cynulcus, aspidem vocauit ἰοχέαιραν, hoc est, *veneno gaudentem*: vel *fundentem venenum*, id nomen Dianæ quasi proprium est: vt, οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα. sed tunc aliud significat, *fundens sagittas*: vel *sagittis gaudens*. Sequitur, Πλάτων ἐν τῷ Πολιτικῷ. Interpretes, *Plato in libris de Republica.* Falsissimum hoc: nam locus sumptus est è singulari dialogo, cui nomẽ Politico. In eo libro scriptum, τῆς τῶν ἀγελαίων τροφῆς ἐστὶ μὲν ἔνυδρον, ἔστι δὲ καὶ ξηροβατικόν. Herodes Atticus quem facit Athenæus auctorem vocis τροχοπέδη, non multò fuit illo grandior: vixit enim M. Antonio philosopho imperante, ipsi clarissimus, vt narrat Philostratus lib. 2. de vitis sophistarum. Primus ergo Herodes τροχοπέδην nominauit lignum quo rotarum impetum in decliuibus locis aurigæ cohibent: alij ὑποχλεῖα vocarunt: Latini *sufflamen*. Glossarij auctor in eius vocis interpretatione, eleganter τροχῶν ἀγκύριον. minùs placet quod subiungit idem grammaticus, βοήθεια, κώφισμα ἁμάξης. Non semel alibi obseruaui, laborare interdum Græcos in Latinis dictionibus exprimendis. eiusmodi hæc est: nam verbo *sufflamine*, quo vsus Augustus cùm dixit, *Haterius noster sufflaminandus est: ita videtur non currere, sed decurrere*: parem in tota Græcia non reperias. ἰχάδας pro anchoris, etiam Lexiphanes Luciani posuit: cuius verba paulo antè recitauimus. Demadis oratoris (vel, vt Aristoteli & Plutarcho placet, Periclis) dictum, Æginam esse λήμην τοῦ Πειραιῶς, ad Strabonis librum nonum olim exposuimus. Samum idem orator vocauit ἀποῤῥῶγα τῆς πόλεως: nihil hîc mutationis opus. Samum missa fuerat Atheniensium colonia. hanc vocat ἀποῤῥῶγα Atheniensium, quasi auulsam à corpore suo partem. Redit tandem Cynulcus ad

Pompeia

Pompeianum. de illo enim videtur sentire cùm ait, ὁ δ' ὀνομαζόμενος ὅτος Σφικὸς ἀκάθαρτον ἔφη γυναῖκα, ὡς ἐγκεχυμένα τὰ τῆς γυναικεῖα. Græcis medicis καθάρσεις appellantur mulierum menses: quorum suppressio ἀκαθαρσία dicitur Hippocrati non semel. inde igitur ἀκάθαρτος. quod tamen vsu probatum non esse, declarat hæc Athenæi censura. Κυνόφοντιν ἑορτὴν, cuius meminit Vlpianus Cynulco respondens non sine stomacho, non memini alibi legere. Videntur Argiui festumCynophontin, vel potiùs, Κυνοφόντια (vti legi malim) instituisse pacandæ Dianæ, cùm sacros illi canes occiderent sub caniculæ exortum: quo maximè tempore id animal rabiosum meruit fieri. Versum Cratini sic lege,

Ἦδη πανημέριος χορταζόμενος γάλα λευκόν.

De voce χορτάζεσθαι ita habe. Propriè iumentis hoc verbum conuenit, quorum pabulum Græcis dicitur χόρτος, *fenum*. inde χορτάζειν βοῦς, apud Hesiodum. Deinde ad alia translatū est animalia: vt apud Platonem, χορτάζειν ὑῶν πόλιν. Tandem etiā de hominibus dici cepit. Præter exēpla ab Athenæo allata, habes alia apud Pollucē lib. 6. c. 8. & ita in Euangelio aliquot locis. Priscianus lib. 18. Græci dicunt χορτάζω σε ἄρτου, & χορτάζω σε ἄρτον. In Sophocleo versu malim, ὃν τοῖσι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν. Sophili comœdia Φύλαρχος, alibi inscribitur Φίλαρχος, & ita etiam Suidas. Verba illius ita distinguimus,

—γαστρισμὸς ἔσται δεξιλής,

τὰ προοίμι' ὡς ὁρῶ γ' χορτασθήσομαι.

Hesiodi versus qui mox indicatur, hic est, Μηδὲ κυνάβαλλε δεῖ εἰς τ' ἄνειον εἰς τ' ἔπηφι. Vlpiani de voce κοιλιοδαίμων sunt verba, Εὔπολις τοὺς κόλακας ἐν τῷ ὁμωνύμῳ δράματι οὕτω κέκληκεν. Eupolidis drama Κόλακες laudantur passim ab antiquis. In ea fabula eleganter poëta appellauit parasitos κοιλιοδαίμονας: quorum nempe Deus venter est, & vt loquitur Paulus Apostolus, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία. Vetus scriptor Anonymus historiæ Romanæ, ξένιος ὄνομα εἰς τὴν ἑσπέραν τελῶν, καὶ φαγῶν ζῶν, (scribo, καὶ πρὸς τὸ φαγεῖν ζῶν) συνήθως ἦν τοῖς ἱππότοις, κοιλιοδαίμων τε καὶ γαστριμαργὸς λεγόμενος. Simile est κοιλιόδουλος, apud Palladium in vita Marci abbatis: & in his libris alibi, ὀλβιογάστωρ. Clemēs Alexand de hoc genere hominum, καὶ μοι δοκεῖ ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος οὐδὲν ἀλλ' ἢ γνάθος εἶναι. Idem scriptor eruditissimus Eupolidis hoc verbum nouè vsurpauit pro dæmone ganeonum præside. Sic enim scribit in secundo Pædag. Τῶν δ' ἀμφὶ τὰς φλεγμαινούσας κνισαζόντων τραπέζας, τὰ σφίτερα ἴδοντο μόνον παθῶν, δαίμων καθηγεῖται λιχνότατος· ὃν ἐγωγε, οὐκ ἂν αἰσχυνθείην κοιλιοδαίμονα προσειπεῖν, καὶ δαιμόνων κάκιστον. De Callimedonte Carabo plura Athenæus & hoc libro, & alis quoque. Nam quoties idem ab illo repetitur? Plutarchus in Phocione, συνῆπτος δ' ἐκεῖνος καὶ ἁμιλλόμενος, κατασκευάσαντα Καλλιμέδοντα τὸν κάραβον, κύφορα θρασεῖν καὶ μισόδημον ὄντα. Alexidis postremus versus mutilus in omnibus exemplaribus, simili modo expleri possit rectè.

Ὑπὲρ δ' μήτρας Καλλιμέδων ὁ Κάραβος
ἴσως προσίετ' ἂν ὁ τέλας ἀποθανεῖν.

Pro patria, inquit, *omnes parati sunt mori: pro matrice, siue vulua cocta, Callimedo Carabus etiam mortem oppetere fortasse sustineat.* Fabulam inscriptam Ἰσοστάσιος, Dalecampius Amphicli nescio cui tribuit, perturbatis Athenæi verbis quæ nō sunt obscura: & pro διεξιὼν legit διωπάζων: quod interpretatur *dispendium*. emendatio praua: interpretatio falsa. Sic lego,

—τὴν στοὰν

Διεξιὼν Ἀμφικλῆς, μήτρας δύο

Κρεμαμένας

Δείξας ἐκεῖνον πέμψον φησὶν ἐὰν ἴδῃς.

irrupit per porticum Amphicles, & ostensis sodali cuidam suo vuluis duabus quas gestabat, illum quem nosti, ait, mitte ad me si videris. διωκπάζειν est vi sibi viam facere per aliquem locum. Sic διωκπάσασθαι τὰς θύρας apud Dionysium Halicarnasseum. frequens verbum historicis, alibi nobis expositum. Κρεμαμένας, pars versus est, cuius cætera verba, vt ad sententiam non necessaria, auctor suo more prætermisit. Simillimum est in Characteribus Theophrasti, capite de rusticitate, κομίσασθαι ἀπὸ τοῦ βραχίονος τοὺς ἰσχάδας· quæ ibi scripsimus, vocem κρεμαμένας nobis hoc loco explicant.

CAPVT XXII.

Antiphanis versus de variis rebus Cyrenensium. Cyrenenses aurigatores Silphium Cyrenaicum. Coria Africana. Agri Cyrenaici Βουοὶ. μασοί. Vulua ἐκβολὰς & ἐκτομίς. δυξίθυμος ὀξάλμη. ἴθω pro ἴδια. πλακοῦς ὕβριστής. Attica placenta.

PLVRIMVS olim laserpitij vsus fuit in paratura ciborum inter condimenta. Testimonio sunt innumeri veterum scriptorum loci, vbi σιλφίου mētio fit & ὀποῦ. Tanta enim plantæ huius æstimatio fuit, vt generalem vocem ὀπὸς propriam sibi fecerit, ob singularem præstantiam. Ac licèt multis Græciæ, Syriæ, Mediæque locis silphium nasceretur, vnde succus exprimebatur in vsus mensarum: omnibus tamen præstabat lōgè succus ille, qui è regno Cyrenaico in Græciam deferebatur. Hic igitur vt omniū optimus & præstantissimus, ὀπὸς Græcis scriptoribus dictus. De eo scribit auctor, Τοῦ δ' ὀποῦ μέμνηται Ἀντιφάνης ἐν Δυσέρωσι, περὶ Κυρήνης τὸν λόγον ποιούμενος.

—ἐκεῖσε δ' ἐκπλέω

Ὅθεν δ' παρὰ ῥαμμὲν ἐρρέθη λέγων,

Ἅπασιν ἵπποις σιλφίῳ, συνωρίσι

Καυλῷ, κέλησι, μασπέτοις, πυρετοῖς, ὀποῖς.

Antiphanis fabula, nisi fallor Δυσέρως inscripta erat, non Δυσέρωτες. Prima comici verba ita distingui debent: —ἐκεῖσε δ' ἐκπλέω

Ὅθεν δ' παρὰ ῥαμμὲν ἐρρέθη λέγων

Ἅπασιν ἵπποις, &c. Hæc aliquis loquebatur, quem vis maior Cyrenen detulerat, vnde pedē referens & nauigationem in patriam instituens,

Ego, ait, illuc nauigio contendo hinc abiens, unde sumus diuulsi: longum vale dicens omnibus equis, & cæteris rebus vniuersis, quibus abundat regio Cyrenaica. In enumeratione mercium Cyrenaicarum res diuersissimas poëta coniungit, coniunctissimas separat. nam ἵπποι, συνωρίδες, κέλητες eiusdem generis: pertinéntque ad rem equestrem ac curulem. Cyrenenses equitandi & aurigandi peritiâ olim nobilitabat. Ideò Pindarus εὔιππον Cyrenen vocat in oda ad Arcesilaum Cyrenæum. Enarratur ibi, τὴν Κυρήνην εὔιππον εἶπεν, οὐκ ἐκ τοῦ παρατυχόντος ἀλλ' ὅτι Ποσειδῶν τοὺς Λίβυας ἐδίδαξε τὴν τῶν ἁρμάτων κατάζευξιν. Inde Barcæi currus Græcorum literis celebrati, vt Sophoclis in Electra, & aliorum. Τῆς Κυρηναίων ἁρματηλασίας meminit & Xenophon sexto Pædiæ, & Lucianus in encomio Demosth. Quin adeò frequentatus in illa gente curruum vsus, vt etiam intra vrbis pomœria curru veherentur, sicut Romani rhedâ, aut carrucis. Alexis.

> Ἄνθρωποι εἰσί μοι Κυρηναῖοι δύο·
> Κἀκεῖ γὰρ αὖ τις ἐστὶ τὸ δ᾽ ἄστυ ἵνα καλῇ,
> Γάρδοις ὀχοῦνται δ' ἐκ ἄλλοι, & δίκα
> Ἅρματα, συνωρίδες τε πωλικαί δυω.

Similiter, σίλφιον, καυλὸς, & ὀποὶ cognita sunt. Πυρετοὺς in hoc albo ponit iocosè, aërem eius tractus insalubrem esse significans: in quo plurimùm homines febricitent. Aut scribe, si lubet, μάσπετον, πυροῖς, ὀπ. nam vim magnam frumenti, vt & olei Cyrenis exportari solitam, testimonio sit lex 61. Dig. Locati conducti. Alioquin vocem μαστοῖς loco mouendam suadet metrica lex, & scribendum, πυρετοῖς, μαστοῖς, ὀποῖς. Sed quid appellat μαστός? nimis enim ridiculum, in laterculo nobilium mercium *mammas* ponere: An μαρσύπαις scribendum? vt coria intelligantur: quorum hodiéque magna copia in Italiam atq; Hispaniam importatur ab iis mercatoribus, qui cũ Afris è regno Fez & Marocho rationem commerciorum ineunt. Idem factitatum iam olim docebat Hermippus lib. 1. Ἐκ μὲν Κυρήνης καυλὸν & δέρμα βόειον. An potiùs sine vlla vocum transpositione scribi debet, μασπέτοις, πυρετοῖς, ὀποῖς. Quid sit maspeton, declarant in historia laserpitij Theophrastus, Dioscorides, & Plinius. Minus placet quod probauimus aliquando, μασὸς esse quos vocabant Cyrenenses βουνοὺς. Ager illorum in tres partes erat diuisus, eam quæ ad mare, βουνοὺς & montes βουνοὺς appellabant regionem mediam inter reliquas duas: in qua plurimi erant colles. vel, vt loquitur Hirtius, grumi naturâ excellentes. Herodotus, τοπίων τε δὴ συγκεκομισμένων, τὰ ὑπὲρ τῶν θαλασσιδίων χώρων τὰ μέσα ὀργᾷ συγκομιζέσθαι, τὰ βουνοὺς καλέουσι. Quos isti βουνοὺς, Attici vocabant μαστοὺς. Hesychius, τὰ ὑψηλὰ ὕψος αὐχενία τῆς χώρας καλοῦσι μαστοί. sic debent hæc scribi. vide & Pollucem. Iosephus Scaliger scribebat, μασπέτοις, πυροῖς, ὀποῖς. Suspectum est quod sequitur, Τῆς δὲ τὴν διαφορᾶς τῶν πρὸς τὴν ἐκβολάδα μνημονεύει Ἰατροκλῆς. Si vera hæc lectio, ἐκβολὰς vuluas, & ἐκτομὰς, idem sunt. quod equidem vix possum in animum inducere. Eiectitiam vuluam porcariæ longè anteponit Plinius. Ex eo diuinabam huiusmodi lectionem, Τῆς δὲ διαφορᾶς τῆς ἐκβολάδος παρὰ τὴν ἐκτομίδα, vel παρὰ τὴν ἐκτομάδα. Pronuntient eruditi τὴν ἀρίστην. Sopatri versus, ἀνθεῖ, λευκανθίζει, τυρῷ τε δίμας. scribo, τυρῷ τε δίμας, *caseo obtegitur tota*. Sed vocem ἀνθεῖ non præstabo sanam, ac fortasse verum est quod Iosephus Scaliger excogitauit, ἀλὶ αὐδα λευκανθίζει, τ. Thymo adiecto fieri de oxalme thymoxalmen ex Dioscoride scimus: sed non concedemus propterea rectè fecisse interpretem, qui Sopatri versum, τὴν ἀγξίθυμον εἶτα ὀξάλμην ἔχων, de thymoxalme interpretatus est. Sine vlla controuersia ἀγξίθυμον ὀξάλμην appellat δριμεῖαν, *acrem* Archestratus in eadem re, Καὶ μήτραν ἐφθὴν ὑὸς, ἐν τε κυμίνῳ Ἔν τ' ὄξει δριμεῖ. Eustathius, ὀδυσσ. λ. τοιαύτης δὲ συνθέσεως ἅλμης καὶ παρὰ Σωπάτρῳ ἐν τῷ ἀγξίθυμος ἅλμη· ἔνθα τὸ ἀγξίθυμος ταυτὸν ἐστὶ τῷ δακέθυμος. legas apud eundem paulo antè & πικρὰν ἅλμην. Quod sequitur de non solitis olim in gustatione apponi vuluis, lactucis, & cæteris id genus, exposuimus iam antè libro superiore. De lactucis idem Martialis,

> *Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,*
> *Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes.*

Nono versu Archestrati scribo, ὧν ἂν ὑπάρχῃ εἶεν. potius quàm ὡς. In 11. versuum Archestrati scribe, οὐδ' ἂν ἰδόντες vt in Epitoma Hœschelij: pro ἰδόντες. nam & Eustathius sic legit, vbi disputat de obsoleto verbo ἴδω. decimo quarto ita scribitur, Πτωχείας παράδειγμα καλῶς ἐφθῆς, ἐρέβινθοι. Scribo, Πτ. π. καλῶς, ἐφθοί τ' ἐρέβινθοι. Dalecampius verò sic, φακῆ ἑφθὴ, ἐρ. non sequor hunc ducem. πλακοῦς ὑβριστὴς, ita dictus vt χῖος δυνάστης etiam apud Latinum poëtam Lucilium. Quod ait, de placentis Atticis confirmat Plato libro tertio, de Rep. suis ciuibus fugiendas præcipiens, Ἀττικῶν πεμμάτων τὰς δοκούσας εἶναι εὐπαθείας. Interpretare ista sic, εἰ δὲ μὴ αὖ που Ἀττικὸν ἔχεις ἰτρίωδες, μέλι ζήτησον ἀπελθὼν Ἀττικὸν, *sicubi non sit tibi Atticæ placentæ copia, abi statim, & mel Atticum inquire: nam hoc illud est, quod superbas facit placentas Atticas*. Damoxeni Συντρόφους nominat ex hoc loco Suidas.

CAPVT XXIII.

Damoxeni comici versus quà illustrantur, quà emendantur.

PERCVRRAMVS Damoxeni versus, quos nobis Athenæus cõseruauit ferè ad 70. Iis continetur sermo à coquo habitus cum nescio qua muliere: cui narrabat ille artem suam edoctum se fuisse ab Epicuro: cum exclamasset mulier similis non credenti, is cocus ægrè ferens, Scelesta, inquit, nescis naturam, cuius interpres Epicurus, omnium artium esse matrem, atque omnium disciplinarum principia in se continere.

Versus

cipia in se continere? Versus poëtæ quibus hæc dicuntur, corrupti sunt. v. ita habet, τέτο δ' τί ἐστιν, εἰπέ μοι, καθήγεσαι. fortasse καθηγῇ, ô magister. ἡγίτης, etiam dicitur, & pro καθηγητὴς καθηγέτης, vt Μουσηγέτης. Deinde scribo:

Μάγειρος ὢν χαλκὰν ; ἐκ οἶδας ; Θεοὶ
ποῖος μάγειρος : ἡ φύσις πάσης τέχνης
ἀρχίγονός ἐστιν, ὦ ἀλιτηρία σύγε.

Illud ἐκ οἶδας, à coquo pronuntiatur. Si scribas ἐκ οἶδα, mulieris erunt verba : *hoc ego nesciui hactenus*. 9. οὐκ ἐστιν ἐθὲν τ̃ πονῶν σοφώτερον. Scripti τ̃ πονῶν, *visu & praxi*. In 13. scribunt veteres, Μὴ Δημόκριτόν τι πάντα διεγνωκότα. Hunc philosophũ potissimùm coquus nominat, tanquam præcipuum naturalis philosophiæ auctorem, & quem Epicurus in multis erat imitatus. Paulo post innuit poëta, de saporibus fuisse scriptum à Democrito : quod verum esse, sextus de Caussis plantarum docet; itémque Galenus libro secũdo, de Elementis, & alibi. 15. Καὶ τὸν Ἐπικούρου κανόνα μιθάσω σαφῆς, εἰς ἐκ διατριβῆς. Dalec. μιθώσω vel μίθωσον. Sed versus desit opus est, si volumus eam esse, quam expressit Dalecampius, sententiam. σαφῆς in extremo versu mihi satis ἀσαφὲς. Illud ὡς ἐκ διατριβῆς, interpretor, ὡς ἂν ἐκ δ'. *Compara tibi canones Epicuri, tanquam vnus aliquis ex alumnis eius disciplinæ*. In 19. scripta lectio, ἐπὶ δύσιν Πλειάδων. 25. ita scribe. Τίς παρακολουθεῖ ταῦτα ; τουγαροῦν στρόφοι καὶ πνεῦμα. *Quis coquorum ad ista attendit*. sed ταῦτα pro τοῖσδε non est ferendum 31. versus sphinx est, cui opus Oedipo. Χυμὸς λέγεις. Δημόκριτος ἐδὲν πρᾶγμά τι. Legi potest, Χυμὸς λέγεις : Δημόκριτος ἐδέν. ταῦτα δ' ἢ γινόμενα ποιεῖ τὸν φαγόντ' ἀθρητικόν. Prima verba sunt illius quam alloquebatur cocus. admirata enim quod vocabulo philosophorum ac medicorum χυμὸς, in præcedente versu esset vsus hic cocus. quid? ait : χυμὸς tu nosti, & de iis loqueris? iam ergo Democritum physicum nihil est cur miremur. Pergit deinde coquus: hæc, inquit, quando ita fiunt, acutum reddunt illum qui cibis ita paratis vescatur. ἀθρητικὸν vel ad aciem oculorum, vel acumen ingenij potes referre. 36. ita emendamus, vt sit aliquis sensus, ὅς ἐστιν ἐδ' ἂν ὅταν ἴδῃς ἐξ ἰχθύων ὑπεναντίων αὐτοῖσι ποιοῦντας μίαν. In sequente distingue εἰς ταύτην, λαβὼν ἐκ. Initio 40. ὅς μοι χέζεται. Sensus est : quoties videbis aliquem coquum ex diuersis & contrariæ naturæ piscibus vnum cibum parare, cúmque sesamo respergere, oppedat ad illorum vnumquodque : hoc est, factum illius improbet atque aspernetur, quicunque vtetur me coquo, méque audiet. Scribe 43. Καὶ συμπλεκομένους ἐχὶ συμφώνως ἁφάς translatio est à lucta συμπλακῆναι ἁφὰς, pro μίσγεσθαι μίξεις. In 47. συ δ' ; vel σὺ δ' τί, scribi malim. Dixerat coquus, se in contemplatione occupatum alios sinere manum operi admouere. quærit fœmina σὺ δ' τί ; *tu interea quid facis?* Respondet autem, λέγω τὰς αἰτίας. καὶ τὸ ἀποβαῖνον ἐξύ. *caussas expono, quarum euentus statim apparent*. Versus 50. principium conclamatum est, nobis quidem. ὁ μαλίστα τοῖς σάχεσι. Tentabamus tamen, ὁ μαλιζέτω τὶς ἐσχάραν. Nam hoc vult iste imperator, *curet aliquis, vt toto foco sit ignis aequalis*. vel, *Planum aliquis mihi faciat hunc focum*. Sequentia scribe sic, adiuuante Hœscheliana Epitoma,

——πρώτη λοπὰς
Ζεῖ ταῖς ἴσαις ἐσχὶ συμφώνως. τοῦ
Τὸν τύπον. Ἄπολλον ἀλλὰ τί φησιν τέχνη.

Heus tu, ait, *prima olla non feruet aequaliter cæteris*. putà, segnius aut vehementiùs. *Iam tenes formam meorum imperiorum & artis totius*. Ἄπολλον est admirantis & assentantis. pronunciatur à muliere. sequentia sunt coqui. Mulier hæc, cùm audisset fieri mixtionem κατὰ συμφωνίαν in paratu ciborum, quærit versu 55. πῶς ἐστιν αὐτοῖς, *quæ harmonia est in cibis?* aut, quis concentus? respondet magister : *quæ habent inter se harmoniam, διὰ τεσσάρων, aut διὰ πέντε, aut διὰ πασῶν, ea compono inuicem, obseruatis partibus interuallis*. Καταπυκνοῦν τὴν ἡδονὴν, quod Epicurus dicitur mox fecisse, valet, *præceptis extruere voluptatem*. hoc est, artem parandarum voluptatum componere, multorum eò pertinentium præceptorum obseruatione. est enim ars omnis plurium præceptorum finem eundem habentium σύστημα & καταπύκνωσις Sic versu quarto, πάλαιὰ κατεπύκνωσα πέταξα. Græci rhetores inter ornamenta orationis ponunt, quam vocant καταπύκνωσιν sententiarum: quâ figurâ vnus omnium Thucydides plurimùm vtitur. Porphyrius in vita Plotini, καταπυκνοῦσθαι posuit, pro frequenter in scriptis vsurpare. καταπυκνοῦνται δ' ἡ μὴ μετὰ τὰ φυσικὰ τ̃ Ἀριστοτέλους πραγματεία. Postremum versum ita scribo, Ἀφῶμεν οὖν τὰ λοιπά. δ'ὰλλα δ' ἀ πάλαι. omittamus, inquit hic magister, alia omnia studia, & philosophiæ Epicuri nos dedamus. respondet muliercula, ex iis quæ disputasti, sic faciendum esse dudum intelligo. Sed hæc in Damoxeni versus satis.

CAPVT XXIV.

Caput glauci, & quæstionis caput. Antiphanis fabula, Στρατιώτης ἢ Τύχων. *Trierarchi sumptibus exhausti*. Carides *vrbs*, Macars, Iasus *Cariæ oppidum*. *Eupolidis fabula* Δῆμοι. πρόσωπον κραιῖδος μαθηματικὸς. *κραῖς & σκαιὸς*. κραιῖδος, & κραῖδος, & *super ea re canon grammaticus*.

DAMOXENI φύσιν, excipit locus ex ea Platonis fabula cui nomen Συμμαχία Ξάντη. Sed de fabulæ huius auctore, libro vltimo quædam disputamus: vbi caussam exponimus, cur Βάταν scribendum esse suspicemur. Versus 10. ita scribitur hic, εἰ Σωσία πάντα τυχὸν δ'ώσεις ἐμοί. deprauatè quidem, libro tamen 7. deprauatiùs multò, Εὐσῶς ἅπαντας, ἢ τυχὸν δ'ώσεις ἐμοί. Scias pridẽ factũ cùm insedit vitium huic versui: nam Eclogarius illum prætermisit, quod loci iam tum corrupti certum indicium est. Lego autem, εἰ Σωσία, πάντα τάχ' ἀνδώσεις ἐμοί. *O Sosia! omnino futurum*

est, vt citò manus mihi des mutatâ sententiâ. Sic loquitur senex, nihil habiturum Sosiâ existimans quod hisceret, aduersus argumentum, quo illius sententiam refellit. Dixerat seruus ex sententia Epicuri, positam esse felicitatem in voluptatis perceptione: refutat herus isto argumento: Si voluptas esset bonum, omnes eam sectarentur philosophi: atqui hoc falsum: nam omnes illam oderunt sapientes. ergo & prius illud falsum: Ait poëta, Καὶ τὴν κεφαλὴν ζητοῦσιν ὡς τοῦ πράγματος. Sic petunt caput piscis, vt in tractandis quæstionibus & negotiis solet rei caput peti. hoc est, τὸ κεφάλαιον. Glauci piscis caput maximè solitum expeti, clarum est ex libro septimo, & Polluce. In his sequentibus verbis, Καὶ παρ' Ἀντιφάνει δ' ἐν Στρατιώτῃ τυχὼν παραινέσεις εἰσφέρει: suspicionem mendæ iniecerat vitium orationis. postea didici ex libro nono, & decimo quarto, scribendum esse, ἐν Στρατιώτῃ ἢ Τύχωνι. Pollux simpliciter *Militem* appellat fabulam hanc, libro nono. Deinceps scribe cum epitoma, ὡς τις ἄνθρωπος φύς. & mox, ὁ χορηγὸς αἰγιδεύς. Quod ait ὁ τριήραρχος ἀπήγξατο: ex eo intelligimus, solitum aliquando fieri Athenis, vt trierarchatu functi laqueo collum sibi frangerent: haut dubiè propter magnitudinem sumptuum, qui totum sæpè patrimonium funditus euertebãt. erat enim istud onus in Rep. Atheniẽsium, onus omnium maximum. Mox erat vsitatius. εἰσεναλίσκων τύχοι. sed repugnant Mss. & Epitom. In tertio versu Theogneti pro ἐρεῖς in Mss. est ἐρᾷ. vtrumque respuit lex metri. Deinde scribendũ, Ἀλλότριον ἐστ' ὁ πλοῦτος ἀνθρώπου, πάχνη. non πάχνης. sicut statim, σοφία δ' ἴδιον κρύσταλλος. Sextus versus, οἵῳ μ' ὁ δαίμων φιλοσόφῳ συνῴκισεν: parodia est Euripidéi versus ex Andromeda: vbi clamabat misella ceto alligata, οἵῳ μ' ὁ δαίμων θηρίῳ συνῴκισεν. Similiter Vlysses in Cyclope Philoxeni, in antro illius inhumani coclitis conclusus, οἵῳ με, ait ὁ δαίμων τέρατι συγκαθεῖρξε. vide Græcos parœmiographos. Aristophanes quoque videtur allusisse illo versu, οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι. Octauo, Ἀντίστροφόν τὸν βίον τῷ βιβλίῳ: simile est quod in Actis Apostolorum Festus ait ad diuum Paulum, μαίνῃ Παῦλε· τὰ πολλά σε γράμματα εἰς μανίαν περιτρέπει. In tertio versu Alexidis, ἐν τοῖς ἰχθύσι, verte, *in foro piscario.* ad Theophrasti Characteres genus hoc loquendi exponebamus. Paulo pòst in Epicharmi loco scribe, κάραβοι δ' ἐ[…]τοιμοι. Ait, Ἀειστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων ἱστορίας. locus est lib. 5. Historiarum capite septimo. de vocis μορίων adiectione antè diximus. In istis, ὀχεύονται δὲ τὸ ἔαρος ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ· mutauit de industria ordinem verborum Aristotelis: qui scripsit ὀχεύονται δ' ἀρχομένου πρὸς τῇ γῇ ἔαρος. amat enim philosophus verborum traiectiones, vt alibi dicebamus. Sequentia, γίνονται δ' οἱ μὲν κάραβοι, & cætera, habentur Historiarum lib. 5. cap. 17. Debemus mox Hœschelianis Excerptis horum emendationem, ὅτι καὶ πόλις ἦν Καρίδες περὶ Χίον τὴν νῆσον. nam editum erat πολλαὶ ἦν καρίδες. non solùm perperam, verùm etiam ridiculè, propter illa quæ subiiciuntur ex Ephoro: in cuius verbis μετὰ Μάκαρος scripsimus ex membranis, *cum Macare*, vel potiùs *Macare duce.* vulgò μετὰ μάκαρας, quod interpretes fecit ineptire. Cæterum Caridas oppidum illud tantùm Stephanus agnoscit, quod in Phrygia ait fuisse. Iassus Cariæ vrbs, de qua Archestratus, ἢν δ' ἐς τὴν Καρῶν πόλιν εἰσαφίκηαι, ex libris de geographia non est incognita. In Anaxandridæ loco, scribe ψυττάλιοις per υ. nescio quid sit in eo versu, & σκινδαρίους μετὰ κωβιδίων. interpretes vnde suam lectionem exsculpserint nescio: nullum enim illius vestigium, neque in edita scriptura, neque in manu exaratis. Nostra coniectura propiùs accedebat ad vulgatam, & σκιφυδρίων. de Sciphydriis diximus cap. 8. vel etiam si fortè, κεσκινιδαρίοις. Mox lego, Οὐκ ἐπικεκυφὼς, ὀρθὸς ὢ βέλτιστ' ἴσοι. non ἐπικεκυφὼς. & fortasse, ἐρυθρότερον καρίδος ὄπτῆς σ' ἀποφανῶ. etsi ferri potest ὀπτῶν. Scripsimus καὶ Ὠφελίων Καλλαίσχρῳ. ex librorum auctoritate, à quibus testimonium dicit Suidas. *Demos* fabulam Eupolidis laudant & grammatici, vt Pollux lib. 7. cap. 27. & 30. necnon libro nono, Harpocration in ὀξυθύμια. Priscianus libro octauo. *Impetro illam rem dicimus, sicut & Attici. Eupolis* ἐν Δήμοις, Λέγε τὸν ἐπιθυμεῖς, καὶ ταῦτ' ἂν ἀτυχήσεις ἐμοῦ. In Eupolidis versu, ἔχων τὸ πρόσωπον καρίδος μαθλητινῆς. auctor Etymologici μαθλητινῆς, interpretatur δερματίνης, *coriacea.* Sed assentior Dalecampio ad colorem referenti: nam μάθλην aiunt veteres etiam calcei phœnicei genus. sic autem paulo post Epicharmus, καρίδες φοινίκεαι. vel vt in Epit. φοινίκεαι. Carides autem nomen dicuntur inuenisse ἀπὸ τοῦ κάρα, *à capite.* in Etymologico sic, παρὰ τὸ σκαίρω σκαρὶς ἢ παρὰ τὸ κάρα καρίς. sed longè diuersi generis sunt scarides siue scari, à caridibus. Deinceps auctor caussam explicat, cur Attici scriptores in voce καρίδες mediam corripuerint. Est autem ratio quam affert, quámque assecuti non sunt interpretes, hæc: Apud Atticos, quanta est dissyllaborum in ις desinentium, prior: tanta est in illorum obliquis media syllaba. vt βολὶς, βολίδος, γραφὶς, γραφίδος. contrà ψῆφις, ψήφιδος, κρηπὶς, κρηπῖδος. In καρὶς priorem corripiebant Attici. vnde quid sequatur clarum est. At illi poëtæ, qui priorem in ea voce producebant, mediam quoque in obliquis necessariò longam statuebant. Sophronis versum malim ita scribi, ἰδὲ καλὰς καρίδας, ἰδὲ καμμάρους, ἰδὲ φίλα. Dorica formatio in voce καμμάρους, caussa extitit deprauationis. καρίδας interpretatur Athenæus *carides.* Hesychius addit, ἢ τὰς μικρὰς ἐγχλώρους, τὰς δ' ἐρυθρὰς καμμάρους. In titulo fabulæ Epicharmi, Λόγος καὶ λογίνα, etsi postremam vocem non intelligo, suspicor tamen non multò aliter poëtam scripsisse. nimis enim manifesta eius scripturæ vestigia extant omnibus aliis in locis, vbi fit eius fabulæ mentio. vt cùm scribit noster libro 8. ταῦτα δὲ καὶ Ἐπίχαρμος παίζει, ὥσπερ ἐν Λόγῳ καὶ λόγου

λόγον εἶναι. Hephæſtion in Enchiridio, Α'ειϲοξένε καὶ αὐτὸς Ε'πίχαρμος μνημονεύει ἐν λόγῳ, καὶ Λογγίνῳ. in quem locum extat hoc ſcholiolum neſcio cuius, parum, vt videtur, integrè ſcriptum. ὁ Ε'πίχαρμος τὸ οἰκεῖον δρᾶμα οὕτως ἐκάλεσε λόγον καὶ λογίαν.

CAPVT XXV.

Iecinorum varius apparatus. Ε'πικάμπτειν *pro inuoluere.* ἐκλογή. σκευασίαι *&* σκευάσεις. πνευμόνιον. *Alcæus comicus.* πυγαργοὶ, λευκόπυγοι *&* μελάμπυγοι. *adoleſcentes* τηγάνων σύντροφοι. Τριβαλλοποτανόδεπτοι. ἄοσειν. τρισμακαρίτης.

SEQVITVR iam aliud cibi genus. Ait enim, ἑξῆς ἀσυκομίδης ταγηνιστὰ ἥπατα. Variis modis olim iecinora parabantur. frixorum in ſartagine facit hîc Athenæus mentionem: toſtorum in cinere meminit aliquoties Hippocrates, vt in lib. 2. de Morbis mulierbribus, ἧπαρ τ' ἐν σποδιῇ ὀπτὸν αἰγὸς ἢ βοός. & de Natura muliebri, ἢν τίκτουσα ἐξανεμωθῇ, ἧπαρ οἰὸς ἢ αἰγὸς ἐς τέφρην ἐγκρύψας. Nouè dixit Epicharmus, τὸν ἄρτον ἐπικάμψας ἐπιπλόῳ. *panem omento inuoluens.* ἐπικάμψας poſuit pro ἐντυλίξας. ſicut mox dicitur, ἐπιπλόῳ ἐντυλιχθεὶς. Húc inſolentem vocis iſtius vſum obiter illuſtrare voluit Athenæus, cùm ſubiungit, καὶ ὁ Χῖος δὲ Ἴων ταῖς Ἐπιδημίαις ἔφη τὸ ἐπικάμψας. quorum verborum ſententia eſt: Vocem ἐπικάμψας, similiter vt Epicharmus, vſurpauit Ion. Chius in fabula Epidemiis. Obſeruemus ſολοικοφανὲς, quod interpretibus fraudi fuit: πᾶσα δ' ἡ ἐκλογὴ χρησίμη οὖσα εἰς πολλὰ, ἐπεὶ τὰ νῦν δὲ μνήμης οὐ κρατεῖς, αὐτὸς ἐγὼ διεξελεύσομαι. *Integrum Alexidis locum vtilem ad multa, quando tu illum nunc memoriâ non tenes, ipſe recitabo.* Erat planius, πᾶσαν δὲ τὴν ἐκλογὴν χρησίμην οὖσαν εἰς πολλὰ, ἐπ. ſed ita multis locis & Athenæum, & Ælianum loqui, poteſt facilè animaduerti. Appellat ἐκλογὴν locum poëtæ, & vt locutus eſt ſuprà, cùm huc nos reiiceret, τὸ μαρτύριον. neque aliud ſunt ἐκλογαὶ, quàm excerpti ex auctoribus loci, vt fieri ſolitum à ſe incredibili diligentiâ, ſcribit Athenæus libro 8 Sic alibi vſurpat auctor, vt lib. 15. ἔχει δὲ οὕτως ἡ πᾶσα ἐκλογὴ οὖσα ἐκ τοῦ διεσκευασμένου δράματος. Cæterùm habere τὸ κάμπτειν aliquando ſignificationem τοῦ ἐκτυλίττειν probant etiam quæ dicentur libro 4. capite 8. Alexidis ſeptimus verſus ita ſcribendus, Θαῤῥεῖν κελεύσας εἶπ' ἐμοῦ γ' ἄτ' οὐδὲ ἂν φῦσας ἀδικήσειν, ἐπ. *Iuſsi bono animo eſſe piſciculos illos minutos; quippe illorum nulli me facturum iniuriam affirmans.* In 10. ſcribe, ὅτι δεῖ γυναικός. Mox ſcribendum, Αἰσχύνεται πελιδνὸν εἶναι χρώματι. Etiam iſta corruptè ſcribuntur, ὥστε τοὺς δειπνοῦντας εἰς τὰ λοιπὰ διεμβάλλειν ποιῶ. Legendum enim, εἰς τὰ λοπάδι' ἐμβάλλειν ποιῶ. Confirmatur hæc emendatio poëtæ eiuſdem teſtimonio, qui in alia fabula hunc verſum & ſequentem, totidem penè literis vſurpauit, more Homerico. Sic enim ille in Aſclepioclida:

—ὥστε τοὺς
Δειπνοῦντας εἰς βατάνιά γ' ἐμβάλλειν ποιῶ
Ἐνίοτε τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

quod igitur ibi dixit, εἰς βατάνια, hic εἰς λοπάδια. Verſu 14. τὰς σκευασίας, πάντων δὲ καὶ τὰς σκευάσεις, vel bis idem dicit: vel σκευασίας interpretandum, *res neceſſarias ad cibos parandos* σκευάσεις, *ipſam parandi actionem.* πνευμόνιον cùm ait, ὡς ἐν τοῖς κεκαλυμμένοις ἥπασιν αὐτὴ πνευμόνιον ἔλαβε, nō pulmonem integrum ſignificat, ſed fruſtum pulmonis, vt κρέα τρία, *tria fruſta carnium*, ſic explicandum, & τὸ ἡπάτια. Verſus à Metanira vſurpatus ingenioſiſſimè, Ἀπώλωλα, πέπλων μ' ὀλεῖσαν περιπτυχαί, pronuntiabatur apud poëtam vnde ſumtus eſt, ab Agamemnone, noto vxoris ſcelere moriente. Non multò aliter apud Æſchylum exclamat idem, Οἴμοι, πέπληγμαι καιρίαν πληγὴν ἔσω. Hiſtoriolam de Metanira excipiunt hæc verba, Μήποτε δὲ καὶ Κρωβύλος ὁ κωμῳδιοποιὸς αἰσχυνόμενον εἶπε τὸ τοιοῦτο ἧπαρ, ὥσπερ καὶ Ἄλεξις ἐν Ψευδυποβολιμαίῳ, λέγων οὕτως. Videndum eſt, *num & Crobylus comicus eiuſmodi iecur* αἰσχυνόμενον, *pudibundum, imitatus Alexidem, dixerit in Pſeudypobolimæo, cùm ait.* Verſus Alexidis quem reſpicit, 17. eſt in præcedente ecloga. Αἰσχύνεται πελιδνὸν εἶναι χρώματι. Pſeudypobolimæus Crobyli, non Alexidis, fuit drama. vide libro octauo ſub finem, & libro nono. Obſecro quanta hæc virorum eruditorum negligentia? Ariſtophanis *Tageniſtas* nominat ſcholiaſtes comici ad Ranas. Alcæus, cuius laudatur hîc fabula *Palæſtra*, non ille nobilis fuit lyricus, ſed alius comicus. Vtrumque ſæpe laudat noſter; ſed lyricum quidem, ſine vlla carminis inſcriptione: aut ſimpliciter, Alcæus in Odis: comicum ſemper cum indice fabulæ, vnde quidque ab eo ſumitur. Decem comœdias eum docuiſſe auctor Suidas. in his libris nominantur hæ quinque, *Palæſtra, Nuptiæ ſacræ, Sorores ſtuprum paſſæ*, vel *adulterantes.* item *Ganymedes*, & *Calliſto.* Sextam, *Endymionem*, inuenio apud Pollucem libro nono. Septimam *Paſiphaën*, in eiuſdem lib. 10. Hac ipſa fabulâ cum Ariſtophane Plutum ſuam docente certaſſe Alcæum in Attico theatro, veteres critici auctores ſunt. Tertium Alcæum nominat Suidas, antiquiſſimum tragicum. Huius non meminit, opinor, Athenæus: Harpocration fortaſſe, cùm ait, Ἀλκαῖος ἐν τῇ κωμῳδοτραγῳδίᾳ τοὺς πότας λύχνους ἀδδηφάγους εἶπε. Verſus ex Eubuli Laconibus. Ἐγὼ δ' ἔγ' εἰμὶ τῶν μελαμπύγων ἔτι, non rectè vulgò accipitur: falluntur enim qui hepatos piſces dici putant μελαμπύγους. Senſus eſt: *Ego vero non ſolum bilem habeo, quod commune eſt omnibus hominibus: ſed hoc amplius, ex validiſsimis ſum, & robuſtiſsimis.* Tranſlatitiū eſt, molles homines Græcis fuiſſe dictos πυγαργοὺς ſiue λευκοπύγους: ſtrenuos ac vere viros, μελαμπύγους. de quibus circumferebatur prouerbium, μὴ τῷ μελαμπύγῳ περιτύχῃς. Corruptiſſimus eſt ſecundus verſuum Eubuli ex Orthana, Ε'ρωτός ἀπτερος,

τηγάνῳ τι συστρέφα. libro sexto ita scriptum, Ἐ ῥῦσα φιτᾷ, τηγάνῳ τι συστρυφᾷ. Totum locum ita censemus scribendum,

——πᾶσα δ' ἡ ὕμορφος γυνὴ
Ἐ ῥῦσα φιτᾷ, τηγάνῳ τι σωὐτροφα
Τειβαλλοσποπανόθρεπλα μαρακύλλια.

Videtur descripsisse solennitatem aliquam, cui interfuerint formosissimæ quæque totius vrbis fœminæ, & quantum erat adolescentulorum mollium & effœminatorum. Pro φοιτᾷ, potest legi etiam πηδᾷ, *exultat & salit*, vt in sexto versu. Luxuriosi adolescentes dicuntur τηγάνῳ συὐτροφοι, qui inter sartagines & alia culinæ instrumẽta vitam degere ament. Priorem vocem tertij versus syllabâ vnâ auctiorem fecimus: nam scriptum vbique, τειβαλλωπανόθρεπτα, quod interpretari non possumus. nostra lectio idem est fermè ac βωμολόχος. Duo exprobrantur hac voce, studium ganeæ, & illiberalis ac sordidus victus: nam Triballos & Illyrios vocabant illiberaliter educatos, & sordidè viuentes. In 2. rectè interpretes, δύμαστρος πόρη. Scribe etiam cum litera subscripta, ᾄσσα. est enim pro ἀίσσα, non pro ἄσσα. Penultimum non satis assequor. Vlpianus cùm ait de Myrtilo conuiuarum vno, qui modò de sartagine & frixis in sartagine veterum loca recitauit, εἰς τὸ συναγαγὼν ἐπὶ τ τηγάνῳ, ὁ βοῦσιν ἰχθῦς Μυρτίλος: alludit elegantissimè ad fabulam de Myrtilo Oenomai auriga, qui Myrtoo mari nomen dedit. Eidem sordes exprobrat, & victum domi illiberalem, cum negat illum quicquam eorum comedisse à se emptum, de quibus tam multa disputauerat. Edisse quidem Myrtilum tales cibos non negat Vlpianus, sed in eam rem sumtus vnquam fecisse. non debebant ista secùs accipi. Lege mox cum interpretibus, εἰς τὸν Μυρτίλον τινὸς εἶπεν, non τινῶν. Placet mox edita lectio, ὁ τρισμακαρίτης ἀσφίρων. non τρισμακάρεισος, vel τρισμακαρεῖτος, vt in Mss. Iocus est in voce μακαρίτης. quæ homini viuo non magis conuenit, quàm Latinorum *diuus*. Sic aliquanto pòst, μακαρίους ἂν αὐτοὺς, μᾶλλον δὲ μακαρίτας εἶναι φημί.

CAPVT XXVI.

Artus rex Messapiorum. Collatio panis escharitæ Rhodiorum cum forensi Atheniensium. ὀβελίαι *veterum, & nostri hodie.* συναυλία. ἀνανήφειν. Tabarites *panis*, & Achaïnas. *Aristophanis fabula* Γῆρας. *Panis* ἐγκρυφίας. laganum & apanthracis. *alia quædam.*

THucydidis de Arto rege locus extat historiâ tertiâ: sed *Artam* non *Artum* nominant eius codices. καὶ τῷ Ἄρτᾳ ἀνανεωσάμενοι τινα παλαιὰν φιλίαν. Athenæus legit Ἄρτον. apud Suidam in voce Μεσσαπίων mendas multas emendabit, qui non grauabitur cum Athenæo cõferre. Distinguendum paulo post, —τοῖς ἄρτοις ὅσοις ἐ κᾶσι παγίδας αἱ ζαλαίσυροι βροτοί. Lyncei Samij locus quo panes escharitæ Rhodiorum contenduntur cum agoræis Atheniensium, & corruptè scriptus est; & partim inconcinnè, partim contra auctoris mentem versus est. Totum igitur subiicere visum ex emendatione nostra, & Lyncei mente. *Iam cum apud Athenienses in pretio sint panes qui vocantur* ἀγοραῖοι, *his nihilo deteriores primis mediisque cœnæ Rhodij mensis apponunt: fessis vero & satiatis conuiuis, suauissimam oblectationem nouam inferunt, panem illum optimum dictum* ἐσχαρίτην: *qui dulcibus & mollitie sic temperatus est, eámque habet dum infringitur ac veluti friatur, cum passo conuenientiam excitandi orexin, vt plane mira res sit: atque vt sæpe iam ebrium cernas tanquam sobrium & recentem pocula repetere, sic præ voluptate, qui escharitem panem comedit famem renouat.* Panis ἀγοραῖος est qui vænum in foro exponitur. Hunc fuisse Athenis eximium Archestratus indicat his verbis, —τὸν δ' εἰς ἀγορὰν πωλούμενον ἄρτον Αἱ κλειναὶ παρέχουσι βροτοῖς κάλλιστον Ἀθῆναι. At ἐσχαρίτης Rhodius, (alius enim est vulgaris ἐσχαρίτης, de quo loquitur Philistion infrà) non simplex panis fuit, sed μιθύσιος ἄρτος καὶ πλακοῦντος, vt eleganter Pollux scribit. erat enim conditus μελίγματι, hoc est melle, aliisque rebus dulcibus. nomen inuenit ex eo quòd in foco nudo torreretur, non vt ἐγκρυφίας cineribus tectus: vel vt doctis quibusdã visum, quod craticulæ coquendus imponeretur. hunc Lynceus vocat ἀλάκεσον insolenti voce, id est, *omnino bonum*. Solebat autem hic panis ita comedi, vt hodie estur, qui in Gallis vocatur *oblies*, à Græca voce ὀβελίας. Sub finem cœnæ panem hunc mensis calentem adhuc inferebant, & ex passo edebant, vt apparet ex versibus Antidoti, quos iuuat hîc apponere, vt intelligatur conuenientia panis huius cum nostro quem diximus. Sic ille,

Λαβόντα θερμὰς ἐσχαρίτας· πῶς γὰρ οὔ;
Τούτους ἀνελίττοντα βάπτειν εἰς γλυκύν.

Quod ait escharitem calidum apponi solitum, & in vinum dulce intingi, & quidem euolutum expansúmque: omnia obelius nostris sic conueniunt, nihil vt queat magis, maximè quidem de euolutione quod scribit: nam quia tenuis est hic panis, vi caloris gyrat sese, atque in orbem voluit: Græcus quidem dum in foco torreretur: at noster qui alio modo fit, dum igni admouetur mensæ imponendus. Etiam vox ἐνθρυπτόμενος, quâ vsus Lynceus hoc loco, ab obeliis aliena non est. comminuuntur enim facilè, ac quasi friantur, dum poculo induntur: magis, si prius quàm intingantur ori admoueas. Mendas autem quibus obsidetur iste locus, ita tollendas censemus.: καὶ ἴσαίτην ἐνθρυπτόμενος ἐχὼ πρὸς τὴν γλυκὺν συναυλίαν, ὁμοῦ προσβιαζόμενος, ὡς θαυμαστόν τι συντελεῖ. καὶ καθάπερ ἀνήρ. Absurdè scriptum est in vulgatis συναυλισμόν. vnde fecimus συναυλίαν ὁμοῦ. præcedens vox τοιαύτην, satis probat scribendum esse συναυλίαν. Id verbi propriè tibicinum simul tibias inflantium concentum significat: deinde ad alia venustè transfertur, vt hoc

hoc loco, & ſæpe apud ſcriptores. Poſt vocem προσβιαζόμενος, inſerimus ὡς, & ὁ ante καθάπερ. quarum mendarum eadem origo eſt, de qua ſæpe diximus. ἀνανήφειν & ἀναπνεῖν, pluribus exprimere coacti ſumus, tum propter penuriam Latinæ linguæ, tum vt lucem afferremus huic loco interpretibus nimis tenebricoſo. Lib. 4. ἐκνήφειν, eodem fermè ſenſu vſurpatur, παραμένοι ὁ καρηβαροῦντες ὑπὸ τῆς μέθης, ὁπότε τι τῶν ἀγομένων θεασαίμεθα, πάντες ἐξενήφομεν. *omnes expergiſcebamur, & ſobriis hominibus ſimiles fiebamus.* vbi iterum errant interpretes. Epitome, quàm his ſcriptis inſpeximus, non minus quàm vulgati codices corrupta, vocem tamen συνῳδίαν integram retinuit. in eadem, καθάπερ γάρ. *Tabarites* panis in Ecloge dicitur ταβυρείτης. Erant qui à Tabis oppido Ciliciæ vel Lydiæ, vt placet Stephano, pani huic nomen volunt inditum: nam ταβίτης, vel ταβαίτης, fuiſſet dicendum. paruum fuiſſe & qui ore capi poſſet, declarat verſus Sopatri, ταβαίτης δ' ἄρτος ἦν πλακίτυπος. Eclogarius tamen, quaſi interpretans vocem πλακίτυπος, de ſuo adiecerat, ἐστὶ δὲ μέγας ἄρτος. ſed fallitur. *Achainas* panis à loco nomen habuit: oppido nempe illo, niſi fallor, vnde Achainos ceruos poëtæ appellarunt. Acclamatio vſitata in Megalartiorum feſto, Ἀχαΐνην στέατος ἐμπλέων τράγον. haut dubiè corruptam, doctis ſanandam relinquimus. nam medicina quam facit huic loco Dalecampius, τράγανα ſolum emendans pro τράγον, priſtinam illi, ſi quid iudico, ſanitatem nō affert. Forsaſſe rectum ſit, Ἀχαΐνην στέατος ἔμπλεον ἄρτον. fauente nonnihil quod ſcribit ex hoc loco Euſtathius, ſolitum ἄρτον ἐπιλέγεσθαι. Ariſtophanis fabula Γῆρας *Senium*, diuerſa eſt ab alia eiuſdem, paſſim nominatâ in his libris, γηρυτάδης. quo nomine etiam Antiphanes fabulam docuerat, niſi fallunt nos Athenæi codices. *Senij* argumentum declarant quæ ſuperſunt fragmenta. De ſenectutis incommodis egiſſe comicum, conſtat ex petitis inde verſibus, qui apud Pollucem lib. 4. cap. 15. poſtea inducebantur ſenes quidam recocti, ac priori ætati reſtituti, qui fortunâ ſuâ abutentes, ferebant cuncta paſſim atque agebant. Indicio ſunt verba Athenæi hoc loco, παρὰ δὲ λεγούσης ἀρτοπώλιδος διηρπασμένων αὐτοῖς τῶν ἄρτων ὑπὸ τῶν τὸ γῆρας ἀποβαλόντων. Poſtrema vox mirificè expoſita ab interpretibus. ſed γῆρας ἀποβάλλειν, eſt *ſenectutem exuere*. Huius dramatis ſæpe meminit Iulius Pollux. At lib. 10. cap. 20. ita ſcribe hunc ex eo verſum, ἐφ' ὑσβίαν ἀνάξαι πυτάχνῃ ἢ μάζονα. Idem alibi, Ἀριστοφάνης γήρᾳ. συ δ' οὐχ ἐγὼ μ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, corrige, σὺ δ' οὐχ ἐγὼ μὴ σοὶ ὀλίγαις ἡμέραις; Panis ſubcineritij, ſiue *encryphias* etiam Hippocrates facit mentionem, Popularium morborum lib. 7. ἄρτος ὡς ἡμιχοίνιξ ἐγκρυφίας. De *Dipyro* ſiue *nautico* pane afferuntur teſtimonia Eubuli è Ganymede, & Alcæi, item è Ganymede. Sed aut intercidit penitus Eubuli locus: aut illius ſunt iſta ſolum, διπύρους τε θερμούς. Sequentia, οἱ δίπυροι δ' εἰσί τινες; ἄρτοι τρυφῶντες, velint nolint docti viri, Alcæo aſſerimus nos. Pollux lib. 7. cap. 10. Ἀλκαῖος ἐν Γανυμήδει διπύρους ἄρτους ὤπτων· οἱ δὲ δίπυροι ἄρτοι τινές εἰσι τρυφῶντες. De Alcæi comici fabulis ſuperiore capite diximus. Eubulum quoque Ganymedem docuiſſe, teſtis Athenæus lib. 6. *Laganum* & *apanthracis*, inter placentas vulgò cenſentur: neque video cauſſam, cur hic inter panum ſpecies eorum fiat mentio. Ἀνθρακίδας Græci vocarunt, ait enarrator Ariſtophanis, omnes cibos ſuper pruna toſtos.

CAPVT XXVII.

Explicatur quænam fabulæ dicantur aliarum διασκευαὶ, & ἐπιδεσκευασμένα δράματα. item quæ priores & poſteriores. διασκευάζειν, interpolare librum.

ATHENÆI verba ſunt, Ἐπίχαρμος ἐν ἥβας γάμῳ καὶ μούσαις· τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα διασκευή ἐστι τοῦ προκειμένου. Quid hic ſit διασκευὴ, intererat fidei interpretum quærere diligentiùs: vel eo ſaltem nomine, quòd non pauci in hoc auctore ſimiles ſunt loci, quos eâdem omnes expoſuerunt. Putarunt docti viri διασκευὴν appellari fabulam quæ alteri velut præluderet, eſſétque poſterioris *apparatus & diſpoſitio*, vt illi vertunt. Nos contrà libri primi cap. XXIII. διασκευὰς & διεσκευασμένα, vel ἐπιδεσκευασμένα δράματα ſolita appellari dicebamus, fabulas ſemel iam ſcriptas editáſque, ſed quia non ſteterant, nouâ limâ & impenſiore diligentiâ correctas & interpolatas. Morem hunc fuiſſe veteribus comicis, vt idem argumentum ſæpius tractarent, & emendatas fabulas pro nouis in ſcenam deferrent, teſtis comici ſcholiaſtes ad Nebulas, ſcribens, δοκοῦσι καὶ οἱ ἄλλοι κωμικοὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν λημμάτων τὰ αὐτὰ ἀσάγειν δράματα. Has fabulas propriè appellarunt διεσκευασμένα δράματα, vt loquitur Athenæus lib. 15. vel ἐπιδεσκευασμένα. Galenus docet clarè in Hippocratem, de Salubri diæta. ἐπιδεσκευάσθαι, ait, λέγεται βιβλίον ἐπὶ τὸ προτέρῳ γεγραμμένῳ τὸ δεύτερον γραφὲν, ὅταν τὴν ὑπόθεσιν ἔχον τὴν αὐτὴν, καὶ τὰς πλείστας τῶν ῥήσεων τὰς αὐτὰς, τινὰ μὲν ἀφῃρημένα ἐκ τοῦ προτέρου γράμματος ἔχει, τινὰ δὲ προσκείμενα, τινὰ δὲ ἐνηλλαγμένα. παράδειγμα δ' εἰ βούλει τούτου σαφὲς ἔχειν, τὸν δεύτερον Αὐτόλυκον Εὐπόλιδος ἔχεις, ἐκ τοῦ προτέρου διεσκευασμένον. Critici veteres in argumento Nebularum Ariſtophanis, Ἀριστοφάνης ἀπορριφθεὶς παραλόγως, ᾤετο δεῖν ἀναδιδάξας τὰς δευτέρας καταμέμφεσθαι τὸ θέατρον. ἀτυχῶν δὲ πολὺ μᾶλλον ὁ ἐν τοῖς ἔπειτα, οὐκέτι τὴν διασκευὴν εἰσήγαγεν. αἱ δὲ δεύτεραι Νεφέλαι ἐπὶ Ἀμεινίου ἄρχοντος (ἐδιδάχθησαν) τοῦτο δὲ ταυτό ἐστι τῷ προτέρῳ διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους. Paulo pòſt, καθόλου μὲν οὖν σχεδὸν παρ' ἅπαν μέρος γεγενημένη διόρθωσις· τὰ μὲν γὰρ περιῄρηται, τὰ δὲ πέπλεκται· καὶ ἐν τῇ τάξει καὶ ἐν τῇ τῶν προσώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται. Perſpicuum ex his eſt, quid Athenæus intelligat, quoties aliquam fabulam alterius appellat, διασκευήν.

διασκευήν. quod verbum diuerſo ſenſu vſurpant interdū critici: vt cum ſcribunt, diſcrimen fuiſſe inter veterem & nouam comœdiam, & ratione ὕλης *materiæ*, & ratione διασκευῆς *formæ & texturæ*. ἐν μὲν γὰρ τῇ τῆς νέας διασκευῇ, inquiunt, χορὸς οὐκ ἔδει· ἐν ἐκείνῃ δὲ ἔδει. ſed aliud eſt διασκευὴν attribuere fabulæ: aliud ipſam fabulam appellare διασκευὴν alterius. Athenæus lib. 9. μετασκευάζειν verbo appoſitiſſimo vſus, de iſtiuſmodi fabularum emendatione loquens. Anaxandrides, inquit, ὅτε μὴ νικώη, λαμβάνων ἔδωκεν εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατέμνειν, καὶ οὐ μετεσκεύαζεν ὥσπερ οἱ πολλοί. *quoties victoriam non referebat, fabulam in manus ſumtam tradebat diſcerpendam ad thuris cucullos: neque, vt plerique ſolent, eam corrigebat.* Porro iſta recētata dramata interdum nomen diuerſum habuerunt à priore cuius rei exemplum eſt iſto loco. Nam prior Epicharmi fabula nomen habuit *Hebes nuptiæ*: poſterior, *Muſæ*. Sic lib. 9. *Butalion* Antiphanis dicitur fuiſſe διασκευὴ τῶν ἀγροίκων ἑνός, *interpolatio vnius agreſtium*: quę verba ibi expendemus. Lib. 11. Diphili *Miles*, appellatur διασκευὴ τοῦ Αἰρησιτείχους, fabulæ prius ab eo editæ. Interdum commune fuit vtrique fabulæ idem nomen: ſed prioris & poſterioris cognomine inuicem diſtinguebantur. Sic προτέρας & δευτέρας Θεσμοφοριαζούσας interpretabamur lib. 1. Sic eiuſdem comici προτέρας & δευτέρας Νεφέλας, & priorem ac poſteriorem Pacem, necnon Plutum priorem & alterum, laudatum inuenias. Eupolidis Autolycum πρότερον καὶ δεύτερον Galenus, Pollux, aliique citant. Archippi priorem & poſteriorem Amphitryonem. Neque ſolum comici hac diligentiâ vſi: verùm & tragici quoque nonnunquam. Exemplum eſto in Euripidis Hippolyto, de qua tragœdia ſcribunt veteres, ἔστι δὲ οὗτος ὁ ἱππόλυτος δεύτερος καὶ στεφανίας προσαγορευόμενος· ἐμφαίνεται δὲ ὕστερον γεγραμμένος· τὸ γὰρ ἀπρεπὲς καὶ κατηγορίας ἄξιον ἐν τούτῳ διώρθωται τῷ δράματι. Phryxum etiam poëtæ eiuſdem priorem & poſteriorem laudat Ariſtophanis ſcholiaſtes. Non ſemper autem vtraque fabula producta eſt, ſed tantum altera: qua de re plura erunt dicenda lib. 6. cap. 6. Ab hac notione verbi διασκευάζειν, manauit affinis alia, cùm pro librum corrumpere accipitur. Galenus de Dogmatis Hippocratis & Platonis, lib. 6. τὰ δ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεσθαι λεγόμενα τέτταρα ζεύγη φλεβῶν, ἐμβεβλῆσθαί τί μοι δοκεῖ τοῖς ἐπιγραφομένοις Ἱπποκράτους συγγράμμασι, καὶ διεσκευάσθαι φανερῶς. *videtur mihi inſerta eſſe libris iis qui ſub Hippocratis nomine extant, & manifeſto adiecta eſſe verbis auctoris.* Libro octauo, γεγραμμένον δὲ τῷ Ἱπποκράτει βιβλίου περὶ φύσεως ἀνθρώπου, προσθέντος δ' αὐτῷ καὶ τοῦ περὶ διαίτης μικροῦ βιβλίου, καί τινος παρενθέντος ἀνατομὴν φλεβῶν, ἥν ὁ διασκευάσας δοκεῖ μοι προσθεῖναι τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, καὶ τῷ περὶ διαίτης. Diogenes Laërtius in Democrito, τὰ δ' ἄλλα ὅσα τινὲς ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν, τὰ μὲν ἐκ τῶν αὐτοῦ διεσκεύασται, τὰ δ' ὁμολογουμένως ἐστὶν ἀλλότρια. Aliquando etiam pro libri deprauatione διασκευὴ ponitur. Ariſtéas ſcriptor antiquiſſimus: ἐπεὶ καλῶς καὶ ὁσίως διηρμήνευται, καὶ κατὰ πᾶν ἠκριβωμένως καλῶς ἔχον ἐστὶν ἵνα διαμένῃ ταῦτα οὕτως ἔχοντα, καὶ μὴ γίνηται μηδεμία διασκευή. Mox: ἐκέλευσε διαράσασθαι, ἄτις διασκευάσει, προστιθεὶς ἢ μεταφέρων τι τὸ σύνολον τῶν γεγραμμένων ἢ ποιούμενος ἀφαίρεσιν. Ex his intelligimus, quàm latè pateat vox διασκευὴ apud Criticos. Galen. paulo aliter lib. 2. de Hippocratis ſcitis & Platonis, τούτους τοὺς ὑμένας ἐτόλμησάν τινες οὐκ εἶναι λέγειν, ἀλλ' ὑπ' Ἐρασιστράτου διεσκευάσθαι δόγματος ἕνεκεν κατασκευῆς. Scribe, ἀλλ' ὑπ' Ἐρασιστράτου διεσκευάσθαι, δόγματος ἕνεκεν κατασκευῆς. *auſi ſunt quidam dicere, nullas eſſe huiuſmodi membranas, ſed ab Eraſiſtrato eſſe falso adiectas, ſtudio defendendi ſui dogmatis.* Apud eundem magnum ſcriptorem ſæpius legas νόθον καὶ διεσκευασμένον, tanquam ἐκ παραλλήλου poſita vocabula, in Hippocraticis commentariis. Porrò autem quas vocabant dramatici poëtæ διασκευάς, alij auctores νέας vel δευτέρας ἐκδόσεις. Sæpe enim accidit, vt ſcriptores accuratè editos à ſe libros ſub incudem reuocarent, ſeriò caſtigatos denuò ederent, & vt de ſe ait Tertullianus, properatum opus pleniore ſcriptione reſcinderent. Vnde eueniebat aliquando, vt in doctorum manibus ſcripti eiuſdem duæ diuerſiſſimæ editiones verſarentur. Quo ex fonte errores multos manaſſe non dubitamus, obſeruatos ſæpe nobis etiam in antiquiſſimis veterum auctorū manuſcriptis. Eiuſmodi eſt, quod de Eunapio ſcribit Photius, cuius verba non grauabimur aſcribere. δύο πραγματείας τὴν αὐτὴν περιεχούσας ἱστορίαν συνεγράψατο, πρώτην καὶ δευτέραν· καὶ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πολλὴν κατὰ τῆς καθαρᾶς ἡμῶν τῶν χριστιανῶν πίστεως κατασπείρει βλασφημίαν, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν ἀποσεμνύνει δεισιδαιμονίαν, πολλὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων καθαπτόμενος. ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ, ἣν καὶ νέαν ἔκδοσιν ἐπιγράφει, τὴν μὲν πολλὴν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, ἣν κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐσκέδαζεν, ὑποτέμνεται. Lege quæ ſequuntur. Similiter & Zoſimus aliter Chriſtiani nominis hoſtis, hiſtoriæ priùs publicatæ νέαν ἔκδοσιν poſtea edidit, auctore eodem Photio.

CAPVT XXVIII.

Panis ὅμορος, σεμίτης, ἡμιάρτιος. *Platonis* Nox longa. *Panes* Cilicij *&* collabi. *Euſtathij error. Phrynichi fabula*, Poaſtriæ. *mulieres* πολύσπορ. ἀρνῖδες ἄρτοι. *Philyllij fabula* Κυψή. πυρῶν πρώμιμοι, μελαμπίνες. *Papauer & ſeſamum.* ἐν θαλάμῳ. *chryſocolla. ſemen lini inter eſculenta: itémque cannabinum.* Olen. ἐντίλας ἄρτος, λεκιθίτας, *&* πανός Blæſus *ſcriptor.* νασός.

EPICHARMVS in ea fabula de qua proximo capite diximus, panum hæc enumerat genera, κριβανίτην, ὅμορον, σεμίδαλιν, ἐγκρίδα, ἀλφιτίτην, ἡμιάρτιον. Quid appellat panem ὅμορον? Auctore Heſychio, ὄμωρα vel ὄμορα dixerunt ſimilaginem

laginem cum melle & sesamo coctam. inde & panes quosdam ὁμορίτας appellarunt, quorum meminit idem Hesychius. non dubito de his sentire Epicharmum, & mox quoque Sophronem. σητίτας in Excerptis & quibusdam Mss. σατίτας dicitur. & Hesychius, nisi est mendum, σατίας, ἄρτου εἶδος. Eustathius legit vt nos, σητίτας. In Glossis Hesychij σητίτας, placentæ cognomen. Ἡμιάρτιος panis, à figura dimidiati circuli nomen inuenit. Hesych. ἡμιάρτιον, εἶδος ἄρτου ἡμικυκλώδης. In fine verborum Sophronis lacunam explebam, & scribebam, καὶ ἡμιάρτιον καὶ σητίτας. nam eorundem fecisse illum mentionem ait Athenæus, quorum modò Epicharmus meminit. Sed reperi postea in Huraldino codice eam vocem, cuius in libris aliis tenues solùm extant reliquiæ. Ita igitur scribe, καὶ ἡμιάρτιον ἐντίθεται ἀλλ. Sequitur ex eodem poëta, ἀγρώνετε μ' αὐτίκα σὺν ἄρτῳ πλακίτα. Lego, ἰσιῶ σὺν ἄ. & statim τοῖς παιδίοισι καλῶ, recentem. vt tollatur lacuna. Platonis comici fabula, cuius index erat *Nox longa*, laudatur & Polluci libro sexto, cap. 33. Videtur non dissimilis fuisse argumento Amphitruoni Plauti. Nox enim longa fuit illa quâ satus Hercules. In ea fabula Plato τοὺς μεγάλους ἄρτους καὶ ῥυπαροὺς Κιλικίους ὀνομάζει, inquit Athenæus. Operæpretium sit Eustathij verba ascribere, de collabis & Ciliciis panibus disputantis, Ἐν τοῖς τῶν δειπνοσοφιστῶν φέρεται, ὅτι δοκοῦσιν οἱ Κίλικες, ἴσως μὲν οἱ Ὁμηρικοί, ἴσως δὲ ἕτεροι, οὐκ ἀγαθοῖς ἄρτοις χρῆσθαι· διὸ καὶ οἱ κιλίκιοι ἄρτοι οὐκ ἔπαινον ἔσχον, οἱ αὐτοὶ τοῖς κολλάβοις ὄντες. Et mox superiora Athenæi verba respiciens, ὅρα τὸ μεγάλους, inquit, ὃ κωλύει ψωμίσκους τοὺς κολλάβους νοεῖν. Sed errat Eustathius, cùm panes Cilicios & collabos eosdem putat. Imposuit illi suus codex Athenæi, in quo sequentia aliquanto pòst Athenæi verba, τῶν κολλικίων δ' ἄρτων, οἱ αὐτοὶ δ' εἰσι τοῖς κολλάβοις, ita inuenit scripta, τῶν κιλικίων δ' ἄρτων. magno errore. Sequitur non longè, Φρύνιχος δ' ἐν Ποαστρίαις, hanc ipsam fabulam & libro 10. puto intelligi, scribóque etiam ibi Ποαστρίαις, non Ψαλτρίαις. nam Phrynichi Poastrias nominant Pollux lib. 7. cap. 10. lib. 10. cap. 36. & Harpocration in ἐξάλει. Reperio & Aristophanem eodem titulo fabulam docuisse: nam auctor commentariorum in Aues, Ποάστριας Aristophanéas laudat. Ποάστριαι sunt mulieres sartitrices, quæ herbas nociuas de hortis tollunt vel segetibus. Archippus comicus.

Σπαφιῶσι, κυνηγοῖσι, τοῖς τ' ὀνηλάταις,
Καὶ ταῖς γυναιξὶ προσέτι ταῖς ποαστρίαις.

Hesychius scribit, omnes in vniuersum mulieres, quæ opus ruri faciant mercede conductæ, sic fuisse vocitatas. & Pollux docet ποάστριον veteres appellasse sarculum, aut aliud sarritionis instrumentum, quod ejus ætate vocabatur χορτοκόπον. Pergit auctor, ὀρίνδου δ' ἄρτου μέμνηται Σοφοκλῆς. Scribendum, ὀρίνδου. auctoribus Hesychio & Polluce. Locum Aristophanis è Tagenistis emendauimus iam antè cap. 16. Philyllium in Αὐγῇ laudat iterum lib. 9. & tertium lib. 11. magno librorum consensu. In Suidæ Collectaneis legas, Ἀλφιτεῖον, Φιλύλλιος Λύγῃ. scribo Αὐγῇ. Probatur fieri collabos è recente tritico, quia dixit Philyllius, Αὐτὸς φέρων παρέμι πυρῶν ἐκγόνους τριμήνων, γαλακτοχρῶτας κολλάβους θερμούς. caue confundas πυροὺς τριμήνους, id est, triticum, ante menses tres collectum, cum trimestri tritico, de quo Plinius lib. 18. cap. 7. Μακωνίδες panes, papauere sparsos fuisse ipsum nomen arguit: ideò Virgilius dixit, *Cereale papauer*, quia, inquit Seruius, panis ipso aspergatur. inter condimentarias herbas papauer & sesamum non postremum locum tenebant. Multa de vario esu papaueris Galenus lib. 7. de Facult. simpl. medic. Ideo cùm aliquid studiosè politum significare vellent, σησαμοῦντα, & *papauere ac sesamo sparsum* dicebant. Petronius, *audiunt mellitos verborũ globulos, & omnia dicta factáq; quasi papauere & sesamo sparsa.* Maconidibus Alcmanis non erant dissimiles, quæ alij Græci ἐνθελάμια vocabant, & ipsa papauere ac sesamo condita. Hesychius, ἐνθελάμια, πλάσματα ἐκ μήκωνος καὶ σησάμου. In testimonio Alcmanis scripsimus, ἐπιστεφῆς σελίνῳ τε, σησάμῳ τε. ex Mss. & Epitoma. Vulgò ἐπισείοισι λίνῳ. mendosè: etsi linum potest locum hîc habere, vt statim, χρυσοκόλλα ἐστὶ βρωμάτιον διὰ μέλιτος καὶ λίνου. Hesychius chrysocollam ait parari ἐκ λινοσπέρμου καὶ μέλιτος. Sic semper λίνον de lini semine interpretandum, quando inter illa censetur quibus vescimur. Indebant cibis semen lini, vt acrimoniam illis conciliarent. Ideò Artemidorus libro primo, cap. 70. inter acria nominat iunctim ceu cognata, sesamum, lini semen, & sinapi. Galenus libro quinto, de Facultatibus simplicium pharm. lini semen inter illa habet, quæ & alimenti & pharmaci vsum præstent. libro autem septimo docet idem, solitum semen lini & frictum & non frictum mensis præparari. Plutarchus in libro de Iride, inter lini laudes ponit, quòd καρπὸν ἐδώδιμον ἀναδίδωσι. Idem erat & cannabini seminis vsus inter tragemata, vt scribit Galenus libro secundo de Facultat. aliment. In versu Aristophanis, Κολλύραν μεγάλην καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ' αὐτῇ. nescio quid mouerit interpretes vt κάνδυλον legerent. Scimus quid candylus fuerit olim, & quale cibi genus: sed errare fœdè qui eam vocem huc inferciunt, hoc quoque scimus. Omnes manu exarati Athenæi codices, κόνδυλον habent: ita etiam legit Eustathius. ita in Aristophane scribitur hodiéque. postremò antiquus comici enarrator de ea lectione ne dubitare quidem nos sinit. In ecloga ex Epilessmone Pherecratis, scriberem, Ὦλιν ὀβελίαν σποδίζ' ἄρτον δὲ μὴ προτιμᾶν. Olen proprium viri nomen. hunc monet, vt obelias quidem torreat & paret, sed ne pani anteponat: hoc est, vt obeliis vtatur, nõ vt ἐδέσμασι, sed vt ἡδύσμασι. Subiicitur ἰωνίτας ἄρτος ὁ προσαγορευόμενος λαμθίτας. Paulo pòst, vbi plura de hoc pane, scribitur ἰωνίτας. Vera lectio est εἰφνίτας. Hesychius, εἰφνίτας, ἄρτος ὁ τοῦ

ὁ λεκιθίτας. conuenienter Athenæo. *Lecithitæ* mentio fit libro octauo, in χελιδονιζόντων cantico. χελιδὼν καὶ λεκιθίταν οὐκ ἀπωθεῖται. ſed panem hunc in placentarum cenſum alij referunt. Euſtathius λεκιθίταν interpretatur, πλακοῦντα ᾧ παραμέμικται ὁ ὠοῦ λέκιθος. placentam cui admixtum oui luteum. quo illis mens, qui *lecithitam* dictum tradunt ob effuſum oleum, quia λήκυθος ſit *trulla olearia*? quot verba in his tot portenta. Non capio ſatis quod ſequitur, πανὸς ἄρτος. Μεσσάπιοι δὲ τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσματα. Vellem planius animi ſui mentem expoſuiſſet. nam hæc ænigmatis ſimilia. an hoc vult? πανὸν apud quoſdam Græcorum panem dictum fuiſſe. Eclogarius ita excerpſit, πανὸς δέ τις ἄρτος οὕτω καλεῖται, ὅτι Μεσσάπιοι τὴν πλησμονὴν πανίαν, καὶ πάνια τὰ πλήσμια φασί. etiam Mſs. meliores Athenæi πλήσμια ſcribunt non πλήσματα. Blæſus qui deinceps laudatur, illaudatus eſt auctor: nedum vt eius fabula *Meſotriba* nobis aliúnde ſit cognita. Libro 11. nominatur eius drama Σατοῦρνος, *Saturnus*. ex quo ſuſpicamur ſub imperio Romano vixiſſe illum & ſcripſiſſe. Heſychius vnus præterea quod ſciam è veteribus, Blæſum nominat duobus locis: quorum alter eſt in litera μ. alter in φ. vterque medicinæ egês. De nafto pane, & de voce νασὸς, cuius gratiâ tam acerbè Galenus exagitat Aſclepiadem, dicemus alibi ἀκριβῶς. Ad manum ſunt quæ de eo pane ſiue placenta ſcripſére Pollux, Heſychius, atque Etymologici magni auctor. Pro eo quod hîc ζυμίτης appellatur iſte panis, in Heſychio reperies ἄζυμιτος.

CAPVT XXIX.

Κνηστὸς panis raſilis. θρόνος βάκχυλος, σποδίτης, ἄρτων κιγκύφαλος. Ereſi περικύμων μαστός. panis Tegeaticus σπιθάλιος κός. Γοναῖς ἐκκρίνειν. Theario, Mithæcus, Sarambus, καπήλων ἰδύλια. collices *Theſſalici. Chryſippus Tyaneus.* Materia. Cappadocij *panes.* λάχμων *Syrorum.* boletinus.

Κνηστὸς ἄρτος ποιὸς παρὰ Ἴωσιν, inquit auctor ex Artemidoro Epheſio. Non explicant hæc, quale genus panis ita fuerit Ionibus appellatum. minus multò id ſcias ex Heſychio, cuius hæc, κνηστὸς ἄρτος, Ἀρτεμίδωρος. Cauſſam nominis ſuſpicatur fuiſſe Euſtathius, διὰ τὸ κνᾶσθαι ὡς εἰκὸς, καὶ οὕτω διαδίδοσθαι, quòd raſus diſtribueretur. Hodie panis imponendi menſis procerum cruſta inciditur, ac ferè tota adimitur. an hic eſt κνηστὸς, id eſt, *raſilis* panis? an κνηστὸν eum potiùs appellarunt quem idiotiſmus noſter, *pain gratté?* id enim eſt κνᾶν. Homerus ἐπὶ δ' αἴγειον κνῆ τυρὸν κνήστι χαλκείῃ· inde caſeus κνηστός. Similiter igitur dictus panis κνηστός. Libro 12. in deſcriptione candauli, qui fuit Lydorum cibus, γίνεται ἐξ ἑφθοῦ κρέως, καὶ κνηστοῦ ἄρτου, καὶ Φρυγίου τυροῦ. Vt probetur θρόνον panem quendam eſſe dictum, proferuntur Neanthis verba, ὁ δὲ Κόδρος τόμον ἄρτου τὸν καλούμενον, θρόνον λαμβάνει. probatio erit clarior longè ſi ſcribas, τὸν καλούμενον θρόνον. planior item oratio, ſi νέμει ſcribas in fine, pro νέμουσι. De pane *bacchylo* hoc tantùm Athenæus, eum eſſe qui dicatur Eléis σποδίτης. expectabam poſt iſta teſtimonium aliquod veterum ſcriptorum, qui bacchylum nominaſſent: nullum affertur: ſed Diphili, qui ſpoditæ meminit. Heſychius, Βάκχυλον, σποδίτην ἄρτον Ἠλεῖοι. vulgò edunt σποδίτης. In verſu Diphili, ἄρτους σποδίτας χρυσοφόρους πεδιφίρα, tertiam dictionem non dubito vitium continere. De eo qui ἀποπυρίας dicebatur & ζυμίτης, conſule ſi libet, in illis vocabulis Heſychium. Cratini verba inquinatiſſima ſunt, πρῶτον ἀποπυρίαν ἔχω ζυμιτομιάδου πλείους κιγκύφαλον. Lego, ἀποπυρίαν ἔχω ζυμίτην, μὴ δεῖ οὐ πλείω κιγκύφαλον. *habeo panis cineritij fermentati, non plenum reticulum.* κιγκύφαλον appellat quem γύργαθον alij Græci: Latini *reticulum panis*, vt dicebamus ad Theophraſtum. Poteſt etiam ita, ἔμπλεων γναφάλων, vt de aceroſo pane intelligamus. γνάφαλον, *tomentum*, pro acere tritici non inuenuſtè vſurpauerit. Strabo auctor eſt, Ereſum Leſbi oppidum, ſitam fuiſſe in colle, pertinuiſſéque ad mare. Hoc voluit Archeſtratus iſto verſu, ἐν Λέσβῳ, κλεινῆς Ἐρέσου περικύμονι μαστῷ. vbi ſcribi malim, ἐν Λέσβῳ κλεινῇ, κ' Ἐρ. Vox περικύμων impropriè loco tribuit, quem non ex omni parte pulſat fluctus. meliùs idem alibi, γίνεται ἐν Λέσβῳ περικύμονος ἐγγύθεν ἀκτῆς. Corrige ſequente verſu operarum errorem, ac ſcribe, λευκότερος αἰθερίας χιόνος. Legit dein Dalecampius, θεοὶ ὥσπερ ἔδουσι: noli ſequi: nam verum & rectum eſt, θεοὶ εἴπερ ἔδουσι ἄλφιτ', ἐκεῖθεν ἰὼν ἐρμῆς ἀγοράζει. *ſi dij veſcuntur panibus hordeaceis, illuc itat Mercurius vt inde panem ipſis comparet.* Simile eſt lib. 1. Varronis de Plauto, *Muſas Plautino ſermone locuturas fuiſſe, ſi Latinè loqui vellent.* Panem Tegeaticum σπιθάλιος κός vocat Archeſtratus, ſicut paulò antè Philyllius collabos πυρῶν ἐκγόνους. Antiphanis ſuper Atticis panibus allata ecloga ſic deſinit, Μίμημα χειρὸς Ἀττικῆς, οὓς δ' ἐν γοναῖς Θεαρίων ἐξέδειξε. Poſtrema verba difficultate non carent. γοναῖς interpretantur docti, *poſteris*, id eſt, ἐκγόνοις. quærant cui probent. Nos ſic, *quos panes Theariô Panathenæis edidit*, ceu artis ſuæ ſpecimen. Mos veterum omne genus artificum, ſolennibus feſtorum diebus de palma inuicem contendere. Non enim ſoli poëtæ ſuas fabulas committebant, verùm etiam omnes alij quicunque artis alicuius fiduciam habebant. Hæ ſunt quas Græci δείξεις, Latini *commiſſiones* paſſim vocant: de quibus non repetam quæ nota ſunt omnibus. dicam tantùm, verbum ἔδειξεν, hic aliter accipiendum non fuiſſe. γονὰς interpretor *Mineruæ feſtum natalitium* Panathenæorum & Quinquatriorum id fuit argumentum. Sequitur Platonis locus, & in eo hæc verba, Θεαρίων ὁ ἀρτοπώλης, καὶ Μίθαικος ὁ τὴν ὀψοποιίαν συγγεγραφὼς τὴν Σικελικὴν, καὶ Σάραμβος ὁ κάπηλος. hodie apud Platonem ſcribitur ἀρτοποιός, non

non ἀρτοκόπος, ex nupera viri docti emendatione: imo vt vides, corruptione. etiam Xenophon vsus eo vocabulo, vt obseruat Pollux. Thearió, Mithæcus, & Sarábus à Platone nobilitati, etiã in aliorum scriptis leguntur. Themistius oratione primâ: Μιθαικός τις ὀψοποιὸς ἦν ἢ Θεαρίων. Scribe apud eundem oratione 4. κάπηλος ὅτῳ ἢ αὐτοπώλης κομψότερος μικρῷ Σαράμβου καὶ Θεαρίωνος. Illa, ὁ Κάραβος, non sunt apud Platonem, imò verò, vt censeo, non sunt Platonis, sed Athenæi, variam scripturam codicum Platonis obiter indicantis. Lego audenter, ἢ Σάραβος, ὁ κάπ. sic quidam istum nominãt, non Sarambum. vide apud Tzetzem in decima chiliade. Pollux neque hoc neque illud, sed Sarabonem: si modo ita scripsit libro septimo, Σαράβωνα ὁ Πλάτων καπηλον ὀνόμασεν, ἐπαινῶν αὐτὸν ἐπ' οἰνουργίᾳ. plerique tamen *Sarambum* indigetant: in his etiam Dicæarchus, in Geographicis fragmentis. Apud Plautum celebris vinarij nomen est. *Exarambus.* in Asinaria: *Sed vina heri quæ vendidi vinario Exarambo.* Ego non memini eam viri appellationem vsquam apud Græcos legere. Ac fortasse *Sarambo* scripserant & Plautus, & Græcus ille comicus, quem poëta Latinus sequitur auctorem, & Aristides rhetor in Themistocle. Subiicit Athenæus ex Aristophane, ἥκω Θεαρίων, ἀρτοπώλιον λιπὼν, ἵν' ἐστὶ κριβάνων ἑδώλια. postremum verbum quia Græcum non arbitror, muto, ac scribo ἑδώλια. sic appellat baseis quibus insistunt cribani. illas dico æneas mensas sub testa poni solitas, quarum meminit Athenæus libro octauo, ἐπιθεὶς κριβάνῳ, ὑποθεὶς τράπεζαν χαλκῆν, ἐστάθευσε τῷ πυρί. In fornace calcaria solum lapide sternebant, qui dicitur Catoni *fortax*, cap. 38. vt coniiciebat magnus Turnebus. Ergo ita exponamus: *Adsum Thearion, relicto meo Artopolio, vbi sunt clibani.* κριβάνων ἑδώλια periphrasis, pro *clibani.* Furnis lateres erant subiecti, vt paulo pòst dicitur. Non multo pòst ex Ephippo, παρ' Ἀλεξάνδρου δ' ἐκ Θετταλίας κόλλικα φαγὼν κρίβανον ἄρτον. prima verba ita verte, *cùm edisset collicem ab Alexãdro è Thessalia missum* Alexander opinor, est Pheræorum tyrannus. Pheræ enim Thessaliæ oppidum. Collices Thessalici omnium optimi. Archestratus, Κόλλιξ Θεσσαλικός σοι ὑπαρχέτω. extrema sunt corrupta. Fortasse, κριβάνιον: vel ἐκ κριβάνου ἄρτον. In iis quæ mox loquitur Arrianus, agnosce reliquias veteris poëtæ, cùm ait, ἡμεῖς γὰρ ὅτι ἀλφίτοισι χαίρομεν. πλήρης γὰρ ἄρτων ἡ πόλις. si vná adiicias dipodiam, integri fuerint senarij duo. Ait Arrianus, ἐπεὶ καὶ ἄλλῳ Χρυσίππου τοῦ Τυανέως συγγράμματι ἐνέτυχον, *incidi in alium Chrysippi Tyanei librum.* cur ait alium? nihil enim præcessit quo istud referas. Scribe, ἐπεὶ κἀγὼ κ. & statim ἔρχομαι λέγων, non rectè positum, pro ἔρχομαι λέξων. Herodot. ἔρχομαι ἐρέων vel φράσων. Athen. non multo pòst, ἔρχομαι κἀγὼ λέξων τι περὶ αὐτῶν τὰ τῆς τέχνης. Chrysippum Tyanéum, ex quo tam multa recitat hic Arrianus, recentem Athenæi temporibus scriptorem fuisse, indicio sunt Romana vocabula quibus vtitur. vt, δεῖ δὲ τὴν ματερίαν αὐξομένην ποιεῖν. *Materia* Latinis est, quam vernaculus sermo noster *pastam* appellat. Plinius, *Durat sua Piceno in panis inuentione gratia, ex alicæ materia.* Panis *Cappadocij* etiam lib. 4. fit mentio in Carani nuptiis. προσεδόθη καὶ ἀργυροῦν ἀρτοφόρον ἄρτων Καππαδοκίων. Addit, τὸν δὲ τοιοῦτον ἄρτον οἱ Σύροι λαχμὰν προσαγορεύουσι. *Syris dicitur lachman iste panis.* Hebræis dicitur panis לחם *lechem*, Syris & Chaldæis לחמא *lachma.* Propiùs ad vocem *lachman* accedit Chaldaica dictio in Glossis Aruk, לחמניות *lachmanyoth:* quam interpretantur de vltimis mensæ ferculis. Sed monuit me, ex aliorum Rabbinorum commentariis, Petrus Cheualerius, vir linguæ sanctæ dum viueret peritissimus, mihique ob singularem pietatem & morum probitatẽ charissimus, לחמניות Syris fuisse appellatas, quas nos Francoceltæ vocamus *obleas*: de quo satis diximus in præcedentibus. *Boletinus* & *bolites* videntur esse quem alij βωλίαν. Hesychius tamen mazam non panem nominat. Βωλία, ait, βωλίς. μάζης εἶδός τι ἐν ταῖς θυσίαις. Vox Romana est *tracta* vbi scribitur, εἰς δὲ τὰ κατωρυγμένα καλούμενα τράκτα, μιγεὶς ὥσπερ καὶ εἰς ἄρτον. Quid essent *tracta* vel *tractæ* in panificio, exposuit pridem Iosephus Scaliger ad Tibullum. inde reperiet studiosus lector. frequens vox Catoni in placentarum confectione.

CAPVT XXX.

Explicatur Diogenis dictum, placentam *appellantis* panem probè confectum. *Placenta præcipua veterum delitia. Σεμίτης panis, διαγόνης, δίπυρος, ἐσχαρίτης & ἐγκρυφίας, ξηροπυρίτης, κυλλῆστις Ægyptius. ὀξύζωμον panis βλῶμα, βλωμός, buccea, quadra. Βρωμίτης. φθοῖς, μᾶζα τετριμμένη & ἄτριπτος. καρδαμύλη, τολύπη. Mos veterum, sumendi aliquid de re sacra, quod ὑγίειαν vocabant. Sanitas Romæ præmij loco data.* Danaides *Aristophanis.* Dalnis *Apollophanis.*

VETVS dictum est, non oportere τοῖς ἡδύσμασι vti, ceu ἐδέσμασι. hæc sunt alimenta, quibus necessariò vescimur, vt exhaustas corporis vires reficiamus: illa sunt scitamenta, quibus appetitum irritamus. Perditissimi catillonis sit, non alimentis velle ali, sed gulæ irritamentis. Hoc discrimẽ sublatum iuit Diogenes Cynicus, cùm auiditate magnâ placentam vorans, (Gregorius Nazianzenus σησαμοῦντα ait fuisse: scribens in priore Iulianéa, non sine allusione ad hanc historiam, Diogenem præ cupediarum amore postposuisse τοὺς εὐτελεῖς ἄρτους τοῖς σησαμοῦσι) interrogatus quid ederet, *panem*, inquit, *probè confectum.* cuius responsionis obscuræ multis, vis patet ex iis quæ antè diximus. Significauit enim canis impurus, sibi esse ἐδέσματα, quæ sint alis ἡδύσματα, neque vllum se inter illa discrimen facere. Frugi hominibus placentæ ad oblectationem, panis ad

nutritionem estur. Porrò in hoc maximè genere cupediarum gulæ dediti homines olim deprehensi. Libro septimo. Epicuréus quidam icadista pro mortuo dicitur elatus placentâ feruente deuoratâ. Horatius,

—Porcius infra
Ridiculus totas simul absorbere placentas.

Propterea dicebat Bion, *μὴ δυνατὸν εἶναι τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν, εἰ μὴ πλακοῦντα γενόμενον ἢ Θάσιον*: *non posse aliquem vulgò omnibus placere, nisi placēta fieret, aut vinum Thasium.* Hieronymus ad Marcellam, *Non sunt suaues epulæ quæ non placentam redolent.* Et de eo quem cibus non iuuat, parœmiacè dici solet. Hic ne placentam quidem libenter edit: Chrysostomus homiliâ 2. ad populum Antiochenum: *ὁ μὴ τὴν χρείαν ἀναμένων, κἂν πλακοῦντας εὕρῃ κειμένους ἀηδίζεται τῆς ἡδονῆς, τῆς ὀρέξεως αὐτὴν μὴ διεγειρούσης.* Hinc illud prouerbiale dictum de re gratissima, *melle & placentâ frui.* Seneca epist. 53. *amicos incolumes cogitare, melle & placentâ frui est: eorum qui fuerunt retractatio, non sine acerbitate quadam iuuat.* Probo mox λοπαδάγχαι scribi: vt emendant docti, non λοπαδάγχναι. Similes sunt voces in hoc scriptore λοπαδοφυσηταί, & λοπαδαρπαγίδαι. De pane *thargelo* habes apud grámaticos. de *thalysio* etiam apud Theocriti interpretes, in eius poëtæ Thalysia. Σαμίτην panem inuenio nusquam: itaque lego, καὶ τὸν σησαμίτην. Sed placet omnino lectio quam subiecit nobis epitoma Hœscheliana, in quâ verba hæc, καὶ τὸν σαμίτην, isto loco non habentur: sed paulo mox hoc modo, ἔστι δὲ καὶ ὁ σησαμίτης καὶ ὁ πυραμοῦς διὰ σησάμων πεπεμμένος, καὶ τάχα ὁ αὐτὸς τῷ σησαμίνῳ ὤν. in Excerptis quidem σαμίτης scriptum est, sed quis non videt σησαμίτης esse scribendum necessario, hac admissa verborum texturâ. Scribendum, ὃς ταῖς ἀρρηφόροις γίνεται. De arreforiis festo, & virginibus arrephoris, Harpocration, Suidas, alij. διαγόνας, explicat Hesychius, οἱ παρεστήκασι ταῖς θεαῖς. Pro, ὅτως καὶ δηλοῦνται, malim, ὥστε καὶ δηλοῦσθαι. Præterea suspecta sunt, χαλώμενον δὲ ἄρτον ὑπὸ Θεσσαλῶν. panis δαράτου suprà facta mentio, ex Nicandri Glossis. Scribe etiam ἐτνίτην & ἐρεγμίτην. non est diuersa ratio nominis, nam etiam ἔτνος est ἐρεγμός, siue πυρὸς ἐρηρεγμένος. *Xeropyritam* alibi non memini legere: memini *Pseropyritam* adnotare apud Hesychium. vbi suspicio mendæ non habet locum. Eius verba sic eduntur, ψηροπυρίτας, ἄπυρος ἄρτος· οἱ δὲ πυραφθής. οἱ δὲ κακός. Dubitare non possumus de eodem pane vtrumque loqui; imò eiusdem glossographi verba vtrumque describere. Hesychium, si quid iudico, sui codices in errorem induxerunt: longè enim Athenæi lectionem antepono. Ægyptij, inquit, τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον κυλλᾶστιν καλοῦσι. Eruditissimus Dalecampius, ὑποξίζοντα ἄρτον interpretatur *subacidum panem.* sic *acidas* vel *acidulas aquas* vocant Latini, quæ Græci ὀξίζοντα ὕδατα. Alio tamen nos rapit auctoritas Iulij Pollucis, qui pro ὑποξίζοντας dixit, τοὺς εἰς ὀξὺ ἀνηγμένους, *fastigiatos,* vel *turbinatos,* ad instar sorborum. Hesychij locum fœdè corruptum non præter rem hic correxero. Κυλλάστις ἄρτος τις ἐν Αἰγύπτῳ ἀπὸ ῥιζῶν ἐξ ὀλύρας. cedo istas radices ex quibus conficitur cyllastis. at enim si fit ex radicibus, quomodo ex olyris? De radicibus olyræ sentit fortasse glossographus. minimè; nam & repugnant verba huic interpretationi: & Herodotus, a quo & Hecatæo sumpserunt omnes. ἀρτοφαγέουσι δὲ, inquit, ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι. Quid plura? Scribendum aio ex Athenæo, ἄρτος τις ἐν Αἰγύπτῳ, ὑποξίζων, ἐξ ὀλύρ. Scaliger vero scribebat, ἄρτος τις ἐν Αἰγ. ἀπὸ ὀρύζων, ἐξ ὀλ. De cyllaste, infrà iterum lib. 10. Quàm variè autem nomen hoc scriptum reperiatur, ante nos aliis obseruatum est. *Danaidum* Aristophanis, Pollux lib. 10. cap. 4. meminit, & alius multis locis: item comici scholiastes ad Plutum, suorúmque in eam fabulam commentariorum. In ecloga Alexidis posteriores versus ita distingue.

Ἔπειτα δύ' οἴσω δ' ἄνω,
Ἀτυχεῖς μὲν ὀκτώ, τῶν δὲ Φαιῶν τοὺς ἴσους.

Penultimi versus omissa pars est, quæ ad institutum nihil faciebat. qua de re plura diximus alio loco. Scribo cum Hesych. βλῆθα, non βλῶμα. eundem consule de voce πυρίς: nam variè exponitur. βλωμὸς est *buccea tenuis* siue *parua.* Hesych. βλωμὸς, ἰσχνὸς ψωμός. inde βλωμιαῖοι ἄρτοι, qui incisiones habent, & diuisi sunt in paruas bucceas. imò verò in quadras. nam ideò subdit, Latinis *quadratos* dici hos panes. βλωμὸς igitur *quadra* est, non *buccea.* quod Hesiodi declarat versus, de alimento operarum rusticarum, Ἄρτον δ' ἀνύσας τετράγλυφον ὀκτάβλωμον. ineptum est arbitrari rustici hominis famem octo bucceliis posse expleri. At quadræ maiores erant, pares in formando pane solitæ notari. Virg. in Moreto,

—iámque subactum
Format opus, palmisque suum dilatat in orbem,
Et notat impressis æquo discrimine quadris.

Quod sequitur, βρωτίμην τε καλέουσι τὸν πιτυρίτην ἄρτον, suspectum est de mendo. Falluntur, qui ex hoc loco vocem βρότιμος referunt in censum panum: nam omnia panum nomina vel cognomina, eiusdem sunt generis cum ἄρτος. igitur rectum esset, βρωτίμης. ne id quidem placet: est enim contra analogiam. Scribe, βρωμίτης. Videntur βρῶμον non solùm pro graueolentia vsurpasse: verum etiam pro insuauitate & αὐτῇ ἀηδίας. ex eo panis furfuraceus appellatus βρωμίτης. Auctore Athenæo φύστην vocarunt Athenienses, mazam τὴν μὴ ἄγαν τετριμμένην, *non multum subactam.* Hesych. ait τὴν ἄτριπτον. & magnus Hippocrates ἀτρίπτου μάζης sæpius meminit, opponens ei τὴν τριπτήν. Reperio etiam panes ἀτρίπτους apud Aristotelem, Problem. sect. 21. Mazæ nomen in editis libris est καρδαμάλη. itémque in Hesychianis. literulâ tamen mutatâ καρδαμύλην scribendum arguunt Eclogæ auctor & Eustath. βίραξ magnæ mazæ nomen: sed de

nomine

nomine βάραξ siue βήραξ diximus lib.4. cap.7. *Tolypæ*, mazæ à figura sic dictæ. Lanam purgatã & carminatam in globos componebant, qui postea colo aptabantur. id vocatur τολύπη. Inde igitur tolypæ placentæ, vel liba potius, à similitudine formæ nominantur. & lib.13. Clementi Alex. inter orgiorum τὰ ἄγια numerantur σησαμᾶς πυραμίδες, τολύπαι, καὶ πόπανα πολυόμφαλα. De hordeo Achilleo consule Theophrastum, Galenum in Lexico Hipp. & cùm de hoc, tum de Achillea maza Eustathium. *Dalnidem*, Apollophanis fabulam nusquam, si satis memini, inuenies. Legebam Δαναΐδι, vt alibi in his libris: vel certè Δαυλίς, nam Suidæ nominatur inter huius poëtæ dramata Δαλίς. Item aliud *Iphigeron*, cuius meminit Harpocration in ἀδελφίζειν. Alcmanis verba sic scribe, θεοδαισίοις τε καὶ κειβανώτος, vt in epit. Moris fuit apud veteres, vt qui Deorum templa adirent, domum inde aliquid referrent bonæ tcæuæ gratiâ: putà vel libi frustulum, vel vnguenti aliquid, vel denique frondem virentem. Zeno Veronensis in sermone de Continétia, loquens de vxore infidelis fideli. *& si quod fortè acceptum relatumue fuerit à fanatico solemne mysterium, ipsa suscipis, ipsa reponis, ipsa custodis.* Valetudini conducere illud quidquid esset, quod è loco sacro abstulissent, publicus fuit populorum Græciæ error: propterea decermini illi fecerunt nomen ὑγίεια, *sanitas.* Hesychius, Ὑγίεια ἄλφιτα οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένα· καὶ πῦρ τὸ ἐκ θεοῦ φερόμενον, ἔτι μύρον, ἔτι θαλλός. de hac hygiéa Athenæus hic loquitur, *Sanitas appellatur maza, quæ in sacrificiis datur, vt degustetur.* Non dicit morem hunc fuisse, vt libum istud domum referrent, qui Deos venerati erant. Videtur fuisse liberum, vel ibi statim absumere: vel diutius seruare apud se. Etiam in sacris populi Romani, *sanitas* aliquando dabatur præmij loco: sed is ritus diuersus est. Adi ad Plinium lib.27.cap.7.

CAPVT XXXI.

Percurruntur pseudohesiodi versus. Bosporus ταριχόπωλος. οἱ πιθόγαστροι. cybia quadrangula. ἀδαλὲς. ἁλιτρυχεῖς, *piscatores salsamenta* ἀμφάλαξ πλέοντα. τὰ θύννια βίκοι, *orca salsament.* Samij *Cratetis. Alexidis drama* Ἀπεγλαυκωμένος.

ABSOLVTO eo sermone, quem de panibus conuiuæ habuerunt, transit auctor ad salsamenta. Initio proferuntur versus 13. quos Euthydemus pro Hesiodéis in libro de Salsaméτis protulerat. Sed næ fuit hic homo aut imperitus vehementer, aut impudens insigniter, qui putauerit reperiri posse tam fatuos lectores, quibus id probaret. Stultitiam hominis, siue fraudem, doctè hic Athenæus coarguit, validissimisque rationibus confutauit. Versus sunt neque docti, neque elegantes, neque πίνον illum vetustatis vllo modo redolentes. Hæc fuére illorum vitia iam olim: nunc isthoc ampliùs, etiam mendis deformibus sunt inquinati. Quibus otij plus est quàm nobis, & maior rei coquinariæ peritia, iis nos emendationem huius μαγειρικῆς ῥήσεως non inuidemus. Interpretes quid præstiterint, quid nos præstare valeamus, ex istis lector cognoscat. Versus primus & secundus ab Eclogario pro deploratis habiti, nobis non sunt emendabiles. Vir doctus, quem nullæ salebræ toto opere cogere potuerunt, vt subsisteret, emendabat, πρῶτον μὲν φακὸν ἢ κεχθὴν, τὴν ἐπὶ θοίνην. quantò erat tutius tacere quàm adeò absurda loqui? Nos verba auctoris præstare non possumus, mentem possumus & loci totius sententiam. Loquitur enim de confectione salsamentorum: pendétque hic versus à voce τμήσοντες, initio quarti. illo igitur continebantur necessariò piscium & cetorum partes, ex quibus salsamenta constabant: putà, caput, κλεῖδες, ἦτρον vel ἤτριον, ὑπογάστριον & omnia intestina. fuére etiam partes quas vocarunt τραχήλους & ὤμους, etsi propriè neque collum, neque armos habent pisces. Ita interpretor quæ sola supersunt rectè scripta verba, ἀμφήκες στόμα, de ore scombri aut thunni vtrinque acuto: cætera non possum emendare. Ex iis quæ diximus, facilè qui erunt acutiores emendabunt. Ita vice cotis fuerimus functi. In secundo, ὠδεξαντο pro ἠδέξαντο, placebat scribi: sed hoc quàm vniuersæ sententiæ conueniat non video. In tertio legendum, οἷς ὁ ταριχόπωλος ἄδε Βόσπορος. piscatores & cetarios Ponticos intelligit. pleraque salsamenta è Ponto afferebantur in Græciam. Ideò Bosporum vocat ταριχόπωλον, *plenum salsamentorum.* res clara: nec opus testimoniis, quæ in his libris multa. Scribe etiam, οἱ πιθόγαστροι. *quibus venter instar dolij est.* non πυθόγαστροι. gulæ deditos vocabant γάστρωνας, πίθους, ἀσκούς, & θυλάκους, vt ad Theophrastum dicebamus. sic & Dalec. scribit, sed aliter interpretatur: quod non probo. Quartus ita habet, τμήσοντες, τετράγωνα τὰ χυτρία πάντα. ingeniosè Dalec. τὰ κύβια πάντα. nam cybia fuisse dicta quædam salsamenta, certum. illis verò optimè quadrat τὸ τετράγωνα. sic enim multa propter quadratam figuram à cubo sunt denominata. Sed abit longè hæc emendatio ab edita scriptura: etiã eo nomine suspecta, quòd τὸ υ in ea voce semper auctores corripiunt. Scribo τετράγωνα τάριχη πάντα, vel τὰ ἦτρια. quanquam hoc non placet. Quintus versus, Καὶ μὴν οὐκ ἀδαλὲς θνητοῖς γένος ὀξυρύγχου, putarunt ἀδαλὲς esse idem atque ἀηδὲς, *insuaue.* verte, *certè quidem mortalibus non est innocuum genus oxyrinchi.* Hesychius ἀδαλές, ὑγιές. quippe δαλεῖν est *lædere*: vnde δηλητήρια *venena.* In 6. scribo, ἁλιτρυχεῖς, *piscatores*: ἁλὶ τρυχόμενοι. Septimum versum, Καὶ σκόμβρον βυθίων τε καὶ οὐχ ὅρτου λιβιβάτων, qui concinnarem multa veniebant in mentem: quod probarem, nihil succurrebat. Plus animi fuit Dalec. qui de raja hîc agi diuinauit: eam puto, intelligens, quæ Græcis λειόβατος. Sed rajæ isti

quis locus inter salsamenta? aut quomodo τύχος dicetur λάβαξ? In octauo scribe κολιῶν, cum interprete. κολίας enim non κόλιος dicitur. Reliquos versus ita scribe & distingue,

ξένιον δ' ἀνὰ κῦμα φυγὼν Γαδ' εἰρῶν ἄξα
βρέττιος, ἢ Καμπανὸς, ἢ ἐξ ἀγαθοῖο Τάραντος,
ὀρκύνοιο τρίγωνα, τά τ' ἐν ςάμνοισι τεθέντα
ἀμφάλλαξ . . . . δάπνοισιν ὀπηδεῖ.

In lacuna deest μακάρων ἀνδρῶν, aut alicuius salsamenti nomen: vel aliud quid simile. Sensus est, salsamenta ex orcynis & vetulis thunnis, è Gadibus & freto Herculeo deferri in Græciam ab Italis mercatoribus, Brutiis, Campanis, aut Tarentinis. Salsamenta multa nomen à figura habebant: vt melandrya, cybia, tetragona, & trigona, quæ hîc nominantur. Pro ἀμφάλλαξ, nescio quid legerit Dalec. qui vertit, *hilares*: quasi esset ab ἀλαλάζω. Non est dubium, τιθέντα ἀμφάλλαξ dici frusta salsamentorum in orcis collocata, aliud super aliud. ἀμφάλλαξ valet ἐνάλλαξ. Rectè mox legit Dalec. ὑμῶν ἐςὶ κοινὴ. nam criticus fuit Leonides, quem alloquebatur Dionysiocles professione medicus, quemadmodum cap. 18. dictum est. Illud quod statim sequitur, τῶν δ' πίονων τὰ θύννα. Dalecamp. *ex pinguibus verò τὰ αὐχένια, id est, ceruici, faucibus, clauiculis propinqua.* Musarum fidem! vnde hæc inaudita lectio? ad cuius interpretationem tot verba necessaria. omnes libri, etiam Eclogarij, etiam Natalis habent θύννα, vel θύννία, aut θυννεῖα. cur mutauit? eadem verba iterum recitantur paginâ 120. vbi constat sibi Dalecamp. neglecto librorum omnium consensu. quod eò magis mirum, quia illo in loco post ista verba, statim subiicit auctor explicationem vocis θύννα. Sequuntur versus Archestrati, quorum primus non est integer. In secundo, βίκοι appellantur orcæ fictiles magnæ, in quibus salsamenta habebantur. Auctor Excerptorum scribit, ὅτ' ἐν κύδασι ταριχεύεσθ' ἔμελλεν. sed βίκοισι confirmat Eustathius. βίκοι, inquit, πάντα τὰ ἐπὶ μαζόνων ὀςρακίνων σκευῶν, ὡς ἐμφαίνεται ἐν τῷ, Σικελὰ θύννε τέμαχος, τμηθὲν ὅτ' ἐν βίκοισι ταριχεύεσθ' ἔμελλεν. Mox addit Eustathius, vas istud βιτίναν à vulgo appellari τῶν καινολεκτούντων. Cratetis comœdiam *Samios*, laudant parœmiographi in prouerbio, ἴσπερ γηράσκοντι τὰ μέσα κύκλ' ἐπιβάλλει. & Pollux lib. 7. cap. 24. Quæ de *elephantino salsamento* inde afferuntur, griphi habent speciem. ἐλεφάντινον τέμαχος interpretari licet, durum instar corij elephantini: cuius durities vel ex ioco Plauti nota: *Herus meus elephanti corio circumtectus est.* Aut siccum exsuccúmque salsamentum intellexit: *eburnum* vocans, quia splenderet, vt cornua laternarum. Fauet huic interpretationi vox λαμπρὸν, in subiecto Aristophanis loco. Potest etiam ita esse dictum ceti frustum maximum salitum, vltra vsitatum modum. Antiphanes, καταβεβρωκὼς σιτία ἴσως ἐλεφάντων πλάγων, id est, plurima. σκυτίνη χύτρα, est *olla croiacea.* ἕψε, est ab ἕψω, vertendúmque *coquebat.* Pro πινακίοισι κύμασι, suspicor scribendum, πινακίσκα. Cætera non assequimur: imò fortasse assequi ἀδύνατον, amissa Cratetis fabulâ. In versu 2. Aristophan. τί κράτιστι scribo non τῷ Κρ. & ἐκόμιζεν, opinor melius quàm ἐνόμιζεν. Drama Alexidis non semel ab Athenæo citatum, sub nomine Ἀπεγλαυκωμένου, in cuiusdam contumeliam editum videtur, quem poëta fingebat mutatum in γλαῦκον, id est, *piscem glaucum*, vel, *marinum Deum*, vt erat Glaucus, aut in γλαῦκα, *noctuam.* Hoc Græci dicunt vnâ voce ἀπεγλαυκῶσθαι. Titulum igitur fabulæ huius scribe, cum Dalecampio vbique, Ἀπεγλαυκωμένος: vt ἀπειλημμένος, & similia, de quibus lib. 2. cap. 15. Sic legit & interpretatur Galenus apud Hippocratem ἐγλαυκωμένος, pro quo est hodie scriptú in 7. Epidem. ἐκγεγλαυκωμένος. Locus è fabula Πονῆρα, *Ærumnosa*, vel Πονηρὰ, *Improba*, descriptus, sic desinit in omnibus libris: ἀεὶ ἕψων ποτὲ μυελὸν, ἀφύων, ἐπαγαγόντας σιλφίῳ. vidit acutè eruditiss. Dalec. nullum hîc esse locum voci μυελόν. scripsit igitur μαλακὸν ἀφ. quæ mutatio sicui alienior videatur, statuat ille de nostra, ἕψων ποτ' ἐς πύελον ἀφύων. *coctum exactúmque in patinam coniici* πύελον grammatici interpretantur λεκανίδα, patinam grandiusculam intelligo. Sed vt ne dissimulem, parum mihi hîc liquet.

CAPVT XXXII.

Differentia inter συμβολὰς & σύμβολα. Κωμάζειν ἀπὸ συμβόλων. Pollucis duplex error notatur. Prouerbium, Ne symbolum quidem habet. *alia nonnulla.*

SEQVVNTVR versus plusculi ex Apeglocaumeno Alexidis descriptis quorum mentem vt faciliùs capeαremus, vtiliter admonet nos Athen. quis illos apud poëtam pronunciarit. Ait igitur, ἐν τῷ Ἀπεγλαυκωμένῳ συμβολάς τις ἀπαιτούμενος φησί. Hic verò Dalecamp. *ἀδὲν ὑγιὲς*: quem multi loci arguunt, nullum inter συμβολὴν & σύμβολον discrimen statuisse. Atqui συμβολὴ est collatio eranistæ ad conuiuium: quisque enim quod ad manum erat conferebant. Eæ partes dictæ συμβολαὶ, & conuiuium huiusmodi ἔρανος, vel δεῖπνον ἀπὸ συμβολῶν. Mutato verò genere σύμβολον vocabant anulum, vel quiduis aliud arræ loco solitum dari ei sodalium, qui iubebatur cœnam parare. Terentius,

Heri aliquot adolescentuli coiimus in Piræo,
In hunc diem vt de symbolis essemus: Chæream ei rei
Præfecimus, dati anuli: locu, tempus constitutum est.

Apud Lucianum mater obiurgans filiam, quòd amasium suum nimis amaret, nimisque ei fideret: οὐδὲ ἕν, ait, πρώην μὴ ἔχοντι αὐτῷ καταθεῖναι συμβολὴν; τὸν δακτύλιον δ' ἔδωκας ἀγνοούσης ἐμῦ. ὁ δὲ ἀποδόμενος κατέπιε. De hoc anuli vsu loquitur Plinius lib. 32. *Celebratior anuli vsus cum fœnore cepisse debet: argumento est consuetudo vulgi ad sponsiones etiamnũ anulo exiliẽte, tracta ab eo tẽpore quo*

nondum

nondum erat arra velocior. Plinij opinionem firmant vetustiores scriptores. Theophrastus in fragmento quodam, vbi disputat de forma & iure contractuum, πέπηνσι δέ τινες ἐπὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα πόσον δεῖ διδόναι, πρὸς τὸ πλῆθος τῆς τιμῆς μειζόντες. ἄτοπον γὰρ ἐὰν δακτύλιον δῷ τῶν δέκα ταλάντων. Nó solùm autem anuli continentur appellatione συμβόλου, sed generaliter quicquid arræ loco datur. Lysias in oratione de Aristophanis pecuniis, λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ Βασιλέως τῆς μεγάλης φιάλης χρυσῆς, ὡς Ἀριστοφάνην λαβεῖν ἑκκαίδεκα μνᾶς ἐπ' αὐτῷ. Quin & tesseræ illæ, quarum olim in contractibus vsus, loco præsentis pecuniæ, σύμβολα dicebantur. Sic apud Theophrastum in Characteribus, ab eo qui lucat pendere debuit, pro pecunia exhibetur σύμβολον. De his symbolis accipiendum quod scribit Isidorus lib. 5. *Veteres quando aliquid sibi promittebant, stipulam tenentes frangebant: quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant.* Describit Isidorus tesseram ligneam, qualis olim fuit interdum quâ vtebantur qui ius hospitalitatis inter se colebát, vt ex Euripidis scholiaste aliisque discimus. Plautus imaginem ceræ impressam, & similem visum relictam, vocat *symbolum*, sed genere masculino:

Ea caussa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex anulo suam imaginem:
Vt qui huc afferret eius similem symbolum,
Cum eo simul me mitteret.

Idem poëta Bacchidibus:

Eo præsente homine, ostendit symbolum
Quem tute dederas, ad eum vt ferret filio.

Postea symbola dicta sunt pacta inter diuersos populos, quibus totum ius cómercij inter ipsos cótinebatur. hac notione vsurpat illam vocem auctor orationis περὶ Ἀλοννήσου, vbi multa de iis. Inde dicta ἡ ἀπὸ συμβόλων κοινωνία: cuius meminit Aristoteles initio tertij Politicorum, & alibi. Cæterum quia olim in frequentissimo vsu positum, vt anulum darent pro symbolo, veteres grammatici ἁπλῶς σύμβολον exposuerunt *anulum*. quibus accedit Plinius libro iam dicto. *De nomine*, ait, *anuli ambigi video: Græci à digitis appellauere: apud nos prisci vngulum vocabant: postea & Græci & nostri symbolum.* Hæc quia vulgo parum cognita esse animaduertimus, visum explicare paulo diligentiùs. Sed nostris hominibus facilè ignosco: cum videam harum rerum inobseruãtiâ doctissimum Pollucem errasse errorem crassissimum. Scribit ille lib. 9. ἐγὼ δ' ἂν καὶ σύμβολον βραχὺ νομισμάτιον, ἢ ἡμίτομόν τι νομίσματος. Putat symbolum pecuniæ certæ nomen esse: eámque fuisse ἡμίτομον, & semicirculo similem suspicatur: affert deinde suæ vtriusque sententiæ argumenta. prius elicit ex his Hermippi verbis in Phormophoris (ita enim emendari debet vulgata lectio φορμοφόροις.) παρὰ τῶν καπήλων λήψομαι τὸ σύμβολον: posterius ex istis eiusdem: οἴμοι τί δράσω σύμβολον κεκαρμένος; Vide verò quam facile sit in hoc genere litterarum errare ac decipi. Nam falsam esse Pollucis opinionem, ex iis quæ iam diximus patet. Priorem Hermippi versum pronunciabat aliquis, à caupone anulum simul repetiturus, & pecuniam daturus, ita enim fieri solitum: & ita interpretáda isto loco Athenæi verba, σύμβολά τις ἀπαιτούμενος φησί. quæ ineptissimè ab interpretibus versa, sic exponi debent, *quidam à quo symbola repetebantur, sic ait.* Ex verbis poëtæ apparet, cauponem illum fuisse, qui pro anulo rationes afferebat suas, ex quibus probabat amplius se in conuiuium impendisse, quàm quanti erat datum symbolum, atque ita rationes quidem parent: sed anulus οἴχεται. Iure enim suo vtitur qui datum arrabonem vendit, non solutâ pecuniâ ἐν τῷ ὡρισμένῳ χρόνῳ, vt ait Theophrastus. neque dubium est, caupones, genus hominum scelestissimum & fraudulentissimum, incautos adolescentes hac fraude solitos sæpè afficere. Quare alterum Hermippi locum, cuius adeò mirabilem interpretationem commentus est Pollux, horsum traho, & verto, *Hei mihi quid faciam symbolo emunctus?* κεκάρθαι siue κείρεσθαι, vnde Latinum *carere*, eleganti translatione dicitur, qui aliquâ re spoliatus est & emunctus. Notum illud,

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν. quod vertit Tullius,

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.

Neque tamen nego loco symboli vel tesseræ, fuisse aliquádo vsurpatos dimidiatos nummos, & vt appellat Pollux ἡμιτόμους, *segmenta dimidiatorum nummorum.* Scio enim illustre eius rei exemplum extare in nostris etiam historiis, quum res gestas explicant Childerici Francorum regis. Sed nihil ad hoc versum Hermippi. Quoniam autem symbolum non dabatur, nisi ab iis qui præsente pecuniâ deficiebantur: ex eo natum prouerbium de homine paupere, *Ne symbolum quidem habet.* Archippus in fabula, Ἡρακλῆς γαμῶν. Ἀνδρῶν ἄριστος καὶ μάλιστ' ἐμοὶ ξένος, Ἀττὰρ παρ' ἐμοῦ γ' ὤν, οὐκ ἔχω οὐδὲ σύμβολον. laudat hunc quoque locum Pollux, & cum aliis malè interpretatur. Ex his clarum, quid sibi velit Heraclitus in eximia illa ad Hermodorum epistola, cùm ait, γελάσω τοὺς ἐν ξυνδείπνοις γινομένους διὰ δακτυλίων πλέονας; Sensus est: non risurum se, verùm fleturum potiùs stultitiam eorum, qui in tenui re cùm sint, atque etiam fortasse egestate nedum paupertate, conuiuia tamen assiduè datis anulis celebrant.

CAPVT XXXIII.

Mus piscis. cichorea inter edulia. delcanus *piscis.* Delco *fluuius:* Delcus *lacus.* λιπαστὴς ἐπὶ λιβανός. γναθίδια *siue* ἀγναθίδια. οὖδος *grammaticus.* τίλλον μέγιστον. *Sopatri Paphij fabula* Μυστακοῦ θητεῖον. *Tyriorum* cottana *&* lepidium. *Platonis fabula* Ζεὺς κακούμενος. *Aristophanis* Δαιταλεῖς. πάριχος, *homo nihili.* πλυνεῖν, maledicere. *Cratetis drama* Feræ. *Hermippi* Artopolidos πάριχος πίνει, *Chionida comici* Mendici *&* Heroës.

NVnc Alexidis verba percurramus: quæ quidē vti diximus, ab eo proferebantur, qui accepto symbolo pignoris loco conuiuij sumptus fecerat: siue ille caupo fuit, siue vnus sodalium. Is igitur symbolum repetenti, his verbis respondet,

Πλὴξ ἐμοῦ δ' ἐὰν μὴ καθ' ἓν ἕκαστον πάντα δῷς,
Χαλκοῦ μέρος δωδέκατον οὐκ ἂν ἀπολάβοις.

Falleris, inquit, si speras te recipere à me vel tantillum posse eius quod pro symbolo mihi tradidisti: nisi omnia priùs sigillatim solueris, quæ in epulas à te imperatas insumpsi. Ait Χαλκοῦ μέρος δωδέκατον, *chalci duodecimam partem*, pro eo quod est, vllam vel minimam partem. χαλκοῦς æreus fuit nummus pretij minimi. Videtur iste pro symbolo accepisse aureum aliquē vel argenteum nummum magni pretij. In tertio versu scriptum, ἀβάκιον ψῆφον λαβ. corrigo ἀβάκιο ψῆφον λαβέ. Versu 4. εἰς ὀμοτάριχος πέντε χαλκῶν. Dalecamp. δέκα χαλ. sine auctore, quod sciam: & versus respuit. 5. Μῦς ἑπτὰ χαλκῶν. *Mus septem chalcis*. Dalec. *Marina testudo*. Quid audio? an ignorabat piscem esse qui *mus* appelletur? at quoties eius mentio in hoc auctore? 6. distingue, λέγε. τῶν ἐχίνων ὀβολός. ἀγνύας ἔτι. In 7. & 8. parum mihi satisfacio. 9. ita editur, σίνηπ κιχαρίων γε οὐκ ἔπραξάτ' οὐδὲ ἕν. mendosissimè. Scribebam. Τῶν γοῦν κιχορίων οὐκ ἔπραξά σ' οὐδὲ ἕν. qui de caritate cæterorum quæreris, ea saltem quæ leuia sunt, vt cichoréa, gratis habuisti. quæ subijciuntur de olerum caritate, fauent huic sententiæ. κιχόρια ciborum in censu ponit Iulius Pollux. Horatiüs,

Me pascunt oliuæ, Me cichoréa leuésque maluæ.

Quo autem modo pararentur à coquis, habes apud Galenum ex Erasistrato, in libello de Sectione venæ apud Erasistratéos. Antepenultimus est, πλατὺ πυριὸς κώνιον, ὅτ' ἐν ἐπιτίλα. Scribo, ἐπειὴ τ' ἐπὶ τίλα. *Delcanus* piscis, auctore Euthydemo, à Delcone fluuio nomen inuenit: vel quod ego probem magis, à Delco Lacu, cuius reperio mentionem apud Hesych. qui etiā ἰχθυοφόρον, *piscosum* vocat. Sequitur, τὸν λεπτὸν λεβιανὸν ὀνομάζων. Postremæ vocis primas literas temerè repetitas censeo, errore translatitio. nam λεβίαν ὀνομάζων scripserat auctor, vt puto. *Lebia* piscis alibi mentio, *lebiani* nusquam. lebiam dictum fuisse & leptinum scriptum alibi non est. hepatum & lebiam eiusdem piscis diuersa nomina inueniri, sciunt eruditi: quos velim de hoc loco statuere. Mox μεθ' ὃς πῶς ζωμὸν. scribe μεθ' ἃς πῶς ζῆς. & statim, … χαλκῶν γνοῦσα. non longè scriptum inuenies, γνοῦσα. atque eam probo scripturam, fretus auctoritate Epitomæ. Grammaticus ille; qui in libris editis vocatur insolenti nomine *Vder*, Οὖδρος, in quibusdam manu exaratis, claro nomine Οὖαρος *Varus*. ita literulæ vnius mutatione, labore insanùm magno liberamur, quærendi cujas hic Vder fuerit: qua de re suo loco dictum est. In hoc versu ex Antyllo dramate, τίλλον μέγιστον ἄξιον δραχμῶν: sustulimus ridiculam lectionem τίλλον. nam quæ cōminiscuntur interpretes ad illius interpretationem, lectu sūt indigna. τίλλον μέγιστον, est frustum maximum salsamenti, quod τίλλον vocabāt. Hesychio & Polluce testibus, τίλλον appellarunt εἶδος ταρίχου λεπιδωτόν: quod interpretor, *speciem salsamenti facti è squammosis piscibus*. nam τίλαι vel ἀποτίλαι est *desquammare*. Aristophanes, τὸν σαπέρδην ἀποτίλαι χρή, καὶ καταπλύναι. est autem saperda siue coracinus de genere squammosorū. Plato comicus, καὶ πωλῶν ἅμα τίλλον τάριχος ἐπριάμην τοῖς οἰκέταις. Sequentes versus neque distinguntur rectè, neque sine mendis scribuntur. Eos ita abstersis mendis concipimus,

—δυοῖν
τ' ὀβολοῖν. ὃν γ' οὐκ ἂν καταφάγοιμεν ἡμέραις
τρισίν, οὐδ' καταδάπτοντες. ὃ δ' ὑπό-
δικά γ' ὑπερμεγέθη γάρ ἐστι.

Scribe paulo post, τί διαφέρει τῶν προκαταλεγμένων ἡμιταρίχων, ὃ ὁ καλὸς ὑμῖν Ἀρχέστρατος μέμνηται. in editis omissa vocula ὃ, quia geminare eam dipthongum improbus γραφεὺς noluit, totam sententiam obscurauit, quæ nunc clarissima est. Archestrati locus supra recitatus est: vbi hæc verba, ἀμφοτέρως ἐντὸς νέον ἡμιτάριχον. Sopater Paphius qui deinceps laudatur, is est qui alibi φλυακογράφος appellatur, vt dictum est cap. nono; neque alium puto esse ab illo, qui parodus passim nominatur: quique libro 4. φάκος παρῳδός. Huius poëtæ fabula hic laudatur Μυστακοῦ θάλαμος. qui meminissem horum verborum sub finem lib. 4. Σώπατρος ὁ παρῳδὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Μυστ. suspicabar hic quoque eandem fabulam intelligi, & scribebam, ἐν μύσταις, ἢ ἐν τῷ. sed in eodem libro quarto leges hæc verba, καὶ ἐν Μυστακοῦ δὲ θαλάμῳ φησίν. itaque nihil hic audendum. Cùm ait Plutarchus conuiuarum vnus. Ταῦτα δὲ τὰ βρώματα ὅτι πολλῷ ἥδιόν ἐστι τῶν παρὰ σοὶ πολυτελεστάτων κοττάνων καὶ λεπιδίων, εἰ παραβάντες ἴδοιτε: Vlpianum intelligit hominem Tyrium: & cibos Tyriis familiares coctana & lepidium. Hoc ita esse ipso Vlpianus docet nos: de quo Athenæus libro nono. ὀξυλίπαρον δὲ τίς ἐστι. πλὴν εἰ μὴ καὶ κόττανα ὑμᾶς, καὶ λεπίδιον τὰ πάτρια μου νόμιμα βρώματα ὀνομάζειν μέλλετε. Cùm sit nullum ouum ouo similius quàm hi duo loci: Dalecamp. tamen cottana diuersè interpretatur hîc & libro 9. sed quæcumque ab illo scripta sunt ad hunc locum, sunto per me indicta: nimis enim dat se ridiculè. Cottana propriæ Syris ficus, Plinij etiam testimonio, lib. 13. cap. 5. *Syria præter hanc peculiares habet arbores: In ficorum genere, caricas, & minores eius generis, quæ cottana vocant.* De lepidio consulendi sunt rei herbariæ auctores. Sed hoc discamus ex istis duobus Athenæi locis, peculiarem fuisse Tyriis, aut certè Syris, herbæ istius inter ea quibus vescimur, vsum. Ait, Κράτινος ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ. Videtur scripta fabula in tyrannum Alexandrum, qui pro Baccho voluit coli. Meminit Pollux multis locis, libro 7. & lib. 10. Laudo

mox

mox hanc scripturam, πλύνων ἀεὶ καλυμμένῳ: non vt alibi inuenias καλυμμένῳ, & in his libris, & apud Pollucem libro septimo, cap. 29. hinc igitur emendabis. At Δαιταλεῖς Aristophanis, quorum proximè fit mentio, non rectè vertunt *Epulones*. nam quod docuit me vnus Galenus, ei fabulæ nomen ab Atticæ populo qui sic appellabatur. Adscribam verba Galeni, quia plurimum faciunt ad cognoscendum eius comœdiæ argumentum. Sic igitur ille in præfatione Lexici Hippocratéi de γλῶτ]α voce disputans: νομίζω δ' ἤ σοι τὰ ὑπ' Ἀριστοφάνους ἀρκέσειν. τὰ ἐκ τῶν Δαιταλέων ὧδέ πως ἔχοντα. πρὸς ταῦτα σὺ λέξον Ὁμήρου γλώττας τί καλοῦσι κόρυμβα. προβάλλει μὲν γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ δράματι, ὁ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Δαιταλέων πρεσβύτης τῷ ἀκολάστῳ υἱῷ, πρῶτον μὲν τὰ κόρυμβα τί ποτ' ἐστιν, ἐξηγήσασθαι, μετὰ δὲ τοῦτο, τί καλοῦσιν ἀμενηνὰ κάρηνα. κἀκεῖνος μέντοι ἀντιπροβάλλει τῶν ἐν τοῖς Σόλωνος ἀξόσι γλωττῶν τὰς εἰς δίκας διαφερούσας. sequentia ibi legant studiosi: multa enim ex eo dramate describuntur. Scholiastes illius poëtæ scribit ad Nebulas, Dætales fabulam omnium primam ab Aristophane fuisse commissam: in qua, ait, σώφρον μειράκιον εἰσάγει καὶ ἕτερον ἄσωτον. ἐνδόκιμον δὲ σφόδρα ἐν τούτῳ τῷ δράματι. Ex ista fabula recitat dipnosophista versus hos,

> οὐκ αἰσχυνεῖ μου τὸν τάριχον τουτονὶ
> πλύνων ἅπασιν ὅσα σύνοισθ' αὐτῷ κακά.

quorum maior est elegantia quàm existimauerint viri eruditi. Nam τάριχος hic virum nequam aut scelestum significat, non quod ea vox propriè sonat. Obseruabamus ad Theophrastum, salsamenta inter vilissimos cibos esse habita: vnde prouerbium manarit, ταρίχους ἀξιώτερος, apud Aristophanem. Ex eo ταρίχους appellarunt sordidos homines & improbos. Ita accipitur in parœmia, quæ paulo pòst recitatur ab Athenæo, οὐκ ἂν πλύνω τάριχος ὤνιος ἄξιος. etsi potest iste versiculus etiam simpliciter accipi de salsamentis, quæ plagis contunduntur, vt duritiem remittant: quo in genere principatum obtinet Germanorum *stockfisch*, & salpa: *qui piscis*, ait Plinius, *nusquam percoqui potest nisi ferulâ verberatus*. apud B. Chrysostomum leges ταριχωθῆναι τῷ κακῷ. Cynulcus libro sequente dictionem τάριχον per circumlocutionem expressit, de Magno hunc versum pronuntians, εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην οἷ' ἐπεβαύξει. nam Θασία ἅλμη idem valet ac τάριχος. sic autem eum locum emendamus ex scripta lectione, vt ibi dicemus. Etiam in voce πλύνων, venusta est ἀμφιβολία. nam in propria significatione id verbi conuenit salsamentis: vt cùm ait idem poëta, τὸν σαπερδὴν ἀποτίλαι χρὴ καὶ καταπλύνειν, & κατακαπλύνειν & διαπλύνειν. & Athenæus ipse hoc libro πάντας δεῖ τοὺς ταρίχους πλύνειν. At in hominem τάριχον aliâ notione competit, pro maledicere & probris onerare. Aristophanes ψευδῆ κατεγλώττισε με, κἀκυκλοβόρει, κἄπλυνεν. & Demosthenes non semel. Crates comicus suorum dramatum vni fecerat nomen Θηρία, *Feræ*. suspicor fuisse scriptum in gulosos & helluones, quos θηρία vocauit. Itaque pleraque omnia genera ciborum hac fabulà nominabantur, vt ex superstitibus reliquiis licet intelligere: quidam etiam aliis omnibus indicti & innominati præter Craterem: vt πέμματα, de quibus Pollux lib. 6. cap. 9. Eius fabulæ meminit Athenæus hoc loco, & lib. 6. vbi multi ex illa versus, Hermippi Ἀρτοπωλίδων etiam Pollux facit mentionem libro septimo, imò ipse Aristophanes, cùm ait in Nebulis, εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον. Nam de Artopolidibus Hermippi sentire Aristophanem, docent scholia. Sed obseruemus verba Athenæi, ἰδίως δ' ἐχρήσατο παρ' Ἑρμίππῳ ἐν Ἀρτοπώλισι, Καὶ τάριχος πίονα. iubemur à doctis scribere, τάριχον πίονα. non repugnabo: si docuerint me, quid sit hac lectione admissa, illud ἴδιον & Hermippi peculiare, quod in illis verbis admonemur ab Athenæo obseruare: nam τάριχον dici masculino genere, quot iam exemplis probatum est? In vulgata lectione inest elegans generis metalepsis, in ista quidem voce Hermippo peculiaris; in aliis verò familiaris multis poëtis. Nam τάριχος πίονα simile est illis Nicandri, ψολόεις ἐχίδνη, & κατεψυχθεῖσα ἀκάνθης: item πτόρθῳ δ' ἀφροῦ, & μορόεντος ἐλαίης. sic apud summum vatem ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον: de quo etiam Hermolaus Byzantius, & θῆλυς ἐέρση, θῆλυς ἀϋτμή. itémque πολὺν ἐφ' ὑγρήν. Sophoclis versum qui sequitur statim, Νειρος τάριχος αἰγύπτιος, non aliter omnes codices scriptum exhibent. neque laudo emendantes, Νεκρὸς ταρ. puto namque allusum ad veterum Ægyptiorum ταριχεύσεις, & cadauerum condituras, de quibus Herodotus libro secundo. De Cephisodori comici *Sue*, vide lib. 8. In testimonio Pherecratis è Fugitiuis, pro λέκιθον, *vitellum oui*, legit Dalecampius λέκυθον: & pro ὀρφανὸν ταρίχιον, ἔρφιον. quæ emendationes plurimum habent probabilitatis. nisi est comicæ licentiæ dictum, ὀρφανὸν salsamentum, pro solum & ab omnibus aliis rebus destitutum. Chionidæ comici nomen Χιωνίδης, scribendum per ο paruum, vt semper apud Suidam; non per ω, vt hic. *Mendicos* eius poëtæ fabulam laudat hic Athenæus. sed apparet ex libro quarto, dubitatum esse ab antiquis criticis de ea fabula. ὁ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους πτωχοὺς ποιήσας. obscurus planè poëta & lucifuga, cuius tamen *Heroas* inuenio laudatos à Polluce, lib. 10. cap. 8. & Suida in ἄγος.

CAPVT XXXIV.

Menandri Epitrepontes. αἱ ἀθρόαι τῶν προσφερομένων περιφοραί. *Mos circumferendi cibos. Epicharmi* Ἀγρωστῖνος. τάριχος τίλων. Βρομιάδες & Βρομιάδες. *Cœnæ principium ex quibus cibis incœptum.* ἀσύνδετα *quæ dicantur Strabonis locus.* Scythana *salsamenta.* πολυφόριμον τάριχος. *salsamenti* ... *στρυφνός.* παρασάγγαι καὶ ἄγγαροι *voces Barbaræ.*

NOn fero æquo animo hæc ita scribi, Μιναίδρ@ τριτάτειν. Imbutus enim sum persuasione, legi debere Ἐπιτρέπουσιν. Equidem poëtæ huius fabulam noui nullam, cuius esset index Τρέποντες: atque adeò fuisse nullam censeo. Ἐπιτρέποντες vero Menandri laudatur lib 14. & apud Stobæum, sermone 30. necnon apud Harpocrationem in μαστρωλῶν & ἐχῖνον. súntque de ea comœdia hæc illius verba. ἀμαθαίνει γε τῷ κατὰ τὰ Ἀφόβα πρῶτον οὕτως ἤρξατο. εἰ μὴ ἐβόλετο Ἀφοβ@, ὦ αὐτόν δικασαί, δίκαια πᾶσιν ὑμῶν ἂν ἐμέ ὁρᾶσθαι τοῖς τι οἰκείοις ἐπιτρέπειν, αὐτὶ τῆ ἀμιτυτικῆς αἰν. ὁ ἀγαθὸς. ὅθεν καὶ Μενάνδρου δρᾶμα Ἐπιτρέποντες. Priscianus lib. 18. citat Menandrum ἐν Ἐπιτρέπουσι. legendum suspicor Ἐπιτρέπουσι, vel Ἐπιτρέπουσι. Sidonius Appollinaris lib. 4. epist. 12. *Nuper ego filiúsque communis Terentianæ Hecyræ sales ruminabamus: studenti aßistebam, naturæ meminens & professionis oblitus. Quóque absolutius rythmos comicos incitatâ docilitate sequeretur, ipse etiam fabulam similis argumenti, id est, Epitrepontes Menandri in manibus habebam.* Versus Alexidis de duobus Chærephili salsamentarij filiis, Ἰδὼν ἐπὶ τῶ ἵππων, δύο σκόμβρους ἔφη ἐν τοῖς Σατύροις εἶναι, intelligo de equitum transuectione. huic intererant duo isti adolescentes, equis, sicut alij, vehentes, cùm dixit Timocles duos scombros inter satyros versari. Cur equites appellet satyros quæstionis est. at filios Chærephili scombros fuisse dictos, ex lib. 8. certum. Antiphanis è Curide locus, tertium versum habet vno pede claudum. Scribe, — κἂν ὤμον τύχῃ γαλαῖον εὔθυντ@ ἐπιλογίζομ αὐθότι καὶ trochæus in secunda sede iambi loco, ex licentia comica: quanquam id apud Græcos rarissimum. Quæ alibi toties appellauit propomata, pluribus verbis circumloquitur, cùm ait, ex Heraclida Tarentino. λαμβάνειν σύμμετρον τροφὴν πρὸ τῆ πίνειν, καὶ μάλιστα τὰς εἰθισμένας προπαρατίθεσθαι περιφοράς. *Mediocris cibus, prius quàm bibas, sumi debet: ij maximè qui solent ante alia appositi circumferri.* gustationem, inquam, intelligit: quæ vt libro superiore dicebamus, nihil est aliud nisi αἱ εἰθισμέναι προπαρατίθεσθαι περιφοραί. Gustationum ὕλην duobus fermè libris Athenæo descriptam, duobus verbis complectitur Heraclides, addés, λέγω δὲ λαχάνων καὶ ταρίχων γῦν. olera enim & res salitæ præcipua fuerunt antecœnij materia. Plutarchus doctè genus vtrumque est complexus, λιπαρὰ & δριμέα nominans. Solebant autem in veterum conuiuiis appositæ lances circumferri, vt singulis conuiuarum carpendi fieret potestas. Epictetus in Enchiridio, Μέμνησο ὅτι ὡς ἐν συμποσίῳ δεῖ σε ἀναστρέφεσθαι. περιφερόμενον γέγονέ τι κατὰ σε; ἐκτείνας τὴν χεῖρα κοσμίως μετάλαβε. παρέρχεται; μὴ κάτεχε. οὔπω ἥκει; μὴ ἐπίβαλλε πόῤῥω τὴν ὄρεξιν, ἀλλὰ περίμενε μέχρις ἂν γένηται κατὰ σε. præclarè ista explicant circumferendi consuetudinem. Infrà lib. 4. ἀλλὰ δὲ ἰδίαν περιεφέρετο πολλά, & statim, σύναγε καὶ τὰ πινάκια περιεφέρετο ἐνάτα. quanquam isto loco περιφέρεσθαι potiùs significat, *in circuitu cuique apponere.* Paulo pòst obscuratum prauâ distinctione locum illustra & scribe, ἐν οἷς ἐστι & τὸ σίσαρον καλάμινον (ὃ μνημονεύει Ἐπίχαρμ@ ἐν Ἀγρωστίνῳ, κἂν γῆ καὶ θαλάσσῃ, καὶ Διοκλῆς ἐν πρώτῳ Ὑγιεινῶν) εὐσταλ@, πῦσλον τὸ λινκόν. erat enim continuandus catalogus ab auctore institutus, rerum quæ simul laxant & stomachum iuuant. Dioclis auctoritas pertinet ad siser, non ad sequentia. Eundem locum Dioclis habuit ante oculos Plinius, scribens lib. 20. cap. 5. *Siser erraticum satiuo simile est & effectu: stomachum excitat, fastidium absterget. Ex aceto laserpitiato sumtum, aut ex pipere & mulso, vel ex garo vrinam ciet, vt Ophion credit, & Venerem. In eadem sententia est & Diocles.* De satiuo sisere, vide eundem lib. 19. cap. 5. Epicharmi *Agrostinum* laudat Hesychius in Κολα@. Syracusanæ dialecti est vocabulum ἀγρωστῖνος, pro ἀγροῖκος *rusticus*. Ἀγροῖκον autem multi comici docuerunt, vt Antiphanes, Philemon, Anaxandrides, alij. Scribe cum antiquis, κατιστικόν ἐστιν ἐκκρίσεων. eodem numero paulo antè τῶν τὰς ἐκκρίσεις ποιούντων. Quid appellatur τάριχ@ τέλειος καὶ μὴ βρωμώδης? *Salsamenta perfecta* interpretor probè macerata, indurata & siccata. talia euadunt quæ ritè salita sunt. contrà, quæ non satis diu in muria seruaueris, virosa fiunt, & facilè corrumpuntur. Βρωμώδης scriptum in membranis pro βρωμώδης, sic alibi ἄβρομος pro ἄβρωμος. quam scripturam etiam in libris Dioscoridis inuenias sæpe. φυλλίδα quid mox appellet, diximus libro superiore, cap. 25. Corrupta sunt quæ subiiciuntur, ἔτι δὲ τάριχος, εἰς τὰς ὁρμὰς εἰς ταῦτα μὴ ὁμοίως τῶν πολυτρόφων ἀπολαύειν. Nullam ex his sententiam vllis fidiculis elicias: sine dubiò deest aliquid. Attende diligenter auctoris menti: videbis non aliud eum velle quàm hoc. Vtile esse, si cœnæ principium ducatur à parum nutrientibus, qualia sunt quæ modo enumerauit: vt primo edendi impetu per ista sedato, cæterorum quæ multum alunt, tantò minus comedatur. Lego, ἔτι δὲ τάριχος. εἰς τὸ τὰς ὁρμὰς εἰς ταῦτα ἀποσπάειν, καὶ μὴ ὁμοίως τῶν πολυτρόφων ἀπολαύειν. Affinitas vocum ἀποσπάειν & ἀπολαύειν fraudi fuit loco isti, vt aliis μυρίοις ὅσοις. Negotium facessunt nobis & quæ istis adhærent. τὰς δὲ ἀθρόας ἐν ἀρχῇ πόσεις ἐκκλιτέον. δυσοχλήτου γὰρ εἰς πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφοράν. quid enim est δυσοχλήτου? enim planè hic aqua hæret. assétiebar doctis, legentibus δυσχερῶν γὰρ τὴν πλείονα τ. sed excerpta assensum meum sufflaminant, in quibus scriptum δυσοχλήτοι γὰρ (nempe αἱ πόσεις) εἰς τὴν πλείονα τῶν ὑγρῶν προσφοράν. Cogitemus amplius. At mox scribe ex iisdé, ὁ δὲ σκόμβρ@ κοῦφ@. potius quá κῦφος. Sed maioris momenti est quod sequitur, ὁ κολίας δὲ κολλοσπλαδέστερ@. nam scribédum ex Epitoma & membranis, σπλαδέστερ@, vt ex coniectura olim emendabat doctissimus Côradus Gesnerus. Antiqui medici Græci appellare solent, σπλαδές, quæ volunt intelligi palato esse ingrata, aut stomacho parum conducibilia. sic dicebat Hicesius, quosdam esse μύας σπλαδέας, & κακοχύλους & πρὸς τὴν γεῦσιν ἀηδεῖς. Scilla non

non omnis est edulis, vt ait Theophrastus: & illius quæ editur, acrimonia parum grata, sæpe etiam noxia. Lucumonis illius acumen, qui negat Strabonis subiectum deinceps locum extare hodie in Strabonis codicibus, pridem retudimus. Nam si totidem literis eadē non scribuntur in nostris libris, mirum non est. Quoties diximus hunc esse morem veterum criticorum & grammaticorum, vt in laudandis priorum scriptis parum sint religiosi? Non enim verba vt plurimùm, sed sensum spectāt solùm. Exempla eius rei in Athenæo quamplurima: in Eustathio & id genus aliis propè infinita. Porro *Sexitana* sallamenta, vel quod est idem, Ἐξίτανα, illa ipsa videntur esse, quæ apud Galenum in tertio de Facultatibus alimentorum Σαξάτινα, apud Martialem *saxitana* nominantur. Epicharmi *Fugitiuum Vlyssem* adducit in testimonium & Pollux lib. 9. In eius verbis malim ποτιφόριμον τὸ τέμαχος ἦν. id est, *esui aptum*. nam ποτιφέρεσθαι Dores, quod alij προσφέρεσθαι, *cibum sumere*. alioquin Hesychius φόριμον exponit λυσιτελὲς, *vtile*. pro quo dicunt Dores ποτίφορος: vt in Nemeonicis Pindari, ποτίφορος δ' ἀγαθοῖσι μισθὸς οὗτος. Scio fuisse viros doctissimos, qui scriberent non longè infrà, τὰ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν ταρίχων ὡραῖα πάντα. sed placet nimis edita scriptura ὡραῖα πάντα, quam & Epitoma tuetur, & omnes Mss. horæa piscium nusquam legi: sed ὡραῖα solùm ταρίχη. Vbi de saporibus recitantur Mnesithei Atheniensis placita, lego cum viris doctis, οἱ δὲ στρυφνοὶ τὰς ἐκκρίσεις ἴσχουσι. acerbos succos adstringere adeò verum est, vt στρυφνὸν quasi στυφνὸν constet appellatum, à verbo στύφω. In verbis Xenophontis legunt veteres, ἢ κακῆς καὶ ἀδήν. sanè quidem τὸ μὴ affuerit meliùs. Paulo pòst, Epitome, πλείων ὑμῶν τοιούτους λόγους οὐ δυνάμενος. elegantius quàm vt editum est, φέρειν τοιοῦτ. Pro exēplo vocum alienigenarū, quibus olim vsi Græciæ scriptores, affert, τοὺς παρασάγγας καὶ τοὺς ἀσάρους. Scribendum verò τοὺς ἀγγάρους, vel τοὺς ἀστάνδας: quod tamen probo minùs. Vtraque vox Persica: vtraque optimis auctoribus Græcis vsurpata. Multa Eustathius ad ὀδυσσ. τ. de Barbaris hisce vocabulis.

CAPVT XXXV.

Archilochi dictum, πάντα ἄνδρα ἀποσκολύπτειν. ἀντιπροπίνειν. *Decocta veterum Græcorum.* Ταύρειον ὕδωρ. *Sophoclis fabula* Αἰγεύς. Ὑόεις *fons. An calidam veteres Græci biberint.* σπλάγχνοισι συγγίνεσθαι. *Anuli physici.* περιβόντων ποιεῖν βάψαι ἀργύριον. *Seruorum vetus iusiurandum*, μηδέποτε πίοιμι ὕδωρ ἐλευθέριον. *Comicorum fermè omnium scena Athenis. Vinum* ἐλευθέριον *apud Xenarchum comicum. Auctor fabulæ* Aliptria.

IVRE merito Cephisodorus Isocratis discipulus, vt ait noster, inter veterum dicta improba, Archilochi istud ponit, πάντα ἄνδρα ἀποσκολύπτειν. Est enim illi Neronis simile, quod refert Suetonius: *Ex nonnullis*, inquit, *comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum, aut vllâ corporis parte purum esse.* σκολύπτειν & ἀποσκολύπτειν obscœnissimæ impuritatis genus significare, ex Harpocratione & Polluce liquet. aliis verbis eandem ἀσχημοσύνην, vt voce vtar Diui Pauli, nequissimus poëtarum expressit initio Equitum. Quod autem ex Theodoro nescio quo affertur, πλεῖον μὲν ἔχειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸ ἴσον, ante illum dixerat Hesiodus,

> νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι.

qui versiculus à Plutarcho exponitur in libello de Audiendis poëtis. Theodori verba ita concipiebat Scaliger: πλεῖον μὲν ἔχειν. τὸ δὲ ἴσον ἐπαινεῖν. sed vtrum hic auctor prorsa oratione scripserit, an vorsa nescimus. Prima verba ex Antiphanis Alcestide ita malim scribi,

> —ἐπεὶ τὸ καινουργεῖν φέρει
> οὕτως ἐκεῖνος τοῦτο γ.

Tibi noua inuenta placent? etiam illi: qui quidem est persuasus, &c. Restitue postmodum prauâ distinctione deprauatum locum, ac scribe, ἀλλὰ προπίνω σοὶ ἔφη φιλοτησίαν (διψᾷς γὰρ λόγων) παρ' Ἀλέξιδος λαβὼν ἐκ Πυθαγοριζούσης. de se dixit Cynulcus λαβὼν, non de Vlpiano, vt malè arbitratur Dalecampius. Sensus est, quandoquidem tenet te non vini, sed verborum sitis, propino tibi in testimonium amicitiæ, locum hunc Alexidis, in quo decoctæ fit mentio: quod tu auebas scire. Ita accipitur verbum ἀντιπροπίνειν, initio libri quarti. Decoctam vetustis temporibus fuisse cognitam, probat dipnosophista testimonio Alexidis vbi sunt hæc, ὕδατος ἀπέφθου κύαθος, *aquæ decoctæ cyathus.* Rectè hoc quidem Athenæus: cæterùm decoctam Neronianam, cuius erat illis temporibus promiscuus vsus, antiquioribus Græcis fuisse incognitam non dubitamus. Vulgaris decoctæ meminit Hippocrates Popularium libro sexto, ὕδωρ ἀφεψηθὲν τὸ μὲν ὡς δέχηται τὸν ἠέρα. τὸ δὲ μὴ ἔμπλεον εἶναι καὶ ἐπίθημα ἔχειν. Ad propositam quæstionem, vbi extâret in scriptis veterum Ταυρέου ὕδατος mentio, respondet Cynulcus, τὸ δὲ ταύρειον ὕδωρ ὀνομαζόμενον, ὦ φίλε, Σοφοκλῆς γέγραφε.... ἀπὸ τῆς περὶ Τροιζῆνα ποταμοῦ ταύρου, περὶ ὃν καὶ κρήνη τις Ὑόεσσα καλεῖται. Tolle laceri codicis indicium, & scribe, ἐν Αἰγεῖ. Eius fabulæ argumentum diuinare licet ex Plutarchi Theseo. Coniecturam autem fecimus ex verbis Hesychij, cuius locum turpissimè deformatum adscribam vt emendem. Vulgo editum, Ταύρειον πόμα, ἀπὸ Αἰγειτόδρου ποταμοῦ Σοφοκλῆς Τροιζῆνα τὰ παρὰ καὶ κτύνη νόσσα. Lego, Ταύρειον πόμα, Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ, ἀπὸ Ταύρου ποταμοῦ περὶ Τροιζῆνα, παρ' ᾧ καὶ κρήνη Ὑόεσσα. Absque dubio ex eodem fonte suos riuos deriuarunt Athen. & Hésych. Itaque eadem ambiguitas sententiæ apud vtrumque. παρ' ᾧ enim vel ad Sophoclem potest referri: *in cuius fabulis etiam Hyoeis fons nominatur*: vel ad Taurum fluuium, *prope quem fons etiam est Hyoeis siue Hyoëssa.* Totidem literis hæc leges apud

apud Eustathium ἰλιάδ. λ. An calidam & veteres biberint in conuiuiis, (de quo hic aliquid Athenæus) disputat multis Iulius Pollux libro nono. Eupolidis versus ita digere, & scribe,

—τὸ χαλκίον
Θέρμαινέ θ' ἡμῖν, καὶ θύη πέττειν τινὰ
Κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγινώμεθα.

calefacito nobis miliarium, & victimas cura coquendas: vt ex visceribus vnà simus & epulemur. Mos erat veterum, inuitare amicos ad sacrificiorum epulas. Lynceus Samius, μάγειρ' ὁ θύων ἐστίν, ὁ δ' ἑστιῶν τ' ἐμέ. Accipe σπλάγχνα, vt in Suetonio *viscus*, de victimæ parte quæ non adolebatur, sed conuiuis apponebatur. Sic ille de Vitellio, *Ne in sacrificio quidem aut itinere vllo temperauit, quin inter altaria ibidem statim viscus & farra penè rapta è foco manderet.* Propriè intestina sic vocabant: sed & carnes, & generaliter quicquid de victima edebatur, *viscus* dixerunt, vt notat Seruius: vnde est *visceratio* pro κρεανομία: neq; enim solis intestinis vescebantur in sacrorum epulis. Ita autem dictum σπλάγχνοισι ξυγγίνεσθαι, vt apud Aristophanem σπλάγχνοισι παραγίνεσθαι, interesse conuiuio sacro. Cleon in Equitibus, ait; Ἡ μήποτ' ἀγοραίου Διὸς σπλάγχνοισι παραγενοίμην. Nicomachus vetus poëta,

ὁ μὲν δὲ ταῖς σπονδαῖσι διαλογίζεται,
Τοῖς συμπλέουσιν ὁπόσον ἐπιβάλλει μέρος.
Τίθυς τάθ' αὑτοῦ σπλάγχν' ἕκαστος ἰδίᾳ.

Συγγίνεσθαι σπλάγχνοις dixit pro ἐπὶ σπλάγχνοις, *ex visceribus epulari*: paulò aliter libro secundo explicabamus ξυγγίνεσθαι δρουπέπεσιν. pro *comedere* hic ξυγγίνεσθαι id potiùs est quod Latinis vnà esse. Iuuenalis, *Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto, Vnà simus, ait.* De istis τὸ χαλκίον θέρμαινέ τε, prætermittenda non sunt quæ scribit Pollux. Ἐγὼ δὲ τὸ ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους εἰρημένον, τὸ χαλκίον θερμαίνεται, οὕτω πως ἤκουον, ὡς εἰς ποτὸν εὐτρεπιζομένων τῶν γυναικῶν. τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖς Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶν εἰρημένον: vide quæ sequuntur. Errant qui Antiphanis hunc versum,

Παρὰ Φερτάτου δακτύλιος ἐστί μοι δραχμῆς,

putant emendationis egere: anulum intelligit de genere eorum, quos Physicos vocabant. His putabant inesse vim sanandi, aut potiùs auertendi morbi. Aristoph.

—Φορῶ γὰρ πριάμενος
Τὸν δακτύλιον τονδὶ παρ' Εὐδάμου δραχμῆς.

Nota sunt quæ de huiusmodi anulis docti pridem adnotarunt. Multa Marcellus Empiricus de iis: apud quem capite IX. ad ileon vel colum præscribitur *anulus de auro, texta tunica exusta, qui habeat in ambitu rotunditatis vtrinsque, id est, exteriùs & interiùs, Græcis literis scriptum*, Θεὸς κελεύει μὴ κύειν κόλον πόνον. In iis trochaïcis qui afferuntur ex Alexidis *Aleiptria*, siue *Vnctrice*, interpretes nihil viderunt. Sensus est: Si officinam nostram infamaueritis, hauriés feruentem aquam de medio lebete, maximam trullarum in vos effundam. Distinctiones aliquot alienis locis positas ita restituas, ἐὰν δὲ τοὐργαστήριον ποιῆτε περιβόητον, καταχεῶ, νὴ τὴν φίλην Δήμητρα, τὴν μεγίστην ἀρύταιναν ὑμῶν, ἐκ μέσου βάψασα τοῦ λέβητος ὕδατος. In malam partem debet accipi τὸ περιβόητον ποιεῖν. Hæc dicebat ancilla aliptæ, adolescentium, qui comessabundi fores pulsabant, petulantiam castigans, propriæ infamiæ metu. Βάψας ἀρύταιναν, quid sit, ad Theophrastum satis exposuimus. Iunge ὑμῶν cum καταχεῶ. Deinde scribe, Εἰ δὲ μή, μηδέποθ' ὕδωρ πίοιμ' ἐλευθέριον, id est, *nisi id fecero, ne fiam vnquam libertatis compos.* Etsi verum est quod dixit Plautus, *hoc poëtæ faciunt in comœdiis, Omnes res gestas esse Athenis autumant*: interdum tamen aliter se habet, & fingitur, ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος esse non Athenis Atticis: sed in alia vrbe Græciæ. Videtur id factum ab eo poëta cuius hæc sunt. Allusit enim istis verbis ad morem Argis seruatum, vt manumissi haustum biberent aquæ è fonte Cynadra. Eustathius, ἐν Ἄργει Κυνάδρα κρήνη ἐξ ἧς ἔπινον οἱ ἐλευθερούμενοι. ὅθεν τὸ Κυνάδρας ἐλευθέριον ὕδωρ παροιμιακῶς ἐπὶ τῆς κατ' ἐλευθερίαν ζωῆς. Liberæ aquæ meminit & Pausanias in Corinthiacis. Sed fuisse videntur inter seruos & seruas, vsitata olim genera loquendi, εἴθε πίοιμι τὸ ἐλευθέριον ὕδωρ. & contrà, μηδέποτε πίοιμι ὕδωρ ἐλευθέριον, nisi hoc aut illud fecero. Alludebat horsum mulier illa, quam Xenarchus poëta faciebat iurare τὸν φρικτότατον ὅρκον, vt narrat auctor lib. 10.

Ἐμοὶ γένοιτο σοῦ ζώσης τέκνον,
Ἐλεύθερον πιοῦσαν οἶνον ἀποθανεῖν.

serua erat quæ loquebatur, voluit dicere, vtinam priusquam moriar libertatem possim consequi: sed præ amore vini temuléta anus vinum ἐλευθέριον dixit, cùm aquam deberet. Cæterùm de fabulæ istius, cui index Ἀλείπτρια, auctore, ne veteribus quidem constabat. Athenæus vel Antiphanem ait esse, vel Alexidem. Iulius Pollux Amphidi attribuit. Sic ille scribit lib. 7. capite 3. Τῆς δ' ἀλειπτρίας οὐκ ὄντος ἐν χρήσει, ἀλειπτρίαν εἰρήκασιν οἱ μέσοι κωμικοί, καὶ Λυσίας ἐν τῷ Διοφάντου περὶ χωρίου. Ἄμφιδος δὲ καὶ δρᾶμά ἐστιν Ἀλείπτρια. Sic scribendus hic Pollucis locus.

CAPVT XXXVI.

Ratio frigefaciendæ aquæ. ὕδωρ ψυχρότερον ἀραιότερον. *homo* φωτεινόν. *color* διευδιεινός. ἀβυρτάκη & ἀβυρτακος. ἐκβακχεύειν ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαις. *Euthycles comicus.* θερμὴν ἄλλας ἐπινοίας. *Apollodori* Ἀπολειπούσα. *Alexidis* Γυναικοκρατία. πιθολοιχὸς & πιθοκόλαξ, γῆν ἐπιπάσασθαι. *Multa emendantur & illustrantur.*

VEl Athenæi error est memorialis, vel librariorum qui ista scripserunt, Πλάτων δ' ἐν πρώτῳ Πολιτείας. nam locus est libro quarto. Non semel obseruauimus α & δ sedes inuicem permutasse in manu exaratis libris. Abundat vox vna in istis φησὶ ψυχεῖα (ita meliùs membranæ) κατεσκευάσθαι θέρους ὀρυκτά, ἔνθα χλιαροῦ (sic passim Mss. & Epitome pro χλιαροῦ) ὕδατος

πλέρη

πλήσαι κεράμια καθῆσιν ὕδατος, κομίζονται χιόνος οὐδὲν ἥττω. posterius enim ὕδατος induci debet. atque ita volebam edi. κομίζονται, est *referunt domum*: non *hauriunt*. Obseruandum est quod ait, aquam inijci in hæc frigidaria quæ sit tepens. potest intelligi, quæ propter anni tempus intepuerit: potest etiam accipi de quæsito tempore admotâ ad ignem aquâ. Nam vt quàm frigidissima fiat aqua, calefacienda prius est quam in specum demittatur aut puteum. Caussam explicat Alexander eo problemate cuius initium, Διὰ τί τὸ θερμὰν ὅμβρον καὶ εἰς φρέαρ χαλώμενον ψυχρότερον ποιοῦσι. Similis ratio frigefaciendæ aquæ est, quam ex Protagorida mox describit auctor. sole enim priùs calefaciebant. Næ male de nobis meriti sunt, qui istud Alexidis e Parasito testimonium primi sic scripserunt, Καὶ γὰρ βούλομαι Ἰ᾽ ἴσασι σοι γνῶσαι πρᾶγμα δ᾽ ἐστι μοι φρέατος ὕδωρ ψυχρότερον ἀραρότος. quid significant postrema verba: aut quid est φρέαρ ἀραρος? Lege, ψυχρότερον Ἀράρωτος. *Volo*, ait, *aquam tibi propinare: mihi autem res est cum puteo*, id est, puteum habeo *frigidiorem Ararote*. Ararot poëta comicus non inter primos, ac ne secundos quidem. Inde occasio venustissimi ioci. Simillimè Gnathæna Diphilum poëtam risit, cum cœnanti apud se, & frigidam laudanti, *non mirum*, inquit: *ego enim aquam frigefacio iniectis in lacum tuarum comœdiarum prologis*. vide librum 13. De Ararote dictum nobis cap. 9. Hominum genus vocat φυτὸν poëta Alexis, cùm ait: ἅτ᾽ ὦ πολύγον ἐστιν ἀνθρώπων φυτόν. Platonis vox est ἄνθρωπος φυτὸν οὐράνιον οὐκ ἔγγειον. Sextus versus ita scribitur, Ἀκτῆς προφῆς δὲ τῆς καθ᾽ ἡμέραν. mendosè: neque ad rem facit, quod ἀκτὴ apud Homerum de farina dicitur. Scribe, Κ᾽ ἀκτῆς τροφῆς δὲ καθ᾽ ἡμέραν. vel Κἀντῷ τροφῇ δὲ τῇ καθ᾽ ἡμ. 8. Ζωμὸν δὲ ταύτῃ μέλανα μηχανώμεθα. ταύτῃ. nempe μάζῃ. non vt Dalec *eodem die*. Mazam candidam in ius nigrum intingebant, cuius etiam M. Tullius meminit. Sed mirũ, iuri nigro aliud potius opponi quam ius albũ. Nam de maza item sequens versiculus est exponendus: nisi referre volumus ad oculorum ὑπογραφάς: nigro enim inficiebant sibi eam partem, quæ formosæ volebant videri. Notabis δευσοποιὸν χρῶμα nigrum dici hoc versu, τὸ καλὸν δὲ χρῶμα δευσοποιῷ χρώσομεν. cùm propriè omnis fusus color, vt Latini loquuntur, δευσοποιὸς appelletur. 11. scripsimus vt erat in membranis, Τὸ δὲ ὄψον ἐὰν μὴ θερμὸν ᾖ, δυσχεραίνομεν. *Obsonium nisi calidum apponatur, vituperamus*. sic etiam in Epitome, vulgo τὸ δ᾽ ὅλον. vnde fecit Dalec. τὸν δ᾽ ἄλλον. non ineptã quidem coniecturã: sed quæ veritati non debeat facere præiudicium. Quantopere feruentes cibos expetierint veteres, admonuimus libri primi capite sexto. Si ὄψον velis piscem interpretari, non pugnabo. 13. Ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι δ᾽ ἐκβακχεύομεν. Abyrtaca Persici inuenti cibus erat, quem acrimonia commendabat. Theopompus, Ἡξε δὲ Μήδων γάλα ἰδὲ καρδάμων Γλαύκων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκην. Huic affinis fuit alius cibus quem καρδαμοτρίμμα vocabant: Hesychius scribit esse ἰδίωμά τι ἀβυρτακῶδες. Nec ἀβυρτάκη solum legas, sed etiam ἀβύρτακος, vt apud Polyænum lib. 4. ἐκβακχεύειν ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαις dixit comicus, pro ἐπιμαίνεσθαι ταῖς ἀβυρ. quod vsitatius est. *perditè amare, & cum furore expetere*. contrarium est in superiore versu, ἐκπιτίζομεν: quod mutant male in ἐκπιτίζομεν. ἐκπιτίζομεν est, lentè & cum fastidio bibimus quasi pitissantes. vel, degustare experiundi gratiã vix sustinemus. hoc enim est *pitissare*, vt notum ex Terentio. Sequitur, Εὐθυκλῆς δ᾽ ἐν Ἀσώτῳ ἢ Ἐπιστολῇ. Ita scribi rectè probat Suidas, qui loci huius meminit. Paucissimas ediderat fabulas: vnicam inuenio præter ista Laudatur enim in *Atalanta*, à parœmiographis in prouerbio Βοῦς ἕβδομος. Apud Pollucem lib. 6. cap. 37. fortasse scribendũ, ἐν ἡμικακον δὲ Εὐθυκλῆς λέγει καὶ Σοφοκλῆς: nam quis ille Euclides quem nominat vulgata eius loci lectio? *Asotũ* vel *Asotos*, plures Græci comici docuerant: etiam è Latinis Ennius atq; Cæcilius. cuius poëtæ itémq; Afranij *Epistolam* quoque laudant Festus, Priscias, Nonius. ἔψυχον mox scribi iusseram, non ἔψυχον. Operarum error est, & quod sequitur, Λύσιππος ἐν Βάκχαις, pro Βάκχαις. Lysippi Bacchas ex Athenæi lib. 3. & 8. nominat Suidas. Pollux quoque meminit lib. 7. cap. 17. cap. autem 11. eiusdem libri scribe sic istum Lysippi versum, ἐπιγνάψας καὶ θειώσας τὰς ἀλλοτρίας ἐπινοίας. non vt editum est θαάσας. Nam Pollux hoc testimonio probare voluit, sulphuris aliquem fuisse vsum in officinis fullonum. a θεῖον verò quod sulphur significat, non dicitur θεάζειν, sed θειοῦν. Elegantissimè autem Lysippus eum qui aliena inuenta interpolet, ceu vestem obsoletam, fulloni comparat. Corrupti sunt & Hesychij codices in mentione huius poëtæ, quo loco vocem, Βόλιτος explicat. παρὰ Λυσίππῳ ait τὸ ὄμμα scribe τὸ ὄνομα. poëtæ versus, Κύων δέ τις ἰδὼν δεδιμένος, ὥσπερ Βολίτος. id est, *tanquam fatuus*. Ait dipnosophista, λέγει meminit Apollodorus ἐν Ἀπολιπούσῃ. Fortasse scribendum est ἐν Ἀπολιπούσῃ. reperio namque laudari hunc poëtam in Καρυσίοις ἀπολιπούσῃ. Exemplum habes apud Suidam in ἐγκομβώσασθαι. Suspectum est etiam quod sequitur statim, Ἄλεξις δ᾽ ἐν Γυναικοστρατείᾳ. *Alexis in expeditione mulierum*. in Pollucis codicibus lib. 9. scriptum Γυναικοκρατίᾳ. *Imperio muliebri*. Scribe, κνιδολιχὸς γάρ ἐστι, καὶ κατὰ τὴν Σάμιον, τὸν παλαιὸν ἐκεῖνον, κνιδόλαξ. edita lectio facit auctorem vocis κνιδολιχὸς Asium poëtam, de quo Strabo & Pausanias: falsò, vt ex subiectis illius verbis liquet. Nesciebant Græcè qui κνιδόλιχος emendabant: repugnat enim analogia, & quantum est veterum grammaticorum. in editis libris præter accentum nihil mutandum. Simonidis elegantissimum est epigramma, quo niuem inijci suo poculo à conuiuatore vel pincerna postulat. In primo versu scribo τῆ, non τήν. Sed ipsos poëtæ versus recitabo: sunt enim elegantissimi, & obscuritatis habent nonnihil.

Τῆ

Τὴν ῥάχιν Οὐλύμποιο πέριξ πλευρὰς ἐκάλυψεν
 Ὠκὺς ἀπὸ Θρήκης ὀρνύμενος Βορέης·
Ἀνδρῶν δ᾽ ἀχλαίνων ἔδακε φρένας· αὐτὰρ ἐκάμφθη
 Ζωὴ Πιερίην γῆν ἐπιεσσαμένη·
Ἐν τις ἐμοὶ ταύτης χεέτω μέρος. οὐ γὰρ ἔοικε
 Θερμὴν βαστάζειν ἀνδρὶ φίλῳ πρόποσιν.

quæ ita vertebamus ὁδοῦ πάρεργον, & omnino aliud agentes:

Pierij coſtas quâ circumtexit Olympi
 E regno Thracum flans vehemens boreas:
Quæque inopes lanæ afflixit: verùm eſſe moleſta
 Deſiit, in tumulo viua repoſta diu:
Huius partem aliquis dato mi. feruentia amico
 Turpe nimis fuerit pocula porrigere.

γῆν ἐπιέσασθαι dicuntur mortui, quando ſunt ſepulti, ac terrâ ceu veſte amicti: id enim eſt ἐπιέσασθαι. At hoc loco feſtiuiſſimè dicitur de niue in terram defoſſa vt ſeruaretur, eâ ratione, quá antè deſcripſit auctor, aut ſimili. ideò ait niuem terrâ obrutam fuiſſe viuam: imò vt viua ſeruaretur, nec periret. Dalecampius τὸ ἐπιεσσαμένη deduxit à πιέζω: parum abeſt quin exclamem, Δάματερ τῆς σοφίας! Olympi montes dicti olim quàm plurimi: de Pierio qui in Pieria Macedoniæ poëtam loqui, certiſſimum eſt ex quarto verſu. Elegans eſt antitheſis in verbis ἔδακε φρένας, *mordebat* ſiue vrebat, hyemis videlicet tempore: & ἐκάμφθη, *mollita eſt*. nam æſtate nix eſt gratiſſima. Dalec. tamen reſcribebat ἐνίμφθη, abſurdâ multis modis coniecturâ.

CAPVT XXXVII.

Ζωμοῦ κεχρημένος. Antiphanis drama Bombylius. *πότηριον poculi genus. Χιβεθλαφος edulium Syrorum.* Sanchoniathon *&* Mochus, *ſcriptores Tyrij. μυστίλη.* Nicophon, Nicophron, *&* Nicochares *poetæ. Fabula Χειρογάστορες & Ἐγχειρογάστορες. κορύζεσθαι & καννύζεσθαι. Antiphanis* Antea. *χόνδρος ῥοφήματα.*

IN verſu tertio Aſij vetuſtiſſimi poëtæ, Ἀχλυτος, ζωμοῦ κεχρημένος. *inuocatus iuſculi egens*, neſcio quid legerit vir doctus, qui vertit, *iuſculum ſorpſit*. noſtra lectio veriſſima eſt. Homerus, ζωμοῦ κεχρημένος. Ac videtur mendici deſcriptionem Homericam Ὀδυσσ. ρ. eſſe imitatus: Homero enim iuniorem puto Aſium, cum Euſtathio. Sequitur, Ἀντιφάνης μνημονεύει ἐν Βομβυλίῳ. Bombyliú vocabant genus poculi, de quo diximus alio loco. Inde huic fabulæ nomen videtur inditum, ob frequentem bombylij in ea mentionem. Pollux tamen lib. 10. cap. 46. Antiphanem laudat ἐν Βομβυκίοις. vtrùm id ſit diuerſæ fabulæ nomen, an huius noſtræ, pronuntiare non auſim. Emenda verſum illum Alexidis, Ἐν ἀργυρῷ ποτηρίῳ πινακίσκῳ τινί, & ſcribe, Ἐν ἀργυρῷ ποτηρίῳ πινάκῳ τινί. vulgatam ſcripturam lex metri clamat corruptam. noſtræ emendationis auctor & fundus Athenæus ipſe, qui libro 11. nos huc reiicit. & ſic ſcripſiſſe affirmat. media in hac voce corripitur, vt prior in τέχνη. Ait deinceps, Ἐξῆς ἐπεισηνέχθη πλακοῦς ἐκ γάλακτος, ἰτρίων τε & μέλιτος. Dalecampius ſuſtulit hinc vocem ἰτρίων, & ſcripſit σησάμων. quam emendationem neque Epitome, neque veteres codices admittunt: verùm hæc faciente numine ad librum 14. χιβεθλαψος, quodnam edulium in idiomate Syrorum appellaretur, vellem Athenæus explicuiſſet. vox eſt ex pluribus compoſita. Olim ſcribebam χιβεθ ἀλω ὀψοπατρίω: vt minutalis aut farciminis genus eâ voce ſignificetur. Tale quid Syri intelligunt vocabulo חבברה cuius origo à כבר. Hebræorum magiſtri volunt eſſe ὑπότριμμα quoddam ex carnibus & ouis. לו autem λιπὸν ſignificat. Sed hoc diuinare eſt, quò non aſpiramus nos: neque vnquam pudebit fateri ea neſcire quæ neſcimus. At quinam ſunt iſti hiſtoriæ Phœniciæ ſcriptores genere Tyrij, de quibus Cynulcus Vlpianum compellans? πλὴν εἰ μὴ παρὰ τοῖς τὰ φοινικικὰ (ita ſcribendum, non φοινικὰ) συγγεγραφόσι Σουνιάθωνι & Μωχῷ τοῖς ὑμετέροις πολίταις. Enimuerò peregrinus ſit in Rep. literarum oportet, qui neget pro Σουνιάθωνι ſcribendum eſſe Σαγχωνιάθωνι. Huius antiquiſſimi hiſtorici meminerunt multis locis, Philo, Ioſephus, Euſebius, Porphyrius, alij. Berytium quidam illum appellant, vt Porphyrius: alij Tyrium, vt Athenæus. Suidas, Σαγχωνιάθων Τύριος φιλόσοφος (γέγραφε) Πάτρια Τυρίων τῇ φοινίκων διαλέκτῳ. *Sanchoniathon Tyrius philoſophus, ſcripſit Tyriorum Origines linguâ Phœnicum.* Mochum nominat inter auctores rerum Phœniciarum Tatianus extremo libro: cuius locum operæ eſt adſcribere. Γεγόνασι παρὰ τοῖς Φοίνιξι τρεῖς ἄνδρες, Θεόδοτος, Ὑψικράτης, Μῶχος. τούτων τὰς βίβλους εἰς Ἑλληνίδα κατέταξε φωνὴν Χαῖτος, ὁ τοὺς βίους τῶν φιλοσόφων ἐπ᾽ ἀκριβὲς πραγματευσάμενος. Meminit Mochi huius etiã Euſebius in Χρονικ. Emendauimus mox, δὸς, ἔφη, μυστίλην. οὐ γὰρ αὖ ἔτοιμα μύστρα. Legebatur priùs, μυστιλῆναι: claro ac manifeſto mendo, ſi attendiſſent interpretes. Vtebantur interdum veteres cauo pane, ad iuſculi hauſtum aut pultis. μυστίλην vocabant, & panem illum, & alia in ſimilem vſum parata inſtrumenta. Lege Pollucem lib. 6. cap. 12. & ſcholia Ariſtophanis in Equites: nam inde dixit comicus, μυστιλᾶσθαι ἀμφοῖν χεροῖν, *hauſire ambabus manibus*. Ecce iterum ſimilem errorem ex eadem cauſſa quæ μυστιλῆναι pepererat nobis. ſequitur enim, καὶ ὡς τὸ πιννάριον ὀνομάσαντα παρῆλθε. ſcribendum πίνδον inductâ ſyllabâ quæ perperam geminata eſt. Nicandri verſus quem reſpicit, extat libro ſecundo, Πολλάκι δ᾽ ἢ πίνδον κόψας νέον, ἢ ἀπὸ Μήδων Κάρδαμον. In tertio verſu Nicandri malo ſcribi χίδρα μὲν ἐπιψήσας. Quid ſit χίδρον diſputamus lib. 4. Per ι autem ſcribi ſemper debere hoc nomen, non per υ ψιλόν, diſtrictè admonent nos γραμματικῶν παῖδες. Scribe deinde, ac verſum vnum ex membranis adijce,

Ζωμὸν δὲ Βρομιώντα κατάντλαζον αὐτὸν ἀπ᾽ αὐτοῦ
Ἀρνύμενος, ἵνα μηδὲν ὑπεκχέῃ πνιγὶ δὲ πῶμα
Ἀμφιβαλών.

horum

horum verborum interpretationem Athenæus in erudita periphrasi Nicandri versuum, quæ statim sequitur, non prætermisit. Postremum versum Ηρίμα δ' ἐν χλιάων κοίλοις ἐνδαίνο μύστροις, ita corrige, Ηρίμα δ' ἐν χλιαρὸν (vel λιαρὸν, vt in Epito.) κοίλοις ἐξαίρω μυστροις. confer cum Athenæi paraphrasi. Sequitur non longè, λέγει Νικοφῶν ὁ τῆς ἀρχαίας κωμωδίας ποιητὴς ἐν τοῖς Χειρογάστορσιν. Sic & libro 9. ac lib. 13. fabulæ istius auctor *Nicophon* Athenæo nominatur. etiam Harpocration in κορδακισμός, & Pollux lib 4. capite 7. atque aliis locis, *Nicophontem* veteris comœdiæ poëtam agnoscunt auctorem. Aristophanis scholiastes, ipsum *Nicophontem*; at fabulam illius Χειρογαστόρων γῆρων nuncupat. Suidæ tamen Νικόφρων dicitur hic comicus, non solum in ea voce, sed & aliis in locis: drama verò Ἐγχειρογάστορες. Similiter Πανος γονας, & Pandoram *Nicophroni* tribuit idem non semel: Athenæus comici interpres ad Aues. Pollux libro 7. cap. 10. & lib. 10. cap. 34. *Nicophontis*. Scribit autem Suidas *Nicocharem* alium comicum, & ipsum Χειρογάστορας edidisse, quod confirmat noster, qui libro 14. & Nicocharem & hanc illius fabulam nominat. In ecloge Nicophronis restituimus ex Epitoma ἐγκρίδοπώλας. ἐγκρίδες de genere sunt placentarum. Quando ait Æmilianus, βούλομαί σοι δίχην ἀλεκτρυόνος ἐμφορηθέντα τ' χόνδρου κορύξασθαι: censeo scribendum esse, κοκκύξασθαι, *canere*. at κορύξασθαι est *certare*: quod parum conuenit huic loco. De gallo gallinacco ferè vsurpant Attici verbum ᾄδειν aut κοκκύζειν. quod ab interprete comici alibi exponitur δίκην ἀλεκτρυόνος βοᾶν hic simpliciter pro λέγειν capitur, vt declarant sequentia, καὶ σὺ δ' ἄσκειν ἡμᾶς, &c. Ait, Ἀντιφάνης παρατιθέμενος ἐξ Ἀντάας. libro 12. laudatur Anti; hanes ἐν Ἀνταίῳ. Suspicor non aliter hic esse scribendum, nihil statuo tamen. Tertium versum illorum qui ex fabula afferuntur, ita concipe, positâ maiore distinctione in secundi fine, οὐ Θετταλικὸν τὸν χονδρὸν εἶναι φασὶ δ': Duorum qui hic loquuntur, dixerat alter se habere chondrum Megaricum: alter subiicit, mirari se quod non Thessalicum potiùs emerit qui optimus eluat. Sequentium verborum sententia est imperfecta. Ea autem, nisi menda subest grauior, ita scribenda,

> Τῆς Φοινίκης σεμίδαλις ἐκ πολλῆς στόμφ' ἐξ— ητημένα.

Testimonio Aristophanis, quo probatur χόνδρον veteres posuisse pro sorbitione, addi potest ex Hippocratis περὶ παθῶν libro, ῥοφήματα δ' ἐν τοῖσι νόσοισιν ἅπασι διδόναι, ἢ πτισάνην, ἢ κέγχρον, ἢ ἄλητον, ἢ χόνδρον. Idem sapiens alibi χόνδρου ῥοφητοῦ mentionem facit. Dixerunt autem Græci ῥοφήματα, quæ nostri hodie *potages espois*. Theophrastus in libro de Igne, ab aquis separat ῥοφήματα, hoc discrimine. quod sint σωματωδέστερα καὶ παχύτερα. Libro huic finem imponit auctor. Ἐχέτω τέλος ἤδη ἡ βίβλος. ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἐδεσμάτων ἔχουσα τὴν καταστροφήν. *Desinat hic liber iste, finem nactus in sermone de cibis.* sic loquitur quasi absoluerit omnem ciborum historiam & enarrationem: quod falsum est: tantùm enim de iis egit qui ad gustationes pertinent. Itaque lege, περὶ τῶνδε τῶν ἐδεσμάτων, *in sermone de cibis huius generis*. ex queis videlicet ante cœnam constare solent.

ISAACI CASAVBONI
ANIMADVERSIONVM
IN ATHENÆI DIPNOSOPHISTAS,

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Argumentum libri quarti, quinti, & sexti. Caranus *Macedo.* Hippolochus & Lynceus *discipuli Theophrasti.* προπίνειν *&* ἀντιπροπίνειν. ἐλιγγίς. *Panaria veterum:* γύργαθος, reticulum. ἐρτοφόρα δι' ἱμάντων ἐλεφαντίνων πεπλεγμένα. *item* πλεκτὰ ἐλεφάντινα. Chytri, *festum Atheniensium*, οἱ περὶ τοῖς χύτροις λατρεύσαντες. λατρεύειν *de histrionibus.* συλλεγομαίνετοι.

Exhausta materia vniuersa gustationum, supererat vt ad cœnam ipsam conuiuator nos deduceret: quod tamen ab eo factum non est. Nam ad ciborum historiam non est rediturus ante librum septimum, vbi pisces enumerantur, qui fuerunt cœnæ legitimæ caput. Liber ille ita incipit, Ἐπειδὴ πέρας μὲν δ' ἤδη τ' δείπνου. Conferri debent cum istis verbis quæ scripta sunt extremo libro tertio. ἐχέτω τέλος ἤδη ἡ βίβλος ἐπὶ τοῖς λόγοις τοῖς περὶ τῶν ἐδεσμάτων ἔχουσα τὴν καταστροφήν. ἀρχὴν γὰρ τ'

δ᾽ ἄλλων ἀπὸ τῶν ἔξω πυνθανόμεθα. Quartus liber, quintus & sextus varios sermones continent, habitos à conuiuis, dum post gustationem expectatur cœna. Initio istius narrat dipnosophista, quâ magnificentiâ Caranus Macedo nuptiarum suarum solemnia celebrarit. Huius historiæ auctor Hippolochus Macedo, in ea epistola quam scripserat ad Lynceum Samium, æqualem suum, & studiorum in Theophr. schola consortem. Ait enim de Hippolocho, fuisse illum Theophrasti discipulum: libro autem superiore de Lynceo idem dictum est. Συμποδιαφέρεσθαι δ᾽ εἴωθε quid sit, exposuimus infrà capite vigesimo quinto. Frustra sunt qui ista verba τὰ ὅμοια κἀκεῖνος ἀντιπροπίνοντος αὐτῷ, de mendo habent suspecta: sunt enim ὕστερον πρότερον, quod aiunt. προπίνειν propriè est præbibere, & alteri calicem porrigere. sed poni solet ἁπλῶς pro *tradere*, *præbere*, & vt scribit Pindari scholiastes ad 7. odem Olymp. ἀντὶ τοῦ χαρίζεσθαι. Ioannes Chrysostomus in περὶ ἱππότητος oratione, τοῖς ἀξίοις ἀπωλείας σωτηρίαν ἐπιπροπίνει. Hinc apud summum oratorem, προπίνειν τὴν Ἑλλάδα, & προπίνειν τὴν ἐλευθερίαν, *tradere per prohibitionem*. Libro superiore dicebat Cynulcus se Vlpiano προπίνειν φιλοτησίαν, cùm illi veterum testimonia suggereret, quorum erat cupidissimus. Similiter ait hoc loco ἀντιπροπίνειν τὰ ὅμοια Lynceum Hippolocho, cùm eiusdem argumenti literas ad eum daret. Miror autem, si rectè habet quod paulo pòst scriptum est, οἱ μὲν συγκεκλημένοι ἄνδρες ἦσαν εἴκοσι, *conuiuæ erant nomine viginti*, quâ ratione, quóve iure inter πολυανθρώπους εὐωχίας censeatur infrà hoc conuiuium. Suspicio nobis est excidisse literam vnam, necessariò restituendam, hoc modo, ρ΄ καὶ εἴκοσι. *C. & viginti*. Certè non est numerus editus pro cætera magnificentia. Et erat Caranus sponsus nec tenuis census, nec plebei sanguinis: sponsa verò Proteæ illius filia fuit, vt arbitror, cuius originem & nobilitatem commemorat aliquanto post Hippolochus. Nam quorsum illa de Protea, si ad sponsæ genus indicandum non pertineant? Hippolochi narrationem non integram huc transtulit auctor: sed summa tantum, vt ait, illius capita quæ tamen ipsa non sine noxa ad nos peruenisse, vel hoc mihi persuadet. Scribo autem ἐδόθη δὲ καὶ φιάλη ἀργυρᾶ ἑκάστῳ μία δωρεάν: non δωρεά. sic melius Mss. Sequitur προσεστεφανώθη δὲ καὶ ἕκαστος περὶ εἰσελθεῖν στλεγγίδι χρυσῇ. Quodnam fuerit coronamenti genus στλεγγίς, explicamus libro 15. Hippolochus στέφανον appellat non multo post: ἐπεὶ πᾶσι τε χρυσᾶ στλεγγίδες ὅλαι ἦσαν ἴσαι τῷ πρώτῳ στεφάνῳ. ἐφθὸν τὰ σεσωρευμένα Hippolocho, quæ Plauto, *strutes patinarum*. Mox scribendum, τοῖς κατόπιν διαδιδοὺς παισί: non autem πᾶσι. sicut paulo pòst; ὑπεδεχόμεθα καὶ ταῦτα τοῖς δούλοις. De hoc more veterum, multa olim ad Theophrastum diximus. Lego deinde, ἐπὶ πλεῖστον ἔπινεν. ἦν γὰρ πολυπότης. vel, ἔπινε πλεῖστον. ἦν γ. restitutâ in suum locum voce ἔπινεν: quæ abesse non potest sine pernicie sententiæ: etsi ne in membranis quidem aliter. Non damno editam lectionem in istis, ἤδη δὲ ἡμῶν ἡδέως ἀπηλλοτριωμένων τοῦ σωφρονεῖν: *cum iam esset bona mens à nobis alienata*. sed neque manu exaratam improbo, ἀπηλλαγμένων τοῦ σωφρονεῖν. quasi esset istis strenuis potoribus oneri ac molestiæ mens recta, vel potius pudori. Duriuscula transpositio in istis videtur, ἐμοὶ μὲν γυμναὶ δοκῶ. mollius sonat scripta lectio, ἐμοὶ μὲν δοκῶ, γυμναί. Sequitur: πίναξ ἀργυροῦς ἐπεὶ πάχος οὐκ ὀλίγον περίχρυσος ὅσος ὥστε δέξασθαι μέγεθος χοῖρον. Videtur scribendum, περίχρυσος ὅλος, τοσοῦτος ὥστε δέξ. Alibi docebamus, panaria veterum & Græcorum & Romanorum reticulato opere solita fieri: quare etiam Horatio & Iuuenali *reticulum* appellari vas illud in quo vænales panes ad mercatum deferebantur. Theophr. aliisque Græcis γυργάθους. Hoc nunc repetimus, vt explicemus ista Hippolochi, κελεύει ἀρτοφόρα διὰ ἱμάντων ἐλεφαντίνων πεπλεγμένα δοθῆναι, *dari iussit panaria plexa è loris elephantinis*. reticulati operis clarum argumentum vox πεπλεγμένα. *lora elephantina* forsasse aliquis capiat de corio elephanti. sed ἱμάντας arbitror appellare Hippolochum virgas subtiles ex ebore, quibus ceu vimine vtebantur in contexendis panariis istis. Ita exponendum esse, declarat quod sequitur, de panariis argenteis. nam quæ ista argentea præcesserunt, erant dubio procul eborea. Atque hæc sunt quæ postea vocantur πλεκτὰ ἐλεφάντινα. Interpretibus qui ex eboris ramentis confici posse canistra arbitrati sunt, difficile credo non erat, quod inter ἀδύνατα omnes mortales omnium æuorum habuerunt, funem ex arena nectere, vt est verbum vetus. Legunt verò interpretes, ὡς καὶ τοῦ δοθέντος ἡμῖν ἀνασεσαγμένων. nos omnium membranarum lectionem restituimus, ἀνασωζομένων, id est, *quod nobis seruarentur quæ mensæ fuerant apposita*. Ideò n. sportulas afferri iusserat Caranus, vt in eas conuiuæ congererent, quicquid domum ad se vellent auferri. Ait deinceps, εἰσεβάλλοσαν ἡμῖν οἱ κἀν τοῖς Χύτροις τοῖς Ἀθήνησι λειτουργήσαντες. Præstantiam histrionum, siue τῶν Διονύσου τεχνιτῶν, his verbis significari, non est obscurum. quare ita verte, *ingrediuntur nostrum triclinium histriones, digni qui vel Athenis per Chytrorum solemnia producerentur*. Non est dubium, festum Atheniensium Chytros, per multos scenicos artifices solitum celebrari. ideò inter præcipua oblectamenta, quibus fruerentur qui in ea vrbe viuerent, ponit mox Hippolochus, Λήναια καὶ Χύτρους θεωρεῖν. Est verò nota ambitio eorum, qui publicos ludos Athenis suo sumptu edebant. Nullis enim parcebant impensis, quò possent Histriones peritissimos coëmere, & sumptuosissimo choragio instructos in scenam producere. Non semel mirati sumus, λειτουργεῖν vsurpasse Hippolochum de histrionibus: quibus propriè id verbi minimè conue-

nit:

nit: sed eis potiùs quorum sumptibus ludi curabantur, & histriones instruebantur. Nemo oratores Græcos legit quin hoc sciat. Istud igitur obseruemus: simul quæramus, quinam sint σκληροπαῖκται inter ludicrarum artium artifices Hippolocho nominati. Nam quod Dalecamp. σκληροπαῖκτας emendabat, ad theatralia pegmata referens, verisimile non est, nedum verum. Vir magnus emendabat σκιροπαῖκται. quæ scriptura non lõgè abit ab ea quam exhibent Mss. in quibus est sine λ σκηροπαῖκται. Sed vellem exposuissent, qui isti sint σκιροπαῖκται, quæ ratio nominis, & quis veterum mentionem fecerit sciropæctarum. Scimus esse qui voces σκῖρος, aut σκαρός, & σκιραφεία de lusione scruporum interpretentur: sed id quoque sine auctoritate. Nos putamus legi posse ψηφοπαῖκται. Potest legi & σφαιροπαῖκται. quod tamen haut probem. nam rectum & verum est omnino ψηφοπαῖκται. de eo genere hominum & ludicro, dictum est lib. 1. cap. 15. Præstigias illo loco descriptas, similium multarum historiarum collatione illustrauimus in libro de Venatione amphitheatrali.

CAPVT II.

Θήκη, arcula. Thebæ & nomina Thebana multa Syriaca. τύπον Νηρηίδων. Μηχανὴ χαστεία. φράγματα. lucernæ machinosæ. sigilla lucentia in cœnationibus. σιούναι & σιγύναι. Aristotelis & Theophrasti discipulorum disputationes hodiernis dissimiles. Erucæ inter cibos, σπειρῶσι & σπειρήματα, spiræ.

VIDEAMVS siqua sint in reliqua Hippolochi narratione, quæ diligentiam nostram desiderent. Ait Hippolochus: ἐν θήκῃ καταχειμένη ἀργυρᾷ. nemo dubitabit verum esse θήκῃ. mirum tamen vnde manarit edita lectio, quæ in multis etiam antiquis habetur, θήβῃ. Antiquissimi Græci eam vocem à Syris mutuati, (תבה *theba* enim illi) videntur vsurpasse pro θήκῃ. Hesychius certè agnoscit & interpretatur κιβωτίον. Græci interpretes Exodi cap. 2. θίβην vel θίβιν dixerunt: quæ vox fuit B. Augustino incognita, vt ipse scripsit: puto allusisse eò Hesychium. Thebas inde nuncupatas a Cadmo Phœnice, non ignorant, qui alia multa tractûs illius nomina, ad suam originem facilè reuocari posse animaduerterint. At Rabbini vice versa Græcum θήκη suum vsu fecerunt: nam illis תיק aut תיקה pro theca non infrequens. Ait, τὰ δὲ τοῖς ὑφάσμασιν ἀποδεδώκαμεν. malim ἐνδεδώκαμεν. nam ἀποδοῦναι sententiæ non conuenit. Iam dixit, ἐνδεδώκαμεν ἂν καὶ ταῦτα τοῖς ἄλλοις. paulo antè verbo ἐνδιδόναι vsus est in ea sententia. Ait αἰτῶ σκύφον χοᾶιον. *scyphum poscit qui congium caperet*. hæc priscorum Mss. hæc Eustathij lectio: non quod visum interpretibus χρυσοῦν. Ait, ἐφ' οἷς ἠχθέσθη, οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέστησαν. eleganter Homeri verba sententiæ suæ accommodat. Ιλιάδ. ψ.

Εἷς νέκυος ὁ γέρων, οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέστησαν.

Si verum est conuiuas non fuisse plures viginti, putem scripsisse Athenæum, οἱ δ' ἐννέα καὶ δέκα πάντες ἀνέστησαν. iam enim vnus ex eo numero exemptus erat, Proteas, de quo dictum est. Ait, μεθ' ὃς ὀρχηστρίδες ἐπεισεκυκλήθη τρόπον Νηρηίδων. Hæschelij Epitome, τύπον Νηρηίδων. fortasse an non malè. Ait, τοῦ ποτοῦ δὲ προϊόντος scribendum πότε: nam aliud ποτὸς, aliud πότος. Sic paulo post, καὶ ὁ Κάρανος ἄρξας πότε. non vt legitur, ποτοῦ & mox ἀναπετάννυσι τὸν οἶκον, verte, *explicant cœnationem*, vel *aperiunt*. οἶκος est triclinium ipsum vbi cœnabant, vel in ea cœnatione separata pars quædam instar cellæ. etiam Latinis *Oeci*, vt ad Theophrastum obseruabamus. Ait, & ἀναπεταδθασῶν δ' αὐτῆς ἐφάνησαν λάθρα διὰ μηχανὰς χαλώντων τῶν φραγμάτων, Ἔρωτες, καὶ Ἀρτέμιδες καὶ Πᾶνες. Vetus inuentum est mechanicorum, paruâ molitione varias rerum species exhibere in loco eodem, aut subiecto, & vt loquitur auctor libri de Mundo, παντοδαπὰς ἀποτελεῖν ἰδέας. Id totum peragebatur ope illius quam Græci χαστείαν μηχανὴν appellant: designatam Hippolocho voce χαλώντων. Auctor libri de Mundo inter artis illius mirabilia, cùm neurospastarum solertiam refert, tum eorum industriam qui διὰ μιᾶς ὀργάνου χαστείας πολλὰς & ποικίλας ἐνεργείας ἀποτελοῦσιν, *quia astutiâ vnius conuersionis, multa & varia pariter administrant*. Sic interpretatur Apuleius. Sed non habent, opinor, Latini propriam vocem quâ exprimant Græcam χαστεία, quæ & χαστεία Hesychio dicitur. *Vertibulas* tamen Ausonius Latinè nominat vel χαστείαν, vel simile quid in eleganti oscillorum descriptione. *Harum*, inquit, *vertibularum variis cæmentis simulantur species mille formarum: elephantus bellua, aut aper bestia: anser volans*, &c. Petronius, *Laruam argenteam attulit seruus, sic aptam vt articuli eius vertebræque in omnem partem flecterentur*. Est autem, nisi fallor, χαστεία mechanicis Græcis quod nostris *vn ressort*. huic enim optime quadrat quod tribuunt Græci τῇ χαστείᾳ, continendi vim & impellendi aut laxandi: hoc est, motûs & quietis quasi principium & incentiuum. Ergo hæc verba χαλώντων τῶν φραγμάτων λάθρα διὰ μηχανὰς, hoc significant: tabulata illa siue pluteos, qui obiecti erant fabrefactis candelabris, quæ postea apparuerunt, artificio ingenioso & mechanico fuisse remotos. φράγματα appellat Hippolochus, quæ Plato aptiùs in non dissimili narratione initio 7. de Republica, παραφράγματα. *Erotes, Panes, Diana & Mercurij*, sunt lucernæ vel candelabra ad similitudinẽ Cupidinis, Panis, Dianæ & Mercurij elaborata. Etsi autem quod hîc commemoratur artificium, mirabile admodum nihil habuit: aliis tamen inuentis subtilioribus ansam præbuit. Non enim dubium est, quin ab hoc principio ventum sit ad cœnationes istas versatiles, quarum Seneca, Suetonius

& Lampridius meminerunt. Porrò autem fieri ſolitum olim, vt in nocturni luminis inſtrumentis artis ſuæ peritiam oſtenderent mechanici: cuius rei nobile exemplum ſuppeditat hiſtoria cœnæ illius, quam in Cilicia exhibuit Cleopatra Antonio, vt narrat Plutarchus. Huc etiam pertinet machinoſa illa lucerna, quæ ipſa ſibi oleum miniſtrabat, teſte Sozomeno lib. 1. Sigillis Cupidinum & Panum, quæ ait Hippolochus lucernarum vſum præbuiſſe, reſpondent ſimulacra iuuenum heroicis temporibus rudi adhuc ſeculo, & incognitis lucernis, in angulis cœnationum deſtitui ſolita, vt facem tenentes lucerent Homerus de Phæacibus canit,

Χρύσειοι δ' ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν
Ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες
Φαίνοντες, νύκτας κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσι.

Lucretius in opulentæ domus deſcriptione poëtæ locum non tam imitatus eſt, quàm expreſſit propè verbatim: quod non obſeruant illius interpretes:

——aurea ſunt iuuenum ſimulacra per ædeis
Lampadas igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis vt ſuppeditentur.

Ait Hippolochus *σύαγροι σιγύνοις ἀργυραῖς διαπεπερονημένοι περιεφέροντο ἑκάστῳ.* Nihil intereſt ſiue *σιγύνοις* ſcribas ſiue *σιβύνοις*, vt in Epitoma. venabulum ita vocant, telum *ὁλοσίδηρον*, aprorum venationibus aptum. de eo multa in commentario noſtro de Venatione amphitheatri. Cæterùm hic locus ſuperiorem noſtram de conuiuarum numero coniecturam labefactare nonnihil videtur. Nam vt cuiq; conuiuarum ſuus aper apponeretur, quod ſcribitur eſſe factũ, 120. apros in triclinium illatos oportuerit, ſi ſtat illa noſtra emẽdatio. Lector igitur eruditus ſtatuat, vtrum duorum ſimilius vero debeat videri: aut conuiuarum celebris adeò conuiuij tantam fuiſſe paucitatem; aut tantam aprorum copiam potuiſſe reperiri. De Mandrogene vrbicario mimo adi librum 14. Iſte, inquit Hippolochus, *πολλοὺς κατέχεεν ἡμῶν γέλωτας*, *multa ridicula in nos effudit*, vel, *multos riſus à nobis expreſſit*. ſic melius quàm vt interpres. Ait: *σὺ δὲ μόνον ἐν Ἀθήναις μένων εὐδαιμονίζεις τὰς Θεοφράστου θέσεις ἀκούων*. mallem *ἑαυτὸν εὐδαιμονίζεις*. *Tu hoc vno te cenſes beatum, quod Athenis manens Theophraſti diſputationes de propoſita theſi audias.* Mos ſummorum virorum fuit Ariſtotelis & Theophraſti, diſcipulos exercere propoſitâ ad defendendum aut oppugnandum quæſtione aliquâ, quæ dicebatur *θέσις*. Conſtat autem fuiſſe in illis diſputationibus non minùs facundiæ certamen, quàm acuminis & *εὑρεσιλογίας*. Nihil enim ſimile erat earum contentioſarum *λογομαχιῶν*, & vt appellat Romanus ſapiens, circumſcriptionum, quibus hodie ad duritiem frontis infelix iuuentus eruditur: ideò dicebat Strabo lib. 13. ſolitos Theophraſti diſcipulos *θέσεις λογικεύειν*, hoc eſt, *de re propoſita oratorio more diſputare*. Ait, *θύμα καὶ εὔζωμον, καὶ τοὺς καλοὺς ἐκείνους στρεπτοὺς*. membranæ, *καὶ εὔζωμον*. Erucæ olim inter tenuiorum lautitias, aliquando etiam in beatorum menſas, admiſſæ: vt in Naſidieni cœna apud Horatium. *Στρεπτοὶ* & *στρεμματα* operis piſtorij nomina ſunt, à figura ſic dicti, quâ fingebantur. Eadem nominis ratio eſt in ea quam Latini *ſpiram* vocant: cuius fingendæ modum habes apud Catonem cap. 77.

CAPVT III.

Μικροτραπεζοι φυλλοτρῶγες. Defenditur contra Ariſtophanem, qui narrauerat Athenis, Perſas aſſare boues integros. tapetes ſtrati μέχρι τῆς ἄρκτου. Thraces butyrophagi. *λάκκοι δωδεκάπηχυς. Miniſtri menſæ alte cincti. Sparta εὐρύχορος.* phiala lepaſta. *Bulborum σιρὸς δωδεκάπηχυς. σειρὰ bulborum, & olerum faſciculi, ἑψάναι. ſiri Thracum. διακόσιοι, heriles fily. ὦχρος & ὠχρός. δόλιχος genus leguminis. locus ἐν εὐρυπρώκτον & impudicum.*

IN Antiphanis verſibus ex Oenomao ſcripſimus, auctoribus libris chirographis, *μικροτραπεζοι φυλλοτρῶγες*, *tenuis menſa, & oleribus foliiſque herbarum victitantes.* Pro *τέρας* mox ſcriptum inueni *τέλεας*: quod non concoquo. Fruſtra fuit Ariſtophanes, cùm tantopere eum rideret, qui dixerat Perſarum regibus ſolitos apponi boues integros in clibano toſtos. Ex iis quæ dicentur infrà hoc libro, de victu eorum regum, vera illum parebit loqui, quem pro mendace inſignito ſuggillat comicus. Anaxandridæ tetrametri de nuptiis Iphicratis cum filia Cotyis, etſi non ſunt perobſcuri, quædam tamen habent, quæ nos exercere poſſint. Primorum verborum mens pendet ex iis, quæ apud poëtam præcedebant. *Κἂν ταῦτα ποιῇς, ὥσπερ φράζω, λαμπροῖς Δείπνοις δέξεσθ' ὑμᾶς.* ſcribendum *δέξεσθ' ὑμᾶς*: vt in membranis: vel fortaſſe *ἡμᾶς*. *Si hæc feceris quæ dixi tibi, ſplendido conuiuio excipiemur.* Dalecampius multa mutauit, vt eam ſententiam eliceret quam probauit. nobis non lubet, ac ne licet quidẽ, eſſe ingenioſis vbi nihil neceſſe. Quemadmodum autem *οὐρανομήκη* illa dicimus, & *cælos tangere* ac *ferire vertice*, quæ ſunt præalta: ſic Anaxandrides vt ſignificaret ingens illud viæ ſpatium quod fuerat tapetibus conſtratum, eos ad Vrſam vſque pertinuiſſe dixit. Ita hæc interpretor, *Κατὰ τὴν ἀγορὰν μὲν ὑπεστρῶσθαι στρώματα μὲν ἁλουργὰ μέχρι τῆς ἄρκτου.* Dalecamp. retulit ad temporis diuturnitatem quo manſêre conſtrati tapetes: quam interpretationem non probo. Sed quòd ſequentia, *Δειπνεῖν δ' ἄνδρας βουτυροφάγους αὐχμηροκόμας μυριοπληθεῖς*, emendat, ſcribitque *βουκόλους*, planè damno. planiſſimè enim proba eſt lectio edita. Thracas poëta facit butvrophagos, cùm in Græcia vix butyri adhuc eſſet vſus cognitus, vt docemus alibi. Veteres cùm alicuius cubiculi vellent magnitu

magnitudinem indicare, dicebant, *tot lectos capit*: vnde est appellatio tricliniorum, & οἶκων τῶν τριακλίνων, ἑπτακλίνων, atq; etiam ἑκατοντακλίνων & τριακοντακλίνων. Eo allusit Anaxandrides, τὰς δὲ λέβης ὡς χαλκοῦς εἶναι μείζους λάκκων δωδεκακλίνων. propriè non λάκκοι, sed οἶκοι dicuntur δωδεκάκλινοι, *lecto. 12. capere*. Moris erat, vt qui in conuiuiis ministrarent, altè cingerentur, quò essent expeditiores. Horatius, *puer altè cinctus acernā gausape purpureo mensam pertersit*. Ideo Anaxandrides αὐτοί τε κότυν περιεζωσμένοι, ζωμόν τε φέρειν ἐν χοῒ χρυσῇ. Scribo deinde τὰς δ' ἁρμονίας μεταβάλλειν. repetendum semper τὸ φασίν. Sensus est, Aiunt Antigenidam tibicinem, Argam cantorem, & Cephisodotum citharam pulsantem, ei conuiuio interfuisse, & cecinisse modò quidem Spartam amplis florentem choreis, modò Thebas septem portarum, mutato harmoniæ genere. Errat Dalec. qui εὐρύχορον Σπάρτην mutat in εὐρύχωρον. quo etiam modo scriptũ inuenimus in Epitoma Hœscheliana, perperam: Homericum est eius vrbis epithetum: vt, ἡ δ' εἰς εὐρύχορον Λακεδαίμονα Παλλὰς Ἀθήνη ᾤχετο de ea voce multa poëtæ interpretes: de Spartanis choreis Plutarchus in Apophthegmatibus. Apollo fatidicus in oraculo quod refert Herodotus, νῦν δ' ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροιο. Lectio quam edidimus est prompta è membranis: si libeat minimum ab eius vestigiis recedere, scribam, ποτ' αὖ ἐπὶ Θήβας τὰς ἁρμονίας μεταβάλλειν. non censeo dubitandum, hanc esse veram lectionem. Cum autem & phiala, & lepasta, sui generis diuersa pocula sint, vt didicimus ex libro 11. probem scribi, φιάλην τε καὶ λεπαστήν. potius quam vt editum est, φιάλην τε λεπαστήν. Cum inter alia quæ dotis nomine accipit Iphicrates à rege Thracum, recenset comicus, βολβῶν σιρὸν δωδεκάπηχυν, non absurdè coniiciebamus scribendum βολβῶν σειράν. & Dalec. in mentem venit huius coniecturæ: sed vir optimus perabsurdè vertit *bulborum torquem*. nos βολβῶν σειράν interpretamur *lineam bulborum*: sicut dicitur Iurisconsultis *linea margaritarum*. sic hodie cæpas in forum deferunt, ad instar catenæ nexas inuicem more sertorum, non autem transfixas, vt fit in vnionibus. Alia olera in fasciculum colligata prostabant. Virgilius in Moreto. *Venales olerum fasceis portabant in vrbem*. Hieronymus consolatione ad Pammachium, *mundant legumina, olerum fasciculos in ferventem ollam deiiciunt*. ex istis verbis docemur, non solitos solui istos fasciculos: sed vt emebantur in olitorio foro, ita in ollam coniici. Eius rei caussam explicat Galenus, Erasistratum subsannans, quod in curatione cuiusdam morbi scripsisset, εἶναι δὲ δέσμια, (de cichoreis loquitur) ὅπως εὐμετάθετα ᾖ. Galeni verba sunt in libro de Sectione venæ contra Erasistrateos qui erant Romæ, ἆρ' ἐπινοῆς ἔτι δύνασθαί τινα ἐπιμελέστερον γράψαι τὰ σμικρότατα, τὸ μηδ' ὅτι χρὴ δεσμίδας ποιεῖν τῶν κιχωρείων ὀρθώς ἀμελήσαντα ὃ σκοπήσαντος, ἐνδηλον γὰρ ὅτι τὰ λελυμένα δυσμετάθετα γίνονται. Videntur Græci istos fasciculos ἐψάνας propriè appellasse Hesychius, ἐψάναι, αἱ τῶν λαχάνων δεσμαί. Ita exponemus σειρὰν βολβῶν, si cui placeat emendatio. Sic minores aues vendebant in lineam digestas. Hesych. τρίλλωτις τὰ ὄρνια καὶ τιθέντες ἐπὶ πίνακος ἐπάλλην, τὰ λεπτὰ ἑρμαθίζοντες. Nobis nunc perplacet quod est editum, & in omnibus codd. scriptum, σιρόν. Σιρός, est fouea in vsum granarij vel apothecæ cauata. Hesych. etiam πίθον interpretatur: quia in doliis præter vinum etiam alia seruabant. *Siros* vocant auctores rei rusticæ, Varro & Columella. Varro hoc amplius, sirorum in Thracia plurimum fuisso vsum scribit. cur igitur hic mutemus, vbi de rege Thraciæ sermo est? At istud fortasse mutandum, τούτων δ' ἔσται πολὺ σεμνότερον καὶ λαμπρότερον, præcedit γάμος. itaque scribendum σεμνότερος & λαμπρότερος. nisi malumus πρὸς τὸ σημαινόμενον referre: nempe δεῖπνον. quod verum censeo. Δεσπόσυνοι sunt *heriles filij*, non *heri*. Scio grammaticos veteres δεσποσύνους & δεσπότας interpretari *vernas*. sed pro herili filio accipi, non obscuro testimonio docemus. Appianus lib. 4. Bellorum ciuilium, ἑτέρου ἀπελευθέρου τάφον δεσπότου φυλάσσοντος τὸν δεσπόσυνον προγεγραφότα ἐφύλασσεν ἐν τῷ τάφῳ μετὰ τοῦ πατρός. Additur ὁ σμύρνης καὶ Συρίας ὀσμάς: scribe cum Epit. σμύρνης Συρίας. In eadem mox κολλίκων pro χολίκων. & πολυποδίων, non πολυποδέων, quod aliud sit, & sententiam faciat imperfectam. Scribe, λαθύρων, ὤχρων, δολίχων, μελίνου. leguminum nomina sunt ὦχρος & δόλιχος. at ὠχρός, aliud significat. Idem liber θυννίδες ἐφθαὶ scribit pro ὀπτά. In extremo huius eclogæ inest iocus comicus, cum ait poëta, γέρανος, τοῦτο (malim ὡς τότ.) τὸ χάσκοντος διατεταμένος διὰ τοῦ πρωκτοῦ καὶ τῶν πλευρῶν, διακόψει τὸ μέτωπον. Iocus, inquam est, in hominem muliebris patientiæ. Græci impudicos vocabāt εὐρυπρώκτους vel λακκοπρώκτους. Hoc vult: gruem illam adeò longum habuisse rostrũ, vt si per anum imittatur impudici illius, quem digito indicabat histrio qui ista pronuntiabat, ad latera vsque penetrare, & frontem ipsam tundendo perforare queat: insigniter εὐρύπρωκτον voluit significare, & morbo nefando præ cæteris infamem.

CAPVT IV.

Ἀνδρὶ ἀττική. ἡ ἐν ἄστει παρασκευή. *Coqui laus*. βλιχώδης, βληχώδης, βλιχάδης. *Ionicus* πλῦταξ ὑποσκάσους ποιῶν. ὑποβινητιῶντα & πασχητιῶντα βρώματα· τὰ ὡς ἀνασώμασιν. *Philemonis* Μετιὼν ἢ Ζωμίων. *Aristophanis fabula* Ἀνάγυρος, *item* Ἀνάγυρος & Ἀγήρως. *Epilyci comici* Κωραλίσκος. παραμασῶντας & παραμασύντας. βαυκίζειν τὰ λευκά, & *de baucidibus quædam*. συμφορὰν εἰσάγειν. *Theodectes adiutor Euripidis*.

IN iis versibus qui ex Lyncei Samij Centauro afferuntur, non capio ista, —ἀνδρὶ γὰρ ἐστὶν Ἀττική, ἡ δὲ ξενική. scribo vt intelligam, ἡ δὲ πᾶσι ξένοις γε, *victus Atticus*, inquit, *non placet, nobis*

saltem peregrinis. In responso Hegesandri scribit Eclogarius, τῆς γ' ἀεὶ ἀσχινῆς. malo tamen παρασχινῆς. eâ voce intelligitur, quicquid in cœnam solitum apponi ab Atheniensibus. Quartum versum ex *Apolipusa* Diphili, ita corrige,

——τί δὲ
τοῦτ' ἐστὶ πρὸς σὲ τὸν μάγειρον; τῆς τέχνης
ἡγεμονία τίς ἐστιν αὐτὴ γ' ὦ πάτερ,
τὸ τῶν ἐδομένων τὰ στόματα προειδέναι.

Eadem sententia apud Martialem,

Non satis est ars sola coco: seruire paratum
Nolo: cocus domini debet habere gulam.

Posidippus, Καὶ τὰ στόματα γίνωσκε τῶν κεκλημένων.
εἴσω γὰρ εἰς τὰ στόματα, τῆς τέχνης πέρας
τοῦτ' ἐστὶν, ἂν εὖ προσδράμῃς πρὸς τὸ στόμα.

12. versum ita concipe, ἀηδίαν σοι δυνάμενον ὥστε γ' ἂν παρασχεῖν. Vltimum verò sic, πάντες βλιχώδεις εἰσὶ, καὶ μεστοὶ λάπης. Apud Hippocratem sæpius leges, ἐμέειν σίαλα ἢ λάπην. Pro βλιχανώδεις, quod verbum est non nauci, Dalecampius scribebat βληχώδεις, repugnãte modulo versus. Nos fecimus βλιχώδεις, per iota, memores veterem criticum Epiclem exponere apud Hippocratem βλιχῶδες, τὸ λελιπασμένον μετὰ γλοιώδους ὑγρασίας ἀκαθάρτου. *pingui obsitum, cum viscoso humore & impuro.* Hîc verò Diphilus ita vocat homines pituitâ laborantes, eámque ob causam ἀποσίτους. rara enim ciborum appetentia quibus est pituita molesta. idcirco addit, μεστοὶ λάπης. nam & λάπη genus pituitæ. Menandri versus subiiciuntur, quorum nonus expleri potest hoc modo, ἐκ τῆς ὀργανῆς, Ἀρκαδικὸς, τὴν ἀντίον ἀθάλασσος. In 11. ἰωνικὸς πλούταξ ὑποστάσεις ποιῶν. quid sit ὑποστάσεις ποιῶν, dubitaui diu: nam viri docti interpretatio, vt est, sic visa semper absurda. Referebam aliquando ad mollem incessum, & motus Ionicos cum staticulis. Sed veram interpretationem docuit me Iulius Pollux: cuius sunt verba lib. 6. cap. 9. αἱ πιθηλαὶ σκευασίαι ἐνθυλεύσεις ἢ μονθυλεύσεις ἐκαλοῦντο. ὡς καὶ παρὰ Μενάνδρῳ αἱ ὑποστάσεις, ζωμὸς παχὺς ἀμύλῳ πεπηγμένος. Hæc Pollux, respiciens absque vllo dubio hunc ipsum Menandri locum. Sunt igitur ὑποστάσεις condimenta, ita dicta quòd in imo subsidant. Locum Menandri tangit Socrates, Historia 3. cap. 8. vbi differit de vocibus οὐσία & ὑπόστασις. Sic ille: παρὰ Μενάνδρῳ σημαίνει ἡ ὑπόστασις τὰ καρυκεύματα. ὡς ἄν τις λέγοι τὴν ἐν τῷ πίθῳ τοῦ οἴνου τρύγα ὑπόστασιν. Vocem πλούταξ sumpsit Menander ab Eupolide: nam vt illius propria adnotatur à veteribus criticis. Pollux libro tertio, ὁ δ' Εὔπολις πλούταξ εἴρηκε, ὑποβινητιᾷν, est Venerẽ appetere. inde ὑποβινητιῶντα βρώματα Menandro, *cibi ad Venerem stimulantes.* Clemens Alexandrinus Menandrum imitatus, παχνητιῶντα appellauit in secundo Pædagogi: πόῤῥω γάρ ἐστι τῶν παχνητιώντων ἐδεσμάτων ἡ τράπεζα τῆς ἀληθείας. Rectè Dalecampius τὰ εἰς ἀναστόμωσιν βρώματα interpretatur, quæ valent ad restituendam orexin amissam. Martialis hoc dicit *reficere nauseam.* Propriè ἀναστόμωσις est oris obturati. Cælius Aurelianus Tardarum Passionum lib. 2 cap. 10. *osculationem* vertit: & ἀναστομοῦν *osculari.* nam τὰ στόμια venarum & arteriarum, et dicuntur *oscula.* Passim apud medicos ἀναστόμωσις φλεβῶν, vel τῶν ἀγγείων appellatur venarum apertio. à qua significatione non recedit, cùm pro restituto ciborũ appetitu vsurpatur. Ferè enim contingit fastidium ciborum, cum os ventriculi alienis humoribus est obsessum: cui malo vt medicina fiat, aperiendi sunt occlusi meatus. Fit autem hoc vel cibis succi subtilis, cuiusmodi sunt illa quæ Plutarcho appellari λεπτὰ & τομὰ dicebamus lib. 2. cap. 17. vel pharmacis eiusdem facultatis. Lege Galenum de comp. medic. κατὰ τόπους, libro 8. Laudatur deinceps Philemo comicus, ἐν Μετιόντι ἢ Ζωμίῳ. non displiceat nobis quod doctis quibusdam placet, Μεθύοντι. aliter tamen etiam libro octauo. Cicadas veteribus fuisse esitatas, & obseruat hic Athenæus: & nos probauimus libro secundo, cap. 16. In eam rem citatur dipnosophistæ Ἀρεισοφάνης Ἀναγύρῳ. Obseruare licet veterum comicorum plerasq; fabulas ab Atticis populis esse denominatas. Idem de hac comœdia videtur sentiendum: nam Anagyrus appellabatur tribûs Erechtheidis pagus quidam. quanquam non Ἀνάγυρος, sed Ἀργυροῦς fuit illi δήμῳ verum nomen: vt dicebamus libro secundo, cap. 11. Memini tamen reperire alibi scriptum Ἀναγύρῳ: cui scripturæ fauet locus Pollucis libro 9. vbi scriptum corruptè, Ἀρεισοφάνης ἐν τῷ ἐν Ἀγύρῳ, pro ἐν τῷ Ἀναγύρῳ. Alibi apud eundem Pollucem, illo ipso libro, citatur Aristophanes ἐν Ἀγύρῳ. certum est locum esse corruptum. sed quomodo emendabimus? an ἐν Ἀναγύρῳ, vt aliquot locis scriptum in Athenæi codd. an ἐν Ἀγύρῳ, vt in libro 14. verum est Ἀναγύρῳ, nisi fallor: nam & apud Pollucem ita scribitur lib. 10. cap. 12. & cap. 13. bis. item cap. 21. & cap. 25. Obscurus poëta est Epilycus, cuius fabulam Κωραλίσκον laudat mox auctor. Κοραλίσκον vocat Suidas per o paruum. Κοραλίσκος est *adolescentulus*, vt interpretatur Hesychius. Similis inscriptio earum fabularum, quibus Παιδίον fuit index, vt dicebamus libro superiore. E' Nicandri subiectis versibus, tertium melioribus ingeniis sanandum relinquimus. Libri omnes corruptissimi, in quibus pro πιάσθεν scriptum θειάσιον, vel ἄγνυσσον. ne in sequentibus quidem versibus omnia præstabo integra. In vltimo saltem ἄρυσαι scribendum, non ἄμυσαι. *hauri* è vasculo quod σταμνίον modò appellauit. Destituunt nos libri etiam, in sequentibus versibus Diphili vel Sosippi. Alexidis *Tarentini* nominantur & Polluci libro 10. cap. 13. Παραμασσύντης in eius versibus exponitur de parasito. Lib. 6. παραμασύτης scriptum ex eodem poëta: quod videtur ἀναλογώτερον: nam μασᾶσθαι dicimus. sed vtrumque dixerunt Græci. Hesychius μασσύτης, παράσιτος. Penultimus versus ita scribitur, καυκιζόμενον τὰ λευκὰ, τὴν ἄβαλλον θ' ἅμα. Scio καυκὶς reperiri pro βαυκίς: hic tamen βαυκίζομενον scribi malim. Hesychius vbi docuit

βαυκίζεσθαι

βαυκίζεσθαι vsurpari pro, θρύπτεσθαι, subiicit hæc: βαυκιζόμενον, τρυφερὸν καὶ ὡραϊζόμενον. videtur optimus ille grammaticus hunc ipsum Alexidis locum ante oculos habuisse, cum hæc scriberet. Est igitur βαυκίζεσθαι τὰ λευκὰ, per lasciuiam ostentare baucidas (id calceamenti genus) albas. Baucides ferè crocei coloris erant, vt scribit Pollux. hic ostentator ineptus albas gestabat: eásque inter saltandum subinde ostentabat. Homo stultus multis nominibus: nam in totum ineptæ ad saltandum erant baucides, non minus quam illæ quæ hodie nobis à subere, id est, ἀπὸ τοῦ φελλοῦ, appellantur *pantosellæ*. Baucidibus solitum suber suppingi, (vel quia hibernum erat hoc calceamenti genus, vel quia à mulierculis gestabatur, quæ mendacio staturam irent adiutum,) declarat incerti poëtæ versiculus apud veteres magistros, ὁ φελλὸς γὼ ταῖς καυκίσιν ἐγκαττύεται). Verùm hæc alio loco meliùs & vberiùs. Posterius hemistichium ad incitas redegit nos sæpe. Membranæ nos destituunt. Breuiator hunc versum circumscripsit, reliquos omnes describens. caussam diximus iam multoties. Scribo τὸ νάβλον θ' ἅμα videtur ineptulus hic inter saltandum calceos ostentasse, & nablum quod manibus tenebat. Pænè prætermiseram admonere de grauissimis mendis, quæ versum quartum & quintum deformant. Sic enim legitur, συμφορὰν λέγεις, ἀεὶ αὖ ψαίνης ἂν εἰς συμπόσιον εἰσελθὼν ἄφνω. Quis ista intelligit? *nemo hercule, nemo*. Lego planissimâ & certissimâ sententiâ. συμφορὰν σὺ γ' εἰσορᾶν φαίνης ἂν εἰς συμπόσιον εἰσελθὼν ἄφνω. eleganter συμφορὰν ὁρᾶν, de re molesta, & quam videas ingratius. paulò aliter apud Sophoclem, θάνατος πάλ' ἀκούειν, & similia. A libris est τὸ φαίνης pro φαίνῃς. cætera ab ingenio. De Theodecte versus est Antiphanis, ὁ τὰ κεφάλαια συγγράφων Εὐριπίδῃ. hoc est, qui Euripidi fabulas suas componere aggressuro, summa capita describit, & primam faciem tragœdiæ delineat. Locum ex Alexidis *Isostasio* ita concipe,

Ἀπὸ συμβολῶν ἔπινον ὀρχεῖσθαι μόνον
Βλέποντες, ἄλλο δ' οὐδὲν ὄψων ὀνόματα
Καὶ σιτίων ἔχοντες, οἷον Κάραβος
Καὶ Κωβιός, καὶ Σεμίδαλις.

Interpres pro βλέποντες legit θέλοντες. non video cur necessum sit mutare. At οἷον in tertio versu pro ὄψον necessariò rescripsimus.

CAPVT V.

Percurritur elegans parodia Matronis. Βορεασμοὶ *&* Βορεασταὶ *apud Athenienseis.* ὀργανὸς ὀπτανιάων. ὄσμυλαι *&* ὀσμύλια. χονδροφυής. παλάμῃ ἐπορέχθην. *Aqua rosacea, veteribus incognita. Multa alia obiter obseruantur: multa emendantur.*

MVLTVM Athenæo debemus, qui Matronis parodiam nobis conseruauit descriptam isto loco. Carmen est & ingeniosum, & leporis ac venustatis plenissimum. Merebatur profectò eius venustas, vt plus paulò operæ in illius interpretatione viri docti sumerent. Tyrones quibus est otium, si me audient, singula huius parodiæ cum Homerico fonte vnde sunt deriuata, contendent. Suaue erit ac iocundũ cõsiderare, quâ dexteritate sententias poëtæ in diuersissimum sensum Matro hic detorserit. Multa item eruditissimi Dalecampij παροραμάτια nullo negotio & animaduertent & corrigent. Vtriusque exemplum esto hoc, à nobis raptim & properanter editum: festinamus enim ad alia, neque recentes nunc sumus ab Homeri lectione: in quo tamen totius negotij huius cardo versatur Primus versus, Δεῖπνά μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροφα καὶ μάλα πολλὰ, quod nemo non videt, ex isto factus est, Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλά. Proximus, Ἃ Ξενοκλῆς ῥήτωρ ἐν Ἀθήναις δείπνισεν ἡμᾶς: totus est Matronis, nisi quòd Homericum verbum δειπνίσσεν vsurpauit. Sequens, Ἦλθον γὰρ κἀκεῖσε, πολὺς δέ μοι ἕσπετο λιμός: totus est poëtarum principis, vnicâ voce exceptâ ἦλθον γὰρ κἀκεῖσε, πολὺς δέ μοι ἕσπετο λαός. Etiam quintus, οὗ δὴ καλλίστους ἴδον ἄρτους ἠδὲ μεγίστους. sine dubio Homeri est: etsi non memini nunc quomodo apud illum scribatur. similis versus in sexto Iliadis: ὃς κάλλιστος ἔην ποικίλμασιν ἠδὲ μέγιστος. Quintum cùm leges, λευκοτέρους χιόνος ἰδεῖν ἀμύλοισιν ὁμοίους: veniat in mentem necesse est istius de Rhesi equis, λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. Similis alia eiusdem poëtæ parodia. λευκοτέρας χιόνος ἰδέειν ἀμύλοισιν ὁμοίας τάων φυομένων ἠράσσατο πότνια γαστήρ. Sextus, Τάων καὶ Βορέας ἠράσσατο πεσσομενάων. quantum memini apud poëtam legitur paulò aliter de equabus Dardani quas Boreas adamauit. Alicubi sub Iliadis finem recordor legere hunc versum, τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων. hic verò τάων intellige ἀμύλων. *quarum dum coquerentur*, siue, *recèns coctarum vel Boreas poterat affici desiderio.* Sensus autem est: adeò bonos panes illos aut placentas fuisse: vt etiam Borealia celebrantibus apponi potuerint. Moris fuit Athenis Boreæ sacra facere, demerendi illius gratiâ magnâ solennitate is dies celebrabatur, atque inprimis lautis opiparísque epulis. Βοριάζειν hoc dicebant, & βορεασμὸν superstitionis huius ritum. Hesychius Βορεασμοί, Ἀθήνησιν οἱ ἄγοντες τῷ Βορέᾳ ἑορτὰς καὶ θοίνας, ἵνα αὔρους (malim αὔραι) πνέωσιν. ἐκαλοῦντο δὲ βορεασμοί. Videtur dicere thiasotas horum sacrorum fuisse appellatos βορεασμούς. Ego arbitror βορεασμὸν id esse quod iam diximus: at qui superstitionis huius sacra concelebrarent, eos esse dictos βορεαστὰς, vt εἰκαδιστὰς, τετραδιστὰς, & similes: 7. Αὐτὸς δὲ Ξενοκλῆς ἐπεπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν. at Homerus sic, Αὐτὸς δὲ κτίλος ὣς ἐπιπωλεῖτο στίχας ἀνδρῶν. 8. Στῆ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἰών. χεῖσθεν δέ οἱ ἦν παράσιτος. duo hemistichia quæ varijs locis in Vlyxea leguntur, constituit in versum vnum. in priore nihil mutauit: posterius ita habet, χέοντο δέ οἱ ἦλθεν Ἀθήνη 9. Χαιρεφόων, πεινῶντι λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. inuenies in poëmate de Vlysse, Σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς. 10. Νήστης, ἀλλο-

τρίων εὖ εἰδὼς δ᾽ ἀπανοσωμάων. scribēdum νάσης. apud Homerum memor sum legere, εὖ εἰδὼς ἱπποσυνάων, & λελασμένος ἱπποσυνάων. Cætera comparent studiosi adolescentes: quibus, vt dixi, plus est otij quàm mihi. In 12. non intellexerūt interpretes, quid esset οὐρανὸς ὀπτανιάων. est verò culinæ siue camini luculenti periphrasis. Aristophanes κάπνην vocat in Vespis, τί ποτ᾽ ἆρ᾽ ἡ κάπνη ψοφεῖ: hoc est, vt scribit scholiastes, καπνοδόχη. ἔστι δὲ σωλὴν οὗτος ἐπὶ τῶν μαγειρείων. Appianus in 4. Ἐμφυλίων ad vocem οὐρανὸς accedit, καπνώδεις ὑπωροφίας nominans. His duobus versibus,

Οἷς ἐπιτετράφαται μέγας οὐρανὸς ὀπτανιάων Ἢ μὲν ἐπιπνεῦσαι δείπνω χρόνον, ἠδ᾽ ἀναμεῖναι. lepidissima coqui periphrasis continetur: neque audiendus vir doctus, qui αἱ μὲν & αἱ δὲ scribit in posteriore. Homer. de Horis, τῇς ἐπιτετράφαται μέγας οὐρανὸς ὄλυμπός τε, Ἠ μὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος ἠδ᾽ ἐπιθεῖναι. In 15. ἄδιστα sunt *cibi*. poëtica vox est Homero frequens. nollem accepisset vir doctus pro ἄδια: quod declarant illius verba, *cibariorum omnigenas species*. 10. versus, Ἐν καθαρῷ, ὅτι κύματ᾽ ἐπ᾽ ἠιόνος κλύζεσκε. si animaduertisset Dalecampius sumtum esse ex Iliad. rhaps. ψ. nunquam illa scripsisset, quæ pro interpretatione horum verborum nobis reliquit. Legant tyrones Eustathium. Similis error in versu 86. Ἐν καθαρῷ ὅθι περ λοπάδων διεφαίνετο χῶρος. cùm vnica dictio mutata sit ex Homerico. ἐν καθαρῷ, ὅθι περ νεκύων διεφαίνετο χῶρος. 24 absque vlla varietate in omnibus membranis & Epitoma ita conceptus est, Τὰς δ᾽ ὁ Κύκλωψ ἐφίλει, καὶ γῆ ὄρεσιν ἐξεπεφύκει. Scribebam, τὸν δ᾽ ὁ Κύκλ. & cum sequēti versu continuabam. Describit vnum aliquem è seruis Xenoclis, illum nempe qui pinnas mēsæ intulerat. Eum ait Cyclopi fuisse dilectum, atque adeò à Cyclope in suo antro generatum: horridū aliquem seruum, visu turpem, & altero oculo captum designat. Iosephus verò Scaliger cum superioribus hunc versum iungens, scribendum arbitrabatur, Τὰς δ᾽ ὁ Κύκλωψ ἤσθιε καὶ ἐν ὄρεσιν ἐξέσπα φυκία. Has inquit mandebat Cyclops, & in montibus eradebat τὰ φυκία. nam apuæ cum multa alga capiuntur, quæ est φῦκος: & algas ipsas superiore versu vocabat λιπαρὰ κρόσσωνα. ἤσθιε siue ἔφλα, valet *manducabat*, *vorabat*: Menander, Κύψας καθ᾽ αὑτὸν τῶν πραγμάτων ἔφλα. 25. Γόγγρας ἦλθε φέρων καὶ ἄμυλα ἠχήεντα. Postrema manifesti vitij sunt comperta. procliue esset emendare, ἠδ᾽ ἀμύγδαλα ἠχήεντα: nisi & præcedentia obstarent, & magis sequentia. Scribe igitur vel cum acutissimo Scaligero ἠδ᾽ τεῦθον μυελόεντα. vel vt censemus nos, ἠδ᾽ ὀσμύλιν ἠχήεντα. Vocem ἠχήεντα omnino retinendam puto, est enim Homeri: quò respexisse parodum non dubito. osmyli inter polyporum species recensentur. & ὀσμύλια dixisse Aristophanem in Danaïdibus, ex Athenæo & Polluce discimus. Olim scribebam, καὶ κογχύλι ἠχήεντα. 26. ὃς καλαφυγόντριχος πίτρας λαιοὺς τρίφα ὕδωρ. Sine controuersia verum est quod Scaliger diuinauit, ἃ κατὰ φυκότριχος,

27. χονδροφυῆ pallerem interpretor, cui mollis caro instar alicæ. 29. Οὐδ᾽ ἔφθην τρώσας ἵνα εἴκοσι Φοῖβος Ἀπόλλων. Scaliger, οὐδ᾽ ἔφθην τρῶσαι μιγάδασι δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων. Inuenimus in optimis Hœschelij Excerptis; τρώγειν. Itaque sic versum cōcinnamus, Οὐδ᾽ ἔφθην τρώγειν ἐπὶ ἄσσι Φ. Α. Homerus, ἐπεὶ φρένας ἄασεν οἶνος. 32. Ἀψ δ᾽ ἑλόμην χάρμην, λαιμὸν δ᾽ ἄπληστον ἄμυξα. *iugulem prehendi*, & *in contrarium partem traxi per vim*, & *Stratoclis inexplebile guttur vnguibus laceraui*. Nihil hic mutandum censeo. 46. Πολλὰ δ᾽ ἄναντα, κάταντα: περὶ στίγας ἦλθ᾽ ὁ μάγειρος. corripit posteriorem in στίγας: non sine exemplo. Theocritus, Ἁ πτωχὰ Διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει. sed & στίγος idem significabit. Scaliger tamen, περὶ στέχας malebat. Sensus est, iste redisse cocum sæpius è culina in superiorem contignationem vbi cœnatio. ἄναντα κάταντα eleganter appellat scalas. In Homeri versu Iliad. ψ. loci accliues & decliues sic dicuntur. 49. Αὐτὰρ ἐπ᾽ Εὔβοιαν λοπάδες τίσσαρες ἐσχόωντο, melius in Excerptis, ἀπ᾽ Εὐβοίας. sic versu 95. ἐκ Σαλαμῖνος. Poëta intelligit patinas Carystias: quas fuisse Athenis in pretio discere est ex libro 4. 53. εἶπε δ᾽ αὖ θύννα κεφαλὴ θαλαμηιάδαο. Rectè Dalecampius οἷν. optimè verò Scaliger, θαλαμωνιάδαο. vt alludat ad Homericum Ταλαμωνιάδαο. θαλάμαι *piscium cubilia*. Mox, ἕνεκα πινχίων αἰρομένων, interpretor, *propter lances quæ auferebantur de mensa*. Ea est quam appellat Parodus insignem calamitatem & θήλαστον: cùm ait, τὸ δὲ πῆμα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι. 56. Ρίνην φίλτατοι. repetendum est verbum ἦλθε. 70. Οὐ πλήρης περ ἐὼν κρατεροῖς παλάμῃ ἐπορέχθη. In Epitome, κρατερῶς. Scribe igitur, Οὐ πλήρης περ ἐὼν κρατερῶς παλάμῃ ἐπορέχθη, γεύσασθ᾽ ἱμείρων. Vtrumque dicunt poëtæ, χειρὶ ἐπορέγεσθαι, & χέρα, *manu protensa aliquid petere*. Scribe etiam, τὸ δὲ ἀμβροσίη μοι ἔοικεν. 75. Scribe, Σάνδαλα δ᾽ αὖ παρέθηκαν (vel παρέθηκεν) ἀγαθὴ ἡ ἀθανατάων. Planos pisces, cuiusmodi est solea, vocat sandala immortalium: Nereïdum videlicet, & aliarum Nympharum marinarum. 78. corruptus est, & vulnus codicibus illatum, cui neque Excerpta afferunt medicinam. 81. Μόρμυρος ἂν παῖδ᾽ ἐὼν μεγάλα σπάρος, ὃς ὁ μάγειρος. Scaligero placet, Μόρμυρος, αὐτὰ δ᾽ ἐὼν γαλέη, σπάρος. ὃς ὁ μάγειρος. acutissimi viri coniecturam adjuuant Excerpta, in quibus disertè scriptum αὐτὰ, & ὃς. 85. Κάτω δ᾽ εἶς Βατάνα, ὡς οὐδείς ἄπιτο δ᾽ ἄνευ. In membranis, κάτω δ᾽ εἰς τις Βατὶς & δ᾽ ἄνευ. quorum neutrum conuenit. 89. Καλὴν δ᾽ ἀσαδον πᾶς ἔπρεμον. nihil variāt Mss. videtur ad Νεκυίā respicere: vbi τὸ ἀσάδον aliquoties vsurpatur. aliter iudicabat Scaliger: qui ex aliis Homeri locis emendabat, Καλὴν δ᾽ ὡς ἄδον πᾶς ἤσθιον. Sequentem verò versum perspicuè mendosum, sic idem corrigebat, Κὰτ᾽ ἀγχοῦ, κύλικι πλεῖν χίμαρα ἐν ἀπέρεισι. 92. Ο[illegible] ἀλλὰ μοι τυρῷ δέ, ἠδ᾽ μάζη ὀπτηρῇ. Scriptura veterum, Τυρῷ δ᾽ αὖ καὶ μάζῃ ὀπτηρῇ. deest aliquid ad perfectionem sententiæ. Hoc enim vult, cras pro his lautitiis oportebit caseo & properatā mazā esse contentum. 93.

Νηλὴς

κολλῆς δ' οὐχ ὑπέμεινε. διέζετο γὰρ ῥακίεσσι. crudelem vocat τὸν κωλῆνα, cuius partem capere non potuerat. caussam continet posterius hemistichium: quia, inquit, vi & impetu conuiuarum in frusta discerptus est. omnes manu exarati præferunt ῥαδίεσσι pro ῥακίεσσι. in versu poetæ quem παρῳδεῖ, est βελέεσσι. 97. ἐν Ἀθηναίων κατέκειντο φάλαγγες. infelicissimè Dalecamp. *ubi Atheniensium phalanges constiterant.* itane? κατέκειντο *constiterant?* si hoc voluit Parodus, cur mutauit Homericum verbum ἵσταντο? Sic enim poëta, ἐν Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες. Atqui phalanges Atheniensium Matroni nihil aliud nisi conuiuæ, quos ex alio Homeri loco στίχας ἀνδρῶν suprà vocabat. Hi non ἵσταντο sed κατέκειντο, *iacebant* in conuiuialibus lectis. 105. Χεῖρας νιψαμένοισιν ἀπ' εἰκοσινοῖο ῥοάων. vera procul dubio scriptura. posterius hemistichium apud principem vatum leges non semel. tamen in Excerptis scriptum, ἀπ' εἰκοσινοῖο ῥόδων τε. si liberet argutari, dicerem rosaceam aquam intelligi, esseque figuram ἓν διὰ δυοῖν. Sic hodie finitis epulis vel rosacea, vel nardina, aut similis, lauandis manibus funditur. sed aquæ rosaceæ nulla dum fuit, neque multo pòst notitia: verum olei tantùm rosacei. Alibi diximus δ & α sæpissime permutata reperiri in antiquis membranis. sic hoc loco ῥόδων malè legerunt pro ῥοάων. 106. εἰραῖος παῖς ἦλθε, φέρων μύρον ἠρινὸν ἡδύ. Non clam me est, flores distingui in vernos & æstiuos vt μύρον ἐαρινόν, siue ἠρινόν, dictum videri queat, factum ex floribus vernis. puto tamen alienum hoc à veritate, & scribo ἴρινον, aut εἴρινον, nihil enim refert, vt diximus libro quinto, & profecto non aliter scripsit Matro. vide libro 15. 110. Λέσβιος ὃ δὴ πλεῖστον ἀνὴρ ὑπὲρ ἄνδρα πεπώκει. Lesbium vinum ita præstans, vt in eo bibendo certarent homines sese inuicem superare. 114. ἣν δ' ἁμάμαξυν ἐπίκλησιν καλέουσι. vuarum genus quoddam vocabant ἁμάμαξυν. proba & integerrima lectio.

CAPVT VI.

Ciborum περιφοραὶ *&* παραφοραὶ *in conuiuiis Atheniensium. Discrimen inter voces* ἕψημα, ζωμὸς, *&* ῥόφημα. *Clementis locus emendatur.* ζωμὸς λευκός. *Polemonis liber* περὶ τῶν παρὰ Ξενοφῶντι κανάθρων. *quid sit* κάναθρον. *Locus Xenophontis ex Plutarcho emendatus. Eupolidis fabula,* Eilotes, *Voces Laconicæ,* κέλλον, κοπίς, φυσίκιλλος, βίστακος. *Diana* Corythalla. *Sparta culta.* Tiassa *fons. Epicharmi* Periallos. *alia nonnulla.*

ALEXIDIS versus quibus conuiuia Attica ridet, ita scribi debent.

Ἔγωγε δύο λαβὼν μαγείρους βούλομαι,
οὓς ἂν σοφωτάτους δυνωμ' ἐν τῇ πόλει.
Μέλλοντι δειπνίζειν γὰρ ἄνδρα Θετταλὸν,
οὐχ Ἀττικηρῶς, οὐδ' ἀπηκριβωμένως
† λιμῷ παρελθεῖν, ἀλλὰ δὴ καθ' ἓν
ἕκαστον αὐτοῖς παρατιθέντα μεγαλείως.

In tertio versu scripsimus μέλλοντι pro μέλλοντε, referendum ad duos coquos de quibus dixit: etsi propriè δειπνίζειν de magistro conuiuij dicitur, non de coquis. Penultimum sine ope librorum emendare potis non sum. ac videtur aliquid amplius, quā huius versiculi caput deesse. Eclogarius eo prætermisso scribit, οὐδ' ἀπηκριβωμένως ἕκαστον αὐτοῖς παρατιθέντα, μεγαλείως δέ. Poëta hoc videtur voluisse: sic parandum esse conuiuium, vt singulis conuiuis singulæ patinæ aut lances probè instructæ apponantur: neque enim περιφορᾶς ciborum futurum locum, vt in Atheniensium mutationibus. Alibi vocantur hæ ferculorum circumlationes παραφοραὶ a Cynulco: quia plerosque cōuiuarum præteribant tantum cibi, non concessa carpendi facultate. Eò videtur spectare verbum παρελθεῖν. Locus è Centauris Lyncei Samij antè descriptus, huius mentem aperit. Scribe autem, εὐτράπεζοι δ' εἰσὶν ὄντως: non οὕτως. Sequitur elegans historia de conuiuiis duobus Athenis celebratis: in qua multa peccat ἀθρόως interpres. Ascribemus igitur integram Latinè. *Narrant, cum Athenis duo non ita antiqua celebrarentur in Lyceo & Academia conuiuia: Academiæ quidem coquum, fictilem patinam in alios vsus intulisse: ministros verò sacrorum omnes eam fregisse: quoniam videlicet, res longè posita non ritè quæsita atque intus recepta esse: cùm iis oporteat abstinere quæ sunt procul. Lycei verò coquum, qui salitā carnem in modum salsamenti ex piscibus concinnauerat, flagris fuisse cæsum, tanquam versutum & improbe ingeniosum.* κατάξαι πάντας τοὺς ἱεροποιούς, puto significare consensu & iussu omnium quibus sacra curæ, fractam esse patinam. alioquin non male scribas πάντως *omnino*: nullā excusatione admissā. Lege, διόντος, aut διὸ ἀπεῖχθαι τῶν μακρόθεν. Mox in verbis Platonis discrimen constituitur inter olera & ἑψήματα, hac nostrorum librorum lectione, καὶ λάχανά γε οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς, ἑψήματά τε ἑψήσονται: sed meliùs apud Platonem, καὶ λάχανά γε, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς, ἑψήματα ἑψήσονται. Caue confundas hæc tria ἕψημα, ζωμὸς, & ῥόφημα. Ἑψήματα appellabant cocta olera, aut legumina, vel alia absque carne. ζωμὸν, iusculum in quo carnes coxerant. Clemens Alex. Pædag. lib. 2. tenuis mensæ cibos enumerans: βολβοὶ, ἐλαῖαι, λαχάνων ἔνια, γάλα, τυρὸς, τά τε ὡραῖα, ἑψήματά τε παντοδαπὰ ζωμῶν ἄνευ. κἂν ὄψου δέῃ κρέως, ἢ ἑφθοῦ μεταδοτέον. Separat Clemens ἑψήματα & ζωμούς. & statim addit, *sin carnibus sit opus*: vnde clarum est ζωμὸν id esse quod diximus. Sed non ferenda est menda, quæ optimi scriptoris sententiam corrumpit. Nam scribendum est, κἂν ὄψου δέῃ κρέως, ὀπτοῦ μᾶλλον ἢ ἑφθοῦ μεταδοτέον. *Si carniū opus sit, assatas quàm iurulentas præstat apponere.* Ita scribendum esse declarant quæ sequuntur. affert enim exemplum discipulorum Domini IESV CHRISTI, qui illi post resurrectionem cibum petenti, dederunt ἰχθὺν ὀπτοῦ μέρος. Quid sit ῥόφημα, exposuimus libro superiore. Quod diximus significari voce ἕψημα, Galenus appellat

appellat & ζωμὸν, sed cum adiectione λευκόν. Sic ille ὑγιεινῶν libro quarto, προσαγορεύω δὲ λευκὸν ζωμὸν ὅσ ται ἄνευ ταρίχους τε, καὶ πολὺ δὴ μᾶλλον τῆς ἄλλης καρυκείας, σκευασθῇ ἀνήθου τε καὶ ἁλῶν ἐμβληθέντων εἰς ὕδωρ σὺν ἐλαίῳ καὶ πράσῳ βραχεῖ. sed notanda sunt verba quæ ista præcedunt, εἰ δὲ ταριχὸς βούλοιτο γεύσασθαι τὴν τῶν πετραίων ἰχθύων ἢ ὀνίσκων ἐν λευκῷ ζωμῷ καλῶς ἑψηθέντα διδόναι. Ex his intelligimus, appellatum fuisse *album ius*, in quo vel olera tantùm, vel etiam pisces cocti fuissent: at non item in quo carnes. Idem Galenus libro tertio de Facultatibus alimentorum, capite eo quo tractat de piscibus carnem habentibus mollem, album ius ita fusè describit. αἱ τῶν μαγειρικῶν λοπάδων σκευασίαι τὸ σύμπαν ἀπεψίας εἰσὶν αἴτιαι· κάλλισται δ' εἰσὶν εἰς πέψιν αἱ διὰ τοῦ λευκοῦ ζωμοῦ. γίγνεται δὲ οὗτος, ὅταν ὕδατος δαψιλοῦς ἐμβληθέντος, ἐλαίου τις αὐτάρκους ἐπιχέας, ἀνήθου τε καὶ πράσου μικρὸν εἶθ' ἡμίεφθον ποιήσας, ἐπιβάλλει τοσοῦτον ἁλῶν, ὡς μηδέπω φαίνεσθαι τὸν ὅλον ζωμὸν ἁλμυρόν. Significationi huic vocis ἕψημα, adfine est nomen ἑψάναι, quo significabantur olerum fasciculi, vt capite 3. dicebamus. Non autem olerum tantùm fiebant ἑψήματα, sed & legumina cocta vocarunt ἑψήματα. Aristoteles lib. 2. de Partibus: τὰ τῶν χεδρόπων ἑψήματα καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν διὰ τὸ γῆς εἶναι τὸ πλεῖστον μέρος, ἐξιόντος τοῦ μιχθέντος ὑγροῦ, γίνεται σκληρὰ καὶ γεηρὰ πάμπαν. Alibi docet idem vocata esse ἑψήματα, quibus cùm frigesiunt, superficies in tenuem crustam concrescit. De generatione animalium lib. 2. τοῖς δὲ ὑγροῖς μὲν σωματώδεσι δὲ θερμαινομένοις περιΐσταται καθάπερ ἐν τοῖς ἑψήμασι ψυχομένοις τὸ περίξηρον. Legas alibi τὸ ἐκ κεγχροῦ ἕψημα, quod propriè κεγχρίνην appellabant. Mox legunt antiqui, ἐκπλαγέντα κελεῦσαι: non ἐκπλαγέντα προσάμενα κτλ. & paulo pòst, εἰκότως αὐθαδικώτατοι ἁπάντων εἰσὶ Λακεδαιμόνιοι. Sequitur non longè, Πολέμων δ' ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρῳ, τῆς παρὰ Λάκωσι καλουμένης δείπνου κοπίδος, μνημονεύοντα Κρατῖνον ἐν Πλούτοις λέγειν. deest verbum φησὶν, aut παράγει: & miro sermonis compendio ἐν τῷ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρῳ dictum, pro ἐν τῷ περὶ τοῦ παρὰ Ξενοφῶντι καννάθρου. Nam hoc vult, *Polemon in eo commentario quo exposuit quid sit κάνναθρον apud Xenophontem, scribit* (vel *profert*) *Cratinum in Plutis fecisse mentionem earum epularum, quæ Lacedæmone celebrantur, & κοπὶς dicuntur*. Locus Xenophontis est in Agesilai encomio: vbi de magni ducis frugalitate loquens, ἐπισκέψασθαι δὲ, ait, ὡς ἐθοίναζεν ἐν ταῖς θυσίαις· ἀκουσάτω δὲ ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ καννάθρου κατῄει εἰς Ἀμύκλας. Scias autem obscurum fuisse antiquis criticis Xenophontis hunc locum: quando Polemon vocis καννάθρου interpretationem integro commentario erat persecutus. Diuersas super ea dictione veterum sententias nos quoque obseruauimus. Nam Athenæus paulo post ex Didymo grammatico κάνναθρον interpretatur καμαρωτὸν ξύλινον ἅρμα, *currum ligneum fornicatum*. Homeri interpretes nihil aliud fuisse volunt, nisi quem Homerus πείρινθα & ὑπερτερίην vocat: Latini veteres *plostrum*, aut potius *sirpiculum*. hoc enim è vitili materià constabat, vt & canathrum, ex eorum sententia qui πλέγμα & ψίαθον exposuerunt. Hesychius diuersas opiniones attigit: ideò verba illius non sunt prætermittenda. Κάναθρα, ἀστράβη ἢ ἅμαξα πλέγματα ἔχουσα, ἐφ' ὧν πομπεύουσιν αἱ παρθένοι, ὅταν εἰς τὸ τῆς Ἑλένης ἀπίωσιν. ἔνιοι δὲ ἔχειν εἴδωλα ἐλάφων ἢ γυπῶν. Postrema verba corrupta sunt. Scribe, εἴδωλα τραγελάφων ἢ γρυπῶν. Plutarchus, κάνναθρα δὲ καλοῦσιν εἴδωλα γρυπῶν ξύλινα καὶ τραγελάφων, ἐν οἷς κομίζουσι τὰς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς. Sed obseruanda nobis sunt præcedentia eiusdem grauissimi scriptoris verba. καὶ τὸ κάνναθρον φησὶν ὁ Ξενοφῶν, οὐδέν τι σεμνότερον εἶναι τὸ ἐκείνου θυγατρὸς, ἢ τῶν ἄλλων. *Narrat Xenophon canathrum filiæ Agesilai nihil ornatius fuisse quàm aliorum*. In Xenophontis codicibus vulgatis, de canathro filiæ Agesilai ne verbum quidem extat hodie: verùm superiùs allata disertissimi auctoris verba, ita, nisi fallimur, legit Plutarchus in suis codicibus: ἀκουσάτω δὲ ὡς ἐπὶ πολιτικοῦ καννάθρου ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ κατῄει εἰς Ἀμύκλας. quia sunt aliquot eædem literæ similes in καννάθρου & θυγάτηρ, aliud agens librarius alteram vocem omisit, vt tot locis obseruauimus & indicauimus. *Eilotes* Eupolidis drama mox citatum Pollux etiam commemorat lib. 9. Sequitur deinde expositio duarum Laconicarum vocum κοπὶς & αἶκλον, quam mutuatus est auctor à Polemone, cuius propterea facta modò est mentio. Polemonis locus incipit ab his verbis, Δεῖπνον δ' ἐστὶν ἴδιον ἔχον ἡ κοπίς. desinit ante ista, ταῦτα μὲν ὁ Πολέμων. Hunc scriptorem Spartanum fuisse vel Spartà oriundum, declarat quod ait, ἐνωχοῦσιν οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους. Laconica vox est φυσίκιλλος, quam Athenæus interpretatur paruulum panem: vulgò Lacedæmonem panem vocabant βίσκαρον, aut panis certè genus quoddam, auctore Hesychio. *Corythallia Diana* Spartæ culta festo die Tithenidiorum, ea est quæ in aliis Græciæ vrbibus dicebatur Κουροτρόφος. Dubitari enim non potest, sic dictam quod faceret τοὺς κόρους θάλλειν. Alij tamen peculiare nomen eà voce significari putant. Fanum huius deæ fuit, teste Athenæo, παρὰ τὴν λεγομένην Τίασσον. Lego Τίασσαν: ac verto, *prope Tiassam fontem*, nam de fluuio dixisset τὸν, non τήν. Hesychius, Τίασα, κρήνη ἐν Λακεδαιμονίᾳ. τινὲς δὲ ποταμόν. Pausanias ait fluuium. Addit Polemon, θύουσι δὲ καὶ τοὺς γαλαθηνοὺς ὀρθραγορίσκους. Puto scripsisse Polemonem ὀρθαγορίσκους, vel ὀρθαγοριακούς. caussam afferemus sequenti capite. Ibi etiam dicemus, cur ista verba, τὸ δὲ αἶκλον καλούμενον ὑπὸ μὲν τῶν ἄλλων Δωριέων καλεῖται δεῖπνον: interpretibus non rectè accepta, sic verti debeant: *At illud quod dicitur* αἶκλον, *aliis quidem Doribus significat idem ac* δεῖπνον, *cœna*. Putauit Polemon τὸ αἶκλον aliud Spartæ, aliud apud cæteros Doras significare. Epicharmi fabula ex qua affertur testimonium a Polemone, lib. 6. duplici nomine inscribitur, Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος. Apud Pollucem verò libro 10.

cap.

cap.36. simpliciter vt hoc loco, ἐν ἐλπίδι δ' ἀπάρχεται τὸ τ γείτονος καλιόν. Scribo verba Epicharmi, ἐκάλεσε γάρ τύ τις ἐπ' αἶκλον ἑκών. τὺ δ' ὤχεο τρέχων. *vocauit te aliquis cupidè ad conuiuium: tu cupidè eripuisti te fugâ.* Quæ autem poëtæ eius fabula appellatur hic πειλαμ@, sub finem libri πειλαμ@ vno λ. dicitur. fortasse πωίλα@ verum isthus dramatis nomen. Id erat vsitatum viri nomen in Sicilia, vt scimus ex historia Phalaridis. Sed & πελαμ@ Græcum vocabulum est, de eo qui cæteris præstat, aut vult videri præstare. Nunc dicamus quid Lacedæmone vox αἶκλον significauerit, ex sententia Polemonis. Verba sunt illius, ἐν δὲ τῷ Λακεδαίμονι τοῖς ἐστιῶσιν ὅτε τὸ φειδίτιον μετὰ δεῖπνον τὸ καλούμενον αἶκλον, ὡς φέρουσι μάρτυς ἐν ἀρρίχιδι. Praua distinctio aliud Polemoni affingit, quàm quod ipse sensit ac dixit. scribe μετὰ τὸ δεῖπνον, τὸ καλούμενον αἶκλον ὡς φέρουσι. existimauit enim Polemon, appellasse Lacedæmonios æclum, apophoreta quæ dabantur conuiuis qui phiditia agitauerant. Hoc quoque sequens disputatio probabit.

CAPVT VII.

Didymi contra Polemonem disputatio. Didymus dictus Βιβλιολάθας *&* Χαλκέντερ@: *Origenes* Συντακτικός. *currus* καμαρωτοί, *cameræ. Tentatus Epilyci desperatus locus* βάρακες *&* ἀβάρακες. τολύπαι. καταγγέλλειν τὴν κορτήν. προφυράματα μαζῶν. *Multa alia emendata.*

POSTEAQVAM recitauit Athenæus integrum locum Polemonis de Spartanorum conuiuiis, subiicit hæc verba: πρὸς ὃν ἀντιλέγων Δίδυμ@ ὁ γραμματικός: *cui contradicens Didymus grammaticus hæc scribit.* Est verò prolixus admodum, qui describitur ex Didymi scriptis locus: continuatur enim per aliquot paginas, vsque ad hæc verba, περὶ δὲ τ τῶν φειδιτίων δείπνων Δικ. aut etiam fortasse ad ista, Δημήτρι@ δ' ὁ Σκήψι@ ἐν τῷ πρώτῳ τ Τρωικοῦ διακόσμου. Solent auctores post recitatum alicuius scriptoris testimonium, paulò præsertim longius, his aut similibus verbis lectorem admonere. *Hæc ille* vt modò Athenæus, ταῦτα μὲν ὁ Πολέμων. Id quia ab illo factum non est, post allatum Didymi locum, diuinandum nobis hodie est, quousq; illius gramatici verba extendantur. quâ de re iam diximus quid nostri iudicij esset: neque dubitamus idem nobiscum iudicaturos qui fuerint cunque γνήσιοι κριτικοί. Falsus est iudicij, dubio procul, eruditissimus Dalecampius, cùm putauit desinere Didymum loqui in istis, ἀλλὰ κινδυνεύει συμβαίνειν τὴν πόλιν πρὸς τὴν βίαν. Hic error multorum errorum optimo viro caussam præbuit. Et sanè mirum est, non vidisse illum reprehensionem Polemonis à Didymo factam, vt testatur clarè Athenæus, sequentibus maximè verbis contineri. Quod autem scribit auctor, Didymum hunc editis CIↃ CIↃ CIↃ IↃ. libris, βιβλιολάθαν, *oblinionem librorum esse* cognominatum, quòd suorum scriptorum sæpè non meminisset: de numero librorum consentit Suidas: cognomen vero aliud ei tribuit: χαλκέντερον enim fuisse dictum, vt si Latinè dicas *Æneouentrum* vel *Æneocordum*: quòd indefatigabili diligentiâ in studiis vteretur. Non dubito allusisse auctores huius appellationis ad Homericum hemistichium, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνί. Ego Origenem potiùs Chalcenterum appellauerim: cuius incredibilis assiduitas & vigiliæ, sex millia librorum pepererat: propter quæ cognomen meruit Συντακτικοῦ. verùm hæc obiter. Nunc Didymi verba percurramus. Principiò vt explicaret quid esset κάναθρον apud Lacedæmonios, quia canathri vsus præcipuus, vti videtur, erat in Hyacinthiorum celebratione, totum solemnitatis eius ritum describit Didymus. in ea narratione plana sunt omnia & sana: nisi cum ait de virginibus Spartanis, αἱ μὲν ἐπὶ κανάθρων τῶν ξυλίνων ἁρμάτων φέρονται. Scribendum enim κανάθρων καμαρωτῶν ξ. quam lectionem superiore capite exposuimus. currus tectos vocat Didymus καμαρωτούς, vt Strabo naues tectas vocatas ait καμάρας, Tacitus, *cameras*. quin ista quoque tecta vehicula Græci καμάρας nuncuparunt. Pollux l.10.c.12. τὰ δὲ κατάστεγα τῶν ὀχημάτων καμάραι. οὕτω γὰρ ὀνόμαζον Ἡρόδοτος. Theodoreti Θεοφιλὴς Mæsyma, Herueto interprete: nam Græcè is liber, quod sciã, editus nõ est *Cum medici desperassent & puerũ moriturũ aperte dixissent, nõ abiecit mulier spẽ meliorẽ: sed illã imitata Sunamitidem mulie imponit camerã.* videtur fuisse in Græco τοῖς ἡμιόνοις ἐπιτίθησι τὴν καμάραν. paulo pòst currum vocat, & temonem ei ac rotas tribuit. Imperitia librariorum ex καμαρωτῶν fecit καμάρων τῶν: intulisè, sicut apud Iosephum lib. 12. Orig. ῥόμβον τὴν μετὰ μισθὸν ὄψιν. gemino errore scriptum pro ῥομβωτὴν neque aliter in Aristeæ narratione Canathris Spartanarum virginum respondent Romanorũ *carpenta* & *pilenta*, quibus ad Deorum ædes fœminæ vehebantur: item plebeiæ *arcera* & *capsis*: de quibus Nonius, Isidorus, alij. Obscuritatem habent hæc quoque, αἱ δ' ἐφ' ἁμίλλαις ἁρμάτων ἐζευγμένων πομπεύουσιν. appellat opinor ἁμίλλας ἁρμάτων ἐζευγμένων, currus eo modo & ornatu iunctos, quo iungi solẽt in ludis Circẽsibus. Aliæ virgines, inquit, pompæ intersunt tectis pilentis vectæ: aliæ curribus deferũtur agonisticis: Transit deinde Didymus ad descriptionem copidum Laconicarum. Hæc verò pars inquinata adeò est, vt sine memorabili facinore extricare hinc me non queam. Edita scriptáque lectio sic habet: τὰς δὲ κοπίδ@ μνημονεύει καὶ Λεισοφάνης ἢ Φιλύλλιος ἐν ταῖς Πόλεσιν. Ἐπίλυκος τε ἐν Κωραλίσκῳ λέγων οὕτως, ποττὰν κοπίδ' οἰάσομαι ἐν Ἀμυκλαίου, παραγγέλλουσι βάρακες πολλὰ οἱ καρτὰ τῶν δ' ὀψιμαστοὶ μάλα ἀδῆς. Tot mendis hæc deformantur, vt temeritatis potius notam reformidare debeãt, quòd ea restituere aggrediar: quàm veniam desperare, si parum quod volui præstiti. Sic autem scribo, ὁπόταν κοπίδα οἰσῶμαι ἐν Ἀμυκλαίου παρ'

ἱερὸν, ὅπερ ἀγγέλλουσι βάρακες πολλοὶ, καὶ ἄρτοι καὶ ζωμὸς μάλα ἀδὺς, hoc est, *quando copida feram ad sacrum Amyclæum: quod iam denuntiant baraces multi, & panes, & iusculum suaue admodum.* Moris erat copides celebrare in Amyclæo templo. eò igitur conueniebāt, & tam sacrificij quàm cōuiuij apparatum deferebant. Epilycus hoc vocat κοπίδας οἰσεῖν εἰς Ἀμυκλαῖον ἱερόν. non potuimus aliud excogitare quod huic loco magis conueniret. Eleganter verò ait poëta, baraces qui totâ Lacedæmone parari incipiebāt, dare significationem imminentis festi: vt si quis hodie dicat, liba & id genus alia, quæ pridie Oschophoriorum, siue Ramalium nostrorum, studiosè confici solent, indicia esse instantis eius solēnitatis. Apud Strabonem & Pausaniam καταγγέλλειν τὴν ἑορτὴν dicuntur, qui de more festa indicebant. Pro βάρακες, Dalecampius emendat ἀβάρακες. quoniam sequitur, τοῦτο γὰρ ἀβάρακας δηλοῦσιν, οὐχὶ τολύπας. Nos è contrario, posteriorem scripturam emendandam ex illa priore affirmamus. ita enim abstergendæ maculæ eorum verborum. τοῦτο γὰρ οἱ βάρακες δηλοῦσιν, οὐχὶ τολύπας, ὥς φησι Λυκόφρων· ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρατοσθένης. Vocis huius varias interpretationes doctorum hominum recitant & Hesychius, & qui Etymologicum magnum composuit: sed præcipuarum expositionum auctores ex Athenæo, aut potius Didymo, nouimus. Hesychij verba in vulgatis libris corruptissima, ita scribe, βάρακες τὰ προφυράματα τῆς μάζης. Λιτικοὶ δὲ βήρακας. δηλοῖ δὲ καὶ τολύπην. Mox iterum βάραξ, ἱέραξ παρὰ Λίβυσι· καὶ φύραμα στρογγύλον ἀφ' οὗ αἱ μᾶζαι γίνονται, καὶ ἐρίων τολύπαι. Ex his verbis discimus, quid appellauerit προφυράματα μαζῶν Eratosthenes: vniuersam nimirū massam quæ in mactra subacta est, priusquam in plures mazas diuidatur. De tolypis mazis libro priore diximus cap. 29. Sed notanda vox ἐρίων in Hesychij glossa. ostendit enim, Lycophronem cùm βήρακας exponeret τολύπας, non solùm de mazis tolypis sensisse: verùm etiam de lanarum glomis. Redeamus ad Epilycum. Est verò cæterorum verborum emendatio planè insignis: καὶ ἄρτοι καὶ ζωμὸς μάλα ἀδύς, ex istis, κάρτα καὶ δαδίμασοι μάλα ἀδᾶς. in quibus etsi certa latent veræ scripturæ vestigia, veritatem tamen ex illo puteo Democriteo ἀνιμᾶν & extrahere propè erat nefas: nisi poëtæ locum suis verbis expressisset Didymus, incontinenti subjiciens, διαρρήδην λέγων μάζας ἐν ταῖς κοπίσι παρατίθεσθαι. (τοῦτο γὰρ οἱ βάρακες δηλοῦσιν, οὐχὶ τολύπας, ὥς φησι Λυκόφρων· ἢ τὰ προφυράματα τῶν μαζῶν, ὡς Ἐρατοσθένης.) καὶ ἄρτους δὲ καὶ ζωμόν τινα καθηδυσμένον περιττῶς, id est, *quibus verbis diserte significat Epilycus, in copidibus solas apponi mazas: (nam istud vox βάρακες significat: non lanarum glomos, vt ait Lycophrō: aut primam massam mazarum, vt Eratosthenes,) & panes, ac ius quoddam exquisitæ suauitatis.* Ita concipimus Didymi verba, in edita lectione pessimè affecta & propter amissas parentheseos notas: & propter mendas, de quibus iam diximus. Postrema Didymi luce meridianâ clariùs probant, non aliter fuisse concipiendam Epilyci sententiam, quam vti est à nobis factum. Omnes membranæ hic nos destituunt, nisi quod ἀδὺς scriptum in illis offendimus: quæ vera scriptura, vt probauimus.

CAPVT VIII.

ὀρθαγορίσκοι & ὀρθραγορίσκοι. βορθαγορίσκια. Persæus *vel* Perseus, & Sphærus *scriptores rerum Spartæ. Didymus Polemonem reprehendit de voce* αἶκλον. ἀνδρεῖα, συναικλεῖαι, ἐπάικλα. *Spartani magistratus* harmosyni. *Lauri folia inter bellaria. Epaicla duplicia.* χορηγεῖν, παραχορηγεῖν, & ἐπιχορηγεῖν. Cammata, & cammatides. Cothon *poculum Spartiatarum.* ζωμὸς ἱκανὸς παραπέμπειν.

SEQVITVR, ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὀρθαγορίσκοι λέγονται, ὥς φησι Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι. ἀλλ' ὀρθραγορίσκοι, ἐπεὶ πρὸς τὸν ὄρθρον πιπράσκονται. Restituimus veram lectionem ex antiquæ fidei membranis, & optimâ optimi Hœschelij Epitomâ. In superioribus contradixit Didymus Polemoni minus apertè: hic verò apertè & sine circuitione eum reprehendit. Dixit Polemon, vt vidimus antè, θύουσι δὲ καὶ τοὺς γαλαθηνοὺς ὀρθαγορίσκους. vltimum verbum reprehendit Didymus. Polemonem errare affirmans, quòd non scripserit ὀρθραγορίσκους: esse enim deductum ab ὄρθρος vocabulum. Vtramque dictionis huius γραφὴν, suos habuisse auctores, certum est. Absque litera canina scribit cum Polemone etiam Hesychius. ὀρθαγορίσκος, ait, χοιρίδιον μικρόν. Qui non obseruant superiùs corrigendam esse scriptionem vocis huius in Polemonis verbis, exemptâ literâ ρ, quid inuenient quod in Polemone Didymus reprehendat? sed de ea coniectura dubitari iam non potest. Cæterùm neque Polemon, neque Didymus, vocem Laconicam Laconicè extulerunt. nam Lacones dicebant aliter: Hesychius. βορθαγορίσκια, χοίρεια κρέα. καὶ μικροὶ χοῖροι βορθάκτοι Λάκωνες. vbi vides illud ρ pro quo pugnat Didymus, non habere locum. Additur à Didymo ὥσπερ Σαῖος ἱστορεῖ. Legi in codice bibliothecæ Palatinæ, ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ. is est scriptor qui mox Περσεὺς nominatur. Priùs scribebam, ὥσπερ Σφαῖρος ἱς. nam etiam Sphæri laudantur libri non multo pòst, eiusdem & argumenti & tituli. Pergit Didymus: ἔτι φησὶν ὁ Πολέμων καὶ τὸ δεῖπνον ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων αἶκλον προσαγορεύεσθαι. Hîc iam aliud in Polemone carpitur: dixit enim αἶκλον aliud Spartanis significare, aliud cæteris Doricè loquentibus. his αἶκλον valere idem ac δεῖπνον, *cœna* vel *conuiuium.* Hebræū est אכל *comedit*, vnde *ocel* & *ocil*, cibus: ex eo *aclum*, Gallicè, *vn repas.* Lacedæmoniis ita appellari apophoreta, de quibus diximus extremo cap. 7. Errare Polemonem ait Didymus, παραπλησίως, inquiens, ἁπάντων Δωριέων οὕτως αὐτὸ καλούντων

λούμενον. verte, *quum omnes Dores similiter cœnam appellent* αἶκλον. Sententiam suam probat clare in sequentibus, allato etiam testimonio Alcmanis poëtæ domo Laconis. Verba Alcmanis hæc sunt: imò vt dicam meliùs, ita scribuntur hodie. κλῶνα τὰ, μύλαι, δρυφῆται κῆποὶ ταῖς συναικλείαις. Lego, κῆποὶ τᾶτ' ἀνδρῷα φοιτᾶ, κῆποὶ τὰς συναικλείας. emendationis nostræ non obscura vestigia in scripta lectione. Quæ postea vocata sunt Spartæ phiditia, priùs dicebantur ἀνδρεῖα, vt in Politicis scribit philosophus. συναικλείας Didymus ipse interpretatur συνδείπνια. sic quem alij Græci vocant ἄδειπνον, Lacedæmonij ἀναικλεον, vt indicio est Hesychius. Sed quod probare instituerat, meliùs demonstrat alter locus Alcmanis, αἶκλον δ' Ἀλκμάων ἁρμόξατο. *cœnam Alcmæon instruxit.* vel, *id conuiuium rexit.* Ak ἁρμόξατο pro *fuit harmosynus.* vt sæpè ἁρμόζειν pro *esse harmosta*, & id genus alia. Harmosyni Spartæ, præfecturam in mulierum mores obtinebant. quos dubium non est in conuiuiis præsertim publicis munus suum exercuisse. Καμματίδας & κάμματα paulo pòst significationem habere diuersam dicuntur. aliis criticis ambæ voces idem designant: ipsa videlicet lauri folia quibus liba ista inuoluebantur. Sequitur Athenæi aut Didymi obseruatio, ἔθος ἦν τοῖς πάλαι φύλλα δάφνης τραγηματίζεσθαι. *solitos veteres lauri folia comedere inter bellaria.* Opinio fuit antiquorum, laurum ad valetudinis conseruationem conducere, & vt loquitur auctor Geoponicorum in 11. ὑγιείας εἶναι ἐργαστικήν. Ex eo mos iste institutus. Sed & aliæ erant causæ cur folia laurea manderent, vt ad Theophrastum dicebamus. Martialis: *Fœtere multo Myrtale solet vino: Sed fallat vt nos folia deuorat lauri.* Porro moris huius testimonium affertur à Didymo ex incerti poëtæ Cyclopibus, quod ita etiam membranæ nobis exhibent. φύλλα σὺ δάφνης καταλύσεις. ἡ δὲ καὶ τῶν χρημάτων, ὧν δ' εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν φιδίτια κομίζουσι, σχοινου. &c. Hic primùm obseruandum est, prauam distinctionem in mirum errorem impulisse viros doctos. Putarunt enim superioribus verbis, ὧν μὲν γὰρ τοῖς παισὶ παρέχουσι, respondere hæc ἡ δὲ καθάπερ ἔχει. quod tam falsum est quàm absurdum. ista enim pars sunt superioris testimonij: apodosis verò est in sequentibus: ὧν δ' εἰς τὰ τῶν ἀνδρ. φ. κομ. Epaïclorum, inquit, paratura duplex est: alia fit in gratiam puerorum, neque impensâ, neque operâ magnâ. Alia Epaicla confiunt, vt in virorum phiditia deferatur: quorum ratio tota est diuersa. Deinde videamus an vllo smegmate maculæ illæ possint elui, quibus infectum est hoc veteris poëtæ testimonium. Et posse equidem puto. Lego enim, φύλλα σὺ δάφνης καταλύσεις ἐκ τῶν τραγημάτων; *Tune illa tolles folia suauia, quæ inter bellaria solent apponi?* Cogitemus quorsùm spectet qui hoc recitat testimonium? nempe hoc vult vnum probare, solitos veteres φύλλα δάφνης τραγηματίζεσθαι. Profectò hoc satis certum argumentum est, non aliter poëtam scripsisse. Quod hìc dicitur, epæcla (vel vt constanter alij libri scribunt ἐπάικλα) ex certis quibusdam animalibus parati, explicatur aliquanto pòst vbi de mattya agit. nam ibi enumerantur quæ hìc vocat ἀριθμητὰ ζῷα. Ait, παραχορηγοῦντος αὐτὰ τοῖς φιδιτίοις ἑνὸς τῶν εὐπορούντων. *cùm hos sumptus supra legitimas impensas faciat diuitum aliquis.* χορηγεῖν est necessarios sumptus facere. παραχορηγεῖν, vltra modum præscriptum legibus aut moribus aliquid præstare. idem significat ἐπιχορηγεῖν. quare etiam epæcla hæc vocátur ἐπιχορηγήματα τῆς συναγομένης δαπάνης. Manifestò deprauatus est aut mutilus Nicoclis qui subijcitur locus: διαλύσας δὲ πάντων ὁ ἔφορος ἔτι ἀπόλυσιν, ἢ κατεδίκασεν. ὁ δὲ νικήσας ἐζημίωσεν ἐλαφρῶς ἔτι κάμματα ἢ καμματίσιν. Videtur scribendum, ὁ δὲ νικήσας τὸν νικηθέντα ἐζημίωσεν. *victor à victore multa nomine exigit vel cammata vel cammatidas.* Καμματίδες exponuntur hoc loco, εἰς κάπτουσι τὰ ψαιστά. sed voci κάπτουσι nullus hic potest esse locus. hoc dicunt alij σκέπουσι. quomodo hic scribendum: aut κάμπτουσι: quod pro ἐντυλίττειν erit positum, vt dictum est lib. superiore, cap. 24. Ac videtur Nicocles voluisse κάμματα, *liba*, dicta esse à verbo κάπτω, *absorbeo, aut de comedo.* καμματίδας verò quibus liba inuoluebant, à κάμπτω, *flecto inuoluo.* In descriptione phiditiorum ex Dicæarcho, leguntur ista inter cætera: εἶτα μᾶζαν μὲν ὅσην ἂν ἕκαστος ᾖ βουλόμενος, καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ᾖ θυμὸς ἑκάστῳ καθ' ὃν παρακείμενός ἐστι. etsi non est obscurus horum verborum sensus: obscurissimum tamen est quò pertineant illa καθ' ὃν παρακείμενος. sine cunctatione mendæ locum arguimus, & scribimus θαρρούντως valde: ὅταν ᾖ θυμὸς ἑκάστῳ κώθων παρακείμενός ἐστι. *apponitur vnicuique suum poculum, vt cum libuerit bibat.* κώθων proprium esse Spartanorum poculum, ac proinde optimè huic sententiæ conuenire, liquidò constat ex lib. 11. Mox scribo, ἐνίοτε δὲ οὐδ' ὅτιοῦν πλήν. Nam edita scriptura, ἐνίοτε δὲ τι μόνον πλ. capi non potest. Quod sequitur, πλὴν ὄψον τι μικρόν, ἔχον σταθμὸν ὡς τέταρτον μάλιστα. clamat vitium. deest enim ponderis nomen. Scribo, ὡς τέταρτον μνᾶς μάλιστα. Vt scias quanta sit hæc parcimonia cum pro obsonio daretur cuique carnis tam exiguus modus, qui libræ quadrantem non excederet: fac veniat in mentem eius quod Pollux scribit: qui multi cibi, aut etiam si vis plurimi erát, octo minas carnium vno die comedisse. cuius demensi pars tricesima secunda solum est, quæ istis phiditiis exhibebatur. Plura hac de re scripsimus ad Iulium Capitolinum in Maximino: Mitè vsus est verbo παραπέμπειν, cùm ait, πλὴν ὅγε ἀπὸ τούτων ζωμός, ἱκανὸς ἂν παρ' ὅλον τὸ δεῖπνον ἅπαντας αὐτοὺς παραπέμπειν. id significat, *deducere aliquem & comitari.* Ita leuatur itineris molestia: facundus enim comes pro vehiculo est. Inde translatum vocabulum, de eo dicitur venustè, quod alij rei adiúctum, eam reddit gratiorem. Sensus igitur est: tantâ copiâ ius apponi, vt sufficiat

vel solum, ad leuandam omnibus sicci panis molestiam: libentiùs enim ex iure panis estur quàm solus & siccus. Scribe deinceps, ὅθεν εἰς αὐτὴν ἀρκεῖν τὴν συνουσίαν νομίζονται. τὸ γὰρ πλείονα τῶν ἱκανῶν παρασκευάζειν, περιττὸν εἶναι, μὴ μέλλοντά γε προσφέρεσθαι. *quantum ad conuiuium illud putent sufficere: nam plura apparare quàm quæ sint satis, superuacuum esse quando illa non sis comesurus.* in voce προσφέρεσθαι frequenter lapsi interpretes. Scribo etiam Μετὰ τὸ δεῖπνον εἰώθειν ἀεὶ παρά τινος κομίζεσθαι (ἐνίοτε δὲ καὶ παρὰ πλειόνων) παρ' αὐτοῖς κατ' οἶκον ηρτυμένην ματτύην, ὃ καλοῦσιν ἐπάικλον. plana sententia, quæ in edita lectione non procedit.

CAPVT IX.

Σκιάδες & vmbræ. Carnea festum, μίμημα τῆς στρατιωτικῆς ἀγωγῆς. φρατρίαι. Εὐκαιρότερον, ἐν ὥρᾳ maturè, de die: conuiuia tempestiua. Βύστακος quid Spartanis. Lex illorum de non alenda barba in superiore labio. alia multa.

Σκιάδες, quarum ex Demetrio Scepsio auctor meminit, similes erant iis quas veteres Latini *vmbras* vocabant, vt scribit Festus: de quibus dicemus plura libro 5. cap. 7. Carnea Lacedæmoniorum festum, vocat Demetrius μίμημα στρατιωτικῆς ἀγωγῆς. Habuit igitur ea solemnitas conuenientiam aliquam cum Iudaïco festo, quod xv. Tisri celebrabát, & חג הסכות vocabant. 70. ἑορτὴν σκηνῶν. alij scriptores sacri σκηνοπηγίαν. Quæri potest quid appellauerit φρατρίαν hic scriptor, cum ait, ἔχει τε ἑκάστη σκιὰς (ita scribendum, non σκιὰ) φρατρίας τρεῖς. Dalecamp. legi voluit, ἐν φρατριῶν τριῶν τρεῖς. audace & immani coniecturâ. Constat tribuum partes φρατρίας esse nuncupatas in Rep. Atheniensium. an & in Spartana πολιτείᾳ eadem fuerit eius vocis significatio, non facile dictu est. Atqui omnino, si quid iudico, difficultate non caret hic locus. Scribe μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι νόμῳ χάριν παρεσκευάζετο, rectè Dalec. *dicis caussa*. Vocem συμπεριενεχθεῖσιν explicamus infrà cap. 26. Sequens periodus imperfectam sententiam continet: nisi repetas ex præcedentibus verbum παρεσκευάζετο. Imò verò qui me audiet, distinctas sententias culpâ librariorum, in vnam coniunget ac scribet, ὅταν δὲ καὶ παραμείναντο μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι νόμῳ χάριν, παρεσκευάζετο καὶ ἄλλα αὐτοῖς, στρωμνάι τε τοῖς μ. quæ ita vertet sermonis Græci peritus. *quin siquando ad phiditia conuenirent, postquam dicis caussa paululum vnà fuissent, mox parabantur eis cùm alia, tum etiam lecti, &c.* Pergit Demetrius, οἱ δὲ πρότερον ἐπὶ τῆς κλιντηρίου ψιλῆ διακαρτερῦντες τῆς κλίνης, παρ' ὅλην τὴν συνουσίαν, ὅτε τὸν ἀγκῶνα ἅπαξ ἐρείσειαν. Lego, διακαρτέρουν vel διακαρτεροῦντες ἦσαν. *Veteres Spartani*, inquit, *quandiu conuiuabantur super nuda lecti sponda durabant, postquam semel cubito fulciri cœperant.* Scribe, βρωμάτων παντοδαπῶν πεποιημένων. non παντοδαπῶν. Legi in Epitoma, ἦρξεν δὲ τῆς τοιαύτης βλακείας: quo loco editum est, καὶ τούτων ἦρξεν. nihil tamen mutandum censeo. Sequitur deinde ratio viuendi quâ vsus Cleomenes Rex Spartæ: quâ in narratione primum illud occurrit nobis animaduertendum: πολλῶν δὲ πρεσβειῶν παραγινομένων πρὸς αὐτὸν, οὐδέποτε εὐκαιρότερον τῆς καθηκούσης συνῆγε καιροῦ. Quia ὡραῖα Græcis appellantur quæ elegantia sunt: Dalec. vertit εὐκαιρότερον, *elegantius*. at enim proxima verba τῆς καθηκούσης καιροῦ, virum doctum sui erroris admonere debuerant. Igitur ἐνωρίτερον, vel ἐνωρίστερον. positū pro πρωϊαίτερον. quod significat, μᾶλλον ἐν ὥρᾳ. Græci dicunt ἐν ὥρᾳ, quod in idiotismo nostro *bonâ horâ*. Aristophanes Vespis, ὁ κῆρυξ ἡμῖν ἔφασκ' ἐν ὥρᾳ ἥκειν. Idem Concionantibus, ὅτι τοσοῦτον χρῆμ' ὄχλου; οὕτως ἐν ὥρᾳ ξυνελέγη. Theocritus idyllio vigesimo secundo. ἐπεὶ δ' ἀπανύστης ἐν ὥρᾳ, εἰ μέμνη, τᾶς γαστρὸς ἐφειδόμεθα. Philostratus in vita Apollonij lib. 2. ὥσπερ οἱ παρ' ἡμῖν ἐκ πότου νύκτωρ τε καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ ἀναλύοντες. Latini variè exprimunt. M. Tullius, *maturè*: de conuiuio Verris apud Rubrium, *maturè veniunt, discumbitur*. Alij, *de tempore*. Hirtius vel Oppius de bello Hispanico. *Ipse de tempore cœnauit*. Plautus *tempori* Capteiueis, *Nūquid vis?* Heg. *venias tempori*. inde elegans vox facta *temporiùs*. Glossæ veteres, *Temporius*, ἐνωρότερον. Quas cœnas tempestiuas Cicero appellat, quæque alij *conuiuia tempestiua*, solita de die inchoari contra maiorum disciplinam: ea sunt Græcis πρωϊαίτερα δεῖπνα: & *tēpestiue cœnare*, δειπνεῖν ἐν ὥρᾳ, vel συνάγειν. Addit postea, ἐπὶ τε τῷ τρίποδι ψυκτὴρ χαλκοῦς ἐπέκειτο, καὶ κάδος καὶ σκαφίον ἀργυροῦν δύο κοτύλας χωροῦν, καὶ κύαθος. Plutarchus hæc paulò aliter: craterem vocat quem Athenæus ψυκτῆρα. in tripode autem fuisse ait, φιάλας ἀργυρᾶς δικοτύλους δύο. cado vinum continebatur: *Scaphia* inter potoria vasa etiam Latini nominant, Plautus & Tullius. Pro κύαθος, malim, κύαθοι Plutarchus, καὶ πότηρια ὀλίγα. Retrahe mox fugitiuas literas in suum locum, πιεῖν δὲ οὐ προσεφέρετο εἰ μή τις αἰτήσει. ἐνεδίδοτο δὲ, &c. scribendum, εἰ μή τις αἰτήσαι. ἐνεδίδοτο δὲ κ. Non intelligo quæ sequuntur, τὸ δὲ πολὺ πρῶτον καὶ ὅτι προσνεύσειεν ἐκεῖνος, οὕτως ᾔτουν καὶ οἱ λοιποί. Si modò vani coniectores non sumus, hoc vult auctor: In Cleomenis conuiuiis seruari solitum hoc institutum, vt nemini vinum funderetur nisi petenti: istud cùm iam dixerit, nunc addit, vt plurimùm Cleomenem omnium primum fuisse qui vinum posceret: deinde vbi datum esset ab illo signum, ita poposcisse & reliquos conuiuas. Ita scribo, τὸ δὲ πολυ, πρῶτον αὐτὸς ᾔτει, καὶ ὅτι προσνεύσειεν ἐκεῖνος, οὕτως ᾔτουν καὶ οἱ λοιποί. Mendum subolent etiam ista, τὰ δὲ παρατιθέμενα ἐπὶ μὲν τραπέζης ἦν τοῦ τυχόντος. τὰ δὲ λοιπὰ ὥστε μὴ περιττεύειν, μήτε λείπειν. quid appellat τὰ λοιπά? nam & Mss. eam scripturam agnoscunt. Sensus postulat tale quid, τὰ δ' ἦν τοιάδε, vel τοσαῦτα ὡς. aut sic, τὰ δὲ λοπαδία, ὡς. At Dalecamp. non assentior, transferenti in alienum locum hæc verba, ὡς εἰς τὸ μηθὲν δαπανᾶν. verten

vertentique, *sumptus ut nullus fiat.* Periodum hanc ita verte, *neque rursus ita contendendum in hoc esse, ut sine ulla utilitate sumptus facias, excedens moderatum vivendi modum.* δαπανᾶν εἰς τὸ μάθην, & frustra impensas facere dicit, qui plura apponit quàm possint à conuiuis comedi. similem sententiam superiore capite, exponebamus. Distingue sic primum versum ex Antiphane,

—ἐν Λακεδαίμονι
Γίγνεται ξένε τῶν νόμων μεθιστέον
Ἔσω.

Difficile dictu est, quid intelligat hic poëta, cum inter Laconica instituta etiam hoc ponit, τὸ φορεῖν τὰς βύστακας. eruditi viri consentiunt, βύστακας hic dici τοὺς μύστακας, *barba pilos qui labium superius vestiunt.* Sed obstat huic interpretationi lex Lacedæmoniorum, quâ erat cautum ne cui fas esset τὸν μύστακα τρέφειν. Auctor Plutarchus in Agide, & de Sera numinis vindicta. Non debemus autem existimare, elegantissimum poëtam in tanta ignoratione Laconicæ disciplinæ esse versatum, ut rem ignoraret omnibus notam, qui oculorum saltem sensum haberent Hesych. βύστακα (ac fortasse βύστακας scripserat) exponit πώγωνα. Si volumus ita hîc accipere, iam nulla difficultas. Barbam enim Lacedæmonios aluisse nemo dubitat. sed cur diceret τοὺς βύστακας potiùs quàm τὸν βύστακα? Præterea etsi Hesychio plurimum tribuo, mihi tamen suspecta hæc illius interpretatio. Nobis in mentem huiusmodi lectio & interpretatio veniebat. φορεῖν τοὺς βύστακας μὴ καταφρόνει: *ne ita mores Spartæ asperneris, ut audeas in superiore labro pilos alere.* καταφρονεῖν, vox est, ut Seruius loquitur, prægnans, pro καταφρονοῦντα τολμᾶν. *præ contemptu audere aliquid.*

CAPVT X.

Κεχρημένων ὑδαρῶς. Βάμμα, βαμβακεύειν, & ἀβαμβάκευτα. ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι. Heraclides Cumæus auctor Παρασκευαστικῶν Heraclides alius scriptor libri, Περὶ σκευασίας καὶ δοκιμασίας φαρμάκων. Regis Persarum ministri albati ἐδέατρος παρεστηκώς. Rex Persarum semel anno caput σμώμενος.

IN iis quæ de Cretensium conuiuiis recitantur, pauca sunt quæ morari lectorem queant. Ait, εἰσὶ δὲ πανταχοῦ κατὰ τὴν Κρήτην οἶκοι δύο τοῖς συσσιτίοις. Codex Huraldinus κατὰ τὴν πόλιν: sensu nihil variante: nam πανταχοῦ significat, in singulis Cretæ vrbibus. malo quod est editum, consentientibus Italicis codd. & Epit. Ait, τὸν δὲ ἄλλον ἐν ᾧ τοὺς ξένους κοιμίζουσι. Liber idem, κομίζουσι quod verbum huic loco quàm conuenientissimum est. significat enim κομίζειν, curare aliquem, & res necessarias ei ministrare. inde κομιδή, ea cura quæ de hospitibus habetur. crebra apud poëtam & alios scriptores vocabula. Sed repugnant huic lectioni subiecta statim verba, κοιμητήριον προσαγορεύουσι: nam κομιστήριον fuerat dicendum: quod verbi in nullo inuenimus exemplarium. Ait, ὥστε πλέον ἐν ἑκάστῃ τραπέζῃ παρατίθεσθαι κεκραμένον ὑδαρῶς. malim ὑδαρῶς: etsi consensum librorum non aspernor. ἀβαμβάκευτα, rectè ex Hesychio docti interpretati sunt, cibos ἄνευ μαγγανεύματος paratos, & sine ullo exquisito coquorum artificio. Sed originem vocis non omnes habent cognitam. est autem à βάμβα, quod pro βάμμα usurparunt Dores. Hesych. auctor est ita appellasse Syracusanos *colorem*, & alia quædam: nam βάπτειν est *tingere*. Inde est βαμβακεύειν, de mangonizatione ciborum. Mox, ἡ τράπεζα τρίτη δεξιᾶς ἀποθέντες εἰς τὰ εἴσοδα. meliùs, ἐκ δεξιᾶς, vel ἐν δεξιᾷ. Quæ ex Herodoto & Xenophonte describuntur, conferant studiosi cum ipsis auctoribus. Postea narrat ex Theopompo, Thyn Regem Paphlagoniæ ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι δειπνοῦντα ἀεὶ τὴν τράπεζαν: quod Dalec *ferculo omnia centum mensæ apposuisse*: imò verò *omnia centena*. putà, centum boues, centum apros, centum oues, & ita de cæteris quæ inter edulia locum habent Sic dixit Strabo πάντα θύειν ἑκατὸν, vt olim exposuimus. Parthenius Ἐρωτικοῖς, c. 9. ἡ αὐτὴ δημοσίᾳ ὑπέσχετο ἐν τῇ πόλει πάντα ἑκατὸν ἐναγίζοντας αὐτῇ. Acutum est Artaxerxis dictum de Thye captiuo suo, splendorem prioris vitæ in epulis retinente, ὅτι ὥσπερ αὐτῷ δοκοίη ζῆν ὡς ταχέως ἀπολούμενος. sic meliùs quàm ὄντος. Simile est in Apologetico Tertulliani, *Megarenses*, inquit, *obsonant quasi crastinâ die morituri* Quia plures fuerunt Heraclidæ, qui editis libris nomen suum posteritati commendarunt, ideò solent distingui accuratè: vt cùm scribit Athenæus hoc loco, Ἡρακλείδης δὲ ὁ Κυμαῖος ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιγραφομένων Παρασκευαστικῶν. addit hæc, ὁ Κυμαῖος ὁ τὰ Περσικὰ συγγράψας, vt distingueret hunc Παρασκευαστικῶν scriptorem, ab Heraclide Tarentino qui Συμποσίου inscriptum librum ediderat. Vtriusque meminit Laërtius, in Heraclide Pôntico, quatuordecim eiusdem nominis scriptores breuiter commemorans. Cumæus, vt videtur, regum Persidis victum & totam δίαιταν eo in opere descripserat: Tarentius professione medicus empiricus, ægrotis ac bonæ valetudinis curiosis consuluerat. nam Galenus huius librum ita inscribit, Περὶ σκευασίας καὶ δοκιμασίας φαρμάκων, lib. 6. de Facultat. simpl. medic. Fuêre præterea Heraclidæ duo alij, quorum Laërtius non meminit, domo Syracusani, qui de re culinaria libros ediderant, teste Athen. lib. 12. Ex Cumæo Heraclida refert auctor, solitos qui Persarum regibus ministrarent, ἐσθῆτας καλὰς ἔχειν, *elegantes vestes gerere*. Mss. λευκὰς pro καλὰς habent. Sic Romanorum Cæsarum ministri fuerunt albati, & certum est, apud omnes ferè gentes olim, honestiorum vestes fuisse albas: quod pluribus alibi probamus. Caue confundas δεῖπνον & πότον regum Persarum, quæ duo separatim describit Heraclides, vt Dalecamp.

verò perperam confunduntur. Deprauata paulo pòst lectio est, cùm ita scribitur, τούτοις εἰσφέρεται ἐς τὴν αὐλὴν, ὃ ἰδὰν ἅπαντα μερίδα ποιήσαντες τῶν κρεῶν καὶ τῶν ἄρτων ἴσας διαφέρουσι. Quid sibi illa volunt, ὃ ἰδὰν? Lego, ὃ οἱ ἐδέατροι. de qua voce scribunt veteres, Græcum nomen istud esse, at τὴν χώραν εἶναι Περσικήν. *mactata victima*, inquit, *è regia in vestibulum afferuntur, ad eos qui sumptu regis aluntur: vbi ab epularum præfectis & carnes & panes in portiones distribuuntur, & diuiduntur æqualiter.* Iuuat quod sequitur, τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης παραλειπομένων ὁ τῆς τραπέζης ἐπιμελούμενος δίδωσιν ἑκάστῳ τῶν οἰκείων. De his portionibus Daniel loquitur cap.1. Καὶ διέταξεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τὸ τῆς ἡμέρας καθ' ἡμέραν ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ βασιλέως, καὶ ἀπὸ τοῦ οἴνου τοῦ πότου αὐτοῦ. Cur ad solum prandium, non item ad cœnam regis Persarum proceres venirent, caussam hanc affert Heraclides, διὰ τὸ παρῃτῆσθαι ἵνα μὴ δὶς πορεύωνται, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τοὺς συνδείπνους ὑποδέχωνται, id est, *propterea quòd rex huius officij gratiam illis fecit, ne bis veniant, sed & ipsi suos quisque conuiuas excipiant.* hæc mens auctoris: διὰ τὸ παρῃτῆσθαι, tantundem significat ac si dixisset, διὰ τὸ τὸν βασιλέα ἔχειν αὐτοὺς παρῃτημένους. vt apud Lucam Euangelistam, ἐρωτῶ σε, ἔχε με παρῃτημένον. Paulo pòst, vbi ex Herodoto narratur sumptus, quos olim fecit Antipater Thasius, cùm Xerxis exercitum prandio excepit, καὶ γὰρ, inquit, ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ, καὶ κρατῆρας παρετίθετο, καὶ ταῦτα μετὰ τὸ δεῖπνον. postrema verba, si modò sana sunt, hoc significant: non solum prandentibus omnia fuisse exhibenda magnificè: verùm etiam à prandio πότους agitantibus, pretiosis poculis mensas instruendas. aliud est δεῖπνον vel ἄριστον, aliud πότος, vt non semel diximus. Ita possumus non ineptè hanc lectionem interpretari. sed cùm de comessationibus istis nihil scriptum sit ab Herodoto, cuius verbis auctor loquitur, censeo inesse huic loco vitium, ex negligentia librariorum profectum. Lego, καὶ ταῦτα μετὰ τὸ δεῖπνον ἔλαβον. *atque ista* omnia aurea & argentea vasa *post cœnam capiebant*. Xerxis videlicet milites. Herodotus δὲ· πλησθέντες, τῇ ὑστεραίῃ τήν τε σκηνὴν ἀνασπάσαντες, καὶ τὰ ἔπιπλα πάντα λαβόντες, οὕτω ἀπελαύνεσκον. Fuit cùm aliter medicinam isti loco facerem, & cum sequentibus iungens, scriberem, καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ δείπνου. οἱ δὲ πίονες δὶς ἐσιτοῦντο. Sequitur ex eodem historiæ patre, de natalitio regis Persarum conuiuio quod τυκτὰ vocabant, τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμῆται μόνον. Non dubito veram esse hanc lectionē, quam & Athenæi editi scriptique omnes codd. tuentur, & ipsius Herodoti. tamen & Valla apud Herodotum & Dalecamp. hic ψωμᾶσθαι pro σμᾶσθαι legerunt, interpretatique sunt. Putarunt enim σμᾶσθαι τὴν κεφαλὴν, nihil esse aliud quàm sordes capitis radere: quod semel in anno factitatum à rege Persarum, ne nos quidem verisimile putamus. Enimuerò σμᾶσθαι, operosiorem curam denotat: cum adhibito smegmate caput probè defricatur; quod viri cordati non sæpe faciunt anni spatio: multi ne semel quidem multis annis. Sic dixit Diodorus Siculus in quinta Historia, λιτάνῳ ἀποπλύμασι σμῶν τὰς τρίχας συνεχῶς. Itaque sicut Romani Cæsares & Francorum veteres reges, diem illum soliti festum agere quo vel ipsi, vel eorum liberi barbam ponebant, aut cæsariem incidebant: sic rex Persarum solemni die caput curabat.

CAPVT XI.

Modus sumptuum conuiualium. Sacrificia veterum tenuia. Menandri fabula Δύσκολος: *& argumenti eiusdem oratio Libanij.* cistæ ὀψοφόροι. *Philoxeni Cytherij scripta nugatoria Platonis comici* Phaon. *Sumptus in rosas*, androncs. *flores in reticulis ad olfactum.*

DE sumptibus in conuiuia olim factis loquens Athenæus, amplius talento impendi vulgò in Græcia non solitū, auctoritate Menandri probat. Versus ex eius comici *Methe* allati, vnde id colligitur, & rectè scripti, vnicâ voce exceptâ, & apertissimi sunt, vt ferè Menandri omnia. quò magis miror in tam plana rectáque via errare virum doctum potuisse. Sensus est: Non pari sumptu cuticulam mortales curare, & diis sacra facere. His pro luculenta hostia offerri vix decem drachmarum ouiculam. in conuiuium vnum facilè integrum talentum impendi: iis videlicet emendis quæ mensæ apponenda sunt, aut conducendis acroamatis. Poëtæ verba subiiciam.

Εἶτ' οὐχ ὅμοια πράττομεν καὶ θύομεν·
Ὅπου γε τοῖς θεοῖς μὲν ἠγορασμένον
Δραχμῶν ἄγω προβάτιον ἀγαπητὸν δέκα,
Αὐλητρίδας δὲ καὶ μύρον καὶ ψαλτρίας,
Ταύτας, τὸ Θάσιον, ἐγχέλεις, τυρὸν, μέλι,
Μικροῦ τάλαντον γίνεται τὸ κατὰ λόγον.

In tertio versu scripsimus δέκα non δώδεκα, iubente metri lege: neque aliter lib.8. Sententia hæc à multis poëtis tractata est, vt alio loco docet auctor, & probat Clemens Alexand. Stromat. lib.7. Tertullianus in Apologetico, *Volo & ritus vestros recensere, non dico quales sitis in sacrificando, cùm enecta & tabidosa quaque mactatis: cùm de opimis & integris supernacua quaque truncatis, capitula & vngulas, quæ domi quoque pueris vel canibus destinassetis:* Eòdem spectat & alter ab Athenæo allatus locus ex poëtæ eiusdem *Dyscolo:* quem etiam ascribemus, quia in illo sunt nonnulla nobis animaduertenda,

—ὡς θύουσι δ' οἱ τοιχωρύχοι
Κοίτας φέροντες καὶ σταμνί', οὐχὶ τῶν θεῶν
Ἕνεκ', ἀλλ' ἑαυτῶν. ὁ λιβανωτὸς εὐσεβὲς
Καὶ τὸ πόπανον. τοῦτ' ἔλαβεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὸ πῦρ
Ἅπαν ἐπιτεθέν. οἱ δὲ τὴν ὀσφῦν ἄκραν
Καὶ τὴν χολὴν ἔτ' ἐς τὰ βρώματα τοῖς θεοῖς
Ἐπιθέντες αὐτοὶ τ' ἄλλα καταπίνουσι.

Ex ipso fabulæ titulo apparet, publicos mores obiurgatos fuisse ab eo qui ista pronuntiabat. Δύσκολος enim est morosus homo, cui nihil placet

placet

placet nisi quod ipse faciat: imò ne illud quidē. Talis fuit olim Timon ille osor & odium mortalium. Mores hominum huiusmodi descripserat Menāder eā fabulā: cuius mentio apud Harpocrationem, Aristophanis interpretem, & Suidam. Libanius quoque rhetor idipsum præstiterat integrā oratione: quæ cùm Athenis recitata est, miros tulit plausus, vt in epistolis scribit S. Basilius. In 2. versu scribendum Κίσας, non κοί τας. ineptum est putare, de lectisterniis poëtam sentire. Spondeo de cistis eum loqui, in queis deferre moris erat cibos ad sacrorum epulas necessarios. grammatici κίστας vocant ὀλοφόρες, & ita describunt, ἀγγεῖα πλεκτὰ εἰς ἱεροματων ἀπόθεσιν. Quàm rectè igitur cistæ coniunguntur σταμνίοις: quod œnophori genus fuisse nemo nescit. Sed vetus est siue consuetudo, siue error librariorum, scribere κοίτη pro κίστη, & κοῖτις pro κιστίς. Ptolemæus Hephæstionis F. Ἦραν ἣ φορέσαι χλαμύδα, ἐν Ἀθηνῶν αὐλαῖς, Νυρία ἣ τοὺς ἅλας κεκλημένους ἐν κοιτίδι. ita nuper eruditissimus Hœschelius edidit: rectè Hesychius: κοίτη, κίστη, ἐν ᾗ τὰ βρώματα ἔφερον· αἱ ἣ μικραὶ, κοιτίδες. Penultimum versum ita scribe ex Clemente, Καὶ τὴν χολὴν, ὅστὰ τ' ἄβρωτα τοῖς θεοῖς. etsi poterat tolerari nostra lectio, melior est tamen Clementina. Sed apud Clementem multo plura emendationis egent: quod ex nostræ γραφῆς comparatione faciendum studioso lectori relinquimus. Locus est eo quem diximus libro. Subiungitur his ῥῆσις satis longa ex Philoxeni Cytherij Conuiuio. Extat & libro 14. alius locus ex eadem fabula. Constat nobis ex vtriusque lectione, poëtam mirâ ingenij lasciuiâ conuiuium fictum à se, fictis vocibus, planéque insolentibus descripsisse. Ludicra enim res fuit tota, & ridiculi caussa ridiculè à faceto poëta descripta. Quare mirum non est obscura hæc esse: vt interea de mendis nihil dicam. Nos & emendandi vtrúmque locum, & interpretandi laborem omnem inanem censemus. Quis enim se ratione assecuturum speret, quod sine ratione & τῷ γελοίῳ μόνον χάριν bambalio aliquis effutierit? Torquere autem se in istis, quid aliud est quàm Philetæ infelicem diligentiam imitari? Omissis igitur molestis adeo nugis, quod instat agamus: si priùs tamen dixerimus, *Phaonem* Platonis fabulam, cuius hic facta mentio, rarò quidem inueniri in veterum scriptis nominatam: interdum tamen, vt apud Harpocrationem in αἰκάνδη. Historiam cœnæ illius, quam exhibuit Cleopatra Antonio, habet Plutarchus. ex quo simul & Athenæo ipso scripsimus, Ἀπαντήσασα τῷ Ἀντωνίῳ ἡ Κλεοπάτρα ἐν Κιλικίᾳ. pro eo quod Dalec. ἐν Λυκίᾳ. Plutarchus scribit iussam ab Antonio Cleopatram εἰς Κιλικίαν ἀπαντῆσαι. Κυλίκια, quorum paulo pòst in hac historia mentio, quid fuerint, lib. 11. explicatum. Sequitur, Ἰαλαντιαίους εἰς ῥόδα μισθὸς δίδωσι. Rosa olim non postrema cura & amor eorum, qui nepotinis sumptibus oblectabantur. Exemplum hoc insigne, & quod narrat Suetonius in Nerone cap. 27. similia in aliorum Imperatorum vitis. 10. Secuti sumus membranas cùm ita scripsimus, καὶ κατεσρώθη ἐπὶ πήχυν βάθη τὰ ἐδάφη. hoc est πηχυαῖα. Testantur tamen eruditi homines in Farnesiano codice scriptum esse ἐπὶ πηχυαῖα βάθη, quod placet minus. Sed quid sibi volunt membranæ, in quibus constanter scriptum reperimus τὰ ἐδάφη τῶν ἀνδρώνων? Non video quí ferri appendix ista queat: nisi scribamus τὰ ἐδάφη τῶν ἀνδρώνων: & per ἀνδρῶνας intelligamus cœnationes. Propriè, vt scribit Vitruuius, *Græci ἀνδρῶνας appellabant æcos, vbi conuiuia virilia solent esse, quòd eo mulieres non accedāt.* Sed Ægyptiam reginā Cleopatram non astringebāt leges plebi Græcarum mulierum positæ. Præterea quia virilia cōuiuia celebrari solita in andronibus, dicere licet, vel gynæconitidē Cleopatræ ἀνδρῶνα potuisse sic appellari, vt dictum scimus ab optimis auctoribus οἰνοχοεῖν νέκταρ, ἵππους βουκολεῖν, χαλκοῦν σιδήρεον, & similia. sic cucurbitulam appellamus, quæ est ex ære aut vitro: pyxidem, quæ ex argento vel auro. Athen. lib. 12. ἄνθινά τε πολλὰ τῶν ἐδαφῶν ἐν τοῖς ἀνδρῶσι κατεπάσαν. etsi longè alia ibi sententia est: fauent tamen hæc verba nonnihil coniecturæ nostræ. Additur in eādem periodo, ἐμπεπετασμένων δικτύων τοῖς ἴλιξι. Quid significet hic dictio ἴλιξι, nō scio: & mendæ suspicionem mouet illud quoque τοῖς, quod ἴλιξι non conuenit, sed ταῖς. Suspicor scribendum τοῖς κάλυξι: nihil enim conuenientius in mentem nobis venit: κάλυξ autem proprium rosarum vocabulum esse, nemo dubitat. Sensus est: super rosas quibus pauimentum erat constratum, retia fuisse expansa, ne ingredientium pedibus auferrentur, & soli planities æqualis vbique corrumperetur. Reticulorum istum vsum nemo mirabitur, qui obseruauerit consuetudinem veterum inuolucris pellucidis, aut etiam reticulis inuoluendi rosas: quò faciliùs earum fragrantiam perciperēt. M. Tullius in Verrem libro 5. siue De suppliciis. *Nam, vt mos fuit Bithyniæ regibus, lecticā hexaphoro ferebatur: in qua puluinus erat pellucidus Melitensi rosā fartus: ipse autem coronam vnam habebat in capite, alteram in collo, reticulúmque ad nares sibi apponebat, tenuissimo lino, minutis maculis plenum rosæ.*

CAPVT XII.

Σχεδία. Διονυσιακὰ ἀθύρματα. τὰ ἐξ Ἰταλίας ἀκροάματα. Mos prælucendi & spectandi è tectis. Tecta veterum, Iudæorum, Græcorum, & Romanorum. προφαίνεσθαι ἐκ τῶν τεγῶν. Prou. stare in extrema tegula. Athenæi memoria suspecta fidei. Πλάταια & Πλαταιαί. παρατίθεσθαι τοῖς Ἕλλησι. περιγίνεσθαι: alia multa obseruata.

MVLTA perperam accipiunt interpretes, in ea quæ sequitur de eodē Antonio narratione. Vt cum σχεδίαν cœnaculum interpretantur in istis: πηδάλιον ἐπὶ τὴν σχεδίαν κατεσκεύασαν, σχεδίας

significat enim pontem theatro fuisse impositū, super quo fictitium illud antrum est extructū. Cum Διονυσιακὰ ἀθύρματα vertunt, *ornamenta ludorum Bacchicorum*, pro *Bacchi crepundia*, vel *ludicra*. cùm sint ἐξ Ἰταλίας ἀκροάματα, *quos supercomunium memoriter varia: certatiuos accersiuerat Italis hominibus.* Potuit vero ignorare vir in Græcis auctoribus ita versatus, ἀκροάματα esse *histriones & mimos*: neque aliter vertendum esse, cum & Latini sic loquatur? Hi autem sunt illi ipsi, quos in vita Antonij appellat eleganter Plutarchus τὰς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας κῆρας. Etiam ista non intellexit interpres: ἀπὸ τῶν τεγῶν λαμπάσι δᾳδουχουμένης πάσης τῆς Ἀθηναίων πόλεως: quæ ex veteri more lucem accipere debent. Soliti enim antiqui nō Iudæi tantum, (de quibus ex sacris literis constat) sed & Græci & Latini, tecta suarum domorum ita confecta habere, vt in ea spectandi caussa ascenderetur, quoties aut pompa ducebatur, aut alia caussa stimularet. De Græcorum tectis constat ex hoc loco: nam ita vertendum est: *cùm toti Atheniensium vrbe essent qui facibus e tectis prælucerent* Lucianus Alectryone οἱ δὲ ὁπόσοι πρόσοιμι, καὶ ἐπὶ τὰ τέγη ἀνιόντες ἐν μεγάλῳ ἐτίθεντο ἀκριβῶς ἑωρακέναι τὸ ζεῦγος τὴν ἐφεστρίδα. Tacitus de Agrippinæ aduentu Brundusium: *Atque vbi primum ex alto visa classis, complentur non modo portus & proxima maris, sed mœnia ac tecta.* De Latinorum tectis en testes locupletes Virgilius in 12. de monomachia loquens Æneæ ac Turni. *Inualidique senes turres & tecta domorum Obsedere.* & ita alibi idem. Plinius in Panegyrico de Traiani in Vrbem ingressu loquens, *Videres referta tecta ac laborantia, ac ne eum quidem vacantem locum, qui nonnisi suspensum & instabile vestigium caperet* Hieronymus in epitaphio Fabiolæ: *Non platea, non porticus, non imminentia desuper tecta capere poterant prospectantes.* Dio Cassius in Nerone; οἱ κέραμοι & αὐτοὶ πάντων τῶν τῇδε οἰκοδομημάτων ἐκρύπτοντο ὑπὸ τῶν ἀναβεβηκότων. Claudianus 3. de laudibus Stiliconis, loquens de reditu illius in vrbem: *Nonne vides & plebe vias, & tecta latere Matribus* Plutarchus in Cicerone, φῶτα δὲ πολλὰ κατέλαμπε τοὺς στενωπούς, λαμπάδας & δᾳδας ἱστάντων ἐπὶ ταῖς θύραις. αἱ δὲ γυναῖκες ἐκ τῶν τεγῶν προὔφαινον ἐπὶ τιμῇ & θέᾳ τοῦ ἀνδρός. Caue assentiaris doctissimo & Græcæ linguæ peritissimo viro, qui προφαίνειν ἐκ τῶν τεγῶν, interpretatur *spectare e tecto*. cum προφαίνειν sit *prælucere*. Locus ille periculosus, quem intelligit Plinius is est vnde manauit prouerbium Latinorum, de summè periclitantibus, *stare in extrema tegula.* Seneca epistola 12. *iucundissima est ætas deuexa iam, non tam præceps: & illam quoque in extrema tegula stantem iudico habere suas voluptates.* Ex his autem duorum scriptorum locis licet colligere, no habuisse Romana tecta illam loricam, qua munire iussus est, lege Dei, populus Iudaicus, sua tecta. Formam huiusmodi tectorum describit Eustath. his verbis 10. Odysseæ commentario extremo. πέπηγε δὲ, ait, καλύπτουσῦ τέγος ὁ Ἐλπήνωρ γῦ ὑπαίθριος αὐτῷ κάμνων. διὰ τὸ τὰ δώματα μὴ κεραμωτὰ, ἀλλ' οἰκεῖα & νῦν ὡς εἰκὸς, μυελαχοῦ τῶν ταῖς δοκοῖς γῆ ἐπικεῖσθαι. ὡς ἐντεῦθεν τὴν στέγην χρήσιμον εἶναι καὶ πρὸς τὸ ἐγκοιμᾶσθαι, id est, *cadit Elpenor e tecto, cum sub dio iaceret in summa domo, quia tecta nō fiebant e tegulis: sed vti videtur erant qualia nunc quoque locis infinitis videntur aggestis inter trabes terram habentia: vt in eiusmodi tectis, etiam cubare aliquis posset.* Hæc Eustath de antiquissimorū temporū tectis, & quibusdam etiā sui sæculi quibus non dissimilia sunt, quæ de multiplici genero tectorum queis est vsa rudis antiquitas, disputat doctè Vitruuius lib. 2. At illa de quibus locuti sumus, quamuis erāt plana & sine fastigio, tamē & tegulas habuerunt: nisi cùm in illis aut horti instituebātur, aut viridaria. nam & in tecta olim Romæ scandebant syluæ. Plinius lib. 15. cap. 14. Seneca, epistola 125 & alij) Sed hæc præter institutum. Imperatorem Caium cognomen inuenisse Caligulæ scribit Athenæus, διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι. *quod in castris esset natus.* Sed hæc caussa proxima non est: verùm illa quam ex Latinis scriptoribus & Dione norunt omnes. Redit mox Athenæus ad tenuem Græcorum victum, de quo dicere instituerat libri huius initio: & ait, Εἰς ταῦτα ἐστὶν ἀποβλέποντα τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀγαπᾶν ἔστι ἑλληνικὴν πενίαν. cui bono adiecta sint ista τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, non capio: & delenda censeo vel mutanda. Qui mox dicitur ex Herodoto Αὐταμινος. in Mss. est Ἀτταμινος: scribendum vt in Herodoto Ἀτταγῖνος: nisi Athenæus ipse memoriā hic lapsus: sicut videtur fecisse cum addit, ὃν φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἐνάτῃ μεγάλως πλούτῳ παρεσκευάσθαι, hoc est, *à diuitiis magnificè paratum: siue magnis diuitiis instructum fuisse.* Audiamus Herodotum. Ἀτταγῖνος ὁ Φρύνωνος, ἀνὴρ Θηβαῖος, παρασκευασάμενος μεγάλως ἐκάλεσε ἐπὶ ξείνια αὐτόν τε Μαρδόνιον, & πεντήκοντα Περσέων τοὺς λογιμωτάτους. *Attaginus Phrynonis F. Thebanus, cum magnificè omnibus rebus necessariis se instruxisset, hospitio excepit Mardonium, & alios 1. è præcipuis.* παρασκευασάμενος μεγάλως, vernaculo sermone diceremus, *apres auoir faict des grands preparatifs.* Sequitur elegans auctoris iocus in alienissimum sensum à Dalec. detortus. Ἡγοῦμαι δὲ, inquit, ὅτι οὐκ ἂν ἐγένοντο, οὐδ' ἂν ἐδέησε τοῖς Ἕλλησι περὶ Πλάταιαν παρατάξασθαι, ἀπολωλότων ἤδη ὑπὸ τῶν τοιούτων τροφῶν. Si esset verum, ait Athenæus, quod dixit Clitarchus, Bœotos cùm Persas conuiuiis exciperent, non aliud eis apposuisse quàm illas ciborum quisquilias, quibus soliti ipsi se alere, *perissent opinor Persæ, neque illis opus fuisset stare in acie contra Græcos in campis Plataicis: quippe queis iam tales cibi perniciem attulissent.* περὶ Πλάταιαν auctoritate Homeri. licet tueri. omnes alij Πλαταιὰς sēper. παρατάξασθαι τοῖς Ἕλλησι, dictū pro eo quod est vsitatius, πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Verumq; inueniēt tyrones apud optimos scriptores: hoc tamen vel maxime viros doctos videtur in errorem impulisse. Sed & περιγενέσθαι male acceperūt pro *vincere*: nam idem significat hic atque apud Herodotū, cum

cùm illo ipso in loco ait: τοτίων πάντων ὄψιας, ὀλίγυ τινὸς χρόνυ διελθόντ@, ὀλίγυς τινὰς τῶς πολυγνωμένυς. Ac fortasse illum locum auctor respiciebat hæc scribens: nam de iisdem Persis editum est illud, quod refert Herodotus, dictum fatidicum.

CAPVT XIII.

Maza loco panis. Mazonomi. *Mos veterum acclamandi in conuiuiis,* ὧ δαιμόνιε, *vel* ζήσειας *μάζων terrores nocturni.* ἡ τιμῦχα. *cultri in vsum mensarum.* παρατέμνειν. *κόρμα vel* κῦμα. *Mos veterum Gallorum, vertere se ad dextram inter adorandum.*

KAὶ τ' ἄλλα τὰ πρὸς τὴν ἄρτυσιν τῶν ἱερείων ἁρμόζοντα. *& alia quorum vsus in conditura carnium.* pessimè Dalecampius, *& alia quæ rite faciundis sacris conuenirent omnia.* quia vocem ἱερεῖον ita capiendam esse non videbat, vt libro 1. dicebamus, cap. 11. etiam vocabulum ἄρτυσις, cuius notissima significatio est, malè accepit.

πλὴν τῶν πόδε τὸν μάγειρον σκευῶν ὁ χορηγός. pro, ἃ παρεῖχεν ὁ χορηγός. & fors fuat ita auctor scripserat. μᾶζα νόμυ χάριν. *maza dicis caussa apposita.* sic loqui amant scriptores, de iis quæ non tam ad vsum quàm ad speciem parari solent: cuiusmodi fuit assis Caianus in veterum mancupiis. Cur hic dicatur maza apposita fuisse tantùm dicis caussa, vellem exposuisset: nam alioquin cœnas frugales, qualis erat quæ hic describitur, frequentabat maza, non vt vlli legi aut instituto satisfieret, sed vt locum panis obtineret, sicut docuimus alibi ex Aristophane.

Τῶν παρά τισι καλυμένων μαζονόμων, ἀπὸ τῆς χρείας ἀληφότων τὴν ἐπωνυμίαν. Initio mazonomi dicti à mazis, quæ apponi in iis solitæ: postea quæuis lances rotundæ & ligneæ. Glossas Hesychij sic emendabis, μαζονόμον τὸν κύκλον, ἢ τὸν ξύλινον πίνακα. Varro, De re rustica. *vt in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, vbi delicatè cœnitaret, & alios turdos videret in mazonomio positos coctos.* Pro mazonomus dixerunt & *mazophorus* vel *mazophoris.* Hesychius μαζοφορὶς ὅμοιον κανῷ ἐν κεραμέᾳ κοτλαβίδι, scribe, κεραμεᾶ, vt lib. 11.

Ὁ προσφέρων ἂν εἴπων ὧ δαιμόνιε. Lego, ὧ δαιμόνιας. adstipulante scripturâ lib. vndecimi. Simillima formula ὠφελίας conuiuialis Græcis & Romanis in vsu, ζήσειας: cuius meminit Dio in Commodo. In moribus nostris vestigia clara sunt eius consuetudinis: Precamur enim vt prosit quod estur aut bibitur. μάλιστα δὲ τοῖς λεγομένοις μάζωσι· τοῦτο γάρ ἔτι καὶ νῦν ἡ Διονυσιακὴ σωόδ@ ἔχει τὔνομα. Ait μάζωνας vocari conuiuia Bacchica. Olim, vt apparet, generale id fuit cōuiuiorum omnium nomen. An à Græco μάζα, quasi locus quo mazæ congererentur? an potiùs ab Hebræo מזון *mazon.* id est, *cibus, opsonium?* at μᾶζα est illorum מצה *matsah*: quod genus panis aut placentæ illis significat. τοῦτο πάντες ἐποίησαν τῶν ἐν ταῖς ἀμφόδοις γινομένων συνέστησαν φόβων. Addit Eustathius, sed de suo, ἢ αἰτία εἶναι ἡ Ἑκάτη ἐδόκει. Hecaten in compitis fuisse cultam notissimum est: quæ fuit Dea χθονία, & vt appellatur a Theocrito, δυσπαλτις, id est, interprete Hesych. *difficilis accedentibus.* ὑπὸ τῶν τιμούχων ζημιῦται. Sic vocabantur magistratus in aliquot Græcorum ciuitatibus, vt in hac Naucrati, & Massiliæ. Strabo lib. 4.

καὶ τοῦτων μεταλαμβάνων κοτύλην οἴνυ. Puto deesse aliquid: nam sententia est pendens & imperfecta; oratio autem ασωύτακτ@ καὶ ἀκατάλληλ@. Vtcunque vulnus obligaueris, si scribas, ὃ τοῦτων μεταλαμβάνων ἅμα λαμβάνει κοτύλην οἴνυ.

ὃς πρὸ ἐκείνων ὃ πρὸ τοῦ μέλλειν. *antequam deberet quemquam excipere.* ferri potest fortasse hæc lectio: magis tamen probem quod aliquādo repoſueram, πρὸ τοῦ ἐπαγγέλλειν. non multò ante scriptum est, ἐπαγγέλλεσθαι ἱστάσαι γαλάκτας παντας ἐνιαυτόν. ἐπειδὴ δὲ ἀσπλουν εἰς τὸ σῦνον πάντες. In describendo Xenophontis loco vsus auctor consuetudine suâ: multa enim prætermisit, quæ ad formam conuiuij minus pertinebant; quædam etiam aliter scripsit quàm Xenophon: vt ista, ἀλλὰ καὶ πονεῖν ὑπὲρ σοῦ ὃ προκινδυνεύειν βυλόμενοι. nam in autographo est, ἀλλὰ καὶ προσίεμαι ὃ πονεῖν ὑπὲρ σοῦ ὃ προκινδυνεύειν. Sine caussa Dalecampius, quæ ab Athenæo erant consulto consilio prætermissa, in suam interpretationem inferit. κύλικοι φησί, τὰς χοὰς προτίθενται. Editum volui τὰς τροφάς. ex cōiectura primùm ita emendaueram, deinde in membranis sic inueni scriptum. & sequitur mox, ἐφ' ἃν τὰς τροφὰς προτίθενται. ἐὰν δὲ ᾖ τι δυσδιάσπαστον, μαχαιρίῳ μικρῷ παρατέμνοντες. *si vel aliquid sit quod auelli nisi ægrè non queat, gladiolo paruo vt quicque incidit secantes.* elegans vox παρατέμνειν, cuius vim nisi pluribus verbis Latinis non exprimas. significat enim, cultros istos non fuisse mensæ appositos, quod hodie fit: sed quoties erat opus, solitos educi, & in suum mox locum restitui. non dissimilem vim habet præpositio παρὰ in verbis παραβάλλειν & παραγυμνῶσαι. de quibus antè diximus. Potes etiam παρατέμνοντες exponere, *ægrè secantes*: quod valeat ad declarandam paruitatem cultellorum istorum: quare etiam μαχαίρια vocat; neque hoc solùm, sed etiā μικρά. Videntur Græci cultrorum mensalium diu ignorasse vsum: nam in vniuersa illorum lingua nullum vocabulum est, quod propriè ἐπιτραπεζίως cultros denotet. Latina vox *culter,* Syriacam originem habet קטל *occidit,* transpositis literis posterioribus. Græci etiam cultros μαχαίρας vocant aut μαχαίρια. Vetustissimi Græci appensam gladij vaginæ machæram gestabant, eâque vtebantur pro cultro. Homerus,

> Ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμεν@ χείρεσσι μάχαιραν,
> ἥ οἱ πὰρ ξίφε@ μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο,
> Ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων τάμνε τρίχας.

Hæc poëtæ verba afferunt lucem sequentibus Posidonij, quibus declaratur Celtarum mos, non quidem penitus idem, sed tamen affinis. ὃ τοῖς κολεοῖς ἐν ἰδίᾳ θήκῃ παράκειται, id est, *qui culter ensis vaginæ adiacet, in peculiari theca.* Etiam hodie ensium nostrorum vaginæ cultris condendis peculiarem thecam habent. Videntur sanè minores, ad mensuram vsum, perdiu fuisse ignorati: non enim aliis in mensa quàm in coquina vtebantur. Postea facti sunt minores: quo in genere vel propter elegantiam, vel aliam ob caussam commendati sunt qui fiebant in Bithynia. Varro γεροντοδιδάσκαλος. *Noctu cultro coquinari se traiecit: nondum enim ibi inuenti erant cultelli huius tempestatis è Bithynia.* ita lego & interpretor illũ Varronis locum apud Nonium. τὸ δὲ ποτὸν οἱ διακονοῦντες ἐν ἀγγείοις περιφέρουσιν, ἐοικόσι μὲν ἀμβίκοις ἢ κεραμέοις ἢ ἀργυρέοις. neque placet τὸ μὲν isto loco: neque video quid appellet ἀμβίκους. non enim puto esse vasculi genus illud, quod libro 11. ἄμβιξ dicitur. Fortasse scribendum, ἐοικόσι μικροῖς βίκοις. Quod autem subiicitur, etiam lances eos habuisse similes: ad materiæ similitudinem refero, non figuræ. παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς καθ' αὑτὸ καλεῖται δ' ἔρισμα. Scribendum, παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς καθ' αὑτὸ καλεῖται δὲ κόρμα, id est, *bibitur vulgò zythum per se: & vocatur corma.* καθ' αὑτὸ intellige merum, sine melle: quo temperari solitum dixit, ab iis qui vinum quidem bibere nõ poterant, ob census tenuitatem: sed erant tamé cæterâ turbâ, de qua núc loquitur, paulò saltem beatiores. κόρμα verò omnino scribendum cum membranis & Epitoma. Dioscorides vocat κοῦρμι, & Marcellus Empiricus *curmi.* περιφέρει δὲ ὁ παῖς ἐπὶ τὰ δεξιὰ καὶ τὰ λαιά. orsus à dextris desinebat in læuis. si hoc voluit, poterat omittere καὶ τὰ λαιά. quis enim non ita intelligit οἰνοχοεῖν ἐνδέξια apud poëtam? καὶ τοὺς θεοὺς προσκυνοῦσιν ἐπὶ τὰ δεξιὰ στρεφόμενοι. imò verò Galli religiosius putarunt sinistrouorsum se vertere in adorando, quàm dextrouorsum more Romano. Plinius lib. 28. cap. 2. *In adorando, dexteram ad osculum referimus, totúmque corpus circumagimus: quod in læuum fecisse Galli religiosius credunt.*

καὶ ῥίψαι αὐτῷ παρατρέχοντι. *eique iecisse currenti ad ipsius currum.* παρατρέχειν est currere iuxta currum, quo vehitur is quem honoris caussa prosequeris. Ita olim moris fuit, vt ad Suetonium notabamus. διὸ καὶ τὰ ἴχνη τῆς γῆς ἐφ' ἧς ἁρματηλατεῖ, χρυσὸν καὶ εὐεργεσίας ἀνθρώποις φέρει. adulatio ingeniosa non inelegantis poëtæ, ad exprimendam Bituiti beatitatem summam & liberalitatem. Eadem ἔννοια apud Latinos poëtas. Persius, *—quicquid calcauerit hic, rosa fiat.* Et, *—nunc non è manibus illis. Nunc non è tumulo fortunatáque fauilla Nascentur violæ?*

κεχωρισμένην εἶχε καὶ τὴν πρᾶξιν μόνῳ, καθάπερ ἥρῳ. Lege μόνος καθάπερ ἥρως. Conuenit hoc veterum opinioni, quam de suis heroibus habebant: quia enim morosos & iracundos putabant, ad illos accedere verebátur. Propterea vt rem miram fingit comicus in Auibus, esse locum quendam, ἵνα θεοῖς ἥρωσιν οἱ ἄνθρωποι συνεσιτοῦσι καὶ ξύνεισι. ad quem locum plura enarrator.

τὸ δὲ ποτὸν κεκραμένος οἶνος, οἷος δήποτε, ὕδατι ψυχρῷ. *potus erat vinum qualecunque aquâ frigidâ dilutum.* nihil hîc fuit mutandum interpretibus. καὶ τῶν προσφάτων καθιερωθέντων. scribe, προσφάτως, *recens mactatorum.* hæc κυρία notio vocis huius. ταύτην δ' εἶναι ὁμοίαν ταῖς ἐγγυθήκαις. de incitegis dicimus libro sequente, cap. 13. Dalecamp. rectè vertit *repositoria.* ἐν τῷ τρίτῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν ἱστοριῶν. Scripta lectio, ἐν γ καὶ κ τῶν ἱστοριῶν. hoc est, τρίτῃ καὶ τριακοστῇ. τοὺς Τυῤῥηνούς φησι πρὸς αὐλὸν πυκτεύειν. Alibi docemus Græcos scriptores πυκτεύειν sæpe pro μονομαχεῖν vsurpare: quomodo hîc censeam capiendum. παρατεθέντων κυλίκων, τὸ μηρίον ὁ κράτιστος ἐλάμβανεν. exponimus libro nono, cap. 1. καὶ πιστωσάμενοι τὴν δόσιν. *donatione firmata.* intellige caueri solitum perituro vel pignoribus captis, vel chirographo, vel fideiussione. nam solutio mercedis conuentæ differebatur post cædem morituriẽtis: imò tunc tantùm promissum præmium deberi incipiebat. Mirum planè genus contractus: quando testator ad heredes ius transmisit, quod ipse habuit nunquam, neque habere potuit viuus. καθ' ὃ διαμάχονται ἕκαστος αὐτῶν ἀποτυμπανισθῆναι. *quibus contendunt vnusquisque quod iustissimum sit, sibi potissimùm caput amputari.* Torquent se hoc loco interpretes in exprimenda voce ἀποτυμπανισθῆναι: quæ hîc quidem perspicuè ponitur pro eo, quod paulo antè dixit, τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. Eustathius doctè, postquam ista ex Athenæo verba Euphorionis descripsit, Καὶ ὅρα, inquit, τὸ ἀποτυμπανισθῆναι, ταὐτὸν ὂν τῷ τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι. Aristophanis locum ex Phœnissis ita scribe & distingue,

—ἐς οἰδίπου δὲ διπτύχω κόρω
Ἄρης κατέσκηψ', οἵγε μονομάχῳ πάλης
Ἀγῶνα νῦν ἱστᾶσι.

in geminos Oedipi filios Mars ingruit: qui luctæ singularis & gladiatoriæ certamen nunc instituunt. δίπτυχα in vulgata lectione, glossa est corrupta vocis poëticæ δίπτυχος pro διττός. Κατασκήπτειν est cũ pernicie aliquò ingruere more fulminis. elegãter hîc de Eteocle & Polynice vsurpatur, qui soli totius belli aleam subibant. πάλην μονομάχον interpretati sumus, *luctam singularem & gladiatoriam.* vt appareat mens Athenæi: qui ex isto loco probare instituit, gladiatores iam tum fuisse notos. In quo equidem assentiri illi non possum. Quid enim gladiatoribus commune cum iis quos veteres historiæ narrant singulari certamine decertasse? Antiquissimi fuit moris, commissione vnius duorúmve aut trium parium salutem contrariorum exercituum redimere, & ex euentu eius pugnæ populorum controuersias dirimere. Exempla sunt in historia sacra Hebræorum, Græca, Romana. Hi sunt de quibus ait mox Atheneus, plura se alibi scripsisse. Ait enim, ὅτι

Ὅτι δὲ καὶ οἱ ἔνδοξοι τῶν ἡγεμόνων ἐμονομάχησαν, καὶ ἐκ προκλήσεως τοῦτ' ἐποίησαν, ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν. Videtur eruditissimus vir, alio in opere eorum ducum historias collegisse, qui pro salute sui exercitus ceu publicas victimas se deuouerunt. Vtinam extaret is liber hodie: quæ fuit huius viri diligentia, disceremus inde, opinor, fortium aliquot virorum & nomina & res gestas: quarum fortasse hodie funditus extincta est memoria. Fuit & illud veteribus ducibus genus *μονομαχίας* nõ incognitum, cuius quotidie exempla eduntur à male cõsulta nobilitate Gallica. Rixæ inter nobiles ex leuibus sæpe offensis cientur. offensam condonare & ignoscere, quod sapiẽtes magnanimitatis proprium putarunt, turpe & ignominiosum habetur. vnicum hodie nobilitatis sinceræ specimen est, suum ius armis persequi. in hoc cardine vertitur summa illorum existimatio, & is quem falsò honorem vocitant. qui iniuriam paruam magnam sibi factam arbitratur, illius auctorem ad singulare certamen prouocat. concurritur. horæ momento alter ambóve mutuis vulneribus pereunt. Certissimum est, nullum sęculum ex veteri historia nobis cognitum, adeò crebra huius insaniæ exempla vidisse, atque hoc nostrum planè ferreum: aliquãdo tamen factum esse iam olim, vt controuersias suas magni duces pugnâ ex prouocatione finirent, dubitari nequit. Exemplum illud antiquissimũ est quod narrat Diodorus lib. 17. de Corcagi ducis Macedonis pugna cum Dioxippo Atheniense. Ac fieri potest, vt de priuatis huiusmodi pugnis Athenæus illo in libro, ad quem nos reiicit, tractasset. Inter argumenta declamationum, quæ apud rhetores leguntur, extat hæc lex, Νόμος τοὺς ἀριστεύοντας μονομαχεῖν. quæ lex nisi ficta est, vt pleræque in illis libris, duos idem virtutis præmium poscentes, committebat. extat apud Sopatrum & Marcellinum in Hermogenis commentariis.

CAPVT XIV.

Diyllus *historicus. Ieiunia Iudæorum & veterum Christianorum. Tempus finiendi ieiunij ortus Vesperi, vel hora nona.* φιλοσοφία, *pro religione Christiana.* περιφερόμενα ὁρᾶν πάντα. προπιὼν ὑγιαίνω. τὴν ὥραν. *Homerus dictus Syrus & Indus.* δ᾽ ἐμὸς *&* βίος. ἀνάπαυσις. παρατίθημι. τί τηνικάδε; Νόσων *scriptores. alia multa.*

Δ ιύαλος δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν ἱστοριῶν. Noli quærere quis hic fuerit Diyalus. scribendum enim Δίυλλος. Hic est Diyllus de cuius historiarũ libris dicebamus ad Laërtij librũ v. θάψας τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασίλισσαν ἐν Αἰγαῖς. rex & regina sunt Aridæus Alexãdri filius, & eius vxor Eurydice. vide, si est operæ, Diodorum & Iustinum. Reges Macedoniæ Ægis fuisse solitos sepiliri, etiam Plinius adnotauit. ἔτυς ἤδη τὸν βασιλέα. inepta lectio. nam ἤδη debet scribi. *ita oblectauit & cepit regem.* πολὺ ἀρχαίων συμποσίων ἐπιστάμενοι. Legendum ἐπιστάμενος. *Hæc habui, inquit, viri amici & conuiuæ Græcorum longè principes, dicenda quæ scirem, de antiquorum conuiuiis.* quia conuiuarum plerique erant Græci, propterea eos appellat τῶν Ἑλλήνων πολὺ πρώτους. nihil moratus ipsum cõuiuij dominum ciuem Romanum. Sed non vnus locus est, in quo auctoris vel iudicium vel gratiam in textura horum dialogorum desideres. ὥσπερ ἐν ἁμάξαις ἴδοι περὶ ἡμῶν ἐγώ. caussa non erat cur corruptam librorum Athenæi lectionem ἐν ἁμαξαις, sinceræ, quæ apud Platonem seruata est, extátque in omnibus Mss. Athenæi, quisquam præferret. Qui non ignorant quid sit ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, *ex plaustro loqui*, de obscuritate loci huius conqueri non possunt. Adi Suidam & parœmiographos. ὥσπερ νηστείαν ἄγοντας, καὶ περιμένοντας τὸ ἀνατέλλον ἄστρον, ὅ φασι μὴ φανέντος οὐ τὴν χρυσὴν ταύτην φιλοσοφίαν ὡρίσαντο, νόμιμον εἶναι μηδενὸς γεύσασθαι. carpit dipnosophista religionem aliquam, quæ temporibus illis recèns erat introducta. nam illa verba, οἱ τὴν χρυσὴν ταύτην φιλοσοφίαν ὡρίσαντο, de primis auctoribus nouæ religionis accipi debent. An ad ritus superstitionis Isiacæ respiciebat? nam certum est eorum sacrorum mystas magnam castimoniam præ se tulisse, sæpéque ieiunasse. Ego non dubito, hominem Ægyptium aliud potiùs spectasse, & τὴν χρυσὴν ταύτην φιλοσοφίαν, ironicè appellasse, religionem Iudæorum aut Christianorum. Nam quod ait, nefas grãde habitum esse, ante ortum stellæ ieiunium soluere: purus putus est Iudaïcus ritus. Hieronymus aduersus Iouinianum libro secundo, *Apostolus non expectans stellam more Iudaico, sed hora sexta in solarium pransurus ascendit.* Idem postea seruatum à Christianis: quorum notæ sunt stationes, xerophagiæ, & crebra ieiunia. Non omnia autem ieiunia eodem tempore frangebant. Vt plurimum sub initium noctis corpori procurando operam dabant. Expectabant igitur Vesperuginis exortum, & vt ait Athenæus, τὸ ἀνατέλλον ἄστρον. hic erat illis καιρὸς νόμιμος ἀπονηστισμοῦ. Multi scriptores id tempus horam nonam vocant. Prudentius, *Ieiunamus ait, recuso potum: Nondum nona diem resignat hora.* Cassianus, Collat. 2. cap. 26. *horâ nonâ refectionis tempus indultum est.* Erant alia ieiunia, quæ vlteriùs extendebant. Nam Paschale ieiunium non ante galli cantum soluebant. Clemens lib. 5. canone 12. ἀπονηστεύσασι δὲ προστάττει τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, ἀλέκτορος φωνήσαντος. & canone 19. ἀπὸ ἑσπέρας παμμέτρως μέχρις ἀλεκτρυοφωνίας ἀπονηστιζόμενοι ἐπιφωσκούσης μιᾶς σαββάτων. Canon Paschalis ineditus, ὁ ὀγδοηκοστὸς ἔνατος τῆς ἕκτης συνόδου, τὰς τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρας ἐν νηστείαις ἀσυγκρίτως καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει τῆς καρδίας ἐπιτελοῦντας τοὺς πιστούς, μέσων δὲ νυκτῶν ἀπονηστίζεσθαι. Quod autem φιλοσοφίαν interpretamur religionem, non mirabitur qui Græcos Patres legerit: vbi passim Christiana pietas ita appellatur.

pellatur. Exempla sunt apud S.Chrysostomum singulis paginis. vnum afferam non dissimilis sententiæ, ex homilia 13. in epistolam ad Romanos. ὁ νυνὶ κρημνιζόμενος τούτοις πενίᾳ συζῶν, καὶ νοσῶν καὶ τῇ λοιπῇ σκληραγωγίᾳ τε καὶ φιλοσοφίᾳ, ἐν ἑσπέρᾳ, τῆς ἀναγκαίας μεταλαμβανέτω τροφῆς μόνον. Eidē sāctissimo patri ὁ διὰ πίστεως φιλοσοφῶν, vsitata est hominis Christiani periphrasis. & in priore ad Corinthios, Christi crux, inquit, πάντας ἐποίησε φιλοσόφους τοὺς ἀγροίκους. vide initium homiliæ 53. in Ioannem.

ἢ ἐνθάδε πάντα ὥσπερ τοὺς πυρέσσοντας περιφερόμενα ὁρᾶν. Libro nono, τοιοῦτόν τι περὶ τῶν φασιανικῶν ὀρ. ἔθεν ἔχω λέγειν, ὅς ἐγὼ διὰ σὲ ὥσπερ οἱ πυρέσσοντες περιφερομένους εἶδον. Iocus est in verbi περιφέρεσθαι varia significatione. Conuiuæ qui loquuntur, interea dum funus fit prandio, vt ille ait, cibis non fruuntur nisi oculis, dum eos vident circumferri, vt erat veterum consuetudo. Hoc ipsum accidit febricitantibus ἀποσίτοις, quibus vtplurimùm simul admouentur & amouentur fercula, fastidiente cibos stomacho. sed & morbi genus est σκοτόδινος vel σκότωμα dicti, Latinis *vertigo*, quo laborantes, omnia cernunt se mouentia & rotantia. eò allusum ab auctore. Simile est libro sexto, de parasito, cui contigerat aliquòties cibum qui de more circumferebatur, oculis tantùm participare, Πτολεμαῖε, inquit, πότερον ἐγὼ μεθύω ἢ δοκεῖ μοι ταῦτα περιφέρεσθαι;

ὄμνυμι δ᾽ ὑμῖν ἄνδρες. non indicantur cuius sint hi versus: quod docet nos integrior ex libris melioribus lectio. Scribe, ὄμνυμι δ᾽ ὑμῖν ἄνδρες, κατὰ τὸν κύνα Ἀντιφάνης, ὅς ἐν τῷ Παρεκδιδομένῃ ἔφη, αὐτ.

Ἡ μὴν ἐλθεῖν τὸν ἂν ζῆν τὸν βίον. Omnino scribendum, ἢ μὴν. &c. quis non agnoscit vsitatissimam Græcorum in iureiurando formulam, ὄμνυμι ἢ μήν. deest autem μᾶλλον; vt passim apud Græcos & Latinos.

πλεονάζων ἐν ταῖς προσφωνήσεσι πρὸς σὲ περὶ τῶν ἐπιφανῶν κλήσεων, &c. *Cùm multus sim in te appellando, exponendisque tibi cōuiuiis illustribus, ad quæ fuerim vocatus, vereri subit ne in plenitudinem incidas, & de me queraris. ideò visum cœna te facere participē, apud Cebetem Cyzicenum cœnata. sed prius quàm ad has epulas redeas. potionem bibe ex hyssopo.* In explicandis auctoribus, ibi plurimum sæpe molestiæ vbi minimum vtilitatis: sicut ferè accidit, quoties per iocum aliquid dicitur. Tale est epistolæ huius principium: cuius ne vnum quidem verbum rectè interpretes sunt interpretati. Sēsus is est quem expressimus. Intelligendum autem est, Parmeniscum eiusdem argumenti literas sæpius scripsisse: quibus splendidas cœnas ei describebat: sicut solitos facere mutuis epistolis Lynceum & Durim non semel narratur Athenæo. Hoc planè erat quod aiunt Græci ἐσθίειν λόγους, & comedendos sermones, vt Plautus loquitur, dare. Ideò scribit Parmeniscus, vereri se ne ex huiusmodi epulis plethoram Molpis contraxerit, & stomachi fastidium: quo vt illum liberet, velle se ait, conuiuium ei narrare non multæ lautitiæ, sed multi ioci. Postrema verba obscura sunt, προπιὼν δ᾽ ὑσσώπου τὴν ὥραν ἐπάναγε ἐπὶ τὴν ἑστίασιν. distinctione tollitur obscuritas, προπιὼν δ᾽ ὑσσώπου, τὴν ὥραν ἐπάναγε ἐπὶ τὴν ἑσ &c. *sed cùm hauseris aquam ex hyssopo, maturè ad has dapes redi.* πιὼν ὑσσώπου, vt φαγεῖν ἄρτου. aquam intelligo vbi maceratum fuerit hyssopum. Calida ea herba est, neque inutilis languenti stomacho. τὴν ὥραν, pro ἐν ὥρᾳ. de quo antè dictum satis.

ἄλλων δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Πειρήνης. Hæc aqua vt libro secundo proditur, omnium in Græcia aquarum leuissima.

καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν φακῆν, ἡ δ᾽ ἐπεσσεῖτο. senatius ex aliquo tragico sumptus, qui in prouerbium abiit. Arrianus in Euxini periplo, ὡς ἐπεσσεῖν ἡμῖν κατὰ τύχην ἀφθόνως τοῦ ὕδατος, τὸ τοῦ δὴ τοῦ τραγικὸν, καὶ τὴν μὲν ἐξηντλοῦμεν, ἡ δ᾽ ἐπεσσεῖτο.

Γρύτισον οὐκ αἰθηρὸν ἐπὶ ταύτῃ φέρων. Hæc & sequentia obscurissima sunt. Vt ea illustremus, ante omnia sciendum, his versibus duos loquentes introduci. Alter parum assuetus splendidioris vitæ lautitiis, conuiuium nescio quod describens, pro magnis delitiis narrat fuisse cuique appositum lentis τρυβλίον. atque hoc ille vocauit primo versu δειπνάριον αἰθηρόν. quod cum huic non probaretur, interfatur & ait, Γρύτισον οὐκ αἰθηρόν. hoc quod primum recensuisti, splendidum non est. Pergit alter in narratione instituta. Itaque sequentia ita distingue, B. Γρύτισον οὐκ αἴθερον. A. ἐπὶ ταύτῃ φέρων Εἰς τὸ μέσον ἐπεχόρευσε σαπέρδης μέγας, ὑπόστι δυσώδης. *post lenticulam prosiliit in medium saperda magnus.* φέρων vacat prorsus, vt sæpissimè. De illo dicendi genere ὑπό τι δυσώδης, satis dictum ad primum Suetonij. Posterius hemistichium versiculi huius non possum corrigere. αἰθέραν piscem intelligo.

ὃν πολλὰ ταῖς κίχλαις ἥδει λέγειν. restituo pedem qui deest manifesto: ὃς πολλὰ χαίρειν ταῖς κίχλαις ἥδει λέγειν.

τὸν Ὅμηρον Σύρον ὄντα τὸ γένος, κατὰ τὰ πάτρια ἰχθύων ἀπεχόμενον ποιῆσαι τοὺς ἀχαιούς. Syros abstinuisse piscibus, & eius rei caussam, docemur libro octauo. At Homerum fuisse Syrum, tam verum est, quàm fuisse Indum, aut quod multi tamen crediderunt, Ægyptium. Clemens Alex. Ὅμηρον οἱ πλεῖστοι Αἰγύπτιον φάσκουσι.

ἢ μόνον αὐτῷ γέγονε σύγγραμμα αὐτοῦ τὸ περιέχον λεκίθου καὶ φακῆς σύγκρισιν. Dalecamp. emendat ληκύθου. malè: vertit autem, *olearia trulla.* etiam hoc malè. Vocat σύγγραμμα quod fuit poëmatium ioculare. Poëta eo carmine lentem cum piso contenderat. Eustathius 6. in Odysséam commentario, ὡς ὀσπρίων φακῆν γράψαι λέγεται Ὅμηρος, ἐκθέμενος λεκίθου καὶ φακῆς σύγκρισιν. λεκίθου δὲ, δηλονότι οὐ τοῦ ἐν τοῖς ᾠοῖς, ἀλλὰ ὀσπρίου προχοειδοῦς ὅπερ ἀγροικικῶς καλεῖται ὁ λέκιθος. hæc ille.

ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ δεῦρο βίῳ τὰς ἁπάντων ψυχάς. Hæc veterum multorum philosophorum sententia: animam quasi in ergastulo contineri in hoc corpore ideo δέμας illud dici, & vitam βίον, quasi βίαν. Themistius, τοῦτο

γὰρ

γὰρ δέμας καλοῦσιν, ὡς δεδεμένης ὑπ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν· ἐδίειν γὰρ ἐν ᾧ πέπονθεν εἶναι, κατέχεται βίᾳ· καὶ τὸ δεδιέναι τήν τε βίαν τοῦ τὴν παραγαγόντος ὠνόμαζεν βίον. ὥσπερ οἶμαι τὴν ἑταίραν Ὅμηρος ἑταίρων. Epiphanius in epistola ad Iohannem Episcopum Hierosolymitanum, de erroribus Origenis loquens. *Exinde veritatem historiæ allegoria deprauans mendacio, infinita verba multiplicat: & simplices quosque variâ persuasione supplantans, nunc asserit animas iuxta Græcam etymologiam* ψυχὰς ἀπὸ τοῦ ψύχεσθαι, *idcirco vocitatas, quia de cælestibus ad inferiora venientes calorem pristinũ amiserint. nunc corpus hoc ob id iuxta Græcos* δέμας, *id est, vinculum, siue iuxta aliam proprietatem cadauer dici, quia animæ de cælo ruerint.* Hactenus Epiphanius, interprete Hieronymo. Ego verò non video quam tandem etymologiam secutus Origenes, putauerit idem esse δέμας ac πτῶμα, *cadauer.* καὶ διαπέπαυσθαι τὴν θεόν. scribe τὸν θεόν. ex membranis. διὸ πάντας εὐλαβουμένους τὴν τῶν κυρίων ἀνάτασιν, φοβεῖσθαι τὸ ζῆν ἑκόντας ἐκβῆναι. Egregiè emendamus hunc locum, in quo viri docti, ὕδωρ ὑγιές. Legendum literulâ vnicâ detractâ, ἀνάτασιν, id est. *propterea omnes, qui deorum in quorum potestate sunt, minas verentur timere vitâ exire sponte suâ.* οἱ κύριοι, sunt dij, qui & κρείσσονες dici solent. sic statim, μετὰ τῆς τῶν κυρίων γίνεσθαι γνώμης, *accidere ex deorum sententia.* Ἀνάτασις est comminatio, & ἡ μετὰ πληγῆς ἀπειλή. vt Græci interpretantur propriè significat baculum attollere, qui est minitantium gestus. Philo Iudæus in commentariolo, ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος, ἐπανατάσεων δὲ καὶ ἀπειλῶν ἃς δεσπόται αὐθαδέστερον ἐπανατείνονται ἢ ἀπειλοῦσί τινες [illegible]. in editione Philonis magni Turnebi leges ἐπαναστάσεων, eodem atque hic errore. leges apud B. Chrysostomum τὴν ἀπειλὴν ἐπανατείνοντο. Sopater vel Marcellinus in Hermogenem, ὁ τῷ πένητι πλούσιος ἐπανατεινάμενος τὰς χεῖρας, καὶ κρινόμενος ὕβρεως, ἀρνεῖται, ὡς οὐχ ὑβρίζων τοῦτο ποιήσας. Syrianus in eadem sententia dixit, τὰς χεῖρας ὥσπερ εἰκότως προσάγειν. Adiiciamus illud quoque animi caussa: sicut ἀνατείνειν est *minari*: ita παρατείνειν est *cruciare*. propriè extensionem id verbum significat. quia autem tormentis corpora extenduntur, παρατείνειν solet accipi simpliciter pro torquere, aut quoquo modo cruciare. Sic accipiendum moneo in hoc loco Xenophontis, qui tot viros doctos exercitos habuit frustra, Παιδείας libro primo, εἰ δὲ πάνυ αὐτὸν δέῃ φαγεῖν, ἀποίμι ἂν ὅτι παρὰ ταῖς γυναιξίν ἐστιν. ἕως παρατείναιμι τοῦτον, ὥσπερ οὗτος ἐμὲ παρατείνει ἀπὸ σοῦ κωλύων. vertendum, *donec hunc ego ita cruciem; vt ipse me cruciat, ab aditu ad te prohibens.* Græci grammatici in similibus locis exponunt ἐπιτρίβειν. quod verbum significat vexationem & cruciatum. μόνον τε τὸν ἐν τῷ γήρᾳ θάνατον ἀσπασίως προΐεσθαι. Lego προσίεσθαι, *lubenter admittere, probare.* οὐ γὰρ ἐπίστασθε ὦ ταλαίπωροι. hic incipit Cynulcus ex sua persona loqui, & suos conuiuas alloqui absolutâ descriptione Parmeniscéæ cœnæ.

τὸ γὰρ ἐσθίειν πολλὰ καὶ κρέα φαγεῖν. &c. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. νωθρία ἀπὸ τῆς κρεωφαγίας ἐγγίνεται. Androcydes. οἶνος καὶ σωμάτων ἐμφορήσεις σῶμα μὲν ῥωμαλέον ἀπεργάζονται, ψυχὴν δὲ νωχελεστέραν. πρὸς τοὺς πυνθανομένους τί ταυτάδε: *quid istud horæ ibi ageret.* præcedunt hæc verba, ἑσπέρας βαθείας. Plena oratio sit, τί τηνικάδε τῆς ἡμέρας ποιεῖς ὧδ'; nam ita loquuntur Græci. Aristophanes de Auibus, πηνίκ' ἐστὶν ἄρα τῆς ἡμέρας; φησὶ γὰρ οὗτος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Νόστων. Plures poëtas & scriptores alios edidisse olim Νόστους docet Suidas. Index operis, argumentum fuisse ostendit, reditum in patriam, vel Græcorum euersa Ilio: vel Argonautarum è Colchide, vel aliam similem historiam. in hypothesi, Medeæ Euripideæ, quod extat, *Nostorum* fragmentum, de Iasonis & cæterorum Minyarum rebus agit. Auctor *Nostorum* hîc dicitur Anticlides: cuius Νόστους & laudat Clemens Alexandrinus in Protreptico, & nominat Suidas. Mox citatur Lysimachus ἐν τρίτῳ Νόστων. fitque eius operis mentio etiam in Pindari antiquis scholiis Plutarchus De fluminibus: καλεῖται δὲ Ἀλφειός, καθὼς ἱστορεῖ Γλυσίμαχος ἐν β' Νόστων. Scribendum, ἱστορεῖ ὁ Λυσίμαχος. Alexandrinum fuisse didici ex Apollonij interprete, lib. 1. Stesichorum quoque Νόστους scripsisse, Phalaridis ad ipsum epistola docet. Interdum sine auctoris nomine laudatur scriptor Νόστων, quasi incertus. Apollodorus Bibliothecæ lib. 2. Nauplius, ait, vxorem duxit, ὡς μὲν οἱ τραγικοὶ λέγουσι, Κλυμένην τὴν Κατρέως. ὡς δὲ ὁ τοὺς Νόστους γράψας Φιλύραν. [illegible], Εὐρύβιον, Εὐρύμυλον. alij horum cædem aliter narrant. vide Apollodorum Bibliothecæ lib. 2. οἱ κατὰ πάντα Ἡρακλέους ζηλωταί. Diogenes Laertius in Antisthene, & nos ibi.

CAPVT XV.

τραγικὸν ἡ φακῆ. πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξειν. λοπὰς & τρυβλίον. *Vrticarum esus.* Bolbophace *edulij genus:* πολφοί. *Antiphanis drama* Ὅμοιοι. *Ægyptus lentium fertilis.* φακινοὶ *homines. Sopater* Φακῆ. χαλκήλατος κολοσσὸς φακῆς. *alia item multa.*

TRAGICA *res est lenticula*, ait Cynulcus: respiciens eò nisi fallor, quòd tragici quidam poëtæ eius leguminis sæpiusculè & frigidiusculè meminissent. nam cùm tragœdia circa reges & principes versetur, lenticulæ nullus esse locus in ea poësi videtur. Notum quantopere exagitatus fuerit Euripides à comicis, propter Telephum, quem mendicum ac fortasse lenticulæ sorbitiunculâ se oblectantem, induxerat. Athenæi verba sic eduntur: τραγικὸν γὰρ ἡ φακῆ ἐστιν. Ἀρχάγαθος ἔφη που γεγραφέναι ῥοφοῦντα Ὀρέστην τῆς νόσου πεπαυμένον, φησὶ Σώσιλος ὁ κωμῳδοποιός. non

Non possum in animum inducere, hæc ita rectè scribi. ac lego, τραγικὸν γάρ ἡ φακῆ ἐστιν, Ἀρχάγαθος ἔφη. ὥς γε καὶ ῥοφοῦσα ὁ ῥέστιν τῆς νόσου πεπαυμένον, φησὶ Σωφ. planissima sententia. integer est senarius quem ex Sophilo affert. Timonis Phliasij versum corrupit vox Ζηνώνειον, alieno loco insertâ: pertinebat enim ad præcedentem aut sequentem versum, hoc modo, Καί γε φακῆν ἕψειν, ὃς μὴ φρονίμως μεμάθηκε Ζηνώνειον. Cratetis subiecta verba, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων εἰς στάσιν ἄμμε βάλῃς: non dubito esse desumpta ex encomio lenticulæ, quod ab eo fuisse editum testatur Demetrius Phalereus in libello περὶ ἑρμηνείας. Est verò Crates poëtico loquendi genere vsus, quod ne doctissimi quidem viri videntur intellexisse. Sic enim vertunt & Erasmus, & alij omnes, *Ante lentem ne auge ollam*: Atqui erat vertendum, *Ne lenticula pratuleris patinam*. λοπὰς est *patina*, in qua lautiores cibi soliti apponi, vt & doctissimus Erasmus ait rectè, & notissimum est. Lenticulam apponebant non ἐν λοπάδι: sed ἐν τρυβλίῳ, in paropside vtplurimùm fictili. Diphilus. φακῆς κατ' ἄνδρα τρυβλίον μεστὸν μέγα. Quid inter λοπάδα & τρυβλίον intersit declarat historia Philoxeni libro sexto: Philoxenus, ait, παρακειμένου ἐλαῶν, ἐπειδὴ μικρὸν προσενεχθείσης λοπάδος ἰχθύων, πατάξας τὸ τρυβλίον (in quo erant oliuæ) ἔφη, μακάριος ὅστις οὐκ ἔστ' ἐλαῶν. Poëticum verbum est ἀέξειν vel αὔξειν, quo vtūtur pro studere alicui rei, eámque curare. In Sardanapali epigrammate, Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, σὸν θυμὸν ἄεξε. id est, *genio indulge*, & cuticulam cura. apud Homerum & Hesiodum θάρσος ἀέξειν, & πένθος ἀέξειν, & similia multa, pro, vti plurimùm aliquâ re. Sic igitur & apud Cratetem λοπάδα αὔξειν, exponemus *studere patinis*. Plutarchus vt vim huius vocis exprimeret, ὑπερβαίνειν verbo vsus est rectè: nam αὔξειν πρὸ φακῆς est, neglectâ lenticulâ transire ad patinas. Verba magni illius scriptoris sunt in commentario Præceptorum salubrium, αὐτὸς δέ τις ἑαυτῷ παρακελευέσθω, μὴ πρὸ φακῆς λοπάδ' αὔξων ἀεί, μηδὲ πάντως ὑπερβαίνων τὴν καρδαμίδα καὶ τὴν ἐλαίαν ἐπὶ τὸ θρῖον καὶ τὸν ἰχθῦν, εἰς στάσιν ἐκ πλησμονῆς τὸ σῶμα καὶ ταραχὰς ἐμβάλλειν καὶ διαρροίας. Sequuntur duæ gnomæ ex Chrysippo, quibus parsimonia & victus tenuitas commendatur. prior est, Μήποτ' ἐλαίαν ἔσθι ἀκαλήφην ἔχων χειμῶνος ὥρᾳ. *Si habueris vrticam, oliuam ne edito hyeme.* Frugi homines carnium & piscium loco oliuas esitabant. auctor tamen huius præcepti, etiam ab his monet abstinendum. vrticæ, vt scandix & similia agrestia olera, non pauperum, sed mendicorum mensis conueniunt. Alterum præceptum, βολβοφακῆν βαβαὶ βαβαί, βολβοφακῆ δ' οἷον ἀμβροσίη ψύχους κρυόεντος. tres voces primæ vitium codicum nostrorum arguunt: nisi alieno loco positæ sunt: quod verum censeo. debuére enim subiici hexametro versui, quo præceptum hoc continetur: per hiemem pro summis delitiis habendam esse bolbophacen, id est, habenti bolbophacam non alias delitias hieme esse quærendas. sequi debent ista, βολβοφακῆν, βαβαί, βαβαί. quæ verba sunt cuiusdam, qui aut rem, aut nomen βολβοφακῆς abominabatur. Est autem bolbophace, quam ex Aristophane Pollux nominat πολφοφακῆν. Veteres magistri explicant πολφούς, μηρύματα ἐκ σταιτός, *farina subacta massam in fila diductam & productam.* Ex quo facimus coniecturam, non ignorasse veteres genus illud edulij, quo plurimùm delectantur Prouinciales, & eorum vicini Allobroges, quos Delphinates nunc appellant. Probè subactum φύραμα tritici excellentissimi, ducunt tractu in tenuissima fila: ex quibus ceu tela quædam texitur: aliis filis stamen, aliis subtemen referentibus: deinde vbi opus confectum est, & sole siccatum, in ollam coquendum conijciunt: fitque planè βρῶμα πολτῶδες, quod Erotianus ait esse πολφόν. Ipsi à tenuitate & subtilitate filorum, *menus* vocant. Sed addunt Græci polphos leguminibus solitos immisceri: vnde ratio apparet compositæ vocis πολφοφάκη. Sic *betam cum lenticula* curiosum genus pulmenti τευτλοφάκην Asclepiades appellauit, vt scribit Aurelianus. Libro 7. leges in Pherecratis versu λειριοπολφανεμώνην: quia etiam cum herbis quibusdam polphi parabantur, vt lilio & anemone. In Aristophanis versu, Στωικὴν διδάσκεις σαυτὸν ἕψειν ἡ φακῆν: placet iudicium scribentium αὐτὸν, sublatâ literâ quæ perperam repetita fuit. in sequenti versu ἄδιστον ὄψον scribit Eustath. non ὄψον. Ex istis Epicharmi quæ statim sequuntur, χύτραν δ' ὁ Θεαρίας ἥψητο, malè intellectis, exculpserat olim Erasmus prouerbium quod nullum vnquam fuit, vt rectè Græcæ linguæ peritissimus vir Henricus Stephanus admonuit. magna sanè Erasmi incogitantia, cùm ἀνεψιοτατ-*quebatur*, interpretatus est *attigis* ἅψατο. Sed habuit doctissimus Erasmus occupatam alibi mentem, cùm illa scriberet: non enim ex ignorantia, verùm ἐκ τῆς ἀπροσεξίας ortus hic illius error. At Dalecampium, qui neque vidit hunc errorem, neque rectè monentem Stephanum audire voluit, nemo negauerit Hesiodéum illud sustulisse, ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων. Fabula Antiphanis quæ hic inscribitur Ὁμοίοι, ea est de qua libro 11. Ἀντιφάνης ἐν Ὁμοίοις. alibi citatur idem poëta ἐν Ὁμωνύμοις. Antiphanis verba ita fortasse concipienda, εὖ γε γίνεται. ἢ φακῆν ἕψε, ἢ με δίδαξον τῶν ἐπιχωρίων τίς εἶ. *Bene res habet: at tu vel lentem coque, vel quis sis indigenarum doce me.* ἕψειν de eo dicitur qui aliquid coquendum curat: vt in apophthegmate Antigoni regis apud Plutarchum, γόγγρον ἕψειν. Ægyptum lente abundare & scribit Plinius, & testatur Virgilij versus, *Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis.* Testatur & Cynulcus his verbis, ἀλλ' ὑμεῖς γε, οἱ ἀπὸ τῆς καλῆς Ἀλεξανδρείας ὦ Πλούταρχε, σύντροφοί ἐστε τῷ φακίνῳ βρώματι, καὶ πᾶσα ὑμῶν ἡ πόλις πλήρης ἐστὶ φακίνων. *at vos pulchra Alexandria ciues, ô Plutarche, lente plurimum vescimini: atque adeò vniuersa vrbs vestra plena est* φακίνων, *lenteorum.*

nem

nempe *βρωμάτων*, aut aliarum rerum à lentibus denominatarum. Sed videntur Græci *Φακινὰς* appellaſſe à cibi hui⁹ vilitate, homines abiectos & nihili: hoc eſt, eos qui hodiéq; Italis & Gallis *faquini* nominãtur. Non enim caret ioco, quòd ait Cynulcus plenam eſſe Alexãdriam *Φακινῶν*. Similis iocus in his, *ὧν κ̀ Σώπατρος ὁ Φάκιος παρῳδὸς μέμνηται ἐν δράματι Βακίδη*. alibi poetam hunc *φλυακογράφον* vocat: hic *Φάκιον* iocose pro *Πάφιον*. fuit enim Paphius. alludens ad *φακῆν* legumen. & homines vt videtur *Φακινάς*. Index fabulæ *Βακίδης*, meritò ſuſpectus mihi. neque vllam fabulæ huius mentionem facit Suidas. cenſeo ſcribendum, vt ſæpe alibi, *ἐν Βακχίδι*. paulò poſt vocat *Μυστήρας Βάκχιδος*. at lib. 14. *διφάκων*, inquit, *στοᾶ ὧν ὁ φλυακογράφος Σωπάτρος ἐν Βακχίδος γάμῳ μιμνήσκεται*. Scribit Suidas, feciſſe alicubi Athenæum mentionem fabulæ Sopatri, cui titulus *Φακῆ*: locus quem reſpicit, extat initio lib. 6. Cæterum verba Sopatri ſunt hæc:

Οὐκ ἂν δυναίμην τεσσάρων χαλκηλάτων
Μέγαν κολοσσὸν φάκινον, ἄρτον ἐσθίειν.

In editionibus omiſſa virgula poſt *φάκινον*, quã ex coniectura, Euſtathio, & libris reſtituimus, fecit vt à ſenſu aberrarẽt interpretes plus quam *ἡμερας δρομον*. Negat qui hæc loquitur, poſſe panem comedere, cùm appoſitam ſibi tanta copiâ lenticulam cernat. *coloſſum areum magnum lenticularem* appellat, paropſidem in qua erat lens appoſita, eius magnitudinem, altitudinem & plenitudinem declarat coloſſi appellatio. voluit enim poëta intelligi, eam paropſidem cumulatam atque in altum exaggeratam fuiſſe *ὑπερεχέλειον*. Elegans locus profectò, & dignus qui à nobis non prætermitteretur. Sopatri verſus excipiunt Euripidei: quorum primus ab interprete non eſt animaduerſus: hic nempe: *Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον*; De eo quod ſubiicitur Diogenis cynici dicto, adi ad Laërtium: nam Dalecampius vt pudori ſuo conſuleret, ſententiam diſſimulauit. Locus ex Euripidis Supplicibus paulò aliter apud poëtam legitur. Scribendum mox, *Χρύσιππος ἐν τῇ εἰσαγωγῇ ἢ τῇ περὶ τῶν ἀγαθῶν κ̀ κακῶν πραγματείᾳ*. aut inducẽda iſta *εἰς τὴν*. Pherecratis eſt hic verſus, *Πώποτ' ἐπ' ἀτρείδας οὐδεὶς ὁρᾷ*, vt docet lectio quã ex Epitoma reſtituimus. Senſus hic eſt: Nemo vnquã vidit pauperẽ, qui inter nobiles locũ ſuum obtineret, *οἱ πατρίδαι* dicuntur bono genere prognati, qui patrem ſuum ciere queant. poſſe etiã patricios quamuis nobiles in paupertatem venire quis dubitat? ergo erunt quidã *πένητες διπατρίδαι*: quod negat tamen poeta: quia, vt ille ait, *pauper vbique iacet*, neque vnquã pro nobili habetur. In ſequente ecloga eiuſdem Pherecratis, ſcribe ſic verſum ſecundum, *Καὶ κύλικα, κ' ἀντεγχεῖν, ἵν' ἡδίων πίω. da poculum & ad edendum aliquid, vt eò libentius bibam.*

CAPVT XVI.

Κόγχος, conchis. *περιεστρίωνος ὁ ἰξὺς. maza ex Xin. maza ἐκ Τίω vel Tein. κόγχος ἀυσταλιν. Maza Eretriaca. Eretria λαμπάλφιτος. κογχίον μικρόν. herus Zenonius. περβῆναι ἐπ' ἐξαγωγῇ.*

POSTQVAM multa dixiſſet Cynulcus de lentibus, gratiſſimo ſibi legumine, cum nihilominus abſtinere ab earum eſu conuiuas videret, *ἀλλ' ἡμῖν γε*, inquit, *πρῶτον δοθῆναι ἄρτον, μεθ' οὗ μηδὲν τῶν πολυτελῶν, ἀλλὰ κἂν τὸ πολυθρύλλητον ἔχῃς φακῆν, ἢ τὸν χαλαμβαιον κόγχον*. Hæc illum fecit loqui Athenæus conſulto conſilio, vt eſſet occaſio dicendi de voce *κόγχος*, quæ deinceps ſequitur. Enimverò cur de Athenæo iure expoſtulemus, cauſſam præbet nobis iſte locus: vbi cùm tam multa de nomine *κόγχος* diſputentur, quid tamen hîc eo verbo intelligere debeamus, non eſt ab illo expoſitum *οὐδ' ἐν αἰνιγμοῖς*, quod aiunt. Certiſſimum eſt falli eruditum interpretem, qui in vulgata ſignificatione *κόγχον* accipiens, de generis tantùm differẽtiâ hîc agi putauit: quaſi aliud nihil totâ hac diſputatione ageretur, quam vt probet auctor non ſolùm *κόγχην*, ſed & *κόγχον* dixiſſe veteres. Ille verò ea de re ne cogitauit quidem iſto loco: quod affirmare licet abſque vlla temeritatis ſuſpicione, eius verba ſaltem legenti. Quid? nonne ſuo loco dictum eſt libro 3. vbi de conchis & oſtreis agebatur, vtroque genere ſolitam eam vocem vſurpari? *Τὰς κόγχας* ait, *ἔστιν εὑρεῖν λεγομένας κ̀ θηλυκῶς κ̀ ἀρσενικῶς*. Nos arbitramur, cauſſam non adiectæ interpretationis eſſe, quòd in communi vſu cum verſaretur vos *κόγχος*, eâ notione quâ hîc accipitur. Quare hoc tantum docere inſtituit Athenæus, etiam antiquos notum habuiſſe eum cibum, & ita appellaſſe vt tũ vulgò nominabatur. Quod ſi rectè diuinamus, cibus quem auctor intelligit appellatione *κόγχου*, faba eſt non freſa, ſed integra & cum folliculo, quam Romani *conchen* & *concham* dicebant. Senſus igitur eſt: petit Cynulcus dari ſibi panem, & cum eo aliquid non de lautioribus cibis, ſed vilioribus: putà, ait, lenticulam, de qua tam multa iam dicta ſunt, vel quam vocant, cõchen Romani, Græci veteres *κόγχον*. Memineris Romæ hos ſermones haberi: itaque *τὸν χαλαμβαιον* debemus exponere, *eam quæ vulgò hic vocatur conchis.* Quid conuenientius lẽticulæ coniungi poterat quam conchis? Nam & hanc pauperum fuiſſe *ἴδισμα* ex Iuuenalis ſatyra tertia & decima quarta, notiſſimum eſt. Martialis,

Cùm Saxitani ponatur cauda lacerti,
Et bene ſi cœnas, conchis inuncta tibi.

Memineris etiam Cynulcum eſſe qui *κόγχος* nominat. ſolitus hic vir rerũ appellationes quæ erant Romæ in vſu, intèr loquendum retinere, cum magno ſæpe aurium Ciceciti faſtidio. Sic libro tertio paſtorinã fiſtulã exceptus eſt, quòd *δεκοκτα* apellaſſet quam Romani *decoctã*.

N

Ergo etiam hîc conchen appellans κόγχον, risum meretur conuiuarum. Nam sequitur, γελασάντων δὲ πάντων καὶ ἐπὶ τῇ κόγχῳ μάλιστα. Ille verò irrisores suos doctè ἀπαμυνόμενος, locum Timonis afferens vbi κόγχος id significat, quod Romæ conchis. Illius sunt hi versus,

Οὔτε μοι ἑκταίη μᾶζα ἁνδάνει, οὔτε χαρίκη
Ἐκ Λυδῶν. λιτὴ δὲ καὶ ἀτυφλὴν ἐστι κόγχος,
Ἑλλήνων, ἡ πᾶσα φιλοτρύφηλος εἶδος.

Hoc vult Timo, vt indicat mox Cynulcus: sibi homini frugi & parco κόγχον magis placere, quã mazam ἑκταίαν, aut Lydiam caricam. Sed expendenda sunt nobis verba Timonis: nam & hîc est quod nos exerceat. ἑκταίαν μᾶζαν interpretantur, *ante sextum diem factam.* quæ expositio si admittatur, caussa nulla est cur miremur non probari Timoni mazam ἑκταίαν. quæ enim voluptas aut mazam aut panem sex diebus seruatũ comedere? Viderint docti quàm hoc quadrare putent Timonis menti. ego absurdum cẽseo. Probabilius sit interpretari ἑκταίαν, *grandem* vt *grandis polenta* apud Persium, *Inuigilat siliquis, & grandi pasta polentâ.* propriè est maza quæ sex hominibus alẽdis sufficiat. sic panes ἑκταίους interpretatur Hesychius, τοὺς ἐκ χοινίκων ἕξ. chœnix autem, vt scribit Diogenes Laertius, victus erat hominis diurnus. Ita possumus exponere editam lectionem, ἑκταίη μᾶζα. At neque in manu exaratis Athenæi codd. neq; in Epitoma inuenimus ἑκταίη scriptum: sed vel ἤτε vel ἐστία. Legendum existimo, ἐκ Τεω extra versum quidem: in versu autem ἡ Τηΐη vel Τεΐη. nam vtrumque rectum, vt docet in Ἐθνικοῖς Stephanus. Fauent coniecturæ sequentia Cynulci verba: quibus comparat has mazas cum Eretriacis: quasi innueret vtrumque genus à loco vnde afferretur nomen inuenisse. Quare sensus erit: nõ placere Timoni cibos longè accersitos, cuiusmodi est maza Teia, aut Lydia caryca: sed pro omnibus delitiis, in quibus parandis tantùm alij laboris ponant, abundè sufficere, vilem & sordidam concham, vsitatum Græcorum omnium cibum. De caryca Lydorum satis lib. 12. & alibi κόγχος ἀτυφλὴν per contemptum dicitur; vt *scabiosum far* Persio. Pro φιλοτρύφητος, extat in MSS. φιλοτρυφοῦς: quod non probo: placet φιλοτρύφητος εἶδος, eo sensu quem expressimus. Quod diximus, in fama fuisse Eretriacas mazas, id Cynulcus probat allato hoc versu Sopatri, Ἐρέτριαν ὡρμήθημεν εἰς λευκάλφιτον. *Venimus Eretriã vbi alba farina.* Quia Sopater Eretriã vocat λευκάλφιτον, putat Cynulcus satis hoc argumenti esse ad probandũ mazas excellentes fieri solitas Eretriæ. Non male argumentatur: nam ἄλφιτα Græci vocabant farinam ex qua fiebant mazæ. Itaq; λευκάλφιτος valet hoc loco, *mazas habens candidas.* De Stratidis *Phœnissis* alio loco diximus. Sopatri Νέκυια argumentum habuit ex Homeri Νεκυία ὀδυσ. λ. Ait Larensis M. Varronem in Latinis scriptis suis fecisse mentionem Græci prouerbij τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον. id verum esse testis A. Gell. lib. 13. c. 27. *Videte, inquit, ne existimetis semper atque in omni loco mortales multos pro multis hominibus esse dicendum: ne plane fiat Græcum illud de Varronis satyra prouerbium,* τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον. Græcum prouerbium explicat Martialis epigram. lib. 3. cuius initium: *Vnguentum, fateor, bonum dedisti Conuiuis here: sed nihil scidisti.* Habet prouerbij speciem quod ait Larẽsis, σὺ δέ μοι δοκεῖς ὦ Κυνουλκε (τούτῳ γὰρ χαίρεις τῷ ὀνόματι, οὐ λέγων ὃ ἡ μήτηρ ἐκάλει) κατὰ τὸν σὸν Τίμωνα, εἶναί μοι καλός τε μέγας τε, οὐκ ἐπιστάμενος. *videris mihi ô Cynulce homo bonus & magnus, qui hoc nescias.* Fatuos vocabant longos & magnos, vt apud Græcos, Latinósq; poetas passim vers⁹ est Homeri Ἰλιάδ. φ. οὐχ ὁράας οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε. tamen non ex Homero, verùm ex Timonis Sillis sumit Larensis. Sed aliter fortasse distinguendũ, producta parenthesi vsq; ad εἶναι. vt sit sensus, Theodorum Cynicum in hoc Timoni similem esse, quòd gaudeat magis Cynulcus dici, ascititio nomine: quam eo quod à matre fuerat inditum, sicut Timo lubentiùs audiebat Μισάνθρωπος Quàm Timo. Cæterùm hanc coniecturam infirmant quæ dicimus de Timone sequente capite. In Antiphanis versu κογχίον μικρὸν, est *pauca concha*, hoc est, parum conchis. κόγχον, vt apud Latinos *lenticula*, Sextus versuũ Sopatri, sic editus à nobis vt habetur in membranis. Lego, Πρὸς πῦρ καπνίζων. Sensus est: volo de vobis ô philosophi, sumere experimentum, vtrum verè an falsò de malorum tolerantia vos iactetis. Ego vos ad ignem admotos fumo cruciabo: deinde si quem vestrûm crus reducere videro dum torrebimini, addicam illum hero Zenonio & immisericordi, eâ lege vt extra fines deportetur: qui quidem sapientiam ementiatur, & falsò nomẽ philosophi sibi vindicet. Hæc mens poëtæ: quã cognita, obscuri nihil in illius verbis. In septimo caue assentiaris Dalecamp. qui ὑποσπάσαντα scribit pro συσπάσαντα. Duos postremos ita scribe, Ζηνωνικῷ πραθήσεθ' οὗτος κυρίῳ. Ἐπ' ἐξαγωγῇ, τὴν φρόνησιν ἀγνοῶν. *Zenonius herus*, inclemẽs & misereri nescius. erat enim Zenonis dogma. τὸν σοφὸν οὐκ ἐλεήσειν. *non cadere in sapientẽ misericordiã*, Lege Ciceronem pro Muræna. Ἀπαθήσεται κυρίῳ ἐπ' ἐξαγωγῇ, vt editum est, negamus esse Græcam orationem. at πραθήσεται ἐπ' ἐξαγωγῇ, frequens apud oratores & Græcos Iurisconsultos. Pœnæ seruilis gen⁹ erat, hac lege atque omine vendi, vt extra fines deportetur seruus nequã Ælian⁹ in epistolis, τὴν δὲ σὺν φαύλην ἀποδώσομαι κἀκείνην ἐπ' ἐξαγωγῇ, ἐὰν μὴ ἢ καὶ αὐτὴ τῶν ἔργων τῇ Φρυγίᾳ τε καὶ τῇ Θεαστῇ συναντιλαμβάνῃ. Proximos Antiph. versus ita scribo.

Τῶν Πυθαγορικῶν δὲ τυχόν ἄθλιοί τινες
Ἐν τῇ χαράδρᾳ τρώγοντες ἅλιμα, καὶ κακὰ
Τοιαῦτα συλλέγοντες.

de alimo antè diximus.

CAPVT XVII.

Antiph. fabula Κύκλος *Κώρυκος. μαλαγχῆς.* λέγεται *mazam*

mazam. δι' ἡμέρας πέμπτης. *Antiphanis* Δραπεταγωγός: *item* Θοβυκιων. συλλαβοπεδαλεβηται. ζητηματοπάδαις. *Zenonis libri futiles. Mos circumferendi horologia.* viatoria pensilia. *Timon* φιλοπονος. ψυχὴ πελιδνώδης.

NON autem præstare sinceritatem huius lectionis, ἐν τῷ κυκλῷ Κωρύκῳ δ' ὀλιγαφορμῶν φησί. nam alibi simpliciter hæc fabula Antiphanis inscribitur Κώρυκος: quanquam non hoc tam me mouet, quam quòd diuinare nequeam quid sit κύκλος κώρυκος. Dalec. fortasse non male κἀν τῷ Κυρίου κωρύκῳ. *Domini pera, aut panarium,* vel *corycus*. vt corycomachia, veterum exercitatione accipiamus. Lege,

—τῆς δ' πλείστης τὴν βολὴν
Μάζης μελαγχρῆ μεῖζα λαμβάνων λέπει.

maza, cuius summum pretium sit obolus, crustam nigricantem sumit ac decorticat. Significat mazæ malè curatæ & semiustulatæ crustis istū vesci. μελαγχρῆς pro μελαγχροής, vt apud Menandrum μελαγχρὴς μειράκιον. auctor Eustat. λέπει hic, mazæ crustam auferre, vt arbori librum. In 5 versu è Tarentinis Alexidis scribe, ἀποτελεῖται μὲν οὖν. cum ait, οἱ δι' ἡμέρας δειπνοῦσι πέμπτης ἀλφίτων κοτύλην μίαν. non hoc dicit, quinque diebus eum corylam hordeaceæ farinæ vnam absumere: sed quinto quoque die solùm edere, & nihil edere nisi mazam factā ex hemina farinæ hordeaceæ. erat autem cotyla octaua pars chœnicis: qui cēsebatur legitimus modus diurni alimēti personæ vnius. Colloca τελείαν στιγμὴν post ista, ἐν Δι' ἑπτίον ἔδν ἐν Ὁποιονοῦν, (vel Ὁποῖον ἂν) κάλλιστον ὦ βέλτιστ' ἔχῃ. Dixerat alter, existimare se conuiuiū amici Pythagorici, à quo erat inuitatus, futurū ex instituto disciplinæ Pythagoricæ sine carnibus: sed pro illis datū iri caricas, vuas passas, caseū, & similia. Respondet hic, longe aliter futurū: nā cōuiuatorē victimā esse mactaturum, omnium quas haberet maximè opimā. Δραπεταγωγός, fabulæ vnius Antiph. nomē, de eo interpretor qui fugitiuum retraxit. Mox Θαμβυκιων nomen est alius cuiusdā fabulæ eius poetæ. quod quid sit non scio: nisi forte proprium viri. alibi citatur Antiph. ἐν Βουβαλίω. sed cogitemus amplius. Buccea quā describit poeta, parua erat ἐκ τοὔμπροσθεν, id est *ex anteriore parte, & qua poterat conspici* Συλλαβοπεδαλεβηται, in epigrāmate cōtra philosophos, sunt. *qui in interrogando syllabas captant.* respicit dialecticorū interrogationes & sophistarum elenchos. Non placet quod in Epitoma inueni, συλλαβοπεδαλεβηται. si cui aliter videatur, per me liceat interpretetur de iis, qui nihil nisi syllogismos & sorites loquuntur: quique minutis interrogatiunculis obuios cruciāt. ζητηματοπάδαι sunt quos Latini vocant *aretalogos*, de quibus plura ad Suetonium. Scripturam Excerptorum etsi non probo, adscribam tamen fidei meæ caussa, ζητήμασι λαις. Epigrāma istud debebant sequi versus Archestrati de Diodoro Aspendio: sed longissimo hyperbato obscurauit auctor seriem sermonis. Principium hyperbati est in his verbis, Ἀρχέστρατος τὸ ὁ Γελῷος ἐν τῇ Γαστρολογίᾳ, ἣν μόνην ὑμεῖς, &c. finis vero in istis, longo post interuallo, Ἀρχέστρατος δ' ὁ Καυλικὸς, ὃν ἀντ' Ὁμήρου, & sequentibus. Facit auctor mētionem librorum Stilponis: qui dialogos 9. ediderat non magnæ rei, vel Diogene Laertio teste: item Zenonis Stoici commētariorum: librum, opinor, intelligens ab eo editum, Ἐρωτικῆς τέχνης, *de arte amandi.* sed & de Republica libri turpiculi erant: sæpe vt illorum discipulos ipsius puderet. Inter exempla vanissimarum quæstionū à Zenone tractatarum, hanc affert Athenæus, πῶς ἄξις ὀλιγχύσθαι χρήσιον *quomodo trulla vinaria sit vtendum?* hoc significat epichysis: quā voce etiam Varro vtitur. hac vinū hauriebant è cratera quę mensæ erat apposita. dicitur & οἰνήρυσις. Scribe paulo pòst, ὡς ὁ σοφὸς πάντως ἂν εἴη καὶ στρατηγὸς ἀγαθὸς μόνος. *quòd solus omnino sapiens etiam bonus ductor exercitus sit futurus:* Quod ait, quæsitum esse à Ctesibio, quid vtilitatis ex studiis philosophiæ retulisset, de eodem interrogatus Aristoteles quid responderit, apud Diogenem licet legere. Simile quid etiam apud Eunapium in Ædesio. Diffidentia fere comes est sordium, & auaritiæ, quæ in hominibus angusti animi eam generat. Hoc vitium philosophorū mendicabulis obiicit Bato comicus hisce versibus elegantissimis,

Ἔπειθ' ἕωθεν περιάγεις τὴν λήκυθον
Καταμανθάνων τὸ ἔλαιον ὥστε περιφέρειν
Ὡρολόγιον δόξει τις, οὐχὶ λήκυθον.

Tanta, inquit, te diffidentia tenet, *vt totū diem à manè summo circumferas ampullam, diligenter considerans* subinde *quod intus est oleum: vt iure aliquis putet non ampullam te huc illuc gestare, sed horologiū.* Qui ex diffidentia metuūt alicuius rei iacturam, solent ei incubare, & subinde illā subiicere oculis suis: quibus ipsis miseri vix credūt. Theophrastus in eius vitij descriptione, καὶ φέρειν αὐτὸς τὸ ἀργύριον, καὶ κατὰ στάδιον ἀεὶ ὅτ' ἀριθμεῖν πόσον ἐστί. quæ verba pluribus ibi exposuimus. Καταμανθάνειν est diligenter aliquid explorare. An autē in ampulla oleū insit nécne, motitatione aut pōdere cognosci poterat: nam ampullæ, vt alibi dicebamus, scorteæ fuerunt, aut fictiles, aut ex ære. Notabis antiquissimū morē circumferendi horologia: cuius nullum aliud testimoniū puto in literis antiquis extare: nisi quòd Vitruuius horum meminit lib. 9. c. 9. appellátque *viatoria pensilia.* Hodie multiplicis formæ horologia fiunt elegantissima, quæ iam non vtilitatis, sed ornamenti gratiâ, etiam proletariorum mulieres sibi appendunt: adeò publicorum morum disciplina est corrupta, aut potiùs nulla. Scribendum deinde est, ὃν ἀντ' Ὁμήρου τεθνεῶτος ὑμεῖς εἶχε τὴν γαστέρα, ἧς οὐ λαμυρώτερον ἄλλος, ὁ Τίμων τῷ ἐποπτεύει. de Epicuro dixit Timon in Sillis, Γαστρὶ χαριζόμενος τῆς οὐ λαιμαργότερον ἄλλη. Ex reliquiis poematū Timonis apparet, quam diligēs in Ho. lectione fuerit. multa n. illius vsurpat pro suis;

vel ἀπαραλλάκτως, vel leuiter immutans: vt hîc. verſus enim Homeri eſt, οὐ γάρ τοι συνεχὴ ἔπι' γαστέρι κυντερον ἄλλο. Fatuos & corrupti iudicij homines, quibus nihil palatũ ſapit, ſic deſcribit Archeſtratus, Οὐδ' ἴσασιν ἰδέσθαι ὅσοι κύφλον τελέβαιδη ψυχὴν κέκτηνται θνητῶν. Quibus non erit maior linguæ Græcæ vſus quàm nobis, ægrè illis perſuadebitur, τὸ τελέβαιδη Græcum eſſe vocabulum, atqui non tantùm iſto loco, ſed & libro ſeptimo, vbi iterum deſcribuntur Archeſtrati verſus, in ea lectione ſcripti cum editis conſentiunt. Quid ſuper eo verbo ſit ſtatuendum, iudicent acutiores. Interea ſunto coniecturæ quas ſubiiciemus, vel ἐκ ἐμπειρίας, vel ἀτοχίας noſtræ monumẽtum. Poteſt ſcribi, κύφλον κ' ἠπεδώδη. *mentem lenem & caliginoſam*. ſic ἠπεδώδης apud Apollodorum, poteſt etiam, Οὐδ' ἴσασιν ἰδέσθαι οἱ κύφλον κ' ἐλλεβοριώδη ψυχὴν κέκτηνται. *quibus mens eſt ellebori egens*: & vt ait Perſius, *ebria veratro*.

CAPVT XVIII.

Reprehendendi mos per imitationem. Diodorus Pythagoriſta inſolens. περισπάσιμος σοὰ ἐπιφαγεῖν & ἐπεσθίειν. τάχεως καὶ παραχρῆμα. κόλαροι. μέλη πάρεαυλα. κροτητὰ μέλη. *Vlyſſes multorum comicorũ fabula inſcripta Diphili* Ἐναγίζοντες. *Mos quorundam, tonſori ſæpius quotidie operã dare. Menandri dramata,* Ὀργὴ *&* Naucleros.

IRRIDENDI genus eſt, cum id quod in aliquo carpere volumus, factis dictiſve noſtris imitamur. Nunquã comicus Grǽcus, tragicorum, aut dithyrambicorum poëtarum verba ſeſquipedalia ſubſannat, quin ampullas loquatur. M. Tullius hominem balbum irridens, pœnè fit ille. Huius nobis in mentem veniat neceſſe eſt, cùm legimus quæ referuntur iſto loco, de Diodoro Pythagoricæ diſciplinæ æmulo, & Stratonico citharædo, graphicè faceto ſcurra. Diodorus iſte de numero eorum fuit, qui cultu, victúque ſeparant ſe à cęteris mortalibus, famam grauitatis aut ſanctimoniæ inde aucupantes. ideò dixit Timęus, Diodorum ἐξηλλαγμένην εἰσαγαγεῖν κατασκευήν: quod pluribus explicat noſter. Addit poſtea, πρὸς ὃν ἐπιστέλλων ὁ Στρατόνικος, ἐκέλευσέ τε τὸν ἀναιροῦντα τὸ ῥηθὲν ἀπαγγέλλειν τοῦ περὶ θηριώδους μανίας ὕβρεώς τε περισπάσιμον στοὰν ἔχοντι Πυθαγόρου πελάτῃ, id eſt, *ad quem ſcribens Stratonicus, iuſſit enim qui proficiſcebatur renuntiare quod ipſi dixiſſet, Pythagora clienti, cuius porticus magnã frequentiã celebratur*, dum diſputat *de inſania amiciendi ſe more ferarum, & inſolentia*. Nõ hic eſt ſtylus aſſuetus Stratonico, quod declarant multa eius acuta dicta, quæ magni ſcriptores nobis conſeruarunt: ſed induit Stratonicus φιλοκρινίας orationis & χαυνότητα, vt eadem vitia in factis illius ad quem ſcribebat irrideret. Porrò Stratonici verba quæ hîc deſcribuntur, vidẽtur eſſe titulus atque ἐπιγραφὴ epiſtolæ quam Diodoro mittebat. Itaque verè Stratonici ſunt tantùm hæc,

Τοῦ περὶ θηριώδους, & quæ ſequuntur: cætera adiecit Timæus: quem miror equidem ſeriam hiſtoriam profeſſum, his nugis chartas ſuas impleuiſſe. Interpretibus nihil hîc lucis affulſiſſe res ipſa loquitur: noſtra interpretatio quàm bene iis conſentiat, quæ de Diodoro refert Athenæus, nemo nõ videt. Debemus Palatino codici elegantiſſimam vocem περισπάσιμον. Περισπᾶσθαι ποιεῖν, vt dicebamus ad Theophraſtum, eſt, *agyrtarũ more turbã circa ſe cogere*. inde locus περισπάσιμος, qui *frequentiã hominũ celebratur*. θηριώδη μανίαν quid aliud eſſe dicas, quam quod expreſſim⁹? Huc pertinent illa ſuperiora verba, κόμαν ῥυπᾶν, ἀνυποδητεῖν, & alia in eam ſententiã. κομᾶν, eſt inhumanitas & inſolentia hominis, qui deficit à cæterorum moribus & inſtitutis: nã in corporis cultu, vt docet Varro, aliud eſt homini, aliud humanitati ſatisfacere. Paulò pòſt ita hæc diſtinguo, ὅτι δ' ὑμεῖς οἱ φιλόσοφοι περὶ τὰ δεῖπνα ἀεὶ τὸν νοῦν ἔχετε (δέον ἡμᾶς ἐπιφαγεῖν τι αἰτήσαι, ἢ ἐπεσθίειν τῶν καινικῶν βρωμάτων. ὅτι γὰρ χαιρετογλωσσεῖν ἡμᾶς δέομεν.) δηλοῖ ἐξ ὧν καὶ Α΄. Scio quid de vocibus ἐπιφαγεῖν & ἐπεσθίειν, mox ſcribatur: nihilominus tamen iſto loco non putem otioſam eſſe præpoſitionem. ἐπιφαγεῖν & ἐπεσθίειν interpretor, *edere poſt alium*, & vt ita dicam, *arrodere iam roſa*. Scripſimus auctoribus membranis, Εἰ δὴς τὴν θυσίαν ἄλλην, δι' ἄντα βαύζει. cùm eſſet editum θυσίαν: immani errore. Libro ſuperiore veram lectionem expoſuimus c. 32. In ſequente verſu ἐκ παραλλήλου dictum, τάχεως καὶ παραχρῆμα. neq; mutanda eſt diſtinctio, vt ſentiebat Dalec. Tertius verſus elegantiſſimum prouerbium cõtinet, ἐκ μάρτυρος παρὰ κωφὸν ὁ τυφλὸς ἐσώσατο λαλῆσαι. de eo qui maledicenti remaledicens, & vt dicitur Græco prouerbio, τὸν ξύοντα ἀντιξύων probè ſe vindicauit. Aliquanto pòſt ſequitur de Cynulco, ὑπ' τῆς ἐμφύτου γαστριμαργίας καὶ ἀδολεσχίας κολάρυς ἀναγινώσκει, καὶ μέλη πάρεαυλα ἀκρότητα κύμβαλα. quid appellat κολάρυς? aut omnino quid ea vox ſignificat; Nobis id verbi alibi nuſquam lectum. quin hîc quoque illud nõ agnoſcit Euſtathius, neque Epitomæ auctor. Dalecamp vertit *mutilos*. legit nimirũ κολούρους: quàm frigidã ſententiã, omnes intelligunt. Sed locus eſt emendandus, literæ vnius adiectione, ſcribendúmque καλάβρους. Vide lib. 15. cap. 16. μέλη πάρεαυλα rectè Eraſm. expoſuit, *modos ad tibiã nõ reſpondentes*. Euſtath. παρὰ Σοφοκλεῖ μὲν βοὴ πάρεαυλος ἡ ἐξεστηκυῖα αὐλοῦ, ἢ κατὰ μελῳδίαν, ἢ διὰ τὸ τερπνόν. παρ' ἑτέρῳ δέ τινι μέλος πάρεαυλον τὸ ἀπῳδόν. κατὰ τό, ὑπ' ἐμφύτου γαστριμαργίας καὶ ἀδολεσχίας ἀναγινώσκει (noſtri omnẽ codd. ἀναγινώσκει) μέλη πάρεαυλα. hęc Euſt. ἀκρότητα κύμβαλα, *sũt cymbala malè ſonãtia, neq; ex arte modulata*: e cõtrario κροτητὰ μέλη apud Sophoclẽ in Thamyra Ὤιχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη. Verſui Alexidis mox ſubiecto. Οὕτω τί τ' ἀλλότριόν ἐστιν ἐπὶ γλυκύ, Similis Terentianus: *En oſsũ & tib⁹ alienus quid facit*.

facit Additur, Καὶ Θεόπομπος ὁ ἐν Ὀδυσσεῦσι. Iulius Pollux lib.7.c.16. fabulam hanc Theopõpi inscribit Ὀδυσσεῖς numero multitudinis. Quæ de Vlysse historia fabularis continet, non solum epicis & tragicis multorum poematum argumentum præbuerunt, sed etiam comicis multarum comœdiarũ. Citatur Epicharmi Vlysses duplex: Αὐτόμολος & Ναυαγός. Cratini quoque vt Theopompi Ὀδυσσεῖς sæpe laudantur: item Alexidis Ὀδυσσεὺς ὑφαίνων nominatur & Anaxandridis Ὀδυσσεὺς Athenæo. Deinceps proponuntur ab Vlpiano quæstiones aliquot super dictionibus nonnullis, quibus de industria visus est auctor in superiore velitatione inter Larensem, Cynulcũ, & Magnum. Primùm quæritur auctor vocis ἡδυλογία, quæ præcessit non longe, ὑπὸ τῆς ἐμφύτου γαστριμαργίας καὶ ἡδυλογίας profert Cynulcus Phrynichum comicũ ἐν τῷ Ἐφιάλτῃ. cuius dramatis & Scholiastes comici in Aueis, facit mentionem: & Iulius Pollux lib 7. c.24. vbi male editum est ἐν Ἰφιάλτῃ. hinc corrige. Deinde tractat de verbo χαριτογλωσσεῖν: quia præcessit in oratione Magni: ἔτι γὰρ χαριτογλωσσεῖν ὑμᾶς δεῖ πως. Postea de culinæ vasis, & voce ἀσκωποι: quia præcedit, ἢ ὡς εἴς ἀσκωποι μαγειρικὰ σκεύη μαθησόμενοι. Quia autẽ mirari poterat aliquis, etiam de culinæ instrumento esse dipnosophistas locutos, quasi factum excusans ait auctor, τούτων γὰρ ἐμνημόνευσαν ἐν τοῖς Ἀρκαδικοῖς δείπνοις μνήμης ἠξιωμένων, hoc est, nã & *coquinariorum* nostri conuiuæ *meminerunt: vt quorũ facere mentionem non sint dedignati qui Arcadicas cœnas nobis descripserunt.* Intelligit Athenæus Harmodium Lepreaten, cuius præcessit locus de Arcadũ conuiuiis: & in eo hæc verba, ἡ πόλις παρέχει τὴν τοιαύτην ἅπασαν παρασκευήν, πλὴν τῶν περὶ τὸν μάγειρον σκευῶν. Diphili drama, quod hic Ἐναγίζοντες, *Parentantes*, inscribitur, alibi vocatur Ἐναγισμός, *Parẽtalia*. Penultim⁹ adductorũ inde versuum, Τὸ μνῆμα κατ' ἐνιαυτὸν ἕνα λίθον. neq; legitimum pedum numerũ, neq; sententiam implet. Lego, Τὸ μνῆμα, κατ' ἐνιαυτὸν ἕνα πωλεῖν λίθον. locus est comic⁹ παρὰ προσδοκίαν. nam auditor expectabat verbum ἀγοράζειν. Volo, ait, legem ferre quæ Ctesippũ coget monumentũ patris tandem perficere: vt quotannis vnũ saltẽ teneatur saxum emere, ad conficiendum tandem patris monumentũ, quod diu est cùm aliquot lapidum defectu visitur imperfectum. Quia aliquot saxa de tumulo Chabriæ vendiderat Ctesippus, vt modò dictũ est, id op⁹ pro inchoato tantùm habebatur ab iis, qui rei veritatẽ ignorabãt. ideò ait iste, lege adigendũ esse Ctesippum, vt operi incepto tandem colophonem imponat; sed quia veritatem nórat qui hęc loquitur, pro ἀγοράζειν dixit πωλεῖν, acerbo ioco immanitatẽ Ctesippi perstringens. Timoclis vers⁹ de Ctesippo exponi debent cõuenienter menti auctoris, quod docti non fecerunt. Ait poeta, Οὐδ' ὁ Χαβρίου Κτήσιππος ἔτι τρὶς κείρεται Ἐν ταῖς γυναιξὶ λαμπρὸς ὢν ἐν ἀνδράσι. loquitur de Ctesippo paupere iam facto: & ait mutatam ab eo esse vitæ rationem: cùm priùs ter die tonderi soleret. Mollitiem obiici certum est: cuius argumentum vult esse, quod solitus fuerit ter quotidie tonsori operam dare. Mos fuit θηλυδριῶν, barbam & pilos capitis diligenter tondere: & hoc amplius, alas axillarum, & alias corporis partes summo studio vellere, ideò vellent nollent tonsoris operâ plurimùm cogebantur vti. Apud Theophrastum, inter notas hominis qui nomen comti & venusti affectabat, leges τὸ πλειστάκις ἀποκείρεσθαι. itaq; τρὶς κείρεται interpretor, *ter quotidie operam dat tonsori*: sic λέγεται πολλάκις τῆς ἡμέρας, in versu Menandri qui sequitur de eodem Ctesippo. Ὀργὴν Menãdri & Athenæus alibi, & Pollux laudat lib.6. c.17. Locus Demosthenis, vbi Ctesippi meminit, nomen eius reticens, hic est in ea aduersus Leptinen, ἀλλ' ἢν Δία τὸν παῖδα τοῦ Χαβρίου περιίδωμεν ἀφαιρεθέντα τὴν ἀτέλειαν; *Nauclerus* Menandri nescio an sit idem drama, cum eo quod alias inscribitur *Gubernatores*. Pollux, Μένανδρος Κυβερνήταις ἐπιλαθέσθαι αὐτὸν ὅς τις εἴη. & Stobæus serm.22.

CAPVT XIX.

Pythodelus Hoballion. Balliones. *Theopompi locus expositus contra Athenæi mentem. Atheniensium cum Tarentinis comparatio. Tarentinorum de seipsis dictum. Otiosi pauperes vocati in ius Athenis.* ζῆν ἐκ περιουσίας. *Diana* τρίμορφος. Apicius, *de quo Posidonius.*

AXIONICI comici de Pythodelo asoto versus recitatur hic: Ὁ Πυθόδηλος ὁ ἐπικαλούμενος ἰσοβαλλίων quo in loco ἰσοβαλλίωνα dici existimam⁹, quasi ἴσον Βαλλίωνι, *moribus Ballioni similem.* Balliones in vetere comœdia, etiã Cicerone teste, appellabant impurissimos homines, vt sunt lenones, & id genus. Lege Pseudolum Plauti: quem poetã & nomen illud, & cætera omnia, imò plerarumq; fabularũ integra argumenta de Græcis fabulis in suas trãstulisse, nemo est quin sciat. Proxim⁹ versus, Προσπεσὼν ἐπικαλούμενος ἀσωτίας: trãspositione vocũ posteriorum sanãdus est: siquidem illum volumus esse sanum. Προσπεσὼν ἀσωτίας ἐπικαλούμενος. Mox, Πολύευκτον δ' Ἀναξανδρίδης ἐν Τηρεῖ κωμῳδεῖ. Ὄρνις κεκλήσῃ, φησί. διὰ τί; πρὸς τῆς Ἑστίας. Non est poetæ τὸ φησί, quod versui illius est insertum. Preterea offendit me insolens vsus verbi κωμῳδεῖν. sed nimis iam clarũ aliter scribi debere. Lege igitur & distingue, Πολύευκτον δ' Ἀναξανδρίδης ἐν Τηρεῖ κωμῳδεῖ. Ὄρνις κεκλήσῃ φησὶ διὰ τί; πρ. Scribo deinde χαρίζαντές εἰσι. Atticum est pro ἐχαρίσαντο. Theopõpi vero subiectum locum quòd docti viri non recte ceperint, equidem facile illis condono. manifestò enim fallit nos Athenæus, nisi falsi sunt omnes nostri codices. Loquens auctor de Eubulo Asoto Atheniense, testem laudat Theopõpum, vt qui illius mentionem fecerit, & statim verba illa Theopompina subiicit, καὶ τοσοῦ-

τοι ἀσωτίᾳ, καὶ πλεονεξίᾳ διαφέροντα τοῦ δήμου τοῦ Ταραντίνων. ὅσον ὁ μὲν περὶ τὰς ἑστιάσεις εἶχε μόνον ἀκρατῶς, ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τὰς προσόδους κατὰ μισθοφορῶν διατετέλεκε. Quis non iure arbitretur de Eubulo accipienda eſſe verba Theopompi: cùm id clarè adeò Athenæus ſignificet? At ſi miſſo Athenæi teſtimonio, ipſa hiſtorici verba conſideremus, clarâ luce clarius eſt, non de ciue aliquo hic loqui Theopompum: ſed de vniuerſo Athenienſium populo: cuius comparationem inſtituit cum populo Tarentino. *Longè, inquit, ſuperauit luxu & auaritiâ populū Tarentinum: nam hic quidem epulis tantùm vltra modum deditus erat: Athenienſium verò populus, etiam publicos vrbis reditus in mercedē ſibi diuiſit.* Ita accipio τὸ κατὰ μισθοφορῶν: nam ſententia interpretum aliena eſt à Theopompi ſententia: qui vt vides, iſtâ voce Athenienſiū πλεονεξίαν taxare voluit. quæ autem auaritia eſt, publicâ pecuniâ peregrinum militem alere? Scimus autem ex Demoſthene infamiam eius populi, qui æra militum ſibi ſolitus diuidere ad ludos ſpectandos. in quo vno duo inerant complicata vitia: τρυφὴ & amor voluptatum; cùm ſpectacula anteponerent publicæ ſalutis curæ: auaritia & πλεονεξία: cùm in eam rem dari ſibi de ærario pecuniam poſtularent, ſuæ parci, publicæ prodigi. Quod paulo pòſt dicitur, Tarentinos omnes ſe e dies in conuiuiis tranſegiſſe, facilè credat qui Strabonis verba legerit de Tarentinis, illum conſule libro ſeptimo. Tarentini, inquit Athenæus, ſoliti dicere τοὺς μὲν ἄλλους ἀνθρώπους διὰ τὸ φιλοπονεῖν καὶ περὶ τὰς ἐργασίας διατρίβειν, παρασκευάζειν ζῆν. αὐτοὺς δὲ διὰ τὰς συνουσίας, καὶ τὰς ἡδονὰς οὐ μέλλειν, ἀλλ' ἤδη βιοῦν. Acutum, ſcitúmque dictum, & dignum quod auctorem alium habeat quam voluptarium populum. is eſto Manilius poeta inſignis, cuius ſunt verba luculentiſſima.

Quid tam ſollicitis vitam conſumimus annis?
Torquemúrque metu, cæcaque cupidine rerum,
Æternisque ſenes curis, dum quærimus æuum
Perdimus: & nullo votorum fine beati
Victuros agimus ſemper, nec viuimus vnquam?

Quod in Græco eſt παρασκευάζειν ζῆν & μέλλειν ζῆν, dixit Manilius *victuros agere*. De Philippo Alexandri patre & eius ſodalibus quæ deinceps narrantur, ſimilia iis quæ lib. 6. de iiſdē. Rex Cypri quem libri editi *Paſicyprum* appellant, Excerpta *Paſicryppum*. At Æthiops ille Corinthius qui mox dicitur fuiſſe Archiæ comes conditori Syracuſarum, in omnibus libris idem nomen ſeruat. De Archia multa Strabo alibique. Scribo, Τοῖς δὲ Παναθηναίοις ἵππαρχος ὤν, ἱππ. non autē ὕπαρχος. primùm ita habent Excerpta noſtra: deinde ſic legendum eſſe arguit perſpicuè Xenophontis Hipparchicus. Olim, inquit Athenæus, aſotos, & quibus non ſuppeditabat vnde ſe alerent, ἐκάλουν τε οἱ Ἀρεοπαγῖται καὶ ἐκόλαζον. ſcripta lectio, ἀνεκαλοῦντο οἱ Ἀρ. id eſt, *vocabant ad ſe in Areopagiticam curiā*. ſic vſus eſt verbo ἀνακαλεῖσθαι paulo antè, ἀνακαλεσάμενοι αὐτὸν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν. Commodè accipe quod ait, pœnas luiſſe, τοὺς μὴ ἐκ περιουσίας ζῶντας, *eos qui pauperes viuerent*. hoc Græca verba ſonāt. Sæuos iudices: ſi paupertatem verterunt crimini, & pro maleficio vindicarunt: ſed laxiorem ſententiam ad eos reſtringe, qui ſimul pauperes & otioſi erāt. Quin etiam ita fortaſſe ſcriptum fuerat, τοὺς μὴ ἐκ περιουσίας ἀργῶς ζῶντας: *eos qui in magnis opibus non conſtituti, otioſe viuerent*. Lege antiquâ Athenienſium, otioſi homines rationem vitæ ſuæ Areopagitis reddere tenebātur. Diogenes Laërtius in Solone. Scribe aliquanto poſt, εἶπεν εἰς ταῦτα ἀπηλλοτριωμένος. non εἰπών: nam præcedit ἀναγνούς. In verſu Amphidis, Πίνει δ' ἑκάστης ἡμέρας δι' ἡμέρας: coniecturam meam conſenſui librorum lubens prætulerim, δι' ἡμέρας. *bibunt ſingulis diebus totos dies*. Dianā & poetæ & pictores olim faciebant τρίμορφον καὶ τετραπρόσωπον. Cleomedes lib. 2. ὅθεν καὶ τετραπρόσωπον τὴν Ἄρτεμιν ποιοῦσιν ἴσως ἐστι. eò reſpexit Diphilus cum diceret, aſotos qui dies totos vino ſeſe ingurgitāt, κεφαλὰς ἔχειν τρεῖς ὥσπερ Ἀρτεμίσιον, *tria capita habere, tanquam aliquod Dianæ ſimulacrum*. συνανασπάσθαι τοῖς νέοις mox ſcribūt meliores libri, vbi cæteri συνανασπᾶσθαι. Poſidonius, auctor hiſtoriæ quam commemorat noſter ſuper Apicio aſoto, is eſt qui hiſtoriā τῶν μετὰ Πολύβιον, libris duobus & quinquaginta deſcripſerat. Satis compertum eſt, vixiſſe illū ante euerſam Rempublicam. Quamobrem Apicius iſte, cuius mentionem facit Athenæus ex Poſidonio, alius omnino eſt ab illo ganeone prænobili qui imperante Tiberio viuebat. Pater illius fortaſſe fuerit, aut auus. Nam à damnatione Rutilij Rufi, cuius dicitur iſte Apicius extitiſſe cauſſa, ad tempora Tiberij & poſterioris Apicij, anni minimùm centum intercedunt. De Apiciis plura libro primo, cap. 6. Ἐπιδόσεων morem exponebamus ad Theophraſtum, in charactere illiberalitatis: vbi etiam ſequentem de Phoco locum explicuimus.

CAPVT XX.

Ἄσωτον. ζωμήρυσις τυρόκνηστις παιδίσκη. σκαφίδες, κυβηλὶς σελίς. Ariſtophanis fabula Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι. Mos auctorū, fabularū titulos contrahere. κακκάβη & κάκκαβος. βαλανεῖον & παλάνιον χαίροντες ὀνομάζουσι. σιτηρέσιον. alia quædā.

PROPOSVERAT Vlpianus paulo antè duas quæſtiones, alteram de voce ἄσωτον, alteram de coquinæ inſtrumento: deinde aliorum reſponſionē anteuertens, de aſotis quæ legerat apud veteres recitauit. Nūc vt orationi ſuæ finem imponat, redit ad propoſitas quæſtiones, & ait, περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὧν φθάνω προβεβληκώς, εἰπὲ λοιπὸν ἤδη τὸ ἀναπεπταμένας ἔχοντα ὦτα τὰς πύλας: ὅσα λέγεται, ἐπιζητῶ γὰρ καὶ Μάγειρος εἴρηκα τὸ ἐπιζητεῖν καὶ ἐπιφαγεῖν. Legendum aio, ἐπιζητῶ γὰρ καὶ ὁ Μάγειρος εἴρηκε. Iā, inquit, ſermonis vices ſuſcipiet: quæro

quæro enim à vobis, non illa tantùm quæ dixi ante: verùm hoc amplius, vbi legantur voces ἐπισθίειν & ἐπιφαγεῖν, quibus modo vsus est Magnus. Lege superiora cum vel mediocri attentione: neque dubitabis ita scribendum, & exponendum. Multa hîc secus interpretes: maximè cùm non animaduertunt Æmiliano grammatico dari partes respondendi, & quæsitis satisfaciendi. Λασάνιον, est *ganea*. dictum vt μαγειρεῖον. & similia. Culinæ vasa recēsentur ex Anaxippi Citharœdo. cuius fabulę Pollux meminit lib. 10. Ζωμήρυσις propriè est *trulla ad hauriendum iusculū*: vt οἰνήρυσις *trulla vinaria*. sed coqui variè abutebantur: vt in tollenda ex olla spuma. Philippus in epigrāmate, ζωμήρυσιν τε τὴν λιπαρᾶς ἀφρηλόγον. Vocat τυροκνῆστιν παιδικὴν, (nisi aliter scribendum) quia libenter radulam tractant pueri: vel quia plurimùm eâ vtebantur in parandis infantium aut puerorum cibis. Σπάθην non puto esse radulæ manubrium: sed per se accipi debere, de quodam ligno manubrium securis similitudine quadam referente: cuius potuit esse in culinis multiplex vsus. Σκαφίδες sunt alueoli, vasa inter maximè necessaria coquinæ. errant qui *peluem* esse putant. Vsus alueolorum multus. Antiphanes, καὶ δημιουργοῦ μέλιτος αἰτοῦσαι σκάφας. Ariston in epigrammate de coqui supellectile, καὶ τὰς λαιμοτόμους σκαφίδας significat alueolis solitum excipi sanguinē mactatorum animalium. iterum in eodem, καὶ τὰς κρεοδόκους σκαφίδας. quia vt puto, in alueolis carnes coquendas lauabant. Sub finem in quibusdam hæret nobis aqua, ob mendas codicis. Κυβίλην scribunt Excerpta: meliùs κυβηλις, vt in Hesychio, qui hanc vocem diligēter exposuit. Sequitur, τὴν χύτραν δ' Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς καταλαμβανούσαις. Etiam alibi sic scriptum inuenimus, vt libro septimo, & semel in Hesychio: semel item, ni fallor, in scholiis Aristophanis. apud Pollucem verò sæpissime: nihilominus tamen mendi hanc scripturam arguere non dubitamus. Credimus enim verū tabulæ huius indicem esse, Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι *Mulieres locū ad tentoria sua occupantes*. σκηναὶ καταλαμβάνουσαι nihil potest Græcis significare at σκηνὰς καταλαμβάνειν dicuntur, qui in foro & viis publicis locum occupant, vbi sua vmbracula destituāt. Ita soliti facere mercatores, quoties celebrabatur aliqua panegyris. Vetus Theocriti interpres, ἐν ταῖς πανηγύρεσι σκηνὰς ἐποίουν οἱ πωλοῦντες. Sic autem loquitur idem poeta in Pace: εἰς Ἴσθμια σκηνὴν ἐμαυτοῦ τῷ πέει καταλαμβάνω. Videtur Aristophanes descripsisse eo dramate, mulierum tentoria sua commodis locis figere cupientiū, iurgia & ἀκροχειρισμούς. Non defuére qui hanc fabulam Platoni adscriberent. Athenæus lib. 14. Ἀριστοφάνης ἢ Πλάτων ἐν ταῖς Σκηναῖς. Solent auctores titulos dragmatum hoc modo contrahere, vt cùm Sopatri Βακχὶς μνηστῆρας appellant *Bacchidem*, de quo c. 15. cùm Sophoclis Ἀχαιῶν σύνδειπνον, simpliciter Σύνδειπνον scribit Hesychius: cùm Archippi Ὄνου σκιὰς, cuius mentio in scholiis Aristoph. tantùm Ὄνον. Harpocration, Ἄρχιππος Ὄνῳ τραγελάφοις, ταῦτα καὶ τοπικοῖς εἴσασιν ἐκ ἀπὸ χώρ. emendamus: Ἄρχιππος Ὄνῳ. τραγελάφοις ταῦτα καὶ τοπικοῖς ἰσᾶσιν ἐκ ἀπὸ κοιν. Ergo etiam Σκηνὰς cùm legis, intelligere debes hanc fabulā. Hesychius, τριπέστης, Ἀριστοφάνης ἐν Σκηναῖς, τριττύς, τριάς. Integer titulus fuit, vt diximus, Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι. Sic enim rescribendum vbique est, & in hoc, & in aliis scriptoribus. vt apud Hesychium in ὦ τῶν ἀχαρνῶν proverbio: apud Pollucem lib. 7. Ἀριστοφάνης δ' ἐν Σκηναῖς. καταλαμβάνουσ' ἔφη καὶ τῶν πλατυλόγχων διβολίας ἀκοντίων. corrige, Ἀρ. δ' ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις ἔφη, Καὶ τῶν πλατυλόγχων. adde alium locum eodem libro extremo: item alios libro 10. cap. 5. & cap. 19. necnon capite 24. & 25. quibus tot locis potes adducere alium Harpocrationis similiter deprauatum in Δρυμάχος. Atq; huic nostræ emendationi suffragatur amplissimi Mellæi codex MSS. non isto quidem loco, sed in alio gemino huic, quem ex coniectura emendamus lib. 7. c. 19. nam disertè codex ille præfert eo loco, Ἀριστοφάνης Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. Quod ait Æmilianus, comicum in illa fabula κακκάβην dixisse quam alij χύτραν: non omnium hoc fuit iudicium. Pollux enim eo loco κακκάβην interpretatur patinam. καὶ κακκάβην, inquit, τὴν λοπάδα ὡς εἰπόντος Ἀριστοφάνους ἐν Σκηνὰς καταλαμβανούσαις. In versu Antiphanis rectè Dalec. ἔγχελυς Βοιωτία: non Βοιωτίας. neque aliter Epit. Addit noster, Βατάνιον δ' εἴρηκεν Ἀντιφάνης ἐν Εὐθυδίκῳ ἔπειτα πολυτελὴς τετμημένος ἐν βατανίοισιν ἰχθύς. scribe, βατανίοισιν. Pollux lib. 10. c. 24. ἐν Ἀντιφάνης Εὐθυδίκῳ, πολυτελὴς τετμημένος ἐν πατανίοισιν ἰχθύς. Athenæus legit hi per β. βατάν. imò etiam Pollux ipse. Ex ea fabula recitatur hic versus ab Harpocratione, ἐγὼ ζευγοτρόφος ἱερατεύουσαν. Pergit Athenæus, Ἄλεξις ἐν Ἀσκληπιοκλείδῃ idē & Pollux, sed leuiter mutato dramatis nomine. Ἄλεξις δ' ἐν Ἀσκληπιάδῃ πατάνια εἴρηκε. Præterea in versib' quos describit inde Athenæus, πατάνια Pollux legit per π. Athenæus cum secunda litera β. Secundus versus adiectione articuli fulciendus, Περὶ τὴν Σικελ. Mox scribe, — ἄλλος δ' ἐπὶ τούτῳ μέγας Ἥξεις ἰσοτράπεζος. ita meliores codd. non ἔξεις. Paulo pòst, cùm ait poeta, — ἡμεῖς δ' ὄνομα Οἷς ἀφορεῖν, εἴτε κάκκαβον τινὲς χαίροντες ὀνομάζουσιν, εἴτε σίπυθον; apud Pollucem scriptum χαίρουσιν ὀνομάζειν. apud Eustathium & in Epitoma simpliciter ὀνομάζουσι. omnes retento sensu, verborum elegantiam & metri legem neglexerunt. Est enim venustatis Atticæ, χαίροντες ὀνομάζουσι pro *nominant*: vel *nominare solent*. Sed non assentior Eustathio, qui poetæ verba sic accipit, quasi κάκκαβος, λοπὰς & σίπυθος idem sint. Nobis planè videtur cōtrarium. Ait enim qui ista loquitur, non curare se verborum proprietatem: neque videri sibi quicquam interesse, quo nomine vas illud ap-

pellet: siue κύκκαβοι, siue λοπάδα, siue σίτυβον. Hæc ille quidem: at cæteris omnibus Græcè loquentibus, aliud est κακκαβ@, aliud λοπάς: & toto genere ab his diuersum σίτυβ@. Hesychius δερματίνην σολὴν interpretatur Eubuli ex Io[n]e locum affert Athenæus, vt probet non semper esse idem βατιάκιον & παλάζιον. eundem recitat Pollux, vt euincat non planè esse idem παλάζειοι & λοπάς. Neuter firmo admodum argumento nititur. nam quid mirum si bis idem dictum sit à comico? qui fortasse stomachabundum aliquem ea loqui faciens, deditâ operâ battologiam ei attribuit. Sanè cùm ait, παλάσια πυκνὰ ἄρρια, diuersis vocibus idem bis dicit. nisi quis putet τὸ πυκνὰ, interpretamentum esse vocis poeticæ ταρρία.

CAPVT XXI.

Σφάκος. λοπὰς νεανικὴ. Eupolidis. Taxiarchi. *Structoris officium. Cratini* Cleobulinæ. *Alexidis Δρωπίδης. Πρυτανεῖα. Mulieres δημιουργοὶ Athenis. Ephebi nobiles ministri sacrorum. νοσσάδες ὄρνεις. alia non pauca.*

IN testimonio ex Alexidis Lebete, quo & Pollux vtitur lib. 6. cap. 10. non est nulla menda. Secūdo versu, Ἀλλά γε λέγ' ὃ δεῖ. scribe, Ἀλλ' ἄγε, λέγ' ὃ δεῖ. In v. malit aliquis non sine caussa, καυλὸν σιλφίου. sed nec sine caussa placeat quod est editum, καυλὸς, σίλφιον. vide locū Antiphanis quem exposuimus libro superiore, c. 21. In sexto rectè libri nostri Κορίανον αὖον, ἐὰν, κύμινον, καππαρεῖ malè apud Pollucem χειρίαννον αὖ ἐσρ. quod malè emendarū nonnulli, κορίανον δαῦκον. corrupto metro: nam iambicos esse versus testatur disertè Pollux. Deinceps perturbata sunt oīa, Ὀρίγανον, γήτειον, σκορόδιον. θυμ@, σφακὸν, σίραιον, Σισελι, πηγανον, πράσον. Restitue eadē operâ & veram lectionē, & metri legē, Ὀρίγανον, γήτιον, ἄνισον θύμον, σφάκον, Τοτ' αὖ σίραιον, σέσελι, (vel πέπερι ex Polluce) πήγανον, πράσον. Vocē ἄνισον restituimus ex Polluce. vbi tamen ἄνητον minùs benè editur. Omissum hoc nomē fuerat, quia in quinto versu ἄνηθον poeta recensuerat: sed aliud esse anethum, aliud anisum consulti herbariæ rei sciunt. σφάκ@ est *saluia.* hoc est, ἐλελίσφακ@. Scribe etiam paulo pòst,

—Τῆς ἐργάνα Πρώτιστον ὑπέθηκεν εἰς λοπάδα νεανικὴν. nam ὑπέθηκε facit versum hypermetrum & ex legē. λοπὰς νεανικὴ non est *olla noua.* itáne vir doctus nullum discrimen agnouit inter patinā & ollam? deinde νεανικὸν non est νέον: sed vehemēs, more iuuenum: pro magno accipitur: vt apud Aristotelem primo Historiarum, πέρδικες νεανικοί. sic λοπὰς νεανικὴ, *patina ingens,* & apud Aristophanem in Pluto, κρέας νεανικὸν, *magnum frustum carnium.* Vocis ἐπιφαγεῖν citatur auctor Eupolis ταξιάρχαις. & Ταξιάρχας vocat Pollux eam fabulam, & ταξιάρχας. vt libro septimo, ἐπίδειπνι δ' εἴρηκεν ἐν Ταξιάρχαις Εὔπολις εἴρηκε τὴν ζανθὴν τῶν Σιδηρίων, ὃ ἐπὶ τῆς εἰκόν@ ἐπιγέγραπται ΣΙΔΗΡΟΦΥΤΗΣ. confer hunc locum Pollucis cum iis quæ scribit Hesych. in ἐπίδειπνι τεχνῶν. Antiphanis versus de structoribus ita emendabis,

—ὅς πλυνεῖ σκεύη, λύχνους,
Θ' ἑτοιμάσει, σπονδὰς ποιήσει, τ' ἄλλ' ὅσα
Τούτοις προσήκει.

Quæ fuerint structoris partes docet Athenæ°, allato Philemonis loco, Περὶ τραπεζοποιὸν ὃ γένοιθ' ἡ σκευωρία. Τραπεζοποιός ἐστιν ἐπὶ τῶν διακονιῶν, hoc est, *circa culinam non versatur ars illius: est enim τραπεζοποιὸς structor, ministerio præfectus.* quā diuersa dicunt interpretes? Locus Xenophontis non est ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημ. vt scribitur in omnibus libris: sed in primo. De auctore culpę, liberū esto cuiusq; iudicium. Menādri verba è Phania in iambici legem facilè ita redigas, Φιλοδεσπότης τε καὶ ἀγοραστὴς μάγειρ@. Cratini *Cleobulinæ*, nomen videntur habuisse à Cleobulina Cleobuli sapientum vnius filiâ, quam libris suis Diogenes Laertius prodidit nobis. Solent autē plurali numero inscribi similes comicorum fabulæ: vt Ἀρχίλοχοι, Ὀδυσσεῖς, & similia. Pollux n. singulari, lib. 7. c. 11. proferens inde vocem ἰπνον: vnde est ἰπνόω, *premo.* quo etiam verbo vsus Cratinus, inquit, in his verib° δυοῖς ἐμοὶ καλὴν δίκην ἐπνουμέν@ ἴσαις συμφοραῖς. Atque hæc eâ fine nunc refero, vt obiter studiosos veterum poëtarum moneam, Aristophanem in Equitibus more suo Cratini verbis vsum pro suis, mutatâ solùm voce συμφοραῖς in εἰσφοραῖς. Lib. 10. eiusdem Pollucis, c. 24. laudatur Cratinus ἐν Κλεοβούλῳ. & apud scholiasten Aristoph. initio Auium, Κρατῖν@ ἐν Κλεοβουλίναις. pendeo animi, sitne eadē fabula de qua diximus, an alia. Δρωπίδης Alexidis, Δρῶπις est in libris Pollucis li. 10. c. 26. Vtrumutrum sit verum proprium videtur. Legi in Hesychio, Δρῶπις τρυγητός. de quo cogitādū. Aristophanis eclogæ è Nebulis priores, expositionē petant tyrones è Scholiastæ Græci eruditissimis cōmentariis: nam interpretes plus quàm toto cœlo aberrāt à via. Πρυτανεῖα in foro Atheniensiū, quod in Romano *sacramentū.* Varro, *Ea pecunia quæ in iudicium venit in litibus, sacramentū à sacro. Qui petebat & qui inficiebatur, de alys rebus vterq; quingentos æris ad pōtificē deponebāt: de alys rebus itē certo alio legitimo numero assiū. Qui iudicio vicerat, suū sacramentū à sacro auferebat: victi ad ærarium redibat.* Scribo mox, ἀλλ' οὐκ οἶδα σύ. vel οἶδας. nam οἶδα σὺ non rectum. Ait Phyllyllius, Βελτίστη δῆτ' ἐγὼ Φράσω τίς εἰμ' ἐγώ; Η' τῶν προτενθῶν δορπία καλουμένη. vultis dicā quis ego sim: Dorpia dicor, prim° Apaturiorū dies, quo die prægustatorū turba multū est operata. Ex verbis sequētis Senatusconsulti, ita exponi debere hunc locum liquet. Sententia eius Senatusconsulti est hæc: quò possit senatus, cuius hoc decretū est, festum Apaturiorum cum cæteris ciuibus concelebrare, per tot dies senatoribus remitti necessita

cessitatem veniendi in senatum, per quot dies reliquæ curiæ vacent: quinque nimirum dies ab eo quem prægustatores celebrant. Athenis plures curiæ fuêre, Quingentorum, Areopagitarum, aliæ. In Areopago videtur hoc Senatusconsultum esse factum. Initio, quæ fuit curiæ huius seueritas, pauca erant festa, quibus legitimus senatus ab Areopagitis non ageretur mutatione facta publicorum morum, paulatim & hoc mutauit. Restituimus antiquam lectionem in istis, Τὰς δὲ τὰ πέμματα φέρουσι τὰ τὰς πλακοῦντας ποιοῦντας, οἱ πρότερον δημιουργοὺς ἐκάλουν. in editis necessariâ voce ποιοῦντας locus erat mutilatus. Quòd si mei arbitrij res fuisset, locũ paulò aliter concepissem Fuisse enim viros vllos qui δημιουργοὶ appellarentur, quòd placentas conficerent, & vt loquitur auctor libro primo, ἀπὸ τῆς τῶν πεμμάτων δημιουργίας, neq; probant sequentia Athenæi: neq; verum censeo. Scripserim igitur, τὰς τὰ πέμματα, non τὰς: & ποιούσας, non ποιοῦντας. Mulierum δημιουργῶν mentio clara in subiectis testimoniis. Hesychius paulò arctiùs hanc vocẽ accipit, λέγεται καὶ γυνὴ δημιουργὸς ἡ ἐν τοῖς γάμοις πέμματα ποιοῦσα. ita vult appellari, non publicas pistrices, sed eas mulieres, quibus in nuptiarum solemnibus, munus solitum mandari fingendarum placentarum. Pollux explicat libro tertio, capite de nuptiis. Platoni libro quinto De republica, inter muliebria opera recensetur, ἡ τῶν ποπάνων θεραπεία. Proclus interpres refert ad morem Atheniensium: qui soliti sint in effingendis deorum libis, mulierum vti industriâ. Verba doctissimi viri sunt ista: Ἔνθα καὶ ἔθος ἐδίδαξε τὸ Ἀττικὸν, ὡς ἄρα γυναῖκες ἦσαν οὐχ αἱ ἀλετρίδες μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱ ποπανοποιοὶ μιμούμεναι τὰς φύσεις, τὰς πλαττούσας ὅσα τοῖς θεοῖς ἀνάπτει ζῷα καὶ φυτά. Conferendus est cum istis Procli, pulcherrimus Theocriti locus in descriptione pompæ Ptolemaicæ. Ait poëta recensens pompæ illius fercula,

Εἴδατα θ' ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται,
Ἄνθεα μίσγοισαι λευκῷ παντοῖ' ἅμ' ἀλεύρῳ.
Ὅσσα τ' ἀπὸ γλυκερῶ μέλιτος, τά τ' ἐν ὑγρῷ ἐλαίῳ
Πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ, τὰ δ' ἑρπετὰ τῇδε πάρεστι.

Mos autem de quo Plato & Proclus, nõ in omnib⁹ sacris obtinuit Athenis. nam in Furialibus id ministerium obibant nobiles ephebi: quod docet nos Philo Iudæus, cuius verba subscripsi, quia sunt elegantissima. Διό μοι δοκοῦσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ἐξυδρικώτατοι διάνοιαν Ἀθηναῖοι (ὅπερ γὰρ ἐν ὀφθαλμῷ κόρη, ἢ ἐν ψυχῇ λογισμὸς, τοῦτ' ἐν Ἑλλάδι Ἀθῆναι) τὴν ἐπὶ ταῖς σεμναῖς θεαῖς πομπὴν ὅταν στέλλωσι, δοῦλον μηδένα προσλαμβάνειν τὸ παράπαν. ἀλλὰ δι' ἐλευθέρων ἕκαστα τῶν νομισμένων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐπιτελεῖν, καὶ οὐχ οἷον ἂν τύχῃ, ἀλλὰ βίον ἐζηλωκότων ἀνεπίληπτον. ἐπεὶ καὶ τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν πέμματα τῶν ἐφήβων οἱ δοκιμώτατοι σιτοποιοῦσι, πρὸς δὲ δόξης καὶ τιμῆς, ὅπερ ἐστὶ, τὴν ὑπηρεσίαν θέμενοι. Vt ad pensum redeamus, ferri diutiùs non debet mõstrum lectionis in nono versuum Menandri, ὁ μάγειρος γὰρ ἐν πυγιδίοις τε ποιεῖ. nam ex libro 14. scribendum, ὁ μάγειρος γὰρ ἐγχυτοὺς ποιεῖ, πλακοῦντας ὀπτᾷ, χ. Probat autem omnia peruersè agi, quia coquus opera dulciaria effingat: cùm eius sit munus carnes coquere aut pisces, & condimenta condire. è contrario, ἡ δημιουργὸς, inquit, coqui æmula partes illius obit, carnes coquit, turdos parat, & alia curat quæ ad coquorum curam pertinent. hic sensus est sequẽtium versuum, Ἡ δημιουργὸς δὲ ἀντιπαρατίθεται μὲν Κρέας ὀπτᾷ, &c. vel vt in lib. 14. κρέα δ' ὀπτᾷ. Etsi autem laxâ significatione vocis δεῖπνον, & antecœnia, & missus omnes cum bellariis continentur: peculiari tamen notione ita vocabant, missum medium qui ex solidioribus cibis constabat. Ideò superiore libro extremo δεῖπνου ἀρχὴ esse dicebatur, missus ille, qui gustationem excepit. Ita accipiendum moneo verbum δειπνεῖν in 14. & 17. Menandri versu, de cœna loquentis, vbi peruersa sunt omnia,

Ἔπειθ' ὁ δειπνῶν μὲν τραγημάτιζεται.
Μυρισάμενος δὲ καὶ στεφανωσάμενος, πάλιν
Δειπνεῖ ..... τὰ μελίπηκτα τὰς κίχλας.

In postremo versu deest vox vna: haut scio, ἀπὸ σησάμου. Appellat νοσσάδας ὄρνεις Seleucus vel potiùs Panyasis *pullos gallinarum*. Eustathius, ὡς δὲ καὶ συγκόπτει τὸ οἰκεῖον ἡ τοιαύτη λέξις (νοττὸς) κατὰ τὸ νεογνὸν νεοττὸν, δηλοῦσιν αἱ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις νοσσάδες ὄρνεις. Lego mox cũ doctis viris, Φερέσθω τῇ παρθένῳ δύο ἢ σησαμίδας. At non illis assentior, cùm in Simonideis versiculis, Ὅς δύο πάντας νικῶν θεοὺς ἀνάντα βαλὼν Ἄναυρον ὕπερ. corrigunt Ναῦρον. Vide quid sit vulgatorum exemplarium fidem sequi temerè. Nam virum doctum qui ita censuit, in eum impulerunt Strabonis editiones quæ nostram præcesserunt: in quibus Ναῦρος, hic Thessaliæ fluuius nominatur. perperam, vt olim diximus, & est certum atque indubitatum.

CAPVT XXII.

Deliorum coquorum nomina explicantur, Gongylus, Magadis, Artysilaus, Artysitragus. *Delij cur Rhenæi dicti. Critonis* Philopægmon, *& alia fabula.* κοπίδων συνάγων. Daton & Ceraon *dij veterum.*

DELII, inquit ex Apollodoro Athenæus, coquis suis nomina indere soliti à ministerio quod plurimum obibant. Inde originem habent Deliacorum coquorũ appellationes, *Gongylus* & *Magadis*: vel vt scriptum in Excerptis, *Magasis*. ἐπειδὴ τὰς μάζας φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς θοίναις δι' ἡμέρας τρίβοντες παρεῖχον ὥσπερ ἐν γυναιξὶ γογγύλας μεμαγμένας. Sine dubio latet vulnus in hac pericopa: vult exponere duarum superiorum vocum *Magasis* & *Gongylus* τὸ ἔτυμον. Magasidas coquos fuisse nuncupatos, *qui in sacris epulis totos dies mazas subigerent*. hactenus rectè quid illa sibi volunt, ὥσπερ ἐν γυναιξὶ γογγύλας μεμαγμένας? Oculis corporis nihil inuenio in blattariis mẽbranis

branis quod in hoc æstu me adiuuet: ocul⁹ mētis videtur inuenisse veram lectionem: ὥσπερ οἱ Γογγύλοι γογγ. μεμαγ. vel etiā reiectā voce γυναιξὶ, ὥσπερ καὶ γυναιξὶ Γογγύλας Γογγύλας μ. *sicut & Gōgylis ita sunt dicti, quod mulieribus conficerent quas vocabāt gongylas mazas.* Excerpta sic, ὥσπερ τὰς μ. φ. ἀρ. ἐν τῇ ἑαυτῶν δ. δίαιτ. τρ. πασεῖς οἱ γογγύλας. ita nullū erit discrimen inter Magalidas & Gōgylos, cur superioris coniecturæ nos pœniteat, opinor, non est. Quid si tamen ne illa quidē vera? Venit enim nobis in mentem loci cuiusdam Aristophanēi, quem suspicio est ex ora libri in contextum verborum esse admissum inconsultò, & cum Aristophanis verbis in vnum veluti cinnum confusum. Comici versus in Pace sunt,

Ἥν μὴ ἐξάγηθ᾽ τρίψας δι᾽ ἡμέρας ὅλης

Ὥσπερ γυναικὶ γογγύλην μεμαγμένην.

Illorum coquorum quos Delij Ἀρτυσιλάους & Ἀρτυσιτέχνας vocabāt, subobscura est nominis ratio: non aliter tamen libri manuales, nisi quòd Ἀρτυσίλεω scribit Eclogarius. In istis, Πολυκράτης ὁ Κρίθωνος Ῥηναιεῖς δίκην γραψάμενος, οὐ Δηλίους αὐτοὺς ὀνομάζει, ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῶν ἐλεοδυτῶν ἐπιγράψατο: restituimus priscam scripturam Ῥηναιεῖς: quę improbo scelere fuerat mutata in Ἡρῳαεῖς: *Polycrato, ait, Crithonis F. dicam Rhenæis aliquando impegit: quos tamen Delios appellauit nunquā: sed actionem suā inscripsit, Aduersus* τὸ κοινὸν τῶν ἐλεοδυτῶν, *commune coquorum.* Rhenæi sunt incolæ Rhenæ, vel vt alij vocant, Rhenéæ, paruæ insulæ ad Deliū, quatuor tantùm stadiorum interuallo dissitæ. Hanc Polycrates Samius olim Delio Apollini consecrauit, ἁλύσει δήσας πρὸς τὴν Δῆλον, *Delo annexam catenis*, ait Thucydides. Quare & Rhenæi ex eo Delij dicti. Imò verò omnes Delij Rhenæi erant: quia enim neq; nasci neq; denasci in Delo fas erat, & primū & vltimū vitæ diē in ea insula omnes agebāt. Puto tamen excidisse hinc vocem ita restituendam, Ῥηναιεῖς δίκην γραψάμενος, οὐ Ῥηναιεῖς οὐδὲ Δηλίους αὐτοὺς ὀνομάζει. *in actione contra Rhenæos, neque Rhenæos neque Delios eos vocauit.* Non facilè dixerim qui sic factū, vt in nostra editione scribatur, Κρίτων δ᾽ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν Φιλοπαίγμονι. nā priùs edebatur Φιλοπράγμονι, quo nomine etiam Timocles comœdiam docuerat. Ego non memini quando hunc scriptorem cum MSS. contuli, & ex iis emendaui, vsquam ita scriptum reperire: nisi forte in Palatino codice qui nunc ad manum non est. Cæterùm Crithonis huius drama *Ætolos* laudat Pollux, lib. 9. & *Messeniam*, lib. 10. c. 7. Illum versum, Ναύκληρον ἐν τῷ λιμένι ποιήσας ἄπλουν, interpretor, *cùm in portu nauiculatorem constituisset hominem nauigationis expertem.* Tertius versus est, Καὶ φοινίσσαι ναῦς ἀναγκάσας δύο. equidem ista non intelligo, nisi hoc simili modo corrigamus, Καὶ ἀφορμίσαι δύο ναῦς ἀναγκάσας δύο. *cùm coegisset naues duas stationem deserere*, id est, nauigare. 6. versu. Οὗτος τὸ λῆμμα μόνον ἀγαθὰ κεκτῆσθαι δοκεῖ. scribendum est μόνος. solus hic locus tria habet paraūtis admodum vtilia & bona. Quod sequitur testimonium ex Achæo, τίς ὑποκεκρυμμένος μάγειρος παραβάκαν κοπίδων συνωνύμων, corruptissimum est: neque interpretari priùs quàm emendaueris licet. Alius aliam afferet medicinam: nobis hæc non displicebat: Τίς δ᾽ ὑποκεκρυμμένος μένεις σαλάκων, κοπίδων σύγ᾽ ὁμώνυμος; *quid te clam occultans manes nequā, qui vulgò copis cluis;* σαλάκων propriè quis dicatur, notum ex Aristotele & Theophrasto. hic simpliciter accipio pro improbo aut nequam homine. Vocat autem κοπίδων ὁμώνυμον, quasi dicas, *victimariū*, vel *carniū ad minutalia incisorem.* Κοπίδας in coquorū instrumento recensent veteres. Ariston in epigrammate de coqui supellectile, Σπόγγον ὑπὸ σιβαρᾷ κεκλιμένον κοπίδι. Ex eo κοπίδας appellarunt Delphi eos qui in culinis copidas tractarent. Athenæi quæ sequuntur verba hanc interpretationem non obscurè confirmant. Ait, Ἐπισκώπτουσι γὰρ οἱ Σατύρειοι τοὺς Δελφοὺς ὡς περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς θοίνας διατρίβοντας. Doctis viris, οἱ σατύρειοι sunt *satyrici poetæ*. minimè verò. Non meminerant satyram totam esse Romanorum: & si tragicorum erant quidam satyrica dramata; at ipsi ex eo nunquam satyrici poetæ dicti. scribo, οἱ σάτυροι: & intelligo satyros, quos in Alcmæonem suam introduxerat Achæus. ex præcedentibus ita exponendus est hic locus. Quæ de ridiculis veterum Græcorum numinibus Dætone, Ceraone, & cęteris paulò pòst narrantur, totidem ferè literis apud Eustathium leguntur in Odysséæ commentariis. Non dissimilia apud veteres Romanos deorū mendicabula, de quibus S. Augustinus & alij patres.

CAPVT XXIII.

Hydraulica organa καὶ κλεψύδραι. Ctesibius rerum pneumaticarum auctor. γίγγρος & γιγγραῖνοι αὐλοί. *gingrire* χηνίζειν. ἐγχειρίδιον ἡμμένος φιλοσοφίας. πεπάσιος ἐπιτεθυμένοι. προσώπια. ὅλοι γαμοῦντες ὄντες. *multa emendantur.*

APVD veteres Gręcos & Romanos cōuiuiorū hæc ratio fuit, vt postquam corpora dapib⁹ satiassent, oculos auresque variè oblectarent. Ideo finitis epulis acroamata, tibicinæ, saltatrices & qui dicebantur Bacchi artifices, in cœnationes introducebantur. Hæc est caussa cur Athenæ⁹ 14. demum libro de musica & musicis instrumentis seriò tractat. Nam qui fuit ordo conuiuiorum, idem est horum librorum, vt sæpe diximus. Mirari igitur licet, quo consilio vir eruditissimus huc inserrerit sermonē de organis musicis, qui deinceps hoc in libro habetur: est enim alieno loco positus: cùm ad librum 14. vt diximus, pertineat. Sed videtur Athenæus nihil eorum voluisse prætermittere, quæ in eo conuiuio dicta essent, cui apud Larensem interfuerat. Quare etsi alius erat ab illo asignatus locus huic tractationi: quia tamen inter epulas de

musicis

musicis quibusdam instrumentis sermo ex occasione inciderat: noluit auctor committere, vt ea pars τῶν ἐπιτραπεζίων λόγων in hoc opere desideraretur. Verùm hac de re plura nobis alio loco erunt dicenda. Nunc Athenæi verba percurramus. Ait, καὶ τὸ ὑδραυλικὸν δ' ὄργανον δοκεῖ κλεψύδρας εἶναι. In Exceptis, κλεψύδραν εἶναι. quo modo legére interpretes. Mēbranæ κλεψύδρας. sine dubio scribendum cum Eustathio, κατὰ κλεψύδρας. absurdum est dicere, *hydraulica organa esse clepsydram*: verissimum est, *clepsydram ea referre*. Ait, διακεκριμένων ἀξόνων δεῖ τὰ ὄργανα. Hæc videtur citra cōtrouersiam recta scriptura, vt vidit etiam Dalecampius. nam & Vitruuius *axes ex torno subactos* in hydraulicorum descriptione habet. omnes tamen manu exarati codd. ἀιτῶν retinēt. Ait, ἔοικε δὲ τὸ ὄργανον βωμῷ στρογγύλῳ. Hero comparat βωμίσκῳ: Vitruuius *aræ & arulæ*. vt emēdauit Turnebus. Addit, καὶ φασι τοῦτο εὑρῆσθαι ὑπὸ Κτησιβίου κουρέως ἐνθάδε οἰκοῦντος ἐν τῇ Ἀσπενδίᾳ. Legendum ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. Ctesibius enim Ascrenus, vt vocatur à veteribus, res pneumaticas excogitauit Alexandriæ in taberna sui patris tonsoris, vt disertissimis verbis narratur à Vitruuio lib. 9. c. 9. Falsissimum est quod putarunt docti homines: de Aspendo Pamphyliæ ciuitate hæc posse accipi: nam omnino locus emendationis eget: nisi dicere lubeat fuisse aliquam vrbis eius partem, quæ sic vocaretur, in qua habitauerit Ctesibij pater: De eo statuant eruditi: ego enim nullam habeo cognitam Aspendiam in vrbe Alexandria: neque in eius vicinia. Tryphone auctore de hydrauli Ctesibius mechanicus librum ediderat. hoc postquam dixit Athenæus, subiicit continuò, ἐγὼ οὐκ οἶδα εἰ περὶ τὸ ὄνομα σφάλλεται melius MSS. εἰ περὶ τὸ ὄν. σφ. *ego verò nescio num in nomine sit error*. Quis ille error in nomine quem Tryphoni obiicit? an quia mechanicum appellauerat Ctesibium hydraulicorum inuentorem? nam hydraulicorum ratiocinationes à tractatu de machinis Vitruuius quoque videtur separare. an in eo potiùs est error, quòd auctorem hydrauleos non Ctesibium appellauerat Trypho, sed vel Chrysippum, vel nescio quo alio simili nomine hodie in nostris libris deprauato? Sequitur de tibiis Phœnicum, γιγγραίνοισι γὰρ οἱ Φοίνικες, ὥς φησιν ὁ Ξενοφῶν, ἐχρῶντο αὐλοῖς. Scribendum γιγγραίνοις, vt in Eustathio: qui hunc locum describit ad ῥαψ. Iliad. σ. Xenophontis locum quærant studiosi: mihi enim in mentem nunc non venit: quin si memini satis, nulla hodie in eius libris gingrinarum tibiarum mentio. Porrò has tibias tradit Athenæus ita dictas, quòd eas inflare moris esset in Adoniis: nam Adonim, inquit, vocant Phœnices γίγγραν. Pollux quoque, ἡ Φοινίκων γλῶττα γίγγραν τὸν Ἄδωνιν καλεῖ, καὶ τούτῳ ὁ αὐλὸς ἐπωνόμασται. aliis placet à fictitia voce γίγγρας nominatas esse tibias gingrinas: Festus deducit à verbo *gingrire*, quod de anseribus propriè vsurpatur, etiam Græci χηνίζειν de tibia canentibus dixerūt, vt scribitur in 14. Hebræorum עגור quidam exposuerunt *anserem*, inde γίγγρος & γιγγρίζειν. τὸ y mutatum in γ. sicut in aliis multis. Amphidis quintum versum leuiter emenda, & scribe, Ἐν συμποσίοις ἐστὶ. πῶς οὐκ ἄγεις. & in fine ὅτι πάντα πράγματ' ἀνατριαινῶσι χρόνοις, elegātissimum verbum ἀνατριαινᾶν, *perturbare, miscere omnia*. Nablum esse Phœnicum vel Hebræorum inuentum, ipsum nomen indicio est, vt ad Strabonem dicebamus. De nablo ait Sopater, —οὔτε τῆς Σιδωνίας νάβλας λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος: hoc est, *neque Sidonij nabli fides sunt corruptæ*. λαρυγγόφωνος τύπος, periphrasis est fidium, per quas intentas sonus editur, vt per guttur vox prodit. ἐκκεχόρδωται, vt ἐξηύλησαι. vnde dicūtur γλῶτται ἐξηυλημέναι, & παρεξηυλημέναι. Sequens Sopatri locus est corruptissimus, inscriptio etiam fabulæ obscura, vt diximus libro superiore. Pro παγὶς, scribe πηγεὶς cum interprete. Secundus Philemonis est imperfectus: hoc similive modo farciēdus, Νάβλαν ἰδοῦ, ὁ δ' ἡ νάβλας τί ἐστι; εἰπέ μοι. & mox, εἶθ' ἀγαθόν; Sophoclis e Thamyra testimoniū nihilo emendatius legitur in membranis: quarum hæc lectio, λυρα μόναυλοί τε, χείμων τε ὡς: & sequente versu κωμαστας. at in isto e Sopatri Bacchide, Καὶ τὸν μόναυλον μέλος ἤγησε. deest participium λαβὼν, aut ἀναλαβὼν: vt in versu præcedente est Anaxandrida, ἀναλαβὼν μόναυλον ηὔλει τὸν ὑμέναιον. Deinde sequitur Protagoridæ locus, ex eo libro quē scripserat de spectaculis in suburbano Antiochiæ Syriacæ, Daphne dicto, celebrati solitis. παντὸς δ' ὀργάνου κατὰ μίτον ἥπται κεραύλων ὑπὸ φανὰ πανδούρ, τῷ τ' ἠδεῖ μοναύλῳ. ζαχέδισας ἁρμονίας ἀναμινύζει. Mendas esse in prioribus verbis multas, nemo est quin fateatur. Dalecampij emendationes an genium habeant, alij iudicent. nobis sic videtur esse scribendum, παντὸς δ' ὀργάνου κατὰ μίτον ἥπται, καὶ κεραύλων, ἡδυφώνου τε πανδούρου. *peritiam habet omnis organi fidibus cōstantis, & crepitaculorum, & pādori suauiter canentis*. ἥπται sic accipiendum vt apud Aristotel. sæpe, ἥπται φιλοσοφίας, *animum appulit*. & in Metaphysicis, τοῦτο φανερὸν τοῖς καὶ μετρίως ἡμμένοις. *vel mediocriter versatis in ea sciētia*. ὄργανα κατὰ μίτον, periphrasis est elegans eorum musicorum instrumentorum, quæ ἔντατα & χορδότονα nominantur. aut legendum, καταμίτα, quod erit idem atque ἔντατα. Iam pro, ὑπὸ φανᾶ, quod a sententia huius loci est alienissimū, facimus ἡδυφώνου. quo nihil conuenientius. Subiicit auctor elegātem locum Posidonij, de ridicula expeditione Apamensium contra Larissæos. Describitur eorum ornatus cū in procinctu essent: qui potiùs comessabundis adolescentibus cōueniat, quàm veram pugnā pugnaturis. in ea historia sunt hęc verba, πιλάσια δ' ὑποδεδεμένοι καὶ προσωπεῖα, σκιάδια ποικίλα, καὶ χαντήδα δ' ἐκκλυομια τοῖς τραχήλοις. Etsi nihil variant codd. MSS. tamen scribendum omnino, πιλίσκους. nisi cui probetur metaplasmus generis in hac voce. πιλίσκους vel πιλάσια

[illegible]

ἐπιτεθειμένοι, valet, *petaſati*. petaſos habentes capitibus impoſitos: ſic apud Pauſaniam, ἐπιτεθειμένη γυναικὸς ῥῦμα vſitatus eſt τὸ ἐπίθετον in hoc loquendi genere. Πρόσωπα non aliud ſunt quàm paruæ perſonæ, vel faciei tegumenta, ex tenui & ſubtili materiâ facta. Has perſonas ait Poſidonius ita fuiſſe aptatas, vt faciem quidem inumbrarent: at vento non obſiſterent, quo minus ceruices afflaret. Apage laruas Dalecampij. cenſen' verò delicatulos illos, vel ipſum nomen laruæ patientibus auribus, & vt non ter in ſinum deſpuerent, fuiſſe audituros? Quid autem cogitabat vir optimus, cùm negationem ante κεκλόνοντα tolleret? Sequitur, ὅπως ἐφελκομένοι γέμοντας οἴνου καὶ βρωμάτων παντοδαπῶν. Non neſcio γέμειν rectè poſſe verti aliquando, *eſſe onuſtum*: ſed tunc, cùm onus recipitur intus, & fit πλήρωμα τοῦ βαστάζοντος· ſic nauis γέμειν dicitur, onuſta eſſe: plena videlicet γόμου. aſinos γέμοντας οἴνου, non dixit Poſidonius, pro *onuſtis vino*. Scribebam, ὅπως ἐφ. καὶ γέμοντας ἀσκοὺς οἴνου ſed etiam alij auctores eâ voce ita vtuntur impropriè. Monaulum dictum eſſe etiam πίνδειον ex Ameria Athenæus, ex Athenæo probat Euſtathius. minus rectè apud Heſychium hodie. Τιτυρῖνος.

CAPVT XXIV.

Percurritur Hedyli deprauatiſſimū epigramma. Theon μόναυλος ὁ ἐυπάλαμος. ἡ δυμα. γλαύκης μεμεθυσμένα παίγνια. καλαμαῦλαι ῥαπαῦλαι. *tibiæ* ἔλυμοι αὐλοὶ μεσόκοποι. *menda multa indicantur ac tolluntur.*

VT probet Athenæus monaulum nō aliud fuiſſe organum muſicum, ab eo quod καλαμαύλην vocabāt, Hedyli affert epigramma, non inuenuſtum: ſed multis mendarum portentis factum informe. Id igitur adſcribemus hoc loco: ſi quam fortè illius malis medicinam queamus excogitare.

Τοῦτο Θέων ὁ μόναυλος ὑπ' ἠρίον ὁ γλυκὺς οἰκεῖ
Αὐλητής, μίμοις κ' ἐν θυμέλῃσι χαρείς,
Τυφλὸς ὑπαὶ γήρως εἶχε, καὶ Σκίρπαλον υἱόν,
Νήπιόν τ' ἐκάλει Σκίρπαλον εὐπάλαμον
Ἀείδειν αὐτοῦ τὰ γλυφίδια· τοῦτο γὰρ εἶχε
Παιμαρπᾶν † ἡ δυμα σημαίνων.
Ηὔλει δη γλαύκης μεμεθυσμένα παίγνια Μουσῶν
Νὴ τὸν ἐν ἀκρήτοις Βάτταλον ἡδυπότην.
Ἢ καὶ Κώταλον, ἢ καὶ Πάγκαλον. ἀλλὰ Θέωνα
Τὸν καλαμαυλητὴν εἴπατε, Χαῖρε Θέων.

Theonem μόναυλον appellat. qui monaulo ſciret canere. metri lex vetabat dicere μοναύλης, vt τυμβαύλης. vel μοναυλήτης, vt in vltimo verſu καλαμαυλήτης. ex primi & vltimi verſus comparatione intelligitur, monaulum & calamaulum idem eſſe: quod erat probandum. Tertium ita ſcribo, Τυφλὸς ὑπαὶ γήρως εἶχεν τὸν Σκίρπαλος *quem habuit filium Scirpalus*, id eſt, Scirpali filium. Deinde lego, Νηπίαχον τ' ἐκάλει Σκίρπαλος Εὐπάλαμον, Ἀείδειν αὐτοῦ τὰ γλυφίδια. *hunc recens natū Scirpalus apellauit Eupalamū, cum eius natales celebraret*, ἐυπαλάμους Græci vocant homines manu ſolertes. poeta ait Scirpalum nomen hoc filio ſuo impoſuiſſe, animo præſagientem futuram illius τῆς αὐλητικῆς peritiam. Tibicinum & eorum omnium qui tractant organa ἐν ᾧ τὰ καὶ ψηλαφῶντα, eruditos digitos eſſe oportet. Sic paulo pòſt ait Athenæus, Epigonum fuiſſe μουσικώτατον κατὰ χεῖρα. Ex his conſtare arbitror, ſcribendum eſſe in ſequentibus, τοῦτο γὰρ εἶπε Τέρμα, τῶν μολπῶν ἡδύσμα σημαίνων. duriuſcule dictum, pro, τὸ τῶν μολπῶν ἥδυσμα σημ. *vt ſignificaret dulcedinem cantilenarum illius*. ἡδυμα pro ἥδυσμα, vt θαυματὰ ἔργα apud poetam, pro θαύματα, & alia id genus, de quib' alibi diximus Poſtea ait nomen Eupalami omen habuiſſe, & euaſiſſe illum tibicinem ſuauiſſimum. Lego, Ηὔλει δη γλαύκας μεμεθυσμένα παίγνια Μουσῶν. *Ille igitur tibiâ canebat muſto ebria ludicra Muſarum.* aut omnia me fallunt, aut veriſſimè ita emēdamus. nam γλαύκης ineptū eſt multis modis. noſtrū γλαύκας planè confirmat vox μεμεθυσμένα. Battalus, Cotalus, & Pancalus nomina ſunt ſodalium Theonis, ſiue Eupalami: qui ſoliti dies condere cum illo potantes. meritò igitur poeta illos teſtes ciet dulcium Theonis modulationū. Hæc de epigrammate Hedyli. Addit auctor, ſicut καλαμαῦλαι vulgò dicebantur qui calamos inflabant: ita dictos eſſe ῥαπαύλας, τοὺς τῇ καλάμῃ αὐλοῦντας. Scripta lectio, ῥαπαύλας. Euſtathius, ῥαπαύλας, melius: eſt enim pro ῥαπαταύλης. quare etiam ſequentia in Athenæo corrigenda, τοὺς τῇ ῥαπάτῃ αὐλοῦντας. vel certè, τῇ ῥαπάτῃ καλ. Heſychius, ῥαπάτην καλάμην καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ αὐλοῦντας ῥαπαύλας. ſcribe, ῥαπαύλας, vel ῥαπαταύλας. Tibias ἐλύμους apud Sophoclem interpretatur Athenæus, Phrygias: alij longè aliter acceperunt, vt docebit te, ſi operæ eſt ſcire, Heſychius. Μεσοκόπους αὐλοὺς qui hic nominantur, alibi non reperio. Breuiator ſcribit, μεσοκόπους quam eſſe rectam ſcripturam nō dubito. Heſychius, μεσόκοποι αὐλοί, οἱ ὑποδεέστεροι τῶν τελείων, μέσοι. De hemiopis tibiis producitur Anacreōtis teſtimonium in omnibus hodie exemplaribus valde corruptū. Ait Athenæus, περὶ ὧν φησὶν Ἀνακρέων, Τίς ἐρασμίην τρέψας θυμὸν ἐς ἥβην τερὲν ὡς ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖται. Tentarunt multi doctiſſimi viri horum verborum emendationem: quorum ſententias non referemus: ſed quid nobis videatur, paucis aperiemus. Lego, Τίς ἐρασμίην τ' ὦ θεράπων θυμὸν ἰοῦσαν ἥβην, τερείνων ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι; Videtur poëta Artemonem compellare, olim ſeruum, poſtea luxus & mollitiei perfectum exemplum: quod ex alio eiuſdē Anacreontis cantico ſcimus, lib. 12. magna ex parte deſcripto. In eum, aut alium ſimilis conditionis ſimiliumq; morum, inuehens poëta, *Quæ*, inquit, *libido, ô ſerue, te inuaſit, ſaltandi ad teneras hemiopas tibias?* Poſtrema ſane illa, τερείνων ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν, non aliter concipienda eſſe, liquido conſtat ex ipſo Athenæo, ſcribente aliquanto infra. διὸ καὶ τερείνας αὐτοὺς (τοὺς ἡμιόπους)

ἡμιοπ... Ἀ... Non igitur est quod vereamur omnibus membratis fidem hic abrogare: sunt enim vitiatæ omnes. quanquam hoc leue est, præut quod mox dicemus.

CAPVT XXV.

Indicatur paginarum aliquot insignis trāspositio in omnibus antiquis codicibus commissa. tibia hemiopi, lysiodi citharisteriç. Euphorus *historicus. Prouerb.* Μάγαδις λαλήσω μικρὸν ἅμα σοὶ καὶ μέγ' *α. Βαρωμ*ος *&* βάρμος. Phœnix *organum.* ἐλεφίαμβοι. *Theophrsti drama* Ἀρμάνιον Σκίνδαψος ὀξυὶνος. ἰξία *&* προμαλος. *Anaxilai fabula* Αὐλοποιός. *Tibia* pariambides. *voces Doricæ*, αὐλόφιν *&* γηγαθεῦν. Psalterium. *Ptolemaus Euergetes. Alexandrini dicaces. tibia* ἀλέκτορ. *lonis Chij* Φρουρ*ol.* Idæus ἀλεκτρυών. ἰδε.ἔκτωρος αὐλός. *Phrygius rhythmus. Tibia* παιδικ*os*.

DE hemiopis tibiis loquens Athenæus, necdum absoluto eo sermone, repentè quasi œstro quodam percitus, aliò transilit. Planè enim παρ' προσδοκίαν quod aiunt, lectorem suum in diuersa rapit auctor, ἀσύγκλωστα συγκλώθων πράγματα, vt ait Plato, & quæ nihil omnino commune habeant coniungens. Quid enim commune est disputationi de peregrinis, & antiquis instrumentis musicæ, cum enarratione Homericorum conuiuiorum? Fatebor hoc loco errorem meum: nam qui rationem nullam excogitare possem, cur res adeò disiunctæ εἰς μίαν μύκονοι τοῦτο λόγου, essent congestæ: scriptorem eruditissimum sæpius apud me ἀταξίας & supinæ cuiusdā negligentiæ reum egi, eóq; nomine pœnas ab illo exegi. Ἀλλ' οὐκ ἦν ἔτυμος ὁ λόγος, dicebat olim Stesichorus, recantans opprobria quæ in Helenam temerè effuderat. Nobis quoque idem necessariò faciendum. Nullum enim hic negligentiæ exemplum ab auctore editum est: sed magna potiùs facta illi iniuria ab iis, qui hoc opus transcripserunt. Nescio enim quo casu factum sit, vt ex libro sequente transferrentur aliquot pagellæ in locum hunc, & in medium sermonem de tibiis hemiopis. Nam dubitari non potest, quin coniungi debeant, quæ de illis tibiis hic dicuntur, cū iis quæ interuallo satis magno deinceps de iisdem obseruantur Anacreontis verbis quę superiore capite emendabam⁹, subiiciūtur ista, pagina 177. in editione recente. εἰσὶν δ' οἱ αὐλοὶ οὗτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων quæ deinde sequuntur vsque ad ista, Κατὰ μεταφορὰν Ἴξιων φησὶ, Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα, &c. quæ habētur pag. 182. omnia aliena sunt ab hoc loco, pertinéntque aliò, vt facilè quiuis intelliget admonitus à nobis vide libri sequentis, caput primum. Iis igitur in suum locum reiectis, coniungamus quæ malo exemplo diuulsa ab aliquot retrò seculis fuêre. Quare ita continuemus integram Athenæi de hemiopis tibiis obseruationem, Οἴδαμεν δὲ καὶ τοὺς ἡμιόπους καλουμένους, περὶ ὧν φησὶν Ἀνακρέων, Τίς ἐρ. θ. θ. ἐσ. τ. ἡμ. ὑπ' αὐ. ὀρχ. εἰσὶ δ' οἱ αὐλοὶ οὗτοι ἐλάσσονες τῶν τελείων. Κατὰ μεταφορὰν δ' Ἴξιων φησὶ, Τὸν δ' ἡμίοπον καὶ τὸν ἐλάσσονα, ταχέως ὁ μέγας καταπίνει. εἰσὶ δ' οἱ αὐτοὶ τοῖς παιδικοῖς καλουμένοις, οἷς, οὐκ ὄντι ἐναγωνίοις, πρὸς τὰς δι' εὐωχίας χρῶνται. διὸ καὶ τέρενας αὐτοὺς κέκληκεν ὁ Ἀνακρέων. Οἶδα δὲ καὶ ἄλλα γένη αὐλῶν, & cætera ad lib. finē vsq; *Notas habemus & hemiopas tibias, de quibus Anacreon,* Quæ, *inquit*, libido, ô serue, te inuasit saltādi ad teneras hemiopas tibias? *Ha tibia minores sunt iis quas perfectas vocant. Per trāslationē dixit Ixion,* hemiopon & minorem citò magnus deuorat. *Sunt autem ista tibia eadem cùm iis quas pueriles vocant, quibus cùm in commissionibus non esset locus, vtebantur ad conuiuia. ideò teneras dixit illas Anacreon.* Non poterant Platonica illa humani corporis ἡμίτομα aptiùs copulari aut arctiùs, quàm ista inter se cohærent. Versus Ixionis, de piscibus intelligi debet. ἡμίοπος ἰχθύς, vt si Latinè dicas *gingrinam apuam*, pro parua. quia gingrinæ tibiæ erant breues. Pisces minutos prædam & escam esse magnorū, certū est, & multis magnis auctoribus testatum, vt olim dicebamus ad primum Strabonis. Athenagoras in Apologia pro Christianis, eodē verbo vsus in eadem sententia, οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες καὶ γὰρ οὗτοι καταπίνουσι τὸν ἐμπεσόντα, ἐλαύνοντες ὁ ἰσχυρότερος τὸν ἀσθενέστερον. Sed quisnam iste Ixion poëta? nam Demetrium Ixionem grammaticum ex Diogene Laërtio & Athenæo satis habem⁹ notum. Ixionem poëtam neq; Athenæus alibi, neq; alius quisquā, opinor, commemorat è veterigus scriptoribus. Suspicor scribendum esse Ἴων φησὶ, non Ἴξίων. Ion Chius inter antiquissimos & celeberrimos poëtas, notus omnib⁹. Tētari etiā potest, nec absurdè scripsisse Athenæum, Κατὰ μεταφορὰν δ' Ἴξίων φησὶν......... Τὸν δ' ἡμ. in lacuna hæc aut similia desunt, εἰρηκότος Ἴωνος τοῦ Χίου. T. Atque hæc de hemiopis Athenæus & nos cum illo. Cum istis pulcherrimè cohærent quæ sequuntur deinceps ad finem huius libri. Pergit enim auctor varia tibiarum genera recensere, de quibus dictum hactenus non est. Nimis certum, hæc ita continuāda esse: clara enim & aperta est series disputationis, & ἡ τῶν λόγων ἀλληλουχία. Hunc tamen errorem tantum neque interpretes odorati sunt, neque eruditus ille grammaticus, qui ante tot sęcula Epitomen horum librorum contexuit. sequitur enim is quoque κατὰ πόδας, ordinem qui in libris editis. Nos ipsa potiùs Athenæi vestigia premamus, & reliquam de tibiis disputationem percurramus, Ait igitur, Οἶδα δὲ καὶ ἄλλα γένη αὐλῶν τραγικῶν τε καὶ λυσιῳδικῶν, καὶ κιθαριστηρίων, ὧν μνημονεύειν Εὔφορος ἐν τοῖς Εὑρήμασι. *De lysiodis* tibiis adi ad lib. 14. κιθαριστήριοι tibiæ adhibitæ in concentum cum citharis. *Euphorus* qui scripsit. De priorum inuentis, sitne Ephorus notus omnibus historicus; an alius, nondum constitui. Tibiam magadim, & grauem & acutum sonum edidisse ἐν ταυτῷ, id est, simul, probat auctor, testimonio

Alexandridæ, cuius eſt hic verſiculus, *Μάγαδιν λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγαν*. Scio ſic legi hûc verſum, & alibi in Athen. & apud veteres nonnullos grammaticos. Sed mihi durius dictum videtur, *μάγαδιν λαλεῖν*, pro, inter loquendum magadim imitari, deinde etiam illud si quid iudico, duriuſculum, *μάγαδις μέγας* aut *μικρὸς*, pro graui aut acuto magadis ſono. Excogitauimus igitur planiorem, & non paulò venuſtiorem lectionẽ, *Μάγαδις λαλήσω μικρὸν ἅμα σοι καὶ μέγα*. corruperunt, qui non videbant, particulam similitudinis indicem, venuſtè omiſſam eſſe, *Loquar tecũ vt magadis, altè & remiſsè*. De tibiis ex hinnulorũ oſſibus, dictũ lib. 2. extrem. Ait, *τὸν γὰρ βάρωμον καὶ βάρβιτον, ὧν Σαπφὼ μνημονεύει*. Nõ *βάρωμον*, ſed *βάρμον* lib. 14. ſcribitur. Putabam voce *βάρμον* alludi ad etymum vocis *βάρβιτος*. nam perſuaſum fuit veteribus Græcorũ criticis, *βάρβιτον* quaſi *βαρύμιτον* eſſe dictam: cùm vel Strabone teſte, Barbara ſit ea vox Græcis & Syriaca. ſed baromum ſiue barmum diſtinguit auctor à barbito. Additur, *Ἀρεστόξενος δὲ ἔκφυλα ὄργανα καλεῖ Φοινικικάς*. Legebam, *καὶ ἔκφ. ὄρ. καλεῖ καὶ Φοινικικά*. neque enim *phœnicica*, vllum muſicũ organum nominatum. Pleraq; autem eorum quæ hîc cõmemorata ſunt, à Syris Græci acceperãt. Sed ſcribendum *καλεῖ φοίνικας*, ex lib. 14. vbi geminus huic locus: & ſcribit ibi Athen. *phœnicem* organum à Syris inuẽtum. *ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας*. Noli quærere *κλεψιάμβους*, qui ſtatim nominãtur ex Ariſtoxeno, apud ſcriptores alios, nuſquam reperies Legendum, *κλεψιάμβους*. Heſychius, *Κλεψίαμβοι, Ἀριστόξενος μέλη τινὰ παρ᾽ Ἀλκμᾶνι*. Vides eundem auctorem laudari ab Athen. & Heſychio. Nominis cauſſam explicat noſter lib. 14. *ἐν οἷς παρελογίζοντο τὰ ἐν τοῖς ἰάμβοις κλεψιάμβους ἐκάλουν*. Quare iubeam *μακρὰν χαίρειν* commentitios iſtos *clepſiangos*, & illa *furtiua vaſa*, interpretum ſomnia. In Excerptis non meliùs, *κλειψιάμβ*. Platonis locum exple, atque explica ex ipſo: nam pauculorum verborum prætermiſſio, contrariam eius menti ſententiã hîc peperit. Plato enim negat Remp. à ſe inſtitutam, artifices alituram *τριγώνων καὶ πηκτίδων*, & cæterorum. Mattonis imitatio Homerica eſt in his, ita ſcribendis verbis atque exponendis,

Οἱ δ᾽ ἐπὶ πασσαλόφιν κρέμασαν, ὅθι περ τὸ πάροιθε
Σκινδαψός. *illi verò paxillo id appẽderunt: vnde etiã ſcindapſus pẽdebat*.

prima verba quid paxillo appenderetur non declarant: fortaſſe aliud muſicum inſtrumentum; fortaſſe lagena vini, vt in illo Hermippi comici, *Χία δὲ κύλιξ ὑψοῦ κρέμαται περὶ πασσαλόφιν*. Theopõpi Colophonij poëma *Ἀρμάτιον* in libris publicis inſcriptũ, in membranis dicitur *Αἱμάτιον* & *Αἱματία*. de quo pronũciet quiſq; *τὴν ἀρίσκουσαν*. Inde ſunt hæc. *Σκινδαψὸν λυρόεντα μέγαν χείρεσσι τινάσσων Ὀξύινον, προμαλοιο πτυγμένον αἰζήεντος*. Dalecãp. ſcribit, *ὀξυεντ* initio poſterioris verſus: quod ſententiæ nõ poteſt conuenire. Lego, *Ὀξύινον*, *fagineum*, Nam *ὀξύα* Theophraſti, quam *ſcißimam* indige-rauit Theodorus Gaza, iudicio eruditorũ fagus illa eſt, operibus ligneis apta arbor, de qua Plinius lib. 16. c. de lignis ſectilibus, *facilis & fagus quãquam fragilis & tenera: eadem ſectilibus laminis in tenues flexilis, capſiſq; ac ſcriniis ſola vtilis*. Ex hac arbore factum ſcindapſum ait poëta. Sed videntur ad Scindapſi fabricam non vnius generis ligna deſiderata. Ideò ſubdit, *προμάλοιο πεπυγμένον αἰζήεντος*. *elaboratum è ligno promali grãdis*. *αἰζήεντος* valet *δι᾽ εὐτραφῆς*, interprete Heſychio. *πεπυγμένον* interpretor non de præcipua ſcindapſi materia: ſed de ligno ad quaſdã partes neceſſario. Sic obſeruat Theophraſtus in 5. de plantis, ilicem eſſe vtilem non ſimpliciter ad lyram, ſed ad *ζυγὰ λύρας καὶ ψαλτηρίοις*. Promalum eſſe arboris non fruticis nomen, ad Theocritũ probabamus an ſit myrica ſiue tamarix, quærant ampliùs rhizotomi. Nõ memini legere alibi fabulæ titulum *Αὐξηπνιὸς*, cuius mox ſit mentio: *Ἀναξίλας*, inquit, *ἐν Αὐξηπνιῷ*. apud Stobæum tamen ſermone 55. citatur Anaxilas *ἐν Μυξηπνιῷ*, ſed puto ſcribendum *Λυξηπνιῷ*, aut certè *Λυτροποιῷ*. Pollux lib. 7. cap. 30. in ſermone de balneis, *Ἀναξίλας λυτήρια ὀνόμασε τὰς νῦν λυτῆρας ἐν Λυτροποιῷ λέγων, Ἐν τοῖς βαλανείοις οὐ τίθεται λυτήρια*. eadem repetit lib. 10. cap. 10. *Pariãbidas* videntur appellaſſe veteres, tibiarum genus quoddam iambicis verſibus aptum. Apollodorus auctore Heſychio, *παρὰ τοὺς ἰάμβους αὐλοὺς φησι πεποιῆσθαι, ὡς οἱ κιθαρῳδοὶ ᾄδουσιν*. Athenæus teſtem citat Epicharmum, qui in Periallo ſic illarum meminerit. *Σεμέλα δὲ χορεύει, καὶ ὑπαυλεῖ σοφὸς κιθάρᾳ παριαμβίδας· ἁ δὲ γαθεῖ πυκινῶν κρουμάτων ἀκροαζομένα*. Non ſemel quæſti ſumus de Epicharmi fato: cuius omnia pridẽ hæc cùm fuêre: pauculis fragmentis exceptis, quæ in hoc potiſſimùm ſcriptore hodie ſuperſunt. illa verò ferè ſunt omnia quã corruptiſſima. Quid enim hac lectione contaminatius? Lego, *Σεμέλα δὲ χορεύει ὑπαυλόφιν καὶ κιθάρᾳ καὶ παριαμβίδεσι*. *Saltat Semele ad tibiam, & citharã, & pariambidas*. *αὐλόφιν*, vt *πασσαλόφιν*, & *ὀρέσφιν*, & ſimilia. *γαθεῖν* verbum eſt Siculæ formę vt aiunt antiqui critici, pro *γηθεῖν*: vt *πεπάγαμ*, *πεποιθα* & id gen. tamen MSS. *γαθεῖ*. quod variè accipere eſt. De *Pſalterio* multa doctores Eccleſiaſtici, Hieronymus, Chryſoſtomus, Auguſtinus, alij. Sicut autem pleraque alia muſica inſtrumenta à Syris mutuati ſunt Græci: ita huius & inuentum & nomen Syris imputarunt. Ac miratus ſum ſæpe, iam inde à temporibus Nabuchodonoſori vetuſtiſſimi regis Babylonij pſalteriorum nomen in vltimum ferè Orientem penetraſſe. nã apud Danielem פסנתרין *peſanterin*, Græca ſunt *ψαλτήρια*. Videtur autem Athen. pſalterium diſtinguere ab alio organo quod vocat *ψαλτήριον ὄρθιον*. quódque proprio nomine *lyrophœnix* dicebatur. De hoc fortaſſe debent intelligi B. Chryſoſtomi verba in protheoriis ad pſalmos, *ψαλτήριον τῶν ἐν τοῖς μὲν ἦν, πλὴν ὄρθιον, καὶ ἄνωθεν εἶχε τὴν φθογγὴν τῆς ἀφορμῆς*. In verſu Sophoclis ſcribe

scribe, ἀντιπαταγεῖ, retracto accentu. nō enim potest esse pro ἀντιπατάσῃ. Πολὺς ἦ, ait, Φρὺξ τρίγωνος, ἀντιπαταγεῖ τε Λυδίης ἐφυμνεῖ πηκτίδος συγχορδία. *Multus resonabat trigonus Phrygius, si contrario resonabat Lydiæ pectidis cōcentus.* Ptolemæus rex Ægypti, sub quo vindicatas ab interitu literas scribit Athenæus, in historiis dicitur Euergetes secundus: Alexādrinis & viuus & mortuus Cacergetes est appellatus, vt hoc loco docet auctor. Sic soliti Alexandri in suorum regum mores magnā libertate iocari, alium Gastronem, aut Physconem, alium Cybiosacten appellantes: erant enim eo planè ingenio, quo fuisse Antiochenses in Misopogone prodit Iulianus. Hic Ptolemæus etiam contra fratrem bellum gessit: quæ caussa est cur occiderit postea, πάντας τοὺς κατ' αὐτὸν ἐφηβήσαντας. nam eorū maximè suspecta erat fides tyranno, qui à pueritia cum fratre assueuissent. In Aristophanis verbis inducēdum τὸ ἄτυλον: ita plana erunt cætera. Ion Chius, inquit, tibiam vocauit ἀλέκτορα isto versu, Ἐπῇσε δ' αὐλὸς ἀλέκτωρ Λύδιον ὕμνον Ἀχαιῶν. in promptu caussa est: nā & gallus gallinaceus, & tibię, cātu dormientes excitant. Similiter Æschyl[us] *Solem* vocat *Iouis alitē*, id est, ἀλέκτορα, in Supplicib[us], Καὶ Ζηνὸς ὄρνιν τόνδε νῦν κικλήσκετε. Scholiastes, Ζηνὸς ὄρνιν ἥλιον· ἐξανίστησι γὰρ ἡμᾶς, ὡς ὁ ἀλεκτρυών. Poetę huius Φρουρὸς adducit in testimoniū etiam Hesychius, in νιφόσατα Ἑλένη. In ea fabula cum Vlysse loquens Helena versum hūc pronunciabat, quem in Ranis vsurpauit comicus, Ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν. Ex eodem dramate adducit Athenæ[us]. Πρόσθε δέ τοι σύριγξ Ἰδαῖος ἀλέκτωρ. vbi, sicut obseruat auctor, τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἴρηκε σύριγγα. offendit me orationis huius τὸ ἀμφίβολον. difficile enim dictu, vox Ἰδαῖον quò pertineat. Eclogarius ita accipit, ἀλλαχοῦ δὲ τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον σύριγγα κέκληκε. *gallū gallinaceum apellauit Idæam fistulam.* Ἰδαῖος valet factā ex buxo, vt exponit Dalec. vel *in sylua natam*, simpliciter: nam ἴδην quamuis syluam dicebant etiā vulgò Pollux. ἔστι δὲ εἰπεῖν εὔθηρος γῆ καὶ εὔθηρος ἴδη. idem, τόποι δὲ θηρείων, ἴδαι, νάπαι, ὕλαι, ὄρη. & τὸ δὲ ταῖς ἴδαις τε καὶ ὕλαις χαίροντα alibi, Εὐναὶ λεχῶν, θάμνοι συνηρεφεῖς, ἴδαι ἀμφιλαφεῖς. Apud Homerum Idæus, nobilis est Troianorū præco. Suspicatus sum nonunquā eò allusisse Ionem, appellasséq; præconē fistulam & gallum gallinaceum, quarum appellationū ratio perspicua. Athenæi verba huic mēti infe[c]to καὶ accommodaueris: τὸν ἀλεκτρυόνα Ἰδαῖον εἴρηκε καὶ σύριγγα. In sequēte versu. Ἔντυπον ἄχων βαρὺ αὐλὸν τρίχορδε ῥυθμῷ. scripta lectio est τρίχορδα: quod refutat Epitoma: in qua sic est adnotatū, Γράφε ῥυθμὸν τρίχορδον τὸν Φρύγιον καλεῖ. Quid est ἔκτυπος αὐλὸς? *tibia canora & bene resonās?* son[us] ἔκτυπος *clarus & perspicuus*, propriè locū habet in iis, quę de alio sunt ἀκριβῶς expressa, & vt Græci loquuntur: ἐκμεμαγμένα. Non malè tamen scripserim[us] ἔκτυπα. De Phrygio rhythmo scribitur in extremo lib. βαρὺς γὰρ ὁ τόνος, παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσ-

σάπτουσιν, ἀναλογοῦν τῶν σαλπίγγων κώδωνι. *Cornu illud*, inquit, *quod adiicitur tibiæ Prygiæ, proportione respondet codoni tuba*: id est, vim eandem habet ad exacuendū grauē aliàs tibiæ Phrygiæ sonū. quàm in tuba codon. est autem κώδων orificiū tubæ, quà exit spirit[us]. Sed notandū est, cùm multa fuerint tubarū genera) sex enumerant veteres) tibiā Phrygiā non cuicunque, sed tantùm Tyrrhenicæ fuisse similem. Eustathius, Ἕκτη, tubæ species, Τυρσηνική, ἣν δι' ῥέζαι Τυρσηνοὶ, ὁμοίαν Φρυγίῳ αὐλῷ, τὸν κώδωνα κεκλασμένον ἔχουσαν λίαν ὀξύφωνος. Hactenus ad librum 4.

CAPVT XXVI.

Disputatur de sede legitima fugitiuæ partis, de qua superiore capite dictum est. Veterum criticorum disputationes de loco Homeri Ἰλιάδ. β. *De vocibus* συναδελφοῖ *&* συναδελφίζεσθαι.

Est certi sumus inuasisse alienas sedes disputationem de Homericis conuiuiis, quæ sub libri quarti finem legitur: vnde tamen profecta eò pedem retulerit, & quò reiiti domum debeat, dubitari non sine ratione potest. Occurrunt siquidem duo in hoc opere loci, vbi locari hæc dissertatio quàm commodissimè posse videatur. Nam & lib. 1. conuiuandi ratio heroüm Homericorum prolixè (quod ex Epitoma facilè intelligi potest,) fuerat exposita: & libri 5. bona pars est de cōuiuiis ab Homero descriptis. Inclinat tamen eò sententia, quòd tutius putem ad lib. 5. ista referre quàm ad primum. Non leue, si quid iudico, eius rei argumentum est, ipsa locorum vicinia. Est enim multò probabilius, ex sequentis libri principio aliquot paginas in istius finem esse, casu quodā, translatas ab imperitis & aliud agentibus exscriptoribus, vel bibliopegis, quàm ex vllo alio, nedum primo. Sed multò clariùs hoc ipsum parebit, si fugitiuam hanc partem cum disputationibus primi quintíque libri attentè contuleris. Reperies non solùm similia, sed omnino eadem esse ista cum iis quæ lib. 5. disseruntur. Quare eò reiiciamus censeo, quæ nullum dubium est, inde esse abscissa & auulsa. Porrò vbi potissimùm notari hiatus debeat in lib. sequente, nōdum pro satis comperto habemus. Quanquā ne illud quidem nimis erit obscurum studiosè ista cum illis contendentibus. Verùm statuat super hoc quisq; vt erit libitum. Nos quod instat agamus. Prima verba sunt hęc, Αἰσχύλος γοῦν κατὰ μέτρα σωφρονίζοντας εἰσήγαγε. quò & quos? meritò duo ista hîc quæras. nihil enim in præcedentib[us] habemus, vnde possit intelligi, quos vocet σωφρονίζοντας: & quò εἰσήγαγε illos de quib[us] loquitur. Ex sequentib[us] mens clara auctoris: etsi hæremus in verbis. nā illud κατὰ μέτρα, iunxerunt interpretes cū proximo verbo σωφρονίζοντας, hoc sensu: Æschylum in conuiuiū, quod descripserat in vna aliqua suarum tragœdiarum, introduxisse conuiuas metrorum stu-

dioſos. Mihi iſta ſentētia frigidiuſcula videtur, vt eſt reuerà: deinde περὶ μέτρα dicendum fuerat, non κατὰ. quare aliter accipiendum Sine dubio σπουδάζοντας appellat, viros σπουδῆς μεστούς, vt loquitur Xenophon initio Sympoſij vide lib. 5. cap 2. In Huraldino exemplari, quod non minùs hoc loco paginarum aliquot deprauatione corruptum eſt, quàm omnia Italica: mirificam vocem offendimus, καταμετασπουδάζοντας, non poteſt id vocabulum ferri. Olim fortaſſe fuit κατασπουδάζοντας, id eſt, *de rebus ſeriis seriò agentes.* ſic lib. 6. κατεσπουδασμένος ἀνήρ, *homo nauus.* Verte autem, *Æſchylus in ſuis poematis conuiuas inducit de ſeriis tractantes.* Hoc vult Athenæus: conuiuium Æſchylo deſcriptum virorum grauium fuiſſe. Xenophontéum, miſtum ex grauibus & plebeiis. Homerum plura deſcripſiſſe, ex diuerſis generibus hominum, & diuerſorū morum. Meliùs, ait Athenæus, poëta διάφορα fecit, καὶ παρατιθέμενος συμπόσια. & vt ſententiæ meliùs ſit, & vt ne vacet τὸ καὶ, ſcribo, πολλὰ καὶ διάφορα παρατιθ. συμ. Cur ita meliùs; cauſſam adiicit, πάλιν γὰρ ἐξ ἀντιπαραβολῆς ὁρᾶται μᾶλλον. quid hîc facit τὸ πάλιν? *nēpe hoc quod Veneri donata à virgine puppa.* Trudatur ergo vox inanis, & eius loco ſcribatur, τὸ καλὸν γὰρ ἐξ ἀντιπ. Rectè, ait, fecit Homerus, qui plura & diuerſa conuiuia deſcripſit. nam quod honeſtum eſt ac decet, rectiùs intelligitur, ex comparatione plurium quæ ſint diuerſa. Deinde enumerantur genera & cauſſæ cōuiuiorum, quæ apud ſummum vatem leguntur. τὰ δημοθοινίας ἔχοντα & τὰ οἰκείων σύνοδον opponuntur, vt feſta publica totius ciuitatis ſolemnitate celebrata, & quæ priuatim quiſque cum amicis & neceſſariis agitat. Quis neſcit quid appellent Græci δημοτελεῖς ἑορτάς? tamen viri docti inter δῆμον & ὄχλον neſciuerunt facere diſcrimen. Sequitur diſputatio veterum criticorum ſuper Homeri loco ex Iliad. ῥαψ. β. Sapientiſſimus poëta inducit Menelaū, ad fratris conuiuium venientem inuocatum, pro iure neceſſitudinis quæ eſt inter fratres. Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. ſubiicitur in noſtris libris hodie hic verſus: Ἤιδει γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. negat philologus τοῦ ποιητοῦ eſſe iſtum verſum, ſed παρεμβεβλημένον & ſubditicium. Quātum ex Athenæo colligitur, eius appēdicis auctor Ariſtarchius, aut certè propugnator. Aduerſus hūc igitur hæc diſputatio inſtituta eſt. Ait, ἤιδει γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο. anceps eſt verſiculi huius interpretatio. ſi τὸ κατὰ θυμὸν iungas cum ἐπονεῖτο, erit ſenſus quem probauit Dalec. *norat quòd frater cruciabatur animo.* Euſtat. iungit cum ἤιδει, & interpretatur, *norat animo, quòd frater* ἐπονεῖτο, ἤγουν ἐνήργει περὶ θυσίας *parabat ſacra & conuiniū.* Ait, ὥσπερ εἰκὸς εἶναι. Euſtath. & Epit. εἰκὸς ὄν. hæc omnia ex perſona Ariſtarchi dicuntur. Itaque τὸ φησὶν in ſequentibus πότερον γὰρ φησιν ὡς οὐκ ᾔδει τὸν ἀδελφὸν ἑστιῶντα; mutandum videtur in φαίη vel φήσειε. loquitur enim ipſe Ariſtarch. aitque, *Vtrùm dicet aliquis, neſciſſe Menelaum fratrē conuiniū celebrare?* Hinc colligit Ariſtarch⁹, probabilem eſſe verſus de quo quæritur, ſententiam. Addit, καὶ πῶς οὐ γελοῖον, ὁπότε περιφανὴς ἦν ἡ θυσία, καὶ πᾶσι γνώριμος; Prior Ariſtarchi ratio, ad probandum, quòd veriſimile ſit Menelaum reiciuiſſe de cōuiuio, quod ab Agamemnone agitabatur. Ridiculum eſt, inquit, putare ignoraſſe Menelaum rem omnibus vulgò notam. erat enim ſacrificium ſplendidiſſimum, & in eam rem multæ magnæque victimæ mactatæ. Sequitur altera ratio: πῶς δὲ ἂν ἦλθεν εἰ μὴ ᾔδει; *quomodo*, inquit, *ad conuiuium* Agamemnonis *veniſſet* Menelaus, *ſi eum conuiuari neſciſſet?* Ad viſendum ægrum nemo ſe accingit: niſi qui ſciat ægrotare: neq; cœnaturus quiſquam ad alium venit, quin ſciat illū cœnare: quare cùm ad fratem acceſſerit Menelaus vt eius conuiuio intereſſet: ignorari ab eo non potuit, fratrem conuiuium celebrare. Quantū ſit roboris in hoc argumēto, alij videtint, mens quidem Ariſtarchi hęc Hinc diſce, τὸ ἐπονεῖτο, cū Euſtath. exponendū eſſe neceſſariò: nā altera interpretatio ne veniſſe quidem videtur vnquam Ariſtarcho in mentem. Subiicitur, ἢ νὴ Δία παραιτούμενον φησὶν αὐτὸν εἰδώς, συγγνώμονει τῷ (malim τὸ) μὴ κεκληκέναι, καὶ συμπεριφερόμενος ἦλθεν αὐτόματος; *An obſecro hoc dicet? Menelaum qui ſciret fratrem curis variis diſtrahi, veniam ei quòd ſe nō vocaſſet dediſſe, & vt conuiuio illius intereſſet veniſſe inuocatū.* Hęc quoque loquitur auctor ſub Ariſtarchi perſona. Proponitur his verbis eorum ſententia, qui dicebant, Agamemnonem fratris eſſe oblitum: ſed illum nihil offenſum fratris obliuione, veniſſe αὐτόματον. Horum ſententiam poſtea confutat Ariſtarchus. Sed prius quàm ad illa accedimus, obſeruandum eſt verbum elegantiſſimū συμπεριφέρεσθαι: in quo expōendo vtrùm diligentior an infelicior fuerit Dalecāpius, incertū habeo, ita ille, *& cùm huc illuc obambularet, vnà cū cæteris eò perueniſſe.* Nō obſeruauerat vir doct⁹, hoc verbum, quod propriè de corpore dicitur, ſolitum transferri ad animum. Itaq; συμπεριφέρεσθαι dicitur, qui accommodat ſe alienæ voluntati. Æſchines de ementita legatione, τοῖς γὰρ χρηστοῖς συμπεριφέρεσθαι ἀνάγκη πρός τε τὸ κράτιστον καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν πόλιν. Athenæus lib. 14. Ἴωνες δὲ τὸ πολὺ ἀπ' ἤθους ἠλλοίωνται, διὰ τὸ συμπεριφέρεσθαι τοῖς ἀεὶ δυναστεύουσιν αὐτοῖς τῶν βαρβάρων. Hoc ſenſu ſæpe legas συμπεριφέρεσθαι & συμπεριφορὰν apud Clementem Alexandrinum, Epiphanium, Diogenem Laërtium, in Zenone Stoicorum principe. Ex quo lucem facias licet Photio, ſcribenti in excerptis ex Iſidori vita: ὅτι τετυφωμένος ἦν ὁ Ἰσίδωρος, ὅτι δυσόμιλος, οὐδ' ἤγουν τὴν συνήθη συμπεριφοράν. Chryſoſt. in eam ad Titum, τὸ κεφάλαιον τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ἀγαθῶν, γυνὴ ἀνδρὶ συμπεριφερομένη. *Caput bonorum omniū alicuius domus eſt vxor mariti ſui voluntati ſuam accommodans.* frequens verbū apud Simpliciū in Epictetū. Eu ſeb. τοῖς κυκλικοῖς συμπεριφερόμενοι οἱ Ἕλληνες, ἐξετίνησαν τὴν ἀλήθειαν. *Græci poetis Epici cycli*

tycli assensū commodantes, veritatē oppresserunt. Sic ferè accipiendum infra libri septimi initio, vbi iubēte Vlpiano vt sisteretur circumlatio ciborum, reclamans Cynulcus *οὐ συμπεριφέρομαι*, inquit, *ὦ σοφώτατε, nō hoc tibi cōcedo.* Vide caput primū ad illum librum. Septuaginta interdum hoc verbo elegantissimè vsi: vt Prouerbiorum capite 11. Ὁ *μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ κληρονομήσει ἄνεμον.* In prototypo est עכר, quod significat *turbare.* Putarunt 70. עכר בביתו id esse quod aliis verbis dicitur in Panareto c.4. *φαντασιοκοπῶν ἐν οἰκέταις.* atque hanc sententiā cōmodissimè expresserunt verbo Græco de quo loquimur: quo etiam alibi vtuntur, sicut iam diximus, elegātissimè S. Paulus Apostol⁹ hoc sensu vsurpauit verbum *συναπάγεσθαι*, scribens ad Romanos, *μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες, ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι*, hoc est, inquit S. Chrysost. *εἰς τὴν ἐκείνων εὐτέλειαν καταβαίνετε, συμπεριφέρεσθε, συμπεριάγεσθε.* Obseruauim⁹ autem peculiariter de cōuiuiis vsurpari voces *συμπεριφορὰ* & *συμπεριφέρεσθαι.* appellant autem *συμπεριφορὰν*, accessionem ad conuiuiū, quando aliquis vocatur. contrariū est Euseb. *τὸ μὴ ὑπακοῦσαι.* vt lib.6. Μένανδρος ἐν τῇ Ὀργῇ περὶ φίλου λέγων οὐχ ὑπακούοντος γάμων ἑστιάτορι φησίν: item *τὸ παραιτεῖσθαι*, cùm rogatus ad cœnam aliquis excusatione vtitur. Plutarchus in præceptis sanitatis, *ἡ παραίτησις ἂν τὸ δεξιόν καὶ τὸ ἀστεῖον ἔχῃ, οὐχ ἧττον ἔσται κεχαρισμένη τῆς συμπεριφορᾶς.* & sæpi⁹ eodem lib. Idem, Problematū lib. 5. *καὶ τὰ συμπόσια θορυβώδεις εἶχε τὰς συμπεριφορὰς, καὶ τὰς διαλύσεις ταχείας.* sed & simpliciter accipiebant pro ἑστιάσει, vt in eodem libro, *ὅτι ὁ δὲ σὺν καὶ ὁ τῶν φίλων χορὸς ἐν γινομένοις διαγινόμενος ἐν ταῖς συμπεριφοραῖς.* & *συμπεριφέρεσθαι* simpliciter pro interesse conuiuio. initio libri istius, *συνθήκας εἶχε δηλοῦν εἰ δὴ συμπεριενεχθείη δείπνῳ πολυτελεῖ.* vbi rectè Dalecampi⁹, *si quando sūptuosæ cœnæ interesses.* at paulo pòst, vbi de Laconicis cœnis agitur, *ὅτι δὲ καὶ παραλαβὼν αὐτὸν μικρᾷ συμπεριενεχθεῖσι νομίζειν παρασκευάζετο.* turbauit interpretes ista vox. is locus expositus est suprà, capite 9. Sic vsurpat etiam alibi dipnosophista: neque aliter hìc erat capiendū. Diodorus Siculus libro 16. de Eumene: *αὐτὸς δὲ κατὰ τὴν μέθην συμπεριενεχθεὶς τῶν παραληφθέντων τοῖς εἰς τὸ πότον ὁρμήσασιν, ἐνέπεσεν εἰς ἀρρωστίαν.* Ait, Eumenem quòd accommodasset se crebris inuitationibus eorū quos ad cōuiuium suum aduocauerat, in morbū incidisse. Hinc vox elegās *ἀσυμπεριφορος*, qui nō delectatur conuiuiis, neque inuitationib⁹, aut faciem in illis se non præbet: Ptolemæus Tetrabibli lib. 4. *ποιεῖ αὐστηρὰς, ἀόργους, πρὸς συνουσίας ἀσυμπεριφόρους.* Addit deinde, *ὥσπερ ὁ Φιλοσιας ἀλλήλοις ἥκειν, ἵνα μὴ πρωΐας ὑποβλέπωσιν ἀλλήλους, ὁ μὲν αἰδούμενος, ὁ δὲ ὑποφθεῖς* malim *ὑποφθείσας.* *quasi diceret, se venisse inuocatū, ne vbi mane aduenisset, limis oculis se inuicem respicerent, dū alterū puderet, alter quæreretur.* ὑποβλέπειν Terentius, *limis aspectare:* affine apud Suetoniū in Iulio, *vultu minus familiari respicere.* Subiicitur, *ἀλλὰ γελοῖον ἦν ἐπιλαθέσθαι τὸν Ἀγαμέμνονα τοῦ ἀδελφοῦ.* Ita refellit Aristarchus proximè expositam sententiam.

CAPVT XXVII.

Criticorum velitationes explicantur, ἀνάγκη, necessitudo. ἄνοχθος & δύοχθον καλεῖσθαι. ἐπιλαφρονεῖν. τὰ χρηγόνα εἶναι μιλῖς ἀμφιδίας. ἐξάρχειν ἀπεργάζεσθαι. De compositis pronominibus, ἐμαυτὸν, σεαυτὸν, ἑαυτόν.

Athenoclis sententia de Homerico loco, qui in quæstione hìc versatur, non alia, opinor, erat quæ initio in medium allata est ab Athenæo: quare satis illi fuit paucis eius summam nobis exponere. sed præter auctoris *βραχυλογίαν*, accessit à librario obscuritatis alia causa. Non enim diffiteor subobscura mihi esse hæc; *δι' παιδαγωγότερον ἡμῖν φησὶ τὸν Ὅμηρον καταλιπεῖν, ὡς τῆς ἀνάγκης ὁ Μενέλαος οἰκειοτέρας ἔχειν.* scribo *εἶχεν*: & ita interpretor, sapientissimum poëtam reliquisse hoc nobis intelligendum, Menelaum arctiùs iunctum Agamemnoni fuisse, quàm vt esset necesse ipsum vocari. *ἀνάγκη* quam intelligit, est necessitas *τοῦ ἀδελφὸν εἶναι τὸν καλοῦντα*, vt mox loquitur. alij accipiunt pro necessitudine: quæ quidem potior fuit inter fratres quàm inter amicos. nam *ἀνάγκην* ita accipiunt Græci: vt Chrysostomus in eam ad Romanos, *ἡ συγγενὴς φυσικὴ, ὅτι καὶ ἀνάγκης.* Etiam sequentia verba, quibus explicatur Demetrij Phalerei sententia, faciunt mihi negotium: non factura, si adiectis duabus voculis, *καὶ ὅτι*, scribas, *καὶ ὅτι μικρολογίαν ἐμβάλλει τοῖς ἤθεσιν.* iam omnia plana. In versibus Bacchylidis rectè *δύοχθοι*, nec tollendum *τὸ θ.* etsi est ab ὄχη *alimentum.* Errant enim totā viā, qui vertunt *δαῖτας εὐόχθους*, *epulas accessu faciles.* etiam apud Hesiodum *εὐοχθον* exposuerunt eruditiores veterum criticorum, *bene instructus cibis.* cuius vocis eadem est ratio: euphoniæ gratiā litera θ est inserta. Quando ait noster disputans contrà Platonem pro fortitudine Menelai, *ἐφ' ᾧ μόνῳ τῶν στρατευσαμένων εἴρηκεν, Ἐν δ' αὐτὸς κίεν ἧσι προθυμίῃσι πεποιθώς*: non hoc vult, neminem ex omnibus Græcorum ducibus pari elogio affectum esse à poëta nam maiora de aliis ducibus alibi prædicat poëta: sed istud ait, solum esse Menelaum, cui in recensu exercitus singularem quandā pugnandi alacritatem attestetur. Ille Menelai hostis, qui eum vocauit *μαλθακὸν αἰχμητὴν*, Apollo est in sermone ad Hectorem, Iliadis ῥαψ. ρ. Magne incogitantiæ reū facit Platonem his verbis: *τὸ δὲ μηδὲ τὸν στίχον ὃν ἠπάτο τελείως καταλαβεῖν, ἄτοπον.* *absurdè fecit Plato, ait, quod integrum versum, quē reprehēdebat, nō attēdit.* *κατανοεῖν, est animaū, aut oculos adiicere ad aliquid, spectare,* vt mox *κατανοῆσαι*

τὴν οἰ.ίαν. Verum est quod ait Athenæus: nam si venisset Platoni in mentem, Menelaum eo ipso versu quem arguebat, βοὴν ἀγαθὸν dici à poeta, sententiam, credo, mutasset de ignauia quam ei obiicit. Quid hic interpretum hallucinationes indicem? qui etiā in sequentibus mirifici planè sunt, τοῖς ἀνδρειοτάτοις ὁ μηρ☉ εἰώθεν ἐπιφωνεῖν. Lego, εἰώθε τοῦτ' ἐπιφωνεῖν. *hoc elogio soles ornare.* hoc est, solet eos appellare βοὴν ἀγαθὸς. ἐπιφωνεῖν est, ἐπικατηγορεῖν, *cognominare*, aliquid adiicere ad primū & propriū nomen. Eust. βοὴν ἀγαθὸς ἀποκαλεῖ τοῦτε Ἕκτορα καὶ τὸν Αἴαντα, τὸν Διομήδην καὶ ἄλλους ἀνδρείους. In hoc versu ex Aristophanis Vespis, Ὀροφὴν θέασαι, κρεκάδι αὐλῆς θαύμασον, etiā poëtæ illius codices hodie habēt κρεκάδιον. quam tamen vocem neque comici scholiastes, neque vllus omnino veterum grāmaticorum est interpretatus, ac ne retulit quidem in Græcarum vocum censum Eruditissimus Dalecamp. vt liberaret se molestiā quærēdi quid essent κρεκάδια, deprauatā lectionem κρίκα δ' αὐλῆς probauit, & exposuit. Sed non dubitamus falsam esse illam γραφὴν atque ineptam. Apparet ex Athenæi disputatione, & præcedentibus poëtæ verbis, ornamentū aliquod τῆς αὐλῆς, hoc est, *vestibuli*, hoc verbo significari. sonorū fortasse aliquid erat, & inde nominis ratio. Fortasse etiam κρεκάδια leuiter corruptā voce appellarunt τοὺς μικροὺς κρίκους, quasi κρικάδια: sicut κρεβάνον dixerunt pro κραβάνον. Appellant Græci κρίκους anulos. Inter ornamenta θυρωμάτων, fuisse anulos ferreos aut æreos, absurdū nō putem, prǽsertim cùm legere sit apud antiquos τοὺς κρίκους τῆς θύρας, vt apud Hesychium in κορώνη, & Harpocrationem in ῥόπτρον erūt igitur κρικάδια τῆς αὐλῆς, siue τῆς αὐλείας θύρας, *marculi ianuarum vestibularium.* Possumus etiam interpretari de ferreis catenis quibus fores munire moris erat. Lysias, ἐ δυνάμενοι ἐκβαλεῖν διὰ τὰ ἀμφιδέας διέδησε τὴν θύραν. Obseruant antiqui grāmatici, Lysiam ἰδίως appellasse ἀμφιδέας istas catenas ferreas, appellationis causa est, quòd ex anulis constarent inuicē cōsertis. nam ἀμφιδέας exponit Hesychius κρίκους. Herodotus lib. 2. ornamenta sacri crocodili describens, ἀρτήματα λίθινα χυτὰ καὶ χρύσεα ἐς τὰ ὦτα ἐνθέντες, καὶ ἀμφιδέας περὶ τοὺς ἐμπροσθίους πόδας. intelligit circulos aureos quibus seu anulis, moris erat anteriores sacri crocodili pedes exornare. ex eo etiam periscelidas dixerunt ἀμφιδέας. Sed illa foriū munimēta, quæ Lysias appellauit ἀμφιδέας, vulgus, nisi fallimur, κρικάδια aut κρεκάδια nuncupabat. hoc enim obscurè innuere videntur Græci magistri, cùm ἀμφιδέας Lysiæ dici scribunt, quæ aliis dicerētur aliter. Σπουδοποιεῖσθαι pro ποιεῖν vel εἰσάγειν σπουδοποιουμένους vsurpauit in istis, καὶ σπουδοποιεῖταί γε τοὺς δαιτυμόνας. similia his ad Theophrastum olim notabamus. Quod mox de Amphictyonis inuento temperandi vinū sequitur, quò pertineat subobscurum est. Spectat autem eò, ne quis miretur quod postea dicit, Homerum varia temperamenta vini habuisse nota. Cur enim hoc miremur, cùm τῆς τοῦ οἴνου κράσεως inuentor sit Amphictyō, quem ante Iliaca tempora Thebis regnasse nemo dubitat: Scribo mox, ὅρα γὰρ ἐπὶ κῶμον Ἀλκιβιάδην ὡς ἀσχημονεῖ. non ἐπὶ κῶμον. hiat enim sententia quæ illo modo τελέσται eleganter. Etsi autem Athenæo assentior, Aristarchi licentiam in recēsendo poëta castiganti: tamen quod adeò contendit, non posse τὸ ἐξάρχειν de saltatoribus dici, parum esse firmū, iudico. Illud verò manifestò falsum, τὸ ἐξάρχειν τῆς φόρμιγγ☉ esse ἴδιον. Periti sermonis Græci sciunt, verbum hoc de omnibus promiscuè dici posse, qui faciendi, aut dicendi, aut canendi exemplum aliis præbent, vt in choro facit ὁ κορυφαῖ☉, inter remiges pausarius. sic βουλῆς ἐξῆρχε νέοιο de eo dixit Homerus, qui princeps curiā exibat, & βουλὰς ἐξάρχειν, præire concilio vel senatui ad nouas sententias: quod alij dicunt, γνώμην εἰσφέρειν. Lycophron, στρομβεῖον τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον. Scripsimus, Διόδωρ☉ δ' ὁ Ἀ εἰσαγωγεῖ☉ ὅλον τὸν γάμον περιεγράψατο παίζων σφῶτας ἡμέρας εἶναι. vulgata scriptura, quam secuti interpretes, περιεγράψατο παίζων, vere διὰ παίζειν ἡμᾶς: est enim ridicula. Eustathius nobiscum legit, & τὸ περιγράφειν interpretatur ἀθετεῖν, ἐκβάλλειν, reiicere vt alienum aut adulterinum. Plutarchus lib. 2. de Alexandri fortuna scribit, Philoxenum cùm sibi liber ad emendandum esset traditus. εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὅλον μέχρι τῆς κορωνίδ☉ περιγράψαι. id est. *vnâ litura emendasse*, vt loquitur Martialis. Inde est περιγραφὴν μετὰ τινὸς pro mutari & antiquari. Tatian. μετὰ δὲ Ἰάκχον ὅτι Φορωνέως μόγις τῷ θηριώδους βίῳ καὶ νομαδικῷ περιγραφὴ γέγονεν. Porrò mentem huius loci pluribus explicat Eustathius: vnde licet petant studiosi. Etiam quod ait Athenæus, in Homeri versu scribi debere κατ' αὐτοὺς, non κατ' αὐτοὺς, quia ἑαυτοὺς λέγειν sit σολοικόν: diligenter expositum ab eodem Eustathio, quarto in Odysseam commentario. Tractat eandem quæstionem Apollonius Alexandrinus lib 2. c. 19. Vult Athenæus, κατ' αὐτοὺς scribi debere non καθ' αὐτοὺς. id significare καθ' σφᾶς αὐτοὺς: esse enim pronomen simplex pro composito, aut vt meliùs dicam: poeta more suo, pronomine vno duorum loco est vsus. composita apud Homerum non leguntur, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ. sed pro illis dicit, ἐμὲ αὐτόν, σε αὐτόν, ἓ αὐτόν: aut simpliciter αὐτόν, omisso altero pronomine. similiter in plurali nunquam dixit ἐμαυτοὺς, σεαυτοὺς, ἑαυτοὺς: sed ἡμᾶς αὐτοὺς, ὑμᾶς αὐτοὺς, & σφᾶς αὐτούς. propterea pronuntiat auctor, in voce ἑαυτοὺς solœcismum inesse: secutus eorum sententiam, qui composita ista pronomina pluralia damnabant: non solùm quòd Homerus Hellenismi canon certissimus, illa esset aspernatus: verùm etiam quia eorum compositio ratione caret, contra analogiam recepta. nam ἑαυτὸν quidem in, ἓ αὐτὸν dissoluas rectè: at ἑαυτοὺς non potes. Interpretum magna hic ἀμαρ-

ἐμπία

εἰμνία. Incerti auctoris verba sunt, de hyporchematis loquentis, Κρῆτα μὲν (vel μιν) καλέουσι τρόπον. τὸ δ' ὄργανον Μολοσσόν. organum Molossum appellat, tibias aut aliud Musicum instrumentum, conueniens Molossicæ ἐμμελείᾳ, siue modulationi (τρόπον vocat poëta) de qua libro decimoquarto.

CAPVT XXVIII.

Explicantur criticæ censuræ ab Athenæo relatæ super aliquot Homeri locis. ἀκροάματα. δειπνήσαι. κεχρημέναι τὰ συμπόσια.

NON constitueram immorari in criticis censuris, quæ referuntur in fugitiuo isto excerpto. quia tamen nō parum obscuritatis verba Athenæi habent, summam disputationis totius paucis complectemur. Initio obseruandum est, deuenisse philologum Naucratitam in hunc sermonem occasione istâ. Instituerat docere, Homerum non vnum aliquod descripsisse in poëmatis suis conuiuium, sicut fecerunt postea philosophi multi: sed varia ac diuersa, quemadmodū diuersa sunt hominum ingenia & differentes mores. Hanc diuersitatem morum expressit poeta. Hinc est, ait, quòd acromata parciùs alibi introducit in cœnationes, tanquam ἀσύμματα δαπνός, non vt toti in iis sint conuiuæ: alibi inter præcipuas & summas conuiuantium voluptates inducit cantores & alios rerum musicarum peritos. Huius generis conuiuiorum exempla esse ait; in illis quæ apud nequissimos procos & delicatissimos Phæacas agitātur: temperatorum in iis quæ apud Nestorem & Menelaum. Hæc vbi dixit, occurrit obiectioni, quam sciebat fieri sibi posse ex libro quarto Odisseæ: nam eo loco, narrante poëtâ nuptiales epulas filij filiæque Menelai, non prætermittuntur voluptates id genus. Respondet Athenæus, versus illos quibus hoc dicitur, fraude Aristarchi collocatos ibi esse, ex Iliad. ρα.ψ.σ. translatos, vbi suus est illis locus. Versus de quibus loquitur sunt hi: leguntur enim hodie in omnibus codicibus ita planè vt editi sunt ab Aristarcho. Ὣς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα, & qui sequuntur quatuor alij. Quid Aristarchum impulerit in hanc sententiā, declaratur his verbis: οὐ συνιέντες οἱ περὶ Ἀρίσταρχον ὅτι συνεχὴς ἔσται τῆς ἑστιάσεως καὶ τῶν ἀκμαίων ἡμερῶν παραλελυθυιῶν, ἐν αἷς παριλήλυθε μὲν ἠγαμημένη πρὸς τὸ νυμφίον, τέρας δ' εἶχεν ὁ τοῦ Μενελάου γάμος. αὐτοὶ δὲ μονάζοντες δειπνοῦντο, ὅ, τε Μενέλαος καὶ ἡ Ἑλένη. videtur scribendum, οὐκ ἔτι συνεχὴς οὔσ. Hoc vult: Aristarchū, quòd initio quarti Vlyxeæ legisset, inuentum esse Menelaum à Telemacho δαινύντα γάμον, falsò putasse, durasse adhuc conuiuiū nuptiale: quod ne ieiunè nimis à poëta videretur descriptum, versus illos quinque huc infersiit, queis celebritas nuptialis describebatur in armorum Achillis fabrica. Sed fallus est iudicij iste criticus: cùm adueniente Vlyssis filio, iam præterisset eius solennitatis ἀκμὴν, & noua spōsa in mariti manum conuenisset, domum deducta; iamque Menelaus & Helena soli agerent. Deinde rationes aliæ sequuntur aduersus hanc Aristarchi censuram: quòd contra disciplinam Spartanam foret, si à Menelao essent acroamata inducta: quòd poëta cantoris nullum nomen ponat, vt solet alibi, neque cantilenæ quam canerent. postremò, quòd non sit probabile Vlyssis & Nestoris filios ita rusticos fingere voluisse poëtam, vt eos nihil planè afficerent acroamata: sed iis neglectis in contemplatione domus animi mentem occuparent. Tam multis argumentis obruitur emendatio Aristarchi. cui etiam obiicitur error contra Hellenismum admissus, quando ita scripsit:

—μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς
Φορμίζων· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

Debuerat scribere, inquit, censor noster, ἐξάρχοντος vt referretur ea vox ad cantorem: nam vt ἐξάρχειν dicantur κυβιστητῆρες, hoc censet Athenæus esse contrarium Hellenismo, de quo diximus superiore capite. Ab hac Aristarchi sententia longè recessit Diodorus grammaticus sectæ Aristophaneæ, cuius obiter recensetur hîc iudicium super Homeri isto loco. Censui hic, inducendos esse omnes illos versus, qui initio libri quarti nuptias inducunt. Atque huius iudicio si stemus, ita concipiendum eius rhapsodiæ principium.

Οἱ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν.
Πρὸς δ' ἄρα δώματ' ἔλων Μενελάου κυδαλίμοιο.
Ὣς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα
Γείτονες ἠδὲ ἔται Μενελάου κυδαλίμοιο
Τερπόμενοι· μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς,
Φορμίζων· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε καθ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

Mira verò critici licentia, qui duodecim ipsos versus περιγράφειν & obelisco notare non dubitauerit, vnico nixus argumento: quòd probabile non esset, locum tam illustrem de nuptiis duorum Menelai liberorū, adeò negligenter transsiliturum esse optimū poëtam. Respondet noster paucissimis verbis, nescisse Diodorum ista verba, Τὸν δ' εὗρον δαινύντα γάμον, rectè capere. malè enim putauit aduenisse Telemachum inchoatâ solùm nuptiali solennitate: quę ex poëtę mente debuit intelligi iam finita atque peracta. Præterea, inquit Athenæus, solœcismi genus est καθ' ἑαυτοὺς apud poëtā scribere, vt voluit Diodorus, caussam ante exposuimus. Hactenus triū criticorum Aristarchi, Diodori, & Athenæi velitationes super principio quartæ Odysseæ retulimus: sequitur iam alia reprehensio Aristarchi. Ait Athenæus. ἀλλὰ καὶ τῷ Κρητικῷ χορῷ τοὺς ᾠδὸν ἐξεῖλεν, ἐπιτιμῶν τὰ ποιήματα τὸν τρόπον τοῦτον.

Πολλὸς δ' ἱμερόεντα χορὸν περιίσταθ' ὅμιλος,
Τερπόμενοι· δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς
Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσους.

Etiam ex hoc loco licet colligere, nostros hodie codices Homeri, ad editionem Aristarchéam magna ex parte fuisse emendatos. ita enim scribitur hodie in omnibus exemplaribus iste locus. Atqui clarè hîc indicat noster, alias editiones præter Aristarchéam, post vocem τερπόμενοι, hæc verba agnouisse, μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς φορμίζων. Aristarchum, quòd ista sustulerit, Athenæus exagitat, affirmans eâ lectione receptâ, ἀνιατον γίνεσθαι παντάπασι τὸ ἐξάρχοντες, μηκέτι δυναμένης τῆς ἐπὶ τὸν ᾠδὸν ἀναφορᾶς σώζεσθαι. Antè reprehendebatur Aristarch⁹, quod ἐξάρχοντες male scripsisset pro ἐξάρχοντος. nunc longè grauius peccasse dicitur, cùm sublato versu qui nomen ᾠδοῦ continebat, nihil reliquerit quò possit τὸ ἐξάρχοντες referri. hoc illud est quod vocatur τὸ ἀνίατον: incommodum tantum cui par medicina reperiri non queat. Verte sic, *vt seruari nullo modo possit* τὸ ἐξάρχοντες: *Cùm referri id iā non possit ad cantorē.* Proxima etiam verba, ὅτι δ' οὐ πιθανὸν ἀκρόαμα παρὰ τῷ Μενελάῳ τυγχάνειν, verte, *Quòd autem probabile non sit, fuisse apud Menelaū cantorē.* ἀκρόαμα, *ipse qui auditur, cantor.* Quoties huius erroris admonuimus eruditum interpretem? nam quòd superiùs expositas criticorū disputationes non curauerit intelligere, minùs miror. Ait, περσικύπτειν πρὸς τὸν Πεισίστρατον. respicit hunc versū, ἄγχι σχὼν κεφαλὴν ἵνα μὴ πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι. Videam⁹ verò an ita scripta sint ab Athenæo quæ proximè sequuntur, τῶν σκευῶν ἐξεπτοημένον, *pro in vtensilium admiratione defixus.* Ac videtur τῶν σκευῶν subauditâ voce ἕνεκα, ferri posse: etsi duriusculum est, pro ἐπὶ τοῖς σκεύεσι. at ἐξεπτοῆσθαι pro ἐκπλήττεσθαι & vehementiùs affici, è triuio petitū non est. Sic loquitur & alibi. Ait, παρὰ δ' Ὁμήρῳ κεκρότηται τὰ σώφρονα συμπόσια. doctus interpres κεκρότηται vertit, *plausu celebrātur.* sanè id Græca dictio sonat, sed existimo positum κεκρότηται pro συγκεκρότηται, *coeūt, agitātur.* sic enim Græci loquuntur vsitatiùs: vt Chrysostomus in eam ad Romanos, καὶ μάλιστα τοῖς τὰ φιλικὰ συγκροτοῦσι συμπόσια. Aristides in Apologia, εἰ μὴ ἄρα ἐν τῷ Ἠλυσίῳ πεδίῳ τὸ συμπόσιον συγκεκρότητο. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ etiā in hanc partem, vt sæpe dixi, fugitiuam, & alienas sedes occupantem, propriis relictis: pertinet enim ad librum quintum.

ISAACI CASAVBONI

Animaduersionum in Athenæi Dipnosophistas,

LIBER QVINTVS.

CAPVT PRIMVM.

Libri huius argumentum. πανδαισία. Vinum ad conciliandas amicitias valere. φιλέταιρα δεῖπνα. Locus Aristotelis illustratur. φιλεταιρικῶς φυσᾶν ἑαυτούς. thiasi & τὰ ὀργεωνικά. Diogenista, & similes conuentus.

QVINTVS liber nihil ferè aliud nisi Masurij Iurisconsulti viri longè doctissimi sermones continet. Initio de Homericis cōuiuiis agitur: deinde aliquot μεγαλοπρεπῶν καὶ φιλοδόξων regum luxus describitur: postremò cùm alij philosophi multorum vitiorum: tum etiam falsi arguitur Plato non vnius. Hæc capita præcipua sunt huius libri. Nunc auctoris verba expendamus. Ἀλλ' (φησί), inquit, πολὺς ἤδη λόγος συμποσίων πεπλήρωται, ὦ Τιμόκρατες, ἐν τοῖς πρὸ τούτων. Malim ἤδη ὁ λόγος & de quarto tantùm libro hæc interpretor. Is solus liber verè λόγος συμποσίων, vel περὶ συμποσίων dici queat. Primus non item: multò minùs secundus ac tertius: in queis de cibis non de conuiuiorum ratione aut modo est actum. Notemus verò etiam & etiam sequentia verba: παραλιπόμενοι δὲ αὐτῶν τὰ χρησιμώτατα, καὶ οὐ βαροῦντα τὴν ψυχήν, ὠφελοῦντα δὲ καὶ τρέφοντα κατὰ πανδαισίαν, ἅπερ ὁ θεῖος Ὅμηρος παρεισήγαγε, clarissimè auctor significat, nihil hactenus dictum esse de Homericorum cōuiuiorū ratione. Obsecro, poteratne clariùs demonstrari, non pertinere ad librum superiorem quæ inde auellenda atque huc transferenda esse dicebamus? Quod autem obiicere aliquis possit, etiam lib. 1. de Homericis conuiuiis tractatum esse: huic obiectioni iam responsū est. non enim superiores omnes libros, sed proximum tantummodo respiciebat auctor, cùm hæc scriberet. Verte ista, ὠφελοῦντα δὲ καὶ τρέφοντα κατὰ πανδαισίαν, *sed quæ iuuant* animum, *& alunt instar epularum omni ciborum genere instructarū.* πανδαισία est, vt explicant veteres, ἡ πολυτελὴς τράπεζα καὶ παντοδαπὰ ἔχουσα ἐδέσματα. vel, ἡ πάσαις αἰσθήσεσιν ἡδονὴν παρέχουσα εὐωχία: quæ explicationes

tiones isti loco optimè conueniunt: neq; enim is est sensus quem exprimit Dalecampius. Pari elegantiâ dixit Gregorius Nyssenus, priore in Psalmos commentario: Καιρὸς δ' ἂν εἴη καὶ αὐτὴν ἤδη τὴν τῶν ἀρετῶν παιδευσίαν κατανοῆσαι τῷ λόγῳ. Lege cum nostris codd. δοκεῖ γὰρ ἔχειν πρὸς φιλίαν τι ὁ οἶνος ἑλκυστικόν: non πρὸς φιλοσοφίαν, vt scriptum in Excerptis offendimus, & Eustathio. Absurdum dictu est, vini potu fieri homines ad studia philosophiæ proniores. deinde vt hoc maximè verum esset, quid ad institutum sermonem? Quantum valeat liberior vini potus ad conciliandas amicitias, nemo ignorat qui illas saltem δεξιώσεις & manuum complosiones nouerit, quibus publica populorum vino deditorum diuersoria perstrepant, vbi semel hospitibus liberaliore vini haustu præcordia incaluerunt. Sed legendum esse φιλίαν, vel hic Libanij simillimus locus euincat, in de Fortuna sua: δεινοὶ γὰρ δὴ οἱ κύβοι καὶ τὰ μέχρι μέθης συμπόσια φιλίας ἰσχυρὰς κεράσαι. Plutarchus elegantissimè vt semper, initio libri 4. Sympos. αἱ μὲν, inquit, τῶν παλαιόντων ἐπιβολαὶ καὶ ἕλξεις κονιορτοῦ δέονται. ταῖς δὲ φιλικαῖς λαβαῖς ὁ οἶνος ἀφὴν ἐνδίδωσιν, μιγνύμενος λόγῳ. Post ista, ὥσπερ οὐδὲ πρότερον ἠρώτων ὅστις εἴη, ἀλλ' ὕστερον: in Epitoma erant hæc adiecta, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ Βελλεροφόντου ξενισμένου τῷ Ἰοβάτῃ: quorum tamen in antiquis Athenæi exemplaribus nullum patet vestigium. Sed voluit Eclogarius Athenæi obseruationem exemplo illustrare. Locus autem est quem innuit, in septimo Iliadis: vbi canit poëta, decimo demû die Bellerophontem quis cuiásve esset, fuisse interrogatum. Etiam in Odysséa sic Telemachum Menelaus affatur.

Σίτου θ' ἅπτεσθον καὶ χαίρετον: αὐτὰρ ἔπειτα
Δείπνου πασσαμένω εἰρησόμεθ' οἵ τινές ἐστον.

Nollem à viro docto factum, vt φυλετικὰ δεῖπνα mutaret in φιλετικὰ aut φιλικὰ, vbi scriptum est rectè, οἱ νομοθέται τά τε φυλετικὰ δεῖπνα καὶ τὰ δημοτικὰ προσέταξαν. Nollem etiam προσέταξαν vertisset, *permiserunt*, quasi interesset nihil inter iubere & permittere. Atqui φυλετικὰ δεῖπνα, etiam imperabant leges Atheniensium: sicut ex oratione Demosthenis contra Midiam, & scriptoribus aliis constat liquidò: & aiunt Græci τοὺς τῶν φυλῶν ἑστιάτορας alios fuisse ἐθελοντὰς, alios κληρωτούς: quibus necessitas imposita præbendi epulas suis tribulibus, id est, τοῖς ἑαυτῶν φυλέταις omnibus. Ad hæc tribulium conuiuia allusit philosophus initio Elenchorum. τὴν ἕξιν, ait, οἱ μὲν ἔχουσιν εὖ· οἱ δὲ φαίνονται, φυλετικῶς φυσήσαντες καὶ ἐπισκευάσαντες ἑαυτούς. *habitû corporis alij bonû habent: alij videtur, cùm seipsos more tribuû sufflarint, & refecerint studiosè.* Quid est more tribuû φυσᾶν ἑαυτούς? Olim Athenis, quando ad celebrandam aliquam publicam solennitatem conueniebant, magna inter tribus de victimarum præstantia, & choragij totius magnificentia, æmulatio fuit ac contentio. Itaque naturali victimarum altilium habitudine non contenti, artem adhibebant, quò pinguiores & opimiores viderentur. Incisâ bobus cute spiritum arûdine in viscera immittebant, pinguescere eos hac ratione autumantes, vt narrat philosophus Histor. lib 8. cap. 7. & ex eo Plinius libro 8. cap. 45. hæc verò adulterina erat, non genuina εὐεξία. ideò philosophus eos qui bonam valetudinem non habent, sed arte simulant atq; ementiuntur, elegantissimè ait φυλετικῶς φυσᾶν ἑαυτούς. quod vt diximus, victimis tribuum propriè conuenit. Eius autem æmulationis quam narrauimus, insigne apud Theocritum exemplum, in his versibus ex idyllio quarto.

Αἴθε δὲ μὴ χ' ὁ ταῦρος ὁ πύρριχος ὧδε λάχοιεν
Τοὶ τῶ Λαμπριάδα, τοὶ δαμόται, ὅκκα θύωντι
Τᾷ Ἥρᾳ τοιόνδε· κακοχράσμων γὰρ ὁ δᾶμος.

Battus optat, vt οἱ Λαμπριάδαι φυλέται, (id est Lampriæ tribus cui nō fauebat) macram & vescam hostiam sortiantur sacra Iunoni facturi. Amphis poëta de gingra, recèns inuento, —διὰ τί δ' οὐκ ἄγεις εἰς τὸν ὄχλον αὐτόν; διότι φυλὴν περιμένω σφόδρα φιλομουσοῦσαν λαχεῖν τινά. Porrò δεῖπνα φυλετικὰ & δημοτικὰ aliquando idem significant. Nam in publicis sacris & δημοτελέσιν ἑορταῖς vt loquuntur Græci, vniuersus populus cõueniebat, distinctus diuisúsque tributim: sed & propria sacra & conuiuia singulæ tribus habuerunt, nec multum ab istis differebant τὰ φρατερικὰ, de quibus ad Theophrastum olim notauimus. Thiasi & τὰ ὀργεωνικὰ conuiuia propria collegiis erant, ad peculiarem alicuius deorum cultum institutis. Diogenistæ, Antipatristæ, & Panætiastæ appellati sunt, qui stato anni die Diogenis, Antipatri & Panætij nobilium philosophorum memoriam celebrarent. At qui diem Epicuro sacrum similiter agitabant, non Epicuristæ, sed εἰκαδισταὶ vocabantur: cuius nominis rationem alibi exposuimus ex Diogene Laërtio. vnde etiam illustrabis quod de Theophrasto mox dicitur, κατέλιπε δὲ καὶ Θεόφραστος εἰς τὴν τοιαύτην συνουσίαν χρήματα. respicit Athenæus ista verba ex Theophrasti testamento: τὸν δὲ κῆπον καὶ τὸν περίπατον, καὶ τὰς οἰκίας τὰς πρὸς τῷ κήπῳ πάσας δίδωμι τῶν γεγραμμένων φίλων ἀεὶ τοῖς βουλομένοις συσχολάζειν, καὶ συμφιλοσοφεῖν ἐν αὐτῷ, & quæ sequuntur deinceps. Scribe, ἀλλ' ἵνα τὰς κατὰ τὸ συμπόσιον λογικὰς συμφρ. & πνευ. διεξάγωσιν. ita rectè Epitoma.

CAPVT II.

Οἱ περὶ πρύτανιν. Mos Atheniensium, vt prytanes vnà quotidie cibum sumerent. Aristotelis liber. Νόμοι συμποτικοί. συνουσιάζειν, vnà esse. βραδυτὴς ἀναισθησία, aut potiùs ἀροσκή. Superstitio veterum in mentione rerum tristium. Epicuri imperitia. Attica figura plura exempla.

Συνδειπνοῦσι δ' ὁσημέραι οἱ περὶ πρύτανιν σώφρονα καὶ σωτήρια τῶν πόλεων σύνδειπνα. *Solebât & prytanes quotidie agitare cõuiuia modesta & suis ciuitatibus*

salu

ſalutaria. οἱ περὶ πρύτανιν, nō ſūt *qui in prytaneo alebātur*, vt putarūt: ſed ſummus prytanis cum ſuis collegis, & adſeſſorib⁹ qui Remp. curabant. De Græcarū vrbium prytanéis fusè diximus lib. vII. Athenæus ait τοὺς πρυτάνεις vnà quotidie cibum ſumſiſſe: quod hodiéque & Argentinæ, & in multis aliis Germaniæ vrbibus obtinet: annui enim conſules in loco publico ſingulis diebus prandent. Πρὸς γοῦν τούτῳ συμπόσιον φησὶν ὁ Δημοσθένης ἀπηγγέλθαι τὴν Ἐλατείας κατάληψιν. Dalec. legit ἀπηγγέλθαι, & actiuè eam vocem interpretatur. non enim animaduertebat, ſequentia verba, ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν, &c. Demoſthenis eſſe non Athenæi. Vertendum erat, *Sanè ad huiuſmodi conuiuium narrat Demoſthenes allatū eſſe nunciū de capta Elatêa. Veſpera*, inquit, *erat: venit aliquis nuncians prytanibus occupatam eſſe Elatêam.* Sequitur apud Demoſthenem, καὶ μετὰ ταῦτα οἱ μὲν εὐθὺς ἐξαναστάντες μεταξὺ δειπνοῦντες. quæ videntur ab Athenæo fuiſſe deſcripta hoc loco: alioquin parum ab illo fuerit probatum quod voluit demonſtrare. Ἀριστοτέλους συμποτικοί τινες ἦσαν νόμοι: *ferebantur olim*, inquit, *leges quadam conuiuiales.* In catalogo librorum Ariſtotelis, qui apud Diogenem Laërtium legitur, inuenias νόμους συσσιτικούς. quod an huc pertineat quæſtionis eſt. Fortaſſe enim ſcribendum in codice Laërtij, Νόμοι συμποσιακοί. quod idem fuerit ac συμποτικοί. Ariſtophanes, φεσομένδαν συμπότικὸς εἶναι καὶ συμποσιακός. quod Latinis, *vnà eſſe*, (vt, *vnà hodie ſimus volo.*) Græcis, συμποσιάζειν. Οὐ χρὴ συμποσίοισι φίλους ἀπέχεσθαι ἑταίρους. Lego συμποσίοιο. nam συμποσίοισιν ἀπέχεσθαι excuſari non poteſt. Ἰνὼ δὲ τὰ τῇ ἑτέρᾳ ἐξειργάζετο. *Ino ab altera parte conficiebatur.* videtur poëta locut⁹ de Inus metamorphoſi, cùm in marinam deam Leucothéam ſiue Matutam eſt mutatā. καθάπερ ἐν ὀξυτελεῖ λέγων Ἀριστοτέλης. Diuinandum eſt, ait auctor: cùm Epicuri Conuiuium legas, quî fiat, vt repentè aliquis poculum manu tenens, quæſtiones proponat, non ſecus ac ſolitus facere Ariſtoteles in ſchola inter diſcipulos. poſt vocem Ἀριστοτέλης diſtinctio ponenda eſt: nam in ea voce abſoluitur ſententia. ſequenti periodo aliquid deeſſe clarum nimis. Scribo, ὅς γε ἄλουτον καὶ κονιορτοῦ ἥκειν πλήρη τινὰ ἐπὶ τὸ συμπόσιον. ἀπρεπὲς εἶναι φησίν. quaſi auctor dicat: qui quidem philoſophus adeò alienus fuit à moribus & ruſticitate Epicuri, vt contrà facere eum indecenter pronunciet, qui illotus & pulueris plenus ad conuiuium acceſſerit. Athenæus libro 4. ἀπρεπὲς γὰρ ἦν φησιν Ἀριστοτέλης, ἥκειν εἰς τὸ συμπόσιον σὺν ἱδρῶτι πολλῷ καὶ κονιορτῷ. τοῦτο γὰρ ὡς ἀληθῶς βρωτικῆς ἐστιν ἀναισθησίας τὸ συμπόσιον. Legendum cū Hœſchelij Excerptis, ἀγροικῆς, non βρωτικῆς. Heſiodéum inquit, præceptum, quo iubet vt vicinos potiſſimùm inuitemus & menſæ noſtræ honore dignemur, conuiuia coëgerit ſtupidorum re vera aratorum: cui hominum generi verſus ſuos Aſcræus poëta canebat. ideò ait, ὡς ἀληθῶς. Prouerbij ſpeciem habet ἀγροικῆς ἀναισθησίας: nam rudes & ab omni cultu alienos vocabant aratores aut meſſores vel foſſores, vt Strabo non ſemel aliique ſcriptores. ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης τεσσαρίσεως ἰδόντων. Hìc erat locus nigro theta Nam corruptam eſſe vocem ἰδόντων non dubiū. Lego, ἄλλον δ' ἀπ' ἄλλης τεσσαρίσεως διδόντος. Cæterùm deeſſe aliquid arguunt præcedentia. illam enim periodum quæ incipit ὁ μὲν Πλάτων, ſequi debebat omnino membrum ita inchoatum, ὁ δὲ Ξενοφῶν. Notemus ergo vitium & labem exemplarium etiam antiquiſſimorum. deſiderantur aliquot ſaltem verſus, quibus exponebatur quales induxerit in ſuum Sympoſium conuiuas Xenophon. Atque huc pertinent illa verba initio fugitiuæ partis, ὁ δὲ Ξενοφῶν καὶ τινας ἰδιώτας συνανέμιξε. vbi repetendum ex ſuperioribus τοῖς σπουδάζουσι. *Xenophō ſeria tractantibus nonnullos immiſcuit idiotas.* appellat ἰδιώτας Philippum τὸν γελωτοποιόν, & illum comiſſatorem Syracuſanum, qui aduenit cum tibicina & ſaltatrice, Πάλιν Ἐπίκουρος ἐν τῷ Συμποσίῳ ζητεῖ περὶ δυσπεψίας ὥστ' οἰωνίσασθαι εἶθ' ἑξῆς περὶ πυρετῶν. *Præterea quærit Epicurus in Cōuiuio ſuo de cruditate. vt ex eo liceat ominari: deinde* quærit *de febribus.* Veterū ea ſuperſtitio fuit, vt rerum malè ominatarum mentionem ſuper cœnā fieri nollent, aut factam abominarentur. Huiuſmodi res ſunt, cruditas, febris, incendiū. de duobus prioribus teſtatur hîc Athenæus. de incendio Plinius, lib. 28. c. 2. *Incendia inter epulas nominata, effuſis ſubter menſam aquis abominamur.* Iunge hîc quæ dicebamus lib. I. cap. II. τὴν μὲν γὰρ ἐπιτρέχουσαν τῇ λέξει ἀρρυθμίαν τί δεῖ καὶ λέγειν; *nam dictionis quā Epicurus vtitur incōcinnitatem quid attinet dicere?* Epicurū neſciſſe Græcè loqui, probauimus alibi multorum ſcriptorum teſtimoniis. In exprimenda voce ἀρρυθμία, fruſtra laborauit Dalecampius: non enim id auctor voluit quod ille dixit. Πλάτων δὲ τὸν μὲν ὑπὸ τῆς λυγγὸς ὀχλούμενον. Totus locus concipiēdus eſt aliter quàm vulgò editur. Scribe, Πλάτων δὲ, (τὸν μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς λυγγὸς ὀχλούμενον καὶ θεραπευόμενον ἀνακογχυλιασμοῖς ὕδατος, σὺν ταῖς ὑποθήκαις τοῦ ῥαφῆς, ἵνα τὴν ῥῖνα κινήσας πτάρῃ, παρίημι· κωμῳδεῖν γὰρ ἤθελε καὶ διασύρειν) χλευάζει τὸν Ἴωνα. &c. Planiſſima iam ſunt omnia. Platonis loc⁹ ita habet. Ariſtophanes cùm ad ipſum vices ſermonis veniſſent, ſingultu impeditus verba proloqui, Eryximachum medicū duo rogat, & vt ſuas partes obeat, & vt ſe ſingultu liberet. vtrumq; ille concedit. Præcepta autem ſedandi ſingultus hæc ſunt: ἐν ᾧ δ' ἂν ἐγὼ λέγω ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχοντι πολὺν χρόνον παύεσθαι ἡ λύγξ. εἰ δὲ μή, ὕδατι ἀνακογχυλίασον. εἰ δ' ἄρα πάνυ ἰσχυρά ἐστιν, ἀναλαβών τι τοιοῦτο οἵῳ κινήσαις ἂν τὴν ῥῖνα πτάρε. quæ verba ſic vertimus: *Interea dum ego loquar, ſiquidem ceſſauerit ſingultus, ſpiritum longo tempore cohibenti*, bene erit: *ſin minùs, aquā fauces collue: quòd ſi admodū vehemens ſit, ſume aliquid eiuſmodi quo nares moueas, & ſternuta.* Expreſſimus figuram

Atticam, quæ Platonis verba eius interpretibus obscura reddidit: deest enim aliquid antè εἰ δὲ μή. Atq; hoc loquendi genere etsi plurimùm vsi Attici, propriè tamē medicis, vt hic fuit qui ista pronuntiat, videtur conuenire. Hippocratem certè plurimum eo vti obseruabamus. Περὶ διαίτης ὀξέων scribit Cous senex, καὶ ἢν μέν σοι ἐπιδιδῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον· εἰ δὲ μὴ, προαγγέλλειν id est, *ac siquidem meliùs te habere cœperis*, bene est: *sin minùs, medicus præmonendus*. Iterū eodem libro, κἢν μὲν ἱκανῶς ἔχῃ. ἢν δὲ μὴ, εἰ ἐλλείπῃ, ὀπίσω ποιέειν ταὐτά. vbi notabis illa εἰ ἐλλείπῃ. prorsus non necessariò ab Hipocrate adiecta, vt multa sæpe apud optimos scriptores: aut ex glossa fortasse orta. Idem auctor libro secundo de Morbis, Καὶ ἢν μὲν τοιαῦτα ποιοῦντι ὑγιὴς γένηται· εἰ δὲ μὴ, &c. hoc est, *quod si tibi talia præstanti, sanus euaserit*, bene habet: *sin minus*. Ita vertendum, nisi legas ποιήσας, quod doctis placet: meo quidem iudicio sine caussa. Idem, de Superfœtatione, Καὶ ἢν μὲν ἀπὸ τῆς πυελίης ἀποχωρέῃ· εἰ δὲ μή. Libro de Diæta, ἢν μὲν οὖν ἐν ταύτῃσι παύσωνται· εἰ δὲ μὴ, πτισάνης χυλῷ θερμῷ διαιτᾶσθαι. de Fistulis, Ἢν μὲν οὖν ἅμα τῇ νόσῳ παύηται· φιλέει γὰρ ὡς τὰ πολλὰ οὕτως γίνεσθαι· εἰ δὲ μὴ, δίδου φαρμάκιον. Tot locis apud diuinum virum figuram hanc adnotauimus. Alibi solet idem, quod desideratur in istis exemplis adiicere: putà, ταῦτα ἄριστα. vt de Mulierū morbis, ἢν μὲν δυνατὸν ᾖ εἴσω ἀπῶσαι ἄμφω, καὶ διατρέψαι τὸ ἔμβρυον, ταῦτα ἄριστα· εἰ δὲ μὴ οἷόν τε ᾖ, &c. vel ἀρκείτω. vt de Fistulis, Καὶ ἢν πρὸς ταῦτα ἀπαλλάσσηται τῆς ὀδύνης, ἀρκείτω. ἢν δὲ μὴ, πίσαι τὸ μηκώνιον. Est & illud Hippocraticum non minus quàm Atticū genus loquendi, quo vti facit Eryximachum Plato, ἐὰν ἐθέλῃ παύεσθαι ἡ λύγξ. Sed ad nos redeamus & nostrum pensum. Igitur ex adscriptis Platonis verbis patet, quàm malè hunc locum interpretes acceperint. At nostram emendationem leuiter saltem confirmant libri omnes meliores, in queis non διεσύρει sed διασύρει est exaratum. In Epit. male ὑποθέσει pro ὑποθήκαις. Quod sequitur de irriso Agathone & scelesto Alcibiadis amore, ex ipso Platone petat lector. nam isti interpretes eius Symposium legisse non videntur.

CAPVT III.

Athenæ Ἑλλάδος ἔρεισμα, *&* Ἑλλὰς Ἑλλάδος, *item* πρυτανεῖον καὶ ἑστία *Græciæ*. νευρὸς *pro* νεβρός. ἐπιτεβέσθαι. *explicantur Criticorum velitationes super Homeri loco ex quarta Odysséa*. Διὸς αὐλή. βαθὺς αὐλών, *vt* θῆλυς ἐέρση. αὐλαὶ, *palatia*.

RESTITVIMVS ex membranis antiquæ fidei, quæ desiderabantur in Athenarum encomio paulo pòst. Quis non legit apud veteres, Pindaro dictas esse Athenas Ἑλλάδος ἔρεισμα? vel Apophthegmata Plutarchi, notum etiam pueris librum, consule. Ad Pindaricum elogium tacitè allusit Aristides in Panathenaico, de Attica scribens in hæc verba, καὶ τὸ τῆς χώρας αὖ σχῆμα, τοιοῦτον, ἐν γῆς καὶ θαλάττης θεωρεῖν. πρόκειται γὰρ ἀντ' ἄλλου φυλακτηρίου τῆς Ἑλλάδος, τὴν γεγονυῖαν τάξιν ἔχουσα πρώτη πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα προμήκης εἰς τὸ πέλαγος, καὶ μάλα ἐναργὲς συμβαλεῖν, ὅτι τῆς Ἑλλάδος ἐστὶν ἔρεισμα ὑπὸ τῶν κρειττόνων πεποιημένον. Idem poëta etiam alibi eam vrbem dilaudat, vt Pythionicarum ode septimâ. At Ἑλλάδος Ἑλλάδα nuncupauit Athenas, non Pindarus: sed Thucydides in epigrammate de Euripide, vt placet Athenæo: aliis aliter olim visum. Auctor vitæ Euripidis, ἐτάφη μὲν οὖν ἐν Μακεδονίᾳ· κενοτάφιον δὲ αὐτῷ Ἀθήνησι γέγονεν, ἐφ' ᾧ ἐπιγέγραπται Θουκυδίδης ὁ ξυγγραφεὺς, ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς, τάδε.

Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου· ὀστέα δ' ἴσχει
Γῆ Μακεδών· ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι· πλεῖστα δὲ Μούσας
Τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

Quod sequitur. ὁ δὲ Πύθιος, ἑστίαν καὶ πρυτανεῖον τῶν Ἑλλήνων, exponi debet ex alio loco eiusdem auctoris. nam lib. 6. de Athenis ita scribit: ἣν ὁ μὲν Πύθιος, ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος ἀνεκήρυξε· πρυτανεῖον δὲ Ἑλλάδος ὁ δυσμενέστατος Θεόπομπος. Putet aliquis excidisse isto loco Theopompi nomen: sed non aliter ab ipso Athenæo scriptum censeo. ἑστία autem & πρυτανεῖον, idem sunt. In Græciæ vrbibus erant quæ dicebantur prytanéa, de quibus multa libro 15. ibi Vestram colebant, & publicos focos habebant. *penates & regia* nihil ad ista. Platonis τὰ ἐν τῷ Χαρμίδῃ ἐναντιώματα. id est, *dicta contraria quæ in eius Charmide leguntur*, ex eo dialogo lector cognoscet: quem librū si lectione suâ dignati essent interpretes, errores suos agnouissent. Exponit quidem illa ἐναντιώματα Athenæus: sed ita obscurè, vt nemo sit rectè capturus eius verba, qui Platonis Charmidem non legerit. Scribit enim, ποιεῖ γὰρ αὐτὸν ἀσυμφώνως ποτὲ μὲν σκοτοδινιῶντα, καὶ μεθυσκόμενον περὶ τοῦ παιδὸς ἔρωτι, &c, videtur loqui de Charmide, quod est tamen falsum: nam de Socrate intelligendum illud, αὐτὸν necessariò. Miror optimum scriptorem non elocutum esse planiùs quod vellet: sed omnem dubitationem tollit dialogi illius lectio. ἀσυμφώνως valet, *non constās sibi*. nam in eadem ferè pagina fingitur Platoni Socrates modò alienus ab amore, & λελυκὼς τάθημα πρὸς τοὺς καλούς: modò succumbens formæ pueri Charmidæ. Tolle verò mendum doctis non deprehensum in istis καὶ καθάπερ νεκρὸν ὑποπεπτωκότα λέοντος ἀλκῇ. scribendū νεβρόν. Equidem aliter nunquam legi: neque enim potest. Verùm animaduerti postea, esse allusū ad Platonis verba ex illo ipso dialogo. & εἶπεν ἐπὶ τοῦ καλοῦ λέγων παιδὸς ἄλλῳ ὑποτιθέμενος, εὐλαβεῖσθαι μὴ κατέναντι λέοντος νεβρὸν ἐλθόντα μοῖραν αἱρεῖσθαι κρεῶν. hęc Socrates loquitur: qui statim fatetur clarè, victū se quoq; amore Charmidæ. αὐτὸς γάρ μοι ἐδόκουν ὑπὸ τοῦ τοιούτου θρέμματος ἑαλωκέναι. Reperi etiam in Excerptis νευρὸν, quod idem est. υ pro β positum, vt in multis. Sic montes quidam in Sicilia, aliis dicuntur Νεβρώδες, aliis Νευρώδες

ῥαίδεις. Xenophontis verba ſunt, non Athenæi quæ ſequuntur, ὥσπερ γὰρ ὅλον φύσις, &c. Lego mox, καὶ περ τῆς Ἑλένης παρούσης ἀεὶ τὰ ἐ apud poëtam, inquit, ſermones de amore non reperias parum caſtos, vt apud Platonem & Xenophontem. Ac licèt præſente Helenâ ipſa veritatis vis extorqueat etiam ab ore hoſtis laudationem eius formæ, cogátque in hæc verba erumpere, Οὐ νέμεσις, &c. tamen redit ad ſe ſtatim qui hæc dixerat, & pronuntiat idē, Ἀλλὰ καὶ ὡς τοίηπερ ἐοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω. Verbum ἐπιτρίβεσθαι quidam ex antiquis grammaticis expoſuerunt παρορμᾶσθαι: quod ſi accipiatur de impulſione ad malum, optimè conueniet huic Athenæi loco: τίς γὰρ τῶν νέων ἐντυχὼν τούτοις οὐκ ἐπιτριβήσεται μᾶλλον, ἤπερ εἰς ἀρετὴν προαχθείη; manifeſtò opponuntur εἰς ἀρετὴν προάγεσθαι, & ἐπιτρίβεσθαι: quod tranſlatum à corpore ad animum ſignificat corrumpi prorſus, fierique hominem perditum. nam qui iis moribus ſunt, Græcis dicuntur ἐπίτριπτοι. Sequitur iam critica velitatio ſuper Homeri loco ex quarta Odyſſéa: vbi diſſimulare non poſſum, diſſentire me ab Athenæo, & Ariſtarchi lectionem, quam ille tanto ſtudio conatur euertere, veram putare: non illam alteram, pro qua pugnat ipſe adeò acriter. Legebat Ariſtarchus, & nos quoque legimus hodie, ſub principium quartæ ῥαψ.

Φράζεο Νεστορίδη τῷ ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ
Χαλκοῦ τε στεροπὴν κὰδ δώματα ἠχήεντα,
Χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος.
Ζηνός που τοιήδε γ' ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.
Ὅσσα τάδ' ἄσπετα πολλά. σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.

Quartum verſum mendoſè editum ab Ariſtarcho pronuntiat philologus hic: & Seleuci veteris critici iudicium ſecutus, ita emendat, Ζηνός που τοιαῦτα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται. Nobis & falſa videtur hæc emendatio, & rationes quibus mox ſtabilitur, omnes infirmæ. Prima ratio eſt, quòd verſus tertius de ſuppellectile intelligi debeat quâ erat inſtructa domus Menelai: non de ornamentis quæ parietibus eius domus adhærerent. Cùm igitur non domum ipſam, ſed τὰ ἐν αὐτῇ, id eſt, ſuppellectilem domus laudet Telemachus, Seleuci quàm Ariſtarchi lectio conuenientior eſt ac probabilior. Hæc Athenæus, ſed quàm iſta leuia? ceu verò ſeruatâ Ariſtarchi lectione non queat eadem ſeruari interpretatio? Quid enim vetat per αὐλὴν & palatium intelligere, & συνεκδοχικῶς omnia eo contenta ornamenta? Altera ratio continetur his verbis, Οὐκ ἔστι δ' ἀκόλουθον τῷ Ζηνός που τοιήδε γ' ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή, ἐπιφέρειν, Ὅσσα τάδ' ἄσπετα, πολλά. σολοικὸν ἐν τῷ ἀσυνήθει τῆς ἀναγνώσεως. Senſus eſt, lectionem Ariſtarchi inſolentem eſſe & ſolœcam: quia non reſpondeant præcedentibus ſequentia. nam ita potiùs fuiſſe dicendum: Ζ. π. τ. γ' ὀλ. ἔνδοθεν αὐλή, Ὅσα ἤδη ἐστι: non ὅσα τάδ' ἐστι. Sed quis non videt argutari nimis virum doctum? nemo enim iuerit inficias, poſitâ diſtinctione maiore poſt αὐλή, rectè ſubiungi Ὅσα τάδ' ἐστι. Criticorū vox eſt, ἡ ἀνάγνωσις, vt Latinè, *lectio*, pro ſcriptura. Sequitur tertium argumentum prioribus par & ſimile. Vox αὐλή, inquit, non rectè vſurpatur pro domo. E contrario affirmamus nos, Διὸς αὐλὴν Homerum appellaſſe Iouis palatium. ſic enim loqui obſeruamus antiquiſſimum poëtam, & quod imprimis ad rem facit, ſummum Homeri imitatorem, Æſchylum: cuius eſt illud in Prometheo vincto, ὅσοι τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσι. Obiter obſeruat auctor, vocem αὐλὸν, apud alios quidem ſcriptores, generis eſſe maſculini: apud poëtas verò ſemper fœminini. Poſtea addit, ἐκδεκτέον δ' ἂν καὶ τὸ παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει ἐν τῷ Ἑρμῇ θηλυκῶς εἰρῆσθαι, βαθὺν δ' ἐφύτευσεν αὐλῶν. ἀντὶ τοῦ βαθεῖα. καθάπερ λέγεται θῆλυς ἐέρση. Affirmanti poëtas ſemper fœmineo genere dixiſſe τὴν αὐλῶνα, poterat obiici locus ex Eratoſthenis Mercurios βαθὺς δ' ἐφύτευσεν αὐλῶν. obuiam ergo it auctor, & hoc quoque ſimiliter ait ἐκδεκτέον, *accipi debere*. non vt putant interpretes, *excipi*: quæ mōſtruoſa penitus interpretatio eſt. nam quorſum pertineret ſequens exemplū, θῆλυς ἐέρση? Non igitur verbum αὐλὼν alio genere extulit Eratoſthenes quàm alij poëtæ: ſed in voce βαθὺς generis metalepſin vſurpauit poëtis familiarem, vt dicebamus lib. tertio, cap. 32. Sic θῆλυς στολὴ apud Euripidem in Troadibus. & στολὴ Ἑλλάδα. ſic apud Pindarum, in Olympion. πυραὶ ἐπιτελεσθέντες, pro ἐπιτελεσθεῖσαι. Caue confundas rationes duas diuerſas, allatas paulò pòſt, cur αὐλαὶ ſint appellata magnatum palatia. Prior eſt, quia ſolent potentum domus loca ampla ſubdialia in aditu habere. deinde ſequitur altera, ἢ τῷ παραυλίζεσθαι καὶ παρακοιμᾶσθαι τοὺς δορυφόρους τοῖς βασιλείοις. ab eadem cauſſa apud Latinos appellatum eſt veſtibulum, vt docet A. Gellius.

CAPVT IV.

Αἵρεσις, ſecta & ratio vitæ. *Pindari locus emendatur.* Εὐθυμία μέλων. συνέδριον *&* βελτίστειον. λέσχη, λεσχηνευεσθαι, *Lex Sparta, vt domū à conuiuio redirent ſine lumine. Quoties cibū veteres ſumerent. Officia diuerſa promacōda & τοῦ διαιτρῷ ἔντια vnde appellata.* ἀλλὰ ἐπικωμάζειν μετὰ κιθάρας καὶ συμφωνίας. *Teſtarum crepitus.* ἡ διὰ ὀξυβάφων μουσική. *& de ea re multa.*

Τίς ἂν τῶν ἐκγόνων ἐκείνων τῶν ὑπὲρ τοῦ τοιούτου τεθνηκότων οὐκ ἀξίας δόξειε τὸ ἐπὶ τῇ στερήσει τοῦ πατρὸς λύπην τῇ τοῦ πατρὸς διαχαρίσῳ μνήμῃ διορθωμένην; Leue mendū ſententiam totam tenebris obuoluit. nam ſcribendū eſt, cum acutiſſimo Turnebo ἀνταξίως: & iungendū id verbi cū voce διορθουμένην. Vertendum: *Quis igitur è poſteris illorū qui pro tali viro mortem oppetierunt, nō putet, dolori quem ex obitu patris acceperit, abunde ſatisfactum eſſe gratâ hac patris ſui recordatione?* διορθοῦσθαι tranſlatum eſt è foro & hominū contractibus vocabulum. ibi enim locum habet τὸ διορθωτικόν, vt docemus in

in quinto Nicomacheorum. Τῷ μὲν δὴ σιωπῶντι πρὸς τὴν μνήμην, ὁ μὲν ἐφίστησι. *Telemacho ad mentionem patris lachrymãte, Menelaus silet.* Respicit verba Homeri, quibus ait dubitasse Menelaum, animaduerso Telemahi fletu, sinerétne illum lachrymis indulgere, & suaui patris recordationi, an de singulis pergeret illum interrogare. Atque interea facit illũ poëta ἐφίστασθαι, *sermonem suũ inhibere.* Dalec. *lacrymantis fletum inhibet.* quia poëtam in consilium non adhibuerat. κἂν τούτῳ τῆς Ἑλένης ἐπεισόδιον, κ.τ.λ. In Epit. ἐπεισόδιον. Itaque scribendũ arbitror, κἂν τούτῳ τὸ τῆς Ἑλένης ἐπεισόδιον. quid sit ἐπεισόδιον in textura fabularum, ex Aristotelis Poëtica & alijs vulgò notum. Priùs scribebam, τῆς Ἑλένης ἡ εἴσοδος. interea ingreditur Helena ex ipso poëta. οἴκοθεν ἔχουσα τὴν τοιαύτην αἵρεσιν, *cùm domi* sui parentis *imbuisset hãc sectã & rationẽ vitæ.* ita exprimit Cicero dictionem αἵρεσις, cùm accipitur pro moribus & institutis. Porrò alibi monemus, lanificij curam antiquis temporibus semper ad puellas aut matronas pertinuisse: siue illæ reginę aut regũ filiæ essent, siue cuiuscunque conditionis. Φίλος δὲ Μοίσαις Εὐθυμίᾳ τε μελήσειν εὔχεο, κ.τ.λ. Ex præcedentibus Athenæi verbis, quã εὐθυμίαν sibi dari postulet Pindarus clarum est: vitam nempe intelligit, quæ non solùm rebus necessarijs non deficiatur; sed etiam iis abundet quæ ad oblectationem honestam, & omnium curarũ requiem desiderantur. non multò aliter εὐθυμίαν accipit lib. 2. οὐκ ἄνευ πάσης, inquit, εὐθυμίας καὶ πληρώσεως τὸ χαριέστατον. Alia est illa εὐθυμία, siue εὐεστὼ, quæ in sapientum libris decantatur. Longè item alia quam vulgata huius loci scriptura nobis suggerit. Quid enim est εὐθυμία μελῶν, nisi ea voluptas quam bonus poeta percipit ex suo poëmate? aut certè gloria quàm illi sua poësis parit? hãc alibi quoq; sibi optat Pindarus: vt in prima oda Olympionicarum, εἴη (σέ τ' εἴη) τοσάδε νικαφόροις ὁμιλεῖν, πρόφαντον σοφίαν καθ' Ἕλλανας ἐόντα παντᾷ. At isto loco de fama nominis sui cogitasse poëtam, ne suspicari quidem licet: vetant enim clarissimè Athenæi verba, καὶ οἴνῳ τοσούτῳ χρώμενοι ὅσος ἱκανὸς ἂν γένοιτο πρὸς εὐθυμίαν, ἣν ὁ Πίνδαρος αἰτεῖται παρὰ τοῦ Διός. Quid multa? Legisse aio Athenæũ & legi quoque debere, Φίλος δὲ Μοίσαις Εὐθυμίᾳ τε μελήσειν εὔχεο, fingit Pindarus ποιητικῶς deam Euthymiã, cui optat curæ esse, id est, vt honestâ voluptate frui possit. συνέδριόν ἐστιν, οὐ βουλευτήριον, οὐ λέσχη φιλοσόφων. *Platonis conuiuium,* inquit, *non est consessus* grauium virorum, *non senatorũ concilium, non philosophorũ confabulatio.* Videtur statuere discrimen inter συνέδριον & βουλευτήριον: quod reuera nullũ est, si vsum auctorũ spectes. si propriam vocum significationem, est aliquod. Συνέδριον enim latiùs patet: βουλευτήριον, senatorum tantùm est consessus. λέσχη verò antiquissimis Græcis dicebatur otiosorum hominum conuentus, vt senum & mendicorum, qui ad blatterandum congregari amant. Ita Homerus, Hesiodus, Herodotus. Postea de sapientum cõgressibus id verbum cepit vsurpari. nam quas media Græcorum ætas διατριβὰς vel ἐπιδείξεις vocauit, antiquiores dixere λέσχας. Inde λεσχηνεύεσθαι vetus dictio pro συζητεῖν more philosophantium. Vox est peregrina: ... λέσχη, *sermo.* καλῶς γάρ τις τὰ μεγάλα ποτήρια οὕτως ὠνόμασε: *vocauit,* non autem *vocauerit,* τὶς, id est, Chamæleon. eius locũ habes libro vndecimo. πίνει τ' ἐκ τῆς φιάλης ἐπιδέξια. verba sunt ipsa Platonis. τὸ ἐπιδέξια variè accipi potest, vt dicebamus libro primo, cap. 18. φησὶ δὲ μετὰ τοῦτο μὲν δύο νυστάζειν. At Plato è tribus qui perstiterant, duobus somnum obrepsisse, Aristophani & Agathoni. sed prior obdormiuit Aristophanes: posterior & sub diluculũ ipsum, Agatho. Pone τελείαν στιγμὴν post ista, ἤδη δὲ ἡμέρας ὑποφαινούσης Ἀγάθωνα. deinde scribe, καὶ τὸν Σωκράτη κατακοιμίσαντα ἐκ. omnia ex Platone: quem vtinã interpretes cõsuluissent, vt honori suo meliùs cõsulerent. παρὰ δὲ τῇ καλῇ Σαπφοῖ καὶ ὁ Ἑρμῆς οἰνοχοεῖ τοῖς θεοῖς. Debem⁹ hîc multa membranis. Sapphûs locum exposuimus libro secundo, capite secundo. καὶ οἱ δειπνήσαντες ἀπηλλάττοντο φωτὸς ὄντος. An potiùs φωτὸς οὐκ ὄντος, *domum redibant sine lumine.* magnum hoc fuerit temperantiæ veterum, de qua loquitur, argumentum. Lacedæmone ita fuisse moris accepimus. Plutarchus narrat in eorum institutis. alioquin φωτὸς ὄντος accipiendum cum Dalecampio pro ἔτι φωτὸς ὄντος: quod duriusculum videtur. Latini hoc dicunt, *de die.* vnde illa, *lauare de die.* & *conuiuiũ apparari de die.* Simile est, quod dixit modò, καὶ νῦν δὲ νόμος ἐν Συρακούσαις τισὶν πρὸ ἡλίου δυσμῶν ἐστιᾶσθαι.

Ὁσάκις δὲ τροφὰς ἐλάμβανον προειρημένον ἤδη ὅτι δὶς τρεῖς. Quæstionem hanc variè tractatam inuenias ab hoc scriptore. nam quod lib. 1. dicebamus, nimis verum est: recitatorem interdum agit Athenæus, non Athenæum: hoc est solidè doctum criticũ. Quæstio, est, quoties die heroës Homerici cibum sumerent. Dicat igitur clarè dipnosophista quid super hoc sentiat. Enimuerò ex eius scriptis, magis quid alij de ea quæstione scripserint, quàm quid ei probaretur cognoscas. Maior pars doctorum tres τροφὰς attribuebat heroibus: ἄριστον sub auroræ exortum: δεῖπνον circa meridiem: δόρπον sub vesperam. Alij duas tantùm, ἄριστον siue δεῖπνον, & δόρπον. nam apud poëtam συνωνυμεῖν, & eiusdem τροφῆς nomina esse δεῖπνον. atq; ἄριστον. Philemo vero quater illos comedisse contendebat, & totidem diuersas τροφὰς nominabat, ἀκράτισμα, ἄριστον, ἑσπέρισμα, δεῖπνον. Quid igitur Athenæus? mitto quæ libro primo: nam illa fortasse parum integra, parum sana: etsi ex Eust aliter censeas: isto verò loco sic. Diximus, ait, quot τροφὰς sumerẽt heroës Homerici. quot igitur ὅτι δὶς τρεῖς, tres nimirum, audiamus quæ subiecta sunt in continenti. ἐπεὶ τὸ τὸ αὐτὸ ποτὲ μὲν ἄριστον,

ποτὲ δειδείπνου ὀνομάζει, &c. Planiſſimè iſta verba illorum ſententiam tuentur, qui bis tantùm die cibum ſumpſiſſe ſtatuebant. quippini? nam horum verã, falſam aliorum ſententiam diſertim mox pronũtiatur. οὐδείς δείξει παρὰ τῷ ποιητῇ τεῖς (malo τρεῖς, vt apud Euſtathium) τινὰ λαμβάνοντα τροφάς. Quomodo igitur illud ſtabit, ὅτι οἱ τρεῖς? Vide hominis inſtabilitatem. niſi tamẽ ſcripſerat ille, ὅτι οὐδὲ τρεῖς. quod equidem verũ cenſeo. Quare optimũ ſcriptorem culpæ abſoluimus. ἁμαρτάνουσι δὲ καὶ οἱ ἐφεξῆς πάντες τοὺς τοὺς στίχους. coniunctim ponuntur hodie in prima Odyſſea: libro autem ſeptimo priores duo ſoli, tertio prætermiſſo. δῆλον ὡς κρεάτων λείψανα τυγχάνοντα. Lucem fecerit magnam huic loco, qui iſta verba notis parentheſeos incluſerit. Explicatur his quid ſint εἴδατα apud poëtam, in ſecundo propoſitorũ verſuum, Mens eſt: facere ineptè eos, qui poſt quam dixit poëta duobus primis verſibus, appoſuiſſe promam condam εἴδατα πολλὰ χαριζομένη παρεόντων: tertium verſum ſubiiciunt, quo dicitur ὁ δαιτρὸς multas carnes in lancibus appoſuiſſe. Nam cùm ad manum eſt copia carnium recèns coctarum, nemo pridianas reliquias apponit: quas tamen hic trium verſuum contextus, non ſolùm apponi, ſed etiam præponi facit. Obſeruemus differentiam inter miniſteria promæcõdæ & ſtructoris, id eſt, τῆς ταμίης & τοῦ δαιτροῦ. hic acceptos à coquo cibos menſis inferebat, illatos ſecabat? illa ſublatas de menſa reliquias in penũ condebat, & promebat. Hæc clara Athenæi mens: in cuius venatione viri docti meri Tireſiæ. Euſtathius, παρέντα βρώματα λέγει, τὰ ἐν τῷ ταμιείῳ ἀπόθετα, ἤτοι ἕωλα. τὰ γὰρ πρόσφατα ὁ δαιτρὸς παρατίθησι. λέγουσιν ἔτι, καθάπερ ἀντία τῷ τῆς σώματος μερῶν. Lego. καθάπερ ἀντία τ. vt quæ ſint oppoſita corporis partibus. Quid poterat ab Athenæo probabilius dici? quid à nobis probabilius excogitari ad reſtitutionem loci huius? Nam doctorum hominum conatus ex Phauorino emendantium, refutationis non indiget. vbi enim veſtigia illius reſtitutionis in vulgari ſcriptura? ἔντα igitur quaſi ἄντα dicta. ε pro α, vt βέρεθρον pro βάραθρον. ſic ſæpe α pro ε, vt ἀσεβής pro ἀσεβής. οἱ δὲ νῦν ξενῶνας καὶ ἀνδρῶνας νομίζουσι. Lege, ὀνομάζουσι. Idem error ſæpius commiſſus: exemplum habes libro ſecundo. ὃ τύχοι τῆς πόλεως αὐτοῖς ἐφαίνετο. Eclogarius prætermiſit τὸ αὐτῶν. id mẽdæ argumentum eſt, vt diximus ſæpe. Scribo, ἀλύων ἐφαίνετο. vagans cernebatur. Ἀλύειν, vt ex Plutarcho nouimus, duo ſignificat: præ dolore animi ſola loca quærere. ea notio ab iſto loco alieniſſima. item, errare atque huc illuc ferri præ ignobilis otij abundãtia. quomodo hic accipitur. ὡμίλει ᾧ τύχοι. Scripti quidam, ὃ τύχοι, quamuis leuiſſima de re. ſed perplacet quod eſt editum. ἐπικωμάζων μετὰ κεραμίων καὶ συμφωνίας. Quid hîc ſignificet vox κεράμιον, ſatis conſtare poteſt, ex adiecta dictione συμφωνίας, & ex priſco more. ſemper enim commiſſatores tibias, vel alia muſica organa ſecũ deferebant. Antiochus vt magis ſe deiceret, teſtas circumferebat tibiarum loco: pauperes in eo imitatus, qui ſi-ctilib⁹ crepitaculis & vaſorum figlinorum colliſione ſoliti ſe oblectare, inopiâ melioris muſicæ. Ariſtophanes Ranis. ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις αὕτη κροτοῦσα; enarrator ibi, ἀντὶ τῆς λύρας ὄστρακα τινὲς λαμβάνοντες, ἦχον μὲν ἀπετέλουν, ἄσημον δέ. Sumpta videtur hæc de Didymo, cuius iſta refert Athenæus lib. 14. Δίδυμος φησὶν εἰωθέναι τινὰς ἀντὶ τῆς λύρας κογχύλια καὶ ὄστρακα συγκρούοντας δι' ῥυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις, καθάπερ καὶ Ἀριστοφάνη ἐν Βατράχοις φάναι. Hermippus comicus: Λεπάδας δὲ πετρῶν ἀποκόπτοντες, κρεμβαλίζουσι. Lepadas ſaxis abſcindentes crepitant. Iuuenalis. —audiat ille Teſtarum crepitus. Videntur autẽ vetuſtiores ſoliti in hanc rem acetabulis vti, quæ fictilia erant, & bacillo percuſſa ſuauem quendam ſonum edebant. hæc eſt quam Græci vocant ὀξυβάφων μουσικὴν ἁρμονίαν. cuius inuentorem facit Suidas Dioclem poëtam comicum Athenienſem, aut Phliaſium: φασὶν, ait, Διοκλέα τὸν Ἀθηναῖον δι' εὑρεῖν τὴν ἐν τοῖς ὀξυβάφοις ἁρμονίαν, ὀστρακίνοις ἀγγείοις, ἅπερ ἔκρουσε ξυλυφίῳ. Poſtea ceperunt fabricari in vſum illum acetabula, ex variis metallis. Iſidorus Origin. lib. 3. Tertia eſt diuiſio rythmica pertinens ad neruos & pulſus: cui dãtur ſpecies cithararum diuerſarum, tympanũ, & cymbalum & ſiſtrum: acetabula ænea & argẽtea, vel alia, quæ metallico rigore percuſſa reddũt cũ ſuauitate tinnitũ, & cætera huiuſmodi. Sed & Suidas auctor eſt, quò magis ſonora eſſent iſta vaſcula, ſolita fuiſſe confici ex pluribus metallis in vinũ confuſis. ἄλλως, inquit, χαλκὸς ἠχεῖ, καὶ ἄλλως σίδηρος, καὶ ἄλλως μόλυβδος, καὶ ξύλον. διὸ καὶ τὰ ὀξύβαφα εἰώθασιν ἐκ διαφόρου κατασκευάζειν ὕλης, ἵνα τῇ διαφορᾷ τῶν ἀπηχήσεων τὴν ἁρμονίαν ἀποτελέσωσιν. Caſſiodorus libro 4. in erudita epiſtola ad Symmachũ, Quid acetabulorũ tinnitus; Quid dulciſsimi ſoni referã variâ percuſsione modulamen? Atq; hæc ſunt quæ vocãtur in muſicorum organorum diuiſione ἐντατὰ ſonara, ψόφου μόνου παρασκευαστικά, inquit auctor li. 14. fallitur enim Dalec. eo loco, confundens enecha cum pneumaticis: vertit enim, quæ ad ſonũ inflantur ſpiritu. magno certè errore. Dio Chryſoſtomus auctor eſt, Phœnices atque in his potiſſimùm Aradios huiuſmodi Muſicâ plurimũ vſos; qui propterea vocat Ἀραδίων μουσικὴν & Φοινίκων κρούματα. Vide illum in Tarſicarum priore. Huius etiam generis fuerunt & ſcabilli, de quibus ad quartum Suetonij dicebamus: & κρέμβαλα, quæ ſine vlla operoſiore harmonia, ipſo delectabant ſono: vt hodie quæ vocantur carcaveaux in Gallus. quanquam his iam ars eſt adhibita. inde κρεμβαλιάζειν, id eſt, Heſychio interprete, κογχύλια ἢ ὄστρακα συγκρούοντας ἀποτελεῖν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοῖς ὀρχουμένοις. Eſt etiam affinis illa κρεμβαλιαστὺς ſpecies, quam vulgò pauperes & mendici in noua Roma ad diuitum oblectationem

ſionem & ſtipem eliciendam vſurpabant, vt refert Chryſoſtomus in priorem ad Theſſalonicenſes: *κύλικας*, ait, *ἐ κισσύβια, καὶ ποτήρια τοῖς δακτύλοις ἐπῆσαν. καὶ περιδινεῖς κυμβαλίζει.* poſtrema cenſeo corrupta, ſcribóque *ἄρρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν τοὺς ὀρχουμένους.* nitimur iis quæ auctor ſcribit libro iam indicato. Cæterùm *κεράμιον* in hoc Polybij loco nihil vetat de acetabulis interpretari: nam illa fictilia olim fuerunt. Antiphan. *ἐξ ὀξυβαφίων κεραμίων ἐπινόμην.* & auctor ipſe libro 11. ait fuiſſe *εἶδος κύμβιον μικρᾶς κεραμίας.*

ὥστε πολλοὺς διὰ τὸ παράδοξον ἀφισταμένους φεύγειν. Placet *ἀνισταμένους*, vt alij libri habent. Ita potiùs loqui amant ſcriptores. Paulò antè ſcribe *χρυσοχοείοις*, vt *ἀργυροκοπείοις*, per *ει*.

CAPVT V.

Tali dorcadei. αἱ πρὸς τὰς πόλεις θυσίαι, καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαί. Olympij Iouis templum Athenis Æmilij Pauli ἀγῶνες. πρεσβέων & θεωρῶν differentia. Niſæi equi. θεοειδεῖς vel θυρεοειδεῖς proles, & ſimilia. ἄλεια.

INSANARVM Antiochi Illuſtris largitionum hoc primum exemplum cõmemoratur. *ἐδίδου γὰρ τοῖς μὲν ἀστραγάλους δορκαδείους, τοῖς δὲ φοινικοβαλάνους, ἄλλοις δὲ χρυσίον.* Tali dorcadei illi ſunt, de quibus nos multa ad Theophraſtum olim. Luſorios enim talos debemus intelligere, non *ζωικούς*, vt exiſtimarunt eruditi homines. Citat hũc locũ Euſtath. ad Iliadis *ῥαψ. ξ.* His autem inæqualibus muneribus ſimiles erant illæ rerum inæqualium ſortes, quas ſolitum Auguſtum amicis diuidere narrat Suetonius. Addit, *ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς.* mirificè loquitur: nam potiùs dicendum videatur, *ἐν ταῖς πρὸς τὰς πόλεις τιμαῖς, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς θυσίαις.* an igitur ita reſtitui ſcriptura debet? non arbitror. eſt enim figuratè dictum, *αἱ πρὸς τὰς πόλεις θυσίαι, καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαί*, pro *αἱ πεμπόμεναι πρὸς τὰς πόλεις θυσίαι, εἰς τὸ τιμᾶν τοὺς θεούς.* figuram vocant *ἓν διὰ δυοῖν.* Moris autem fuit Græcorum, non propria tantùm ſuæ vrbis quemque feſta agitare: ſed etiam aliarum, miſſis victimis & pretioſis donariis ornare ac concelebrare. hæ ſunt quas appellat auctor *τὰς πρὸς τὰς πόλεις θυσίας*: clariùs Theophraſtus in notatione *ἀνελευθερίας πρὸς τὰς ἑορτὰς πέμπειν*, quod ibi ſumus interpretati. Ita debere iſta accipi ſequẽtia probant. Ait enim, munificentiam Antiochi circa peregrinos deos variarum vrbium, poſſe colligi *ἐκ τοῦ παρ' Ἀθηναίοις Ὀλυμπιείου. ex Olympij Iouis templo quod erat Athenis.* de hoc tẽplo Strabo, Liuius, Pauſanias, alij. ſed quod tacent alij, clarè docet hic Atheneus: ſumptus magnos feciſſe Antiochum in extructione huius templi, à Perſeo iam inchoati. fecére idem & alij plures viri principes: donec tandem Adrianus Imper. tentatum à multis opus, & aliquot retrò ſeculis manens imperfectum perfecit ac dedicauit. Sic interpretamur hunc locum, ad proditam hiſtoriam lectionem omnium librorum accomodantes: nam Dalecampij emendationem non neceſſariã nõ probamus. Quod ſequitur planũ eſt, *καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. & ſtatuis quas in Delo circa aram conſecrauit.* etſi huius quoque hiſtoriæ aliud teſtimonium in ſcriptis veterum, quod ſciam, non inuenias. Dele *τὸ καὶ* ante iſta, *μηδὲν τὸν ἄνθρωπον ὑπ.* officit enim narrationis perſpicuitati. Quod ait, *ἀκούσας τοὺς ἐν τῇ Μακεδονίᾳ συντετελεσμένους ἀγῶνας ὑπὸ Αἰμιλίου Παύλου*, de veris non ludicris Æmilij Pauli certaminibus accipio: nam editos in Macedonia ludos fuiſſe ab Imperatore Æmilio Paulo neque Liuius dicit, neque Plutarchus, neque alius quiſquam veterum: & omnino ſimile veri non eſt. Hos igitur Pauli *ἀγῶνας* cùm audiret Antiochus, *βουλόμενος τῇ μεγαλουργίᾳ δωρεᾷ ὑπερᾶραι τὸν Παῦλον.* ita omnes codices. Ab Epit. abeſt vox *δωρεᾷ*: quam equidem ſuſpectam habeo: nam vt oratio ſtet, inſerenda ſaltem particula *καὶ*, vel ſcribendum *τῇ μεγαλοδωρεᾷ.* Sanè verbum *μεγαλουργίᾳ* parum Antiocho quadrat. Ita enim eſt: Æmilij *τὴν μεγαλουργίαν* & maximas res geſtas, ſuperare nitebatur Syrus *δωρεᾷ*, id eſt, opum largitione & in ludos profuſione. Quos vt maturè denuntiaret, *ἐξέπεμψεν*, ait, *πρέσβεις ἐ θεωροὺς εἰς τὰς πόλεις.* miſit *πρέσβεις* ſiue legatos vt Rex, & more hominũ. *θεωρούς* autem tanquam de re ſacra. Ludos Daphnicos fuiſſe ſacros quis dubitat? Agitabantur enim in Apollinis & Dianæ honorem. Quinetiam certum eſt & ludos pleroſque omnes, & lautiores etiam epulas *παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς θεὸν ἀνενεγκεῖν*, ſicut paulo antè dictum. Quid differant *πρέσβεις* & *θεωροί*, declarat Plutarchi locus in Demetrio Vide libri 9. cap. 13. Interpretum inanem *περιεργίαν* nemo eruditorũ ferat patienter. Ait verò conuiuator, in deſcriptione pompę quam duxit Antiochus, *τούτων κατόπιν ἦσαν ἱππεῖς Πισαῖοι μὲν χίλιοι, πολιτικοὶ δὲ τρισχίλιοι.* vocat *ἱππεῖς*, equos cum ſuis ſeſſoribus: ſicut arguunt ſequentia duo vocabula, *χρυσοφάλαροι καὶ χρυσοστέφανοι*: nam hoc viris, illud equis conuenit. ſed quinam ſunt iſti Piſani equi? Ego verò Polybium ſcripſiſſe autumo, *Νισαῖοι*, Equi Niſæi in Media naſcebantur, & in vſus regum Perſidis ſeruabantur, aut ad reges alios mittebantur. ideò videntur auctores regum proprios facere. Strabo, libro 11. *τοῖς δὲ Νισαίοις ἵπποις οἷς ἐχρῶντο οἱ βασιλεῖς.* Odianus *Κάλλει δ' ἐν πάντεσσι πέλει περιώσιος ἵππος Νισαῖος, τὸν ἄγουσιν ἀερσιπόδοις βασιλῆας.* Ingentem fuiſſe illorum copiã docet alibi Strabo: ſcribens viginti horum millia, quotannis mitti ſolita ad regem Perſarum, *τοῖς Μιθρακίνοις* ait, vel *Μιθρακίοις*: hoc eſt, vt nos interpretamur, ſub illud tempus quo feſtum Mithræ Perſarum deo ſacrũ celebrabatur. Quis vſus iſtorum tot equorum eſſet ad ludos, ex hac Polybij narratione

licet colligas. nam inde vel præcipuum pompæ ornamentũ erat. Nitæis opponuntur hic οἱ πολῖται. *plebeij & domi nati.* trãuectæ ſunt in Antiochi pompa, ſicut narratur mox, etiam θυωρεῖαι βραχὺ λιπούσαι τριακοσίων, *menſæ ſacræ ferme trecentæ.* ſcribo enim ex veſtigijs lectionis Hœſchelianæ, θυωρίδες. Menſas quarum in ſacris vſus, vocabant θυωρίδας & θυωρίδας, vel etiã θυωρούς, vt eſt apud Iulium Pollucem, Diogenem Laertium & Tzetzem. Apage qui *popas* vertunt: errãt enim craſsè. Cogitemus de numero in iſtis, βασιλικοὶ δὲ παῖδες ἑξακόσιοι, χρυσώματα ἔχοντες. num enim abſurdum regios pueros traduci tantùm 100. cùm modò dixerit Dionyſium qui erat regi ab epiſtolis, miſiſſe vſque ad 1000. ſed propter vocem χρυσωμάτων poſſumus hanc lectionem tueri. Mulieres illæ de quibus ſcribitur, ἐκ χρυσῶν καλπίδων μύροις ἔρραινον, nõ pueros regios quorũ præceſſit mentio: ſed omnes ſpectatores, vt quemque illorum præteribant, vnguentis reſpergebant. Quæ deinceps narrantur de exhibito diuerſi generis vnguẽto ad vnctionem, ea ſic accipio: Per dies 30. ſpectacula varij generis edidit Antiochꝰ: quo toto tempore vnguentorum facta eſt omnibꝰ qui in gymnaſium venirent lotum, à Rege copia. Primis diebus quinq; datum crocinũ, cinnamominum & nardinum. reliquis verò diebus telinum, amaracinum, irinum aut liliaceum ſiue lirinum. nam lib. 10. κρίνινον ſcriptum pro eo quod hîc eſt εἴρινον. quod nõ aliud quàm ἴρινον. ſic enim εἶρις pro ἶρις, κλεῖμα, pro κλίμα, λείριον pro λίριον, ſimiliaque ſexcenta in antiquis libris Heſychij, Suidæ & ipſius Athenæi: vt aliquãto pòſt, κινναμώμινον καὶ εἴρινον. ſic enim & MSS. at in Epit. ἴρινον. Porrò ait Polybius expoſita fuiſſe iſta vnguenta ἐν ὁλκείοις: quę quidem *arculæ* non erant, vt verſum videmus: ſed labra ampla ad inſtar magnorum craterum efficta. ita deſcribit Heſychius: & confirmant auctorum loci. ex iis etiam claret, holciorum in balneis fuiſſe vſum. In Plutarchi Alexandro iunguntur ὁλκεῖα, κρωσσοί, πύελοι & ἀλάβαστροι. Sic accipe etiam in hiſtoria Iudith. capite 15. Atque hæc ad ea quæ de Antiocho. Tranſeamus nunc ad regiam verè & incredibilem in modum magnificam Ptolemæi Philadelphi pompam.

CAPVT VI.

Tẽtoria diebus feſtis figi ſolita. Oecorũ Ægyptiorũ forma. Οὐρανίσκος & οὐρανός. μεσόλευκος. Περιστρώματα πυργωτὰ & ζωωτά. σύριγξ. *Pictores* Σικυωνιακοί. Σικυωνικοί. μυθικαὶ διαθέσεις. θυρεοὶ ἀργυροῖ. Νυμφαῖα τῆς πρώτης ἱερᾶς. δίφροι.

ΠΡΟ` δὲ τοῦ ἄρξασθαι ἐπὶ κατασκευασθεῖσαν σκηνὴν ἐν τῷ τῆς ἄκρας περιβόλῳ χ. Sæpe diximus ſolitas olim, per ſolemnes publicorum feſtorum aut panegyriũ dies, exſtrui quas vocabãt Latini vmbras, Græci σκιάδας & σκηνάς. Tabernacula erant in feſtæ vrbis viis aut ſuburbanis locis compacta, excipiendis peregrinis, qui partim ad ludorum ſpectacula, partim ad mercimoniorum ineunda commercia vndiq; concurrebant. Erant etiam feſta quædã, quorũ ritus tentoria iubebant figere, vbi populus vniuerſis relictis domibus ſe cõtinebat certo dierũ numero, donec ſolemnitas omnis eſſet peracta. Talia feſta erant, de quibus diximus libro ſuperiore c. 9. Videtur & Alexandrinum feſtum quod hîc deſcribitur, eodem ritu celebratum. Nam ea cauſſa, niſi fallimur, fuit, cur rex ipſe in tabernaculo morari neceſſe haberet. Hoc igitur tabernaculum deſcribit Callixenus, priuſquam pompæ totius ordinem explicet. Sedes illius fuit ἐν τῷ τῆς ἄκρας περιβόλῳ, *intra arcis ſeptum*: vel *intra ambitum collis.* vtrumque ſignificat Græcum ἄκρα, & munitum in vrbe locum: id eſt, arcem: & quamcunque editam vrbis partem, vt collem, quomodo hîc malim accipere. κίονες διεστῶτες ξύλινοι. *columnæ ligneæ certo interuallo ſtatutæ sũt.* ἐφ' ὧν ἐπιστύλιον καθηρμόσθη τετράγωνον ὑποφέρον τὸ σύμπαν τοῦ συμποσίου στέγος. Hæc forma œci Ægyptij, vt appellabant architecti. Vitruuius lib. 6 c. 4. *In Ægyptijs œcis ſupra columnas epiſtylia, & ab epiſtylijs ad parietes qui ſunt circà, imponenda eſt cõtignatio.* appellat Callixenus συμπόσιον, inferiorem partem tabernaculi: quod quidem amplæ vaſtæque cœnationis inſtar habuit. atque hoc ſolùm iſtius ædificij ad vſum pertinuit: reliqua omnia ad ornatum. αὕτη δ' ἐπεπέτατο κατὰ μέσον οὐρανίσκῳ κοκκινοβαφεῖ περιλεύκῳ. *hæc contignatio.* (στέγη τοῦ συμποσίου) *circa medium tapetibus tecta eſt, expanſis in cœli modũ, coloris coccinei admodum vergentis in albedinẽ.* οὐρανίσκος eſt papilio cœli aut tholi formam referens, vt pluribus expoſitum nobis libro ſecundo: atque etiam alibi. idem & οὐρανὸς aliquando ſignificat. B. Chryſoſtomus de Xerxe, Τί δὲ σοι ὁ χρυσοῦς οὐρανὸς ἐβούλετο δηλοῦν. Vocem κοκκινοβαφεῖ tollendam cenſuerunt docti propter inſequentem περιλεύκῳ: ſine cauſſa, vt alibi diſputamus. περίλευκος id valet quod diximus: vel, *albo prætextus.* καθ' ἑκάτερον δὲ μέρος εἶχε δοκοὺς μεσολεύκους ἐν πετάσμασι πυργωτοῖς κατειλημμένας. Scribo, μεσολεύκοις ἐμπετάσμασι π. Repetendum autem ex ſuperioribꝰ τὸ κοκκινοβαφέσιν. *ab vtraque parte habuit ea contignatio, trabes circũtectas tapetibus coccineis albo diſtinctis* (vel, *mediocriter albicantibus*) *turritis.* Cognatæ voces ſunt, quas in cõmentario De coloribus accuratè explicamus, λευκός, ὑπόλευκος, διάλευκος, ἐπίλευκος, μεσόλευκος, μιξόλευκος & περίλευκος. ſic autem dicta ἐμπετάσματα πυργωτά, quæ turres picturã vel texturã repræſentarent: ſicut ζωωτὰ dicuntur & *belluta*, quæ animalium figuras intextas habent. τῶν δὲ κιόνων οἱ μὲν τέσσαρες ὤμ. quatuor illæ columnæ quæ latitudinem deſignabant, at οἱ ἀνὰ μέσον ſunt ternæ reliquæ ab vtroque latere longitudinis. τούτων δ' ἐκτὸς περίστυλος ἐπεποίητο σύριγξ ταῖς τρισὶ πλευραῖς, id eſt, *vltra*

vltra ista columnis aliis *ad tria latera circumpositis, tres quasi perguli a confecta erant, longa quidem, sed angusta.* hoc declaratū voluit Callixe- vocem ..., non quod visum Dalecampio. Infrà hoc lib. τῷ κοιτῶνι συνῆπτο σύριγξ κατὰ πλάτος τῶ κύτους χωρίζουσα τὴν γυναικωνῖτιν. sic vt Polybius accipit, in descriptione loci cuiusdam Alexandriæ, libro 15. δύο δὲ τοῖν ἀνὰ μέσον χώρων. Scrib. χωρῶν, est enim à χώρα. non à χῶρος. mox, ἐν δὲ ταῖς ἀνὰ μέσον χώραις. διὰ τὴν τῶ περιέχοντος ἀέρος εὐκρασίαν. Obtinuit apud Græcos, vt περιέχον dicatur aër. quare vocem ἀέρος tollas licet. sed cum vetustioribus locutus est Athenæus, Aristotele, Theophrasto, aliis: neque mutandum quicquam. Quod ait de aëre Ægypti, & cœli temperie floribus aptâ, notum ex Theophrasti & Plinij testimoniis. huius quidem iudicio *terrarū omniū accommodatissima vnguentis Ægyptus copiâ rosa*, lib. 13. cap. 3. Sed minùs odoratas esse rosas Ægyptias, cæterósque flores satis constat. εἰς τὸ τῆς σκηνῆς ἔδαφος κατεπέπαστο χύδην. Eclogarius videtur legisse κατέπαστο. Ait enim, τὸ τῆς σκηνῆς ἔδαφος ἀπὸ παντὸς προσῆν λειμῶνος ἄνθεσι χύδην καταπαστόν. non probo. πίνακες τῶν Σικυωνικῶν ζωγράφων. Dalecamp. *pictorū Sicyoniorū tabula.* sed aliud est Σικυωνίων, *Sicyoniorū*: aliud Σικυωνικῶν. vel vt habent membranæ Σικυωνικῶν. *similiū Sicyoniis.* ac fortasse ζωγραφιῶν, scribendum, & de picturis Sicyonij generis intelligendum. Diuidebatur enim pictura in genera, Helladicum, Asiaticū, & Sicyonium, cuius auctor Eumolpus Sicyonius. αἱ δὲ μυθικὰς διαθέσεις. *quadā fabularia argumenta*, id est, ex fabulari historia petita. διάθεσις est *descriptio*, vt rectè vertit Dalecampius. ad primum librum Strabonis eam vocem exposuimus. In subiecta pompæ descriptione ait Callixenus, multas in ea fuisse διαθέσεις ἀκοῆς ἀξίας, id est, multas rerū variarum εἰκασίας, dignas narratu: & paulò pòst de Polemone Periegeta scribit, eum ἐξηγήσασθαι διάθεσιν ἐν Φλιοῦντι, id est, exposuisse argumentū tabulæ cuiusdam: cuiusmodi erant quas Philostratus interpretatur in Iconibus. θυρεοὶ παρέκειντο ἐν ἀλλάξ ἀργυροῖ τε καὶ χρυσοῖ. imò ἀργυροῖ τε καὶ χρυσοῖ. neque enim alio genere vocem θυρεὸς vsurpare, opinor voluit, quàm omnes alij. aut figura est πρὸς τὸ σημαινόμενον: & referendū ad vocem εἰκασίας. nam reuera θυρεοὶ hoc loco nihil aliud nisi θυρεῶν εἰκασία. ἐξ ἑκατέρα πλευρᾶ. Scripti meliùs, ἐν ἑκατέρᾳ πλευρᾷ.

συμπόσιά τε ἀντία ἀλλήλων αὐτοῖς τραγικῶν τε καὶ κωμικῶν καὶ σατυρικῶν ζώων, ἀληθινὸν ἐχόντων ἱματισμόν. facessit mihi negotium vox αὐτοῖς, quę referri aliò nō videtur posse, quam ad nomen ἄντρα proximè præcedens. Lego ἐν αὐτοῖς, vel παρ' αὐτοῖς. vt intelligantur cœnationes istæ in antris fuisse compositæ, de quibus modò est dictum: vel iuxta antra & ad illorum latera, sed in ipsis potius antris locatas arbitror, & quidem eo situ vt se mutuò respicerent. ζῶα appellat simulacra integra satyrorum, & personarum tragicarum ac comicarum: alioquin erat vsitatius πρόσωπα dicere, vt mox, πρόσωπά τε σατυρικὰ καὶ κωμικὰ καὶ τραγικά. Quod addit, ἀληθινὸν ἐχόντων ἱματισμόν, hoc vult: has personas ornatas fuisse, vt cuique earum conueniebat, vestibus veris non simulatis. σκευὴν propriam huiusmodi personis docent nos Iulius Pollux lib. 4. & poëtarum interpretes. Dalecampius lectionem aliam commentus est sibi, & secutus. Νύμφαι ἐλείφθησαν, ἐν αἷς ἔκειντο Δελφικοὶ χρυσοῖ τρίποδες. Lego, νυμφαῖα ἐλείφθησαν, ἐν οἷς. sacra Nymphis loca appellabant νυμφαῖα. de iis accipio hæc verba: etsi disertè scriptum etiam in Epitoma, Νύμφαι, & ἐν αἷς. quod quomodo exponi rectè possit, non intelligo. τῆς πρώτης ἐρέας. Dalecampius emendauit τῆς πρ. ἡμέρας. mirum quid hominem doctum mouerit. nam tapetes τῆς πρώτης ἐρέας, id est, *è lana præstātissima*, cur ei displicerent, caussę non erat. Theocritus in similis pompæ descriptione tapetas similiter laudat,

Πορφύρεοι δὲ τάπητες ἄνω μαλακώτεροι ὕπνω
Ἁ Μίλητος ἐρεῖ, χ' ὠ 'ν τὰν Σαμίαν καταβόσκων,

ὥστ' εἶναι δύο κατὰ κλίνην ἐπ' ἀργυρῶν διέδρων. vocat διέδρους repositoria tripodū, quæ binos simul capiebant. sic δίφρος propriè sedile duorum capax. τῶν κυλικίων καὶ πετρείων. Alia lectio est, κυλικείων. id erit, vasorum potoriorum, & thecis suis contētorum, & extractorum. quid sit κυλικεῖον, exponitur libro 11. sed non displicet κυλικίων. Mox tolle particulā καὶ ante κατασκευασμάτων. καὶ τὰ γένη μακρὸν ἐπιφαντό μοι δηλῶν. Scripti libri, διεφαντό μοι. Ait autem τὰ γένη, quia soliti veteres diuersa poculorum genera habere quàm plurima. fidem fecerit vndecimus huius operis liber.

CAPVT VII.

Πομπὴ πέμψις. *Stadium Alexandrinum.* πομπή, *ferculum pompa.* αἱ τῶν πυραμοειδῶν γραφαί. *lampades byssina.* κανών, ῥάβδος & *virga. Orpheotelesta. Vannus mystica Bacchi: itē Minerua.* λικνοφόροι *mulieres & viri.* Macetæ *Baccha. smilax inter Bacchi coronamēta. Nysa.* λημνίσκοι & λινίσκοι. *coli. alia præterea multa.*

PERCVRRIMVS descriptionem regij tabernaculi: nunc ipsam pompam paulisper spectemus. Est autem πομπὴ, traductio aut transuectio. Græci id dicūt πέμψιν, vel πομπεύειν itē παράγειν, πορεύεσθαι, & διαφέρεσθαι) per publicas vrbis vias, à loco certo in certum locum, siue eundem siue aliū. In hac narratione vterq; terminus siletur, & ποῖ, & πόθεν. Suspicamur nos, profectam pompam ab illa vrbis parte, vbi fuit Ptolemæo structum tabernaculum, in eius Dei templum esse perductam, cui ille honos habebatur præ-

cipuè quà ducta fuerit, non prætermittitur. ἦγετο δὲ διὰ τῆς κατὰ τὴν πόλιν σταδίου. de hoc stadio facit Strabo mentionem libro vltimo. Ordo autem pompę accuratissime explicatur, & tempus quo cœpit progredi. πρώτη (videlicet, πομπή, *prima pompa*, vel *primū ferculum*) ἐβάδιζεν Ἑωσφόρου. Luciferum stellam, diem ducentem, in tabula expresserant: ei tabulæ principem locum inter omnia pompæ fercula, tribuerunt. καὶ γὰρ, ait, ἀρχὴν εἶχεν ἡ πομπὴ κατ' ὃν ὁ προειρημένος ἀστὴρ φαίνεται χρόνον *quia duci cepit pōpa quo tēpore oritur Lucifer*: hæc satis declarant, si attendissent viri docti, præcedentia, πρώτη δὲ ἐβάδιζεν Ἑωσφόρου. Par & similis ratio eius quod & statim sequitur; desiisse pompam sub Vesperi exortum: propterea agmen clausisse illius stellæ simulacrum. Sic enim accipiēda ista minime obscura, nisi ἐθελοκωφέμεν verba, τὴν δὲ τελευταίαν Ἑσπέρου συνέβαινεν εἶναι· τῆς ὥρας εἰς τοῦτον συναγούσης τὸν χρόνον. deest etiam hic nomen πομπήν, vt sæpissime in hac narratione. Atqui huiusinodi locis, πομπὴ nō id significat quod antè diximus, sed res singulas in pompa transuectas: siue vt Latini loquuntur, singula pompæ fercula. sic πρώτην vel δευτέραν ἱστορίαν Græci, *primā* vel *secundā historiam* Latini appellant, historiæ partem primam aut secundam. Sic etiam intellige quod scribit de secunda pompa, ἑξῆς ἡ τοῖς βασιλέων γονεῦσι κατωνομασμένη, sequebatur Luciferi simulacrum, ferculū diuis parentibus regis & reginæ sacrum. Deinde auctor multas πομπὰς in vnum cogit, & ait, μετὰ δὲ ταύτας αἱ τῶν θεῶν ἁπάντων οἰκείας ἔχουσαι τῆς περὶ ἑκάστων αὐτῶν ἱστορίας διασκευήν. quæ ita erant vertenda: *post has* sequebantur *deorū omnium* pompæ (hoc est, imagines) *ornatu eo qui historia cuiusque illorū conueniebat*. Poterat curios⁹ lector desiderare pleniorē descriptionem huius partis, quę vniuersæ pompę fuit caput. Continebat enim deorum omnium simulacra, fercula, tensas, & totius veterum theologiæ ad viuū expressā imaginem: supersedet tamen Callixenus narratione hac: contentus indicasse cupido lectori, vnde possit reperitare quod hîc nō inuenit. Sic enim ille, τὰ δὲ κατὰ μέρος αὐτῶν εἴ τις εἰδέναι βούλεται, τὰς τῶν πεντετηρίδων γραφὰς λαμβάνων ἐπισκοπείτω. Siquis, ait, singula pompæ huius scire cupit, sumat in manus tabulas illas quibus quinquennalis ludicri Olympici solennitas depingi solet, atque eas intueatur: quasi dicat auctor, & in ornandis deorum omnium simulacris, & in ordine producta est cuiusque effigies, & vno verbo in cæteris omnibus ad deos spectantibus, idem plane seruatum in hac Ptolemæi pompa, atque Olympiæ, cùm celebratur ludicrum olympicum. πεντετηρίδων γραφὰς interpretamur pictorum tabulas, quarum argumentum erat, celebratio alicuius penteteridis. Notamus & alibi de hoc genere tabularum. Sed non sunt prætermittenda hoc loco Athenæi verba è lib. 12. ἀφικόμενος δὲ Ἀθήνησιν ἐξ Ὀλυμπίας, δύο πίνακας ἀνέθηκεν, Ἀγλαοφῶντος γραφήν. ὧν ὁ μὲν εἶχεν Ὀλυμπιάδα καὶ Πυθιάδα στεφανούσας αὐτόν. ἐν δὲ θατέρῳ Νεμέα ἦν καθημένη, καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων, καλλίων φαινόμενος τῶν γυναικείων προσώπων. Potest accipi γραφὴ & de libris eo argumento scriptis: sic in Plutarchi libro de musica, simillimus locus accipietur commodiùs. Nam vt probet auctor antiquissimos tibicines cecinisse in ludis μεμελοποιημένα, τοῦτο δὲ, inquit δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος. Etsi autem in multis Græciæ locis πεντετηρικοὶ ἀγῶνες celebrabātur, tamen omniū penteteridum longè nobilissima fuit Olympica: quæ ineunte quinto quôque anno, incredibili frequentiâ hominum, maximóque apparatu agitabatur. Quod si iudicij non fallimur, putamus etiam istam pompam Ptolemaicam agitatam esse occatione festi cuiusdam quinquennalis. quod etiā arguere videtur ista Penteteridis effigies, quæ inter cętera dicitur paulò post fuisse gestata. De magnificentia pompę cæterorum deorum licet facere coniecturam ex vnius Bacchi choragio vbertim hîc descripto. In ea descriptione scribunt libri veteres, λαμπάδας φλέγοντας βυσσίνας: non vt editum est, κισσίνας. de ellychnio e bysso possis intelligere. Mox verò, ἔφερον δὲ αὗται θυμιατήρια ἐξαπήχη κισσίνοις καὶ χρυσοῖς κάοσι † διακεκοσμημένα. exarata manu lectio habet καίωσι: quod non minùs corruptum quàm illud κιοσι, fortasse scribēdum κίοσι, vt interpretes. vel vt censemus nos, κανόσι. Cogita lector ingeniose. mihi quidem emendatio perplacet, non quia nostra est, sed quia vox κανὼν huic loco aptissima videtur. sic vocabant in operibus cuiuscunque materiæ, extantia à reliqua superficie ornamenta, quæ quidem in longum producerentur, in modum regulæ. sic φακοὺς dixerunt in lectis pedum & similibus operibus ornamenta quędā lenticularis formæ: de quibus plura obseruamus alio loco. Dixi extantia: quæ enim nō extant in longum producta, *virga* appellantur. ideo operibus textis ῥάβδους παρυφαίνεσθαι scribit Pollux: vnde *virgata sagula* Virgilio. sed & ῥάβδοι quæ eminent dicuntur: vt in illis ostreis quæ appellāt Græci τετραχόσειρα & ῥαβδωτά. Pro δὴ χρυσῶν μαζονομῶν, est in Epitoma, ἐν χρυσοῖς μαζονομοις. deinde pro ἐν πορφυραῖς χλαμύσι, inuenio in membranis χλαίναις. Mox non longè supple ex membranis, Ὧν αἱ πάσαι διεσκεύασμέναι, καὶ ἑκάστη φέρουσα τοὺς ἰδίους καρπούς. ἐχόμενα δὲ τούτων θυμιατήρια δύο κίσσινα. Vbi editur, τετράκυκλος πηχῶν τεσσαρεσκαίδεκα. numerum augent MSS. in queis πηχῶν ιζ. *cubitorum* 17. Corruptum est quod statim sequitur, τῇ δὲ τετρακύκλῳ ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι. καὶ πέρσης τελεσταὶ, καὶ θίασοι παντοδαποὶ καὶ τὰ λίκνα φέρουσαι. Omitto dicere, verbū deesse huic sententiæ necessariū, ἀχοῦντο vel ἐφέροντο, aut simile: cuius prætermissio etsi duriuscula, ferri tamen fortasse queat. illa certè πέρσης τελεσταὶ, clamant vitium percussa. Dalecampius fecit ἐν Περσικῇ στολῇ. ingenio, nisi fallimur, maiore quàm iudicio. vestitum Persicū describunt

bunt nobis Xenophon, & conditores Alexandri rerum. etiam Plutarchus, in libro de eius fortuna. sed κεῖσθω illius sententia εἰς τὸ μέσον etiã nostra. censemus enim ita scribendum, ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι, καὶ Ὀρφεοτελεσταὶ, καὶ θίασοι παντοδαποὶ, καὶ αἱ τὰ λίκνα φέρουσαι. Opertaneorum sacrorum mystæ atque interpretes præcipui erant quos vocabant Orpheotelestas, qui ferè cum Bacchi orgiastis coniunguntur. Scribebam aliquando, καὶ Περσεφόνης τελεταὶ. sed id iam non placet. nulla autem orgia aut mysteria sine vanno peragebantur, quam Virgilius vocat mysticam: Plutarchus in Alexandro μυστικὰ λίκνα. multa de hac vanno scriptores. λικνοφόροι hîc sunt fœminæ: alibi viri: vt cùm Æschinem licnophorum ait fuisse Demosthenes. Erant & in sacris Mineruæ vanni. Vetus poëta apud Clementem & Plutarchum, Βάτ' εἰς ὁδὸν δὴ, πᾶς ὁ χειρώναξ λεώς, Οἳ τὴν Διὸς γοργῶπιν ἐργάνην θεὸν Στατοῖσι λίκνοις προστρέπεσθε. Macedoniam olim & *Macetiam* esse appellatã, & Macedones *Macetas*, iam vulgò notum. in proximis tamen hisce verbis, μετὰ δὲ ταύτας αἱ Μακέται αἱ καλούμεναι Μιμαλλόνες, καὶ Βασσάραι καὶ Λυδαί. *Maceta* peculiari significatu dicuntur Macedonicæ mulieres Bacchi comites, quæ, ceu Deo plenæ, furere solitæ: ἔνοχοι οὖσαι τοῖς Ὀρφικοῖς καὶ τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς: vt de illis scribit Plutarchus in Alexandro. vide Eustathium ad Iliadis ρα. ξ. Smilacem inter Baccharum coronamenta recenset Callixenus, subiiciens, ἐστεφανωμέναι, αἱ μὲν ὄφεσιν, αἱ δὲ σμίλακι καὶ ἀμπέλῳ καὶ κίττῳ. de ea re tamen Plinium lege libro 16. capite 35. sic autem etiam Euripides in Bacchis. Nysam celebrant veteres Liberi patris nutricem, etiam M. Tullius & Plinius, ab ea sunt appellati montes Nysæ, descripti geographis in variis orbis terrarum partibus. De fœmina, non de vlla vrbe accipienda erant quæ sequuntur: ἐφ' ἧς ἄγαλμα Νύσης ὀκτάπηχυ καθήμενον, ἐνδεδυκὸς μὲν θαψινὸν χιτῶνα & cætera. Inuenio deinceps scriptũ in Epitoma, Ἑξῆς εἵλκετο ἄλλη τετράκυκλος: & statim, ἐφ' ἧς καθίσκος ἀσκός. istud quidem perspicue verum: non quod editur, ἐφεξῆς κατησκ. sic modò dictum, ἐφ' ἧς ἄγαλμα Νύσης. In eodem Epitomæ libro scriptũ, πλάτος κδ. *latitudo cubitorum 24.* vbi habet edita lectio. τεσσαρεσκαίδεκα. hoc melius dubio procul, vt longitudinis mensura arguit. seruemus igitur quod est editum cùm hic, tum paulo pòst: καὶ κρατῆρες ἑκκαίδεκα· ὧν οἱ μείζους ἐχώρουν μετρητὰς τριάκοντα, οἱ δὲ ἐλάχιστοι πέντε. non assentior doctissimo viro Nicolao Sturioni, qui pro τετράκοντα restituebat τέτταρα, existimans positum vitio λ pro δ. verius putamus sex fuisse horum craterum ordines, siue pemptadas, magnitudinis diuersæ. primi ordinis quini crateres quinque metretas capiebant. secundæ pemptadis decem: tertiæ 15. & sic deinceps ad triginta crateras vsque. Callixenus vt verbis parceret, maximorum & minimorum modum indicasse contentus, cæteros mediæ magnitudinis omnes tacuit. At sequentia perspicuè mendosa, εἶτα λέβητες ἕξ. βαρωτοὶ εἰκοσιτέσσαρες ἐπ' ἐγγυθήκαις πέντε. quid enim est βαρωτοί? Dalecampius emendabat ἄμφωτοι. grauius, opinor, subest vlcus. nam in βαρωτοὶ inesse statuimus vocis ὦτα vestigia illud β numeri nota est. Scribo, λέβητες ἓξ ὦτα ἔχοντες· (vel ἄμφωτοι) ἄωτοι εἴκοσιν. Etiã illud non probo, μαζονομίαι εἰκοσιπέντε. Lego mutato genere μαζονόμια, vt semper alibi. malim deinde, ἐστεφανωμένοι οἱ μὲν κισσίνῳ, οἱ δὲ πιτυίνῳ. vt paulo antè, αὐτὴ δ' ἐστεφάνωτο κισσίνῳ χρυσῷ. non autem κισσῷ. etsi legitur infrà de Priapo, ἔχων στέφανον κισσὸν ἐκ χρυσοῦ. sed meliùs ibi quoque, κίσσινον. Quid est quod vitij suspicionẽ in istis mouere, queat? ἐκ τούτου περιστεραὶ καὶ φάσσαι καὶ τρυγόνες καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδὸν λημνίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι, πρὸς τὸ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν θεωμένων ἁρπάζεσθαι. *ex hoc antro euolabãt quàm longa fuit via, colũbæ, palũbes, & turtures, lemniscos habentes ligatos ad pedes, quò facilè à spectatoribus raperẽtur.* lemnisci sunt tæniæ angustæ. optimè igitur facit vox illa ad hunc locum. Legendum tamen λινίσκοις, nisi & Eclogarij lectionem, & consentientis etiã hîc cum illo, Eustathij auctoritatem, insuper habemus. Huius sunt verba: Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐκ τοῦ κοινότερον λεγομένου λίνου, καὶ λινίσκος ὑποκοριστικῶς, ὁ λεπτότατος λινος οἷον, περιστεραὶ καὶ φάσσαι καὶ τρυγόνες, καθ' ὅλην ἐξίπταντο τὴν ὁδὸν ἔν τινι πομπῇ λινίσκοις τοὺς πόδας δεδεμέναι. Verum potiùs amplectar non facilè dixerim. Mox scribit Breuiator, ἐπ' ἐλέφαντος χρυσῷ κατακειμένου, sed τὸ χρυσῷ adiecit ille de suo: volebat enim sequentium horumce verborum facere compendium: ὁ δ' ἐλέφας σχολὴν εἶχε χρυσῆν. Subdit Callixenus, ὑποδέδετο δὲ ἐμβάδας χρυσοβαφεῖς. Epitomæ non contemnenda lectio χρυσογράμμους. Caue mutes vocem κοῖλον, cùm dicit Callixenus, σιμωειδεῖς τράγοι ἑξήκοντα, κοῖλον δεκαδύο. Colum inter quadrupedes non ignobile animal, veteres mẽbranæ variè scribunt per ω vocalem modò magnam, vt hîc: modò paruam, vt in septimo Strabonis. ἔστι δὲ τῶν τετραπόδων ὁ καλούμενος κόλος, μεταξὺ ἐλάφου καὶ κριοῦ τὸ μέγεθος, λευκός. Valeant igitur, qui emendant λεόντων. Hybridarum animantium nouum genus exhibent hîc nobis calamo exarata exemplaria, onelaphos nescio quos, asinorum ceruorúmque naturam participantes. Nam vbi scribitur, στρουθῶν σιμωειδὲς ὀκτὼ, ἐλάφων ἑπτά. Huraldinus codex & aliqui etiam Italicorum habent ὀνελάφων ἑπτά.

CAPVT VIII.

Varia animalia ad currus iũcta. ἡνίοχος & παραβάτης. *Aurigarum habitus.* παραβαίνειν. thyrsolonchi. *Æthiopes* δωροφόροι. *Ebeni* φάλαγγες *vel* κορμοί. κυλίκιον & κυλίκειον. δίχθιος. στέφανος, στεφάνη, στέμμα. στεφανωθῆναι τιμητικῶς ἐν Δωδώνῃ. Chytorrhox *sinus*.

ETSI proprium ludicro Circenſi animal eſt equus: ſunt tamen reperti qui alia animalia iuncta in Romanum circum producerent: puta, elephantas, camelos, leones, tigres, ceruos etiam, canes deinde. Hæc nos in *commentario De ludis Circenſibus* pluribus explicamus. Simile autem eſt, quod à Ptolemæo factum narrat hic Callixenus. Ait enim producta in iſta pompa fuiſſe ἅρματα καὶ συνωρίδας elephantorum, hircorum, colorum, orygum, aliarúmque plurium beſtiarũ. Narrat deinde, cuique currui aut bigæ, iuuenes binos fuiſſe impoſitos: quorum alterum παιδάριον, *puerulum*: alterum παιδισκάριον appellat, ceu ætate & ſtaturâ minorem. ſic in veris curribus, qui non ad ſpeciem inanem inſtruebantur, ſed ad pugnam vel cum hoſte vel cum antagoniſta, duo ſemper geſtabantur: alter qui habenas tractaret: alter qui pugnaret. ille dicebatur è re ἡνίοχος: hic παραβάτης. erant autem hi duo vt conditione, ſic etiam cultu dimenſi. Pulcherrimè id expreſſum eſt à Callixeno cùm ait, ἐπὶ δὲ πάντων τούτων ἀνεβεβήκει παιδάρια χιτῶνας ἔχοντα ἡνιοχικοὺς καὶ πετάσους. hic erat verorum aurigarum habitus: ſaga circa humeros breuia, flagellum in dextra, in ſiniſtra habenæ, petaſus in capite. ſequitur de vultu parabatarum, ſiue vt poëtæ vocant παραιβατῶν, vt Athemenſes, apobatarũ: παραβεβήκει δὲ παιδισκάρια διεσκευασμένα πελταρίοις καὶ θυρσολόγχοις, κεκοσμημένα ἱματίοις καὶ χρυσίοις. Hic verò ſunt quædam nobis animaduertenda. Omnium primum παραβαβήκει poſitum pro παρεβεβήκει: niſi tamen ita potiùs eſt ſcribendum. παραβάτης quidem certè pro παραιβάτης non dicitur. Ornamenta iſtorum ait fuiſſe paruas peltas, & θυρσολόγχας. id eſt, *lãceas ſub thyrſorũ ſpecie latentes*: ſiue θύρσους λογχωτούς, vt ad primum Strabonis dudum nobis expoſitum. *Thryſolonchũ* deſcribit Iuſtin[9] Martyr iſtis verbis, αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσι. Epitomæ auctor ſcribit χρυσολόγχοις perperam. Scio poſſe aliquo modo defendi quod ſequitur, κεκοσμημένα ἱματίοις καὶ χρυσίοις. penè tamen perſuaſi ſumus, ſcripſiſſe Callixenum ἱματίοις καταχρύσοις, vel διαχρύσοις: quâ voce iam vſus eſt aliquoties. hoc eſt, χρυσοποικίλοις. Porrò iſti parabatæ cum ſuis agitatoribus, in duas factiones erant tributi: nam id declarãt proxima verba, ἐπῆσαν δὲ συνωρίδες καμήλων ἓξ ἑκατέρου μέρους τρεῖς. & fuiſſe etiam certamina quædam edita, ſignificant obiter quæ deinceps legas, ἐστεφανώθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ στεφάνοις χρυσοῖς εἴκοσι. Inter peregrina ſpectacula à Ptolemæo in iſta pompa exhibita, nominantur mox & Αἰθίοπες δωροφόροι, *Æthiopes donis onuſti*. docti emendarunt δορυφόροι, reclamãtibus antiquis membranis, & Epitomâ etiam. Iſtorum ait quoſdam tuliſſe ἐβένου κορμοὺς διχιλίους. videntur eſſe quas Herodotus in Thalia φάλαγγας ἐβένου, & ex illo Plini[9] lib. 12. *phalãgas* nominãt. propriè tamen κορμὸς, vnde Romanorũ *gremium*, aliud quàm *phalanx* vel *palanga*. Paulò pòſt in albo traductorum animalium commemorantur καὶ ὅλοι λευκοὶ βόες Ἰνδικοί. ſcriptũ erat in editis, κύκλοι λευκοί, βόες Ἰνδικοὶ εἴκοσι ἕξ. ferri poteſt, ſi colorum numerus reſtituatur, geminatis, quæ ſingulæ poſitæ ſunt, duabus literis hoc modo, κύκλοι λευκοὶ ιϛ, βόες Ἰνδικοὶ εἴκ. ſed hoc quia mera coniectura eſt, placuit iure ſcriptam lectionem ſequi. Pro πάνθηροι, ſcribe mox πάνθηρες, ex Epitoma & vſu auctorũ. item pro ἄρκηλοι, meliùs ἄρκιλοι. & pro κυλίκιον μεστὸν χρυσωμάτων, ſcribendum aliquoties κυλικεῖον. differunt enim iſta vti ſcimus. etſi paſſim pro potoriorum vaſorum theca (hoc ſignificat κυλικεῖον, non *abacũ*, vt hic vertitur, neque *repoſitorium*, vt aliquando pòſt:) legas κυλίκιον & in hoc auctore & in aliis. Διαθέσεις, in iſtis, καὶ τὸ διαθέσεις πολλαὶ ἀκοῆς ἦσαν ἄξιαι, rerum ſunt ſimulacra & repræſentationes mirabili artificio expreſſarum ad decus pompæ: ſicut & ſexto capite diximus. Porrò in hac Callixeni narratione tria mihi obſeruet lector diligens, in quibus diſtinguẽdis doctorum deſiderabit induſtriam. Illa tria ſunt, στέφανος, στεφάνη, στέμμα *coronas* vulgò vertunt hæc omnia nullo diſcrimine. Atqui ſignificare aliud στέφανον, aliud στεφάνην declarant ſubiecta verba. ἐπομπεύσαν δὲ καὶ θρόνοι πολλοί, ὧν ἐφ' τινος ἔκειτο στεφάνη χρυσῆ· ἐπ' ἄλλου δ' ἦν κέρας χρυσοῦν· ἐπ' ἄλλου δ' ἦν στέφανος χρυσοῦς· καὶ ἐπ' ἄλλου δὲ κέρας ὁλόχρυσον. Dalecampius ne cogeretur anquirere quid differant στέφανος & στεφάνη, expeditiſſimam iniit viam, deletis iſtis, ἐπ' ἄλλου δ' ἦν κέρας χρυσοῦν· ἐπ' ἄλλου δ' ἦν στέφανος χρυσοῦς. Enimuerò ſententiam mutaſſet vir eruditus, ſi obſeruaſſet, στέφανον quidem dici plectilem, tortilémve, aut cuiuſcunque tandem generis coronam, quæ toro conſtet: στεφάνην verò non eſſe torum: ſed limbum aliquantæ altitudinis in orbem ductum. Itaque στεφάνη quædam Callixeno memoratur altitudine bicubitalis: item alia ſex & quinque cubitorum. Atque ex eo murorum minæ στεφάναι dicuntur Græcis, non στέφανοι. Sic accipe ſemper in hac luculentiſſima narratione & ſimilib[9] locis. Στέμμα verò eſt vitta ſiue lemniſc[9]. atque vt coronæ lemniſcatæ (id eſt, vt loquitur Theocritus, περιζωστῆρσιν ἑλικταί,) honeſtores erant: ſic ſtemmata aliis rebus circumplicabantur honoris cauſſa. Ergo ait Callixenus, ἐφέρετο φαλλὸς χρυσοῦς πηχῶν ἑκατὸν εἴκοσι, διαγεγραμμένος, καὶ διαδεδεμένος στέμμασι διαχρύσοις. quod erat diadema circum caput, hoc στέμμα circa phallum. Vt in lineam redeamus, ſcribit de Alexãdro, hoc eſt, de vehiculo quo Alexandri Magni ſimulacrum tranſuectum eſt pompaticè, vt cum Tertulliano dicam, ὃς ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἀληθινῶν ἐφέρετο χρυσοῦς. moueant iſta verba in animo lectoris acuti ſuſpiciõem, quaſi illos elephantorum currus, quorum eſt antè facta mentio: non traxerint veri elephantes, ſed vel equi vel muli vel alia neſcio quæ animalia in elephanti figuram conformata. quod quia du-

ſum

rum credere est, & vt existimo absurdum, scribo, ἐφ' ἅρματος ἐλεφάντων ἀληθινῶς ἐφέρετο χρυσοῦς. verè aureus gestabatur. hoc est, ex solido auro, nō inauratus. Obscura sunt, & si sequimur interpretes corrupta, quæ post absolutam descriptionem pompæ, de coronarum diuisione dicuntur. ἐστεφανώθησαν δ' ἐν τῷ ἀγῶνι καὶ στεφάνοις χρυσοῖς εἴκοσι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ πρῶτος καὶ Βερενίκη εἴκοσι τελεῖν ἐφ' ἁρμάτων χρυσῶν καὶ τεμένεσιν ἐν Δωδώνῃ. quinam illi sunt qui ἐστεφανώθησαν? viri docti non alios putarunt, quàm Ptolemæum & Berenicen. quorum sententiæ si stamus, lectio sic videatur concinnanda. ἐς δ' ἐν τῷ ἀ. καὶ ς. χρυσοῖς, εἴκοσι μὲν Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος. ἡ δὲ Βερενίκη τρισὶ καὶ εἴκοσι. coronati sunt in agōne coronis aureis, Ptolemaeus quidē primus, viginti: Berenice verò trib⁹ & viginti. Simpliciùs nos, vt editæ lectionis verba sonant, ita interpretabamur. *Coronati sūt in certamine coronis aureis viginti è victorib⁹: Ptolemaeus verò primus & Berenice, 23.* vt τὸ εἴκοσι de personis intelligatur, non de coronis. Est sanè probabile, quando certatum esse dicitur, & victores quosdam extitisse, & coronas aureas nōnullis saltem illorum fuisse donatas. Etiam illud admodum probabile, in tanta hominum multitudine viginti minimum esse repertos, qui propter singularem diuersi generis agonum peritiam, coronis aureis à munificentissimo regum, die præsertim adeò festo ornarentur. Absurdum verò quod sequitur primā facie videatur, Ptolemæum & Berenicen στεφανωθῆναι τεμένεσιν ἐν Δωδώνῃ. Nam quomodo intelligemus, ludis iis qui Alexandriæ in Ægypto edebantur, Dodonæi agri portione, Ptolemæo & Berenicæ honorem fuisse habitum? Mitto aliorum interpretationes, quas probare non possum. Existimo enim egisse Ptolemæū cum Dodonæ proceribus, qui ad ludos theōri publicè venerant, vt domum reuersi agri partem Ptolemæo, primo & Berenicæ consecrarent, eísque quo τεμένη curarent dicanda, inque iis fana extruenda. quod quia sine maximis sumtibus non poterat fieri: ideo inter cæteras Philadelphi impensas refertur hîc à Callixeno. Addit autem, harum impensarum summam, talentorum fuisse bis mille ducentorum triginta nouem, & hoc amplius minarum quinquaginta. quam omnem dispēsatores regiæ domus representarint, priusquàm spectacula finirentur. hoc significant verba auctoris, πρὸ τοῦ τὰς θέας παρελθεῖν. *priusquam praeterirent spectacula*, siue, *spectaculorum dies*. interpres pecuniā in antecessum solutā volunt futuris victoribus, *priusquā accederent ad ludorū spectacula*. In hęc absurda præcipites eos dedit, verbum παρελθεῖν malè acceptum. Promtæ adeò solutionis caussa affertur, διὰ τὴν τῶν στεφανούντων προθυμίαν. non malè hoc quidem: nam quod libenter facimus, citò & expeditè facimus. Non dissimulabo tamen animi sensum. Legam enim lubens. προμήθειαν non προθυμίαν. Tanta, inquit, prouidentia regis ac regiæ fuit, vt ad istos omnes sumtus, pecuniæ quod satis esset maturè coëgerint. Hæc sine dubio propior caussa expeditæ solutionis quàm illa prior. Quos autem hîc appellat οἰκονόμους inter ministeria Regis Ptolemæi, alij βασιλικοὺς τραπεζίτας, *regios mensarios*. Aristeus in descriptione magnificētiæ Ptolemæi erga Iudæos: ἐκέλευσε τὰ τῶν διαφόρων δόσιν ἀθρόως ὅσων ἀπομοιρᾶσαι τοῖς ὑπηρεσίαις τῶν προστάγμάτων καὶ βασιλικοῖς τραπεζίταις. idem etiam φισκοφύλακας nominat custodes *aerarii*, id est, fisci regij. Iosephus apud quem tota illa historia iisdē propè verbis est descripta, dixit: τὰς φύλακας τῶν κιβωτῶν. Scribe, ἐν γὰρ ἡ τῶν Περσῶν καὶ B. Quod dicitur de Chrysorrhoa Nili cognomine, sic accipe ne erres: nobile id nomen, quod varijs Europæ Asiæque fluminibus datum est, si rei veritatem spectemus, vni deberi Nilo, ac soli. Fluuios isto nomine inuenies apud Geographos non duos aut tres, sed plures. omnium nobilissimus is qui Damascum Syriæ præterlabitur. Nilum quidem vulgò appellatum fuisse Chrysorrhoam nemo dixit veterum: etsi non nescimus esse qui sic appellent ex antiquis scriptoribus. Gregorius Nazianzenus in epitaphio Athanasij, Νεῖλον, τὸν χρυσορρόαν ὄντως καὶ δίσταχυν. Sed iam spectatum satis: nimis enim tenuit nos diu pompa regalis.

CAPVT IX.

Prom. Opera Philadelphia. πάροδος *in naue*. ἀκροστόλιον. *nauis* ὅπλα, arma. ἰσχάρια *deducendis in mare nauibus*. ἀνάκλασις ἔνυγραμμος. ἀναπεπταμένα *loca*. πτερὸν & πτέρυξ. *θύρα. valuarum ornamenta.* διχοτομία τοξοειδής. διχοτόμια. παράσειρος.

KAI περὶ πάντα ἐσπουδάκει τὰ κατασκευάσματα φιλοτίμως. de Ptolemæo Philadelpho loquitur: cuius ita μεγαλεπίβολον ingenium fuit, vt ab eo magnifica omnia opera Philadelphia sint dicta. Philo Iudæus De vita Moysis, Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ἐπικληθεὶς, τρίτος μὲν ἦν τῶν μετ' Ἀλέξανδρον τὴν Αἴγυπτον παραλαβόντων· ἀρεταῖς δὲ ταῖς ἐν ἡγεμονίᾳ πάντων οὐχὶ τῶν καθ' αὑτὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν πάλαι πώποτε γεγενημένων ἄριστος· ὃ καὶ μέχρι νῦν τοσαύταις ὕστερον γενεαῖς ᾄδεται τὸ κλέος, πολλὰ δείγματα καὶ μνημεῖα τῆς μεγαλοφροσύνης κατὰ πόλεις καὶ χώρας, ἀπολιπόντος, ὡς ἤδη καὶ ἐν παροιμίας εἴδει τὰς ὑπερόγκους φιλοτιμίας καὶ μεγάλας κατασκευὰς Φιλαδελφείους ἀπ' ἐκείνου καλεῖσθαι. Appianus hoc illi magnificum elogium tribuit, ὃς καὶ πλεῖστα δεινότατος ἦν βασιλέων, καὶ δαπανῆσαι λαμπρότατος, καὶ κατασκευάσαι μεγαλουργότατος. τὰ δ' ἀπὸ τριήρης μέχρι τετρημιολίας διπλάσια τούτων. Ægyptiaci regni opes commemorans Appianus ex Ptolemæi huius rationario, fuisse illi ait, triremes ab hemiolia ad penteres numero mille & quingentas. Inter triremem autem hemioliam, & trieremioliam qui discrimen aliquod censent statuendum, ij mihi nodum in scirpo quærere

tere videntur. ἀπὸ παρόδου ἐπὶ πάροδον. Non est *aditus* πάροδος: sed via quæ secundum nauis longitudinem in supremo tabulato patet, iuxta remiges eos qui θρανῖται Græcis dicti. Veteres Latini *ageam* vocabant. paulò aliter videtur πάροδος accipi, cùm Hieronis nauis τριπάροδος infrà nuncupatur.

ὕψος δὲ ἕως ἀκροστολίου. quod ἄφλαστον, siue *aplustre* in puppi, id in prora erat ἀκροστόλιον: quanquam & ἄφλαστον proræ tribuitur. Sūt autem nauium ornamenta, & acroteria illis partib' imponi solita. Cæterùm nauis istius dimensiones, totidem ferè verbis apud Plutarchum legas in vita Demetrij. ἐπὶ τὸ τῇ θαλάττῃ μέρος αὐτῆς, deesse aliquid facilè animaduertent, qui criticas aureis habebunt. Lege cum Epit. ἐπὶ τὸ πρὸς τῇ θαλ. μ. πολὺς δὲ ἦν καὶ ὁ τῶν ὅπλων κόσμος. non sunt ὅπλα hic Martis arma: sed nauis instrumentum vniuersum: vt etiam apud Virgilium *arma*. Vtilitatem horum ὅπλων declarant sequentia verba, ἀναπληροῦν δὲ τὰ προσδεόμενα τῆς νεὼς μέρη, hoc vult enim: ex ea copia instrumenti nautici quo nauem instruxerat, reparasse Ptolemæum subinde, quicquid in ea naui poterat desiderari, vt fieri amat in nauigiis præsertim huiusce magnitudinis: semper enim aliquid sarciendum & reficiendum est. Plautus,

Negotij sibi qui volet vim parare,
Nauem & mulierem, hæc duo comparato.
Nam nulla magis res dua plus negotij
Habent, fortè si occeperis exornare.
Neque vnquam satis hæ duæ res ornantur,
Neque eis vlla ornandi satis satietas est.

Elegantiùs porrò & magis ex vsu τῶν ἀκριβῶς ἑλληνιζόντων scribas, τὰ προσδεόμενα αἰεὶ τῆς ν. μ. de vocis αἰεὶ significatione in huiusmodi locis, tum alibi diximus, tum libri sequentis c. 6.

εἰς δὲ τὰς ὑπηρεσίας τετρακοσίους. Plutarchus, ναύταις δὲ χωρὶς ἐρετῶν ἐξηρτημένην τετρακοσίοις, ἐπιβάταις δὲ τετρακισχιλίοις. ἐπισιτισμὸν τε οὐκ ὀλίγον. Scribe, vel ἐπισιτισμῶ, vel ἐπισιτισμόν. καθειλκύσθη δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ ἐσχαρίου πρός. quæcunque de vocabulo ἐσχαρίου dicuntur hîc à viro docto, ea, vt dicam ingenuè, omnia essent ἄρρητα ἀμείνω. Eustathium adhibere in consilium erat satius. Locum illius eruditissimi Episcopi integrum huc transferemus: rem enim aperit perspicuè. Ὅτι δὲ, ait, οὐ μόνοι καθ' αὑτὰς ἐσχάραι πυρὸς ἦσαν, ἀλλὰ καὶ ἐπιφορητὰί, δῆλον ἐκ τοῦ εἰπεῖν πομποῦσαν καὶ θυμιατήρια χρυσᾶ, καὶ ἐσχάρας ἐπιχρύσους. Citat verba desumpta ex superioris pompæ descriptione. Addit, Ἀθήναιος δὲ καὶ ἐσχάριον παραγωγῶς οἶδε, δι' οὗ καθέλκονται νῆες εἰς θάλασσαν. ὅθεν ἡ ἀπειρόγαμος γλῶσσα παραφθείρουσα, τὸ καινὸν πλοῖον ἀπὸ σχαρίου εἶναι φησί. βουλομένη πάντως ἀπὸ ἐσχαρίου εἰπεῖν. πρὸς ὁμοιότητα δὲ ἴσως ἐσχαρίου τοιοῦτου, καὶ ἡ κοινότερον λεγομένη μαγειρικὴ ἐσχάρα καὶ ἐπινοεῖσθαι καὶ ὀνομασθῆ. Rectè Eustathius, ἐσχάριον hoc loco interpretatur machinam deducendis in mare nauibus aptam. hoc enim postulant omnino auctoris verba quamquam ex eo quod addit, vulgò nauem recens factam dici solitam ἀπὸ σχαρίου, pro ἀπὸ ἐσχαρίου, vt ipse interpretatur, non malè colligas, ἐσχάριον significasse aliquando tectum subitaneum & leuis operæ, sub quo naues solent compingi. Sed hęc coniectura tantùm est, præterea nihil. Nam isto loco ἐσχάριον non aliud est quàm quod diximus. alibi quoq; eâ voce Athenæus vsus; pro eo quod *basim & compactionem & transtrorum planitiem* dicit Vitruuius in descriptione testudinis machinæ. Cuius cùm pridē magnus Turnebus in Aduersariis suis nos admonuerit, eò lectorem reiicere, quàm pluribus probare malumus. Porrò formam ἐσχαρίου, cuius hîc meminit ex Callixeno Athenæus, ex ipso nomine licet odorari. Erat enim coagmentatio multorum asserum instar ingentis foci, habens, vt opinor, impacta ligna transuersa, instar craticulæ quæ Græcis ἐσχάρα. Sic in ea fossa quæ huic machinæ successit, destitutæ erant palangæ transuersæ, sicut auctor narrat. Etiam Vitruuius ἐσχάραν, *basim* aliâ in re interpretatur, lib. 10. c. 17. Nos in Apollodori Poliorceticis, capite, quomodo oporteat turres παροικοδομεῖν, notauimus hæc verba: κάτω δὲ τὰς ὀρθοστάτας ἀπὸ τῶν ἀπαλῶν ἐπὶ τὰ ἀπαλὰ ἐπιτίθενται ἔλκεα ξύλα τετραγωνίζοντα τὸ σχῆμα, καὶ τὸ κάτω σχάριον συμπληροῦντα. Sic scribitur hic locus in bibliotheca Regis Christianissimi.

τὸ ἀνοιχθὲν κατ' ἀρχὰς ἐμφράξας: scribendum καὶ τὸ ἀν. vel εἶτα τὸ ἀν. & distinguendū post vocem præcedentem ναῦν. Sensus est, postquam nauis in eam fossam deducta est, in quam fuerat mare admissum, fuisse obturatam viam quæ patuerat mari, & aquam omnem machinis exhaustam. quibus peractis, resedisse nauim super factitiæ fossæ palangis, ibíque mansisse tanquam in statione aut nauali. μετεξαντλοῦντας πάλιν τὴν θάλασσαν ὀργάνοις significat, aquam maris quæ erat ingressa fossam, haustoriis machinis fuisse translatam & exhaustam; neque enim puto assentiendum interpretibus, qui accipiunt de aqua quæ in nauem intrauerat. Id verò contra auctoris propositum manifestò facit: qui docere vult quomodo super fossæ palangas, nauis fuerit firmè collocata. hoc autem non potuit aliter, quàm sublato priùs mari quod fuerat admissum, ne iactaretur & fluctuaret in fossa nauis. Τούτου δὲ γινομένου ἑδρασθῆναι τὸ πλοῖον. Supplendum vt sæpe in narrationibus, verbum φησί: vel scribendum ἑδρασθῆναι συνέβη τὸ π. hoc equidem verum censeo.

τὸ δ' εὖρος ἡ πλατύτατον, τριάκοντα πηχῶν. *Latitudo, qua fuit latissima, triginta cubitorū.* Contrarium interpres deceptus à vulgata lectione ᾗ πλατύτερον. Deinde scribe cum Epitoma, μικρὸν ἀπεδεῖ τεσσαράκοντα πηχ. non μικρὸν ἀπεδ.

τῆς ἀνακλάσεως εὐσχήμως φαινομένης. Refero ad rationes opticas: quas ita diligenter ait obseruatas, vt reflexio concinna appareret. Dalecampius legendum censuit εὐθυγράμμου: ego

firma

firmatam auctoritate codicum scripturam non sollicito. Est verò certum, in iis quæ tolluntur in altum, vt in altioribus columnis & similibus, opticis rationibus cauendum esse, ne propter visus ἀνάκλασιν deformitas appareat. Cùm enim eò res quæque minor videatur, quò longiore interuallo à nobis spectatur, fallend' oculus est, & symmetriæ laus captanda est ex asymmetria. quod etiam in striatarum columnarum crassitudine docet obseruandum Vitruuius libro 4. cap. 4. In optimæ tamen notæ membranis scriptum ἀνακλήσεως, quod nō probamus. μετέωρον ἄγων ἴσμαξ. Interpretis ἀπειρία magnam facit iniuriam nobilissimo fluuiorum. Auctor ait, eius fluctus in altum sæpe attolli: interpres, *allidi & irruere*. Latinè parum, falsò prorsus. περίπατοι ἐγεγόνεισαν διπλοῖ. Ambulationes fuerunt duplices in singulis trium laterum: quarum altera fuit alteri superstructa. Inferiorem vocat κατάγειον, quia erat similis ambulationibus quas hypogeas vocarūt: superiorem appellat ὑπαίθριον, à situ: à forma autem κρυπτὴν, *tectam*. nequis hypæthram fuisse putaret. Πρώτη δ' εἰσιόντι κατὰ πρύμναν ἐπέτακτο πρὸς ἐξ ἐναντίας ὁμοία, ἀναπεπταμένη κύκλῳ δὲ περίπατος. Hæc sunt deprauatissima. Pars mēbranarū pro περίπατος scribit περίπτερος. Censeo corrigendū πρὸς τὸ ἐξ ἐναντίας μὲν ἀναπεπταμένη, κύκλῳ δὲ περίπτερος. Sensus autem est: Ingruentibus à puppi primam statim occurrisse ambulationem illam superiorem, patentem vsque ad alterum extremum, sine vllo obice aut septo, quod illam diuideret, ac breuiorem redderet: prorectum verò in orbem habuisse angustum. Nemo dubitat ἀναπεπταμένα illa loca dici Græcis, quæ sunt aperta & nullo obice intersepta. talis hæc ambulatio fuit. Πτερὸν architectorum esse vocabulum, ex Vitruuio constat, & Plinio lib. 36. cap. 13. etiam munitionis genus erat quod πτερὸν vocabant, de quo ad Polybium: variè enim eam vocem vsurparunt. sed ferè de iis tantùm dicitur, quæ similem figuram habent aliquo modo ei quem Græci πτερὸν vocant. Hesychius interpretatur. ὑψηλὸν, πανταχόθεν ἐξέχον. ἢ στέγην ἔχουσαν ἐξοχήν. harum trium explicationum prima & secunda sunt alienæ. Sæpissime obseruauimus in doctissimis illis Glossis, confusas esse duarum affinium vocum interpretationes. is error hîc commissus est: nam priores illæ explicationes, non explicant vocē περίπτερος, sed περίμετρος. teste ipso Hesych. qui scribit paulo antè, περίμετρος, πανταχόθεν ἐξέχον. Tertia interpretatio ita scribenda, τὴν στέγην ἔχουσαν ἐξοχήν. Ex huius mente igitur, περίπατος κύκλῳ περίπτερος erit, *ambulatio in orbem protectū angustum habens*. nā ἐξοχὴν apud Hesychium quid aliud interpreteris, nisi tecti proiecturam? Possumus etiam aliter ex Vitruuio vocem περίπτερον explicare. *peripterum* locum vocat ille, qui vno columnarū ordine cingitur: *dipterum*, qui duplici. Itaque ambulatio περίπτερος erit, quam columnæ circumuallant. Iuuat, quòd modò dixit fuisse hanc ambulationem vndique fenestratam & sepimentis munitam. φραγμοῖς, ait, καὶ θυρίσι διειλημμένη πάντοθεν. videntur singula intercolumnia suā fenestram habuisse. Sic etiam paulo pòst οἶκον περίπτερον cum Dalecampio acceperim & non multo pòst συμπόσιον περίπτερον. vbi clarè hanc expositionem confirmat auctor, subiiciens statim, οἱ κίονες αὐτοῦ ἐκ λίθου Ἰνδικοῦ συνέκειντο. Ista mox, τῇ δὲ ἐχομένῃ κατάστεγοι ἀναπαυλῶν non intelligo: & videntur deesse quædam.

θυρίδες ἐπέκειντο δι' αὔραν παρέχουσαι. non est δι' αὐτὰ, vt putant, *adeundi commoditas*: sed aëris recipiendi ac luminis, vt locus fiat & luminosus, & perflatilis. neque necesse mutare in δι' αἰθρία: nam δι' αὐγὴ, & δυσαυγὴς probæ dictiones sunt, etsi ποιητικώτεραι. ἐλεφαντίνους ἔχουσαι τοὺς κόσμους. bullas intelligit, & si qua sunt alia valuarum ac forium ornamenta. Sed notandum sequentia verba, ἡ δὲ ἐνήλωσις ἡ κατὰ πρόσωπον αὐτῶν καὶ τὰ ῥόπτρα ἐξ ἐρυθροῦ γεγονότα χαλκοῦ τὴν χρύσωσιν ἐκ πυρὸς εἰλήφασι. *claui*, inquit, *qui in operis frōte itemq; marculi, ex ære rubro facti, auri similitudinē per ignē erant consecuti*. πρόσωπον cape vt in illo Pindari, ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον χρὴ θέμεν τηλαυγές. vulgò dicim' in idiomate nostro, *frontispicium*. ista χαλκὸς ἐρυθρὸς τὴν χρύσωσιν ἐκ πυρὸς εἰληφὼς, periphrasis sunt eius speciei æris, quam nos appellamus *lotonum*, lutei planè coloris.

ναὸς Ἀφροδίτης θολοειδής. *templum Veneris ad similitudinē tholi factū*. alibi plura de voce hac & figura diximus: quam non rectè animo ceperunt, qui verterunt, *ædes Veneris camerata, in testudinis rotundū fastigiū desinente cacumine*. huic tot verbis opus fuit vt vnica vox θολοειδὴς exprimeretur? quorsū verò *testudinis* nomen? nā alia figura χελώνης, alia θόλου, vt sciunt qui Romanum Pantheum, aut corporis aut animi oculis viderunt. non dissimilis figura illius ῥομβωτοῦ ὀροφώματος, quod præcedit. οἱ γὰρ κίονες αὐτοῦ. malim οἱ γοῦν. quò enim illud γάρ? Mox scribe, ἔχον τὴν περιφορὰν ἐκ λίθων ἀληθινῶν καὶ χρυσοῦ διηρμοσμένην. Videam' verò sequentia, ἐπὶ δὲ ... καὶ ἄλλο συμπόσιον ἦν, ἐπὶ τῇ τοῦ μεγίστου οἴκου στέγῃ κείμενον, σκηνῆς ἔχον τάξιν, ὥστε τῇ μὲν οὐκ εἶναι, διάτονα δὲ τοξοειδῆ διὰ ποσοῦ τινὸς ἐκτέτακτο διάστημα. ἐφ' ὧν αὐλαῖαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν ἁλουργεῖς ἐπετέταντο. Mendarum lætam hîc segetem acutus lector habet, in qua se exerceat. à scriptis manu codicibus frustra auxiliū speres: frustra etiam ab Epitoma, quæ hæc omnia præteruolat, vt iam tum inquinata. Vitij indicium vel in illis satis certum, ἐφ' ὧν. nihil enim præcessit quò hæc possint referri. Lego, ὥστε τῇ μὲν οὐκ εἶναι τοῖχον, διάτονα δὲ τοξοειδῆ διὰ ποσοῦ τινὸς ἐκτέτατο, (vel ἐκτέτατο) διαστήματος. ἐφ' ὧν αὐλ. &c. Sensum elicio hunc: œci maximi contignationi impositum fuisse cœnaculum, tentorio simile. Id verò sic factum fuisse, vt illi quam diximus contignationi nihil superstructum esset. putà, nulli parietes, nullum tectum: sed funes

funes quosdam arcuatos certo interuallo fuisse dispositos, vel distentos, super quibus aulæa pādebant quoties vsus esset. Vocabulum διχατόμια, non memini legere alibi: nec satis scio quid propriè significet, sed διχατόμια τοξοειδῆ appellat auctor sine dubio, arcus dimidiatos ex crassis funibus vel ligno factos sustinendis aulæis: quæ super illis expansa, efficiebant vt dicit auctor, cœnaculi faciem tentorio similem. Fortasse διχατόνια rectiùs scribamus: sed alio sensu, quam accipit Hesychius, qui interpretatur κείλους. Quod diximus de funibus arcuatis, stare non potest: nisi intelligamus fuisse eos sustentatos perticis aut varis, aut aliâ re aliquâ. Deinde scribe, Μεσὸ δὲ τούτο αἰθέλον ἐξεδέξατο.

ἁλουργοῖ παράσειρω κακοσυμίμων. Ignotæ significationis verbum est hic παράσειρον. sed vel funes significat, vt explicat Dalecampius: vel aliud nescio quod ad oras veli appensum ornamentum instar prætextæ, aut fimbriarum.

CAPVT X.

Carpentū quo Alexandri corpus in Ægyptum est delatum. κατασκευάσασθαι actiuè & passiuè. λευκεία, & ex ea funes. Podanū & Heldanū nomina confusa. σῶμα pro seruo. ἀνθρωπότης, vulgus hominum. helix. de terebra obseruatio. Hieron & Franciscus Magnus principes φιλομουσοι. Horti Adonidis. κεραμίδες μολύβδιναι.

AIT eruditissim⁹ conuiuator. Ἱερώνυμος ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἁρμαμάξης, ἣ συνέβαινε κατακομισθῆναι τὸ Ἀλεξάνδρου σῶμα. Descriptionem huius harmamaxæ accuratè persequitur Diodorus Siculus lib. 18. ex eo petat lector. est enim opus sanè quàm magnificum, & Alexandri corpore non indignum. Hieronymi tamen nomen à Diodoro prætermissum est: itémque ab Æliano libro 12. Ποικίλης, capite vltimo. Ait, εἰς ὕλην μὲν ξύλων ἐκ τῆς Αἴτνης παρεσκεύασε. sic Epitoma; & ferri potest. planior tamen sententia fuerit, si scribamus, εἰς ὕλην μὲν ξύλων. ξυλεία ἐκ τῆς Αἴτ. παρεσκεύασε, ἐξ. τριηρ.σκ. πλῆθος ἐξεργάσασθαι δυναμένη. Ita vsurpauit paulò antè vocē ξυλεία. ὅ φασι πεπῆχθαι πεντήκοντα πλοίων πεντηρικῶν ξυλεία. aut sic, εἰς δ' ὕλην μὲν ξύλων ἐκ τ. Α. παρεσκεύασε. parauerat. nā & κατασκευάσασθαι & παρασκευάσασθαι tā actiuè quàm passiuè sum solent. Scripsimus ex antiquis, καὶ τὴν εἰς τὴν ἄλλην χρείαν ὕλην, τὴν μὲν ἐξ Ἰταλίας, τὴν δὲ ἐκ Σικελίας. postrema in editis malè desiderantur. Sequitur, εἰς δὲ χοινία λευκαίαν μὲν ἐξ Ἰβηρίας κάνναβιν δὲ καὶ κίττον ἐκ τοῦ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ. Euthastius, Ἀθήναιος ἱστορεῖ περί τινος, καὶ ὅτι εἰς χοινία ἡτοιμάσατο λευκαίαν μὲν ἐξ Ἰβηρίας κάνναβιν δὲ ἐκ τοῦ Ἠριδανοῦ ποταμοῦ· εἴη δ' ἂν ἴσως δέρμα, λεύκης παρόμοιον τοῖς ἐκ φιλύρας. Scribe igitur in Athenæo, λευκέαν μὲν ἐξ Ἰβ. sic & Eclogari⁹. Arboris λεύκης, populi librum decorticatū ad conficiendos funes appellabant λευκέαν. sicut detractam pellē leoni λεοντῆν, vulpi ἀλωπεκῆν, & alia id genus. In Hesychij Glossis alicubi leges, σιλλῶν λευκαίας χοινίον. Meliùs idem alibi λευκία per simplex ι: quod interpretatur, χοῖνος. rectè: si accipias pro fune simpliciter, & ἀπὸ χοινίου. nam iunci speciem λευκέαν nouimus nullam. Glossarum tamen auctor, spartum λευκαίαν interpretatur: nec dubium multos iam olim per αι scripsisse id, nempe eâ notione. Rhodani nomine intellige fluminis illius vtramque ripam: vbi etiā hodie cannabis copia non tenuis. Sed fluuij huius nomen diuersè scriptum inuenimus. in Epitoma disertè Ῥοδανοῦ. mendosè, vt palam est. in Eustathij codicibus Ἠριδανοῦ. an & hoc mendosè? ita videtur mihi quidem. At voce κίττον quid faciemus? Hederæ vsum esse nullum ad funes nectendos, rectè pronuntiant docti. quare in Excerptis & Eustathio vestigiū nullum eius verbi. Πίτταν, opinor, scripserat auctor: quod etiam doctissimo Gesnero venerat in mentem. Picem non postremas obtinere in nautica supellectile, omnes norunt. Ait, Ἀρχιμήδης ὁ μηχανικὸς μόνος αὐτὸ κατήγαγε (τὸ πλοῖον) δι' ὀλίγων σωμάτων. Dalec. *paucis instrumentis*. imò verò, *paucorum seruorum ope*. σώματα, vt in libris Iuris ciuilis Romanorum passim *corpora*, pro seruis. quanquam id Iulio Polluci non probatur, σώματα, inquit, ἁπλῶς, οὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ δοῦλα σώματα. sed obtinuisse contrarium, testatur in Ancyroto Epiphanius. εἰώθει ἡ ἀνθρωπότης καλεῖν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ ἑνὸς ὀνόματος. οἷον, ὅτι δεσπότης ἐστὶν ὀγδοήκοντα σωμάτων. *Solent vulgò hominem de nomine alterius partiū ex quibus constat appellare: vt cum dicimus, est herus* 80. *corporū*. ἀνθρωπότητα dixit Epiph. pro *vulgo homines*. sicut solent beati patres Græci τὴν ἀδελφότητα, Latini, *fraternitatem* ponere pro cœtu fratrum & Ecclesia. Sed non solùm vulgus ita locutum: verùm & eruditissimi quique Græcorum, spreto Pollucis imperio. Harpocration de institutis à Solone primùm lupanarib⁹ loquens, Νίκανδρος, inquit, ἐν ἕκτῳ Κολοφωνιακῶν Σόλωνά φησι σώματα ἀγοράσαντα εὐπρεπῆ, ἐπὶ οἰκήματος στῆσαι. id est, *Nicāder lib.6. Colophoniacorū auctor est, Solonē seruas pulchras emisse, & in cella prostituisse.* idem alio loco σωματέμπορον. vocari docet quem veteres, inquit, ἀνδραποδοκάπηλον. Aristoteles & sentiendi & loquēdi rectè norma, De miraculis auditis, λέγουσιν ὑπὸ τῆς οἰκίας τὰς Γυμνησίας Ἰβηρας κατηγυιοῦς εἶναι, ὥστε ἀντὶ πέντε σώματος θηλυκοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα ἢ καὶ πέντε σώματα ἄρρενα. apud Demosthenem in ea contra Euergum & Mnesibulum, τὸ σῶμα, & ὁ ἄνθρωπος, & τὸ σῶμα τῆς ἀνθρώπου pro eodem ponuntur. Sic etiam accipe in hoc Phlegontis Tralliani loco, cuius mentem doctissimus interpres non est assecutus, ἐὰν δ' ἂν σοι φαίνηται περὶ τούτων γράφειν τῷ βασιλεῖ, ἐπίστειλόν μοι, ἵνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ἱστορούντων τὰ κατὰ μέρος ἐξαποστείλω σοι. vertendū erat, *Si ad principē de ea re videtur tibi scribendū, scribe etiā ad me, vt seruos quosdam tibi mittam eorum qui rem totā tenent.* quò maior esset fides miraculosę narrationi,

rationi offeruntur serui, qui tormentorum perpessione, si opus sit, veritatem obsignent. Ergo etiam hic σώματα sunt personarum corpora, nō instrumenta. Ætate B. Augustini vulgus Græcorum seruos vocabat σώματα, potius quàm σώματα. Itaque hæret pia illa anima, dubitatque an voce σώματα liceat de seruis interpretari. Sic ille in locutionibus de Genesi. *Græci σώματα seruos appellant vsitatissimâ locutione, sed quia non σώματα, sed σῶμα hic dictū est, nō est temerè cōfirmandū seruos significatos: fieri tamē potest vt hoc magis illic me, vsum loquentium potiùs quàm scribentiū spectās.* Sed ad pensū redeamus. Obstat interpretationi huic Procli narratio, primo in Euclidem commentario. Narrat ille deductā hanc nauem non *διὰ ὀλίγων σωμάτων, paucorū seruorū opera* sed vnius Hieronis regis. πάντων ἅμα Συρακουσίων ἑλκύσαι τὴν ναῦν οὐ δυναμένων, Ἀρχιμήδης τοῖς ἔργοις μόνον αὐτὴν κατάγαγεῖν ἐποίησεν. Quomodo conciliabimus? tam facile quàm descendit imber cùm pluit. Sic nempe dici Proclo Hieronem solū eam nauem deduxisse, quo modo ait Athenæus solū Archimedem. hic fecisse dicitur, quia faciendi rationē inuenit: ille, quia honoris sui caussa operi manum admouit. Quod igitur Athenæus paucorum ministerio Archimedem vsum scribit: idem & de Hierone est intelligendum, atque hoc etsi non ait disertè Procl⁹, non tamen negat. Ait auctor, πρῶτος δ' Ἀρχιμήδης εὗρεν τὴν ἕλικα καταςκευήν. & Proclus, ἡ ἕλιξ ἐκ ἦν τοῖς πρὸ τῆ Ἀρχιμήδης γνωστή. Sed de Helice, multa viri docti, quæ non repetam. Ait de clauis æneis quibus munita hæc nauis, δέκα τριπαλαίςων δὲ ἦσαν στοιχημιποδιαῖοι. Itaque etsi decem ac quindecim pondo pendebant hi claui, quia tamē terebrā terebrata erant foramina in quæ erant immittendi: crassiores sesquidigito ipsos esse non oportuit, aut circiter, nam vltra hunc modum terebra non habet explicationem, auctore Vitruuio lib. 10. capit. 22. Ait διὰ κλιμάκων πυκνῶν ἡ κατάβασις ἐγίνετο *per scalas plures*: vel, *per multorū graduū scalas.* nam κλίμαξ vtrumque significat, gradum & scalas. Illud cōmoditatem descendendi indicat: hoc, interuallum magnum quod ab vna contabulatione fuit ad aliam. Ait, ταῦτα δὲ πάντα δαπέδον εἶχεν ἐν ἀβακίσκοις συγκείμενον ἐκ παντοίων λίθων. Exposuimus hunc locū Commētariis ad Suetonium libro primo, cap. 49. vbi de musiuo opere notamus. Est verò argumentum principis literarum amantis, quique vt ait Pindarus: ἀγλαΐζεται μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ, quod obiter hic obseruatur de Hierone, qui testibus suæ hui⁹ nauis paumētis vniuersum Iliadis argumentum curauerat exprimendum. Sic Rex Franciscus, pater ille & Mecenas literarum ac literatorum, in cuiusdam prælongæ ambulationis, quæ in regio visitur palatio Fontis-Eblaudi, parietibus, vniuersum Odisseæ argumentum solertis pectoris penicillo spectandum exhibuit. Lege autem sic, ἐν οἷς ἦν κατεσκευασμένος πᾶς ὁ περὶ τὴν Ἰλιάδα μῦθος θαυμασίως ταῖς καταςκευαῖς. κ' ἄν ταῖς ὀροφαῖς κ' θυρώμασι πάντα ἦν ταῦτα πεποιημένα. Ait, ἐν οἷς κῆποι παντοῖοι θαυμασίως ἦσαν ὑπερβάλλοντες ταῖς φυτείαις διὰ κεραμίδων ἢ μολυβδίνων. Lege διὰ κεραμίδων μολυβδίνων. subiato ἢ. Hoc vult: institutos fuisse omnis generis hortos in ambulationibus illis: ex quib⁹ hortis manantes plantæ per laminarum plumbearū commissuras, nauem totam circundabant. Κῆποι sunt, herbarum hortensium institutæ areolæ in congesta terra super nauis tegmen: vel erant iis similes, quos Adonidis hortos vocant, in quibus alsiosæ plantę educantur, intra ὀστρακοφόρητας testas: cuiusmodi & illa dolia erant, quorum statim fit mentio. Sic plures horti facti erant in ambulationum superficie. Κεραμίδας μολυβδίνας dixit, vt Suetonius *chartā plumbeā*. quod pluribus ibi exposuimus. laminas plumbeas significat, in speciem laterum formatas, sic paulo pòst, πλίνθοι μολίβδου. Illæ ipsæ sunt, de quibus antè locutus est auctor, cùm dixit, ταῖς ἐκ μολίβδου πεπηγυίαις κεραμίσιν ἀεὶ καθ' ὃ συμπηγνύοιτο μέρος προσελαμβάνετο. & iterum, μολυβδίναις κεραμίσιν ἀπεστέγνυντο.

CAPVT XI.

Perspicuitas, prima virtus orationis. Attegiæ & trichilæ. τρόπος Ἀτλαντικός κεραία τὰ φατνώματα. Toxicę σαρδαμα τά, σαρδίνια τά, *siue*, σαρ-ρίμματα. *Italia πολύνδενδρος. alia non pauca.*

ΣΑφήνειαν orationis primam ac præcipuam virtutem esse, tritum est sapientissimorum hominum. Vellem huius venisset in mentem erudito interpreti, qui ista verba, ἦν δὲ σκηναὶ κιττοῦ λευκοῦ καὶ ἀμπέλων, ita vertit, *præterea ex alba hedera & vitibus attegiæ & trichilæ.* nimis hoc quidem ambitiosè. Esto: *attegias* dici pro σκηνάς, quia poëta satyricus eā voce est vsus: & quia Rufinus, auctor nimis sæpe ineptus atque imperitus, σκηνοποιεῖσθαι Iosephi verbum, transtulit *attegias componi.* Barbaram tamen vocem (Pœnorum est verbum, quod etiam extat in Dionysij periegesi Latina) Latinæ prælatam esse, quis non miretur? quis indignetur? deinde si *attegiæ* & *trichilæ* sunt idem, cur posuit vtrumque? postremò cur notum & tritum vsu vocabulum Græcorū duobus obscuris mutauit? Quod sequitur, ὑπόχοι δὲ καὶ τοῖς τοίχοις ἐκατέρωθεν τρόποι. περιεωσμένοι, planiùs scriptū est in Epitome, τόποι προίσιν. Sed hāc lectionem confutat sequens locus, vbi eadem vox iterum posita, de illo mox viderimus. Hîc verò τρόπον tignum significare, non malè coniicit Dalecampius, vir eruditissimus, Videtur, si mendo caret codex, artis fabrilis aut lignariæ proprium esse vocabulum, vt alia multa omnium artium: quæ hodie obscura esse doctissimis, amissis eius argumenti libris, mirum non est. Veteres magistri hac in parte quantā negligentiā vsi fuerint, omnes sciunt. Præter vulgo notam & pueris huius dictionis significationem

accipitur (sed cum alio accentu in libris melioribus) in re nautica, pro tortis loris, vt & Seruius explicat in Homeri versu. Ἐντύναιτε δ' ἐρετμὰ τροποῖς ἐν δερματίνοισι. Scholiastes Aristophanis, μεγάλοι τοῖς τετρήμασι ὀφθαλμοὶ γίνονται, δι' ὧν τὰς κώπας ἐμβάλλοντες ἐκωπηλάτουν. ἐπεφράττοντο δὲ καὶ δερματίνοις τρόποις πρὸς τὸ μὴ τρίβεσθαι τὰ σανιδώματα. hanc significationem non prætermiserũt grammatici: de ea multa Hesychius. Additur, ἄτλαντές τε περιέτρεχον τὴν ναῦν ἐντὸς ἑξαπήχεις. Eustathius legit ἐκτός. Quid sint atlãtes & telamones in architectura, habes apud Vitru. lib. 6. c. 10. Sed adscribenda sunt Eustathij verba, quibus hunc locum exposuit. Καὶ ἴσως τοιαύτης ἐννοίας παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ οἱ ἄτλαντες, ἐν τῷ, περιέτρεχον τὴν ναῦν ἄτλαντες ἐκτός, ἑξαπήχεις. εἰ μὴ ἄρα ζῷα δηλ., ἤτοι ἀνδριάντες ἦσαν ἐσχηματισμένοι πρὸς μίμησιν Ἄτλαντος: *fortasse ab eadem mẽte* (sustinendi nempe significatione) *dicti sunt apud dipnosophistam* ἄτλαντες, *cùm ait: nauẽ ambibant ab interiore parte atlantes senorum cubitorũ, nisi tamen signa potius sunt, animalis figurã: hoc est, statuæ pro columnis positæ figura Atlãtis.* De turrib⁹ istis nauis refert auctor, τούτων δὲ ἑκάστῳ παρεδέδεντο κεραῖαι δύο, ἐφ' ὧν κατεσκεύαστο φατνώματα, δι' ὧν ἠφίεντο λίθοι πρὸς τοὺς ὑποπλέοντας τῶν πολεμίων. Nolim κεραίαν hîc *antemnam* Latinè dicere: sed tignum eminens vel proiectum: Duo fuêre parietibus turrium infixa tignorum capita, super quibus extructa erant τὰ φατνώματα. quo nomine intelligitur hîc paries aut lorica crebris distincta toxicis. Appello τοξικὰς cum Symmacho & Græcis Iurisconsultis, fenestras longas & angustas, ad emittenda potiùs tela, quàm ad lucem admittendam factas. Hebræi, vt videtur חלני שקפים אטמים *fenestras prospectus clausas*: nẽpe ab exteriore parte, primo Regum, c. 6. 4. frequentiã earum fenestrarum in illo pariete declarat appellatio φατνώματος: quod verbũ op⁹ significat ad præsepis formam fabricatum: cuiusmodi speciem exhibent lacunata domorũ tecta. Cæterùm κεραίαις istis similes illę fuerunt, quarum mox fit mentio, etsi longè alio in loco sitæ. Nõ lõgè sequitur, τεῖχος δὲ ἐπάλξεις ἔχον καὶ καταστρώματα διὰ νεὼς ἐπὶ κιλλιβάντων κατεσκεύαστο. Illud διὰ νεὼς interpretor, secundùm nauis longitudinem. Sed mirã sententiã hæc verba continent. quis enim credat murum de quo loquitur fulcris tripedibus fuisse impositũ? cur non potiùs tabulato nauis est superstructus? An hoc eã fine factum, vt transferri mãgana simul & hic mur⁹ possent, in quãcumque partem opus esset, manente interea naue immotã? Nam cùm loco mouerentur catapultæ & ballistæ, ipsarum quoque propugnaculum, (quod erat istud τεῖχος) transferri oportebat. Probabilius videbatur nobis, non loricam quæ defendebat tormenta: sed machinam quæ saxa & hastas iaculabatur, fuisse collocatã super cillibantibus. Quare ita lectionem concinnabamus, τεῖχος δὲ ἐπάλξεις ἔχον καὶ καταστρώματα διὰ νεὼς κατεσκεύαστο· ἐφ' ὧν ἐπὶ κιλλιβάντων λιθοβόλος ἐφεστῶσα hoc est, *murus cũ propugnaculis, itémque tabulata in naui fuerũt extructa: quibus imposita erat catapulta tripedibus fulcris sustẽtata.* Deinde verte ista. τρίταλαντον λίθον ἀφ' αὑτοῦ ἀφιείς. *saxum emittens pondo 360.* nã τάλαντα singula Vitruuio pendere sciunt docti pondo 120. Non intelligo quæ proximè sequuntur verba, μετὰ δὲ ταῦτα παρατρήματα ἐκ τρόπων παχέων συγκείμενα διὰ ἁλύσεων χαλκῶν κρεμάμενα. etsi placuit diu Dalecampio interpretatio, cùm apud Vitruuium in descriptione harum machinarũ περίτρητον legerem, & alia quædam vnde vir doctus suam interpretationem hausit: qui παρατρήματα vertit *foramina*, & τρόπους *trabes*. Vitruuij verba sũt lib. 10. c. 18. vbi de ballistis & catapultis loquitur, *Sumuntur tigna amplissima longitudine: supra figuntur chelonia in quibus includuntur suculæ. Per media autẽ spatia tignorũ insecãtur & excidũtur formæ, in quibus excisionibus includũtur capitula catapultarum, cuneisque distinentur, ne in cõtentionib⁹ moueãtur.* En *tigna*, en *foramina*, hoc est, τρόπους & παρατρήματα. vt illas voces Dalec. accipit. Sed non est profectò verũ, quicquid veri speciem habet: sicut hic accidit. nam falsam esse docti viri interpretationem dubium mihi nullũ est. Obsecro, si τρόποι sunt trabes aut tigna, quale dicemus esse hoc loquendi gen⁹? παρατρήματα ἐκ τρόπων συγκείμενα. *foramina ex trabibus composita*, nõ ex tignis foramina componuntur: sed in tignis aut trabibus vel terebrã, vel aliquo alio instrumento fiũt. Præterea cùm superiori de petraria machina sermoni subiiciat auctor hæc verba, μετὰ δὲ ταῦτα, errant omnino qui adhuc in istis de illius machinæ partibus tractari putant. Censemus loqui auctorem de pluteis, quibus tegebatur murus ille modò memoratus. Quamobrem nõ παρατρήματα scribi debet, sed παραρτήματα, aut παραρρύματα. Vtro modo legas, nec à vulgata scriptura longè abieris: & rem quam diximus intelligi, aptè expresseris. posterior tamen dictio apud historicos in frequentiore vsu. quos enim Latini *pluteos* dicũt, illi παραρρύματα, siue παραρύματα, à fine: opponuntur enim ad tuitionem: aut à materia δέρρεις. Quoniam verò plutei isti, rei quam defendebant præpendebantur, eleganter & παραρτήματα, vocari potuerũt, ἄρτημα est omne quod suspẽditur: παράρτημα, quod suspenditur ante aliud, & id obiectu sui tuetur. Loqui Moschionẽ de re pendente, euincũt manifestò ista sequentia, διὰ ἁλύσεων χαλκῶν κρεμάμενα. Porrò pluteos ex alia re alij conficiebãt: istos ait auctor, ἐκ τρόπων παχέων fuisse συγκειμένους. Noli dubitare, τρόπους hîc esse rudentes & nauticos funes, quam huius vocis significationem suprà probauimus. Ex rudentibus confiebant storeæ, quas machinis præpendebant. Cæsar de bello Gallico lib. 2. *Storeas ex funibus anchorariis tres in longitudinẽ parietũ turris, latas 4. pedes fecerũt: easque ex trib⁹ partib⁹ quæ ad hostes vergebãt, eminentibus trabibus circũ turrem præpendentes religant*

religauerant: quod vnũ genus tegumẽti aliis locis erant experti nullo telo neq; tormẽto traiici posse. Habemus in his verbis quidquid ad interpretationem nostri auctoris iure desideres. τρόποι παχεῖς sũt *funes anchorarũ*. παραρτήματα *storiæ prapendentes.* Consideranda nobis sunt & quæ de malis nobilissimę huius nauis narrat Moschion: nam & in iis sunt quæ nos exerceant. τῶν δὲ ἱστῶν ὁ μὲν δεύτερ@ καὶ τρίτ@ εὑρέθησαν. δυχερῶς δ' ὁ πρῶτ@ εὑρέθη ἐν τοῖς ὄρεσι τῆς Βρεττανίας. Planè Dalec assentior de priore membro: quod ille mancũ vnâ dictione iudicauit, legitque, εὑρέθησαν εὐχερῶς. possumus & sic scribere, εὑρέθησαν αὐτοῦ, vel ἐν Σικελίᾳ. At Britãniæ nomẽ in posteriore membro, satin' ex fide? mihi non videtur: qui sciam insulam illam iis temporibus, Græcis Latinísque hominibus parum fuisse notam: nauigationem verò in Oceano oppidò paucis adhuc tentatã. Legendũ censeo τῆς ἐν τοῖς ὄρεσι τῆς Βρεττίας, *in montibus Brutiorũ*: eam partem Italiæ sic Græci nominant. Italiam verò nullo nomine æquè celebrãt antiqui Græci, ac propter materiæ copiam. ἄφθονα ξύλα ἔχειν, inquit Thucydides: πολυδένδρον appellat Archestratus poëta: εὔξυλον Appianus: neque silet Theophrastus Historiarũ lib. 5. Cassiod. li. 5 ep. 16. *Cùm nostrũ igitur animum frequens cura pulsaret, naues Italiã non habere, vbi tanta lignorũ copia suffragatur. vt aliis quoque prouinciis expetita transmittat.* Brutiam syluam Strabo, aliíque Geographi describunt. Atque huic tam operosæ naui inditum nomen ab optimo principe, *Syracusia.* ita enim narrat, ὄνομα δ' ἦν τῇ νηὶ Συρακουσία. Proclus in Euclidem nominat τὴν τριάρμενον. noster paulò post, Συρακουσίας ἢ Ἀλεξανδρίδα. quasi Alexandriæ nomen mutauerit. Cur autem Hieron induxerit in animum tantum opus Ptolemæo donare, eius rei caussam ita aperit Moschio, ὁ δ' Ἱέρων ἐπεὶ πάντας τοὺς λιμένας ἤκουε τοὺς μὲν ὡς δυνατοί εἰσι τὴν ναῦν δέχεσθαι, τοὺς δὲ καὶ ἐπικινδύνους ὑπάρχειν, διέγνω δῶρον αὐτὴν ἀποστεῖλαι Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ εἰς Ἀλεξάνδρειαν. vbi aio scribendum vel inuitis omnibus codicibus, τοὺς μὲν ὡς οὐ δυνατοί. quam γραφὴν inuenio nunc in Excerptis Hœschelianis, melioris sæpe fidei quàm omnes mẽbranæ. Vertendũ enim, *Cùm intelligeret Hieron omnium Siciliæ portuum, alios nauem hanc capere nõ posse, alios etiã periculo esse obnoxios, constituit dono mittendam illam esse Alexandriam ad Ptolemæum regem.* Proclus tamen Hieronem de industria nauem fecisse auctor est, vt ad Ptolemæum mitteret.

CAPVT XII.

Illustratur Archimeli Epigramma de naue Syracusana.

ARCHIMELI epigramma recitat Masurius, scriptũ in laudem nauis Syracusanæ, siue τριαρμένου. Non est illud quidem magnis obscuratum difficultatibus: quædam tamen habet nobis animaduertenda. Quintum distichum est huiusmodi:

> Ἄστρον γὰρ ψαύει καρχήσια, καὶ τριελίκτους
> Θώρακας μεγάλων ἐντὸς ἔχει νεφέων.

mirificè extollit poëta nauis huius magnitudinem & altitudinem. Ait tantũ illius esse ἐπουράνημα, vt carchesiis suis, id est, summis malis, cœlũ tangat: ipsum autem corpus, & τὸ κύτ@, intra nubes cõdat. Amplitudinem nauis declarat hac periphrasi, τριελίκτους θώρακας. intelligit autem triplicem contignationem, propter quã vocata est nauis hæc à Moschione τριώροφ@. Lege illius verba. Archimelus vt diximus, hac periphrasi ipsum nauis corpus intelligit: quod quidem ait condi ἐντὸς νεφέων, *intra nubes.* & membranæ omnes, & Epitome, quod caput est, sententia ipsa, tuentur hanc lectionem aduersus viri incomparabilis ingeniosam emẽdationem ὑψίων. Antipater de templo Dianæ Ephesinæ,

> —ἐπεῖδον
> Ἀρτέμιδ@ νεφέων ἄχρι θέοντα δόμον.

Addit Archimelus,

> Πείσμασιν ἀγκύρας ἀπερείσιτα, οἷσιν Ἀβύδου
> Ξέρξης καὶ Σηστοῦ δισσὸν ἔδησε πόρον.

Funes anchorarios nauis Syracusiæ cõparat cũ funibus, quibus olim Xerxes Hellespontum iũxit. Respiciebat poëta Herodoti hunc locum in fabrica illi⁹ pontis. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἐκ γῆς, στρεβλοῦντες ὄνοισι ξυλίνοισι τὰ ὅπλα. οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου δασάμενοι ἐς αὐτὴν, τέσσαρα δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ἦν αὐτὴ καὶ καλλονή. κατὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνα, τοῦ (vel τῶν) τάλαντον ὁ πῆχυς εἷλκε. *His factis è terra funes tetẽderũt, fidiculis ligneis torquentes. neq; vti fecerant priùs, separatim eos collocarũt: sed byblinis quaternis binos è lino albo adiũgebãt. ac crassicies quidẽ & species talis erat, sed linei validiores erãt sicut par est: cũ eorũ cubitus vnus talentũ penderet.* Subiiciuntur postea hæc,

> Μανύει σιβαρᾶς κατ' ἐπωμίδος ἀρχέκακτον
> Γράμμα, τίς ἐκ χέρσου τάνδ' ἐκύλισε τρόπιν.
> Φησὶ γὰρ ὡς Ἱέρων Ἱεροκλέ@ Ἑλλάδι πάσῃ
> Καὶ νάσοις καρπῶν πίονα δωροφόρων,
> Σικελίας σκαπτοῦχος ὁ Δωρικός. ἀλλὰ Πόσειδον
> Σῶζε κατὰ γλαυκῶν σέλμα τόδε ῥοθίων.

Ait, auctorem hui⁹ nauis declarari inscriptione quę fuit sculpta in ipsius Epomide. deinde illam inscriptionem versib⁹ suis complectitur. Ea autem fuit huiusmodi. ΙΕΡΩΝ ΙΕΡΟΚ ΛΕΟΥC ΒΑCΙΛΕΥC CΥΡΑΚΟCΙΩΝ ΤΟΙC ΤΕ ΑΛΛΟΙC ΕΛΛΗCΙ ΚΑΙ ΤΑΙC ΝΗCΟΙC ΤΟΥΤΟ ΤΟ CΙΤΗΓΟΝ ΠΛΟΙΟΝ. supplendum est verbum, quod in inscriptionibus ferè omittebant. id autem est κατεσκεύασε. Elegantissimè verò Archimelus hanc epigraphen versibus iis expressit, quos modò ascripsimus. In eorũ primo ἐπωμίδα vocat maximè eminentem & conspicuam in prora aut puppi partem, vbi elogium hoc erat insculptum. Omnes libri tuẽtur hanc lectionem: alioquin scriberem ἐπωΐδος. proræ extrema

vtrimque prominentia vocabant ἐπωτίδας. Fuit moris modò in prora, modò in puppi, & nauis & tutelæ nomina, ac quicquid vellent aliud inscribere. In quarto versu mendum ingens deprehendimus, cuius mirum necdum suboluisse tot viris doctis qui hoc epigramma attigerunt. Legendũ enim Ἑλλάδι πάσῃ Καὶ νάσοις, καρπὸν πίονα δωροφορῶν. nõ autẽ δωροφορεῖν. quod nullâ ratione tolerari potest. Significat poëta structam hanc nauim ab Hierone, vt frumentum Græcis insulanis aliisque asportaret, ac gratis diuideret. hoc ille vocat δωροφορεῖν καρπὸν πίονα. sic poetæ fruges vocant, vel ἄφθονα καρπὸν, vt lib. secundo dicebamus. Nullum dubium est, voluisse Hieronem famã hanc de se per Græciam spargi: ideóque hanc nauem appellasse in elogio quod insculptum est, σιτηγὸν πλοῖον. quare etiam Moschio paulo antè sic vocauit, Ἱέρων ὁ Συρακουσίων βασιλεὺς ἦν καὶ περὶ ναυπηγίας φιλότιμος, πλοῖα σιτηγὰ κατασκευαζόμενος, ὧν ἑνὸς τῆς κατασκευῆς μνησθήσομαι. cùm hæc dudum scripsissem, inspectâ Epitome Hescheliana accuratiùs, inueni hãc lectionem, καρπὸν πίονα δωροφόρον. laudo & probo: sic tamen, vt emendationis superioris nos non pœniteat. In istis. Σικελίας σκαπτοῦχος ὁ Δωρικός. malè accipiũt nomẽ Δωρικός. poëta ita expressit verba inscriptionis, BACIΛEΥC CΥPAKOCIΩN? quis nescit Syracusanos Dores fuisse? neque enim vana est gloriatio illius muliercula Syracusanæ, quæ apud Syracusanum poëtam ait, Δωρίσδεν δ᾽ ἔξεστι δοκῶ τοῖς Δωριέεσσι.

CAPVT XIII.

Λευκόλλα τῆς Κώας. Bœotia *Homeri*. ἐγγυθήκη. incitega, repositorium. βάσεις. ὑποκρητηρίδιον. περιπατοφόρειν. μῆνιν. περιτρίψαι. Athenio, *qui & Aristio.* ἐπὶ τοῦ τρίβωνος πορφύρας. ἐκ μισθωτῆς οἰκίας ἐξιέναι.

Πάρειμι ποτ᾽ δ᾽ ἰκὼν ἐγὼ τὴν Ἀγησιόν ἱερὰν τελέσην, ἣ ἔνικησεν τὰς Πτολεμαΐς τρατηγὰς περὶ Λεύκωλλαν τῆς Κώας. Hæc iã ex sua persona loquitur Masurius. Λεύκωλλαν vno λ meliùs MSS. iidem constanter retinent τῆς Κώας. quia tamen apud geographos & historicos altũ de hoc promontorio silentiũ, non est reiicienda coniectura Dalecampij, τῆς Κιλικίας. Plinio enim Leucolla Pamphyliæ & promontoriũ est & oppidũ. Pamphylia autem vicina Ciliciæ aut scribe, τῆς Κύπρου, siue Κυπρίας. ex Strab. Deinde scribo, ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ Ἀπόλλωνι αὐτὴν ἀνέθηκεν. τοσαῦτ᾽ ἂν καὶ περὶ τῶν νεῶν καταλόγου ἐκ τῶν Βοιωτῶν ἀρξάμενος, καταλέξαιμι. Penè pudet me hunc locum interpretari: est enim apertissimus. sed cogit nos in planissimis sæpe locis immorari interpretum securitas: ne dicam supinitas. quis credat posse aliquem virum doctum reperiri, qui secundam Iliadis ῥαψῳδίαν non legerit? atqui doctissimus interpres hanc de se opinionem posteris reliquit: qui nescierit partem eius libri peculiari nomine dictam Νεῶν κατάλογον, vel Βοιωτίαν, quia incipit ab hoc versu, Βοιωτῶν μὲν Πηνέλεως καὶ Λήϊτος ἦρχον.

καὶ ἐπεὶ τὸν καλὸν Ὀλύμπιον οἶδα πάλιν περιβαλοῦντα ἡμῖν. Scrib. περιβαλοῦντα. *quasi turum à nobis.* minùs rectè docti περιβαλόντα.

τίς αὕτη ἡ παρὰ τοῦ Καλλιξείνου ἐγγυθήκη. Locum Callixeni habes in nupera editione, pagina 199. Qui suspectam habent vocem ἐγγυθήκη, & emendare conantur, audiant veteres Grammaticos, Ἐγγυθήκη σκεῦός τι. οἱ δὲ ἀγγεῖα χαλκὸν σκεῦος. ἢ τὴν νῦν ἀγγοθήκην, παρὰ τὸ ἐγγὺς κεῖσθαι. Athenæo mox ἀγγοθήκη est aliud. Romani prisci vocabant *incitegam*, vt ad festum suum obseruauit Iosephus Scaliger. insecuta ætas aliquando *repositoriũ*: vt Plin. lib. 18. extremo. *Nec non & cõmunis mensisq; nostris, vasa quibus esculentum additur, sudorem repositoriis linquentia diras tẽpestates prænuntiant.* Petronius, *gustãtibus adhuc nobis repositorium allatum est, cũ corbe, in qua gallina erat.* Glossæ antiquæ, *Enceteria, machina lignea quâ amphora sustinetur.* vidẽtur vsi voce Græcâ, *engytheca*, quæ hîc leniter corrupta. non nescio *repositorium* paulò aliter apud Plin. exponi à viris doctissimis. De incitegis loquitur Iauolenus Iurisconsultus in lege centesima. Dig. De legatis 3. & appellat βάσεις. *Cui Corinthia vasa legata essent, & βάσεις quoque eorũ vasorum collocandorũ caussa paratas deberi Trebatius respondit. Labeo autem id nõ probat, si eas βάσεις testator numero vasorum habuerit. Proclus verò rectè ait, si aneæ quidem sint, non autem Corinthia, non deberi.* Sed & hunc locũ aliter docti acceperũt, de quo iudiciũ esto penes lectorem. ἄλλο ἐπὶ μηδενὶ τὸ αὐτό. hoc est, *emblemata quæ possunt incitegæ huic & inserti & tolli, tantum pendunt quantum ipsa incitega.* emblemata illa sunt quæ modò nominauit, Σατύρων πρόσωπα καὶ βουκεφάλεια. quid autem sunt βουκεφάλεια? an *bubula capita?* vix puto: nã cur coniunxisset cũ Satyris? de humani capitis simulacris accipio, vægrãdibus & deformibus: qualia solent plastæ in nostrorum caminorum atlantibus sæpe effingere, atque aliis locis inter ridicularia. etiam Satyricæ personæ eius generis erant, propter τὸ ἀλλόκοτον τῆς ἰδέας, vt loquuntur Græci.

ἀνάθημα Ἀλυάττου τοῦ ὁ Ἡρόδοτος μνημονεύει, ὑποκρητηρίδιον αὐτὸ καλῶν. Scribendũ per η in tertia, ὑποκρητηρίδιον. non est enim vt scribunt, *exiguũ tribunal*, sed *quasi craterculi parua*. Sed adscribenda sunt mellitissimi scriptoris verba ad loci huius lucem. Ἀνέθηκε δὲ, ait de Halyatte Lydo, ἐκφυγὼν τὴν νοῦσον δεύτερος οὗτος τῆς οἰκίης ταύτης ἐς Δελφοὺς, κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον, κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσιν ἀναθημάτων, Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε.

σὺν ἀνδρομήκεσι λαμπαδίοις πιλήμασι χρυσοῖς. & à frõte & à tergo horũ verborũ poni debet virgula. Pro πιλήμασι placebat scribi εἰλήμασι. nã lemniscis conuenit τὸ εἰλεῖσθαι, potiùs quã τὸ πιλεῖσθαι.

appen

appenduntur enim & circumuoluũtur coronis lemnisci. Quia tamen etiam lib. 12. ita scriptum, nec variant codices, feramus hanc lectionem: & lemniscorum πιλήματα interpretemur crebram eorum interpositionem & πυκνὴν θέσιν. At χρυσῶν omnino lege non χρυσοῖς. & ita in 12. Capitolinus in gemina huic historia, *Coronas quinetiam datas lemniscis interpositis.*

καὶ λαβεῖν τὴν κάμηλον καὶ τὸν παρεστῶτα παῖδα. Libro 12. καὶ λαβεῖν τε τὴν κάμηλον καὶ τὸ ἐπὶ τὴν κάμηλον, καὶ τὸν π. π. . . . ὥς τε ἀποφέρειν πολλὰ, καὶ κατειλημμένοι πρὸς χελιδόνος πολυκρότου ψόφους. Verbo ἀποφέρειν significantur apophoreta, quorum copiã domum referebant quisque conuiuarum. Sequentia pertinent ad temulentorum hominum domuitionem post conuiuia intempestiua. Sed claudit oratio, etiamsi scribas vt lib. 12. καὶ κατειλημμένους πρὸς χελωνίδος πολυκρότου ψόφους. nam omnino deest verbum. Lego sic, ὥστε ἀποφέρειν πολλὰ, καὶ αὐτοὺς ἀποφέρεσθαι κατειλημμένους πρὸς χελωνίδος ψόφους, quàm bene ista quadrãt in homines temulentos? χελωνὶς hoc loco idem opinor ac χύλος. . . . ὁ δ' Ἀλέξανδρος οὗτος ὢν Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς υἱὸς ὑποβληθεὶς διὰ τὸ ἔχειν μῖσος πάντας ἀνθρώπους εἰς Δημήτριον. Deest verbum ἐτύγχανε, iungendũ cum participio ὤν. vel scribendum ἦν. & omnino δι' ὃ non διά. aut accipe διὸ pro γὰρ, vt initio Nicomacheórũ, διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθόν. nam qui putant esse illatiuam ibi particulam, διὸ, falluntur. cùm ob duplex vitium non procedat argumentatio. Porrò caussam odij publici quo flagrauit Demetrius, narrat Iosephus lib. 13. cap. 3. ἀπηχθὴς γὰρ εἶχον πρὸς τὸν Δημήτριον διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτοῦ καὶ τὸ δυσέντευκτον. . . . ἕξιν ἔχων ἱκανὴν ἐν οἷς μετεχείριζετο λόγοις. *vsum habens non paruum in philosophia quam profitebatur.* id est, doctrinæ Epicuri non mediocriter peritus. Mox distingue: συνεχώρησε, καὶ τὸν στέφανον περιελόμενος. Diogenes ab Alexandro ius tantùm petierat purpuræ & aureæ coronæ: quorum illud regiæ maiestatis, hoc sacerdotij in Asia fuit indicium, vt ad Suetonium notauimus. Alexander & ius concessit, & hoc ampliùs coronam aureã dono dedit. Interpreti parum hoc visum, qui & purpuram ait datam. atqui auctor non dicit.

ἐμβλέπει ὁ φιλόσοφος καὶ τὴν λευκοφόρον ἐπαινῶν διεπλεύσατο. μὲν ἐν hîc, vultus constantiã significat: nam cùm Diogenem cachinnarent omnes, ille contra neque erubuit, neque indignatus est, neque aliud signum dedit commoti animi: sed eodem seruato vultu, mulierculæ in laudes effusus est. . . . ὀνομαζόμενος Ἀθηνίων παρ' ἀπορίᾳ περιετρίβετο. Eleganter περιετρίβετο, negligenter alebatur, neq; in spem magnam. Demosthenes de Æschine. ἐν χορηγίαις ἀλλοτρίαις ἐπὶ τῶν τελευταίων ἀεὶ ἀπαντῶν περιτρεφόμενον. Fuit hic nebulo binominis: nõ quomodo Plato, qui priùs est dictus Aristocles, aut Theophrastus, qui priùs Tyrtamus; aut beatissimus Paulus, qui priùs Saulus: sed peculiari more omnium, qui ius ciuitatis fraude acquirebant. sẽper enim παρέγγραφοι ciues nouum nomen in censum & tabulas deferebant, non illud quo antè noscebãtur. Ergo iste infans quidem & dũ seruit seruitutem, appellatur *Athenio*: postea verò *Aristio* appellari cœpit, παρέγγραφος Ἀθηναίων πολίτης γενόμενος, vt mox dicitur. Theophrastus in Notationibus morum, capite de maledicentia. ὁ μὲν πατὴρ Σωσίας ἐξ ἀρχῆς ἐκαλεῖτο ἐγένετο. δ' ἐν τοῖς στρατιώταις Σωσίστρατος, ἐπειδὴ δ' εἰς τοὺς δημότας ἐνεγράφη. Hęc est ratio cur istum alij Athenionem, alij Aristionem nominent, vt Plutarchus & Appianus. . . . τοῦτο μαθόντες οἱ Κεκροπίδαι. Athenienses ridet, qui hac appellatione plurimùm gaudere soliti. Aristophanes, χαῖρε τι πᾶσαι Κέκροπος. Enarrator παίζει πρὸς Ἀθηναίους, φιλεγκωμίους ὄντας. . . . ὁ μηδέποτε ἐπὶ τοῦ τελεῶνος πορφυροῦν ἰδὼν πρότερον. Non negauerim ἐπὶ τοῦ τελεῶνος verti posse, *quandiu pallium gestauerit philosophicũ*. Atq; ita summa hominis vilitas indicatur, qui inter scholasticos pueros sic vixerit ignobilis & obscurus, vt nemini vnquã purpurato potuerit innotescere, ac ne videri quidem. Placet tamen magis, vt ἐπὶ τοῦ τελεῶνος interpretemur *super pallio*. Nam mediocris conditionis homines purpureo clauo (Græci vocant σημεῖον) vestem ornabant, aut institã purpureã prætexebant. hoc igitur indignatur Athenæus, hominem qui nunquam fuerit ἁλιπόρφυρος factum repentè ὁλοπόρφυρον.

οὐδεὶς οὐδὲ Ῥωμαίων ἐν τοσαύτῃ φαντασίᾳ κατεχλιδῶντος τῆς Ἀττικῆς. id est, *Cùm ne Romanorũ quidem quisquam tantâ specie, ac fastuosa põpa, tantóq; omniũ fastidio Atticã esset ingressus.* De Romanis verò hoc Athenæus, & historiæ conuenienter. semper humaniùs & ciuiliùs cũ Atheniensibus Romani magistratus egére. Clarum in Antonio exemplum: quem narrat Appianus Athenis cùm esset, itasse per vrbem sine insignibus potestatis, duobus tantùm amicis comitatum, cùm totidem famulis. Tacitus secundo Annalium, de Germanico: *Hinc ventum Athenas, fæderique sociæ & vetustæ vrbis datũ, vt vno lictore vteretur.* De vocabulo φαντασία satis dictum alibi. . . . ὁπότε Ἀθηνίων ὁ πένης. ὁπότε est *quandoquidem*, non *interea dum*. neque διὰ τὸν βασιλέα, bene vertunt, *prætextu regis*. Sed *per regem*, id est, regias opes. Etiàm sequentia non intelligit Dalecampius, ὁ δὲ πρότερον ἐκ μισθωτῆς οἰκίας ἐξιών, nam hoc genere loquendi paupertatem Athenioni exprobrat, qui fuerit solitus in conducto habitare, sed mirum profectò. ἐξιέναι οἰκίας pro οἰκεῖν οἰκίας dixisse In poëta non esset cur miraremur, sed alludit auctor ad ἐξόδους dierum priuatã aliquã solennitate insignium: tunc enim domo suã exire & inde pompã ducere honestius, quàm ex conductitiã. Hoc malo quàm synceram lectionem incrustare, & hoc similive modo rescribere, ἐν μισθωτῇ οἰκίᾳ οἰκῶν. Priorib[9] ἐξόδοις è domo, opponit mox põ-

paricum egressum ex Dieusi ædibus. εἰς τὴν Διονυσοικίαν. Scripta lectio, Διὸς οἰκίας. Interpretes ambo, Διόνου οἰκ. nihil habeo quod dicam de isto. κατεσκευασμένην στρωμναῖς τε καὶ γραφαῖς καὶ ἀνδράσι. Quis sanus posuit vnquam viros inter domus ornamenta vel suppellectilem? scio philosopho in Politicis inter patris familias instrumenta censeri seruos: sed quæram rursus, ecquis Græcè doct⁹ ἄνδρας appellauit seruos? Absque dubio legendũ est ἀνδριᾶσι. statuas non solùm in foris & aliis publicis locis fuisse olim positas, sed & in ædibus priuatis atque atriis, Plinio magistro scimus lib. 34. capite 4. Α'νήμψον αὐτῷ τὴν πρόσοδον. scribendum πρόοδον, dũ prodiret in publicũ. frequens vox eâ notione in historia Imperatorum. sequitur, ὁ δὲ μόλις προελθὼν.

CAPVT XIV.

M. Aquilius. Bastarna πεντάπηχυς. μεταμφιάσασθαι τετράγωνα ἱμάτια. Pnyx monitu Deûm consecrata. Iacchi vox sacra. Ι'άκχον ἐξάγειν vel ἐξάδειν. τὼ θεὼ Ceres & Proserpina. ἀνάκτορον. στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων ἴσα βαίνειν Πυθονεῖκῳ. ἱερὰ βαίνειν. Pythagora coniuratio. οἱ Φερεκλεῖοι, gallinarũ demensum, ὁ Ο'ρόβιος. Græcorum mos in Latinis nominibus Res maxima à paruis principiis. Regia vestis.

MA'ΝΙΟΣ Ακύλλιος ὁ ὑπατευκώς. Recta appellatio Μάνι⊙, vt apud Plutarchum & Appianum. Latinis M. Aquilius. De eius consulatu quẽ gessit collega Marij. V. COS. vide in Fastis ad annum DLIII. de eius triũpho, sed minore, hoc est ouatione in anno sequente. συνδεδεμένον ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστάρνην πεντάπηχυν. Iste fuit modus custodiæ militaris: quem ex Seneca & aliis scriptoribus vir clarissimus Iustus Lipsius ad 3. Annalium patefecit. Barbari ferè vasto & procero corpore erant. ideò vocat Bastarnam hunc πεντάπηχυν, altum pedes septem & semis. qua de re diximus ad Suetonij lib. 3. c. 68. οἱ δὲ λοιποὶ μεταμφιασάμενοι τετράγωνα ἱμάτια τὰς ἐξ ἀρχῆς πατρίδας ὀνομάζουσι. De iis auctor loquitur, qui per Asiæ vrbes ius ciuitatis Romanæ erant consecuti: quod ius etsi parciùs eo tempore adhuc datum, quàm sub Impp. factum postea: certum tamen vel ex M. Tullij actionibus in Verrem, à non paucis qui ambitiosè petierant, fuisse impetratum. Hi vbi erant ciuitatem nacti, togam Romanam assumebant: cuius gestandæ peregrinis ius non fuit, vt ex Suetonio constat. Istos igitur ait Posidonius, Asiam obtinente Mithridate, metu periculi, Romanæ ciuitati renuntiasse, togámque posuisse, & ad Græcanicum habitum rediisse. τετράγωνα ἱμάτια sunt Græcorum non autem Romanorum. Appianus Ἐμφυλίων lib. 5. ἀφελλὰν δὲ ἰδιωτικὴν αὖθις ἐξ ἡγεμονίας, καὶ σχῆμα τετράγωνον ἔχων. καὶ ὑπόδημα Α'ττικόν. quod sequitur, τὰς ἐκ ἀρχῆς πατρίδας αὐτῆς ὀνομάζουσιν, erat vertendum, priorem quisque patriam fatentur. In istis verò articulus alieno loco est positus, καταγέλαται τὴν θεὸν βασιλέα pro καταγέλαται θεὸν τὸν βασιλέα.

ἣν ἡ Ρ'ωμαίων σύγκλητ⊙ ἐπισχεθῆναι πεποίηκεν. quam Romanus senatus fecit vt obtineret. hoc est inuexit, & cuius causa est. Mirũ verò si hæc non est plani hominis calumnia in Romanum nomẽ. Sic enim Athenas inuectam ἀναρχίαν à Romano senatu dicit, quasi omnes Atheniensium magistratus ac Sacerdotes iussi essent abdicare se magistratu ac sacerdotio, nullo tamen in eorũ loca suffecto. Lõgè aliter historiæ illorum temporum auctores. Strabo in his libro nono, Ρ'ωμαῖοι δὲ παραλαβόντες αὐτὰς, Athenienses, δημοκρατουμένους, ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἐπιπεσὼν δ' ὁ Μιθριδατικὸς πόλεμ⊙, τυράννους αὐτοῖς κατέστησεν, οὓς ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο.

καὶ τὴν θεῶν χρησμοῖς καθωσιωμένην Πνύκα ἀφῃρημένην τοῦ δήμου. quasi edicto vetuissent Romani, ne in Pnyce conuenirent ciues Athenienses. eum autem dicit τὴν θεῶν χρησμοῖς καθωσ. significat quondam oraculo monitos esse Athenienses, vt eum locum consecraret. Non reperies hanc sortem neque apud Pausaniam, neque in grammaticorum commentariis vbi tamen de Pnyce scribuntur non pauca. Sed verissimum est quod in vniuersum de ea vrbe scripsit Strabo: nullam illius fuisse partem, de qua non extaret aliqua fabula vel historia. μὴ σεμνυνόμενοι δὲ οἱ ἄνδρες Α'θηναῖοι τὴν περὶ Ι'άκχου φωνὴν κατασεσιγασμένην. De hac voce sacra Plutarch. in Themistocle: ἐν τούτῳ τοῦ ἀγῶν⊙ ὄντ⊙, φῶς μὲν ἐκλάμψαι μέγα λέγουσιν Ελευσινόθεν. ἦχον δὲ καὶ φωνὴν τὸ Θριάσιον κατέχειν πεδίον ἄχρι θαλάττης, ὡς ἀνθρώπων ὁμοῦ πολλῶν τὸν μυστικὸν ἐξαγαγόντων Ι'άκχον. Vigesimâ nempe Boëdromionis mensis Iacchum deducebant cum cantu & pompa ex vrbe Eleusinem. Idem auctor in Phocione, εἰκάδι ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶν⊙ εἰσήχθη, μυστηρίων ὄντων, ἐν ᾗ τὸν Ι'άκχον, ἐξ ἄστεος Ελευσινάδε πέμπουσι. in Camillo, τῇ εἰκάδι Βοηδρομιῶν⊙, τὸν μυστικὸν Ι'άκχον ἐξάγουσι. vbi nihil interest scribas ἐξάγουσιν an ἐξάδουσιν vt in scholiis comici, μιᾷ τῶν μυστηρίων εἰκάς ἐστι, (perperam vulgò ἰγκάς) ἐν ᾗ τὸν Ι'άκχον ἐξάδουσι. etsi fortasse verius, in hoc & similibus locis ἐξάδειν vitiosè scriptum esse pro ἐξάγειν. Arrianus libro secundo rerum Alexandri, καὶ ὁ Ι'άκχ⊙ ὁ μυστικὸς τούτῳ τῷ Διονύσῳ οὐχὶ τῷ Θηβαίῳ ἐπάδεται. plura de hoc ritu Aristophanes in Ranis. Sequitur statim, καὶ τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν κεκλεισμένον. Dalecampius qui non ignorabat ἄνακας Athenis dictos esse Dioscuros: putauit ἀνάκτορον esse illorum templum. in quo fugit eum ratio: tam enim fallitur, quàm sæpe alij etiam doctissimi viri, qui Atticum iusiurandum νὴ τὼ θεώ, vertunt Æcastor. Semel moneo, τὼ θεὼ apud scriptores Atticos accipiendum de Cerere & Proserpina: quas hoc loco intelligi præcedens Iacchi mentio

mentio docet certissimè. Quis nescit in mentione mysticorum sacrorum hos semper coniungi? Scio ἀνάκτορον exponi ab Harpocratione, ἱερὸν Διοσκούρων. Sed & Cereris templum ita vocasse Athenienses, Hesychio atque aliis obseruatum non nescio. εἵλοντο τὸν Ἀθηνίωνα στρατηγὸν ἐπὶ τῶν ὅπλων. Στρατηγὸς est qui militibus præest. & vt Suetonij vocem vsurpem, ducatū habet. quare igitur addit ἐπὶ τῶν ὅπλων? quia seculo Athenæi στρατηγοὶ in municipiis dicebantur, etiam ciuiles & vrbani magistratus: vt in Actis sanctorum Apostolorum, capite 16. & lege 6. §. 16. item 15. §. 9. Digest. De excusatione tutorum. Non igitur simpliciter στρατηγὸς Athenarum creatur Athenio: sed στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων. quæ potestas dictaturæ affinis ac propè eadem fuit. ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. Quid cogitabant docti cùm rescriberent Περικλεῖ? Suidas, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. ἀντὶ τοῦ συνὼν ἀεὶ καὶ μηδὲ βραχὺ ἀφιστάμενος καὶ Μενάνδρος, παρ' αὐτοῖς ἴσα βαίνουσ' ἑταίρα πολυτελής. Assentior Suidæ, ἴσα βαίνειν τινὶ, esse moribus atque ingenio cum aliquo conspirare. In hoc tamen prouerbio aliter accipiendum: pro tanto fastu ac pompâ incedere ac faceret Pythocles: quod Græci σοβεῖν dicunt, vel pro viuere alicuius moribus. βαίνειν à consequenti est βιοῦν. sic ἁβρὰ βαίνειν dicebant pro molliter & delicatè viuere Hesychius doctè, ἁβρὰ βαίνων, ἁβρόβιος. aliis dicitur ἁβροδίαιτος. Sic & ἄτακτα βαίνειν vsurparunt pro viuere parum modestè, parum ex virtute. S. Chrysostomus tomo VI. pag. 933 αὕτη ἡ φωνὴ (vox Abrahami, sum terra & cinis) τῆς φύσεως ἀσφαλέστατος χαλινός. αὕτη ἄτακτα βαίνειν οὐ συγχωρεῖ. καὶ ἔτι δέον νῦν ὑμεῖς ἑαυτῶν στρατηγεῖτε προέστηκα λέγω. Scribendum est, προέστηκα δ' ἐγώ. elegans sententia. δέον vacat, omissum propterea ab Eclogario. Sensus est. Nunc demum ô Athenienses, restitutum est vobis in vos imperium: ego autem dux vester sum: itaque τὸ κράτος quidem τῆς πολιτείας penes vos erit: at ego præiuero vobis ceu princeps senatûs reliquis senatoribus in libera Rep. τὸ τῶν Πυθαγορικῶν ἀναδείξαι δόγμα περὶ τῆς ἐπιβουλῆς, καὶ τί ἤθελε Narratio ista occupata tyrannide ab Aristione, mutilata legebatur in Athenæi codicibus vulgatis. Membranæ multa verba vtiliter suggesserunt. sed nondum tamen persanata sunt omnia. nam τὸ ἀναδείξαι mendosum esse codicem arguit: aut etiam fortasse defectum adhuc aliquot verbis. Alluditur ad historiam Diogeni Laërtio relatam in Pythagora. Tradiderunt quidam affectasse eum philosophum Crotonis tyrannidem, vel vt ait Tertullianus, Thuriorum. Aristionem exemplum istud Pythagoricorum renouasse, atque etiam imitatum esse, absque dubio significare auctor voluit. verbis iis quæ præscripsimus. Respicit autem ad insidiarum genus, quo vsus Pythagoras hoc moliens: quæ historiæ istius pars nobis hodie est incognita. Mox, pro ἀλλ'

Ἕρμιππος ὁ Καλλιμάχειος, scribe, καὶ Ἕρμιππ. vel, ἄλλοι τε καὶ Ἕρμιππος. etiam Diogenes Hermippum in hanc rem laudat auctorem. τοὺς μὲν δὴ φρονοῦντας τῶν πολιτῶν παρὰ τὰ Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου δόγματα. Liber Excerptorū, περὶ τὰ Ἀρις. Loc⁹ est pertubatus. τὸ παρὰ confirmat quòd Athenio fuit peripateticus, ac videtur per iocum dicere Masurius, egregium hunc peripateticū diuersæ sectę homines, quique aliud probarent quam quod ipsi placeret, punitum isse. δορυφόρους ἔχων πολλοὺς τῶν φρακτικῶν καλουμένων. Vocat φρακτικοὺς non quos putant interpretes: sed cataphractos milites, quorum ferrea omnis species. Eustathius, Ἰλιάδ. Ν. τὸ δὲ φράξαντες, τοὺς μεθ' Ὅμηρον φρακτικοὺς καὶ καταφράκτους ὁπλίτας παρήγαγε. Non dubito respexisse Eustathiū Athenæi hunc locum, vti solet, cùm φρακτικοὺς nominaret. Distingue sic paulo pòst, καὶ τὰς πύλας, τετάκοντα καταστήσας ἐφ' ἑκάστῃ. οὐτ' εἰσιέναι τὸν βουλόμενον, οὐτ' ἐξιέναι εἴα ita nihil opus emendatione quæ aliquando nobis visa est bella, καὶ τὰς πύλας τηρῶν, τετακ. &c. καὶ τοσαῦτα χρήματα συνήθροισεν, ὡς καὶ φρέατα πληρῶσαι πλείονα. *tantas diuitias coaceruauit vt iis vel plures putei impleri potuerint.* accipio enim πληρῶσαι pro πληρῶσαι ἄν. cur enim pecuniam in puteos coniiceret Aristio? nisi tamen id ab illo factū desperatâ vrbis conseruatione sub extremum obsidionis tempus: quanquam id Plutarchus in vita Syllæ non dicit. Ἀθηνίων δ' ἐπιλαθόμενος τῶν δογμάτων τῶν τοῦ περιπάτου. Accipe εἰρωνικῶς. *ille egregius peripateticus.* sed malo ἐπιλαθόμενος, *oblitus.* Appellat gallinarum non hominum demensū, chœnicis quadrantem pro integra chœnice exhibitum, quia legitimus modus demensi diurni erat chœnix. ὁ Ὀρόβιος στρατηγὸς Ῥωμαίων, P. Orbius est, quem rexisse Asiam prouinciā liquet nobis ex ea M. Tulij pro Flacco. Nec tamen Ὀρόβιος scripseris in textu Græco rectè. Solēt enim Græci nomina Romana sic efferre, vt Græcæ originis speciem illis, si fieri potest, inducant, Orbium hac ratione Ὀρόβιον dixerunt: quasi esset ab ὄροβος, *eruum:* sicut alia multa virorum nomina Græca & Latina à leguminum appellationibus deducta. Hoc mihi obseruent tyrones, cùm Græcos auctores historiæ Romanæ legent. multos enim eruditissimos viros inobseruantia huius rei in errorem impulit. ἀλλ' ἐξ ἱματίου τύραννος ἦν. *sed occasione vestis, tyrannidē inuasit.* erat enim similitudo magna inter sacerdotum vestes ac principum. Sacerdotis igitur insignia assumere concessus, in tyrannidis παράσημα illa vertit. Adeò parua sæpe sunt rerum maximarum principia: imò verò interdum etiam ridicula: vt cùm Segillianus militari ioco, aut veriùs grammaticali, imperium Romæ promeruit. πορφυροῦν μεσόλευκον χιτῶνα ἐνδεδυκώς. regia hæc vestis erat, & primorum quoque sacerdotum. De rege Persarum, ex octauo Iliadis, aliisque lo-

cis notum. Lucianus in Pseudomanti, de Alexandro Cocona plano, *προεξανεστάτει δὲ ὁ Ἀλέξανδρος κομῶν ἤδη καὶ πλοκάμους καθειμένος, μεσόλευκον χιτῶνα πορφυροῦν ἐνδεδυκώς, καὶ ἱμάτιον ὑπὲρ αὐτοῦ λευκὸν ἀναβεβλημένος*. Sequitur, *χλαμύδα δ' ἐφεστρίδα περιβεβλημένος*, *amictus chlamyde simili trabea*. nam *ἐφεστρὶς* erat equitum. verùm hæc alibi.

CAPVT XV.

Expenduntur Athenæi argumenta, quibus probare nititur, falsa esse quæ de militia Socratis Plato, Xenophon & Antisthenes scripserunt: Platonis locus in Critone.

PLATONIS locus de tribus Socratis stipendiis, est in Apologia, vbi illius militiæ memorantur. sed in Charmide & extremo Conuiuio plura legas de iisdem. meminit & in Critone. Disputationem Athenæi contra Platonem, quanti faceremus, dudum indicauimus ad Diogenem Laërtium. Neque est cur nos iudicij eius pœniteat: præsertim cùm & Senecam & Plutarchum viros grauissimos videamus, perpessitij huius senis militares labores commemorare: hunc in Alcibiadis vita & contra Coloten; illum in epistola centesimaquarta. Credamus & nos tantis auctoribus, potius quàm vni Athenæo: cuius equidem diligentiam in nonnullis, iudicium in multis soleo desiderare. Ac ne solâ auctoritate magnorum scriptorum tueri sententiam nostram videamur, age auctoris diuersum sentientis argumenta expendamus. Falsum est, ait ille, expeditioni Amphipolitanæ interfuisse Socratem. Quo argumento autem probat? *ἡ μὲν γὰρ*, inquit, *ἐπὶ Ἀμφίπολιν στρατεία γέγονεν ἐπὶ Ἀλκαίου, Κλέωνος ἡγεμόνος ἐξ ἐπιλέκτων ἀνδρῶν, ὥς φησι Θουκυδίδης. τούτων οὖν τῶν ἐπιλέκτων ἀνάγκη εἶναι καὶ Σωκράτην, ᾧ πλὴν τρίβωνος καὶ βακτηρίας οὐδὲν ἦν.* *expeditio aduersus Amphipolim prætore Alcæo* (anno 3. Olympiadis 89.) *facta est, Cleone duce, ex delectis grauis armaturæ militibus, vt auctor est Thucydides. horũ delectorũ militũ vnũ fuisse oportet etiã Socratẽ: cui præter palliũ & baculũ erat nihil in bonis.* Non rectè vocẽ *ἐπίλεκτοι* accipiunt, qui putant respicere Athenæũ Thucydidis verba, quibus dicit in expeditionem hanc non nisi germanos ciues Athenienses profectos esse. Illuc potiùs auctor respicit, quod ait idem historicus, *ὁπλίτας* omnes fuisse, id est, grauis armaturæ milites, qui huic militiæ nomen dederunt. Ita igitur disputat dipnosophista. In Amphipolitana expeditione nemo fuit nisi *ὁπλίτης*. Socrates non fuit *ὁπλίτης*: homo ita egenus vt *πανοπλίαν* sibi parare nullo modo potuerit. Quid inde sequatur manifestum est. Sed quis non videt plumâ leuius esse hoc argumentum? Esto: sic fuerit Socrates egenus, vt arma *ὁπλίτῃ* necessaria, de suo parare non habuerit. quid? amicos nullos habuit? quò autem illa nobilis & multorum scriptis celebrata Atheniensium *ἀπόθήκη*, nisi vt strenuis militibus, sed tenuis census, arma suppeditarentur? Alterum Athenæi telũ est huiusmodi. Thucydides & cæteri historici ac poëtæ, de hoc Socratis stipendio silent omnes: ergo falsa & conficta res est. Inualidum prorsus telum & verè *ἄλλον βέλος*. Narrat Olori filius Cleonem in ea expeditione mille ducentos secum habuisse milites: quorum omnium nemo vnus præter ducem nominatim indicatur. In ea turba selectorum virorum latuisse Socratem vilem & pauperem hominẽ, quid mirum? Sed de hoc argumentationis genere in vniuersum pronunciat Strabo acerrimi vir iudicij, verè & doctè, nihil eo esse vanius, nihil fallacius. Sequitur de expeditione ad Potidæam, cui interfuisse Socratem, & præmium fortitudinis inde retulisse scribit Plato. Reuincit Athenæus, duobus itidem argumentis. prius est, auctorum silentium: qua de re modò diximus; alterum, quòd ad Potidæam pugna nulla fuit pugnata. Hæc vrbs tres continuos annos ab Atheniensibus oppugnata, ægrè tandem fecit deditionem. Toto eo tempore, nullum memorabile prælium fuisse commissum affirmat auctor, neque nos negamus. Sed decretoriam quidem & *ὁλοσχερῆ* pugnam editam esse, ne Plato quidem dicit. sæpius verò factum vt cum hostibus manum consererent Athenienses, quis sanus dubitabit? Plutarchus hac de re, *ἰσχυρᾶς δὲ γενομένης μάχης, ἠρίστευσαν ἀμφότεροι*: Socrates & Alcibiades. Tertia sequitur Socratis militia: de qua extat luculentum M. Tullij testimonium, lib. I. De diuinatione: *Socrates cùm apud Deliũ malè pugnatũ esset, Lachete prætore, fugerétque cũ ipso Lachete: vt ventum est in triuium, eádem quà cæteri fugere noluit. Quibus quærentibus, cur nõ eádẽ viá pergeret, deterreri se à Deo dixit. Tũ quidem ij qui aliá viá fugerant, in hostium equitatum inciderunt.* Quæ aduersus hanc militiam Socratis proferuntur, omnia sunt *ἀπραγμάτευτα*, & tantum coniecturæ, præterea nihil. Omissa igitur eorum confutatione, mendam, indicemus, quæ latet in istis, *εἰ γὰρ καὶ τὸ Δήλιον εἴρηκε Σωκράτης, ὥς φησιν Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος ἐν τοῖς πρὸς τὸν φιλοσωκράτην, ἅμα τοῖς πολλοῖς ἀσχημόνως ἂν ἔφυγε.* Nullam sententiam probam ex hac scriptura elicias. Scribe, *ἤρηκε*. Demus, inquit, verum esse quod Herodicus Crateteius tradit: Socratem inter primos Delium occupasse: statim tamen cum cætera turba illum fugisse turpiter, fatendum erit. Thucydidem lege in octauo belli Peloponnesiaci anno. eius sunt subiecta verba, *Πεζοὶ δὲ δύο πόλεις εἷλον.* ex quarta historia. Mox autem cùm ait *μόνος Σωκράτης βρενθυόμενος καὶ τὼ ὀφθαλμὼ παραβάλλων*, ad nouissimum Aristophanis versũ alludit, *ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς καὶ τὼ φθαλμὼ παραβάλλεις*. Alcibiadem prælio ad Delium interfuisse, negat districtim Athenæus: aiũt Plato, Plutarchus, alij, quibus fidẽ habeo potiùs. Deinceps exerto brachio graue iaculum in Platonem torquet philologus Naucratita: quod

cuiusmodi sit videamus, *ἐν δὲ τῷ Κρίτωνι*, ait, *ὁ τῇ Μνημοσύνῃ φίλος Πλάτων, οὐδὲ ποιήσασθαί ποτε ἀποδημίαν τὸν Σωκράτην ἔξω τῆς εἰς Ἰσθμὸν πορείας εἴρηκε.* Platoni obiicit quòd vetus dictum sustulerit, *mendacem memorem esse oportet.* Ideò per iocum appellat illum, *τῇ Μνημοσύνῃ φίλον*, *diuæ Monetæ charum*, vult dicere obliuiosum. ita namque accipienda & scribenda vox *Μνημοσύνη*. Oblitum autem sui Platonem ait, cùm negaret in Critone Socratem ex vrbe vnquam pedem extulisse, nisi semel quando ad spectaculum Isthmiorum est profectus. Non meminerat videlicet Plato, cùm illa scriberet, eorum quæ dixerat alibi de expeditionibus ad Potidæam & Amphipolim vrbes Thraciæ vicinas: aut Thracias. Audiamus Platonem. Verba sunt illius in Critone, *οὐ γὰρ ἄν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν τῇ πόλει ἐπεδήμεις, εἰ μή σοι διαφερόντως ἤρεσκε· καὶ οὔτ᾽ ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὅτι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν· οὔτ᾽ ἄλλοσε οὐδαμόσε, εἰ μή ποι στρατευσόμενος. neque enim ita plurimùm vnus tu ex omnibus Atheniensibus in vrbe maneres, nisi illa plurimùm tibi placeret: qui nunquam vel ad spectaculum vllum extra vrbem profectus sis, nisi semel ad Isthmum: aut vsquam aliò: nisi cùm militiæ caussa aliquò iuisti.* Ita scribitur hic locus hodie in publicis exemplaribus. quem si etiam in suis codicibus ita scriptum inuenit Athenæus, nemo illum pro sano sanus habeat. Nam Plato quidem cauere meliùs non potuit, ne contraria scripsisse cuipiam iure videretur. Sed omnino alterum duorum necesse: vt vel postrema Platonis verba in suo exemplari nõ legerit Athenæus: vel in suis Excerptis illa non adnotarit, cùm superiorem locum excerperet. Sæpe scriptorem hunc peccare grauiter, dum suorum Excerptorum fidem sequitur, neque ad fontes ipsos adit, multis locis probatum nobis satis supérque. Iam in Antisthenem styli mucronem conuertit auctor: in quo illud reprehenditur, quòd scripserit Socratem etiam in pugna contra Bœotos virtutis præmio cessisse Alcibiadi. Pugna aduersus Bœotos ea est, quam ad Delium commissam dicebat Plato. Delium enim Bœotiæ oppidulum fuit. ex illo autem prælio palmam retulisse aut meritum esse Socratem, nemo veterum, opinor, præter Antisthenem scriptum reliquit. Ego verò cum Athenæo hîc sentio: & Antisthenem censeo scripsisse per incogitantiam, *πρὸς Βοιωτούς*, pro eo quod debuerat dicere, *πρὸς Ποτιδαιάτας*. bis enim præmio donatum Alcibiadem fuisse concessu Socratis non fit mihi verisimile. Ait, *στρατηγεῖ δὲ καλῶς πάντας τοὺς ἱστορικοὺς τῆς ἐπὶ Δήλιον στρατείας ἢ περὶ Ποτίδαιαν ἧς Φορμίων ἐστρατήγει.* Non adscribit numerum annorum, nisi desunt hæc, *ἐπὶ η*. Sic enim res habet. Phormionis in Thraciam expeditio & Potidæam obsessam, Pythodoro prætore accidit, anno primo Olympiadis 87. cùm ad Delium pugnatum est, Isarchus erat archon, Olympiadis 89. anno item primo. medium tempus, anni octo.

CAPVT XVI.

Προθεσμία aliquot Olympiadum, ad lucem eorum quæ ad Athenæo disputantur.

SVPERIOREM aduersus Platonem velitationem, excipit digressio quâ probare nititur Athenæus, philosophos, qui ferè viros eruditos & *φιλολόγους* habent despectui, in ratione temporum, multa solitos peccare, & turpiter hallucinari. quod vt probet, dicta quædam duorum nobilissimorum philosophorum, Xenophontis & Platonis, examinare instituit. Ex his duobus qui sine vlla controuersia vniuersi gregis *οἱ κορυφαιότατοι* fuére, de cæteris vult fieri coniecturam. Nam scopum suum his generalissimis verbis auctor indicat: *πάντ᾽ οὖν*, inquit, *ψεύδονται οἱ φιλόσοφοι, καὶ παρὰ τοὺς χρόνους γράφοντες οὐκ αἰσθάνονται.* Nobilis sanè disceptatio hæc est: in qua maximi momenti res agitur, temporum recta obseruatio. Sapientissimè enim Tatiano dictum, *παρ᾽ οἷς ἀσυνάρτητός ἐστιν ἡ τῶν χρόνων ἀναγραφή, παρὰ τούτοις οὐδὲ τὰ τῆς ἱστορίας ἀληθεύειν δύναται.* Quid autem viro sapienti turpius obiicias quàm mendacium & falsiloquium? Ac scopus quidem disputationis huius, is est quem dixi. Cæterùm de allatis aduersus Xenophontem & Platonem ab Athenæo argumentis, quid sentiendũ sit, indicauimus suis locis. Quoniam verò sine inspectione fastorum cæca est omnis quæ de temporibus instituitur disputatio: priusquam illustrare & emendare aggredimur quæ in hac parte obscura habentur & corrupta, breuem atque huic tantùm dissertationi accommodatam earum Olympiadum descriptionem subiecimus, quibus de hîc agitur.

OLYMPIAS LXXXVII.

α. Πυθόδωρος.

Phormio in Traciã ducit exercitũ militum ἐπιλέκτων, & Potidæam pergit obsidere. Socrates inter ἐπιλέκτους merens Alcibiadi præmium virtutis parit.

β. Εὔθυδημος.

Hipponicus Calliæ pater dux exercitus contra Tanagræos. Bellum Peloponnesiacum incipit.

γ. Ἀπολλόδωρος.

Plato nascitur, inquit Athenæus. alij volunt, anno sequente.

δ. Ἐπαμινώνδας.

Pericles moritur.

Alexander rex Macedoniæ obit. Perdicas ei succedit: & regnat annos 13.

OLYMPIAS LXXXVIII.

α. Διότι

α. Διόπιθος.

β. Εὐκλείδης.

γ. Εὐθύδημος.

δ. Στρατοκλῆς.

OLYMPIAS LXXXIX.

α. Ἴσαρχος.

Amipsias comicus docet Connum.
Pugnant Athenienses ad Delium duce Hippocrate.
Socrates Alcibiadem periculo eripit.
Induciæ annuæ Peloponnesiacum bellum interrumpunt.

β. Ἀμεινίας.

γ. Ἀλκαῖος.

Cleone duce mittitur exercitus contra Amphipolim. in eo militat Socrates. Eupolis docet fabulam Κόλακας, *mortuo iam Hipponico. Protagoras fuit tum Athenis: Cùm paulo antè eò venisset secundùm.*

δ. Ἀρίστων, ἢ Ἀρίστων.

Autolycus athleta vincit pancratio. Callias eius niceteria celebrat. Xenophontis Conuiuiū. Eupolis docet Autolycum. *Pherecrates docet* Agrius.

OLYMPIAS XC.

α. Ἀριστόφιλος ἢ Ἀσύφιλος.

Protagoras Platonis dialogus hoc anno habitus fingitur.

β. Ἀρχίας.

γ. Ἀντιφῶν.

δ. Εὔφημος.

Agatho tragicus coronatur contra antagonistas: eiúsque τὰ ἐπινίκια ἱστᾶται, apud Platonem in Conuiuio.

CAPVT XVII.

Expenduntur Xenophontis aliquot χρονικὰ ἁμαρτήματα obseruata Athenæo.

Καθάπερ οὐδ' ὁ καλὸς Ξενοφῶν, ὃς ἐν τῷ Σ. Duo chronica peccata obiicit Athenę⁹ Xenophōti. Ea cuiusmodi sint videam⁹ Prius continetur verbis hisce: ὃς ἐν τῷ Συμποσίῳ ὑποτίθεται Καλλίαν τὸν Ἱππονίκου, Αὐτολύκου τοῦ Λύκωνος ἐρῶντα καὶ νενικηκότος αὐτοῦ παγκράτιον, ἑστίασιν ποιούμενον, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα τὸν ἴσως μηδὲ γεγεννημένον, ἢ περὶ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντα. Sūma reprehensionis est: absurdè Xenophontem fecisse, cùm ei cōuiuio quod pro-

OLYMPIAS XCI.

α. Ἀριστόμνηστος.

β. Χαβρίας.

γ. Πείσανδρος.

δ. Κλεόκριτος.

OLYMPIAS XCII.

α. Καλλίας.

β. Θεόπομπος.

γ. Γλαύκιππος.

δ. Διοκλῆς.

OLYMPIAS XCIII.

α. Εὐκτήμων.

β. Ἀντιγένης.

γ. Καλλίας.

Nauali pugnâ ad Arginusas vincunt Athenienses Lacedæmonios. Archelaus regnare incipit in Macedonia.

δ. Ἀλεξίας.

OLYMPIAS XCIV.

Ἀναρχία post Pythodorum vitio creatum. XXX. tyranni.

β. Εὐκλείδης.

γ. Μίκων.

δ. Ξεναίνετος, ἢ Ἐξαίνετος. *Xenophon ἤκμαζεν, ait Diogenes Laërtius.*

OLYMPIAS XCV.

α. Λάχης.

β. Ἀριστοκράτης. *Archelaus rex Maced. occiditur.*

γ. Ἰθυκλῆς.

δ. Λυσιάδης.

pter Autolyci athletæ victoriam à Callia celebratum est, quendam interfuisse dixerit, qui per ætatem non poterat: quippe aut recèns adhuc natus: aut omnino ne natus quidem. postea tēporum ratio explicabitur, in quibus dicitur erratum. sed quærendum priùs est nobis, quisnam ille fuerit ἀπροσδόκητος conuiua. Autolycum putauit intelligi eruditissimus Dalecampi⁹, non scio quid secutus. nam Athenæus, vt edita lectio sonat, Calliam ait fuisse. Considera eius verba attentè: non aliud reperies quò referas τὸ παρόντα, quàm illa præcedentia, ὑποτίθεται Καλλίαν. Prorsus ita tantùm accipi possunt quas adscripsimus verba. Sed falsam esse lectionem editam, inuicto argumento probamus nos: quia

nempe

nempe falsissima hæc sententia est. Absurdum enim dictu, Calliam aut puerulũ fuisse Aristone prætore, (eo anno agitatum conuiuium illud Xenophontéum) aut omnino ne natũ quidem. Auctor est Athenæus ipse aliquanto pòst, Alcæo archonte, siue priore anno quàm Ariston esset archon, Calliam Hipponici patris sui aliquanto antè mortui, creuisse hæreditatem. Cum hæc clarè mox doceat auctor, putabimus illum tam insanum, vt de eodem Callia illa scriberet, τὸν ἴσως μηδὲ γεγονότα? Porrò de Autolyco interpretari, quod doctis visum, non placet nobis. Magnâ enim & violentâ mutatione opus fuerit, vt ei sententiæ accommodetur scriptura omnium librorum. Præterea falsum est Autolycum necdum fuisse natum archonte Aristone. Hic est Autolycus quem refert Plutarchus, occupatâ à Lysandro vrbe humi prostrasse Callibium harmostam Lacedæmonium, baculum intentantem: quod egregium facinus magno illi postmodum stetit: occiso propterea ab immanibus tyrannis. Quis verò credat robur hoc animi, & φρόνημα τῆς ψυχῆς in eũ cadere, qui vix excesserit ex ephebis? Atqui ab Aristone prætore ad annum confusionis, quo venerunt Athenæ in Lysandri potestatem, anni intercedunt vix sexdecim aut septemdecim. Exposuimus caussas, cur neque in vulgata lectione, neque in priorum censorum interpretatione acquiescere possimus: viderint eruditi an iudicio nostro sint acquieturi: Lego, καὶ σὺν τοῖς ἄλλοις δαιτυμόσι παρόντα ἑαυτὸν ἴσως μηδὲ γεγονότα. *Xenophon*, inquit, *in conuiuio facit Calliã Hipponici F. Autolycum Lyconis F. amare: cui post partã pancratio victoriã prabet epulas: atque ei cõuiuio ait Xenophõ se quoq; inter cæteros cõuiuas interfuisse: qui fortasse ne natus quidem tũ fuit.* Disertè scribit Xenophõ initio Cõuiuij, se iis epulis præsentẽ adfuisse quas describit. οἷς δὲ, ait, παραγενόμενος ταῦτα γιγνώσκω, δηλῶσαι βούλομαι. Quod autem de natalibus Xenophontis dubitanter loquatur, nemini videri mirum debet. Nam & Diogenes Laërtius, qui ex professo quæsiuit, & alij veteres, annum quo natus ille disertissimus scriptor, ignorarunt. Quare eo prætermisso, vigentis maximè ætatis & mortis tempora tantùm indicat nobis Diogenes. ἤκμαζεν, ait, κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τετάρτης (Suidas legit ὀγδόης) ἐνενηκοστῆς ὀλυμπιάδος. Si ponimus humani corporis florem & ἀκμὴν, vt censeo, circa annum trigesimum: colliges hinc tempore acti cõuiuij, quod ei descriptum est, natum fuisse Xenophontem annos decem: quæ est illa quam παιδικὴν ἡλικίαν Athenæus appellat. vitâ functum scribit Diogenes anno primo Olympiadis 105. hoc est, septuagenario maiorem: Si verũ est superius ratiocinium, putem ego satis certũ: aut si quid mutandum, contrahendum potiùs hoc curriculum quàm vlteriùs extendendum. quod quidem emendationem nostram & interpretationem firmat non mediocriter.

ἐστὶ δὲ οὗτος ὁ καιρὸς καθ' ὃν Ἀριστίων ἄρχων ἦν. His verbis declaratur illud temp⁹, quo nicetetion Autolyci conuiuium celebrauit Callias. erat, inquit, archon Aristion, siue vt scribit Diodorus Siculus libro 12. Ἀρίστων. quod etiam clarè mox probatur. [illegible] πάλιν ὁ Ξενοφῶν ποιεῖ τὸν Σωκράτην λέγοντα. Transit iam ad posterius χρονικὸν ἁμάρτημα Xenophontéum. Summa criminationis est: Xenophon in Symposio dictum obscœnum quoddam Pausaniæ commemorat quasi pronunciatũ esset ab illo in eo conuiuio quod Platoni est descriptum. quod neque verum est: nihil enim tale extat in Platonis libros neque esse potest: nam Xenophontéum conuiuium quatuor ipsis annis antecedit Platonicum. bis igitur peccat Xenophon. Enimuerò geminum hoc peccatum vnicâ responsione facilè diluas. Nego enim tibi Athenæe, quod ponis tu pro vero ac confesso: Xenophontem respexisse Platonis conuiuium. nimis enim friget ratio illa, qua mox suspicionem tuam tueris sed de ea paulo pòst. [illegible] θαυμαστὰ λέγων, ὥς γε οἱ λόγοι τὸ ἀφρ. hæc quoque Xenophontis verba sunt, non Athenæi, vt possint videri. Ac rectè quidem Attica illa Musa Pausaniæ iudicium & sententiam confutat: Athenæus verò lib. 13. veteres aliquot huius generis infames militias refert. [illegible] Παυσανίου γὰρ οὐκ οἶδα σύγγραμμα, οὐδ' εἰσὶν ἄλλοι παρ' ἄλλοις. It obuiam obiectioni, & respõsionem modò allatam à nobis diluit. Non potest, ait, negari, Xenophõtem illa tanquam ex Platone citare: vnde enim habeat, cùm neque Pausanias scriptum ediderit vllum: neque alius quisquam Socraticorum qui dialogos scripserunt, tales ei sermones attribuat. En argumentum Achilleum! quasi verò non potuerit bellum istud apophthegma Pausaniæ, etiam nec scriptum memoriâ hominum contineri, ac per ora virûm volitare. Sic multa ex Platone affert Aristoteles, quæ frustra quæras in libris Platonicis. vt illud eximium Nicomach. lib. primo, capite quarto, de duplici via docendi. nam quæcunque ex Platonis scriptis ad illum locum docti proferunt, diuersa sunt & ἀπροσδιόνυσα. Sed Athenæum in hanc sententiam impulerunt hæc maximè Xenophontis verba de Pausania, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκαλινδουμένων. quæ verba, cum aliis nonnullis quæ in illius scriptis habentur, iam olim doctis hominibus persuaserunt, Platonem & Xenophontem ὥσπερ διαφιλονεικοῦντας, similis argumenti libros edidisse: in queis simultatum inter ipsos latentium vestigia essent non obscurè impressa. Sed enim coniecturam hanc curiosorum hominum, tam facile est nobis contemnere, quàm fuit ipsis procliue in literas eam referre. Addit verò noster, πολλὴν ὄντα καθ' ψεῦδος τοῦτο Ξενοφῶν, ὅτ' ἄλλοις γεγραμμένῳ τῷ Πλάτωνος ἐντυχὼ Συμποσίῳ, παρείσθω. Contendit his verbis, duorum alterum esse verum: aut falsò id commentum esse Xenophontem: aut incidisse in librum

brum Platonis aliter scriptum atque hodie præferant publica exemplaria: vtrum horum potiùs sit credendum, de eo, inquit, liberum esto cuiusque iudicium. sic accipi debuerunt illa, εἴτ' ἄλλως γεγραμμένῳ τῷ Πλ. ἐνέτυχε Συμπ. quæ aliter non est interpretari. Neque verò dubitare debemus, Platonem post primam librorũ suorum editionem, multa in melius mutasse, vel per se, vel amicorum monitu: vel denique ab osoribus suis reprehensum. Itaque οὐκ ἀπὸ σκοποῦ suspicetur aliquis cum Athenæo, infandum illud Pausaniæ dictum, post editum Xenophontis Symposium, ab Platone fuisse inductum deletúmque. Sic soliti poëtæ comici tragicíque publicatas iam fabulas suas, quæ minùs placuerant, emendare, vt docuimus lib. tertio, cap. 26. Sed quid exemplum ab aliis petimus? cùm de Platonis diligentia in scriptis suis emendandis testimonium veterum criticorum extet: qui diuinum virum suorum correctioni esse immortuum memoriæ prodiderunt: multáque post ipsius obitum reperta esse mutata & emendata. cuius rei & Quintilianus meminit extremo libro octauo. Ἀρεσίαν ἐφ' οὗ τὸ συμπόσιον ὑπόκειται ἀπηγμένον. Scribe, vt constet Hellenismus, συνηγμένον. nisi quis mihi probet, ἀνάγειν συμπόσιον Græcum esse, vt συνάγειν. de quo verbo auctor admonet libro octauo sub finem: idémque alibi sæpe illo vtitur. Hæc Athenæus in Xenophontem: hæc nos ad Athenæum pro Xenophonte. Deinceps ad Platonem reditur. & illius quædam χρονικὰ ἁμαρτήματα similiter notantur. Eam igitur partem percurramus.

CAPVT XVIII.

Platonis χρονικὰ ἁμαρτήματα, quorum ab Athenæo insimulatur, explicantur & expenduntur.

Ὅλως δὲ λῆρός ἐστι τῷ Πλάτωνι τὸ Συμπόσιον. λῆρος, hoc est, res ficta, non verè gesta. grauiùs hanc vocem interpretari non debemus: neque aliud auctor voluit. Quod autem Plato in deligendis Symposij sui conuiuis, nullam temporũ rationem habuerit, non solus hic criticus, neque primus obseruauit: sed & alij è veteribus ante ipsũ. Aristides in Apologia communi. ἐν τῷ Συμποσίῳ Πλάτων συνάγει εἰς ταυτὸν Ἀριστοφάνην καὶ Σωκράτην καὶ Ἀγάθωνα, ἔτι μειράκιον ὄντα, ὥς φησι. προάγει δὲ εἰς τοσοῦτον τοὺς χρόνους, ὥστε, & quæ deinceps sequũtur. Macrobius primo Saturnaliorũ postquam aliquot Platonis anachronismos notasset: *Annos ergo coeuntiũ, ait, mitti in digitos, exemplo Platonis nobis suffragante, non conuenit.*

οὐ γὰρ ἀγράφως τι ἔλεγεν, ἀλλὰ πάνυ ἐσκεμμένως, ὡς ἐν τῷ Γοργίᾳ γράφων φησι. Scribo sic, οὐ γὰρ ἀκαίρως τι ἔλεγεν, ἀλλὰ πάνυ ἐσκεμμένως; ὃς ἐν τῷ Γοργίᾳ γράφων φησι. sublata interrogationis nota periodum totam inite obscurauit. Male etiam ἀγράφως scripserunt isti imperiti, pro ἀκαίρως. quam vocem restituimus ex præcedente sententia. dixit auctor ibi, Platonem scriptis mandasse quidquid ἐπ' ἀκροτάτην γλῶτταν venisset. Id nũc probaturus, lectorem suũ ita compellat. Quid? ait: dicemúsne Platonẽ nihil ἀκαίρως, nihil ineptè nec contra temporum rationem scripsisse, verùm omnia circũspectè? qui quidem in Gorgia hoc scriptum reliquerit. ἀγράφως factum esse ex ἀκαίρως, si non est verum, (neque enim dari possunt in hoc genere eruditionis γραμμικαὶ δείξεις mathematicorũ, vel ἐπιστημονικαὶ ἀποδείξεις philosophorum) veri certè quàm simillimum est. Nos hanc coniecturam pro vera amplectimur: cuius tamen priusquàm veniret in mentem, ἀγράφως λέγειν dictum putabamus παροιμιακῶς, pro effutire aliquid temerè, de quo nõ antè cogitaueris. Propriè iis conueniat, qui, vt Tarsenses olim rhetores, extemporalem temeritatem, (sic rectè Quintilianus τὴν αὐτοσχεδίαν λέξιν vocat) colebant: aut erit translatũ à iudicibus, qui lites non magnæ rei, solent ἀγράφως τέμνειν καὶ κρίνειν, sine scripto & de plano decidere, vt loquitur Iustinianus Imp. Nouellâ, de mandatis Principis. Porrò prima hæc Platonis accusatio, in eo posita est: quod inconsulte scripserit in Gorgia, regnante apud Macedonas Archelao, Periclem Athenis recèns fuisse mortuum: cùm ab huius obitu ad initium Archelai, anni intercedant minimum viginti tres. Quid Athenæo responderi queat, videbimus post aliqua.

ἄρχοντος Ἐπαμείνονος. vt in aliis multis, sic in prætoris huius nomine magna varietas. In Diodori Bibliotheca lib. 12. Ἐπαμεινώνδας nominatur. At Laërtius, Πλάτων ἐπ' Ἀμεινίου γέγονεν, ἐφ' οὗ Περικλῆς ἐτελεύτησεν. Alij Aminonem vocant In argumẽto Euripideæ Hippolyti, Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ἐπὶ Ἀμείνονος ἄρχοντος ὀλυμπιάδι πζ. ἔτει δ. Censeo verũ nomen Ἐπαμείνων, quod idem sonat cũ Ἀμεινίας. & ita ferè Epit. vbi scriptũ Ἐπαμείνονος. nam Ἐπαμείνωνος respuit analogia. ἐφ' οὗ τελευτᾷ Περδίκκας, καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. Quid audio? anno igitur eodem Pericles fato fungitur, & Archelaus regnare incipit? Diua Moneta, tuam fidem! annon enim dicebamus paulo antè, hoc vnicum in Platone hic reprehendi, quòd Periclis mortem ad tempora Archelai regis Macedonum transtulerit? Nã (dicebat modò auctor) si nuper obierat Pericles, nondum regnabat Archelaus. Si rex erat Archelaus, pridem mortuus erat Pericles. Præcessit enim Archelaum Perdiccas, qui incipiens regnare quo anno extinctus est Pericles, habenas regni annos viginti tres tractauit. Cùm hæc clarissimè disputentur ab Athenæo, quis interpretum stomacho non inuideat, qui vulgatam loci huius scripturam adeo εὐστομάχως tulerint? Nos quidem non possumus: licet sileant omnes membranæ, affirmare tamen non dubitamus, incogitantiâ aliud agentis librarij omissam esse isto loco periodum integram. Eam igitur ex ingenio, quia ex libris non possumus, restituamus.

quamus. Scribendũ, Περικλῆς δ' ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου Ἐπαμείνωνος ἄρχοντος· ἐφ' οὗ τελευτᾷ Ἀλέξανδρος, καὶ τὴν βασιλείαν Περδίκκας διαδέχεται· ὃς ἐβασίλευσεν ἕως Καλλίου· ἐφ' οὗ τελευτᾷ Περδίκκας, καὶ τὴν βασιλείαν Ἀρχέλαος διαδέχεται. Quæ bis posita fuerant verba, ἐφ' οὗ τελευτᾷ: itē illa, τὴν βασιλείαν διαδέχεται, scriba indoct⁹ casu an consilio semel præterit cum integra sententia. Quoties corruptos optimos scriptores prætermissionibus hoc genus, antè integrauimus? Historica veritas, quod notata hîc tempora, sic habet. Olympiadis 87. anno vltimo, Pericles peste Athenis periit, & in Macedonia Alexander rex obiit, cui successit Perdiccas. Huius regnum quot fuerit annorum variè proditum ab antiquis historicis. Sed rectè Athenæus Marsyam & Philochorum secutus, annos tres & viginti regnasse illum statuit. Quadrat hic numerus exactè cum Diodori Siculi rationib⁹. Scribit ille libro 12. Κατὰ τὴν Μακεδονίαν Ἀρχέλαος ὁ βασιλεὺς ἔν τινι κυνηγίῳ πληγεὶς ἀκουσίως ὑπὸ Κρατεροῦ τοῦ ἐρωμένου, τὸν βίον μετήλλαξε βασιλεύσας ἔτη ἑπτά. Occisum ait Archelaũ prætore Aristocrate, anno altero Olympiadis 95. regnasse autem annos septem. Ex eo patet liquidò, cepisse hunc regnare anno tertio Olympiadis 93. qui archõtem habuit Calliam. Ergo etiam anno illo Perdiccas, cui succedebat Archelaus, desiit regnare. Inde si retrouersum ascendas ad annum qui Pericli vitam ademit, Perdiccæ verò regnum contulit, reperies annos ipsos 23. Rectè igitur probatum Athenæo, Periclis mortem, regnante Archelao, nuperam & admodum recentem dici non potuisse. Rectè & nos Athenæi codices vitiatos & defectos, in integrũ restituim⁹. Cæterùm qui Platonis Gorgiam perlegerit, & eum locũ diligẽter expenderit, vbi de morte Periclis facit mentionem, non erit ei difficile Athenæo respondere. Philosophi eloquentissimi verba sunt, Τί δέ; Θεμιστοκλέα οὐκ ἀκούεις ἄνδρα ἀγαθὸν γεγονότα, καὶ Κίμωνα, καὶ Μιλτιάδην, καὶ Περικλέα τουτονὶ τὸν νεωστὶ τετελευτηκότα, οὗ καὶ σὺ ἀκήκοας; Disputans Plato de dicendi facultate quatuor viros in exemplum profert, ex omni τῶν δημαγωγῶν numero: Miltiadem, Themistoclem, Cimonem, & Periclem: omnium horum nouissimus obierat Pericles, annis ferè viginti post mortem Cimonis, qui & patri Miltiadi superstes fuerat & Themistocli. Cùm igitur dicit Plato, νεωστὶ τετελευτηκέναι Periclem, non hoc vult, heri aut nudiustertius desiisse illum viuere: vel recentem admodum esse illius excessum: sed respectu superiorum recentem esse: quando post omnes illos interuallo satis longo mori ei contigerit. Voces illæ *nuper*, νεωστί, ac similes, nullius certi temporis determinationem habent: sunt enim τῶν πρός τι, & ad aliquid semper referũtur. Itaque modò breui⁹, modò longius tempus designant. Ad hæc, illud mihi cogita: Periclis eam famam, nomen & res gestas fuisse, vt mirari non debeas, si in animo Platonis & aliorum gratorum ciuium quàm diutissimè, quàm recentissima vixit, viguitque illius recordatio. τοῦτο δ' ὁ Σωκράτης οὐ μᾶλλον κατὰ ἀνδραγαθίαν. corruptus ac lacer etiã hic locus. sentẽtia ex istis nulla: quæ optima erit ex integrata hoc modo lectione. τοῦτο δ' ὁ Σωκράτης οὐ δι' ἄγνοιαν ἐποίει, μᾶλλον δὲ κατ' ἀνδραγαθίαν. Scribit Plato Socratem confessum in Senatu, se nescire sententias rogare. Ait Athen. factum id è Socrate non per ignorantiam, quòd nesciret in suffragia concilium mittere: sed generosi animi specimen ab illo editum, ne contra leges & publicam vtilitatem sancire aliquid cogeretur. historiam ex Xenophonte repetit auctor. Quorsum autem spectat hęc isto loco narratio? Vt planum faciat, Gorgiam scriptum à Platone post annum à Periclis excessu (quem dicit eo in libro νεωστὶ τετελευτηκέναι) 24. quod extrema verba probant planissimè. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ Πρωταγόρᾳ διαλόγῳ. Hoc est alterum Platonis peccatum περὶ τοὺς χρόνους. Hoc autem ait. Fingit Plato in Protagora, præsentem in vrbe sophistam illum fuisse, cùm id colloquium est habitũ. Quod cùm de posteriore Athenas aduentu Protagoræ intelligatur, necesse est habitos eos sermones prætore Amyniâ, aut Alcæo certè: id est, anno secundo vel tertio Olympiadis 89. Plato tamen disputationis illius annum designat, Olympiadis insecutæ primum, præturam obtinente Astyphilo. In quo bis illum peccare contendit Athenæus. Primùm, quia Protagoræ posterior in vrbem aduentus, aliquot annis illum præcedit: deinde, quia propter bellum Peloponnesiacum eo maximè anno flagrans, Hippias Eleus versari Athenis non poterat. μετὰ τὴν Ἱππονίκου τελευτὴν γενομένου παρειληφότος ἤδη τὴν οὐσίαν Καλλίου. Apparet ex ipso Platone. ἐπεδήμει γὰρ ἄρα Πρόδικος ὁ Κεῖος. ἦν δὲ ἐν οἰκήματί τινι, ᾧ πρὸ τοῦ μὲν ταμιείῳ ἐχρῆτο Ἱππόνικος· νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν καταλυόντων ὁ Καλλίας καὶ τοῦτο ἐκκενώσας, ξένοις κατάλυσιν πεποίηκε. τοῦ Πρωταγόρου παραγεγονότος τὸ δεύτερον οὐ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις. Triduo antè aduenisse facit Plato. ὦ τί λέγεις; Πρωταγόρας ἐπιδεδήμηκε; Σω. τρίτην γε ἤδη ἡμέραν. Sed in Athenæi textu verbum deest, supplendum nobis, si volumus rectã procedere orationem. Legendum, τοῦ Πρωταγόρου μέμνηται παραγ.

Εὔπολις τὸν Πρωταγόραν ὡς ἐπιδημοῦντα εἰσάγει. Verba Eupolidis, Ἔνδοθι μέν ἐστι Πρωταγόρας ὁ Τήϊος. Vir doctus, cũ eo quòd nõ caperet quorsũ hæc spectarent, infelici diligentiâ vsus est in exprimenda voce ἐπιδημοῦντα. Atqui nõ illud quęritur, primúsne an secundus fuerit is Protagorę in vrbẽ aduentus: cõuenit enim inter Platonem & Athenæum, non primò, sed iterum Athenas illum tũc visisse. Verùm Athenæus annum illũ quærit, quo sophistam inclytum iterum Athenæ viderunt. Atque in hac quæstione tractandâ rectam & certam methodum iniisse Athenæum nemo iuerit inficias. Ἀμειψίας δ'.

ἐν τῷ Κόννῳ δύο πρότερον ἔτεσι διδαχθέντι. Sic fabulam hanc nominat & Aristophanis scholiastes ad *Aues*, in argumento tamen *Nebularū* Κόνος scriptum. Sed legi malim vbique Κόννος, vt infrà lib. septimo extremo, & noni initio. Verùm est quod dicitur hîc: Amipsiam biennio priùs *Connum* docuisse, quàm ederentur Eupolidi *Colaces*. Enarrator Aristophanis, *Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ*. Isarchus hic prætor fuit anno primo Olympiadis 89. Alcæus, tertio. δῆλον οὖν ὡς μεταξὺ τούτων τῶν χρόνων παραγέγονεν. anno videlicet secundo dictæ Olympiadis, prætore Amyniâ. Ita inuentum est Athenæo illud quod quærebat tempus. Quid ad hęc responderi pro Platone queat, fateor ingenuè me nihil videre. Nam quòd aliquis dicat, Protagoram qui Archonte Amyniâ Athenas rediit, diuturniorem in vrbe moram fecisse: ideóque nihil errasse Platonem, qui prætore Astyphilo facit illum adhuc præsentem: etsi potest fieri vt ita sit: tamen ea responsio philosophum culpæ non liberat. disertè enim Plato ait, Protagoram cùm id conuiuium agitabatur, ante tres dies tantùm aduenisse.

πρὸ τοῦ τὰς ἐνιαυσίας ἐπὶ Ἰσάρχου ἐλαφηβολιῶνος συντελεσθῆναι σπονδάς. Harum induciarum in historia Thucydidis & Bibliotheca Diodori nulla mentio. quod propterea putem accidisse, quia breue tempus durauerunt: sicut etiam Athenæus paulo pòst satis manifestò indicat.

ὁ δὲ τὸν διάλογον ὑφίσταται γενόμενον περὶ τοὺς χρόνους τούτους. Quid igitur peccauit Plato, si sub ipsum principium induciarum Hippiam in vrbem inducit? Nugæ. Non hoc voluit Athen. sed eius contrarium potiùs. Idem nempe commissus hic error, atque antè in disputatione de Periclis morte & regno Archelai: Desunt, inquam, etiā hîc nonnulla. Lego. ὁ δὲ τὸν διάλογον ὑφίσταται γενόμενον οὐ περὶ τοὺς χρόνους καθ' οὓς προσφάτως ἐγεγόνεσαν, ἀλλὰ πολὺ ὕστερον· λέγει γοῦν, &c. Plato, inquit, facit interesse sermoni in vrbe habito Hippiam: qui cùm esset Eleus & Peloponnesius, belli tempore tutò Athenas ingredi non potuit: nisi fortè prætore Isarcho, quando factæ sunt breuis temporis induciæ. sed Plato tempus quo fuit in vrbe Hippias, aliud longè denotat: annum videlicet proximum illi quo Pherecrates fabulam *Ἀγρίους* docuit. Vnde efficitur, archonte Astyphilo Hippiam Athenis fuisse: nam Pherecatis drama priore anno fuit editum prætore Aristione. Porrò Astyphilus quintus est ab Isarcho, sub quo inducias conuenisse dicebamus. Hæc summa disputationis istius. Apparet verò Athenæum alios historicos illorum temporū habuisse, quàm Thucydidem & Diodorum Siculum, qui soli ad nos peruenerunt. Illi induciarum hîc memoratarum nullam faciunt mentionem: sed earum loco fœdus initum narrant prætore Alcæo in annos quinquaginta. Alcæus autem medium locum obtinet in illo quinquennio, quod Isarch[9] inchoat, claudit Astyphilus. Pluribus hæc nobis exposita necessariò propter interpretum τὸ παλαίτερον, ne aliud dicā. οἵους πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Λήναια. *quales erant in fabula quam superiore anno docuit Pherecrates in certamine Lenaico*, Scribe vt apud Platonem ἐπὶ Ληναίῳ. Agônes diuersi Athenis celebrabantur in honorem Bacchi, astyc[9] & Lenæus, siue Lenaicus. Lenæum fuit Bacchi templum extra vrbem, in ea parte agri Attici vbi erant vineta & torcularia: vel, vt tradunt alij, vbi credebatur torcular omnium primū fuisse visum. inde dicti agônes ἐπὶ Ληναίῳ, vel Ληναΐται: interdum etiam ἐπιλήναιοι. Verterunt πέρυσι *dudum*. inde illæ Cimmeriæ tenebræ. ἀφ' οὗ ἐστὶν ἄρχων Ἀστύφιλος. Diodorus vocat Ἀρισόφιλον: aut certè illius codices. & qui mox scribitur hîc Ἀμενίας, apud Diodorum, alióque Ἀμυνίας: quæ scriptura placet.

CAPVT XIX.

Oraculum de Socratis sapientia. Apollo omniscius. Sors Æsopo reddita. Mater Socratis βλοσυρά. Vxor Socratis morosa. γόης, lachrymæ ex gaudio manantes. Musa κάτοχος. ἐπίπνοια.

SOCRATEM ab Apolline mortalium omnium pronuntiatum esse sapientissimum Græci Latinique scriptores multi, atque etiam è patribus nonnulli, memoriæ prodiderunt. Sed auctores primi eius historię vnde sumpserunt omnes alij, sine dubio fuerunt Plato & Xenophon: quorum vterque fortè Chærephonti in eam sententiam datam refert, in sua vterque pro Socrate Apologia. Non defuêre tam olim, qui non solùm fidem habendam negarent summis viris in hac narratione: verùm etiam vltrò illos accusatum irent, quòd rem fabulosam & commentitiam in literas retulissent. Hoc ipsum etiam auctor noster facit isto loco, institutâ ea de re cum Platone & Xenophonte non ineptâ disputatione. Primùm autem ipsos inter se committit: negans de eadem re eadem scripta esse ab ambobus: deinde aduersus Platonem separatim: mox aduersus vtrumque in commune argumenta quędam profert. Ait igitur, Κἀν ἄλλοις δ' ὁ Πλάτων φησί. Transit à præcedentibus criminationibus Platonis & Xenophontis, in queis de temporibus agebatur, ad alias generis diuersi, ἐν ἄλλοις, id est, in Apologia Socratis, vt iam diximus. Sequitur post allatum Platonis locū, καὶ ἐν τούτοις δὲ μὴ συμφωνῶν Ξενοφῶντι φησί. Legendum, μὴ συμ. Ξενοφῶντι. ὅς φησι. *ne in his quidem congruens Xenophōti, qui ait.* subiicitur statim ecloga Xenophontis, ex illius itidem Apologia pro Socrate. Vir doctus tamen vertit, *qua in re dissidet à Xenophonte. Platonis verba sunt.* Non possum quin exclamē, ἡλίκον ἐστὶ τὸ τόλμημα καὶ ἡλίκον ἀνδρῶν διημάρτηται. nam quot absurditates hîc commissæ,

missæ, ob voculæ εἰ omissionem. O Critica Critica, quàm aspernanda sæpe proferunt, qui te aspernãtur! Sed pergam. ἀνεῖλεν, ait ὁ Ἀπόλλων, παρόντων μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ μήτε δικαιότερον μήτε σωφρονέστερον. Dalecamp. sic, *oraculo Deus pronũciauit, ex hominibus qui viuerent, nullũ esse me iustiorẽ, ac magis temperantẽ.* Legit, τῶν ὄντων μηδένα. vera est sententia, sed emendatio falsa: quod non potuit ab eo obseruari, qui ad ipsum nõ adisset fontem. Lege, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων πολλῶν παρόντων, μηδένα εἶναι ἀνθρ. *respõdit Apollo præsentib⁹ multis, neminẽ esse,* &c. Xenophõtis verba sunt, Χαιρεφῶντος γὰρ ποτὲ ἐπερωτῶντος ἐν Δελφοῖς περὶ ἐμοῦ, πολλῶν παρόντων, ἀνεῖλεν ὁ Ἀπόλλων μηδένα εἶναι ἀνθρώπων ἐμοῦ μήτε ἐλευθεριώτερον, μήτε δικαιότερον, μήτε σωφρονέστερον. πῶς ἂν δὲ λόγον ἦ πιθανὸν, Σωκρ. Probabilius visum Athenæo, si quid omnino de præstantia Socratis Apollo pronuntiauit, viri iusti & temperantis testimonium ei fuisse exhibitum, vt scribit Xenophon: quàm sapientis, vt tradit Plato. etsi enim excellentissimæ virtutes sunt iustitia & temperantia: longè tamen augustius est sapiẽtiæ nomen. quæ nullo modo in eum videtur posse cadere, qui se nihil scire profiteatur. nam è contrario verè sapientem illum demum accipimus, qui rerum omnium causas norit, neque eorum quicquam ignoret, quæ humanis ingeniis sunt ἐφικτά. Propter hæc Athenæus Platonem priuatim hîc aggreditur; vt absurda & parùm probabilia locutũ. Sic autem disputat. Non est simile veri, deũ omnisciũ pronuntiasse hominem sapientissimũ qui nihil sciret. εἰ γὰρ, inquit, τὸ μηδὲν εἰδέναι σοφία, τὸ πάντα εἰδέναι φαυλότης ἂν εἴη. *si nihil scire sapiẽtia est, omnia scire vitium est.* hinc necessaria elicitur conclusio: si Socrates qui nihil scit, omnium est sapientissimus: Apollo qui omnia scit, omnium insipientissimus. Apollinis enim peculiaris gloriatio est, quòd nihil nesciat. Οἶδα δ' ἐγὼ, ait, ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης. Καὶ κωφοῦ ξυνίημι, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω. Respondeat fortasse Plato: Socratem iudicatum σοφώτατον, non quòd nihil sciret: sed cùm ob cæteram virtutem suam, tum quia plurimarum rerum cognitione præditus, scire tamen suum putauit esse τὸ μηδὲν, & inscitiam meram, comparatione veræ sapientiæ. Deinceps Athenæus vtrique horum philosophorum fidem eleuare conatur: hanc ipsorũ narrationem vt fictitiam & ridiculam exagitans. Scribe, τῶν Ἀττικῶν ἴσιον εἰ ἄλλ' ἐστὶ μαλακώτερα. ἢ τῶν ἐν Βάκτροις καὶ Μήδων εἰ εἰσί τινες δυνατώτεροι. restitutâ vtroq; loco particulâ εἰ vt in sequentibus exemplis. Caue etiã male capias proximè sequentia, ὡς καὶ τὸν μυθόλογον, (ἤτοι Αἴσωπός ἐστιν ὁ λογοποιὸς, ἢ ἄλλος τις) Πῶς ἂν πλουτήσαιμι Διὸς παῖς καὶ Λητοῦς ἐρεσχελῶν ἀπεκρίνατο, Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. prætermissę parenteseos notę fecerũt, vt falsissimã sententiam animo cõciperet eruditus interpres. Verte igitur. *sicut ei qui quæsierat) siue is est Æsopus fabularum scriptor, siue alius) Qui fiã diues fili Iouis & Latonæ?* respondit Apollo *hominem irridens, Si tuum erit totũ quod itur Sicyone Corinthũ.* Æsopo editam hanc sortem fuisse, vulgò scribũt parœmiographi, quib⁹ accedit comici Scholiast. ad Aues, Αἰσώπῳ τῷ μυθογράφῳ χρωμένῳ περὶ πλούτου, ὁ θεὸς εἶπεν, Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. versum oraculi melius ita concipias, Πῶς ἂν πλ. Διὸς καὶ Λητοῦς υἱέ. Locus de matre Socratis est in Theæteto: vbi de se ait ipse, ὡς ἐγώ εἰμι υἱὸς μαίας μάλα γενναίας τε καὶ βλοσυρᾶς Φαιναρέτης. *mihi* inquit, *mater est obstetrix generosa valde, & animi ferox Phanareta.* sic vertimus hîc elegantem dictionem βλοσυρᾶς: conuenienter, vt puto, tam menti Socratis, quàm Latinitati. Propriè βλοσυρότης est *toruitas*, sed alio sensu pius filius Socrates matrem suam appellat *generosam* & βλοσυράν, vt si vernaculo sermone dicas, *c'est vne maistresse femme.* Latini ferocem animum appellant. de quo aptè dixeris, quod Aristides verè & eleganter, ἡ μεγαλοφροσύνη ἰσχυρότατον τοῖς κρείττοσι. Videtur Athen. in deteriorem partem accepisse hoc verbũ: qui Platoni vertat vitio, quod fecerit Socratem matrem suam appellantem βλοσυράν. Non memini legere apud Platonem quæ subiiciuntur, καὶ ὅτι Ξανθίππῃ χαλεπῇ ἦν γυναικὶ, ἥτις καὶ ὑδρίας αὐτοῦ κατέχει τῆς κεφαλῆς. in Xenophontis Conuiuio dicitur Socrates, χρῆσθαι γυναικὶ τῶν οὐσῶν, οἶμαι δὲ καὶ τῶν γεγενημένων καὶ τῶν ἐσομένων χαλεπωτάτῃ. De Aspasia in promptu sunt Platonis, aliorúmque veterum testimonia. In eius versibus indicium magni gaudij & repentini ponitur sudor. Κἀγὼ ὅπως ἤκουσα χαρᾶς ὑπὸ σῶμα λιπαίνω ἱδρῶτι. similiter apud Persium,

Si tibi crateras argenti, incusáque pingui
Auro dona feram, sudes, & pectore læuo
Excutias guttas: lætari prætrepidum cor.

Verbum λιπαίνειν exponitur ab Hesychio κλαίειν ποιεῖν: quæ interpretatio non aliena est ab hoc loco, vbi vsurpatur pro rigare vel τήκειν. interdum de rebus fusilibus dicitur, quæ conflantur in vnum liquefactæ, vt obseruabamus ad Strabonem. Etiam lacrymæ sæpe subitam lætitiam comitantur: quod & Sophocles & poëtæ alij sæpe expresserunt. Vide si lubet, quæ notamus ad librum Suetonij secundum, cap. 58. Itaque in istis, βλεφάρων δὲ γόος πίπτεν ἐκ διδύμων, accipiam γόος pro lachrymis: quia vt plurimùm lachrymæ indicia sunt & comites γόου, id est luctus. Socrati amore saucio & anxio ita præcepit Aspasia,

Στέλλε πληρωσάμενος θυμὸν μούσῃ κατόχοιο
Ἣ τόνδ' αἱρήσεις φι' ἀμφοῖν δοιοῖσι προθεῖσι.

Collige te, inquit, & luctum istum cohibe animum tuum applicans studiis musicæ: quæ vim habet conciliandi amicitias, & firmandi. Hâc illum capies, acri desiderio cantilenarum illectum. Musa κάτοχος actiuè dicitur, ἡ δυναμένη κατέχειν, quæ potest iunctos continere animos amantiũ. Explicat ipsa poëtria, cùm subiicit, τὴν δ' ἀρχὴν κατάξεις αὐτὸν, προβάλλων ἀκοαῖς ὅ τι ἕλκεα θυμοῦ.

hac ratione, id est, musicâ, *illũ retinebis, insinuans illi per aures expressã imaginẽ animi tui.* elegantissimam sententiam in longè alium sensum detorserunt interpretes: quia videre non potuerunt quâ notione vsurpetur hîc vox ὄψθησις: quam nõ nego alibi significare id quod illi expresserunt: hîc verò nihil aliud est, quàm quod ipsi diximus. Mox δυσημερῶν de eo dicitur, quod non sit in amore suo felix: non vt putarunt interpretes, de eo qui suam defleat calamitatem.

CAPVT XX.

Æschinis Socratici Telauges *dialogus.* ἀμαθής. *Vestes forenses aliquãdo conductæ à fullone.* κώδιον. *Locus è libello Demetrij Phalerei illustratus.* Telesas *proprium viri, & similia.* στρατηγὸς νόμιμος. κάτω βλέπον *animal. Boues retrò pascentes alia non pauca.*

VETERVM philosophorum plerique etiam comicos maledicentiâ vicerunt. Hoc & dicit philologus, & conatur demõstrare. Profert in mediũ Æschinis Socratici dialogum, cuius erat titulus *Telauges*: simili de causa indit⁹, ac si comici *Nebulas* appelles *Socratem*. præcipuus enim auctoris scopus in illo dialogo fuit, Telaugem nescio quem traducere venustè, & vitia illius ridenda omnibus propinare, Demetrius Phalereus, vel quicunque est alius auctor libelli illius eruditissimi. εἰ ψόγους εἰκαιοψόγους εἶναι δόξοι τις, παράδειγμα τὸ τοῦ Αἰσχίνου ἐπὶ τοῦ Τηλαύγους. πᾶσαν γὰρ σχεδὸν περὶ τὸν Τηλαύγη διήγησιν ἀπορίας παρέχοι ἄν, εἴτε θαυμασμός, εἴτε χλευασμός ἐστι. Ex istis non solùm argumentum *Telaugis* cognoscimus: verũ etiam genus ipsum scriptionis, & modum. Erat enim simile scriptum satyris Latinorum poëtarum, dempto metro, ridens quippe & laudanti similis verum de Telauge dicebat: nec de illo tantùm, sed etiam de aliis. nam ait noster Critobulum Critonis F. ἐπ' ἀμαθίᾳ καὶ ῥυπαρότητι βίου ab Æschine fuisse ibidem licentiâ comicâ exagitatũ. Græci appellant ἀμαθῆ, non illum tantùm qui est indoctus, & literas nescit: sed eum etiam qui est moribus impolitis & sæuis, atque inhumanis. litteræ enim, nisi, vt est vetus dictum, discantur ἐπ' ἀρετῇ, humanitatem nos docent, & mores non sinunt esse feros. Sic accipiendum hîc nomen ἀμαθία. Sequitur de ipso Telauge, τὸν δὲ Τηλαύγην αὐτὸν ἱματίου μὲν φοροῦντος καθ' ἡμέραν ἱματιοβολεῖν κναφεῖ τελοῦντα μισθόν. Obiicit Telaugi sordidam vitam & animum illiberalem. notam illiberalitatis affert, quod forensi veste carens, à fullone vtendam sumere solitus sit, pactus cum illo de diuina mercede quam debeat pendere. Sæpe fullones hac fraude vsi, vt traditis sibi ad poliendum vestimentis, in quæstum suum abuterentur. Simillima ἀνελευθερίας nota apud Theophrastum in Characteribus: de eo qui vxori suo in publicum prodituræ famulas ad actum conducit. Simillima etiam quæ scribit idem venustissimus Philosophus in descriptione hominis parci. Si quis verba Æschinis interpretari malit de veste honestiore ad festorum celebrationem, quàm de forensi quotidiana, per me licet. minùs tamen probabile est, quotidie à fullone vestẽ conduxisse Telaugẽ. Addit Æschines, κωδίῳ δὲ ἐζωσμένον, καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις συνημμένα σαπροῖς. sic scribendum. Describit adhuc sordidum Telaugis cultum, ait solitum præcingi pellibus lanatis: κώδιον Græcis est δέρμα σὺν τοῖς ἐρίοις. pauperes & mendici ita amiciebantur, nec non operæ rusticæ; vt alibi dicebamus: vtebantur his etiam pro veste stragula. In Equitibus Aristophanes traducit τὸ τοῦ Κλέωνος κώδιον. Affinia sunt κώδιον & θύλακος: nam & θύλακος scórteum vel pelliceum saccũ significat, aut aliud sacco simile. comicus θυλάκους appellauit Persarum braccas è pellibus. Æschines igitur vt κώδια, sic & θυλάκους Telaugi attribuebat. quod cognoscim⁹ ex alio Demetrij Phalerei loco; quem ascribam vt obiter illustrem. χρῶνται ποτε καὶ οἱ φρόνιμοι γελοίοις πρός τε τοὺς καιρούς. οἷον ἐν ἑορταῖς, καὶ ἐν συμποσίοις· καὶ ἐν ἐπιπλήξεσι δὲ πρὸς τοὺς τρυφερωτέρους, ὡς ὁ Τηλαύγης θύλακος, καὶ ἡ Κράτητος ποιητική, καὶ φακῆς ἐγκώμιον ἄν ἀναγνῷ τις ἐν τοῖς αἰσώποις. Lego; ὁ Τηλαύγους θύλακος. nõ dubiũ est intelligi hunc Æschinis dialogum: de quo etiam sub libri finem ea scribit Demetrius, quæ paulo antè protulimus. verbo vnico θύλακος obscurè indicauit totius libri argumẽtum. quia, vt videtur, multus fuerat Æschines in reprehendẽdo Telaugis amictu. Eódem pertinet calciaminis quo vtebatur descriptio, καὶ τὰ ὑποδήματα σπαρτίοις συνημμένα σαπροῖς, & *calceamenta gestãrẽ cõtexta è funiculis corruptis ac nihili.* alibi exponimus hũc locum vbertim. Pone τελείαν στιγμὴν post vocem σαπροῖς: & sequentia sic scribe, καὶ Τελέσου τὰ τὸν ῥήτορα οὐ μετρίως ἐξελέγχει. qui non animaduerterũt vocabulum Τελέσου aliter hîc accipi debere quàm vulgò vsurpetur, mentem auctoris videre non poterãt. Est verò *Telesas* proprium nomen alicuius oratoris vel rethoris inepti: cuius imperitiam castigauerat ridendo Æschines. Sic autem Græci multa participia modò præsentis, modò indefiniti tẽporis in propria nomina verterunt: cuiusmodi sunt ista, vt de multis pauca referam: *Araeos* (ἀραρώς enim) *Alexamenus, Dexamenus, Tisamenus, Cassamenus* (reperies apud Parthenium hoc nomẽ) *Sozomenus, Eponymon, Paraballõ, & Parabryton, Symphorosa* martyr. *Telesanti* affinia nomina erãt, *Telesis & Telestes.* In sequẽtib⁹ post quã dixit auctor, Æschinis dialogũ, cui erat index *Callias*, vituperationem & irrisũ cõtinuisse duorũ celeberrimorũ Sophistarum, Prodici & Anaxagoræ: quorũ priore Theramenes erat vsus magistro, posteriore Philoxenus, & Ariphrades Arignoti frater, subiũgit: θέλει ἀπὸ τῆς τῶν δηλωθέντων μοχθηρίας καὶ περὶ τὰ φαῦλα λιχνείας εμφαίνειν τὴν τῶν παιδευσάντων διδασκαλίαν. nouũ & insolens auribus meis loquendi genus, ἡ περὶ τὰ φαῦλα λιχνεία. seu puto aliter scriptũ priùs fuisse, imò

imò verò legendum est omnino, ἀπὸ τῆς τῶν δημοχ. καὶ περὶ τὰ φαῦλα σπουδῆς, καὶ λιχνείας ἐμφαν. Prodici & Anaxagoræ tres discipulos nominarat & exagitarat Æschines, Theramenem, Philoxenũ, Ariphradem: eâ fine, inquit Athenæus, vt ex discipulorum moribus de præceptorũ doctrina fieret iudicium. In quo fecisse Æschinem improbè, negare non possumus. Neque enim æquum aut fas est, vt τὰ τῶν ὁμιλητῶν ἁμαρτήματα τῶν παρεστηκότων sint κατηγορήματα: sicut præclarè aduersus Platonem disputat sophista Aristides, in ea quam vocauit κοινὴν ἀπολογίας. Cæterùm ex Comicis & aliis scriptoribus Græcis nota sũt eruditis trium istorũ diuersi generis vitia. Theramenes cognomento Cothurnus, varius, inconstans, & versipellis: Philoxenus nõ gulosus, sed gula mera & ingluuies: Ariphrades testimonio Aristophanis in equitibus nequam, impurus & infando Lesbiorum morbo infamis. omnia hæc verbo indicauit Athenæus μοχθηρίαν refer ad Theramenem: τὴν περὶ τὰ φαῦλα σπουδὴν, ad Ariphradem: λιχνείαν ad Philoxenum. Ita nobis semper Musæ faueant, vt hæc emendatio est vera, certa & necessaria. Mox etiam scribe, καὶ περὶ τὰς ἀλλοτρίας γυναῖκας σπουδάσαντα: de Alcibiade loquitur, quẽ testantur historici & poëtę omniũ mulierum fuisse virũ. Non lõgè post sequitur, τούτοις γὰρ τοῖς ἀνδράσι οὐδεὶς ἀγαθὸς σύμβουλος εἶναι δοκεῖ, οὐ στρατηγὸς οὐ μῖμος, οὐ σοφιστὴς ἀξιόλογος, οὐ ποιητὴς ὠφέλιμος, οὐ δῆμος δ' λόγιος. vt hîc mendũ suspectàremus, duo nos admonuére. nã & epithetũ suũ deesse voci στρατηγός. præcedentia & sequentia demonstrant apertissimè: & mimos recenseri inter grauissimas personas quis ferat æquo animo? Ne dubita inesse mendum huic loco. Scribo, οὐ στρατηγὸς νόμιμος. *nemo istis videtur dux legitimus*. vel οὐ στρατηγὸς φρόνιμος. *dux prudens*. sed malo νόμιμος: neq; aliter scriptum auctori. Sic eã vocẽ August⁹ vsurpat in epistola ad Tiberium, *Iucũdissime, & ita sim fœlix. vir fortissime, & dux νομιμώτατε*. Socratis cũ Pistone thoracopœo colloquiũ, relatum est in literas à Xenophonte, Commentariorum lib. 3. sed ille Πιστίαν vocat, non Πίστωνα. eodem lib habentur & sermones cum Theodora habiti. & errat dipnosophista, si vt habent omnia exemplaria scripsit, ἐν δευτέρῳ Ἀπομνημ. sed est fortasse ex scriptoris culpa, qui β posuit pro γ. Scribe etiam, περιττολόγων τινῶν φύσεων. non περιττολογιῶν. In secũdo Parmenionis versu, Σκυθιστὶ φωνεῖ οὐδὲ κόππα (vel quod est idem κόππα) γιγνώσκων, exprimitur hominis ebrij stupor, qui & rationis & linguæ vsũ amisit. Itaque licèt Gręcè doctus aut Græcus, Scythicè, id est, barbarè loquetur: licèt callens literarũ, nesciet legere, ac ne literas quidẽ noscet. In tertio, Κεῖται δ' ἄναυδος ἐν πίθῳ κολυμβήσας. scribit Abbreuiator ἄναυλος. nõ inuenustè: imo, vt ego quidem cẽseo, venustissimè. inest enim allusio ad vtricularios & pithaulas: quos necesse est manere mutós, si in eorũ organis soni instrumenta fuerint corrupta. In quarto corrige operarũ erratum, φαρμάκιον pro φάρμακον. De animali quod κάτω βλέπον vocatum est, cùm alij, tum Ælianus libro 7. cap. 5. in historia animalium. Quantum autẽ memoriæ Athen. fidere debeamus, docent quæ scribit de bobus retropascentib⁹: quorum ait nullum historicum præter Alexandrum Myndium fecisse mentionem. τοῦτο, inquit, ἄπιστον ὂν, οὐδενὸς ἑτέρου ἐπιμαρτυροῦντος ἱστορικοῦ. Id vero falsissimũ. Omnium auctorum qui boum ὀπισθονόμων, & vt loquitur Aristoteles, ἀναχωρούντων πάλιν πυγηδὸν, meminerunt, antiquissimus, quod sciri possit hodie, Herodotus est. Illius fidem secuti sunt Aristoteles de Partibus animalium libro 2. cap. 17. Pomponius Mela, Plinius libro octauo, capite 45. & opinor, quicunque alij de iis aliquid scripserunt.

ISAACI CASAVBONI

Animaduersionum in Athenæi Dipnosophistas,

LIBER SEXTVS.

CAPVT I.

Nexus horum librorum. Auctor fabulæ Πόνοις ἀπαγορεύειν. ἄιρειν δάκτυλον. *Diphili drama* Ἐλαιηφοροῦντες. *Festum* Ἐλαιηφόρεια. *Orator Cothocides. Anaxilæ* Εὐανδρία. *Briareus* τὰς λόγχας ἐσθίων. *Præstigiatores qui ensiculos vorabant.* ἐκφωνεῖν Νηρηΐδας. *Vendere* ἱστορεῖν.

ETIAM hic liber sermones refert habitatos inter gustationem & legitimã cœnam, sicut diximus quarti initio. Apparet moris fuisse, vt satis longa interponeretur mora inter vtrũque cibum. nam hoc interuallo temporis facit auctor pronunciata esse, quæ ipse libris quarto,

quinto, & sexto est complexus. Sed iam cœna incipiebat apponi, cùm ea dicerentur quæ liber iste cōtinet. Ait enim non longe à principio, ἐπεισῆλθον ἡμῖν παῖδες, πλῆθος ὅσον ἰχθύων φέροντες. & sub finem iterum, παρεφάνη πλῆθος οἰκετῶν τὰ πρὸς τὴν ἑσθίειν εἰσκομίζοντες. Ordo in his sermonib⁹, qui quidem è rerum natura pendeat de quibus agitur, nullus est: inest tamen aliquis ab auctoris ingenio & dispositione profectus. Elegātissimo enim artificio variæ de variis rebus dissertationes ita inuicem nectuntur, vt anuli catenarū. Prior semper sermo posteriori ansam præbet: posterior ex priore ortus non antè desinit, quàm nouæ alicui disputationi occasionē produxerit. Præcipua libri huius capita adnotata sunt ab auctore non longè à principio: atē à nobis cum cura in operis totius sinopsi. Initio producuntur eclogæ aliquot veterum poëtarum, quibus comparatur inter se comœdia & tragœdia. Nam cùm primis libri huius verbis dixisset auctor, Timocratem sodalem suum nouos à se subinde sermones exigere: nata inde est occasio recitādi versiculos Antiphanis, qui comœdiam contendens cum tragœdia, dixerat, omnia in illâ noua & inaudita esse afferenda: in hac omnia vulgata & omnibus nota. Similiter & ceteræ partes inuicem connectuntur: quod facilè obseruabūt lectores, semel à nobis admoniti. Ait, ὑπομνήσομαί σε τὰ παρ' Ἀντιφάνει λεγόμενα ἐν Ποιήσει. Nolim temerè fidem librorum damnare, qui in Antiphanis nomine hîc consentiunt: puto tamen *Poësim* quæ hîc nominatur, eam esse fabulam, quam pars veterum criticorū Aristophani adscribebat, pars Archippo. Auctor vitæ Aristoph. Ἔγραψε δὲ δράματα μδ΄. (Suidæ codd. ν΄.) ὧν ἀντιλέγεται τέτταρα ὡς οὐκ ὄντα αὐτοῦ. ἔστι δὲ ταῦτα. Ποίησις, Ναυαγός, Νῆσοι, Νιόβη· ἅ τινες ἔφασαν εἶναι τοῦ Ἀρχίππου. qui Antiphani attribuat, noui præterea neminem. neque verò dubium est, socordiâ exscriptorum Antiphanis & Aristoph. nomina multis locis fuisse corrupta, altero alterius loco posito. Versus 11. est hypermeter: Ἠ' ξ' πάλιν τι πείσονθ' ὅλως μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι. duo nempe in vnum conflati: sed quorum priorem etiam membranæ exhibent imperfectum. Sic illæ:

···ἥξει, πάλιν τ' ἄπεισι .....
Ἐπειθ' ὅλως μηδὲν δύνωντ' εἰπεῖν ἔτι,
Κομιδῇ δ' ἀπειρήκασιν ἐν τοῖς δράμασιν,
Αἴρουσιν ὥσπερ δάκτυλον τὴν μηχανὴν,
Καὶ τοῖς θεωμένοισιν ἀποχρώντως ἔχει.

Ascripsim⁹ plusculos versus, quia eos interpres accipit contra mentem poëtæ: qui hoc potiùs voluit: tragicos quando ipsis hæret aqua, vt nesciant quid dicant, sed planè in textura fabularum suarum sunt ita impediti, vt victos sese fateri necesse habeant, machinam attollere loco digiti aut manus: atque ita spectatoribus suis abūdè satisfacere. Inest in his, quod non attendunt docti, tacita comparatio tragicorum poëtarum cum athletis: quod declarant voces ἀπειρήκασιν & αἴρειν δάκτυλον. athletæ cùm antagonistis palmam de se coguntur concedere, ἀπειρηκέναι dicuntur: solitique iidem in testimonium ἥττας, manum attollere, vt ex Plutarcho atque aliis notum. poëtæ huic αἴρειν δάκτυλον, quod Plutarcho τὴν χεῖρα ἀνατείνειν. Ergo vt athletæ victi manum tollunt: sic tragici cùm expedire se non possunt, machinam, id est, Deum è machina repente faciunt prodire. Sed melior longè conditio tragicorum: illi enim cùm manum tollunt, victoriam amittunt, hi machinam tollentes vincunt, & spectatoribus suis abundè satisfaciunt. Versu decimoseptimo tolle vocabulū superfluum κάπειτα: versum enim vitiat, nec multum sententiam adiuuat. In penultimo, senum comicorum nomina sunt Chremes & Phidon. Probabam scribi, Χρέμης τις, ἢ Φείδων τις ὅμως. mutato accentu in vocula τις, commodiore aliquanto sententiâ. sed vulgatam lectionem firmat vltimus versus. Scribe deinde, Δίφιλος δ' ἐν Ἐλαιηφορῶσι. festi nuncupati Ἐλαιηφορία Pollux meminit extremo opere Codex Huraldinus, ἐν Ἐλαιοφορῶσι. quasi fuisset hujus Diphileæ fabulæ indexs Οἱ Ἐλαιοφοροῦντες. *Presidium Eleona.* non placet, nō vna de causa. Sequitur Timoclis elegantissimus loc⁹, qui ita incipit, Ὦ τᾶν, ἄκουσον ἤν τί σοι μέλλω λέγειν. vbi malim, ὅ, τι σοι μέλλω λ. aut, vt scribitur alibi, δοκῶ λέγ. In eo versum hunc, Ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί, sic edidimus, fidem secuti Abbreuiatoris: in cuius Excerptis ita scriptum disertè. Quòd si hæc lectio vera est, de Phineo aliter quàm alij sensit Timocles. Non enim Phinei liberos, sed ipsum oculis captum narrānt poëtæ. In Stobæo editum, ἴσθι Φινεΐδην τυφλόν. nec multò aliter veteres Athenæi membranæ εἶσι Φινεΐδη τυφλόν. docti emendant ex coniectura οἶδεν τις εἶναι δὲ τυφλόν. nos legebamus, Φινεῖ' εἶναι δὴν τυφλόν. quam γραφὴν & Turnebus in suo codice adnotârat. Testificati sunt quidam, repperisse in veteribus, εἰσὶν Ἀρείδαι τυφλοί. de quo docti cogitēt. Nos verò consensus omnium M S S. de quibus aliquid exploratum habemus, impellit, vt Diphilum à cæteris diuersum poëtis, ita scripsisse vt editum est, censeamus. nam etiam in magni Mellæi codice, ita liquido scriptum. Orator Cothocides qui Demosthenem irrisit propter subtilē distinctionē inter δοῦναι & ἀποδοῦναι, est Æschines. Vtriusq; loci extant hodiéque, noti vel iis qui nondum ære lauantur. Versuum Alexidis vltimus est, Ἀποδεδώκαμεν τὸ μὴ προσῆκον ἐμοὶ λαβεῖν. Scribendum, ἀποδεδώκαμεν. Idem mendum in altero eiusdem, Οὐκ ἀλλ' ἀποδέδωκας ἐγχύτρους τὰς λαβών concinna metrū, Οὐκ· ἀλλ' ἀπέδωκας, ἐγχύτρους δὴ πάντας λαβών. Anaxilæ Εὐανδρείας alibi nominatam non reperio. ea vox *fortium virorū prouentū* significat. Inde hi sūt vers⁹. Καὶ τὰς παλαιστρας σοι μὰ τὴν γῆν οὐκ οἶδ' ὡς, Ἀλλ' ἀπόδος, καὶ δὴ φέρουσ' ἐξέρχομαι Emēdo libris melioribus deficientibus, Καὶ τὰς παλαίστρας ἐμοὶ, μὰ τὴν, μη οἶδ' ὡς, Ἀλλ' ἀπόδος. Dalecampius aliter cōncīebat, Καὶ τὰς παλαιστρείας μὰ Γ. Briareus ille, de quo paulo pòst Timocles,

Timocles, ὁ τὰς καταπέλτας ἔας τε λόγχας ἐσθίων: vel præstigiator fuit de genere eorum qui enses fingebant se vorare, quorum mentio apud Plutarchum & alios. vel, quod potiùs putem, Thraso aliquis & gloriosus miles, qui de robore suo & pugnis solitus inuerecunde se iactare. de huiusmodi hominibus vulgò dicere solemus, *il mange les charettes ferrées.* cui simillimũ est istud Græci poetæ dictũ, *qui catapultas & lanceas comedit* in quo etiã allusio est ad præstigiatores, de quibus locuti sumus: de iis tamen non recte hæc dicantur. Soliti enim thaumatopœi illi, quò facilius fidem inuenirent, paruos enses vorandos suscipere. ideò Plutarchus, τὰ Λακωνικὰ ξίφη διὰ μικρότητα καταπίνουσιν οἱ θαυματοποιοί. similiter & Gregorius Palamas Thessalonicæ Archiepiscopus, scribit, præstigiatores solitos λιθίδια καὶ σιδήρεα καταβροχθίζειν. Comicæ licentiæ est loquendi genus, quo vtitur aliquãto pòst Athenæus, vt illatorum mensæ piscium copiam significet: *μόνους γὰρ καὶ τὰς Νηρηΐδας ὀψωνικῇ. ipsas propemodũ Nereidas erat opsonatus* quid Nereidib⁹ cõmune est cum piscibus qui prostant in foro? Eustathius, Ἰλιάδ. ρ. φαῦλη δὲ συνθήκη ὁ ὄψις, οὐ μόνον τὸ ἀσυμμέτρως ὀψωνεῖν, κατὰ τὸν κωμῳδούμενον ὀψωνεῖν τὰς Νηρηΐδας, διὰ τὸ πολυτελὲς τῆς τῶν ἰχθύων ἐξωνήσεως. Addit statim, καὶ τις τῶν παρασίτων καὶ κολάκων ἔφη. τὸν Ποσειδῶ πέμψαι τῷ Νικηράτῳ ἡμῶν τοὺς ἰχθῦς, οὐ διὰ τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἴσον ἴσῳ πωλούντων, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐξ Ἀντίου κεκομίσθαι, &c. quę sic erãt vertẽda, *parasitorũ & adulatorum dixit aliquis, Posidonẽ pisces misisse Neptuno nostro, nõ per eos qui Romæ pisces argẽtũ cõtrà vẽdũt, sed eorũ alios Antio fuisse aduectos: alios,* &c. aliud lõge est διὰ τῶν, quam διὰ τοὺς: quod non obseruant interpretes. Quid sit vẽdere ἴσον ἴσῳ, declarãt Diphili versus,

> Γόγγρον μὲν ὥσπερ ὁ Πελαμὺς τὸν ἐκ χρυσοῦ,
> Ὅσον εἵλκυσεν, τοσοῦτο κατ' ἴσον ἐπελάμβανε.

Larensem vocant isti parasiti Neptunum, vel Neptunium, quasi Neptuni filium: non aliam ob caussam, nisi ob ingentem istam piscium copiam, quàm insulsè & parasiticè!

CAPVT II.

Emẽdãtur loci multi veterũ poetarũ apud Athenæũ, ἀνδροφόνος, *scelestus,* πτωχὸς, *&* πτωχός. *Diphili* Mercator. *Archippi fabula* Pisces.

VENVSTISSIMI sunt illi versiculi ex Amphidis Impostore, quibus graphicè describitur superbia & improbitas piscatiorũ Atheniensiũ. Etsi autẽ satis perspicua in illis mens poetæ, si quis mediocrem adhibeat attentionem; quia tamen neque editi sũt sine mendis, neque rectè ab interpretibus expressi, eos hîc ascribam emaculatos, & interpretabor. si priùs tamen hoc monuero, ratam nimis esse locutionem, quam initio huius ἐπιτάσεως Diphilus vsurpauit. Πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ῥᾴδιον ἐστὶ μυελαίας Μωρείας προσελθόντ' ἀξιωθῆναι λόγου. pro eo quod dixisset alius, ῥᾴδιον ἐστι μυελάκις, dixit *μυελαίας μωρείας.* quod genus dicendi idiotismus noster vsurpat. Sed eos versus de quibus dicere institueram videamus.

> Ὅ υς ἂν ἐπερωτήσῃ τις, ἢ λαβὼν τι τῶν
> Παρακειμένων ἔκυψεν ὥσπερ Τήλεφος
> Πρῶτον σιωπῇ, (καὶ δικαίως τοῦτό γε·
> Ἅπαντες ἀνδροφόνοι γάρ εἰσιν ἑνὶ λόγῳ)
> Ὡς οὐ προσέχων δ' οὐδ' οὐδὲν ἀκηκοὼς,
> Ἔκρουσε πουλύπουν τιν'· ὁ δ' ἐπῆρεν, κ' οὐ λαλῶν
> Ὁλόκληρα ῥήματ' ἀλλὰ συλλαβὴν ἀφελὼν, ταρων
> Ὀβολῶν γένοιτ' ἄν· ἡ δὲ κεστρεὺς ὀκτὼ 'βολῶν.
> Τοιαῦτ' ἀκοῦσαι δεῖ τὸν ὀψωνοῦντά τι.

Non poterat pingi γραφικώτερον fastus istorum hominum *Istos, ait, si rogaueris, Quanti; alius sumens in manus aliquid eorũ quæ forte aderũt, caput demittet vt Telephus, ac primo tacebit* (*quãquã iure hoc quidẽ: omnes enim vno verbo piscary scelerati sũt:*) *ali⁹ tãquã nõ aduertat animũ, & quasi nihil audiuerit, polypũ aliquẽ percutiet: ali⁹ incãdescet, ac verbis integris loqui aspernans, tuos, inquit, obolus emas licet: ac rudis hæc octo obolis. Hæc audiẽda sũt, si quid obsonari velis.* Numeri enallage tenebras magnas offudit his versiculis, alioquin parum obscuris. etsi quid apud poëtas frequentius? Sic igitur Amphis, cùm dixisset ὅς, subdit λαβὼν: quod exponendũ vt expressimus. nam omnino de piscario capi debent ista, ἢ λαβών τι τῶν παρακειμένων. item illa sequentia, ἔκρουσε πουλύπουν τινα. quibus mirè exprimuntur gestus piscariorum emptores fastidientium, ac ne responsione quidem dignantium. τι τῶν παρακειμένων, intellige cultrum, aut simile quid aliud, tabulæ vel mensæ illi impositum, super qua prostant pisces. Vox πρῶτον, alterius fortasse locum occupauit: etsi ferri potest. ἀνδροφόνους Græci vocant omnes insigniter improbos. Libro 9. coquus præcipit discipulo, vt sit ἀνδροφόνος: id est, vt in ædibus diuitum omni fraudum genere vtatur. in eodem Gnathæna meretrix appellatur ἀνδροφόνος. Athenæus mox, διδάσκων αὐτὸν τίνα δεῖ λέγοντα πρὸς τοὺς ἀνδροφόνους ἰχθυοπώλας ὠνεῖσθαι ἃ βούλεται. Omnino autem λαλῶν ῥήματα verum est, non λαβών. & κέστρα non est *mugil,* (κεστρεὺς enim is dicitur) sed quam alij Græci σφύραιναν vocabant: Latinis, *sudis.* Præter Varronem & Plinium, Glossæ: *Sudis.* σφύραινα ἰχθύς, καὶ σκόλοψ. ταρων pro τεττάρων, & *tuor* pro quatuor. In ecloga sequente ex Diphilo, malè accipiũt hæc, Ὀκτὼ λάβοις ἄν; εἴπερ ὠνῇ τὸν ἕτερον. Ἰδ' ἐὰν λάβε, καὶ μὴ παίζε τοὺς δὲ δεῖ παράτρεχε. personas ita distingue. qui empturit pisces, ait, *Visn' tu octo obolos?* pro duobus videlicet mugilibus, de quibus dixit, πόσου τοὺς κεστρίας πωλεῖς δύ' ὄντας; igitur petenti decem offert octo. respondet piscarius, εἴπερ ὠνῇ τὸν ἕτερον. acceptutum se octo obolos: sed pro altero tantùm mugile. Ait deinde emptor, *Sume ô bone octo obolos,* & ambos da pisces, neque *nos puta dignos quos illudas.* ac piscarius, *aufer te hinc curriculo.* Xenarchi pulcherrimi versus de vaframento piscariorum ad irrigandos pisces in foro, nihil

variant in membranis. penultimus tamen manifeſtus eſt vitij, Κατεχετ, κοὐ δὲ τῶν ἰχθύων ἅπαξ ἑωσίω. Lege, Κατέχει· κοὐ δὲ τῶν ἰχθύων ἀπεξάσας. Εἴπεισγ' ἂν αὐ. In Antiphanis teſtimonio diſtingue.

—ἰδοὺ καὶ τῶν ἀταίρων

Τούτῳ κομίσας ὁ δ' ἐξέβαλ' εὐθὺς οἴκαδε.

iunge τὸ οἴκαδε cum remotiore verbo κομίσας: nam ſi referas ad ἐξέβαλεν, legendum eſſet οἴκοθεν. Qui affertur inter cæteros ex Pylæis Alexidis, Φορμ. μονονουχὶ δεκατεύουσι γὰρ Τὰς οὐσίας. pede vno decurtatus eſt: ita abſque dubio replendus, Φόρμ' ὑμῶν μονονουχὶ δ. Idem poëta alibi de piſcibus, Τὰς οὐσίας γάρ εἰσιν ὑμῶν αἴτιοι. In ſeptimo eorum quæ ex Lebete recitantur, Τῆς ἀξίας ἀγαπῶσι, conciſè dictum pro τῆς ἀξίας τιμῆς πωλεῖν ἀγαπῶσι. alioquin eſſet ſcribendū τὴν ἀξίαν. Cùm ait, Κ'ἀνταῦθα καὶ γραῦς καὶ γέρων, καὶ παιδίον Πεμφεὶς ἅπαντες ἀγοράσουσι κατὰ τρόπον, hoc ſignificat: Legem modò recitatam Ariſtonici, adeò vendendi cupidos piſcarios reddidiſſe, vt iam vel anus aliqua, aut ſenex quiuis, aut puer denique poſſit ab illis mercari ſe fraude ſua, vt erat in 12. Tabulis. Πεμφεὶς eſt, πνοὴν ἔχοντας: *viuentes adhuc & ſpirantes.* Piſces non ſpirant, quomodo cætera animalia, (etſi Hippocrates in libro de Flatibus, πάντας ἰχθύας ἀναπνεῖν ſcribit, & ita placet etiam Plinio.) ſpirant tamen naturæ lege, & ἀναλόγως, eâ reſpiratione quam philoſophi non ἀναπνοὴν ſed διαπνοὴν vocant. ſunt qui ἐμπνοὴν propriè dici velint. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 7. τί δὴ φασι περὶ τῶν ἰχθύων; πότερον διαπνεῖται, ὡς τὸ τῶν δαιμόνων γένος; ἢ ἐμπνεῖται μόνον, ὡς τὰ ἔνυδρα, κατὰ τὴν τῶν βραγχίων διαστολήν; ἢ περιπνεῖται καθάπερ τὰ ἔντομα; κατὰ τὴν διὰ τῶν πτερύγων ἐπίθλιψιν τῆς ἐντομῆς. πέμφιξ, ſiue πεμφίς. eſt *flatus, anima.* Heſychius interpretatur ψυχὴν ὀρνίθων. Lycophroni πεμφίδες ſunt animæ defunctorum iſto verſu de Vlyſſis in orcum deſcenſu, ἀκὼν ἐκεῖθι πεμφίδων ὄνοι. Inde πεμφὴς, *habens flatum, ſiue animam.* Id antiquis Athenæi & Epitomes πεμφθεὶς, exaratum erat. quod etiam defendi poteſt. Paulo pòſt, cùm ait, Εἶτ' εἰς νέωτα φησὶ χρᾶν ἐκ χρεμαθρῶν; obſerua ſermonis compendium, quod interpretes decepit, pro πωλεῖν τοὺς ἰχθύας τοὺς ἰχθυοπώλας κρεμ. Expoſitio pendet ex præcedentibus, dixit enim lege noua cautum eſſe, ne quis piſcarius piſces vendat niſi ſtans. nunc addit, auctorem huius edictum ſequente anno aliud eſſe promulgaturū, in hanc ſententiā. Ne quis piſcarius piſces vendat niſi pendens. Legis vtriuſq; ratio eſt eadem: ſed hæc poſterior efficaciſſima erat futura. Quintus verſus allatæ χρείας ex Antiphanis *Miſoponero,* Καὶ παιδαγωγοὺς αὐθις, ὧν μείζονα... μὰ τὸν Δία, ex membranis ſanari nequit: omnes ſimiliter deprauatæ. Cōſtat verſus duos in vnū eſſe conflatos, deperditis non paucis dictionibus. Lego, Καὶ παιδαγωγοὺς αὖθις ἐξελαύνετε Ὧν μεῖζον οὐδὲν ἐστι κακόν νὴ τὸν Δία. *Scytha, ait, non introducunt in ædes ſuas neq; nutrices infantibus ſuis, neq; pueris pædagogos, quæ duo ſūt mala peſſima.* Deinde auctor in nutrices acriùs inuehitur: quas ait deterius malū eſſe quam ſint pædagogi, aut etiā impoſtores & plani. Non falsò ea prædicare poëtā de nutricibus, nôrunt qui earū moroſitatem, arrogantiam, ἀσέλγειαν, & malignitatem, domi ſuæ quotidie experiuntur. Penultimum verſum ſcribo & expleo, Καὶ μάλα γε τὰς τραπέζας ἔνθεν εἴπερ. Deinceps laudatur Diphilus ἐν Ἐμπορίῳ. malim Ἐμπόρῳ. vt paulo pòſt, & lib. 7. legitur. ſic nominabatur & Philemonis fabularum vna. Plautus, *Græce hæc vocatur Emporos Philemonis: Eadem Latinè Mercator Marci Acciī.* laudatur Varroni & Pacuuius in *Mercatore.* Corrige Harpocrationem in ναύκληρος, vbi citatur Diphilus ἐν πόρρω. ſcribe, Δίφιλος Ἐμπόρῳ. Corruptus eſt & hic verſus paulo pòſt, Ἀνφθῇ νεων τις, κατεσπιώκασ' εὐθέως. etſi ita Mſs. omnino tamen legendū κατέσπακασιν *deuorant:* & ita rectè Dalecamp. Senſus lectionis hu⁹ eſt. Si verſa naui iuniorum aliquem cete prehendant, illū ſtatim deuorāt. ſed enim cete non ſolùm pueros iuuenes, verùm & perfectos, & viros τελείους, & ſenes abſorbent, omnéſque obuios cuiuſcunque ætatis aut ſtaturæ. Lego, Ἀνφθῇ ναῦς τις. hoc ſenſu: ſi nauem, aut è naui tabulam aliquis naufragus, viam ad ſalutē quærens, prehenderit, ſæpe tamē nihil agit miſer: cùm enim aquarum periculū euatiſſe videbitur, in feras marinas incidet, à quibus perdetur. Ita legendum eſſe docent illa in ſuperiore verſu, οὐδ' ὡς γίνεται. *vt fieri ſolet.* nam in naufragio nunquam non fit, vt laceræ nauis tabulæ prehendātur. Addit, Ἐξ ὀνόματος δ' ἰχθυοπώλας μονωθεὶς Ἑρμαῖος Αἰγύπτιος Ἄρχιππος ἐν Ἵπποις. Corrigendum ἐν Ἰχθύσιν, & *equites* in *piſces* vertendi. Primùm, poëtæ huius *Equites,* nuſquā in libris veterum. deinde lib. 7. vbi iterum hi verſus deſcripti, veram lectionem inuenias. Hic eſt Archippus comicus, quem vt poëtarum omnium φορτικώτατον, & ineptiſſimum ab æqualibus irriſum ſcribit Ariſtophanis ſcholiaſtes ad Veſpas. *Piſces* Archippi & noſter ſæpi⁹ laudat, & Pollux lib. 10. cap. 5. Idem lib. 9. cap. 3. ait παντοπωλίαν verbum eſſe Archippi in piſcibus. meminit & Harpocration in πάλιν αἱρετός. Verſus inde hic deſcripti ſententiam hanc continent: Hermæum piſcatiorum impuriſſimum, piſces venderenō integros, ſed aliquā parte imminutos, ad mai⁹ compendium: purā, ſequatinam & muſtellam degluptos: lupos exenteratos. Longè aliter Dalecamp. ſed non animaduertebat, pro ἐντέρων, quod hîc legitur, ſcribendum eſſe ex libro 7. ἐντερεύων aut ἐξεντερεύων.

CAPVT III.

Sinizeſis initio verſus familiaris. ὠδὶς μὲν ἀγρεὰ ἐνός. *Θρεψικὰ aut Τρωκτοί.* τρεῖν *pro* τρισί, *aut* τρεῖν δεῖ. *Opſonomi.* διστάνης. *Pherecratis* Μεταλλεῖς *Philonidæ* Cothurni. *Phrynichi* Tragœdi. Τι-

μη. πωλ. ως

μυστάλη. ἤγαγον. πλέαμ@. Aristophanis comici patria. alia non pauca.

ANAXANDRIDÆ comici versus ex Vlysse descripti, & mutilè editi erant, & deprauatè. Quæ deerant, ex membranis adiecimus: quæ corrupta sunt, an ex ingenio valeamus emendare, experiamur. Priùs tamen exponendi sunt nobis duo versus illi, quos MSS. suggesserunt. E'πὶ τίνα δ' ἄλλων τέχνην, ὦ ζητεῖ σὺ τὰ στόματα τῶν νεωτέρων καταχάεται; Age, inquit, dic mihi, ô bone, quæ ars est alia, cuius gratiâ iuuenes ora sibi comburunt? Vt integra sit sententia, supplendũ, quemadmodum propter nostram artem (hoc est, pisces quos capimus) fieri solet. Memineris quàm feruentissimos cibos adamasse veteres popinones: qua de re dictum est libro primo. Addit poëta, vt quidem nos scribimus,

> H' ὠθισμὸς ἐστὶ δακτύλων ποιεῖ τ@, ἢ
> Καὶ πνιγμὸς, ἐὰν ταχὺ μὴ δύνηται καταπιεῖν,
> Α'λλ' ἡ μόνη γὰρ ἐστι συνουσίας ποιεῖ
> Εὔοψ@ ἀγορά;

Ita prorsus est scribendum. nam in hisce omnibus operam oleúmque docti viri perdiderunt. Offendit iam olim exscriptores principium huius versus, ἢ ὠθισμός. itaque omnium suffragiis recepta est inepta vox ἠθιολὸς, quæ & Dalecampio placita. illa verò isto loco ridicula est ἀπαξαπλῶς. Synizesis initio versus exemplo Homeri, ἢ οὐχ ἅλις, & ἢ οὐχ ὁρᾶας. Sensus est: Artem esse nullam nisi piscatorum, propter quam sic digiti collidantur, atque adeò homines sese ipsi strangulent, si deglutire statim non queant quod in os iniecerint. Solam esse denique piscium copiam, quæ conuiuantium mensas instruat. Studiosi conferant aliorum interpretationes: vestigium veræ sententiæ vix reperient. ὠθισμὸς propriè de conferta turba dicitur, vbi alius alium impellit. Theocritus, ὠθεῦνθ' ὥσπερ ὕες. elegantissimè hìc vsurpatur de digitis plurium manuum, quæ omnes eandem simul petant patinam. elegantissimè etiam πνιγμὸν adiicit, vt summam auiditatem ostendat eorum qui pisces amant. εὔοψ@ ἀγορά, *forũ vbi pisces abundant.* ὄψον, *piscis.* Sic accipe & in Timoclis versibus de Corydo parasito. A'γορὰν ἰδεῖν εὔοψον εὐπορῶν τε μὲν H'δεσαν. lege sequentes ibi versus, nihil nisi pisces nominat. Significat, tunc maximè agitari conuiuia, cùm piscium magna copia in foro: Sequitur, —τίς δὲ συνδειπνεῖ βροτῶν Φρυκτὰς καταλαβὼν ἢ κορακίνους H'μανίδ; frustra hæc conati sunt interpretari: corrigẽda priùs erant. Scribe, Φρύκτ' ἢ καταλαβὼν, ἢ κορακίνους αὐτίκ', H' μαινίδ'; *id est,* quis est mortalium, ait poëta, qui conuiuium instituere velit, aut possit etiã satis lautè, si nulli reperiantur venales pisces, aut saltem pisciculi? φρυκτὰ vel φρυκτὰς, omissis vocibus ἰχθύδια vel ἰχθῦς, vocabant pisces minutos, qui & edebantur, & vænum exponebantur fricti. Hesychius, φρυκτὰ, ξηρὰ ἰχθύδια ὀπτά. Similimè ἰπνιτὰς apellabant pisciculos qui cocti vendebantur. Meminit autem poëta phryctorum, coracinorum, & mænidum, hoc significans: si meliores & laudatiores pisces nequeant reperiri, καὶ ταῦτα δὲ πεπρᾶσθαι πωλῶν etiam istos experti. Alioquin magna istorum erat vilitas: quos quidem Alexis comicus libertinis relinqui vult, indignos qui à proceribus gulæ edantur. A'πελευθέραν, inquit, ὀψάρια θηρεύουσί μοι, Τευθίδια καὶ σηπίδια καὶ φρυκτάς τινας. Loco vulgatæ scripturæ ἢ μινδῶν, quæ ferri nequit, emendauimus, ἢ μαινίδας. volentibus, opinor, omnibus eruditis. Versu penultimo pro ἀεὶ ἐς πύλας, scribendum videtur εἰς ἀεὶ πύλας. sed in eo versu satisfacere nobis nondum quiti sumus. Etiam in superiore quid appellentur ἑφθὰ πρόσωπα piscium nescio. Fortasse ἑφθοὺς πανδείους. *patinis inrulentorum piscium.* Subiiciuntur versus Alexidis, quibus pronuntiat poëta, omnem pauperem qui pisces emat multos sæpiúsve, necessariò grassatorem esse nocturnum ac præmiatorem. Itaque si cui vestis ablata noctu fuerit, manè veniendũ esse in forum piscarium, & emptores ibi obseruandum. Nam si aliquem viderit robustum & valentem pauperem anguillas à Micione ementem, huic statim manus esse iniiciendas, & in carcerem obtorto collo rapiendum. Omnia in Græco planissima: nisi quòd εἶτα positum pro itaque. τηρεῖν & ἀπάγειν, pro τήρει, & ἄπαγε. vt in oraculo quod habetur hoc ipso libro, Καί συ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας. vel quod eodem redit, τηρεῖν δεῖ & ἀπάγειν δεῖ. Græcanicæ elegantiæ translatitium genus notum omnib⁹, queis noti poëtę. itẽ illud Aristotelis, τὸ φάσκειν τιμᾶν, id est, τιμᾶν δεῖ. Scribe mox, Τοῦτο νόμιμόν ἐστι βέλτις' ἐν θάδε Κορινθίοισιν. ἐὰν τ. nõ, Κορινθίοις, ἢν ἐάν τ. quò enim τὸ ἦν? Idem mendum in istis Alexidis de cauponum fraudibus, libro decimo, —ἐν τοῖς συμποσίοις ἢν ὁ πίνη Α'κρατον. nam scribendum συμποσίοισιν ὁ π. Sextus versus transpositione duarum dictionum factus claudus, restituatur earumdem traiectu, E'ὰν ἀπολαύσειν τοῦτον ἤδη τὸν βίον. Non rectè ὀψωνόμους editum, nõ longè post: nam analogia postulat vel ὀψωνονόμους: vel ὀψονόμους. quomodo & membranæ meliores scribũt, & Eustathius. *Opsonomi* sunt ædileis quibus cura piscium venditio: vt videant ne cuiusquã intemperie & ingluuie excandefiat forum piscatorium. Græci eos qui non frugalitatis studio, sed amore pecuniæ paruo obsonarent, appellabãt δυσώνας, quasi dicas *difficiles emptores.* Atque eam vocem abiisse in prouerbium, auctor Iulius Pollux lib. 10. Tali fuit ingenio amicus ille Lyncei Samij, de quo narrat auctor, editam à Lynceo Artem obsonandi, quâ docebat δυσώνην quendam suum amicum, quomodo & gulæ & crumenæ simul posset consulere. Vide libro septimo vbi de mormyro pisce agitur. *Menderos* Pherecratis fabulam, vnde existimabim⁹ nomẽ inuenisse? sic enim Athenæus, γέγονεν δ' ὁ βέλτιστ' εἴρηκεν ἐν Μενδήεσι Φερεκράτης. Sed liquet mihi scribendum esse, εἴρηκε μὲν ἐν Α'νθρ...

Poetę

Poëtæ huius Ἀνύμος ſæpe citat dipnoſophiſta: illud alterum neque reperies vſquam: neque Græcum vocabulũ. Sequitur, Φιλωνίδης δ' ἐν Κοθόρνοις, ὑποδέχεσθαι καὶ βατίσιν καὶ τηγάνοις. videtur eſſe quæ dicitur figura ἓν διὰ δυοῖν, *excipere raijs & ſartagine*: pro, raiis in ſartagine frictis. βατίσι τηγανισταῖς. Pollux laudat libro 9. τὸ πυτικοσολογεῖν ἐν Φιλωνίδου Κοθόρνοις ἐστὶν εἰρημένον. Scribe ſic hunc verſum, vt in tertio lib. Θερμὴ παρεξύνουσα τηγάνου ϕνοή. & ἐν Ορθάνη, non Ο'ρθάχη. *Tragœdi* Phrynichi Athenæo mox laudari, itémque alibi ſæpius, nominantur & Harpocrationi in voce διὰ ψήφισις. Ex ea fabula extat apud Pollucem extremo libro 7. hic verſus elegantiſſimus, Σὺ δὲ πωμοπώλης ὡς Ἀχιλλεὺς ἐστὶ τις. prouerbij ſpeciem habet, *carius vendis quàm vllus Achilles*. Virgilius, *Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles*. de eo genere venditionis dicebamus capite primo ex Diphilo. neque audiendi qui vocem πωμοπώλης aliter interpretantur in hoc verſiculo. Verſum Phrynichi ne Euſtathius quidem aliter cõcipit aliquãdo placebat, ἡδὺ δὲ Ἀποτηγανίζειν ἐστὶ συμβολῶν ἄνευ. Pherecratis *Myrmecanthropi* adducuntur in teſtimoniũ à Polluce lib. 7. cap. 3. & cap. 16. item lib. 10. cap. 23. Iones ait auctor, χαλκεῖς τῶν σοιχείων τήγανον λέγουσι. & hoc probat allato Anacreontis exemplo. itaque Euſtathium non ſequor, qui Doribus hoc tribuit. nam Anacreon & moribus & ſcriptione Ionicus, non Doricus. Quæ de vocabulo κέραμος dicuntur, vſurpato à nonnullis pro argenteis vaſis, rationem habent manifeſtam: ſic alia infinita nominata ſunt, ἀπὸ τῆς παλαιᾶς χρήσεως, non ex ſua natura. vt apud Homerũ arma χάλκεα, & vulgò, *pyxis*, δέλτος, *cucurbitula*, aliáque hoc genus, de quibus doctè Euſtathius non vno loco. B. Chryſoſtomus homiliâ ſeptimâ in epiſtolam ad Coloſſenſes, τί γὰρ εἴπῃ μοι, τῆς χρυσῆς πλάσιν διαφέρουσι κατὰ ἄνοιαν οἱ κεράμια ποιοῦντες χρυσᾶ, καὶ χύτρας, καὶ ἀλάβαστρα: Heliodorus Athenienſis, ex quo refert auctor Ariſtophanem comicum fuiſſe Naucratitam, is eſt cuius facit mentionem tot locis in tantulo ſcripto Harpocration. Comicum fuiſſe peregrinitatis ſuſpectum teſtantur & veteres grammatici in eius vita: nõ tamen Naucratitam, verùm Æginetam à quibuſdam eſſe dictum illi ſcribunt, & cauſſam explicant. Suidas Ægyptium fuiſſe ex aliis prodidit: quod huic ſententiæ Heliodori conuenit. Platonis comici *Legatorum* præter Athenæum meminit Harpocration in ἀποκηρύττοντες, & in ζητηταί. De Epicrate & Phormiſio qui in producto Platonis loco nominantur, lege Ariſtophanis ſcholiaſten ad Ranas & Concionantes. nam de iiſdem Plato loquitur. Alexidis ecloga ex eius *Hippiſco*, ex diuerſo genere verſuum conſtat. Præcedunt ſeptem integri & ἀρτίποδες ſenarij iambici: deinde ſequuntur trochaïci vt apparet, malè diſtincti. Mihi hoc inſolens videtur: quia vna eſt & continua ῥῆσις. olim conati ſumus in iambicos verſus omnia redigere. ſed repugnat contumaciter verborum modulus plerorúmque. Nam præter octauum verſum, qui nullo negotio poteſt reſtringi vt ſit prioribus ſimilis, καὶ οἶδα δὲ κἀγὼ ἡμέτερον πολίτην τινά, ne fruſtra hic fuerimus valdè vereor. Ac venit nunc mihi in mentem, fortaſſe Athenæi ea verba eſſe, non poëtæ: quod acuto lectori diiudicãdum relinquo. Eclogarius apertè tribuit Alexidi, Οἶδά τινά φησιν Ἄλεξις πολίτην ἡμέτερον κτλ.

CAPVT IV.

Ἀργυρώματα & χρυσώματα, πρόσοψ. Ελικῶν. Sententia Stoicorum de vſu opum. περιηγημένως. κοσμὸς δείγματος χάειν. ψῆχειν & ψῆγματα. *Veterum ſcriptorum* ἀγεωγραφησία; *Alpes & Pyrenæos cum Rhipæis confundentium.*

Ἐπήλωσαν γάρ τινες τὸν ἄργυρον καὶ τότε εἰς ὑμῶν ἰδίαν. Interpretes omittit præcipua verba καὶ τότε. nam hoc obſeruat obiter Athenæus, artem ducendi malleo argentum in tenuiſſimas laminas, iam ætate Nicoſtrati, antiquiſſimi, comici fuiſſe cognitam. Hoc ille colligit ex iſtis illius verbis, λοπτή τις ὀξὶς ἐστὶ καὶ ψυκτήριον τι εὐπαρύφου λεπτότερον. Docti qui putant de bracteis ſentire Athenæum, quas vulgò appellamus *argenti folia* vel *auri*, non rectè ſentiunt. nam ex illis non fiunt vaſa argentea, cuiuſmodi erant acetabulum illud Nicoſtrati, & poculum pſycterium.

Ἀντιφάνης δὲ καὶ ἐν Λημνίαις. Rectè Dalecamp. Λημνίαις. *Lemnias* etiam è Latinis poëtis Turpilius ediderat. Θίβρων ὁ Ταντάλου. Scripti, Θιάρων. & ſequente verſu μαλλακός, non μαλακόν. Καὶ γυλίας τιν' ἀργυρωμάτων. Scribe, γυλιόν τινα ἀρ. id eſt, vidulum aut peram vaſorum ex argento. Λύτρον, διεπραίνας, ἀργυρώματα. deſumta ſunt verba ex Heautontimorumeno Menandri. ſententiæ opinor, pars erant, quæ integra apud Terentium: *Hem tot mea*

Solius ſollicitus ſunt cauſſa, vt me vnũ expleãt? Ancilla tot me veſtiant? ſumtus domi Tantos ego ſolus faciam? οἱ δ' ἑλληνίζοντες λέγει δεῖν φασὶν ἀργυροῦν κόσμον καὶ χρυσοῦν κόσμον. Eadem obſeruatio apud veteres magiſtros. ἀργύρωμα, inquiunt illi, aut χρύσωμα pro vaſis argenteis vel aureis, non vſurpant qui loquuntur accuratiùs: ſed ἀργυροῦν vel χρυσοῦν κόσμον. cui παρατηρήσει quantum ſit tribuendũ, diſcant tyrones ex Iulio Polluce lib. 10. c. 44. ὅπως ἀνέτειλεν ὁ κατὰ Πίνδαρον δ' ἀρυθμὴς πλοῦτος. Pythionicarum odâ quintâ.

Ὁ πλοῦτος δ' ἀρυθμὴς
Ὅταν τις ἀρετᾷ κεκρα—
μένον καθαρᾷ βροτήσιος ἀνήρ,
Πότμου παραδόντος αὐτὸν ἀνάγῃ
Πολύφιλον ἑπέταν,
Ὦ θεόμορ' Ἀρκεσίλα.

ὑπὸ πρώτου Γύγου τοῦ Λυδῶν βασιλέως ἀνετέθη. Herodotus vnde ſumſerunt cæteri ſcriptores, narrat copioſè libro primo: vbi expoſitis Gygis

donariis, subiicit, ὕτω δὴ ὁ Γύγης, πρῶτος βαρβάρων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, ἐς Δελφὺς ἀνέθηκεν ἀναθήματα, μετὰ Μίδην τὸν Γορδίεω τὸν βασιλέα. ἀπεδόθη χρυσῦ τοῖς παρὰ τῦ Ἱέρωνος ὃν ἠβούλοντο. Repete duas literas à fine vocis Ἱέρωνος, & scribe, ὅσον ἠβούλοντο.

Καὶ μ' Ἀντηνορίδης ἐφόρει κρείων Ἑλικάων. *& me gestabat princeps Helicaon Antenoris filius.* Natalis vertit, *rex Helicarum.* Helica non vnius oppidi in Græcia nomen. Ἑλικάων, numero multitudinis, vt apud poëtam, Ἐκ γὰρ Κρητάων γένος εὔχομαι εὐρειάων. Sed nullam geographi, quod sciam, eius nominis vrbem commemorant, quæ huic loco satis conueniat: at Dalecāp. *inter Græcos illustris princeps.* non illi veniebat in mentē hæc scribenti, cuias fuerit Antenor.

Νικήσας ἵπποισι παρὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον. Ex Homero desumpta est historia seu fabula, Ἰλιάδ. ψ. Δῶκε δ' ἄγειν ἑτάροισιν ὑπερθύμοισι γυναῖκα Καὶ τρίποδ' ὠτώεντα φέρειν. Verte illa, παρὰ πλατὺν Ἑλλήσποντον, nō vt interpretes, *in Hellesponto spatioso.* itane? in Hellesponto tanquam in circo certamen currule peregerunt Græcorum proceres. sed, *ad salsum Hellespontum.* de voce πλατὺς satis libro primo. Πλάτων δὲ ὁ θεῖος, καὶ Λυκῦργος ὁ Λάκων. Platonis lex quâ sancitur, vt priuatis pecuniam habere auream vel argenteam fas ne sit, extat Legum libro quinto. De antiquo Lacedæmoniorum more, capite puniendi eos, penes quos auri argentíue fuerit repertum aliquid, habes apud Xenophontem & Plutarchum, in ipsorum de illa Republica scriptis. τὴν μὲν ἀρχὴν αὐτῶν καὶ φυγὴν ἀπεπον. Rectè & verè Dalecampius, τὴν μὲν δ' ἀρχὴν. Postea lege, τὴν χρῆσιν δὲ τῶν λίθων καὶ ἀπειλῶν προηγυμένως ποιεῖσθαι προσηκόντων. non vt editum est vulgò, & in veteribus etiam scriptum, τὴν χρῆσιν δὲ τ λοιπῶν καὶ ἀπειλῶν προηγυμένως ποιεῖσθαι προσηκόντων. Omnes Græcè docti statim cōcedent mihi vtrumque verbum à nobis mutatum, necessariò fuisse mutandum: at vim vocis προηγυμένως, in qua totius sentētiæ cardo vertitur, non intelligent, nisi Stoicæ philosophiæ periti. Sensus Athenæi est, vt paucis complectar: Zenonem res omnes diuidere in αἱρετά, φευκτά, & ἀδιάφορα: optanda, fugienda & indifferentia: diuitias censeri ab eo neque inter optanda, neque inter fugienda, sed inter indifferentia præcipere ergo illū suis discipulis, vt in iis quæ necessaria ad vitam, parabilia & tenuia maximè probent: aduersus diuitias verò ita se comparent, vt neque illas mirentur si non adsint, neq; si adsint ab iis corrumpi se posse metuant. facere aliquid aut probare προηγυμένως, & propter aliud, siue vt loquebantur Stoici, κατὰ περίστασιν, sunt opposita. οὐδὲν γὰρ ἡ φύσις ἐνέβαλεν ἐκ τῦ κόσμυ τῶν εἰρημένων. Apud Græcos multifariā accipi vocem κόσμος, nemo ignorat. Vt interpretes accipiunt, κόσμος hîc est, *vita hominum.* iidem ἐκβάλλειν interpretantur, *eÿcere & contemnere.* Acutiùs exponas & disputationi huic conuenientiùs, *educere atque in lucem producere.* vt sit sensus: Natura nihil eorum quæ tantopere mirantur homines, obuium esse voluit. Argentum igitur & aurum in terram abdidit: vnde extrahi & proferri nisi labore plurimo non queant.

Δείγματος μὲν οὖν χάριν ἐπείπερ δυσπόριστοι αὐτῶν ἐστὶ τὸ γένος, ἔτι ἐν ταῖς ἐσχ. Instituit probare multis magnísque difficultatibus auri possessionem parari. tam clarum hoc ex præcedentibus verbis, quàm quod maximè. Atenim verò contrariam planè sententiam verba proximè sequentia continent: facit enim mentionem auri ramentorum, quæ colligere aut nullus est, aut certè non magnus labor. quem tamen ipsum multis modis imminuit, cùm ait deferri ista ramenta etiam à paruis fluminibus: ita que addit colligi illud aurum à mulierculis, & viris imbecillis. cedo, difficilis rei hæccinè est probatio, an facilis? Nimis certum, corruptum esse hunc locum, & aliquot vocibus defectum. Scribe igitur, vt vitium saltem appareat. Δείγματος μὲν οὖν χάριν, ... ἐπείπερ δυσπόριστόν αὐτῶν ἐστι τὸ γένος. verba quæ deficiunt velle præstare, immensæ fuerit temeritatis. sententia tale quid postulat, Δείγμ. μ. οὖν χάριν αὐτὰ ἐνιαχῦ ἐνέβαλε. Sensus est: Naturam quæ in totum procul ab hominum conspectu aurum & argentum abdidit, certis tamen in locis parabilia & inuentu facilia ea voluit esse, tantùm vt ne ignota essent mortalibus. Siquidem, ait, genus est quoddam horum, quod in summa terræ superficie inueniatur, nam in oris & extremitatibus Orbis etiam fluuioli qualescunque auri ramenta deferunt: quæ radunt & separant mulieres ac viri inualidi, lotáque in conflatorium coniiciunt. Hac oratione nihil planius, nihil clarius. Quid sit δείγματος χάριν, aut γνώματος, satis alibi ostendimus. τὸ γένος omnino scribendum, non τὸ γένος. Quod ait de fluuiis extremi Orbis qui auri ramenta voluūt, Tagum respicit Hispaniæ, & alios Indiæ χρυσορρόας. Et sententia & verba ab Herodoto. nam in Thalia scribit historiæ pater, αἱ δ' ἐσχατιαί κως τῆς οἰκυμένης τὰ κάλλιστα ἔλαχον. κατάπερ ἡ Ἑλλὰς τὰς ὥρας πολλόν τι κεκραμένας ἔλαχε. & statim de India, χρυσὸς ἄπλετος αὐτόθι ἐστιν, ὁ μὲν ὀρυσσόμενος, ὁ δὲ καταφορεύμενος ὑπὸ τῶν ποταμῶν. ὑποψήχοντες rectè Epit. & Dalec. per ψ non per υ. *radentes, verrentes cum puluisculo,* vt ille ait. inde ψήγματα, *ramenta,* de scobe aureo vel argēteo. De hac ratione auri parandi lege Strabonem lib. 3. Distingue sequentia ad orationis lucem sic, ὡς περὶ τοῖς ἐσχάτοις, vel potiùs ὑπαρκτίοις, apud populos Septentrionis. (φησὶν ὁ μὲν Ποσειδώνιος) καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν Κελτῶν. Καὶ τὰ γε παλαὶ μὲν Ῥίπαια καλύμενα ὄρη, εἶθ' ὕστερον Ὄλβια προσαγορευθέντα, νῦν δὲ Ἄλπια (ἐστὶ δὲ τῆς Γαλατίας) αὐτομάτως ὕλης ἐμπρησθείσης ἀργύρῳ διερρύη. Manifestò hic scriptor Rhipæos montes confundit cum Alpibus: qui error multis veterum communis. Quare etiā sanctissimus pater Basilius Rhipæos mōtes appellat, vnde manat fluuiorum rex Eridanus.

Sed

Sed & Alpes cum Pyrenæis permiſcet: nam illa vetus fabula de fortuito montium incendio, quo detecta fuerint auri & argenti metalla eo caſu liquata, Pyrenæis conuenit non Alpibus, vel nomine teſte, quod ex euentu illo volunt impoſitum. hæc erat veterum ἀγεωγραφησία: cuius illuſtre exemplum apud Orpheum in Argonauticis: quo loco ait Riphæos montes Calpen, qui eſt mons ad Gaditanum fretum, Phlegram, & Alpes Cimmeriorum terram circuncludere, & Solis lumine priuare. Eius ſunt verba.

—ἐπεὶ τὰ δὲ Κιμμερίοισι
Νῆα θοὴν ἰθύνοντες ἱκόμεσθ᾽ οἵ ῥά τε μοῦνοι
Αἴγλης ἄμμοροι εἰσὶ πυριβρόμου ἠελίοιο.
Ἐν μὲν γὰρ Ῥίπαιον ὄρος καὶ Κάλπιος αὐχὴν
Ἀντολίας εἴργουσ᾽. ἐπικεκλῖται δὲ πελώρη
Ἄσσον ἐπισκιάζουσα μεσημβρινὸν ἱερὰ Φλέγρη.
Δείελον αὖ κρύπτουσι φάος τανυηκέες Ἄλπεις.

Locum ex Demetrio Phalereo deinceps allatum ad tertium Strabonis olim illuſtrauimus: nam eius elegantiam interpretes non cepére.

CAPVT V.

Λυσάνδρειον χρῆμα. Cordiſtæ Galli Strabonis locus. Polemonis varia cognomina, & patria eius incerta. Cur Ἑλλαδικὸς dictus, item Στηλοκόπας. Diſcipuli olim cognominati à præceptoribus. Polemonis ſcripta.

GYLIPPVM Spartiatam inediâ vitam finiſſe fama eſt, vt narrat dipnoſophiſta; condemnatũ ſententia ephororum, ob auerſam prædæ Lyſandréæ partem. hoc poſtremum ita Athenæus, νοσφισάμενον ἐκ τοῦ Λυσανδρείου χρήματος. Periti linguæ Græcæ mirabuntur mecum vſum hunc vocis χρῆμα: & ſcribendum iudicabunt ἐκ τῶν Λυσάνδρου χρημάτων. non enim χρῆμα vocant Græci pecuniam & diuitias, ſed χρήματα & Plutarchus in hac hiſtoria, Lyſander, inquit, τῶν χρημάτων τὰ περιόντα ἀπέστειλεν εἰς Λακεδαίμονα. conſtantiſſimè tamen quod editum eſt tuentur ſcripti omnes, etiam Epitomæ. Fortaſſe hoc leuiculum videbitur: at illud non leue quod ſequitur. pulcherrimam enim & veriſſimam ſententiam corrumpunt interpretes ſuis emendationibus. τοῦ δὲ ἀνατεθειμένου θεῷ, καὶ συγκεχωρημένου δημοσίᾳ καθάπερ κοσμήματος καὶ κτήματος, οὐ ῥᾴδιον ἦν τὸν θνητὸν ὀλιγωρεῖν γνωρίζειν. *Sed cùm Deo conſecrarētur* aurũ & argentum, *& publica loca iis ornari, publicéq; ipſa poſſideri concederētur: difficile erat hominē mortalē illa contemnere.* Deliberatum diu à Lacedęmoniis, quid facerent prædâ Lyſandréâ. decretũ tandem, vt pars diis conſecraretur, illorũ templis appendenda: pars verò in vſus publicos aſſeruaretur. Hoc vbi ſemel conſtitutum, difficile erat, inquit auctor, priuatorum cupiditates inhibere. cur enim priuatim aſpernarentur, quod publicè æſtimari viderent? Plutarchum lege in Lyſandro: vbi etiam par & gemina huic ſententia: οὐ γὰρ ἦν, ait, δημοσίᾳ τιμώμενον (τὸ χρυσίον καὶ ἀργυροῦν νόμισμα) ὁ φῶν τοῖς, ἰδίᾳ καταφρονεῖν ὡς ἀχρήστου. Nemo igitur virum doctum audiat, qui legit hoc loco, τοῦ δ᾽ οὐκ ἀνατεθειμένου θεῷ. *Cordiſtæ* Galli, de quib⁹ ſcribitur, Τῶν δὲ Γαλατῶν οἱ Κορδισταὶ καλούμενοι χρυσὸν μὲν οὐκ εἰσάγουσιν εἰς τὴν αὐτῶν χώραν. ſine dubio ſunt Scordiſci, quos Strabo ex eodem Poſidonio Gallos nominat libro ſeptimo. non tamen aſſentiar diligentiſſimo Abrahamo Ortelio, qui reſcribebat hîc οἱ Σκορδίσκοι. repugnant enim omnia exemplaria antiqua & abbreuiator. præterea binomines fuiſſe Scordiſcos, auctor Strabo. cuius quidem verba ita ſcribuntur, τοὺς δὲ Σκορδίσκους ἔνιοι σκορδίστας καλοῦσι. ſed geographũ cenſemus ſcripſiſſe, ἔνιοι Κορδιστὰς καλοῦσι. ſic ſtatim adiicit, *Tauriſcos* à quibuſdam *Tauriſtas* eſſe appellatos. Galli ducis nomē hîc memorati, variè ſcriptum in veteribus oſtendimus, Ἀθανάτος, aut Βατανατος. Deinceps ſequitur longus de vario paraſitorum genere ſermo: quem dum aggreditur auctor, Polemonis antiquiſſimi ſcriptoris varia cognomina obiter πολυμαθίας χάριν nobis indicat. Sic ille, Πολέμων γοῦν, (ὁ εἴτε Σάμιος, ἢ Σικυώνιος, εἴτ᾽ Ἀθηναῖος ὀνομαζόμενος χαίρει, ὡς ὁ Μοψεάτης Ἡρακλείδης λέγει, καταριθμούμενος αὐτὸν καὶ ἀπ᾽ ἄλλων πόλεων. ἐπεκαλεῖτο δὲ καὶ Στηλοκόπας, ὡς Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος εἴρηκε) γράψας περὶ παρασίτων φησὶν οὕτως. Quia erãt doctorum de huius viri patria diſcrepãtes ſententiæ, ſequebantur quiſque quod probabiliſſimum videbatur. ita Polemonem alius *Samiũ* dixit, alius *Sicyonium*, alius *Athenienſem*, alij itē aliter. nam exempli gratiâ, Suidas natum ait in Iliaco pago *Glycea*: addens, donatũ poſtea fuiſſe ciuitate ab Athenienſibus. Egregium verò eſt quod narrat idem, propter hanc cauſſam Polemonem à nõnullis Ἑλλαδικὸν indigetatum fuiſſe, vt ſi Latinè dicas *Gracanicũ* aut *Gracienſem*. Subiicit Athenæus cognomen aliud Polemonis, *Stelocopam* nominãs, auctore Herodico Cratetis antiquiſſimi critici diſcipuli: vnde ei Cratetij cognomen adhæſit. Olim ſtudioſos literarum adeò non pudebat profiteri per quos profeciſſent, vt multi à præceptoribus ſuis cognominari glorioſum ſibi duxerint. Sic Herodicus *Cratetéus* cognominatus: Diodorus & Artemidorus, Ariſtophanis gammatici diſcipuli, ambo *Ariſtophanéi* dicti: ſic Iſter *Callimachius*: ſic Callimachus Herophilius: (quod cognomen aliter extulit Erotianus, cùm ait, ὡς ἱστορεῖ Καλλίμαχος ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας.) ſic Rholus *Democritéus*. ſic alij quos prætermitto. Porrò vnde Stelocopas fuerit Polemon appellatus, cauſam non adiicit Athenęus. Eruditi homines στηλοκόπας, quaſi ἐστηλοκοπημένον, aut ἐστηλιτευμένον, putãt nominatum: quippe cuius nomen ob deſertum vadimonium columnæ inſcriptum & infamatum fuerit, more qui olim Athenis obtinuit. Quãto eſt humanius & probabilius etiam, quod nos diuinabamus? dictum Polemonem στηλοκόπαν, propter nauatam ei operam in perquirendis, deſcribendis, & publicandis veterum

monu

monumentorum inſcriptionibus. Declarant libri ab eo editi, quorum titulos ſaltem hodie habemus ſuperſtites. Eius generis erat volumen, cui nomen fecerat, Περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων, id eſt, *De inſcriptionibus quæ per vrbes Græciæ viſuntur.* meminit lib. 10. item opus aliud cuius erat index, Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως. cuius etiam fit in his libris mentio non ſemel. Sed titulum explicat Strabo lib. 9. Πολέμων, ait, ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Polemon periegetes libros quatuor conſcripſit de donariis, quæ erant in Arce.* Huc etiam refer illos eiuſdem alibi nominatos Athenæo libros, *De donariis vrbis Lacedæmoniorum: De tabulis quæ Sicyone habentur: De Pœcile porticu vrbis Sicyonis.* & *De theſauris qui Delphis aſſeruantur*: quo de libro mētionem faciens Plutarch. ſcriptoris huius eruditionem honeſtiſſimo proſequitur elogio. Sic enim ſcribit in quinto Sympoſiacorum, problemate altero. τοῖς Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς θησαυρῶν, οἶμαι ὅτι πολλοῖς ὑμῶν ἐντυγχάνειν ἐπιμελές ἐστι· καὶ χρὴ πολυμαθοῦς καὶ οὐ νυστάζοντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασιν ἀνδρός. Lege cætera, atque ibi ſcribe, ἐν τῷ Σικυωνίων θησαυρῷ potius quàm Σικυωνίῳ. intelligit enim Sicyoniorum theſaurum, qui Delphis ſeruabatur, vt & multorum aliorum populorum: ſicut Strabo quoque teſtatur.] Eximiè verò firmant noſtram ſententiam ſequentia mox verba ex Polemone deſcripta: ἐν Κυνοσάργει, ait, ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τις ἐστὶν ἐν ᾗ ψήφισμα Ἀλκιβιάδου. & deinceps alia multa. Qui igitur tanta diligentia Græcarum vrbium inſcriptiones de columnis, pilis, ſtatuis, & omne genus donariis deſcripſiſſet, στηλοκόπας, ioculari quidem, ſed aptiſſimo nomine eſt dictus, παρὰ τὸ κοπιᾶν τὸν περὶ τὰς στήλας. Sic δοξοκόπους dixerunt, qui induſtriam & laborem omnem ſuum ad gloriæ aucupium referrent. Sic etiam δημοκόπους appellabant, qui in demerendo populo aſſiduè occupabantur: ad cuius beneuolentiam cùm malis artibus plerique iter affectarent, ex eo factum, vt in malam partem id vocabulum ſumeretur. Næ erat iniquum & indignum facinus, virtute, ſtudio, & præclaris laboribus partum cognomen in probri & dedecoris argumentum doctiſſimo viro & de literis optimè merito vertiſſe. Nunc ad rem accedamus.

CAPVT VI.

Paraſiti, epulones ſacri, Iouis paraſiti. Paraſiti in tēplo Herculis. Nothi ſegregati in ſacris ab aliis. Keryces *Athenienſes.* Pallene *&* Pellene. ἐπὶ φυλῆς ἱερέας. *Lex regia Athenienſium.* Βασιλεὺς ὁ ἀεὶ βασιλεύων, *& ſimilia.* βουκόλια. ἀρχεῖον.

TΟ τοῦ παρασίτου ὄνομα, inquit, πάλαι ἦν σεμνὸν καὶ ἱερόν. *Olim paraſiti nomen venerabile erat & ſanctū*, quia nimirum Græcis quondam ita appellati, quos Romani in ſuperſtitionum ſuarum ritibus viros epulones dixerunt. puto etiam *Titios ſodales*, non multum ab iſtis fuiſſe diuerſos. Quid quòd etiam deos epulones finxit væſana antiquitas, quos *Iouis paraſitos* vocat beatus Auguſtinus, de Ciuitate Dei libro ſexto, capite ſeptimo. Quæ deſcribuntur ex Alcibiadis pſephiſmate, aucta ſunt à nobis verbis aliquammultis, quæ reperta in chirographis libris: nondum tamen plena eſt oratio, ſed ſuſpenſa & imperfecta, hoc fortaſſe modo concipienda vt integretur. οἱ δὲ παράσιτοι ἕνα ἐκ τῶν νόθων, καὶ τῶν τούτων παίδων κατὰ τὰ πάτρια παρασιτεῖν ἀναγκαζόντων, (vel εἰς τοὺς παρασίτους εἰσαγόντων.) ὃς δ᾽ ἂν μὴ θέλῃ παρασιτεῖν, εἰσαγέτω ὁ ἱερεὺς καὶ περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον. Iubet lex, vt Herculani templi quod Cynoſargis erat paraſiti, quotannis vnum è ſpuriis aut ſpuriorum liberis, in ſuum ordinem cooptent: ſi quis iure vocatus non obtemperet, vt de eo ad concilium iudicum referat ſacerdos. Paraſitos & epulones in Herculis templo habitos, non mirum: cùm ipſe quoque ἀδηφάγος & voraciſſimus crederetur. Cynoſargis ſacra faciebant ex illegitimo matrimonio nati: quos & lex Moſaica in re ſacrorum iubet eſſe è cæteris ſegreges ad decimam vſque generationem. Deuteronomij capite 23. Plutarchus in Themiſtocle, τῶν νόθων εἰς Κυνόσαργες συντελούντων (τοῦτο δ᾽ ἐστὶν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖνος οὐκ ἦν γνήσιος ἐν θεοῖς, ἀλλ᾽ ἐνείχετο νοθείᾳ διὰ τὴν μητέρα θνητὴν οὖσαν) ἔπειθέ τινας. &c. meminit & in Ἐρωτικῷ. necnon Demoſthenes contra Ariſtocratem. Extat etiam apud Iſæum lex, qua arcentur nothi ab omnibus ſacris gentilitiis. Sic enim habet, μηδὲ νόθῳ, μηδὲ νόθῃ ἀγχιστείαν εἶναι μήθ᾽ ἱερῶν μήθ᾽ ὁσίων ἀπ᾽ Εὐκλείδου ἄρχοντος. Habes ſuper hoc Solonis veterem legē, apud comicum in Auibus. Ait, καὶ τὼ κήρυκε ἐκ τοῦ γένους τῶν κηρύκων τοῦ τῆς μυστηριώτιδος· τούτους δὲ παρασιτεῖν ἐν τῷ Δηλίῳ ἐνιαυτόν. *& vt duo ſint ceryces ſacrorum miniſtri de genere Cerycum, ex ea familia quæ myſteriorum ſacris operabitur. hi vt in Delio templo annum vnum functionem obeant paraſitorum.* Inter antiquiſſimas gentes populi Athenienſium fuit gens κηρύκων, qui non erant caduceatores, neque præcones: ſed ſacrorum miniſtri. Diodorus Siculus lib. 1. Cerycas Athenienſium Ægyptiorum paſtophoris aſſimilat. Hæc ſtirps vt in familias plures erat diſtincta, ita etiam diuiſæ ſingularum familiarum functiones fuerunt. quod obſeruandum, vt intelligantur iſta verba, τοῦ τῆς μυστηριώτιδος. vbi neceſſariò deeſt aliquid, ex vſu loquendi emiſſum: puta ἐφημερίας, vt apud Lucam Euangeliſtam: vel μερίδος, aut σπονδῆς. vt cùm ait Pollux, ὀνομάζονται δὲ καὶ μυστηριώτιδες σπονδαί, καὶ μυστικαὶ ἡμέραι. Ait, ἐν δὲ Παλληνίδι τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγέγραπται τάδε, id eſt, *Donariis quæ in Pallenide porticu habentur, hæc ſunt inſcripta.* Errant qui de Pallene Achæorum vrbe putant hîc agi. Primùm aliud eſt in geographia *Pallene*, aliud *Pallenis*. deinde vrbs Achaiæ quam illi aiunt, non Pallene dicebatur, verùm Pellene. impoſuit eis deprauata

apud Strabonem in descriptione Achaiæ scriptura, in editionibus quæ nostram præcesserunt. *Pallene* dicebatur in Attica populus siue pagus vnus Antiochidis tribûs, *Pallenis* verò loci nomen qui proprius fuit eius δήμου. supplendum enim στοὰ, vel aliud quid. Non intelligo quod scriptum sic est, ἐπὶ ἡ φυλῆς ἱερείας παράσιτοι ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργήττιος Περικλῆς Περικλείτου Πιτθεύς. vertunt docti, *Sub Lycostrato è sacra tribu parasiti fuére Pericles Gargettius Pitthcus Periclitis filius.* Legerunt φυλῆς ἱερᾶς, Ego nullā Athenis sacram tribum noui: imò verò nulla fuit, non dicā ἱερὰ, sed neque ἱερατική, qualis apud Iudæos Leuitica. Erit aliquis sensus, si relicto vacuo spatio ad capiendum tribû nomen quod deest, scribas, ἱερατευούσης vel ἱερευούσης id est, Tali *tribu rem diuinā faciente archonte Lycostrato.* Quid si aliter accipiendum, seruatā voce ἱερείας? Erant enim sacra quibus fœmina sacerdos præerat. vnde illa formula apud Thucydidem & alios historicos frequēs, ἐπὶ ἱερείας τῆς δεῖνα. *sacerdote hac vel illā.* Ita fuerit nomē proprium *Phyle*, nisi aliud eius loco substituendum. vt ἐπὶ δὲ Βερφύλης ἱερείας. de quo suum esto cuiusque arbitrium, sua existimatio. Illud verò certissimum, scribendum esse ἐπὶ Λυκοστράτου Γαργηττίου. *Gargettius & Pittheus* ex consuetudine Attica τὸν δῆμον indicant: neque debuére pro virorum nominibus propriis haberi. Addit, καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως ἡ νόμοις γέγραπται. regem intelligo sacrificulum: nam de antiquis Athenarum regibus non loquitur. Scribe mox ex libro Hœsechij, τὸ τε ἡ τὸν εἰς τὸ συμβίωσιν κατείλεγμένον. non κατηλλαγμένον. *eum qui ad conuiuendum est adscriptus.* Sequitur statim, συγκαταλέγουσι παρασίτους. Dionysius Sinopensis de electione parasitorum apud Athenienses --- οὐδὲ παρέλαβεν εἰς ταῦτα τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ κατέλεγεν ἐκ τῶν πλείστων ἀνδρῶν ἀνδρας. Themison cuius statim fit mentio, videtur descripsisse titulos donariorum, & monumenta antiqua omnia quæ erant in Pallenide. ibi inter cætera fuit lex regibus sacrorum dicta, cuius facta mentio paulò antè. Colligo ex collatione verborum Athenæi & Pollucis. ille ait, Θεμίσων δ' ἐν Παλληνίδι ἐπιμελεῖσθαι ἡ τὸν βασιλέα τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα, καὶ τοὺς παρασίτους οὓς αἱ ἐκ τῶν δήμων προαιρῶνται, καὶ τοὺς γέροντας, καὶ τὰς γυναῖκας τὰς πρωτοπόσεις. Pollux libro tertio, ἡ ἐκ παρθενίας ἐπὶ γεγαμημένη, πρωτόποσις ἐκαλεῖτο. γέγραπται ἡ τοὔνομα ἐν τῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ, ex his colligere est verba quæ describit Athenæus, partem esse legis regiæ; at auctorem & opus, vbi lex illa extabat, docet Athenæus. Βασιλέα τὸν ἀεὶ βασιλεύοντα cùm dicunt Græci, nō intelligunt, vt vertére hic docti, *regem cuius perpetuum erit regnum.* dicant verò nobis, quis ille rex cuius regnum dici meruit perpetuum. Mirum sanè tam absurdam sententiam non pupugisse interpretes, vt quid significaret Græcum illud genus loquendi quærerent diligentiùs. Βασιλεῖς ὁ ἀεὶ βασιλεύων, vel simpliciter, ὁ ἀεὶ βασιλεύς, reges sunt, qui alius post alium regnum obtinent. Latinè exprimi ad verbum phrasis hæc non potest. vertas nō malè, *quisquis rex erit.* aut simpliciter, *rex.* sic apud Dionem & alios οἱ ἀεὶ ὕπατοι. Latini tantùm, *Consules* οἱ ἀεὶ ἄρχοντες, *prætores*. τὸ ἀεὶ, in his & similibus continuam successionem aliorum post alios denotat. Plato libro primo De republica, οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες, πρὶν τοῦ προτέρου μετρίως ἀπολαῦσαι. appellat τὸ ἀεὶ παραφερόμενον, singula fercula, quæ inferebantur mensæ aliud post aliud. potest etiam legi περιφερόμενον. Ita enim mos erat in Atheniensium conuiuiis, vt libro quarto didicimus. Pro ἀεὶ dicunt Græci interdum, ἑκάστοτε. vt apud Plut. in Sertorio οἱ ἑκάστοτε πεμπόμενοι στρατηγοί. & ita passim Parasiti dicebantur olim Athenis, οἱ ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρούμενοι ita noster ex Cratete. Hesychius, quem nullum dubium est indidem hausisse, scribit, ἐκδοχήν. quod redit eodem: Pollux cum Athenæo ἐκλογήν lib. 6. cap. 7. Inusitatā & obsoletā quadam significatione sumitur vox βουνολία, in antiqua lege regia: vnde ista proferuntur, τοὺς ἡ παρασίτους ἐκ τῆς βουνολίας ἐκλέγειν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ ἑαυτῶν ἑκαστον ἑκτέα κριθῶν, δαινύσθαι τοὺς ὄντας Ἀθηναίους ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὰ πάτρια. Veterum legum Græcarum, & Romanarum verba quam plurima etiam doctissimis viris fuisse obscura iam inde à multis retrò sæculis, ineptus sim si probare aggrediar: omnia ignorat qui hoc nescit. Suspicabar, βουνολίας hic dici vel iugerum, vel alium agri modum, ex quo fas fuit parasito cuique hordei hectéum exigere. sed magis ingenua est, in talibus ignorantiæ confessio. Scribe mox ex libris εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεώ, τοῦ ἀρχείου, καὶ τοῦ παρασιτίου. nō cum interpretibus, τοῦ ἀρχαίου. *ad sarciendū templum, tabularium, & parasitium.* ἀρχεῖον non solùm est tabularium, sed ærarium, & templi θησαυροφυλακεῖον. de eo Pollux lib. 1. cap. primo. Idem criticus lib. 6. cap. 7. tangit hunc locum legis regiæ, scribens, Καὶ ἀρχεῖον ἦν Ἀθήνησι παρασίτιον καλούμενον, ὡς ἐν τῷ νόμῳ τοῦ βασιλέως ἐστὶν εὑρεῖν. Lege, Καὶ ἀρχεῖόν τι ἄθ. verba legis apud Athenæum, sic legit Pollux: εἰς τὴν κατασκευὴν τοῦ νεώ, τοῦ ἀρχείου τοῦ παρασιτίου, καὶ τ.

CAPVT VII.

Obseruatio super voce παράσιτος. Carystij libri Περὶ διδασκαλιῶν. διδάσκειν δρᾶμα. διδάσκαλοι & ὑποδιδάσκαλοι, διδασκαλία, θέσις vel κάθεσις. Auctores veteres qui de eo argumento scripserant. Vtilitas διδασκαλιῶν ad chronologiam. item alia nonnulla.

SCRIPSERAT Carystius Pergamenus criticus antiquissimus, *parasiti* nomen eā notione quæ ex Latinis comicis nota est omnibus, ab Alexide comico esse inuentum. Falsam esse hanc Carystij obseruationem docet Athenæus, allato Epicharmi loco, vbi parasitorum fit mentio. Epicharmus inter primos antiquæ

antiquæ comœdiæ poëtas fuit, longè antiquior Alexide, mediæ comœdiæ poëtâ, vt disertè scribitur libro octauo. Hæc animaduersio non est Athenæi, verùm alicuius antiquioris: vnde eam sumpserunt & Athen. & Iulius Pollux æqualis eius, aut paulò etiam natu maior. Sic ille lib. 6. ἐπὶ τῷ παρασιτεῖν κατὰ λιχνείαν ἢ κολακείαν πρῶτος Ἐπίχαρμος τὸν παράσιτον ὠνόμασεν, εἶτα Ἄλεξις. Porrò librum suum, cuius hoc loco fit mentio, inscripserat Carystius, Περὶ διδασκαλιῶν. Nulla vox est magis vsu trita aut notior istâ candidatis Græcæ literaturæ: & tamen paucissimos scio esse, qui illam hoc & similibus aliis locis rectè sint interpretaturi. Magna sanè interpretum hallucinatio, qui vertunt vbique *de Doctrinis*. Non enim de philosophia aut artibus liberalibus tractauerat eo in opere hic criticus, sed de professionis suę proprio argumento: cuius cognitio & iucundissima, & ad historiæ lucem vtilissima. Rem hodie non vulgò cognitam, lubet paucis, quando oblata est occasio, explicare. Studiorum ea fuit quondam ratio, vt maxima eruditionis pars in dramaticorum poetarum, ac pręsertim comicorum lectione & intelligentia poneretur. Inde puriorem Hellenismum, inde notitiam eorum quæ in Rep. erant gesta, inde vitam & mores primorum ciuitatis Atheniensium hauriebant. Itaque ad illustranda huius generis veterum scripta, certatim viri magni contenderunt, iam inde ab incunabilis criticæ professionis, siue grammaticæ, aut quocunque modo appallare volueris eam disciplinam, quæ rectam veterum scriptorum interpretationem profitetur, & diuinum Aristotelem, vt docemus alibi, auctorem habet primum. Attici scriptores διδασκάλους peculiari notione appellarunt quos dixi poëtas. Harpocration, ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς τῶν διθυράμβων, ἢ τῶν κωμῳδιῶν, ἢ τῶν τραγῳδιῶν. Comici scholiastes ad Plutum, φαίνεται τὸ τοιοῦτον, οὐ διὰ τῶν χορηγῶν γίνεσθαι, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν διδασκάλων. & cùm fabulas suas proferebant spectandas, διδάσκειν eos dicebant: sicut etiam Latini *docere fabulam*. & qui productis in theatri coronam poëmatis de palma inuicem certabant, non ἀνταγωνισταὶ propriè, sed ἀντιδιδάσκαλοι nuncupabantur vel ἀντίτεχνοι. Pindari enarrator ad Nemeonicas, σφόδρα γὰρ τῶν πολεμούντων ἡμᾶς ἀντιδιδασκάλων καὶ ἀντιτέχνων φανησόμεθα καταβαίνοντες. alterâ voce Plato vtitur in Phædone, & comici interpres vetus non semel. Hinc appellatæ sunt istæ διδασκαλίαι, de quibus scripserat Carystius, & alij etiam multi, vt mox docebimus. Quid igitur est. διδασκαλία? Duobus modis hæc vox in hac re solet accipi. Primùm pro actione ipsa fabulæ, & editione quæ dicitur etiam κάθεσις. Ranarum interpres. Δίδυμος ὅτι οὐ περιέχουσι θάνατον Δαρείου οἱ Πέρσαι τὸ δρᾶμα. διὸ τινὲς διττὰς θέσεις, τουτέστι διδασκαλίας τῶν Περσῶν φασί. Malim διττὰς καθέσεις. aut si placet θέσεις, feramus libro primo, vulgatam lectionem vbi legitur, ὅτι τὴν Ναυσικάαν ἔθηκε. Nobis tamen aliter videbatur, vt cap. 17. eius libri dictum. exempla huius significatus passim obuia. Altera significatio vocis διδασκαλία est, cùm accipitur pro eo scripto quo explicatur vbi, quando, quomodo, & quo euentu fabula aliqua fuerit acta. Hæ circumstantiæ & similes his, necessariæ sunt ad rectam & plenam dramaticorum poëtarum intelligentiam: imo verò ad capienda rectè historiæ Græcæ tempora. Ideò non leuiter in hac parte doctissimi veterum fuére occupati, qui super hoc libros multos conscripserant: quibus & ipsis nomen è re indiderant Διδασκαλίαι, aut Περὶ διδασκαλιῶν. Omnium primus scriptionis huius exemplum dedit vir laudatione omni maior, Aristoteles. Refert Diogenes Laërtius inter cæteros conscriptorum ab eo librorum indices, istum Διδασκαλίαι α. Didascalias nempe inscripserat philosophus, commentarium quo διδασκάλων vetustiorum ac recentiorum ad sua vsque tempora historiam texuerat, dramata singulorum recensuerat, & cuiusque illorum tempora indicauerat. Parœmiographi in explicatione prouerbij Ὄνου σκιά. Ἀριστοτέλης ἐν Διδασκαλίαις καὶ δράματός τινος φέρει ἐπιγραφὴν, Ὄνου σκιά. Harpocration, ὅτι ὁ Γελασκλῆς ποιητὴς, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς διδασκαλίαις. Aristophanis enarrator ad Aues, οὐκ αὖ ἦν ὁ Φιλοκλῆς τὸν ἔποπα ἐσκευοποιηκὼς τῇ Πανδιονίδι τετραλογίᾳ. ἣν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις ἀναγράφει. Ibidem, Ἀριστοτέλης ἐν ταῖς Διδασκαλίαις δύο φησὶ γεγονέναι Κινησίας. Idem auctor ad Ranas, ἐπὶ Καλλίου τούτου φησὶν Ἀριστοτέλης ὅτι σύνδυο ἔδοξε χορηγεῖσθαι τὰ Διονύσια τοῖς τραγῳδοῖς καὶ κωμῳδοῖς. etsi non nominantur hîc Didascáliæ Aristotelis: tamen non dubium est, inde sumpta quæ affert verba. Reperio etiam sub titulo Κωμικῶν laudatum id opus: de eo namque locutum sentio Erotianum, qui in Hippocratéo Lexico Aristotelem laudat ἐν τοῖς Κωμικοῖς. Exemplum Aristotelis secutus est, vt videtur, discipulus illius Dicæarchus, vir eruditissimus: suadent hoc nobis testimonia aliquot veterum criticorum: licèt operis illius titulum nondum inuéni nominatim expressum. In antiqua hypothesi Ranarum scriptum, οὕτως ἐθαυμάσθη τὸ δρᾶμα διὰ τὴν ἐν αὐτῷ παράβασιν, ὥστε καὶ ἀνεδιδάχθη ὥς φησι Δικαίαρχος. in argumento Oedipi tyranni Sophocléæ, victum fuisse poëtam in commissione eius fabulæ à Philocle, vnius Dicæarchi testimonio probatur: ex hypothesi autem Aiacis Lorarij vtrumque colligas, & scripsisse aliquid in hoc genere Dicæarchum, & Διδασκαλίας tamen scripto suo nomen non fecisse. Sic enim auctor ille, de vero nomine eius tragœdiæ loquens, Δικαίαρχος δὲ Αἴαντος θάνατον ἐπιγράφει. ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς Αἴας αναγέγραπται. Sudauére postea in eodem argumento duo viri πολυμαθέστατοι, Callimachus & Eratosthenes. illius laudatur liber hac inscriptione, Πίναξ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων διδασκαλιῶν: vel vt scribitur apud Suidam, διδασκάλων. Eratosthenes operi suo Περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας titulum dederat. quod

quidem multorum librorum fuisse testis Harpocration, qui in μεταλλεῖς septimum lib. laudat. Vtrumque passim citant grammatici in hanc rem. Aristophanis scholia ad Aues, ὁ Καλλίμαχος ταύτης τῆς διδασκαλίας οὐ μέμνηται. In hypothesi Pacis, φέρεται ἐν ταῖς διδασκαλίαις ὅτι καὶ ἑτέραν δεδίδαχεν ὁμοίως Ἀριστοφάνης εἰρήνην. ἄδηλον οὖν φησὶν Ἐρατοσθένης, πότερον τὴν αὐτὴν ἀνεδίδαξεν, ἢ τὴν αὐτὴν καθῆκε. ad Nebulas, Ἐρατοσθένης φησὶ Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν· σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου ὅτι πρότερον καθεῖται. Huc spectat locus M. Tullij in epistolis ad Atticum lib. 6. *Quis non dixit* Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας, *ab Alcibiade nauigante in Siciliam, demersum esse in mare? redarguit Eratosthenes: affert enim quas ille post id tempus fabulas docuerit.* Post istos tractarunt idem argumentum Carystius, Aristoph. grammaticus & item alij. De Carystij Pergameni *Didascaliis* perhibet testimonium Athenæus hoc loco. meminit eius libri subobscurè, auctor vitæ Sophoclis, νίκας inquit, ἔλαβεν εἴκοσιν ὥς φησι Καρύστιος. *vicit Sophocles vicies, vt scribit Carystius.* nempe in Didascaliis. De Aristoph. testatur idem lib. 8. Ἐγὼ, ait, οὐ περιέτυχον τῷ αὐτοδιδασκάλῳ· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἀναγραφῆς ἀξιωθέντι συνοίδα· οὔτε γὰρ Καλλίμαχος, οὔτε Ἀριστοφάνης αὐτὸ ἀνέγραψαν. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι. Præter omnes hos, industriam suam in isto negotio occuparant nobiles critici Aristarchus, Crates, & alij multi, qui fabulas veterum poëtarum sunt interpretati. De his accipiendum, quoties sine nomine laudantur αἱ διδασκαλίαι. Harpocration, ἐν ταῖς διδασκαλίαις διαφέρεται ὁ Σθένελος τραγῳδίας ποιητής. sic apud Sophoclis, Euripidis & Aristoph. interpretes sæpissimè. Non est autem dubitandum Latinos criticos in recensendis poëtarum Latinorum fabulis, pari diligentia versatos. Extant hodiéque Terentianarum comœdiarum διδασκαλίαι, breuiter & elegãter scriptæ, ac fabulæ cuiusque frõti præpositæ. Præcipua omnium qui didascalias ediderant cura fuit, tempus inquirere, & designare, quo fabularum suarum quamque comici & tragici docuerant. Itaque ex temporum ratione digesta erant singulorum poëtarum dramata. Aristoph. grammaticus in didascalia Antigonæ Sophocléæ. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον. significat fabulã illam, inter Sophocléas, quæ fuére olim 120. aut eo plures, vt docemus lib. 7. locum tricesimum secundum obtinuisse. Neque tantùm singulorum poëtarum separatim, sed etiam omnes omnium quà tragicorum quà comicorum fabulas, pro ratione temporum quibus fuerant publicatæ, digestas cernere erat in criticorum Didascaliis. Itaque Athenæus sub finem libri huius plurium comicorum eclogas recitaturus, ait se χρήσασθαι τῇ τάξει τῶν δραμάτων ὡς ἐδιδάχθη. *seruasse in recitando eum ordinẽ, quo illas auctores docuerũt.* Quantum critici hac diligentia veteres chronologos adiuuerint, soli æstimabunt illi, qui norunt quàm infirma & tenula præsidia habuerint, qui ad ineundam fugacis temporis rationem primi animam appulerunt. Ego non dubito, eò potissimùm spectasse Aristotelẽ, cùm Διδασκαλίας suas componeret: sicut etiam constat, mihi summum virum chronologiæ cuiusdam fundamenta molitum esse, cùm Pythionicas omnes singulari libro recensuit, cuius index Πυθιονικῶν ἔλεγχος: item cùm Dionysiacorum ludicrorum victorias alio scripto est persecutus. Verùm quod heroica virtute instituerat, aut fortasse etiam cogitauerat solùm maximus philosophus, posteri præstiterunt. eximiè verò Eratosthenes Cyrenæus: cuius Canones chronologici non deteriorem facem ineundæ antiquorum temporum rationi alluxerant, quàm libri de comœdia & fabularum didascaliis, rectè intelligendis antiquiorum omnium comicorum scriptis. Non omnia autem comicorum & tragicorum dramata in didascaliis locum habuerunt: sed illa solùm quæ fuerunt acta & commissa: quorum etiam maius fuit semper apud doctos pretium, quàm illorum quæ scripta tantùm, non etiam producta. Athenæus hoc ipso libro, οἶδα δ᾽ ὅτι καὶ οἱ Θυρωπίερσαι καὶ τὸ τοῦ Νικοφῶντος δρᾶμα ἀδίδακτά ἐστι, διόπερ οὐδὲ τελευταῖον αὐτῶν ἐμνήσθην. Idem sentiendum de iis fabulis, quas post editionem minùs faustam auctores interpellauerant & recentauerant. Nam & hæ, nisi illas iterum poëtæ docuissent, ταῖς διδασκαλίαις οὐκ ἐνετάττοντο. Aristophan. scholiastes, Ἐρατοσθένης φησὶ Καλλίμαχον ἐγκαλεῖν ταῖς διδασκαλίαις, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τρίτῳ ἔτει τὸν Μαρικᾶν τῶν Νεφελῶν: σαφῶς ἐνταῦθα εἰρημένου ὅτι πρότερον καθεῖται. λανθάνει δ᾽ αὐτὸν, φησίν, ὅτι ἐν μὲν ταῖς διδαχθείσαις οὐδὲν τοιοῦτον εἴρηκεν. ἐν δὲ ταῖς ὕστερον διασκευασθείσαις εἰ λέγεται οὐδὲν ἄτοπον. αἱ διδασκαλίαι δὲ δῆλον ὅτι τὰς διδαχθείσας φέρουσι. quænam fabulæ dictæ fuerint διεσκευασμέναι, exposuimus lib. 3. cap. 26.

CAPVT VIII.

Pollucis error indicatur. vocis παράσιτος *auctor antiquissimus. Epicharmi versus percurruntur, pelles olim pro lectis & stragulis.* dormio. *ἰαύω. Homerica obseruatio in vulneribus assignandis. Araroťis comici* Hymenæus. *Suidæ locus animaduersus.* Πρυτανεῖα, sportulæ. *Iudicum merces. Multa alia emendantur & obseruantur.*

IN Epicharmi ecloga hoc loco descripta nimis verè dictum experimur à maximo vatum, τῷ δ᾽ ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ, ἕτερον δ᾽ ἀνένευσε. mendas enim codicum vulgatorum, imò verò etiam MSS. omnes abstergere nullo dum studio potuimus: partem certè sustulimus, indubitatis, nisi fallimur, coniecturis. sed monendi sunt initio lectores, commissi in hac quæstione erroris, aut ab Athenæo, aut à Polluce. Nam cùm vterque illorum ex eodem fonte hauserit hanc obseruationem, vt superiore capite dicebamus

dicebam⁹: diuersè tamen animo concepta, & in literas relata est ab vtroque eorum. Quæstio est hæc: quis prim⁹ ex antiquis poëtis fecerit parasiti mentionem. De nomine putauit agi Pollux: noster de re, non de nomine. Porrò diuersa sūt, nomen, & res nomine significata. Ego non dubito lapsum Pollucem incogitātiā & ἀπροσεξίᾳ: quod ei facillimum fuit, Epicharmi & Alexidis versus de quibus quæritur, ob oculos non habenti. Athenæus verò qui potuit, cùm locū integrum Siculi poëtæ describeret? Falsum igitur est quod ait Pollux, πρῶτ☉ Ἐπίχαρμ☉ τὸν παράσιτον ὠνόμασε. Lege versiculos Epicharmi: nusquā in iis nomē παράσιτ☉. at res eo nomine significata graphicè ibi describitur. hoc voluit Athenæ⁹. cū ait de Epicharmo, τὸν παράσιτον παρὰ πότον εἰσήγαγεν. Ipsum quidem nomen & Epicharmo fuit incognitum, & iis qui proximè illum sunt insecuti. In Aristophanis comœdiis quæ supersunt, id verbi non reperias, nisi memoriā labimur. Quare etiam Athenæus obscurè indicat, antiquissimum poëtam, in cuius scriptis id nomen notione hac sibi esset inuentum, Ararotem esse Aristophanis filium. Sic interpretor sequentia verba paulo pòst: Τοῦ δὲ ὀνόματ☉ τοῦ παρασίτε μεμνηνύει Ἀραρὼς διὰ τούτων. Sed ad pēsum nostrū accedamus. Prima Epicharmi verba sunt deprauatissima, nec possunt à nobis corrigi. Sequētibus versibus ingenium suum & mores describit parasitus. Quintum ita exhibent omnes libri ϗ καλισάντιον † λοπάνιον λέγει. Lege seruatis iisdem literis omnibus, vltimâ exceptâ κ' αἴκα τις ἀντίον λῇ τήνῳ λέγειν. *si quis contradicere illi, cui iste parasitatur, velit* egregia emēdatio. Sed pro λῇ Dorico, metrū postulat θέλη. Sextus Τήνῳ κυδάζομαί τε κἀπ' ὦν ἠχθόμαν. Sententia & versus stabunt per hanc lectionem, κήνῳ κυδάζομαί τε ϗ ποτέχθομαι. *illi ego maledico & inimicor.* Nonus, Ἔρπω δ' ὀλισθράζων τε ϗ καθάσκοτος Ἔρημον αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις. Lego, ὀλισθράζων τε ϗ κατὰ σκότ☉ Ἔρημος. Doricum est ἕρπω pro *ingredior*, vt dictum est lib. 1. Ego, inquit, ambulo nutans & labans per tenebras infrequentes ac deserta, vel ἔρημος, *solus.* Decimū, & sequentes duos ita legit Dalecampius, — αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις Τούτοις, ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ὅτι Οὐ λῶντι παίειν, ἀλλὰ μαστιγοῦντί με. & ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, sumit pro, χάριν ὁμολογῶ τοῖς θεοῖς. vt dicat parasitus, se gratias agere, si nocturni excitores contenti flagellatione grauiùs se non lędant. Ingeniosa planè interpretatio: nec video qui possit commodiùs exponi ista scriptura. Sed profectò mendæ veram sententiam obtegunt. quæ huiusmodi potiùs videtur fuisse. Si in vigiles nocturnos incidam, his ego ἀγαθόν τι λέγω, id est, dico dicta quædam de melioribus: atque ita illos mihi concilio, vt inoffensus ab iis discedam. Sententiam opinor, aut corpore toto, aut saltem laciniā tenemus: verba ipsa prehendere non quimus. Aliis fortasse leporem excitauerimus. Versus reliqui sic eduntur.

Ἐπεὶ δ' ἱκνεῦμ' † οἴκαδ' εἰς καταστρώσεις Ἀτρωτ☉ εὕδω ϗ τὸ μὲν πρῶτ' ἐ κοῶ Ἃς χαμὰν † ἄκρατ☉ οἶν☉ ἀμφίεσπ φρένας. Censemus emendandum,

Ἐπεὶ δὲ χ' ἥκον οἴκαδ', εἰς τὰς διφθέρας
Ἄτρωτ☉ εὕδω· ϗ τὸ μὲν πρῶτ' ἐ κοῶ,
Ὄκκα μὲν ἄκρατ☉ οἶν☉ ἀμφέπῃ φρένας.

postquàm verò saluus domum veni, super stratas pelles dormio: atq; vbi primum mentē occupauit merum, nihil audio. Olim pro lecto erant pelles lanatæ in angulo cubiculi stratæ: vnde Romanū, *dormio* à δέρμα. postea inuentis lectis, culcitis, & vestib⁹ stragulis, pauperibus relictæ sunt pelles. ἐ κοῶ, valet, nihil intelligo, omnium rerum curā pono. κοεῖν Doricè pro αἰσθάνεσθαι & νοεῖν. Paulo pòst ita hæc distingue, διὸ ϗ ποιεῖ αὐτὸν ὑπὸ Μενελάου τιτρωσκόμενον κατὰ τὴν γαστέρα, φησὶν ὁ Σκήψιος Δημήτρι☉· ὡς ϗ Πάνδαρον διὰ τὸ ἐπιωρκηκέναι κατὰ τῆς γλώττης. Τιτρώσκει δ' αὐτὸν Σπαρτιάτης ἀνήρ, τὴν ἀσωτίαν ἐζηλωκώς. Obseruatum est à veteribus, nō temerè apud poëtam inferri aut accipi vulnera: sed conuenienter anteactæ vitæ & meritis. Podem, igitur, ait auctor, quia parasiticam exercuerat, ferit Menelaus in ventre: sicut Pan daro periurij reo linguam abscindit Diomedes. In quinta Iliade habes de Pandaro. De Poda sic Ἰλιάδ. ρ. Τόν ῥα κατὰ ζωστῆρα βάλεν ξανθὸς Μενέλαος. [eadem obseruatio apud Dionem Chrysost. in ea dissertatione quam scripsit de Socrate & Homero: necnon apud alios veteres,] Eupolidis *Colaces* noti ex omnibus antiquis: inter celeberrimas enim ea fabula. Versus inde allatos digerant in pristinam metri legem qui volent. res non tam difficilis quàm incerta, maximè propter trochaicorum & anapæsticorum leges parum seueras. In illa ecloga non agnoscit ista Epitomæ auctor, μικρὸν δέ τι † κώμον ἀντῖ. erant videlicet iam tum corrupta. Quid si scribas, μικρὸν δέ τι καταλυμάτιον τι? paruam domunculam sic vocat, & vt ait Syracusanus poëta, εἰλεὸν οὐκ οἴκησιν. Sub finem narrat parasitus casum Acestoris alterius parasiti. σκῶμμα γὰρ εἴπας ἔλεγεν· εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζ' ἀγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ. Prima verba sunt corrupta. Dalec. scribit, σκῶμμα γὰρ οὐδὲν εἴπας, ἔλεγεν. firmant præcedentia, quibus dixit necesse esse, vt dicta dicant, nisi foras velint proiici. Nobis placeat ita potiùs scribere & interpretari, σκῶμμα γὰρ ἄρτως ἔληγεν εἰπεῖν, &c. firmant item præcedentia non enim dicta dicenda solùm aiebat ibi parasitus: sed etiam χαρίεντα, id est, quæ probentur domino. Ergo ita interpretare: vix desierat loqui, & scomma in aliquem iacere: & statim correptus, ac boiā collo impositā, traditus est Oeneo. Quis autem ille? Puto fuisse tum Athenis Oeneum quendam notæ sæuitiæ, vel commentariensem, vel publicum seruum, vel alio quo munere fungentem. Quiduis denique fingam priùs, quam οἶνα *cauponem* vertam cum Dalec. Mendum latet in istis, τοῦ δὲ ὀνόματ☉ τοῦ παρασίτε μεμνηνύει Ἀραρὼς ἐν Μεταίῳ. Scribendum ἐν Ὑμεναίῳ. vnius ex poëtæ huius fabulis index fuit Ὑμέναι☉.

auctor Suidas in iis quę de Ararote. Idem grammaticus ex ea fabula quædam laudat in ἀναθεῖναι, vbi ingẽs facinus auſi ſunt homines imperiti. Sic ille, ἀναθεῖναι καὶ ἐπαναθεῖναι τὸ αὐτό. Α᾽ ϱαρὼς Τ᾽μῶλῳ. ὅπως τι τὴν σύμφλευ ἐὰν καιρὸς ᾖ μετέωρον ἐπὶ τὸ ζεῦγος ἀναθῆσθ᾽ συμφέρει. ineptulus aliquis, ignorans Ἀραρὼς nomen eſſe poëtæ, ſuperioribus verſibus ſubiunxit ineptiſſimam hanc notam. ὅτι τὸ ἀραρὼς ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ πρεπόντως, ἀραρὼς δὲ ἁρμόσας. Alexidis verſus ſubiiciũtur de paraſitorum duplici genere. ſed verſus quintus & ſeptimus, quibus nobiles paraſiti (quos ille σεμνοπαρασίτους vocat) deſcribuntur, mihi ſunt obſcuri, neque habentur in Vindelicianis Excérptis. Poſtremũ ita accipio. Ait, Α᾽λλ᾽ ἂν σ᾽ ἐπαινῶ μᾶλλον αἰτήσῃς μ᾽ ἔτι. Duorũ qui hîc loquuntur, alter diſcipuli, alter doctoris perſonam ſuſtinet. doctori promiſſum de more fuerat mineruał. Eidem ſciſcitanti an non bene doceret: reſpondet diſcipulus, nolle ſe ipſum laudare, ne laudatus occaſionem inde ſumat maiorem exigẽdi mercedẽ. Sed ſcribi malim, Α᾽λλ᾽ ἂν σ᾽ ἐπαινῶ γ᾽ ἄλλο αἰτήσῃς μ᾽ ἔτι. Paraſitos laudãs ait deinceps apud dipnoſophiſtam Timocles, —οὐδὲν ἐστι γὰρ Ε᾽ν τοῖς τοιούτοις χρησιμώτερον βίου. vbi ſcribendum autumo, ἐν τοῖσιν ὅσοι. ex omnib⁹ rebus. Sequitur, εἰ δ᾽ ἐστὶ φιλέταιρον ἔν τι τῶν καλῶν. Dalec. nã ſi quod honeſtum amicis gratũ eſt. Lege. Εἰ δ᾽ ἐστὶ τὸ φιλέταιρον ἕν τι τῶν καλῶν. hoc eſt, ſi colere ſodalitatẽ res cenſeri honeſta debet. In fine hui⁹ ῥήσεως elegans & acutum eſt paraſiti dictum. Is enim poſtquam multa dixit de nobilitate & præſtantia ſuæ artis, poſtremum hoc, ſed Achilléum, vt vult videri, argumentum profert in medium.

Γέρα γὰρ αὐτοῖς ταὐτὰ τοῖς τ᾽ Ολύμπια
Νικῶσι δίδοται χρηστότητ⊙ ἕνεκα,
Σίτησις· ὅ γὰρ μὴ τίθενται συμβολαὶ,
Πρυτανεῖα ταῦτα πάντα προσαγορεύεται.

Ineſt in hac argumentatione acumen ſophiſticum. Vis ſcire, ait, quanto in pretio ſint paraſiti? Cogita eundem haberi honorem virtutis ergò paraſitis, qui habetur Olympionicis τὴν σίτησιν nempe, & victum de alieno. Poterat obiici, res diſſimiles confũdi, & pro ſimilibus malè poni: quia paraſiti quidem in priuatorum ædibus oſſum alienum rodant: at Olympionicæ in prytanéo cibum capiant publicum. It iſte obuiam, & in loco vllum momentum eſſe negat: nam & vulgò illa omnia loco cenſeri prytanéa ac ſolita nominari, vbi cõuiuari licet nullis collatis ſymbolis, & nullo ſuo ſumptu. Vides acumen paraſiti, vel potiùs elegantiſſimi poëtę lepores. Cùm ait χρηστότητ⊙ ἕνεκα, alludit ad vſitatam formulam in Senatuſconſultis, quibus decernebatur bene de Rep. meritis, ἡ σίτησις. ſemper enim ea verba addita, aut ſimilia. ἀρετῆς ἕνεκα, vel εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς τὸν δῆμον. Sed hoc falsò ſumit iſte diſputator ad Cleanthem, tanquam confeſſum: quod nemo ei concedet. nam in hieronicis quidem verum eſt: at in paraſitis nequaquam. Falſum eſt item quod ait, πρυτανεῖα ſolita appellari omnia illa cõuiuia aut loca, vbi ſine ſumptu datur cibus. debuit dicere, ſuo iudicio eſſe dicenda etiam illa πρυτανεῖα. Aliter hunc locum interpretari non eſt: quem neque eruditiſſimus Dalecampius aliter cepit. Non video quomodo colligatur hinc à doctiſſimis viris, πρυτανεῖα fuiſſe dicta alimenta quæ publicè præſtabantur hieronicis. Nunquam Græci, quod ſciam, πρυτανεῖα nominãt illas τροφὰς, ſed τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν. At prytanéa numero multitudinis forenſis vox eſt, quâ ſignificabatur Athenis pecunia ſolita in ſacro deponi à litigaturis. Romani ſeruarunt eum morem, & τὰ πρυτανεῖα Sacramentum dixerunt, vt ait Varro. Interpres Ariſtophanis ſcribit, in Romano foro ſportulas appellari πρυτανεῖα Athenienſium. etſi verò iure mireris cum ſũmo viro hanc interpretationem: non tamen iure illam improbaueris. Sportulas intelligit, de quibus Iuſtinianus In Codice libro ſecundo, titulo De ſportulis & ſũptib⁹ in diuerſis iudiciis faciendis, & ſequente. Generalis ea vox eſt, quã omnes denotantur ſumptus quos litigantes faciebant. peculiariter autem pecuniam iudicibus pedaneis dandam ita vocabãt. Imperator in Nouella 81. ſportulas interpretatur δικαστικὰ, ſiue δικαστικὰς δαπάνας. & modum earum definit, δύο μὲν χρυσοῦς παρ᾽ ἑκατέρῳ μέρους ἐν τῇ προκαταρξει. ἄνα δύο δὲ ἐν τῇ πέρατι τῆς ὑποθέσεως. Quid erant aliud πρυτανεῖα Athenienſium quàm δικαστικαὶ δαπάναι? nam etiam veteres grammatici πρυτανεῖα interpretantur μισθὸν τῆς εἰσαγωγῆς τῆς δίκης. & certum eſt pecuniam, deponi ſolitã Athenis, fuiſſe iudicibus diuiſam: quod docet clarè illa apud comicum in Nebulis diſputatio, de die ἕνη καὶ νέᾳ. Pollux, lib. 8. τὰ πρυτανεῖα ἐλάμβανον οἱ δικασταί. hoc tantùm fuit diſcrimen inter ſportulas & πρυτανεῖα, quod illæ ſine circuitu dabantur iudicibus pedaneis à litigantibus: hæc publico præſtabantur, vt inde ſumerent iudices.

CAPVT III.

Παλαιστὴς αὐτάργειος. προσβαίνειν. πλαμών. Καπνοί. Κονιορτοὶ ἔχειν ἰσίαν. Dexamenus. Lupini pro amethyſto. αἰμωδιᾶν. Alexidis. Τιτθή. κηφῆν παλίμπλυτος. Paraſitorum exercitatio λέγειν ἐπὶ κεφαλαίω. λαλεῖν & λαλιά. ἱερὸς γαμος. Καινούς.

Παλαιστὴν νόμισον αὐτάργειον μ᾽ ὁρᾶν. puta te aliquem palaſtritã Argiuũ videre: Luctæ palmam ſibi vindicabant Argiui. Diotimus poëta epigrammatarius, Α᾽ργείων ἁ πάλα, ὡ Λιβύων. ficta vox eſt αὐτάργει⊙, ad exemplum philoſophorum, qui dicũt. αὐτοαγαθὸν, αὐτοαληθὲς, αὐτοζῶν, & ſimilia. προσβαίνειν πρὸς οἰκίαν [illegible] poſitum eſt προσβαίνειν loco τοῦ προσβάλλειν: niſi ita potiùs ſcribendum. Refert hoc ad nocturnas iuuenum meſſationes: Eſtne, ait, opus vi perrumpere in aliquam domum? aries ſum. . . Πλάτιζ[?]

πλαμών

πλαμμόν. *éſtne aliquid fingendū?* ego ſū *Telamon.* videtur artis figulinæ vocabulum eſſe πλαμμὸν, & inſtrumentum aliquod ſignificare fingendis vaſis neceſſarium: erat & architectorum id verbum, vt Vitruuius indicat libro ſexto capite 10. ſed eâ ſignificatione nullum habet hîc locum. Fortaſſe *Telamon*, proprium eſt viri nomen doloſi & fingendis mendaciis apti.

τοὺς καλοὺς περιφρανῶ καπνούς: Aſſentior eruditiſſimo Petro Victorio de explicatione huius loci. Vulgò tamen Athenis Καπνοὶ appellabantur doſontes, & pollicitatores magni. Scholia Ariſtophanis: λέγεται ὅτι Θεαγένης μεγαλέμπορός τις ἐβούλετο εἶναι, περπερήτης (fortaſſe περιλαλητὴς) ἀλαζών, ψευδόπλουτος. ἐκαλεῖτο δὲ Καπνὸς ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐτέλει. ἐλαίῳ μήτε χρῆσθαι μήθ' ὁρᾶν· κονιορτός. Homines ſquallidos & illuuie laborantes, Κονιορτοὺς vocabant. Demoſthenes contra Midiam. νυνὶ δ', οἶμαι, τούτῳ περιβέβληνται Πολύευκτος Τιμοκράτης, Εὐκτήμων ὁ Κονιορτός. τοιοῦτοί τινές εἰσι μισθοφόροι περὶ αὐτὸν. vide ſequentem Anaxandridæ locum. Ἄρχειν, φονεύειν, μαρτυρεῖν. Lego, Ἄγχειν. ſi quem perditum cupias vel laqueo, vel ferro vel falſo teſtimonio: en me ad omnia paratum. ἔχουσαν, ἤδη κατακλιθεὶς κοσμίως. Lege duos verſus.

Παρεσκευασμένην τε τὴν τράπεζαν, πάνθ' ἃ δεῖ
Ἔχουσαν ἤδη, κατακλιθεὶς ὅγε κοσμίως
Ἀρεστίσας θ' ἑαυτὸν, ἐντραγών τι, κἀμπιών.

nec metro: nec menti poëtæ conuenit, τὸ ἀριστήσας, quod editum eſt. ἀριστίζειν eſt *prandium præbere.* Καὶ τὴν θύραν ἀνεῳγμένην, εἰσέρχομαι ἐνθάδε. In voce εἰσέρχομαι finiri debuit verſus inductâ voce ἐνθάδε, quæ facit metrū ὑπέρμετρον, & pede vno longiorem. Mox etiam ſcribe, Ὅτι δ' ἦν τὸ πρᾶγμ' ἔνδοξον αἰεὶ καὶ καλόν. & pòſt, Ἐν ἅπασι τοῖς δήμοισι θυσίας ποιουμένη. & δήμους intellige τοὺς Ἀττικούς. Atticam diuiſam fuiſſe in δήμους, id eſt, pagos 174. & ait Strabo libro nono, & omnis Athenienſium hiſtoria teſtatur.

Ἔχοντας θυσίας καλῶς βεβιωκότας. Verſus ait eſſe corruptus, nec poſſe ſtare hac lectione ſeruatâ. Scribendū haut dubiè, Ἔχοντας οὐσίας, *diuites,* & honeſto loco natos: vel ἔχοντας ἑστίας. Lares habere, inter primas viri boni & καλοῦ κἀγαθοῦ notas. contrà ἄοικος & ἀνέστιος de ſcelerato dicitur. Homerus. Ἀφρήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος, Ὃς πολέμου ἔραται. Athenæus de Cynicis, κακολόγοι εἰσι, καὶ βοροὶ, καὶ ἄοικοι καὶ ἀνέστιοι. & ſolitus de ſe dicere Cynicus Diogenes, in ſe expetere diras tragicorū, quia eſſet πλάνος, & ἄοικος. Aliquanto pòſt, initio verſûs ſcribe, ἐὰν δ' ἀποπάρδῃ. Quod ait poëta de paraſitorum origine, ſententiam continet hanc. Olim publicè Athenis alebātur in ſingulis pagis, in honorém Herculis: poſtea magiſtratus vt hoc ſumptu liberarent Rempub. diuites elegerunt, quib⁹ alendos paraſitos traderent. τρέφειν παρεκάλουν, de magiſtratu intelligendum: vtique ſi legas τοὺς εὐπόρων τινάς. ſin ſcribas τινὲς, paululum diuerſâ ſententiâ expones, ipſi diuites hortabantur ſeſe ad exhibendos paraſitos. παραπλήσιον τοῖς ἐν τῷ Κλαυδίῳ νῦν σοφισταῖς. expoſuim⁹ ad Suetonij librum quintum, c. 42. τὸ τηγάνιον αἰεὶ τοῦτό μοι κατεσπινέτω. Interpres κατεπίνετο. nihil pronuncio. Suſpectum habeo fabulæ Alexidis titulum qui ſequitur, ἐν δὲ Ὀμυθίοις. libro 3. laudatur Alexis ἐν Ὀλυνθίῳ. eandē vocem hîc quoq; admiſerim libens, vel ἐν Ὀλυνθίοις. Τιμοκλῆς Κενταύρῳ ἢ Δεξαμενῷ. *In Centauro vel Dexameno.* Errat Dalecampius qui emendat Δεξαμενῇ, & vertit *Labro.* Dexamenus hic ille eſt, de quo Appollodorus libro 2. Bibliothecæ, Ἡρακλῆς δὲ εἰς Ὤλενον πρὸς Δεξάμενον ἧκε, κἀκεῖ κατῴκει. καὶ κατέλαβε τοῦτον μέλλοντα δι' ἀνάγκην μνηστεύειν Εὐρυτίωνι Κενταύρῳ Μνησιμάχην τὴν θυγατέρα. Deinde ſcribendum, ἀποκαλεῖ, non ἀποκαλῶν: aut deeſt aliquid, *Caunios* Timoclis agnoſcit Suidas: alium nullum memini. docuerat & Alexis *Caunios:* cuius fabulæ Pollux meminit lib. 7. c. 30. etiam *Epiſtolas* nominat Suidas. Ἤδη προσκαρτερεῖν τι μέλλει, ἀπόδειπνο. Scrib. προσκαρτερεῖν χθαι: minore mutatione quàm vt Dalec. τί ἀποθνῄσκειν μέλλει. Cùm ait poëta Κομιδῇ τεθνηκὼς, τοὺς ἂν ὀκτὼ τοῦ βολοῦ Θέρμους μασήσας: ſignificare videtur, Tithymallum ſiue Dexamenum lupinos quoſdam maximos & plurimos dentib⁹ triuiſſe, vnde ſit ſecutum animi deliquium tantum, vt pro mortuo haberetur: quod ita quidam ſunt interpretati, quaſi vitæ affectus tædio, inediâ ſe enecaſſet: quod Græci ἀποκαρτερεῖν dicunt: ſed hoc poſtea falſum apparuit, redeunte ad ſe qui videbatur mortuus: quem ait poëta non ἀποκαρτερῆσαι, id eſt, finire vitam inediâ voluiſſe: ſed potiùs καρτερῆσαι πίνοντα. id eſt, obfirmaſſe animum ad ſtrenuè bibendum, ſumptis incautiùs lupinis loco amethyſti. Lupinos impedire ebrietatem nō memini legere. orexim quidem illorum eſu excitari, teſtis Dioſc. lib. 2. οἱ θέρμοι ἀπογλυκανθέντες, λεῖοι σὺν ὄξει ποθέντες. στομάχου ἄσην πραΰνουσι, καὶ ἀνορεξίας ἰῶνται. Cùm ait, τοὺς ἂν ὀκτὼ τοῦ βολοῦ, oſtendit lupinorum τὴν ἁδρότητα & magnitudinem: quorum octo menſuram implere potuerint quæ obolo conſtaret. Lege, Οὐ Νεῖλος ἄλφιτ', οὐδὲ Κόρυδος ἀσύμβολος. per ἄλφιτα mazā intellige, & repete ex ſuperioribus ἠράσθη φαγεῖν. Nilus nomen alicuius comedonis. Καὶ γὰρ αἰτεῖτο προῖκα τοῖς φίλοις ὑπηρετεῖν. Et modulus verſus eſt deprauatus: & ſententia peruerſa. Totam lege pericopam reperies hunc eſſe ſenſum: Tithymallum eò progreſſum inſolentiæ, vt non contentus alienâ quadrâ viuere gratis, hoc ampliùs mercedem vltrò poſtulet ſuæ in comedēdo operæ ſibi dari. Lege igitur. —καὶ γὰρ οὐκ Αἰτεῖτο προῖκα τοῖς φίλοις ὑπηρετεῖν, *poſtulabat ne gratis operam ſuam amicis commodaret.* nō malè etiam ſcribas, —καὶ γὰρ οὐκ Ἀναίνετο προῖκα τ. In tertio verſu ſcribe. Ἐπράξεται γὰρ μισθὸν ἐκ τοῦ σοῦ λόγου, Παρ' οἷς ἐδείπνει προῖκα, σύλλεξιν συχνήν. *nam vt tua oratio eſt, exacturus eſt mercedem* (ſiue, *mercedis nomine*) *ab iis apud quos cœnauerit, collectam magnam.* nimis præ iſtâ eſt inconcinna vulgata le-

ctio. Ἀγρεῖν ἰδεῖν εὔοψον, εὐπορῶ τι μὲν Ἡ᾽δισον. de piscibus tantùm loquitur, vt dicebamus cap. 3. & foro piscario: quod declarant sequentia, ἐγχέλυς ὀρφῶν, θύννεια, νάρκας, καράβους, αἱμωδία. vbi τὸ αἱμωδιᾷν nõ idem significat, quod apud Aristotelem & Alexandrum in Problematis. illis αἱμωδία est stupor dentium, & νάρκη ἀπὸ ὀξέος ἢ ψυχροῦ ἐδέσματος. hîc pruritus est dentium, proprium catillonum πάθος: quib⁹ dolere dentes dicuntur, quando cupitos cibos fas illis tantùm videre, non edere; quæ magna est ei hominum generi ὀφθαλμῶν ἀλγηδὼν καὶ ὀδόντων. Hoc voluerunt veteres, qui τὸ αἱμωδιᾷν interpretati sunt τοὺς ὀδόντας ὀδυνᾶσθαι μετὰ κνησμοῦ. *dolere dẽtibus cum pruritu.* In vltimo versu, Ὁπόσα, πυθόμενος δ᾽ ἀποτρέχει εἰς τὰς μεμβράδας. scribendum ἀπέτρεχε. ἐν δὲ Τηθύι. Lib. 10. Ἄλεξις δ᾽ ἐν Τηθύι. *Tethys* pro terra aut mari variè capitur poëtis Græcis & Latinis. Οὐ γὰρ ἔχεις κηφῆνα παλίμπλυτον. Multum in his verbis inest elegantiæ κηφῆνες Græcis, vt Latinis *fuci*, homines ignaui, & fruges consumere nati. παλίμπλυτον, propriè vestimentum dicitur sæpi⁹ politum & lotum à fullonibus, ac proindè nullius pretij: simillimè τρίβωνας appellabant senes effœtos, & Reipubl. inutiles. Euripides Autolyco; —ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρὸν, τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας. Huius epigrammatis postremi versus ita habent,

Τοῦτο δ᾽ ὁ πρέσβυς ἐρεῖ Κέκροπος πόλι, καὶ παρὰ Νείλῳ
Ἔστιν ὅτ᾽ ἐν Μούσαις δριμὺ πέφυκε φυτόν.

Potest τὸ πόλι & tertius casus esse, (non quidem ἐκ συναιρέσεως pro πόλει, sed ἐξ ἀφαιρέσεως alterius ι.) & quintus. Athenas affatur auctor epigrammatis, *O Athenæ! senex Macho qui hîc est sepultus, dicet & notũ omnibus faciet, reperiri etiã in Ægypto viros doctos & acri ingenio præditos.* Quisquis ille fuit qui hoc epigramma fecit, ignorauit cuiàs esset is quem laudabat. Machonẽ enim produnt in Ægypto natũ illa, πέφυκε φυτόν. omnes alij Peloponnesium. quanquam Athenæus honori patriæ, opinor, fauens, in numerum sententiarum hanc retulit sententiam.

ἀποφθεγγόμενος οὐκ ἄξια βιβλίου καὶ μνήμης, ἐν τοῖς ἄλλοις ἦν ἀηδὴς καὶ ψυχρός. inepta sententia. Neque aliter tueri licet τὸ ἄλλοις, quàm si scribatur antè, οὐκ ἀνάξια β. aut pòst, ἦν οὐκ ἀ. Sed Epitomam sequamur, ἐν τοῖς ὅλοις ἦν ἀη. Additur de Philoxeno scurra, ὁ δὲ Φιλόξενος οὐδὲν ἐπὶ κεφαλαίου περὶ τοῦ λέγων ὅτι λαλήσειεν ἢ πικρανθείη πρός τινα τῶν πάντων καὶ διηγήσαιτο, πᾶν ἐπαφρόδιτας καὶ χάριτος ἦν μεστόν. Lege cum Excerptis Hœschelij, πᾶν δ᾽, ὅ τι λαλήσειεν ἢ πικρανθείη πρός τινα τῶν συζώντων. & malè vulgo intellecta verba sic interpretare: *Philoxenus cùm ad propositũ argumentũ nihil diceret rarũ aut singulare, quicquid vel in sermonib⁹ loquebatur, vel irritat⁹ ab aliquo sodaliũ, vel cũ aliquid narraret, omnia erãt illius dicta venustatis & salis plena.* Vt philosophi discipulos assuefaciebãt θέσεις λαμβάνειν, & de proposito argumento oratorio more dicere: sic soliti diuites parasitis suis argumentum dare, in quo suæ εὐστοχίας specimen ederent. hoc vocatur ab Athenæo λέγειν ἐπὶ κεφαλαίου. In hoc genere negat excelluisse Philoxenum: sed cùm suamet sponte iniussus aliquid diceret. Obseruauimus in multis similia ingenia: sunt enim non pauci extemporali quadam vrbanitate præditi, quorum subita & è re nata dicta mireris; studio excogitata non probes aut non magni facias. Ea diuersitas est ingeniorum. λαλεῖν est communi sermone vti. λαλιὰ familiaris collocutio cum amico aut alio. multa de hac Menãder rhetor antiquus & doctus, capite περὶ λαλιᾶς. Theophrasto aliud longè significat λαλιά. Eleganter πικρανθῆναι positum pro iratus loqui. Conuenienter iis quæ dicta sunt, de Euclide & Philoxeno nobilibus scurris, facetiis amborũ euenit. συνέβη inquit, τὸν μὲν Εὐκλείδην κατὰ τὸν βίον, τὸν δὲ Φιλόξενον ὑπὸ πάντων φιλεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι. Lego vt ruentem sententiam tibicine fulciam, ἀεὶ ὑπὸ π. ille dum vixit in fama fuit: hic semper, etiam post obitum. Caussa est, quia Philoxeni apophthegmata, digna quæ referrentur in literas sunt visa: Euclidis verò indigna.

Ἱερὸν γάμον καλεῖτε. quasi dicas, alicuius dearum sponsum. Γάμος pro sponso, aut marito, vt apud Romanos *coniugium* & *matrimoniũ* pro vxore. Cur ὀλολυγμὸς vocarent eos qui splẽdidam & candentem vestẽ gestantes in publicum prodirent, expositum est dudum ad Theophrastũ capite περὶ μικροφιλοτιμίας. Scribe mox vt editum voluimus, ὅπισθεν ἀκολουθεῖ κόλαξ τοῖς λίμβοις ἐπικέκληται. εἰς τοὺς καλοὺς δ᾽ ἄν τις βλέπῃ, Κενός. Imò ille κενὸς & κενόφρων, qui istam vocem primus hîc scripsit. In Excerptis est Καινός, ne id quidem rectum: etsi propius recto. Absque dubio legendum Καινεύς. Cæneum appellabant hominem mollem, & qui muliebribus curis virilem animum exuisset. Qui memoratur in fabulis Cæneus, olim virgo fuerat. Virgilius iterum fœminam factum canit:

It comes & iuuenis quondã: nũc fœmina Cæneus
Rursus, & in veterem fato resoluta figuram.

Porrò nihil viro indignius, quàm aspectu pulchræ formæ nimis affici. nostrâ Francoceltarum lingua aptè dixeris, *damoiseau*, quem poëta ait vocitatum Athenis *Cæneum*. Eustathius qui totum hunc locum Anaxandridæ in nonum Vlyxeæ commentarium retulit, hæc verna prætermisit. Noli dubitare corruptis iam tũ Athenæi codicibus, mendum vidisse Eustathium, emendationem non vidisse.

διατετριμμένος ὑφείλετ᾽ ἄρτι παίζων Ἀτρεὺς ἐκλήθη. Vnde, malum, vox διατετριμμένος? In Excerptis Καινὸς διατετριμμένος iunctim scriptum. quasi ita olim Athenienses appellassent, quem nostra emendatio *Cæneum* vocabat: de quo præiudicium non faciam eruditorum virorum sententiis. At vocem παιδάριον deesse in vulgatis, Eustathius & Breuiator arguunt. Sic enim scribunt, ὑφείλετ᾽ ἄρτι παίζων παιδάριον.

CAPVT

CAPVT X.

Ἥκειν εἰς ἑστίασιν δωδεκάποδος vel δεκάποδος. Suidas notatur. ἱερὸς γάμος festum apud Athenienses. Nuptiæ Iouis & Iunonis. Antiphanis comœdia Scythæ. *Pollucis inconstantia. Timothei fabula* Κυνάγιον. *Callimachi* Πίναξ.

LEPIDISSIMI deinceps recitantur Menandri versus, quos vt ascribere necesse habeamus, librarij fecerunt & interpretes: illi suo more nimis supini; hi plus æquo ingeniosi. κἀν τῇ ὀργῇ δέ φησι,

> Διαφέρει Χαιρεφῶντος οὐδὲ ἓν
> Ἄνθρωπος, ὅς τις ἐστὶν ὡς κληθεὶς ποτε
> Εἰς ἑστίασιν δωδεκάποδος ὄρθιος
> Πρὸς τὴν σελήνην ἔτρεχε τὴν σκιὰν ἰδὼν,
> Ὡς ὑστερίζων, καὶ παρῆν ἅμ' ἡμέρα.

Primus versus claudit, sanandus ita, οὐδ' ὁ διαφέρει Χαιρεφῶντος οὐδὲ γρῦ. Postremam voculam imputat nobis Epitome Hœschelij. In tertio scribendum ὄρθριος. quod non fefellit Dalecampium. At vocem δωδεκάποδος malo consilio mutandam censuit idem in δεκάποδος. Quid illum mouit vt necessariâ syllabâ versum spoliaret? Putauit nempe condicendæ cœnæ statam & certam horam fuisse olim vmbram decem pedum: qui meminisset legere in Erasmi Chiliadibus prouerbium, ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον. sed falsus est. nulla enim fuit legitima hora, quam migrasse esset nefas: verùm vt cuique erat libitum, maturiùs tardiùs, inuitatos iubebant adesse. Hoc scimus nos ex veterum lectione, qui in ea re modò hanc, modò illam pedum mensuram nominant. SEXTÆ HORÆ, siue vmbræ pedum sex Lucianus meminit: cuius nota lex conuiualis in Saturnalibus: λούεσθαι ὁπόταν τὸ στοιχεῖον ἑξάπουν ᾖ. SEPTEM PEDVM vmbræ Hesychius ex aliquo veteri comico. ἑπτάπους σκιά. τοῖς ποσὶ καταμετρούντων τὰς σκιὰς ἐξ ὧν τὰς ὥρας ἐγίνωσκον. DECEM PEDVM στοιχείου multi faciunt mentionem: neque negauerim, procurando corpori eam maximè ordinariam horam fuisse. Iulius Pollux lib. 6. c. 8. τῇ σκιᾷ ἐτεκμαίροντο τὸν καιρὸν τῆς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὁδοῦ, ἣν καὶ στοιχεῖον ἐκάλουν. καὶ ἔδει ἀπιέναι εἰ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον εἴη. Scribendum, ἀπιέναι. respicit hunc Aristophanis locum è Concionantibus σοὶ δ' ἢ μελήσει ὅταν ᾖ δεκάπουν τὸ στοιχεῖον λιπαρῷ χωρεῖν ἐπὶ δεῖπνον Emendanda sunt obiter doctissimi interpretis verba dudum corrupta. Τὸ παλαιὸν, ait, καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον καὶ καλούμενοι, τεκμηραινόμενοι τὴν σκιάν. καὶ οὕτως οἱ μὲν ᾔδεσαν τὰς κλήσεις, οἱ δ' ἀπήεσαν ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις, οὐδ' ἀπὸ τηρήσεως οὔσης αἰτίας, ἐφ' ἧς οἷόν τε ἦν τεκμήρασθαι τὰς ὥρας τελείως. Legendum οὐδέπω τηρήσεως οὔσης ἑτέρας, ἀφ' ἧς οἷόν τε ἦν τ. *cùm nondum extaret vlla alia obseruatio, ex qua sciri posset ad quot horas* Sol *esset progressus*. hoc est, dicere, ante inuentionem gnomonum & horologiorum. Nemo erit, opinor, qui huic emendationi refragetur. Anni sunt tamen ampliùs quingenti, cùm hic locus scribitur non aliter: quod ex Suida cognoscimus, qui doctissimi scoliastæ verba referens in suos commentarios, similiter corrupta & deprauata illa descripsit. Enimuerò antiquæ mendæ, non propterea non sunt mendæ. sed hoc οὐδὲ πάρεργον. DVODECIM PEDVM σκιᾶς meminit hîc disertè Menander. Dalecampium lectionem editam sollicitantem admoneat erroris sui Hesychius, ita scribens, Δωδεκάποδος. οὕτως ἔλεγον ἰδιωτικῶς στοιχεῖα ἢ σκιᾶς. ὅτε γὰρ συνετίθετο ἐπὶ δεῖπνον ἥκειν, τοῦ στοιχείου ὄντος δωδεκάποδος, ὡς νῦν πρὸς ὥρας φασί. putes hunc ipsum Menandri locum ab illo exponi: atque adeò ita puto. Sed quid miramur de duodecim pedibus, cùm sciamus fuisse qui seriùs multò ad cœnam accederent. VIGINTI PEDVM στοιχεῖον obseruare iussus erat is, de quo Eubulus comicus.

> Εἰπόντος αὐτῷ τοῦ φίλου, ὁπηνίκ' ἂν
> Εἴκοσι ποδῶν μετρῶν τὸ στοιχεῖον ᾖ ἥκειν.

Qui sequuntur eiusdem poetæ versus, ita debuerant distingui.

> ---- ἐμὲ γὰρ διέτριψεν ὁ
> Κομψότατος ἀνδρῶν Χαιρεφῶν. ἱερὸν γάμον
> Φάσκων ποιήσειν δευτέραν μετ' εἰκάδα
> Καθ' αὑτὸν. ἵνα τῇ τετράδι δειπνῇ παρ' ἑτέροις.
> Τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν καλῶς.

Quid autem appellat Menander ἱερὸν γάμον? Athenienses eo nomine festum celebrabant, memoriæ perpetuandæ nuptiarum Iouis & Iunonis. Hesychius, ἱερὸς γάμος, ἑορτὴ Διὸς καὶ Ἥρας. nam & natales suorum deorum nôrant veteres, & alios dies solennes [in quibus vel præcipui fuerunt dies, quibus vxores duxerant. Sic Romani Pontifices *Orci nuptias* celebrabant, & quidem ingēti solemnitate, ait Seruius.] Ergo etiam diem illum nôrant, quo Ioui nupsit Iuno: sed nôrant, vt puto, soli Athenienses, aut cum paucis, nam alij populi non adeò ingeniosi: quod indicat Theocritus, qui curiosissimas tantùm fœminarum de nuptiis Iouis & Iunonis satagere affirmat. Πάντα, ait, γυναῖκες ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥραν. De eo festo Menandri versum interpretor: maximè quia sequitur, τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν καλῶς. Olim scribebam, ἱερὸν γάμον, hoc est, *se sacra facturum breui nuptialia*. eo tempore amicos suos inuitabant, vt etiam docet Plutarch. in Sympos. Deinceps habentur Timoclis versus, qui nec satis rectè, & vt puto mutilatè, in omnibus scribuntur libris. Aut proferat aliquis meliores, quàm quibus vsi sumus. Initio, asotum hominem bellè περιφράζει poeta. ὁ Δημοτίων ἢ πρὸς γαμέτην αὐτῷ δοκῶν τ' ἀργύριον. nam is est asotus verè & φερωνύμως, qui assiduas impensas faciens, nō cogitat se rem imminuere suam & frangere. deinde cùm ait, ὁ Χαιρεφῶν μὲν πανταχῶς οἴκαδε βαδίζων φησὶ γ' ὁ ταλαίπωρος. significat tam familiariter Chærephonem ad Demotionem iuisse, cibi sumendi gratiâ, quàm si domum ad se iuisset. Sequitur, Ἀντιφάνης δ' ἐν Σκύθῃ. *Scythas* Athenis vocabant publicos seruos, qui in iudiciis petulantiam litigantium compescebant. Sunt qui *Scythas* hanc fabulam inscribant. Pollux lib. 7. cap. 13. ἐν τοῖς

Σκύθαις Ἀίμφαις ἔφη, Σαράβαρα καὶ χιτῶνας παῖδας ἐνδεδυκότας. Sed notemus eius incogitantiam aut inconſtantiam. Lib. namque 10. cap. 40. poſtquam ex Nebulis Ariſtophanis quædam protuliſſet addit ἐν ᾗ Σκύθαις ἢ Ταύροις, Σαράβαρα καὶ χιτῶνας παῖδας ἐνδεδυκότας. Cum interrogationis nota ſcribendum. οὐκοῦν καὶ δᾷδα καὶ στεφάνους λαβόντες; & in ſequentibus lege cum Dalecampio: μεμάθηκε κωμάζειν. non ἐγκωμιάζειν. Mox, Τιμόθεος Κυνηγίῳ. mirabar fabulæ huius titulum: & neſcio quid hariolabar. ſed venit commodùm in mentem verborum Suidæ, καὶ Κυνάγειον Τιμοθέου δρᾶμα, ὥς φησιν Ἀθήναιος ἐν τοῖς αὐτοῦ. Deinde laudatur dipnoſophiſtæ Ἀπολλόδωρος ἐν Ἱερείᾳ. Iulius Pollux lib. 10. cap. 32. laudat hunc poetam, ἐν τῇ Ἐνεᾷ, id eſt, *in Muta*. niſi tamen ibi quoque ſcribendum, ἐν τῇ Ἱερείᾳ. Cæterùm qui inde afferuntur verſus, non vnius opus habent correctionis. Sunt autem hi,

> Καινόν γε φασὶ Χαιρεφῶντ' ἐν τοῖς γάμοις
> ζεῖν τὸν Ὀφέλλαν ἄκλητον εἰσδεδυκέναι.
> Σπυρίδα λαβὼν γὰρ καὶ στέφανον, ὡς ἦν σκότος,
> φάσκων παρὰ τῆς νύμφης ὁ ταὼς ὄρνεις φέρων
> Ἥκειν δεδειπνηκὼς ἔοικεν εἰσπεσών.

Primum ita ſcribo, καινόν γε φασὶ Χαιρ. Secundum, Ἄκλητον ὡς τὸν Ὀφέλλαν εἰσδεδ. Quartum & quintum. φάσκων παρὰ τῆς νύμφης ταὼς ὄρνεις φέρων Ἥκειν, δεδείπνηκ', ὡς ἔοικεν, εἰσπεσών. Chærephon vt ianitores & admiſſionales ſeruos falleret, finxit ſe iuſſu ſponſæ venire: ac neſcio quos pauones afferre. ſemel autem in ædes intra domum receptus, etiam ad epulas eſt admiſſus, vt par erat. quia turpiùs eiicitur quàm non admittitur hoſpes. Iocum Diphili poëtæ in Chærephontem verſibus Machonis paulo pòſt narratum expoſuimus ad Theophraſtum capite περὶ ἀγροικίας. Lepidus eſt & qui poſtea commemoratur ab eodem Machone Chærephonti iocus. Eſt autem argutia omnis poſita in verbi προσιστάναι ambiguitate: quod non animaduerſum eſt ab interpretibus. Emebat Chærephon in popina carnes à coquo. fortè accidit vt coquus aliquid valde ὀστώδες appenderet: tum Chærephon, μὴ, inquit, προσίστα τοῦτό μοι, id eſt, *noli cum cæteris carnibus etiam illud oſſeum mihi appendere*. reſpondet coquus, *nō eſſe repudiandum illud: nam etiam vulgò dici, carnes ad oſſa eſſe gratiores*. ad hæc Chærephon: *Eſt hoc quidem verum; & quod das nobis ſuaue eſt: ſed tu dum appendis reddis inſuaue.* quaſi dicat, oſſeum illud fruſtum ſi mantiſſæ & auctarij loco detur, gratum fore: non ſi appenſum cum cæteris vendatur vt cætera. hoc illa verba ſignificant. Γλυκὺ μὲν, προσιστάμενον δὲ λυπεῖ πανταχῆ. locus eſt, vt dixi in voce προσιστάμενον: quæ & rem cum aliis appenſam poteſt ſignificare: (nam ἱστάναι eſt pendere:) & cibum, qui diutius in ſtomacho remanens grauis eſt ac moleſtus. Verbum frequens in libris medicorum. Et vitium ineſt, & omnino deeſt vox vna in iſtis: τοῦ Χαιρεφῶντος καὶ σύγγραμμα ἀναγράφει Καλλίμαχος ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν πινάκων. Legendum enim ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι. lib. 14. οἶδα δὲ καὶ Καλλίμαχον ἐν τῷ τῶν παντοδαπῶν συγγραμμάτων πίνακι ἀναγράψαντα. Sed eius operis Callimachi multa apud veteres mentio. Ex quibus etiam conſtat, hanc rationem tenuiſſe illum, vt indicato auctore & titulo alicuius libri, prima verba deſcriberet, ac mox numerum τῶν στίχων ſubnotaret. Vnde colligimus, mendum latere in ſequentibus verbis, εἶτ' ἑξῆς τὴν ἀρχὴν ὑπέθηκεν. Ἐπειδή μοι πολλάκις ἐπέστειλας, στίχων τε ε. quæ interpretatur Dalecamp. *Initium deinde illius operis Callimachus recitat, verſibus quinque delineatum, huiuſmodi: Quandoquidem ad me ſæpius literas dediſti.* Non poterat commodiùs accipi quod ait vulgata lectio, de quinque verſibus. Sed narro tibi, locus eſt deprauatus: & ſcribendum, στίχων τοε, poſito poſt verbum. *Numerus*, ait, *verſuum*, vel vt vulgò loquimur, *linearum* 375. Ex Iuſtiniani præfatione in Pandectas, & ſubſcriptionibus epiſtolarum Pauli Apoſtoli, & locis multis Diogenis Laërtij, aliorúmque ſcriptorum, certum eſt ſolitos veteres ſcriptores verſuum numerum inire, & in vltima cera aſcribere. Idem mos Hebræorum criticorum: qui cùm in hac parte, tum in aliis multis, Græcos & Latinos longo interuallo ſuperaruut. Quòd autem Callimachus idem fecerit, teſtis eſt Athenæus lib. 13. ἀνέγραψεν, ait, αὐτὸν Καλλίμαχος ἐν τῷ τρίτῳ πίνακι τῶν νόμων, καὶ ἀρχὴν αὐτοῦ τήνδε παρέθετο. Ὅδε ὁ νόμος ἴσος ἐγράφη καὶ ὅμοιος. στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν. locum hunc ſic debes vertere, *Meminit legis à Gnathæna latæ Callimachus in Legum tabula tertia: & illius tale principium apponit.* Lex iſta ſcripta eſt æqualis & ſimilis, *continet verſus* 323. Cæterùm non ſolus Callimach. hoc argumentum attigerat, verùm alij quoque multi, qui ſimiliter libros ſuos *Tabularum* tit. proſcripſerãt. De huiuſmodi cõmẽtariis Galenus loquitur, quoties Πινάκων facit mentionẽ, vt in librum De articulis, verba faciens de ſcripto quodam pſeudepigrapho, cui erat titulus, Ἱπποκράτους, περὶ ἀδένων οὐλομελίης: eum librum negat eſſe τοῦ παλαιοῦ, cùm aliis argumentis, tum etiam iſto: quòd auctores Πινάκων nullam eius feciſſent mentionem. οὐδ' οἱ τοὺς πίνακας γράψαντες ἴσασι τὸ βιβλίον.

CAPVT XI.

Ὄψον πετραῖον. κάραβοι ἀληθινοί. κύβιοι τεμαχιστί. ſcarus piſcis. τρίγλαι, pro apuis triglitidibus. ἰχθὺς ἔχων ψῆφον. Menandri Ἀξιόγραφος. Mos Athenis, vt coqui apud gynæconomos ſuum nomen profiterentur. γνώμην ξυμβάλλεσθαι. Mos, vt mali poetæ lapidarentur. δεῖξις. alia non pauca.

DE Archephonte paraſito deſcribuntur Machonis verſus, quorum quintus eſt, ὄψου πετραίου παρατεθέντος ποικίλου. meliùs Epit. παρατεθέντος. ὄψον πετραῖον, piſcis eſt ſaxatilis, quem Plinius ait petroſis locis viuere, vt locuſtas. etiam Ariſtoteli

πετραῖος

πετραῖος ἰχθύς. Versu sexto καράβους ἀληθινοὺς interpretor locustas veras, siue exsuccas, & in quibus carnis non esset amplius quàm in locusta terrestri. Dalec. scribebat, καραβοειδῆ λιθίνους. In septimo, ἐν ᾗ τεμαχίσκοι τρεῖς ἐνῆσαν κώβιοι. Lego, τεμαχισοὶ. Visitatum Græcis verbũ est τεμαχίζειν, *parare ad instar salsamentorum*. inde τεμαχιστοὶ pisces, qui & τεμαχῖται. Cùm autem gobiorum genera plura noscantur, de optimis poeta loquitur. Optimos autem Galenus pronuntiat τοὺς πετραίους. etsi videtur Macho istos à saxatilibus separare. Cùm ait, τῶν μὲν σκάρων ἀπείλαυε, τῶν τριγλῶν θ' ἅμα καὶ φυκιδῶν: videntur scarus, trigla & phycis, vilium & insipidorum piscium nomina esse, vt mænis, membras, & apua Phalerica. Satis compertum est, eundem piscem, aut certè eiusdem nominis, non esse vbique locorum in eadem dignatione. Macho Alexandriæ vitam degens, secutus est iudicium suorum popularium. Scarum ergo inter malos ponit, quem alij præferunt omnibus saxatilibus, & cæteris non paucis. τρίγλας intelligo, non mullos pisces: sed apuas triglitides, quas inter ἀφύας & parui pretij pisciculos ponunt antiqui. Porrò caussa, cur hic parasitus contentus piscibus vilioribus abstineret ab omnibus melioribus, tribus postremis versibus continetur. τὴν ψῆφον ἢ σίδελαι τὴν κατ' ἀδεῖκιι πως. Οὐδ' ἔστιν αὐτῷ πάτριον ὅτι ἀσύμβολον ἰχθὺν ἔχοντ' ἄψηφον ἀδικεῖν ἰδίων. Lego, ἰχθὺν ἔχοντα ψῆφον: aliter neque hellenismus constat, neque sententia. Est autem hæc: Chæriphontem precariò viuentem alieno cibo, religioni habuisse piscem tangere ad lædendum, id est, vt eo vesceretur in mensa, ἔχοντα ψῆφον: memorem namque sortis suæ ac vilitatis, vilioribus piscibus solitum esse contentum. Quid appellat piscem ἔχοντα ψῆφον? Obseruandum allegoricam esse locutionem: sic enim loquitur de piscibus, tanquam de hominibus. ideò vsus verbo ἀδικεῖν pro *edere*. In Rep. dicitur ψῆφον ἔχειν, qui habet ius veniendi in comitia: quod iis ciuibus solum conuenit, qui pleno iure ciues sunt, aut meliore saltem conditione quàm inquilini. Videtur hoc allegorico sermone perstringi Chærephon, tanquam reus peregriniatatis: cuius rei conscientia faciebat illum legitimorum ciuium reuerentem ac metuentem. [Sed Scaliger non ἔχοντα, verùm ἰόντα vel ἰόντι legebat, & locum aliter interpretandum suspicabatur.] Locus ex Axionici *Tyrrhenico* non habet perfectam sententiam, quæ fuisse hæc videtur: Nunc certè vinum ipsis non inest: neque ad excusationem suam poterunt isti vinum prætexere, vt fieri solet. Sequitur Silani Atheniensis venustum dictum de Gryllione parasito. Sed lege, περὶ Γρυλλίωνος περιπατοῦντος ἐρωτηθεὶς τίς ἐστιν οὗτος; *cùm interrogatus fuisset de Gryllione parasito, Quis est iste?* respondet Silanus, Μενάνδρου φησὶν Ἀξιάγναθος. Hæc est lectio scripta omnium librorum: quam & ferre possumus. In vna nempe comœdiarum Menandri mores alicuius insignis lurconis fuerant depicti: cui è re nomen inditum, Axiagnatho. Habent Græci aliquot nomina propria à γνάθος formata, ad denotandam ventris ingluuiem & πολυφαγίαν. cuiusmodi sunt Gnatho, Gnathæna, & in Batrachomyomachia vetere & eleganti carmine, Physignathus. Erit fortasse cui non displiceat verus nostra coniectura, vt scribatur, Μενάνδρου φησὶν ἀξία γνάθος. *est gula Menandro digna*. id est, digna quæ ab optimo poëta traducatur, qualis fuit Menander. Inueni in Excerptis magnam isto loco lectionis discrepantiam. Sic enim ibi scriptum: Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιός φησιν ὅτι Σιλανὸς ὁ Ἀθηναῖος Γρυλλίωνος παρασιτοῦντος Μενάνδρῳ τῷ σατράπῃ παρ' ὃν περιπατοῦντα μετὰ θεραπείας ἐρωτηθεὶς, τίς οὗτος; Μενάνδρου ἔφησεν Ἀξιάγναθος. *Narrat Lynceus Samius, cùm Gryllio parasitaretur Menandro satrapæ, Silianum Atheniensem à purpurato ambulante cum comitatu fuisse interrogatum, Quis iste? respondisse, Menandri est Axiagnathus.* demiror vnde hæc tam diuersa. Corrige mox ἐπεὶ ἰόντος, vbi est editum, ὡς παρὰ τὸν νόμον ὄντι τῆς τριάκοντα ἰόντος. quod Dalec. *quia præter legem & statutum triginta conuiuarum numerum, alios secutus se ingessisset*. Scio Græcum verbum esse ἕπω, *sequor*: sed poëticum, & ab hoc loco alienissimum. Est verò ab ἐπεῖναι, quod significat *superesse*, & legitimum modum excedere. Probat dipnosophista morem fuisse Athenis, vt gynæconomi ventitarent ad conuiuia, & numerum conuiuarum obseruarent. clarè hoc dicit Timocles iis versiculis qui describuntur. Tertius illorum transpositione vocum deprauatus est: βούλησθ' ὁ γυναικονόμος λαβεῖν ἀριθμόν. scribendum, βούλητ' ἀριθμὸν ὅγε γυναικονόμος λαβεῖν. Sequuntur Menandri versus,

Παρὰ τῆς γυναικονόμοις ἢ τοὺς ἐν τῆς γάμοις
Διακονοῦντας ἀπογεγράφθαι πυθόμενος
Ταύτας μαγείρους κατὰ νόμον καινόν τινα.

in quorum primo τῆς pro τοὺς rescripsit Dalec. deceptus eo quod in vulgatis post vocem γάμοις posita est virgula. Iunge verò sic, πυθόμενος παύτας τοὺς ἐν τοῖς γάμοις διακονοῦντας μαγείρους ἀπογεγράφθαι παρὰ τοῖς γυναικονόμοις. Olim coqui inter priuata seruitia raro habebantur: sed ad nuptias aut alias solentes epulas conducebantur. Quò autem seueriùs & fideliùs lex sumptuaria exerceretur, institutum Athenis fuit, vt coqui omnes sua nomina ad magistratus deferrent: quò haberent gynæconomi ei curæ præfecti, quos possent percontari de numero conuiuarum, & cæteris quæ contra legem fierent. In primo Corydi apophthegmate, eorum quæ auctor commemorat, rectè Leopardus vir doctissimus scribi voluit, εἰσφέρειν ἐκέλευσεν ἕκαστον δύο ὀβολούς: non ἑκατὸν, vt etiam Erasmus legerat. Nos quoque ita editum voluimus, astipulante Hœschelij Epitome. &, Γνώμην δὲ συμβάλλεσθαι δ', τί δοκεῖ τῷ δήμῳ. allusio est ad vsitata verba in Senatusconsultis, in quibus solitum decerni, vt proedri senatus auctoritatem proximis comitiis deferant ad populum, rogént

rogéntque vt ſciſcat quod Senatus προβεβούλευκεν. vt in Senatuſconſulto de honore & præmio Eubuli facto, quod nacti beneficio clariſſimi præſtantiſſimique M. Velſeri Auguſtani, alibi ſumus luce donaturi & illuſtraturi, faciente Deo. In eo ſcriptum eſt, δεδόχθαι τῇ βουλῇ τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν χρηματίσαι περὶ αὐτοῦ· τὴν γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τῇ βουλῇ στεφανῶσαι Εὔβουλον. Ad iſtam formulam alluſit Corydus in ioculari Senatuſconſulto; ſed in diuerſiſſimam ſententiam verba torquet. Nam totius decreti ſententia eſt: placere vt accumbentium vnuſquiſque duos obolos conferat ad vinum emendum: Gnome verò id conferat quod populo, id eſt, cæteris conuiuis fuerit viſum. collationem accipe qualis à meretrice peti exigique ſolet. Alterum apophthegma eſt hoc, Πολύκτορος δὲ τοῦ κιθαρῳδοῦ φακῆν ῥοφοῦντος, καὶ λίθον μασησαμένου, Ὦ ταλαίπωρε, ἔφη, καὶ ἡ φακῆ σε βάλλει. *Cùm Polyctor citharœdus in lenticulæ ſorbitione lapidem manderet, O miſer, ait, etiam lens te* lapidibus *inſectatur.* locus eſt acerbus in malum citharœdum. Alludit enim ad morem theatrorum, vbi mali poëtæ ſaxis petebantur, ſicut boni iaculo floris ſerti & ſoluti honorabantur. φυλλοβολίαν Græci appellant: de qua notauimus plura ad Suetonium. Lapidationis theatralis exempla multa apud veteres, præſertim Lucianum. Macrobius ſecundo Saturnaliorum: *Lapidatus à populo Vatinius, cùm gladiatorium munus ederet, obtinuerat vt Ædiles edicerent, ne quis in arenam niſi pomum miſiſſe vellet.* Seneca pater in Cõtrouerſiis. *Hi Ciceroni Caſtium præferrent, niſi lapides timerent.* Satyrici ſcriptor, *Ex his qui in porticibus ſpatiabãtur, lapides in Eumolpum recitantẽ miſerunt:* Idem de poëta & recitatore moleſto, *Itaque non miror ſi te populus lapidibus proſequitur. Ego quoque ſinum meum ſaxis onerabo, vt quotieſcunque cæperis à te exire, ſanguinem tibi à capite mittam. Mouit ille vultum, & ô mi, inquit, adoleſcens, non hodie primùm auſpicatus ſum: immo quoties theatrum, vt recitem aliquid, intraui, hac me aduentitia excipere frequenter ſolet.* Huc etiam pertinet, λιθίνη βαλλητὺς, de qua ſub libri noni finem. [Adeò autem familiaris his mos fuit, vt etiam erga Deos & fana deorum in luctu publico, cùm aliquid acciderat contra populi vota, lapidationes vſurparent. Suetonius lib. 4. *Quo defunctus eſt die Germanicus, lapidata ſunt templa, ſubuerſa Deûm aræ.* Sed & inuiſorum Principum ſtatuas lapidibus inceſſebãt. Chryſoſtomus in priorem ad Theſſalonicenſes, ὁ εἰκόνα βασιλέως ἐπιγνοὺς λιθάζων, ἑαυτὸν καθαλύει.] Atque hinc lux fieri debet etiam ſequentibus Machonis verſibus ſanè quàm obſcuris:

Καλῶς τις ὡς ἔοικε κιθαρῳδὸς σφόδρα,
Μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν τὴν οἰκίαν, φίλον
Αὐτοῦ λίθους ᾔτησεν· ἀπιὼν δ' ἐγὼ
Αὐτῶν πολὺ πλείους φησὶν ἐκ τῆς δείξεως.

Vt tenebricoſum locum illuſtremus, velim ante omnia lector cogitet, proferri ab Athenæo hos verſus, vt probet Machonem mali citharœdi illius feciſſe mentionem, de quo dixit Corydus, *Etiam lenticula lapidibus te inceſſit.* Porrò iam antè non ſemel monuimus, veterum ſcriptorum locos multos eſſe his in libris deſcriptos, non vt erant in auctore primo: ſed compendioſè multis aliquando vocibus, interdum & periodis integris omiſſis, vel ab Athenæo, vel ab iis qui opus deſcripſerunt. Eius rei exemplum hîc manifeſtum. Fingit enim poeta citharœdum infelicem petiiſſe ab amico ſaxa ædificandæ domui: φίλον, ait αὐτοῦ λίθους ᾔτησεν. Quis non expectet, cùm legit hæc verba, reſponſum datum ab amico? Id verò nuſquam apparet. Nihil enim hîc inuenias, quod eò trahi poſſit. Iſta autem quæ ſubiiciuntur in continenti, ἀπιὼν δ' ἐγὼ αὐτῶν πολὺ πλείους φησὶν ἐκ τῆς δείξεως, citharœdi ipſius ſunt, indignantis quòd eos nimis lapides amicus eſſet pollicitus. Quid? ait ille, tu mihi tam parcè lapides promittis? poſſum ego plures reportare è theatro, cum artis meæ ſpecimen edens, lapideo imbre fuero complutus. Δεῖξις, cuius loco Dalec. errore inſanùm magna δῆξις ſubſtulit, idem eſt atque ἐπίδειξις: quę propria theatrorum vox eſt ſæpè à nobis expoſita. Sic iterum vſurpatur infrà hoc libro, ὥσπερ γάρ τις τῶν σοφῶν τὴν τῶν δείξεων ὥραν ἐκάλει. & lib. 14. Λυσανίας δ' ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἰαμβοποιῶν. Μνασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν λέγει ἐν ταῖς δείξεσι τῶν Σιμωνίδου τινὰς ἰάμβων ὑποκρίνεσθαι. Ex iſtis liquidò conſtat Machonis verſus labem accepiſſe. quod vel tacentibus nobis lex metrica palam facit. Quare ita illos ſcribamus.

Καλῶς τις ὡς ἔοικε κιθαρῳδὸς σφόδρα,
Μέλλων ποτ' οἰκοδομεῖν τὴν οἰκίαν, φίλον
Αὐτοῦ λίθους ᾔτησεν . . . .
. . . . ἀπιὼν δ' ἐγὼ
Αὐτῶν πολὺ πλείους φησὶν ἐκ τῆς δείξεως.

CAPVT XII.

Athletarum ἀπογραφὴ *&* ἔγκρισις *item* δοκιμασία. διαιτᾶν. ἄλειπτοι. *Gallorum* παράσιτοι. σφηκίσκος. *Corycei athletarum*, οἰκόσιτος. οὐχ ὑπὸ ἀκκίων, *&* ἐπαινεῖν τὴν κλῆσιν. *Menãdri* Δακτύλιον *drama. Crateti & Menandri* Synariſtuſæ ἀγροικὸς εἰς γῆν. *Phrynichi* Μονότροπος. ἀνημερεῖν. *alia nonnulla,*

Ὀψὲ πρὸς ἔφη τοῦτ' ἤδη· καὶ γὰρ ὁ Ἡρακλῆς ἀπὸ τῆς Ὀμφάλης ἐπὶ τὴν Ἥβην μεταβέβηκε. Acutum: ſed amarum dictum. Significare enim voluit, iſtum breui μεσαιπόλιον. ζημιῶσαι αὐτὸν ἔφη δίκαιον ὅτι οὐκ ἐπιμέλειαν ἀναγράψαι. Alludit ad athletarum morem, qui nomen apud gymnaſiarcham ſoliti profiteri. Græci ἀπογράφεσθαι hoc dicunt. Liban. in epiſtoli. ὅμοιά γε φαίνεται, ὥσπερ ἂν εἴ τις Ὀλυμπιάσι νικήσας πολλάκις, ὕστερον γέρων ἂν ἀπογράφοιτο ἔτι καὶ προσκαλοῖτο τοὺς ἀνταγωνιστὰς. ἐγκρίνεσθαι εἰς τὸν ἀγῶνα, vt apud Themiſtii in oratione primâ, vbi plura ſcriptor diſertiſſimus de hoc more: de quo extat etiam apud Artemidorum caput integrum libro primo. Profeſſioni iuncta erat δοκιμασία. In ea probatione reiiciebantur, qui parum ſe viderentur exercuiſſe,

exercuisse, aut aliàs esse imperiti & inepti. Græci id dixerunt, ἐκπεσεῖν τοῦ ἀγῶνος. cuius contrarium est, ἐγκρῖναι. Verbo ζημιοῦνται alluditur ad pœnas histrionum qui ex legibus recepti, non ex legibus decertabant. fuisse enim κακομαχίας pœnam, & eorum omnium quæ παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον peccarentur, testata res est multis idoneorum scriptorum locis. Proximum dictum illustrauimus libro quarto, cap. 14. Cùm autem dicente Chærephonte, οὐ δύναμαι τὸν οἶνον φέρειν, respondit Corydus, οὐδὲ γὰρ τὸ εἰς τὸν οἶνον. lusit in vario vsu verbi φέρειν. nam & de homine dicitur φέρειν οἶνον, & de vino φέρειν ὕδωρ. Non mirum, inquit, si vinum ferre nequeas: qui ne aquæ quidem ferendæ sis, vllo similis quod οὐ φέρει πολὺ ὕδωρ. Caussam huius ἀδυναμίας sequentia verba indicant: ex quibus discimus ita solitum Chærephontem cibis oppleri, vt aliud quid amplius capere non posset. τοῦ γὰρ Χαιρεφῶντος, γυμνοῦ ἐν ἑνὶ δείπνῳ διεστῶτος. Scripti τοῦ δὲ Χαιρεφ. Verte autem, *cùm Chærephon in quodam conuiuio nudus staret cruribus diuaricatis.* διεστάναι, hîc est, *stare suris apertis*, vt loquitur Varro. Sequentia verba, ὥσπερ τὰς ληκύθους ὁρῶ σε μέχρι πόσου μεστὸς εἶ: accipe de ampullis pellucidis: quales erant quæ è cornu fiebant: nonnullæ etiã quæ è corio. Aiunt enim grammatici, ὄλπην dici propriè τὴν δερματίνην λήκυθον δι' ἧς ἔστιν ὁρᾶν ἔσω τὸ ἔλαιον. *coriaceam ampullam intra quã cerni oleum potest.* εἰωθότος δὲ αὐτοῦ ῥυπαροὺς ἄρτους ἐπὶ τὰ δεῖπνα φέρεσθαι. *cùm solitus esset ad conuiuia sordidos panes afferre.* intellige de conuiuiis quæ ex symbolis cuiusque conuiuarum constabant, & erani dicebantur. minus rectè interpres: *sordidum panem cœnaturis solebat apponere.* Κελτοί φησι περιάγονται μεθ' ἑαυτῶν καὶ πολεμοῦντες συμβιωτὰς οὓς καλοῦσι παρασίτους. *Celtæ circumducunt secum etiam bellum gerentes, conuictores quos parasitos vocant.* Caue putes veteres Gallos vsurpasse in lingua sua vocem *parasitus*. sed accipe sic. vocant Gallicâ voce, quæ respondet Græcæ παράσιτος. Ita solent optimi scriptores loqui. Vt cùm, exempli gratiâ, scribit noster libro quarto, ὃν νῦν καλοῦσι οἱ Ῥωμαῖοι προγευστήν. falsum hoc, nisi iuuetur commodâ interpretatione. sic dixit Galenus, τὸ σῦγμα τὸ Ῥωμαϊκόν, & alia ad hunc modum multa. Ita autem Posidonius vertit nomen vetustæ Gallorum linguæ, *soldurius*. Nicolaus Damascenus εὐχωλιμαῖος interpretatur, alij aliter. res omnibus nota.

Τὰ δὲ ἀκούσματα αὐτῶν εἰσὶν οἱ καλούμενοι Βάρδοι. id est, *eorum acroamata sunt Bardi*. de Gallorum Bardis Strabo, alij. οἱ δειπνοῦσιν ἰσφιδωμένοι τ' ἀλλότρια. Inquinatus locus etiam in membranis. Scribebam οὐ φειδόμενοι. In proximis verbis, ἑαυτοὺς ἀντὶ κωρύκων λέγειν παρέχοντες ἀθληταῖσι. Epitome non agnoscit, τὸ λέγειν. quod quidem positum est pro eo quod dici solet, ὡς εἰπεῖν. ac malebam scribi, ἀντὶ κωρύκων ὡς λέγειν. sed & hanc & superiorem correctiunculam retracto, cùm metricæ legis venit in mentem. Nam Timoclis verba ita distinguenda,

---- Θέρειδες τι τῶν ἐπισιτίων
Τούτων ἱκανάς, οἱ δειπνοῦσιν † ἰσφειδωμένοι
Τ' ἀλλότρι', ἑαυτοὺς ἀντὶ κωρύκων λέγειν
Παρέχοντες ἀθληταῖσι.

In secundo istorum versuum fortè scribendum ἰσφηνωμένοι. Ea voce pulcherrimè exprimitur, quod alibi de parasitis dictum inuenias, sedere eos in conuiuiis ἐκ παραβύστου, in angustum locum receptos, & quasi magna vi eò admissos. Timotheus Cynario, Ἐὰν μὴ παράβυστός τις γένηται Χαιρεφῶν. Ergo ἰσφηνωμένος est παράβυστος. nam σφηνοῦν est βύσαι. & de conuiuarum pressura solet vsurpari. Vetus scriptor apud Suidam, Τιμαγένης κληθεὶς ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ σφηνωθεὶς ἀπέθανεν. Magnus Turnubus emendabat ἰσπεδωμένοι. quæ emendatio, vt ingenuè quod sentio dicam, est optima. Facetè autem poeta homines plenos cibi & probè fartos, corycis athletarum comparat, quos moris erat implere vel sabulo, vel farina, vel ficuum cenchramidibus. Versu qui sequitur, Σὺ δ' οὐδὲ θέσιν Σμικυθίων ἐπιποιεῖς: plerique codd scribunt ἐπιποιεῖ. tum legerem σοὶ initio. Deinde scribe, Τίς οὗτος ὑμῖν ἐστι; emendant ἡμῖν. refragantibus libris. & statim, pro Πλάτων ἐν τετάρτῳ Πολιτείας: scribant ἐν τρίτῳ. Locus extat initio libri quarti. *Pelasgos* Aristophanis laudat Pollux quoque libro decimo, cap. 44. Paulo pòst, quid illa verba significent ἐν δὲ τῇ διασκευῇ αὐτοῦ τοῦ δράματος, expositum ex libro tertio, cap. 26. Αὐτὸν ἀπογαλακτιεῖ, de parasito interpretentur, qui se depellat ipse à lacte: id est, paulatim assuescat posse carere lauta mensa. videntur potiùs regi parasiti, quàm parasito ea conuenire. Ait, περὶ Φίλου λέγων οὐχ ὑπακούοντος γάμων δείπνῳ, qui vocatus ad cœnam nuptialem recusabat. οὐχ ὑπακούειν id significat, quod Attici dicunt ἐπαινεῖν, vt Aristophanes & alij: vel ἐπαινεῖν τὴν κλῆσιν. Xenophon initio Conuiuij: οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Σωκράτην πρῶτον μέν, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἐπαινοῦντες τὴν κλῆσιν, οὐχ ὑπισχνοῦντο συνδειπνήσειν. Ait, καλεῖται δὲ οἰκόσιτος ὁ μὴ μισθοῦ, ἀλλὰ προῖκα τῇ πόλει ὑπηρετῶν. Cur addit τῇ πόλει? nam etiam in priuatis ministerii locum ea vox habet. Theophrastes in Characteribus, τοὺς δὲ διακονοῦντας ἐν τοῖς γάμοις οἰκοσίτους μισθώσασθαι. Ait, Μένανδρος Δακτύλῳ. Scribe, Δακτυλίῳ. id est, *Anulo*, vel *Condalio*. Videtur à Plauto translata: cuius fabulam *Condalium* laudant veteres, Varro, alij. Ait ex Cratere, Ποιμαίνει δ' ἐπίπονον ῥιγῶν δ' ἐν τοῦ Βύζου, δέξετ' ἐπὶ μισθῷ σῖτον. Palatinus codex, Μεγαβύζου. Lego, ῥιγῶν δ' ἐν Μεγαβύζου δέξετ' ἐπὶ μισθῷ σῖτον. *in ædibus Megabyzi rigens pro mercede victum capiet.* describebat miseram alicuius conditionem apud Megabyxum vnum è magnatibus. Cratetis Συναριστώσας Pollux meminit libro sexto, cap. 17. Etiam Menander *Synaristosas* ediderat teste Plinio, libro 23. extremo. & inter Latinos poëtas Cæcilius, teste A. Gellio libro 15. cap. 15. Menandri quæ sequuntur de

προσήγῳ, donec Dionyſ. admonuiſſet manus paropſidibus Præfero hāc lectionem ei quam habet Abbreuiator, ἕως αὐτῶν τὰς χεῖρας ὁ Δ. πρὸς τὰ λ. π. *donec ipſorum manus Dionyſius admoueret paropſidibus.* firmat tamen hanc ſcripturam ſequens narratio iſti ſimilis, & vt Hippocratis verbum vſurpem ἴδιον φάρμακον, de Hieronis adulatoribus. Non omittam dicere, in omnibus manu exaratis libris λεκάρια ſcribi, non λεκάνια. Ita ergo emendabis. Errant qui apud Phrynichum, aut alios mutant veterem in hac voce ſcripturam per ę. ſic libro quarto, λεκάριον φακῆς, & alibi. Quæſiui diu, & adhuc quæro, quis ille fuerit Dionyſius, ad quem Syracuſarum tyrannus eiuſdem nominis, Damoclem legatum miſerit. Nā ſcribit Athenæus de Damocle, ἐπεὶ τὰ πρεσβεύσας ποτὲ μεθ' ἑτέρων ὡς τὸν Διονύσιον, *functus legatione ad Dionyſium.* fuiſſe autem à tyranno miſſum palam faciunt ſequentia: Ego præter tyrannum eā ætate alium nullum noui Dionyſium, de quo recte iſta capi poſſe videantur. Cogitemus igitur, & videamus, num ſit potiùs ſcribendum ὡς τὸν Δίωνα. In ea hiſtoria ſcribo, ἐκεῖνοι μὲν τὸν Φρυνίχου ἢ Στησιχόρου, ἔτι δὲ Πινδάρου, παιᾶνα, ἢ τῶν αὐτῶν τινα ἀναλαβόντες ᾖδον. *illi quidem, ait, aut Phrynichi peanē, aut Steſichori, aut Pindari, aut etiam ſua ipſorū carmina in memoriam reuocantes canebant.* ἀναλαμβάνειν pro ἀναλαμβάνειν εἰς μνήμην: vel ſimpliciter pro, aſſumere in manus: vt apud Polybium, ἀναλαμβάνειν τὰς ἐκείνου βίβλους. Mox ſcribo, ἀκούω γάρ σε πεπραγματεῦσθαι περὶ τούτων: Videlicet τὸν εἰς τὸν Ἀσκληπιὸν παιᾶνα. *te peanem Æſculapio cum cura & ſtudio ceciniſſe.* Sic Ariſtot. Συνεργῆς περὶ τὰ ἠθικὰ πραγματευόμενος Scribe etiam, οἷ' ἐπ' αὐτῷ χειραγωγοῦνται, ἢ δεκτῇ τῶν ἄλλων ἐξυδερκεστέρῳ εἶναι. item, παρὰ τίμιον τινος αὐτῷ πλείους σογκους. non παραιτῆσεις. ſonchus inter viliſſima olera. Plinius lib 22. *Eſtur & ſonchos, vt quem Theſeo apud Callimachum apponat Hecale.* & in Euripidis verſu Μισοῦν τραπέζαις ὅς τις ἐξογκοῖτ' ἄγαν: non τραπέζας. Verbum ἐξογκοῦσθαι, declarant quæ ſcripſimus libro tertio, cap. quinto. τὸν Χρεμωνίδειον πόλεμον. quærant ampliùs hiſtoriæ Atticæ ſtudioſi. Miratur dipnoſophiſta, Athenieſes qui Demadem talentorum decem multā affecerant, quod θεὸν εἰσηγήσατο Ἀλέξανδρον, *auctor fuerat, vt pro Deo coleretur Alexander:* nullum feciſſe Epicrati negotium, qui cenſuerat vt loco nouem prætorum annuorum, totidem legati crearentur ad regem mittendi. Hic verò iure aliquis ipſum miretur Athenæum, qui in eadem lance ponat, eum qui legatos ad regem quotannis creandos ſententiæ loco in ſenatu dixerit, & illum qui palàm ſuis ciuibus nouum deum obtruſit. Sed deſinet mirari, qui obſeruauerit, vocem πρέσβεις in hac narratione ſumi impropriè pro θεωρούς. Legatos ad principes, aut qualeſcumque mortales, Græci vocant πρέσβεις, vel πρεσβευτάς. de hoc genere legationis non ſenſit Epicrates: verùm de alio cultus erat cauſſa, religio & honos diuinus, qui diis quibuſdam præſtabatur ab Athenienſibus. Sic narrāt Plato, Plutarchus, alij, ſolitos mitti Athenis legatos in Delum, ad ludos Olympicos, Pythicos & alios, qui more maiorum pro ſua Rep. ſacra facerent, & dona diis offerrent, hos Græci non πρέσβεις, ſed θεωρούς vocarunt. de iſtius generis legationibus ſine dubio ſentiebat Epicrates. Nam quòd πρέσβεις hic nominatur non θεωροί: aut de induſtria factum id ab Epicrate, quò inuidiam verbi fugeret: vt cùm Romani principes nomen regis à ſe alienarunt, regni vim tenuerunt: aut Athenæi incuriā alterum nomen poſitum alterius loco. Tentare etiam fortaſſe licet, ſuperſcriptam loco gloſſæ vocem, genuinæ ſedem occupaſſe, fraude librariorum. Quicquid huius ſit, clara ex iis quæ diximus, impia mens Epicratis, qui diuinis honoribus regē nierit affectum. Simile Stratoclis commentum de quo Plutarchus in Demetrio: ἔγραψεν ὅπως οἱ πεμπόμενοι κατὰ ψήφισμα δημοσίᾳ πρὸς Ἀντίγονον ἢ Δημήτριον, ἀντὶ πρεσβευτῶν θεωροὶ λέγοιντο καθάπερ οἱ Πυθοῖ ἢ Ὀλυμπίαζε τὰς πατρίους θυσίας ὑπὲρ τῶν πόλεων ἀπάγοντες ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς ἑορταῖς. Non poſſum tā facilè emendare quàm indicare mendam illorum verborum: Narrat, inquit, Polybius lib. 14. [hodie in fragmentis lib. 15. Polybij multa de hoc Agathocle & de Oenanthe.] fuiſſe adulatorem, Ἀγαθοκλέους τοῦ Οἰνάνθης υἱοῦ, ἑταίρου δὲ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως Φίλωνα. ſecuti libros ſcripſimus Οἰνάνθης, cùm ante ſcriptum eſſet Οἰνά. Huraldinus codex, τοῦ Οἰνάνθης υἱοῦ. cætera vt in aliis. Sed aut deſunt hic quædam, aut locus concinnandus in hanc ſententiam: Narrat Polybius Philonē fuiſſe adulatorem Agathoclis, cui Oenanthe mater, qui ſodalium regis Philopatoris vnus fuit. non opus violenta mutatione: tantùm ſcribe ἑταῖρος pro ἑτέρου. Notum ſatis qui dicātur regum ἑταῖροι in hiſtoriis Græcorum & Macedonum. Agathoclem hunc duabus notis diſtinguit ab Agathocle illo figuli filio celeberrimi nominis tyranno: de quo Diodorus Siculus lib. 19. Breuiator excerpſit hinc verba iſta, φασὶ δὲ ἢ τοῦ Φιλοπάτορος βασιλέως κόλακα Φίλωνα. Ita ſolet hic grāmaticus, omiſſis iis quæ non intelligebat, quia erant deprauata, ſententiam ſibi fingere ex ſua libidine, non ex auctoris mente. Cæterùm qui dicitur in editionibus, *Cato Sinopenſis*, dicēdus *Bato*. Lege itaque ex Epitome, Βάτων ὁ Σινωπεὺς ἱστορεῖ. hunc Batonem auctor lib. 14 laudat, & alibi non ſemel. Paulo pòſt, ἢ θεραπεῦσαι τοὺς εὐπόρους μέχρι τῆς τύχης ὅσιος. Dalecampius, *mirum artificem eos colendi qui opibus florerent, quoſcunque nactus eſſet.* quod erat in ſententia præcipuum corrupit. nā μέχρι τῆς τύχης, eſt, *dū fortuna maneret.* Imminutum fuerat Lyſimachi nomen prima ſyllabâ, in iſtis. Ἀτταλου δὲ τοῦ βασιλέως ἐγένετο κόλαξ ἢ διδάσκαλος Λυσίμαχος. reſtituimus fide librorum. nam *Simachus*, ne Græcum quidē eſt, ſed *Simichus* & *Simichidas*. quod addit, ὁ Καλλίμαχος μὲν Θεοδώρειον αὐτὸν ἀναγράφει ſignificat, Lyſimachum iſtum dictum fuiſſe à Callimacho in indice auctorum Theodoréum, quaſi Theodori athei (de quo

Diogenes Laërtius) sectam secutum: neque iis esse assensum, qui Theophrasti discipulum fuisse vellent. Legebatur mox Ἀνδρόμαχον τὸν καῤῥηνὸν: in Huraldino καρηνὸν, & καρνῶν, constanti errore. fecimus vt esset τὸν καῤῥηνὸν, ex cōiectura primò, deinde ex membranis, quibus adstipulatur Plutarchus in Crasso. Scripsimus etiam ὡς τὸν κράσσον πάντα ἀνακοινούμενον, προδοθῆναι Γαῤῥηνῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ. inuenimus vbique ἀνακινούμενον, quod Dalec. *omnia tētantē vt saluus euaderes.* ingeniosè, sed falsò Nam auctor non aliud voluit, quàm quod Plutarc. scribit, Crassum cùm omnium consiliorum participem faceret Andromachum, ab eo fuisse proditum. καὶ τοῦτ᾽ ἴδει, ait, μηδένα περὶ καιροῦ Καῤῥηνῶν πυθέσθαι. πυνθάνεται δ᾽ ὁ ἀπιστότατος Ἀνδρόμαχος, ὑπὸ κράσσου καὶ τοῦτ᾽ πισθεὶς.

CAPVT XIV.

Atheniensium & Romanorum publica adulationes Leana Veneris & Lamia Veneris templa, & de eo genere consecrationis. Paanes translati ad hominum laudationem. Nomina clarorum virorum inserta Saliari carmini. Veteris Ecclesia similis ritus. Demetrij dictum de Atheniensibus.

MVLTA hactenus dipnosophista de singulis adulatoribus dixit, longúmque eorum ex vetere historia catalogum contexuit, qui per infamem assentationem nomen & famam sibi fecerunt. Nunc de publica quorumdam populorum adulatione, scriptor eruditissimus ac πολυμαθέστατος sermonem instituit. Nam & ingeniorum publica quædam est interdum lues, non minùs quàm corporum: neque solùm λοιμικαὶ καταστάσεις, & morbi epidemij, sed & vitia & morum corruptela vniuersos aliquando populos inficiunt. Inest profectò rebus cunctis mortalium quidam velut orbis: & quemadmodùm temporum vices, ita morum vertuntur. Insigne eius rei exemplum est ac documentum, quod nobis hîc ob oculos ab auctore ponitur. Narrat enim, tantam repentè in Atheniensium publicis moribus factam esse mutationem, vt qui fuerant acerrimi modò libertatis vindices, in fœdissimam & turpissimā regum adulationem sint ἀθρόως prolapsi. Miratur Athenæus non sine caussa hanc in eo populo instabilitatem tantam & ingenio um depravationē. Sed quid hoc miueris in Atheniensibus, populo tumidi semper animi verius quàm magni, cùm Romanis illis terrarum dominis, id ipsum videas vsuuenisse? Lege mihi immutatæ Reipubl. historiam apud Dionem & historicos alios. Rem stupore dignam inuenies, quomodo ferox ille & superbus populus, postquam semel iugum collo recepit, fœda ac tetra adulatione principum omnes alias gentes longo interuallo superarit. Non illi plurium annorum duro seruitio fuit opus, vt generositatem omnem exueret. Ad primum nuncium cladis Pompeianæ, & Cæsaris victoriæ ἀλογίστως repentè factus est alius. Porrò adulationis publicæ Atheniensium exempla aliquot profert Athen. in quibus animaduertenda & obseruanda quædam sunt nobis. Primum est huiusmodi: Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερὰ, καὶ Βουρίχου, καὶ Ἀδειμάντου καὶ Ὀξυθέμιδος τῶν κολάκων αὐτοῦ. καὶ βωμοὶ, καὶ ἡρῷα καὶ σπονδαὶ τούτων ἑκάστῳ, καὶ παιᾶνες ᾔδοντο. deest in illis verbum ἀφιδρύθη, vel ἱδρύσαντο: nam Excerpta mutato casu habent βωμὸν & σπονδάς. aut pendet oratio ex illis superioribus, ἐλύπει καὶ τούτους αὐτόν. Indicatur autem obliqua consecratio quædam, & tacita ἀποθέωσις, in illis, Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερά. semel positum Veneris nomen bis intelligendum. *Posuerunt*, inquit, *templa Leana Veneri, & Lamia Veneri*: ita soliti priscì adulatores diis hominibúsque fucum facere, adiecto Deorum vnius nomine ad mortalis eius nomen, quem diuinis honoribus vellent afficere. Ita habes hîc *Lamiam Venerem, Leanam Venerem, Philam Venerem*: lib. 13. *Pithyonicen Venerem*, lib. 7. *Themisonem Herculem*. Latini quoque traditum à Græcis morem tenuerunt. Vnde legere est in eorum monimentis *Iouem Augustum, Iuliam Iunonem, Drusillam Venerem*, & similia. Epitomæ sarcinator de iis qui deinceps nominantur, Buricho, Adimanto & Oxythemide, sic notas καὶ ἦσαν οὗτοι Ἀθηναίων κόλακες. in quo errasse illum constat: erant enim isti non Atheniensiū adulatores, sed regis Demetrij. ideò mox appellantur Athenienses, κολάκων κόλακες, propter tributos parasitis hisce honores. Burichum inter Demetrij duus nominat Diodorus Siculus libro 20. Cæterùm distinctione recta opus habent Athenæi verba, in hunc modum concipienda. Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερά. καὶ Βουρίχου καὶ Ἀδειμάντου καὶ Ὀξυθέμιδος τῶν κολάκων αὐτοῦ, καὶ βωμοὶ, καὶ ἡρῷα, καὶ σπονδαί. τούτων δ᾽ ἑκάστῳ καὶ παιᾶνες ᾔδοντο. Olim apud Græcos religioni habitum, pæanem in cuiusquam mortalium honorem canere. Nota est in Aristotelem calumnia propè ipsi exitialis, quòd diceretur pæanem in Hermiā confecisse. Adulatores verò etiam isto genere honoris ornandos viros principes censuerunt: eâtque etiam hîc tacita quædam consecratio, & in numerum deorum relatio. Multa auctor libro 15. de hoc pæanum abusu: vbi etiam recensionem instituit eorum quibus tributum hoc fuisse Græca historia testatur. Sed primus omnium fuit Lysander, cui παιᾶνες ᾔδηντο, ait Plutarchus in vita. Inuenias in Romanorum historia, quod cum hac obseruatione iuuet conferre. Est enim simile quod factitatum Romæ legimus: vt eorum nomina quos eximio honore vellent decorare, Saliari carmine canenda decernerent. Germanico mortuo hic honos inter alios tributus, auctore Tacito libro secundo. Et M. quoque Antoninus Philosophus, mortuo filio Vero, iussit vt nomen eius Saliari carmini insereretur, teste Capitolino. Iam olim id Romæ institutum: vt ex iis constat, quæ de Mamurio, Veturio, & Lucia Volumnia scribunt Varro, Ouidius,

Ouidius, Festus, Plutarchus, & alij. Vetus quoq; Ecclesia Christiana hunc, vt videtur, morem ad pium vsum traduxit: instituto, vt nomine sanctorum martyrum, Imperatorum, Pontificum summorum, & aliorum fide ac meritis excellentium virorum, sacris diptychis inserta, inter hymnodias recitarétur. qua de re dicemus multa alibi, si vitã Deus produxerit, scitu digna, nec protrita. Addit Athenæus offensum Demetrium tum fœdâ Atheniensium adulatione, dignam magno principe vocem edidisse: ὅτι οὐδεὶς ἐπ' αὐτοῦ Ἀθηναίων γέγονε μέγας κ) ἀδρὸς τὴν ψυχήν. *neminem extitisse ipsius ætate, ex omnibus Athensensibus, virum magnum, & generosi animi.* Par querela Tiberij de sui temporis Romanis, quoties curiâ egrederetur, Græcis verbis in hunc modum eloqui soliti. O HOMINES AD SERVITVTEM PARATOS. In Demetrij verbis quæ adscripsimus, scribebatur perperam & ineptè, ἐπ' ἀδυ, pro ἐπ' αὐτοῦ. quod interpretibus fraudi fuit. Veram lectionem etiam Excerpta habuerunt. Sequitur, τὸ δ' οὖν παράδοξον οἱ Ἀθηναῖοι τῶν κολάκων κόλακες ἐποιοῦντο. οἱ εἰς αὐτὸν τὸν Δημήτριον παιᾶνας κ) προσόδια ᾄδοντες. Videtur auctor indignari vehementius ad cantatum Demetrio regi pæanem, quam ob præstitum honorem eundem illius assentatoribus. Caussa, opinor est, quòd illis quidem tributum hoc decus mortuis, Demetrio verò superstiti adhuc. Manibus autem defunctorum diuini honores minore semper inuidiâ delati, quam viuis hominibus.

CAPVT XV.

Honores varij Demetrio Poliorcetæ habiti ab adulatoribus Atheniensium Itur obuiã cũ altaribus, coronis, & odoribus ξενισμοὶ Cereris & Bacchi eidem decernuntur, ithyphallicum carmen in honorem eius cantatum, cùm Athenas ingrederetur. Ipsum carmen illud exhibitum: quale genus carminis id fuerit. idem variè illustratur atque emendatur. De Atticis Dionysiis, & Mysteriis minoribus & maioribus. non rectè ea confundi à quibusdam. notata illorum tempora. Gradus distincti in accipiendis mysteriis. ἐποπτεύειν. Plutarchi locus animaduersus: alia multa obseruata.

PVBLICÆ Atheniensium adulationis non poterat magis insigne monimentum ab auctore proferri, quàm quod ex Democharis & Duridis Samij historiis commemoratur. Planè eximius hic locus est, & dignus qui à nobis curatiùs illustratur. Igitur de honoribus Demetrij in hæc verba scribit Demochares: ἐπανελθόντα τὸν Δημήτριον ἀπὸ τῆς Λευκάδος κ) Κερκύρας εἰς τὰς Ἀθήνας, οἱ Ἀθηναῖοι ἐδέχοντο, οὐ μόνον θυμιῶντες κ) στεφανοῦντες κ) οἰνοχοοῦντες, ἀλλὰ κ) προσόδια κ) χοροὶ κ) ἰθύφαλλοι μετ' ὀρχήσεως κ) ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ, κ) ἐφιστάμενοι κατὰ τοὺς ὄχλους ᾖδον ὀρχούμενοι κ) ἐπᾴδοντες. Hic est ille Demetrius Poliorcetes, Antigoni F. qui Demetrium Phalereum Casandri Macedoniæ regis auspiciis, sub specie oligarchiæ Athenis dominantem, vrbe expulit, & pristinam Reip. formam, ac libertatem restituit: Anno altero Olympiadis 118. istud accidit, auctore Diodoro lib. 20. Tum igitur populus Atheniensis incredibili gestiens lætitia, ob recuperatam libertatem post annorum 15. seruitutem, in ornando Demetrio nihil reliqui fecit. Facta sunt de illius honoribus varia Senatusconsulta, quorum summam habes apud Plutarchum & Diodorum. Refert Plutarchus inter alia decretum fuisse, δέχεσθαι Δημήτριον, ὁσάκις ἂν παραγένηται τοῖς Δημητρος κ) Διονύσου ξενισμοῖς: *vt quotiescunque in vrbem veniret Demetrius, iisdem ritibus ac ceremoniis peregre aduenientem exciperetur, quibus solerent Ceres & Bacchus.* Eò referri debet ista Democharis ecloga de ingrediente quondam Athenas Demetrio, & exhibitis illi honoribus *Demetrium*, inquit, *Athenas à Leucade & Corcyra redeuntem: Athenienses non solum suffitibus, coronamentis, & libationibus vini exceperunt. sed etiam chori processerunt ei obuiàm, cum prosodiis & ithyphallis, saltãtes & canentes.* Olim omnia hæc diis erant propria, & in illorum tantùm honorem fieri solita, cùm vel in pompa traducerentur, vel aliàs loco mouerentur deorum simulacra, sicut monuimus dudum ad lib. 4. Suetonij Sed suffitus quidem coronæ, & vini affusio, iam ante Demetrij ætatem ad mortalium decoramentum populorum adulatio transtulerat. Q. Curtius de Alexandro loquens Babylonem ingrediente: *Plures obuiàm egressi sunt: inter quos Ragophanes arcis & regiæ pecuniæ custos, ne studio à Mazæo vinceretur, totum iter floribus coronisque constrauerat, argenteis altaribus vtroque latere dispositis, quæ nõ thure modò, sed omnibus odoribus cumulauerat.* Verbum οἰνοχοεῖν, quo vtitur Demochares minus propriè, declarat Plutarchus in Dione, ἀνὰ δὲ διὰ τῆς Ἀχραδινῆς, ἑκατέρωθεν παρὰ τὴν ὁδὸν τῶν Συρακουσίων ἱερεῖα κ) τραπέζας κ) κρατῆρας ἱστάντων κ) καθ' οὓς γένοιτο προχύταις τε βαλλόντων, κ) προστρεπομένων ὥσπερ θεὸν κατ' εὐχαῖς. Quæ subiungit his Demochares, primo omnium mortalium Demetrio tributa sunt: vt obuiàm ei procederent chori, prosodiaca & ithyphallica in eius gratiam composita carmina canentes. Quemadmodum pæan Apollini propriè sacrum fuit carmen, sic ithyphallicum Baccho: neque magis fas fuit hominum laudes isto, quàm illo genere carminis persequi. Potentium adulatores vtrumque genus profanum reddiderunt: sed pæan minore, vt apparet ex libro 15. religione, & multo ante quàm ithyphallus. Tandem & hic mortalibus est communicatus. Primò omnium, & antè diximus, Demetrio id delatum est honoris, cùm demagogis Atheniensibus certatim fœda & nimia censentibus, quæsitior hac adulatio nulla reperiri posset. Iam antè simile quid tentatum fuerat, ab adulatoribus Demetrij Phalerei: vt narratur libro 12. ex Duride sed nondum eò progressa erat istorum impudentia. Atque hi sunt illi ξενισμοὶ Cereris & Bacchi decreti Demetrio,

quos grauis ſcriptor Plutarchus facit adulationis extremam lineam. Sed magnitudinem honoris iſtius aliunde æſtimare non poſſumus, quàm ex carminis ipſius lectione. En illud tibi, candide lector, diligentiâ noſtra rediuium: cùm in textu verborum Athenæi ita diſſimulatum hactenus latuerit, vt à nemine agnoſci dum potuerit. Nos primi, quod præfiſcinè dictum ſit, non næuo aliquo aut crepundiis, ſed corpore omni & agnouimus, & tibi exhibemus agnoſcendum. Id ita habet.

ΞΕΝΙΣΜΟΣ ΔΗΜΗΤΡΟΣ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ.

SIVE

Ithyphallicum carmen Demetrio Poliorcetæ cantatum, cùm Athenas ingrederetur.

Ὡς οἱ μέγιστοι τῶν θεῶν καὶ φίλτατοι
  Τῇ πόλει πάρεισι.
Ἐνταῦθα γὰρ Δήμητραν ἰδὲ Δημήτριον
  Ἅμα παρεστᾷ ὁ καιρός
Χ' ἡ μὲν τὰ σεμνὰ τῆς Κόρης μυστήρια
  Ἔρχεθ' ἵνα ποιήσῃ.
Ὁ δ' ἱλαρὸς, ὥσπερ τὸν θεὸν δεῖ, καὶ καλὸς,
  Καὶ γελῶν πάρεστι.
Σεμνὸς ὅθι φαίνονθ' οἱ φίλοι πάντες κύκλῳ,
  Ἐν μέσοισι δ' αὐτός.
Ὅμοιος ὥσπερ οἱ φίλοι μὲν ἀστέρες,
  Ἥλιος δ' ἐκεῖνος.
Ὦ τοῦ κρατίστου παῖ Ποσειδῶνος θεοῦ,
  Καὶ θεᾶς Ἀφροδίτης.
Ἄλλοι μὲν ἢ μακρὰν γὰρ ἀπέχουσι θεοὶ,
  Ἢ οὐκ ἔχουσιν ὦτα,
Ἢ οὐκ εἰσὶν, ἢ οὐ προσέχουσιν ἡμῖν οὐδὲ ἕν·
  Σὲ δὲ παρόνθ' ὁρῶμεν.
Οὐ ξύλινον, οὐδὲ λίθινον, ἀλλ' ἀληθινόν.
  Εὐχόμεσθα δή σοι,
Πρῶτον μὲν εἰρήνην ποίησον φίλτατε·
  Κύριος γὰρ εἶ σύ.
Τὴν δ' οὐχὶ Θηβῶν, ἀλλ' ὅλης τῆς Ἑλλάδος.
  Σφίγγα περικρατοῦσαν
Αἰτωλίδ', ὅς τις ἐπὶ πέτρας καθήμενος
  Ὥσπερ ἡ παλαιὰ,
Τὰ σώμαθ' ἡμῶν πάντ' ἀναρπάσας φέρει,
  Κ' οὐκ ἔχω μάχεσθαι.
Αἰτωλικὸν γὰρ ἁρπάσαι τὰ τῶν πέλας·
  Νῦν δὲ καὶ τὰ πόρρω·
Μάλιστα μὲν δὴ κόλασον αὐτός· εἰ δὲ μὴ
  Οἰδίπουν τιν' εὑρὲ,
Τὴν σφίγγα ταύτην ὅς τις ἢ καταρημνιεῖ,
  Ἢ σποδὸν ποιήσει.

Carminis huius elegantiſſimi argumentum, quidem ex Demochare Athenæus recitat: verſus verò ipſos, & verba ex Samio Duride. Quòd autem ante hunc diem nemo eruditorum hoc animaduerterit, menda codicis eſt in cauſſa. Nam vbi ſcriptum eſt, Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν κατ' αὐτὸν τὸν ἰθύφαλλον ὡς οἱ μέγιστοι, &c. Scribendum erat, καὶ αὐτὸν τὸν ἰθύφαλλον παρατίθεται ᾀσθέντα οὕτως ..... ὡς οἱ μέγ. Demochares, inquit Athen. ſummam recitauit huius: ſed Duris Samius ipſum aſcripſit, atque inſeruit hiſtoriæ ſuæ 22. Confer Democharis verba cum iis quæ ex Duride afferuntur: ita rem habere luce meridiana clariùs comperies. Iam igitur beneficio noſtro habent ſtudioſi exemplum Ithyphallici carminis, quale nullum reperies aliud in omnibus Græcis aut Latinis monumentis. Conſtat genus hoc carminis ſenario verſu iambico, & trochaico dimetro brachycatalecto. Propriè Ithyphallicus hic poſterior nuncupatur, & ab illo carmē Ithyphallicum. Hermogenes de ideis libro priore, capite de orationis grauitate, de iſto verſu loquens, οἷον μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον. δύο, inquit, εἰσὶν ἐνταῦθα ἰωνικαὶ συζυγίαι, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ ἰθυφαλλικὸν καλούμενον μέτρον, ἐκ τριῶν συγκείμενον τροχαίων, δι' ὧν ἐκλάσθη πᾶς ὁ ῥυθμὸς βιασθεὶς πρὸς τὸ ἐναντίον ἐλθεῖν δακτυλικοῦ καὶ σεμνότητος. Tres trochæi, quos ait Hermogenes, fuére initio iſti, Βάκχε, Βάκχε, Βάκχε. Malè enim capit illius mentem Græcus ſcholiaſtes, qui de Ithiphallicis neſcio quid ad hunc locum mugi- natur, nodum quærens in ſcirpo. Terentianus Maurus,

Ithyphallica porrò dicarunt,
  Muſici poetæ:
Qui ludicra carmine Baccho
  Verſibus petulcis
Graio cum cortice phallo
  Tres dabant trochæos:
Vt nomine ſit ſonus ipſo,
  Bacche, Bacche, Bacche.

Hos verſus poëtæ cum aliis diuerſi generis coniunxerunt. Archilochus omnium primos cum dactylico tetrametro, vt ſcribit Hephæſtion:

Οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα.
  Κάρφεται γὰρ ἤδη.

alij præpoſuerunt iambicum ſenarium, vt factum vides in ſuperiore carmine. Exemplum talis coniunctionis à Callimacho principe manabit, auctore eodem Hephæſtione. Extat lib. 11. fragmentum cuiuſdam Ithyphallici carminis, in quo peruerſi numeri ſunt ad hoc exemplum reſtituendi.

Ἐθύσαμεν γὰρ σήμερον σωτήρια
  Πάντες οἱ τεχνῖται.
Μεθ' ὧν πιὼν τοὺς κέρας, ὡς τὸν φίλτατον
  Βασιλέα πάρειμι.

[Fuére & alius generis Ithyphallici verſus, qui & Priapéi dicebantur, ſiue προσῳδιακοί, tetrametri, quales habentur apud Hephæſtionem & Dionyſium Halicarnaſſéum.] Supereſt iam vt ipſum carmen percurramus. Initio deſunt verſus duo, aut fortaſſe etiam plures. Qui nunc primus eſt, è præcedentibus pendet, huiuſce vel ſimilis ſententiæ.

Νῦν δὴ μεγίστην χαρμονὴν χαίρειν χρεών·
  Νῦν χρεὼν χορεύειν.

Nunc

Nunc gaudendi tempus, & choreas ducendi. Quare? *quia vrbem ingrediuntur maximi & ciuitatis huius amantissimi dij.* Nemo dubitat proximè sequentibus verbis debuisse cōtineri nomina duorum istorum deorum. Hoc nos cùm certò sciremus, duos versus nullo negotio elicuimus, ex mutilata & corrupta scriptione, in cuius luto hæsit Breuiator. Sic enim scriptum in membranis antiquissimis: παρῆσαν ἐνθάδε † Δημήτριος ἅμα παρῆν ὁ καιρός. Primùm Cereris nomen certissima coniectu: à restituimus: deinde labantes versus, quàm commodissimè fieri à nobis poterat, instaurauimus. Cæterùm ex istis verbis & sequentibus coniicere est aliquid de tempore, quo hæc facta sunt Athenis. Ait enim temporis opportunitate coniunctos esse Cererem & Demetrium: cùm quidem illa veniret ad celebranda Mysteria: hic autem, vt Atheniensium afflictis rebus opem ferret. Ergo sub tempus peragendorum Mysteriorum Athenas venit Demetrius. Docti homines nullum discrimen statuunt inter Mysteria, & Dionysia: vnde multa absurda necesse est sequi. Verum quidem est, initia & τελετὰς communes fuisse Cereri & Baccho. Quare etiam Cereri iungitur Demetrius, ceu Bacchus alter. Demetrius enim res gestas eius Dei studiosè imitans, Bacchi cuiusdam instar erat. Diodorus, τὸν παλαιὸν ἐζήλου. Demetrius, τὴν μυθολογουμένην ποτὲ γενέσθαι κατ᾽ ἀνθρώπους τοῦ Διονύσου διάθεσιν. eadem Plutarchus quoque. Verum est etiam, & Dionysia & Mysteria fuisse alia maiora, alia minora. nihilominus tamen falluntur qui ista confundunt. Fuére enim diuersi initiorum dies à diebus Dionysiorum. Maiora Liberalia mense Anthesterione agebantur. Vlpianus in eam contra Leptinen, Τοῖς μεγάλοις Διονυσίοις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς πλείονος γινομένης δαπάνης, εἷς χορηγὸς ἑκάστης φυλῆς καθίστατο. Eadem & antiquiora vocabantur, & duodecimâ huius mensis instituebantur ad ipsam arcem, in vrbis parte quam vocabant Limnas. Thucydides in secunda historia, τὰ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό, τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον καὶ τὸ τῆς Γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. Demosthenes hoc ipsum testatur: docetque hoc ampliùs annua fuisse hæc Bacchanalia, in oratione contra Neæram. Διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἕστηκε, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα. ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. Diuersa ab hoc festo fuére Liberalia τὰ ἀστικά, quæ Elaphebolione celebrabantur, & erant trieterica. At mysteria maiora, non eo mense, sed altero ab isto, qui Boëdromion dictus Plutarch. in Demetrio, ἐτελεῖτο τὰ μεγάλα μυστήρια Βοηδρομιῶνος. Idem in Phocione, εἰκάδι ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη, μυστηρίων ὄντων, ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσινάδε πέμπουσι. eadem penè verba in Camilli vita, & apud Polyænum. Idem Plutarchus in Alexandro scribit, nobilem ad Arbela siue ad Gaugamela pugnam fuisse commissam, Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν τῶν μυστηρίων τῶν Ἀθήνησιν ἀρχήν. Sed in hac historia dissentiunt alij ab illo. Arrianus in sequentem mensem refert. Τοῦ τέλος τῇ μάχῃ ταύτῃ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους, μηνὸς Πυανεψιῶνος. Similiter diuersis temporibus peragebantur minora Dionysia & minora Mysteria. Illa quidem mense Posideône. Theophrastus in rustici hominis descriptione, Ποσειδεῶνος τὰ κατ᾽ ἀγροὺς Διονύσια. hæc verò Anthesterione, Plutarchus in Demetrio, τὰ μικρὰ μυστήρια τοῦ Ἀνθεστηριῶνος ἐτελοῦντο. [Quemadmodum autem Dionysia maiora fuerunt annua: sic & mysteria siue Eleusinia sacra. Aristides in Panathenaica, loquens de illis sacris: μόνοι τῶν Ἑλλήνων καθ᾽ ἕκαστον ἔτος ποιεῖτε πανήγυριν, οὐδεμιᾶς πεντετηρίδος φαυλοτέραν, καὶ δέχεσθε τῇ Ἐλευσινίων πλείους ἢ ἕτεροι τῇ πάσῃ πόλει.] Porrò Mysteria cùm nominant auctores simpliciter, maiora intelliguntur. Theophrastus, Βοηδρομιῶνος τὰ μυστήρια, nempe maiora: de quibus verisimile est locutum Ithyphalli istius auctorem. Ergo circa Boedromionis mensis diem vicesimam hæc sunt acta Athenis. Sed cùm certum sit, Demetrium non semel aut iterum venisse Athenas, verùm sæpius, quis fuit annus itineris huius? Id verò silente historiâ sciri hodie non potest: etsi id tempus designare voluit Demochares, cùm scriberet, cum ista accidisse, cùm Athenas est reuersus Demetrius à Leucade & Corcyra: quod hodie amissis illorum historicis, parum nos adiuuat. Quinetiam quod de Boëdromione mense modò dicebamus, eo minùs certum, quia constat anno tertio Olympiadis 119. Vrbem ingressum esse Demetrium mense Munychione, & statim opertaneorum sacrorum ritûs omnes accepisse. Non contentus enim honore ξενισμῶν sibi decretorum, literis missis ad senatum minarum plenis obtinuerat, vt spretis omnibus legibus, vno die consequi sibi liceret, quod aliis vix longo tempore concedebatur. Magni præmij loco tributum nonnullis (vt Herculi atque Hippocrati) legimus, sed oppidò paucis, vt initiorum fierent participes. Soranus in vita Hippocratis, Ἱπποκράτης λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρ᾽ Ἀθηναίοις, οἵ τινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ᾽ Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν. Erant autem quasi gradus in participatione mysteriorum obseruandi. Prima omnium fuit ἡ κάθαρσις, & purificatio quædam: deinde sequebantur mysteria parua, quibus instituebantur & præparabantur ad maiora: postremus erat actus, mysteriorum maiorum acceptio, & illa quæ dicebatur ἐποπτεία. Clemens Alexandrinus, Stromat. lib. 5. οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ᾽ Ἕλλησιν, ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν· μετὰ ταῦτα δ᾽ ἐστὶ τὰ μικρὰ μυστήρια, διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων. τὰ δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων, οὗ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ, καὶ περινοεῖν τήν φύσιν καὶ τὰ πράγματα. Etsi autem tria distinctim, tanquam diuersa, ponuntur à Clemente,

non tamen tres erant μυήσεις, sed duæ tantùm: nam purificatio non separatur à paruis mysteriis. Harpocration. οἱ μυηθέντες ἐν Ἐλευσῖνι ἐν τῇ δευτέρᾳ μυήσει ἐποπτεύειν λέγονται. Vltima autem fuit meta, fieri epoptam & ephorum. [ideò Plutarchus in 8. Symposiacorum, τέλος ἐποπτείας τελετῆς.] quare ἐποπτεύειν, prouerbij instar, de fruitione summi boni dicitur. Aristophanes Ranis, μάλα γ' ἐποπτεύειν δοκῶ, ὅταν καταφρονῶμαι λάθρα τοῦ δεσπότου. priùs dicebantur μύσται, non ἐπόπται. Suidas, οἱ τὰ μυστήρια (parua nempe) παραλαμβάνοντες μύσται καλοῦνται. οἱ δὲ τοῦ ἑξῆς ἐνιαυτοῦ ἔφοροι, καὶ ἐπόπται. non est Suidæ ista obseruatio: sed Symmachi antiquissimi critici, ex quo totidem verbis hæc describuntur ab Aristophanis scholiasta. etiam Philochorus apud Harpocrationem separat, τὰ ἱερὰ τά τε μυστικὰ καὶ τὰ ἐποπτικά. Ex verbis Symmachi cognoscimus, non statim à paruis initiis patuisse viam ad maiora: sed annum fuisse intermedium à priore initiatione ad consummationem religionis. Migrauit has leges Demetrius, qui sine vlla intercapedine minora maioráque initia percipere voluit. Philochorus, Δημητρίῳ ἴδιόν τι ἐψηφίσαντο παρὰ τοὺς ἄλλους, τὸ μόνον ἅμα μυηθῆναι καὶ ἐποπτεῦσαι, καὶ τοὺς χρόνους τῆς τελετῆς τοὺς πατρίους μετακινηθῆναι. Quod autem annus necessariò intercederet inter vtramque τελετὴν, etiam Plutarchus testatur in hac ipsa historia. ἐποπτεύουσι δὲ τοὐλάχιστον ἀπὸ τῶν μεγάλων ἐνιαυτὸν διαλιπόντες. Scribe, ἀπὸ τῶν μικρῶν. & obserua verbum non temerè positum, τοὐλάχιστον. nam reuera minimum spatium quod intericeretur annuum fuit. vt plurimùm quinto anno post parua, suscipiebantur illa maiora. Tertullian. ex emendatione diuina Iosephi Scaligeri. *Nam & illa Eleusinia heuresis & ipsa Attica superstitionis, quod tacent, pudor est. Iccirco & aditum prius cruciant: diutius initiant, quàm consignant: quum epoptas* (intellige futuros epoptas: nam mystæ tãtùm fiebant primâ institutione) *ante quinquennium instituũt, vt opinionem suspendio cognitionis ædificent, atque ita tantam maiestatem exhibere videantur, quantã præstruxerunt cupiditatem. Sequitur iam silentij officium: attentè custodiunt quod tardè inuenitur. Ceterùm tota in adytis diuinitas, tot suspiria epoptarum, totum signaculum linguæ, simulacrũ membri virilis reuelatur.* Sed operæ pretium fortasse nonnullum fecerimus, si Plutarchi super initiatione Demetrij verba recitauerimus. Is postquã dixisset, iussos fuisse Athenienses à rege hunc ipsi honorem decernere, addit, ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, μόνος ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν Πυθόδωρος ὁ δᾳδοῦχος· ἐπέρανε δὲ οὐδέν· ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος, Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ψηφισαμένους καλεῖν καὶ νομίζειν, ἐτέλουν Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἄγραν. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐξ Ἀνθεστηριῶνος ὁ Μουνυχιὼν γενόμενος Βοηδρομιὼν, ἐδέξατο τὴν λοιπὴν τελετὴν, ἅμα καὶ τὴν ἐποπτείαν τοῦ Δημητρίου προσεπιλαβόντος. Ait, lectis Demetrij literis solum sustinuisse contradicere Pythodorum daduchum. illum quoque frustra. itum enim in sententiam Stratoclis: eóque auctore decretum, vt mensis qui tum fortè agebatur (Munychion is fuit) vocaretur atque censeretur Anthesterion: itaque Demetrio priora initia sunt communicata rursus post illa, Munychion idem de Anthesterione factus Boëdromion, reliquos initiorum ritus recepit: ipsámque adeò epoptiam Demetrius consecutus est. In Græco textu quid sit, ἐτέλουν τῷ Δημητρίῳ τὰ πρὸς ἄγραν, non scio: etsi non dubito sententiam esse quam expressimus. Fortè scribendum, τὰ πρότερα ἱερά; vel τὰ πρὸς ἁγνείαν. *initiarant Demetrium iis sacris quæ ad castimoniam spectabant.* ad maiora mysteria non perueniebatur, nisi post longam castimoniam: cuius ritus docebantur qui ad minora admittebantur: Nihil enim fuére aliud parua mysteria, nisi præparatio quædam ad altera: sicut etiam docet vetus dictum, ἴσος τὰ μικρὰ τοῦ θανάτου μυστήρια. Duodecimo versu comparatur Demetrius Soli propter summam pulchritudinem. Non hoc ei largiuntur mendacio adulatores: formosissimus enim fuit: adeò vt scribat Plutarchus, vicisse illius naturalem pulchritudinem omnium pictorum ac statuariorum artem & industriam. Diodorus quoque, ἦν δὲ, ait, καὶ κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, καὶ κατὰ τὸ κάλλος ἡρωικὸν ἀποφαίνων ἀξίωμα· ὥστε καὶ τοὺς ἀφικνουμένους τῶν ξένων θεωροῦντας διαπρεπῆ κατεσκευασμένον ὑπεροχῇ βασιλικῇ, θαυμάζειν καὶ παρακολουθεῖν ἐν ταῖς ἐξόδοις, ἕνεκεν τῆς θέας. 15. versum & duos sequentes ita expressit Demochares, οἱ δ' ἄλλοι καθεύδουσιν, ἢ ἀποδημοῦσιν, ἢ οὐκ εἰσίν. eleganter. In 18. Σὲ δὲ παρόνθ' ὁρῶμεν, similis adulatio atque in illo, *Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos. &* *Cœlo tonantem credidimus Iouem regnare: præsens diuus habebitur Augustus.* Sphinx illa de cuius latrociniis conqueruntur Athenienses, dux aliquis Cassandri fuit in Ætoliæ munito loco Atticæ proximo collocatus, cum expedita manu militum. ex illa arce faciebat quotidie impressionem in illorum agros, qui ab Atheniensibus stabant. sæpe etiam per Locrorum fines, Phocensium, & Megarensium in Atticam vsque excurrebat populabundus: vt res suas ferri agique, & captiuos abduci è suis viderent sæpe Athenienses, cùm interea resistere non possent. Hoc igitur malo tanto liberari à Demetrio petunt Athenienses. Cum Ætolis bellum gessisse eum regem Plutarchus indicat: sed eius belli alia videtur fuisse caussa.

CAPVT XVI.

Mos conuiniorum, libare regibus & principibus. οἱ Δημιοθεν Ἀθηναῖοι. Θερικοί. ἀμύνεσθαι τὸ κάλυμμα. ἄνακτες Cypriorum. Γεργῖνα. Γλοῦς. κλίμακα κατασκευάζειν ἐξ ἑαυτῶν. mulieres ἐπωστίδες. μαγῳδεῖν Ταυροπολικά. τριοδοι mulieres. λήδιον. ψῦγμα, flabellum. alia nonnulla.

Οἱ τὸν συσκευωρήσαντα τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα ἀποκτείναντες. Euagoram intelligit: de quo dictum modò. Sine caussa interpretes diuersissimas historias separatim

paratim ab auctore indicatas, in vnam confla-runt periodum. Α'ν'ηγόνε τῦ βασιλέως νίκης καλῶς. Lege, Ἐν' ἀνηγόνε τῦ βασιλέως νίκης καλῆς. reticetur τ' ἕνεκα, passim. Deind e distingue,

....φέρε τὸ τρίτον

φίλας Ἀφροδίτας. χαίρετ' ἄνδρες συμπόται.

Scribe etiam, ὅσων ἀγαθῶν τὴν κύλικα μεςὴν πίομαι. non ὅσω. Moris huius etiam Plutarchus meminit in Demetrio. ἡδέως ἤκεσε τῶν παρὰ πότον ἐπιχύσεις λαμβανόντων Δημητρίε βασιλέως, Σελεύκε δὲ ἐλεφαντάρχε, Πτολεμαίε δὲ ναυάρχε, Αγαθοκλέους δὲ τῦ Σικελιώτε, νησιάρχε. Athenæus paulo pòst, τὸν ἐπιχεόμενον κύαθον ἐν ταῖς συνουσίαις Σελεύκε Σωτῆρος καλῦσι. ἣν ὁ μὲν Πύθιος ἑςίαν τῆς Ἑλλάδος ἀνεκήρυξε. Recipit editam Lacedæmoniis fortem, cùm post captas à Lysandro Athenas, Apollinem consulerent, quid ea vrbe facerent. Respondit enim, τὴν κοινὴν ἑςίαν τὴν Ἑλλάδος μὴ κινεῖν. Ælianus Variæ historiæ lib. 4. Videtur allusisse Plut. De fortuna Rom. ὁ τὴν Ῥώμην ὑποβαλόμενος χρόνος μετὰ θεῦ τύχην καὶ ἀρετὴν ἐκέρασε, καὶ συνέζευξεν, ἵνα ἑκατέρας λαβὼν τὸ οἰκεῖον ἀπεργάσηται πᾶσιν ἀνθρώποις ἑςίαν ἱεράν. Ἔπειθ' ὁ μὲν λεμμ' ἐςὶν. ὁ δ', ἑτεροδαπεῖ. Scrib. ὁ δ' ἕτερον δάκνει. Deinde legitur in Epit. Μύρτης ὁ Ἀργεῖος: sine voce μύςης. Diphili subiectum locum è Nuptiis, ita potes distinguere,

----ὁ γὰρ κόλαξ ςρατηγὸν καὶ δυνάςην, καὶ φίλους, καὶ τὰς πόλεις ἀνατρέπει,

λόγῳ κακούργῳ μικρὸν ἡδύνας χρόνον.

----νῦν δὲ καὶ καχεξία

Τις ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους, καὶ αἱ κρίσεις γ'

Ἡμῶν νοσοῦσι, καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ.

οἱ λημνόθεν Ἀθηναῖοι. Sic dictum, vt οἶνος Λεσβόθεν. & Latinis *vinum Corcyrâ*. tamen aliter interpretandum: non enim intelliguntur Athenienses nati in Lemno insula, & inde postea aliò translati, vt vina transferuntur: sed οἱ ἐν Λήμνῳ κατοικοῦντες τῶν Ἀθηναίων, vt modò locutus est. ergo Λημνόθεν hic pro Λημνόθι: vt apud poetam χαμᾶθεν pro χαμᾶι. Lysimachus de quo loquitur, rex fuit Thraciæ & vicinarum insularum, in queis Lemnus. Τὸ καὶ κολακεύειν νῦν ἀρισκείαν ὄνομ' ἔχει. Scrib. ἀρισκείαν. etsi aliter omnes libri. καὶ ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι Θριῆσι. vsitatius, Θριᾶσι. *Thria* pagus vnus siue δῆμος tribûs Oeneidis. fusè Stephanus, siue Byzantius Hermolaus. Nam interpres longè aberrat à via. δι' ὧν ἠμύνετο τὸ κάλυμμα. Fateor ita scribi etiam in membranis & Epitoma. sed obscurum est ad intelligendum, quid sit, puluinaribus ἀμύνεσθαι τὸ κάλυμμα, id est, *operimentum defendere.* quod quid aliud interpreteris, nisi impedire, ne molestum sit? Sæpe enim stragulæ vestes intempestiuè in faciem cadunt, & molestiam afferunt. sed ad vitandum illud incommodum, quis tapetum vsus? Lego, ἠμύνετο τὸ καῦμα: & quod ait habuisse eum τρία ὑπὸ τῇ κεφαλῇ προσκεφάλαια, non sic interpretor, quasi tres simul delicatulus hic iuuenis puluinos habuerit capiti subiectos: verùm tot semper cubanti ad manum fuisse, vt simul atque vnus illorum calorem halitu contraxisset, eius loco secundus subiiceretur: cui mox succedebat tertius, illo iam facto calidiore. Ita pulchrè scitulus hic iuuenis ἠμύνετο τὸ καῦμα. ἐφ' ὧν κατέκειτ' λευκῇ χλαμύδι. Fortasse ἐν λευκῇ χλαμύδι. ἀναφέρουσιν ἑκάςης ἡμέρας πρὸς τοὺς καλουμένους ἄνακτας. id est, ad eos qui proximum à lege locum tenebant. Cypriorum de quibus loquitur peculiaris vox. In eo regno sic vocabantur qui sub Augustis Cæsares dicti. Harpocratiō: Ἄνακτες καὶ ἄνασσαι· οἱ μὲν υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ τῦ βασιλέως καλῦνται ἄνακτες, αἱ δὲ ἀδελφαὶ καὶ γυναῖκες ἄνασσαι. Ἀριςοτέλης ἐν τῇ Κυπρίων πολιτείᾳ. ἡ πάλαι μὲν ἀπὸ τῦ γῆς Γέργιθα, νῦν δὲ Γεργιθὲς κέκληται. Stephano etiam duobus modis scribitur huius vrbis nomē. *Gergis* & *Gergithus*: non autem *Gergitha*, aut *Gergina*. Sed Strabonem vide lib. 13. καὶ ἐπὶ Γλύτε Καρός. meliùs Γλύτε τῦ Καρός. sed scribe potiùs, ἐπὶ Γλῶ τῦ Καρός. nam *Glus* inter Græca nomina obseruauimus: vt apud Xenophontem in primo Anabaseos, Κῦρος τῷ ςρατεύματι πέμψας Γλῶν εἶπεν. & aliis locis. apud Polyænum scribitur Γλοῦς. [apud Diodorum Siculum in historia 13. semper scribitur ταώς. perperam.] Cæterùm illa verba γεγόνασι παρ' ἡμῖν, accipe vt à Clearcho profecta, qui fuit Cilix Solensis, & Aristotelis temporibus vixit. discipulus cum illius fuit. κλίμακα κατεσκεύαζον ἐξ ἑαυτῶν. *scalas ex sese faciebant.* stantibus videlicet primis, secundis submissioribus, tertiis magis & quartis, postremis etiā genu nixis. Adfine fuit mulierum aliarum ministerium quas in insula Samo ἐπικρίδας vocabant. Hesychius, ἐπικρίδες αἱ κατὰ Σάμον ταῖς γυναιξὶ τὴν δεξιὰν ἐπέχουσαι κατὰ τὴν ὀσφύν. Ex istis verbis discimus, fuisse in insula illa mulieres, colacidibus modò memoratis similes: quæ nobiles fœminas currum aut equum conscendentes subleuarent, dextra manu ad illarum lumbos admota. Eustathius cùm Athenæi verba de climacidibus descripsisset, addit: sua quoque ætate tale quid factitatum ab iis qui dorsum inclinantes, conscensuris in equos erant pro stapedibus, quos vocant. Erat tamen iam ante Eustathij sæculum vsus eorum adminiculorum notus, quibus hodie vtimur. faciunt enim illorum mentionem antiquissimi Rabbinorum, vt alibi docemus. προηγάγοντο, τεχνώμεναι τὰς ἀφροσιαίτας. Tolle ὑποςιγμὴν post προηγάγοντο: & verte, *eò deliciarum, ne dicā miseriarum, perduxerunt ista suo artificio stultissimas illas fœminas* ita interpretor vocem τεχνώμεναι. quò videtur fieri allusio, cùm addit, αὗται μὲν ἐκ τῶν λίαν μαλακῶν ὑπὸ τῆς τέχνης μεταβιβασθεῖσαι, σκληρῶς ἐβίωσαν ἐπὶ γήρως. quanquam verius puto, scribendum esse ὑπὸ τῆς τύχης μεταβιβασθεῖσαι. optima & planissima sententia. αἱ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ταῦτα διαδεξάμεναι ἐκπεσοῦσαι τῆς ἐξουσίας κατῆραν εἰς Μακεδονίαν. In Excerptis ita scriptum offendimus. αἱ δὲ κατῆραν ἐς Μακεδονίαν ἐκπεσοῦσαι τῆς ἐξουσίας. omissis cæteris quæ obscuritatis plena sunt. Acutus lector

statuat

ſtatuat quid ſit pronuntiandum. ἐν τρόπῳ ταῖς ὁμιλίαις ἀνεῖσθαι οὐδὲ λέγειν καλόν. Legendum ἀνεῖσθαι, atque ita editum oportuit. nam ſuffragatur Epitoma. Verte, *qua verum ibi dominas & reginas quales ſua cõſuetudine reddiderint, ne dictu quidem eſt honeſtum.* πολλὴν ὅτι μαγδιομένας καὶ μαγδεύουσι Ταυροπολικά, τριοδοὶ τινὲς αὗται πρὸς ἀλήθειαν ἐγένοντο. id eſt, *magicas artes in ſe atque aliis exercentes, vt fit in ſacris Tauropoliis, reuera mulieres è triuio facta ſunt.* qualia fuiſſe legimus ſacra Cotytûs, omnis turpitudinis & obſcœnitatis plena: talia erant & Tauropolia, quemadmodum colligas rectè ex hoc loco. Fuerintne in Macedoniam & Græciam delata è Taurica Cherſoneſo, vbi Diana Ταυροπόλος humanis victimis colebatur: an aliunde initium habuerint, legi nuſquam. In Excerptis ita, μαγδιόμεναι καὶ μαγδεύουσαι, Ταυροπόλοι καὶ τριοδοὶ τινὲς αὗται τις. non diuerſo ſenſu: nam quæ ſacra Tauropolia procurabant fœminæ, Ταυροπόλοι dicebantur. Potes ita vertere, *ſolitæ incantare & incantari, ſimillima euaſerunt iis quæ ſacra Tauropolia curant, & vrbium triuiis plenis purgamentorum omne genus.* τριοδοι propriè loci in vrbe dicuntur, in quos veteres cõiiciebãt omnia inquinamenta: ipſaque adeò domorum & vrbium quæ vocabant purgamenta. καθάρματα γὰρ, inquit Euſtathius, ἐκβολαὶ εἰς τὰς τριόδους ἐγίνοντο: & morem hunc multis explicat Harpocration in ὀξυθύμια. Petronius, *Quæ ſtriges comederũt neruos tuos? aut quod purgamentum nocte calcaſti in triuio aut cadauer?* Hic verò elegãtiſſimè appellãtur, τριοδοι, mulieres omnibus flagitiis circumfuſæ atque copertæ. pari elegantiâ καθάρματα, adfini voce, eas dixeris. [Pro τριοδοὶ τινές, quomodo extat in Athenæo & in Excerptis, meliùs fortaſſe legas τριοδῖτιδες, eodem ſenſu, à τριοδος formatur τριοδῖτις, quod vnum eſt ex Hecates cognominibus.] λιτῷ λῃδίῳ συναμφιεννύς. non eſt corruptus locus, vt putarunt interpretes, qui correxerunt, λινῷ. ex antiquis grammaticis conſtat, λῄδιον vilis aut tenuis veſtis nomen eſſe. ἐκκρεμάμενος αὐτῆς καὶ προσπεπλεγμένος. Loquendi vſus poſtulat ταύτης. mirum autem adulandi ſtudium duobus hiſce verbis declarat Clearchus. Mox pro κατέψυχε, Dalecamp. κατεῖχε. quod confirmat Epitome. ὥστε τὴν πᾶσαν αὐτοῦ ἐπεσπασμένας σικύας δίστιχος εἵλκυσεν δεικνύων. Cucurbitulas adhibent medici ad attrahendum: quod cùm fit, etiam extenditur cutis. Non igitur ea cauſſa eſt appellationis Sicyæ, quam interpretes arbitrantur: ſed petenda ea eſt ex verbis præcedentibus, εἷλκε τε καὶ ἐξέτεινε. *trahebat, & extendebat.* τῇ δεξιᾷ δὲ ψυκτικὸν ψύγμα τι διαρριπιζων ὡς αἰωρῶν ἡδέως, ἀλλ' οὐκ ἀποσοβῶν. Legebatur ψῦγμα: ſed perplacet ψύγμα: nam flabellum intelligit, vt bene iudicauit eruditiſſimus Dalecampius: quanquam alij ferè id inſtrumentum ῥιπίδα vel ῥιπίδιον vocant. quod cur ψύγμα non poſſit vocari, cauſſæ non eſt: cùm ψύξαι exponatur à veteribus etiam ἀέμεν ποιῆσαι *ventulum facere.* καταψύχειν in ea re poſuit elegantiſſimus poeta Nonnus in 3. Dionyſiacorum: Τέκνα καταψύχουσα, καὶ ἰσαίει καυματος ὁρμήν, Ἀντίτυπον φύσημα χέων ποιητὸς ἀήτης. Hæc eò ſpectant, vt doceamus veram lectionem eſſe ψύγμα: licèt in omnibus antiquis libris aliter ſcriptum ſit hoc verbum. Iam verò legendum eſt, διαρριπίζων ὡς αἰωρῶν. non autem ὡς αἰωρῶν. Hoc vult: Therem manu dextra flabellum Phocaicum commouiſſe, non vt qui muſcas expellunt, vehementer: ſed leniter, inſtar eorum qui lectos penſiles agitant. Flabella vtrique rei parabantur: & quærendæ refrigerationi, & muſcis expellendis: vnde etiam μυοσόβας appellarunt. Eſt igitur διαρριπιζων ὡς αἰωρῶν, quod Antiphanes dicit paulo pòſt, σύμμετρον πνεῦμα μὴ περισσὸν ποιῶν. Scribe, ἧς καὶ τὴν Ἀθηνᾶν. non ὡς. & aliquanto pòſt, πρὸς γὰρ τὸ οὕτω κολακεύειν, cum Epit. non πρὸς τῷ τοιούτῳ κολ. melius etiam ἐπακολουθεῖν ἀποπλάττεται, quàm ἐπακολουθεῖ.

CAPVT XVII.

Κόλαξ quaſi κόλλαξ expenſa alia etymologia quam affert Athenæus εὔκολος. ὑποστατικός. ὑγρὸς βίος. τετάφθαι. προσδοκᾷ & προσόχωσι. Diana Stophea. εὐφυεῖς homines ἐπιχώριοι. Δημήτριοι interpretum & librariorũ multa peccata indicantur.

ETYMVM vocis κόλαξ variè explicat philologus Naucratita. Androcydes medicus, inquit dictum volebat ἀπὸ τοῦ προσκολλᾶσθαι ταῖς ὁμιλίαις. *quod aſſiduè iis adhæreat quibuſcum verſatur.* Auctor Etymologici magni κόλαξ παρὰ τὸ κολλᾶσθαι, κόλλαξ ὡς ἂν σημαίνει ὁ τινὶ παράπτει καὶ παραμένει τινί. Lõgè petitum eſt quod ſibi probari ait Athenæus, ἐμοὶ δὲ δοκεῖ διὰ τὴν εὐχέρειαν, ὅτι πάντα ὑποδύεται, ὡς ἄν τις ὑποστατικός, νωτοφορῶν τὰ τῆς ψυχῆς ἤθη, καὶ οὐ βαρυνόμενος οὐδενὶ τῶν αἰσχρῶν. *Mihi videtur dici κόλαξ propter facilitat hominis, quia omnia ſubit onera, tanquam aliquis portãdis oneribus aſſuetus, moribus animi, ceu firmo dorſo, nihil non ferens, quique nullius rei turpitudine offendatur.* Quia Græci hominem facilium morum appellant εὔκολον, putauit Athenæus, κόλακα propriè dici τὸν εὐχερῆ, eum qui lubens faciat quicquid volueris. Ego arbitror virum doctiſſimum non hoc ſeriò ſcribere. ponit enim dici poſſe κόλον pro εὔκολος, quod eſt falſum. longè enim eſt aliud κόλον, vnde dicitur εὔκολος & δύσκολος: quæ voces propriè facilitatem circa victum notant, aut moroſitatem. nam veteres κόλον appellant alimentum, vt verè docemur paulo pòſt. vide ſequens caput. ὑποστατικός propriè, *qui ferre omnia poteſt.* Euſtathius deſcripto hoc loco ſic interpretatur: Ὅρα, inquit, τὸ ὑποστατικός, χρήσιμον ὂν εἰς τὸ Ὁμηρικὸν στῦται. ἤγουν ὑποχωρεῖται, ὑφίσταται, δίκην δηλαδὴ τοῦ κισσοῦ ὑποστηρικτοῦ τὸ ὑποκείμενον. Quid appellent Græci, ὑγρὸν βίον, de quo mox auctor, quid item ὑγρὸν ὀφθαλμόν, fuſe expoſuimus alibi. B. Chryſoſtomus homil. 25. in epiſtolam ad Rom. ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον μάθητε, τί ποτέ ἐστι τὸ φρονεῖν τῆς σαρκὸς εἰς ἐπιθυμίας, καὶ φύγητε τὴν πικρίαν ταύτην πρόνοιαν τῆς

τοὺς μεθύοντας, τοὺς γαστριζομένους, τοὺς θρυπτομένους, τοὺς τὸν ὑγιῆ καὶ διαφέροντα ζῶντας βίον ἐκνενικότα, καὶ εἰσὶ δὲ τὸ εἰρημένον· ἐκεῖνοι γὰρ πάντα ποιοῦσιν, οὐχ ἵνα ὑγιαίνωσιν, ἀλλ' ἵνα σπιρτῶσιν, ἵνα τὴν ἐπιθυμίαν ἀναπλῶσι. Corrupta sunt & peruersè scripta Crobyli sequentia verba. ἡ τοῦ βίου ὑγρότης με τίθαυφε τοῦ σοῦ τὴν ἀσωτίαν. ὑγρότητα γὰρ νῦν προσαγορεύουσιν τινές. Distingue, ac scribe.

----ἡ τοῦ βίου
Σοῦ ὑγρότης με τέθηφε· τὴν ἀσωτίαν
ὑγρότητα γὰρ νῦν προσαγορεύουσιν τινές.

Vitæ tuæ ὑγρότης *dat me in stuporem. dico* ὑγρότητα: *sic enim nunc quidam prodigentiam nominant.* Nouè dictum, τέθηφέ με, pro facit me admirari. nã ita potiùs loquimur, τέθηπα ἐγὼ τοῦτο, quam τοῦτο τέθηπε. ac fortasse poëta aliud scripserat quod diuinare non possumus. In membranis est τε..φε. In amplissimi verò Messæi libro, τέθρεφε. Versum antepenultimum è Diphiléis corrumpunt, qui scribunt, Ἡμῶν τὸ μέγιστον ἔργον ἐστὶ παιδιά. est enim rectum, οὗ γὰρ τὸ μ. Verte, *Nam vbi*, (id est in ea arte, cuius) *præcipuũ opus est, ludere, effusè ridere, dictis ferire aliquem, multum bibere, nónne suaue id est?* siue, *nónne ea ars est suauis?* Cnopi regis Erythræorum facit mentionem & Strabo lib. 14. vt quidẽ nos emendamus. de regni illius euersione Aristoteles libro quinto Politicorum, cap. 6. sed ea historia sic diuersa, vt de alio, non autem de Cnopi regno loqui videatur. Ait de regis Erythræorum adulatoribus, οἱ ἐκαλοῦντο προσδωεῖς. Deprauata vox est ἀντὶ τοῦ προσδωεῖς. ita Græcis appellantur qui sunt comes & blandi. In Epit. scriptum προσέπωνοι. etiam hæc contra analogiam vulgi vsu recepta vox fuerit. sic autem dicti adulatores ab officiosa & demissa potentiorum salutatione. Dianam *Stophaam*, nisi hîc, legere non memini vsquam alibi. Sunt quibus placeat Στροφαία. quia alibi Græciæ cultus olim Apollo *Strophæus*. At in Excerptis, Ἀρτέμιδι Στροφαίᾳ. Quod sequitur de Ortyge tyranno & eius sociis, καὶ τοὺς μὲν τοὺς ὑμᾶς εἰς τὰς κοινὰς συνουσίας μετεπέμποντο, interpretor de conuiuiis quæ ipsi inter se agitabãt. Sed in Excerptis, vbi pleraque breui admodum compendio scripta, pro κοινὰς tantùm est κοι cum ν superscripto: quod equidem quid sibi velit nõ video. Mox. pro ἐν τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τῶν φιλιππικῶν, Epitome habet, ἐν τῇ θ. *in nono* pro *in* 19. At lib. 4. vbi de Philippo & eius aula narrãtur simillima ex eodem Theopompo, laudatur liber vndequinquagesimus. Non est dissimulandus error viri docti, qui non rectè capiens Athenæi, siue potiùs Theopompi verba, grauissimam Philippo regi Macedoniæ facit iniuriam. Sic ille, *Theopompus auctor est ab Agathocle, qui & ipse aliquando seruierat: in eorum numero quos Thessali Penestas vocant, Philippum ob assentationem magna apud ipsum auctoritatis, quòd in conuiuiis illi familiaris saltaret, ac risum moueret, contra Perrhabos missum fuisse.* Quid aliud est τὸ ἄνω κάτω nisi hoc? nam planè ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαὶ per hanc interpretationem. Quare ita rescribe. *Theopompus ita narrat: Agathoclem, qui seruitutẽ seruierat Penestarum Thessaliæ vnus, aduersus Perrhabos misit, totúmque id negotium illi commisit Philippus, apud quem poterat is plurimùm propter assentationem, & quia frequens eius conuiua, saltare ac ridiculũ se præbere erat solitus.* Sic antè dictum est de eodem Theopompo, Philippum Thessaliæ rebus præfecisse adulatorum suorum alium, cui nomen Thrasydæo. Sed de Agathocle Syracusanorum tyranno cogitabat, cùm ita scriberet Dalecampius, cui tamen Agathocli certum est non cõuenire, quæ de isto hîc dicuntur. Refert auctor ex Hegesandro, Philippum Alexandri patrem, ita solitum capi scurrarum iocis, vt amicis quos Athenis habuit, negotium dederit, mitterent ad se ἀποφθέγματα quæ per Diomeorum festum Attici scurræ proferrent. Simile est quod de Iulio Cæsare narrat M. Tullius in epistola ad Papirium Pætum: mandasse illum suis, vt ipsius Tullij dicta cum reliquis actis ad se curarent perferenda. De Diomeo autem Herculis templo & vrbanis hominibus eò solitis conuenire, vide libri 14. initio. Addit, plurimùm esse oblectatum illum regem τοῖς ἀνθρώποις τοῖς εὐφυέσι καλουμένοις, *hominibus iis quos vocant* εὐφυεῖς. Ita Attici vocabant natos aptos dictis dicendis: etsi propriè aliud hæc vox significat. Eustath. Φυὴς προσάγουσιν εὐφυὴς παλαιά, καὶ μηρὸς εὐφυής. οἱ δὲ ὕστερον εὐφυῆ καὶ τὸν κατὰ νοῦν δεξιὸν εἶπον Ἀττικοὶ δὲ τὸν σκωπτικὸν εὐφυῆ ἐκάλουν κατά τινας. Hesychius, εὐφυής, ὁ ἐξ ἑτοίμου λέγων καὶ σκώπτων. Plato in secundo de Republ. τοὺς εὐφυεῖς, id est, prompto & parato ingenio homines eleganter ita describit, τοὺς ἱκανοὺς ἐπὶ παντὸς τὰ λεγόμενα ὀξέως ἐπιτεταγμένους συλλογίσασθαι. Scribe deinde, καὶ πλεῖους εἰσὶ τῶν Θετταλῶν τῶν αὐτῷ πλησιασάντων, οὓς ᾑρεῖτο μᾶλλον ταῖς συνουσίαις ἢ ταῖς δωρεαῖς. id est, *atque adeò ex iis qui cum Philippo vixerunt, plures erãt Thessali: quos ille adiũgebat sibi cõuiuiis & familiari cõsuetudine magis quàm donis.* Tertium eorum versuum qui ex Eubuli Dionysio (malè capiunt Athenæi verba qui aliter eam fabulam inscribunt) afferuntur, Αὐτὸν ἀόργητος. ἡγεῖται δὲ, præeunte Huraldino codice, ita restitue. Ἑαυτὸν εὐόργητος ἡγεῖται δὲ & τούτους ἐλευθέρους μόνους, κἂν δοῦλός ᾖ. Corruperunt hunc locum, qui vocem εὐόργητος non capiebant. Est verò probum atque elegans verbum, eum designans, qui in ira modum tenet: quibus, & quo modo æquum est, irascens, & nota dictum κἂν δοῦλος ᾖ, cogente metro pro, κἂν δοῦλός τις ᾖ. Theopompi verba paulò pòst subiecta ἀνδροφόνοι τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν, proferuntur à Demetrio Phalereo inter exempla elumbis & fractæ orationis. Atque ille istis subiungit alterum locum, ἐκαλοῦντο μὲν ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι. cùm in descripta Athenæo ecloga, ita legatur paulo antè, ὅθεν δικαίως ἄν τις αὐτοὺς οὐχ ἑταίρους ἀλλ' ἑταίρας ὑπέλαβεν. Vix putem ita locutum Theopompum, τὸ δὲ ἐπιορκεῖν καὶ φενακίζειν, ἐν τῇ σεμνοτάτῳ ὑπελάμβανον. Lego, ἐν τοῖς σεμνοτάτοις ὑπ. nemo est quin agnoscat Græcanicæ dictionis.

nis genus. Impedita etiam est oratio in istis, τοὺς ἀποβαλόντας τὰς οὐσίας εἰς μέθας καὶ κύβους, καὶ τὴν τοιαύτην ἀσέλγειαν (ἐβούλετο γὰρ ἅπαντας εἶναι διεφθαρμένους καὶ φαύλους,) οὓς καὶ εὖ πεποίηκε. Tolle peccantes voculas οὓς καὶ cum Epit. vel scribe, ἐφίλει καὶ εὖ πεποίηκε. Pro φυλάρχου ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν ἱστοριῶν, non sine causa dubites, num sit scribendum ἐν τῇ ἕκτῃ, vt lib. 14. nisi potiùs eo loco menda est. Deinceps auctor ex lib. 14. Phylarchi hæc recitat, ὥστε ἑώρα Δημήτριος τοὺς κολακεύοντας αὐτὸν ἐν τοῖς συμποσίοις καὶ ἐπισπένδοντας Δημητρίου μὲν μόνου βασιλέως, Πτολεμαίου δὲ μόνου ναυάρχου, Λυσιμάχου δὲ γαζοφύλακος, Σελεύκου δ' ἐλεφαντάρχου. καὶ ταῦτα οὕτως εἰς τὸ τυχὸν συνῆγε μῖσος. Conferenda sunt necessariò cum istis verba Plutarchi in Demetrio. Demetrius, inquit, χλευάζων καὶ γελῶν τοὺς ἄλλον τινὰ πλὴν τοῦ πατρὸς καὶ αὐτοῦ βασιλέα προσαγορεύοντας, ἡδέως ἤκουε τῶν παρὰ πότον ἐπιχύσεις λαμβανόντων Δημητρίου βασιλέως, Σελεύκου δὲ ἐλεφαντάρχου, Πτολεμαίου δὲ ναυάρχου, Λυσιμάχου δὲ γαζοφύλακος, Ἀγαθοκλέους δὲ τοῦ Σικελιώτου νησιάρχου. Qui diligenter in Plutarcho & Athenæo fuerit versatus, facilè concedet mihi, multa apud eorum vtrumque totidem penè verbis legi ex antiquioribus descripta: quod hîc quoque factum est, etsi auctorem suum Plutarchus reticet. In nostris libris quædam correctionis indigent. Initio τὸ ὥστε corruptum est, pro ἡδέως, vt est in Plutarch. vel ἀσμένως. & ἤκουε aptius multò Plutarchus, quàm ἑώρα vt noster. concisè etiam ἐπισπένδοντας Δημητρίου, pro, vinum in mensa libantes Demetrio nominato, siue in honorem Demetrij. Plutarchus, ἐπιχύσεις λαμβανόντων Δημητρίου. *capientes Epichyses Demetrij*, id est, eius nomini & honori consecratas. nisi tamen λαβόντων scripserat ille, exprimens eâ voce quod ἐπισπένδοντας dixit Phylarchus. Scribe etiam, καὶ ταῦτα αὐτοῦ non οὕτως. & quod penè prætereram. Πτολ δὲ μόνου ναυάρχου. sic enim melius quàm μόνον.

CAPVT XVIII.

De Alexandrida & Anaxandrida comicis. κόλαξ propriè quis. Σαμβρίας βομβυλιός. ποτήρια. Araæ insula. Suniensium nobilitas inter Athenienses. ἀγορᾷ χαλκῇ. De origine seruitutis nonnulla. Mariandynorum serui. μνοία & μνῶα. ἀφαμιῶται. παῖδες pro seruo simpliciter. Aristoteles à criminatione Timæi defensus: Mnasonis mille serui. alia quædam.

Ὅτι εἰμ' ἀλαζὼν τοῦτ' ἐπιτιμᾷς. ἀλλὰ τί;
Ν καὶ γὰρ αὐτὴ τὰς τέχνας πάσας πολύ,
Μετὰ τὴν κολακείαν ἥδε μὲν γὰρ διαφέρει.

Ita scribi debent hi versus in editis libris malè concepti. In Epit. verò aliter paulò: sic enim illa.

Ὅτι εἰμ' ἀλαζὼν τοῦτ' ἐπιτιμᾷς. ὑπερ-
τείνει γὰρ αὐτῆς τὰς [...]

Auctor huius eclogæ in editis appellatur Alexandrides, cuius poetæ nomen neque Suidas agnoscit, neque Eclogarius, qui Anaxandridem illius loco hic nominat. Fuit cum existimarem, in totum de poetarum comicorum numero Alexandridem istum esse tollendum: succedente vbique in locum illius Anaxandridâ, qui & ex Suidæ Miscellaneis, & alijs multis scriptoribus notissimus poeta est. Sanè *Melilotum* fabulam, quæ initio vndecimi Alexandridæ tribuitur, liber 14. asserit Anaxandridæ. Fortè & de *Hoplomacho*, quæ lib. 4. & 14. Alexandridem præfert auctorem in vulgatis libris, idem sentiendum. Sed Alexandridæ comici video etiam alios meminisse. Pollux libro 9. Ἀλεξανδρίδης ἐν Ἀγχίσῃ καὶ ἡμιχρύσους λέγει. Athenæus tamen non longè hinc *Anchisæ* fabulæ auctorem laudat Anaxandridem, non quomodo Pollux aut Pollucis libri. Nusquam frequentiùs peccatum in isto opere, quàm vel in auctorum nominibus, vel in librorum indicibus. Velut quod statim sequitur: Ἀλεξαιδης ἐν Γηρυτάδῃ. nam rectum est, opinor, Ἀριστοφάνης. cuius fabulam eo nomine passim Athenæus, Pollux, aliique veterum citant: Antiphanis, quod sciam, nemo. In sequentibus verbis, ψίθυρός τε καλῦ καὶ κόλαξ, è re nomina personis indita finguntur *Psithyrus*, & *Colax*. Vox καλῦ mendam continet. Quod auctor vbi tractauit de voce ψωμοκόλαξ statim subiicit, κυρίως δ' ὁ κόλαξ ἐπὶ τούτου κεῖται: id ita interpretare. κόλαξ in vniuersum dicitur omnis adulator quacunque mercede propositâ: propriè tamen locum habet id verbi, in eo quem ψωμοκόλακα appellari modò dicebat. Est autem φερωνύμως ψωμοκόλαξ, qui gulæ gratiâ adulatur. At non omnes adulatores epulas præmij loco aucupatur: maiora sunt quæ captant regum & principum assentatores. Propterea nemo philosophorum in adulationis definitione mentionem fecit sibi: sed generaliter τοῦ συμφέροντος. Verè hoc & doctè Athenæus: melius quàm antè, cùm dicebat τὸν κόλακα ἀπὸ τῆς διχηρίας nomen inuenisse. Sequitur, Τοσαῦτα τοῦ Δημοκρίτου εἰπόντος, καὶ πιεῖν αἰτήσαντος ἐν τῷ Σαμβρίᾳ βομβυλιῷ ὁ Οὐλπιανός ἔφη, τίς ὁ Σαμβρίας οὗτος; Post longam orationem de parasitis & adulatoribus, facit tandem pausam Democritus, & potum sibi poscit *in Sambria bombylio*. Vasis potorij genus fuisse, quod βομβυλιὸν vocarent, certum est. Sed quid appellat Σαμβρίαν βομβυλιόν? Mouet hanc quæstionem Athenæus, nec soluit tamen. Puto deesse, quæ scripta illi fuerant super hoc. Libro vndecimo vbi proprium locum habet hæc disquisitio, non solùm de voce Σαμβρίας nihil, sed ne de poculo quidem bombylio. Multa autem desiderari in eo libro, dicemus suo loco. Inter alia, vt arbitror, perijt explicatio propositæ hîc quæstionis. Coniicimus nos, scribendum esse, ἐν τῷ Σαμβρίᾳ βομβυλιῷ. *in bombylio Sambriæ*. Sambrias proprium serui, aut alius nomen, qui in veteris alicuius poetæ comœdia, poculo bombylio plurimùm delectari fingebatur. Inde manauit in ora potatorum *Sambriæ bombylium*. Porrò bombylium Græci appellarunt angustioris & colli prælongi vas, ad sugendi vsum potiùs quàm bibendi paratum. Declarat eximiè Galeni locus, octauo libro

bro de Hippocratis scitis & Platonis: τὰ παιδία, inquit, τῇ προθυμίᾳ τῶν χειλέων, ἔκ τε τῶν τιτθῶν ἕλκει τὸ γάλα, καὶ τῶν βομβυλιῶν τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς ὑγρόν. meminit & Paulus Ægineta lib. 3. vide Pollucem lib. 10. cap. 19. Fuére in vsu & alia quædam angusti oris pocula, recentioris inuenti, de quibus Artemidorus lib. 1. cap. 67. ἔστι τινὰ τῶν ποτηρίων στενόστομα οὐ πάλαι ὑπ' ἀνθρώπων εὑρημένα. at bombylium & antiqui norant. dictum autem βομβυλιὸν à sonitu, quem edit erumpens humor per tramitem angustum. *bilbere* vel *bilbire* Latini. Nævius. *Bilbit amphora.* Similis ratio appellationis *baucaliorum*, vt docet Alexander Aphrodiséus in Probl. lib. 1. [Et illius quod Hebræi vocant elegantissimâ onomatopœiâ *Bakbuk*. Neque dubitádum est, insignem illum potatorem, de quo Vopiscus in Firmo loquitur, aliunde *Burburi* nomen inuenisse, quàm è bibendi consuetudine vas, è vasis oris angusti.] Scribe, Μακαρεὺς ἐν τῇ τρίτῃ Κωακῶν. ita lib. 14. meliùs quàm Κοϊκῶν. Tolle asteriscum in istis, τὰς καλουμένας φησὶν Ἀραιάς. neque temerè doctos audias, qui ex Stephani Ethnicis emendant, τὰς καλουμένας Ἀράς. Eustathius locum poetæ explicans, vbi χεῖμα Ἀραιαὶ dicuntur, Ἡ ἱστορία, inquit, οἶδε καὶ νήσους τινὰς ἐπονομαζομένας Ἀραιάς. respici autem ab Eustathio hunc Athenæi locum, non est dubium vllum. At in Epitoma Stephani locus ita restituendus. Ἀραιαὶ Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς, οὕτω λεγόμεναι διὰ τὰς ἀρὰς ἃς ἀνεῖλε ἐποιήσαντο οἱ Ὠρειοι τοὺς Πεισιστράτου, ὡς Ἀριστείδης. ἄλλοι δ' ἄλλως. τὸ ἐθνικὸν Ἀραιαῖος. Situm Aræarum ita indicat auctor μεταξὺ δὲ τῆς Κνίδας καὶ τῆς Σύμης εἰσίν. Scribendum, τῆς Κνιδίας. supple γῆς. Sitæ sunt Araæ è regione littoris illius, quod est inter Gnidum & Symen Cariæ vrbes. Sequens narratio non caret mendis. nam exempli gratia, εἰς τὸ δωμάτιον ἀναχωρεῖν, pro redire in patriam, concoqui à nobis non potest. [Est enim δωμάτιον cubiculum vel conclaue, non domus neque patria.] Quod operas nostras, vel fortasse nos ipsos fugit, emenda paulo pòst, εἴπαμεν τι καὶ ἡμεῖς ἀναπεμπασάμενοι περὶ αὐτῶν, &c. & in Pherecratis versu, ἦλθον ὀρθριαι τὰ σιτία, pro ἠλέων, vel vt alij scripserunt, ἠλοίων. Lepidissimi sunt Anaxandridæ versus, quibus dicitur eam esse humanarum rerum instabilitatem, vt idem modò seruus, modò liber existat. Notabunt tyrones, poni à poeta *Sunienses*, ceu nobilissimos inter Atheniẽses ciues. Sicut Romanarum tribuum aliæ aliis erant honestiores: ita videntur è pagis Atticæ nonnullam honoris prærogatiuam (fortasse propter antiquitatem,) quidam habuisse. Verba sunt poetæ.

Πολλοὶ δὲ νῦν μέν εἰσιν οὐκ ἐλεύθεροι,
Εἰς τ' αὔριον δὲ Σουνιεῖς. εἶτ' εἰς τρίτην
Ἀγορᾷ κέχρηνται. τὸν γὰρ οἴακα στρέφει
Δαίμων ἑκάστῳ.

multi, ait, qui nunc ne liberi quidẽ sunt: cras erunt Sunienses. id est, non solùm liberi erunt & inter Athenienses ciues censebuntur: sed etiam inter honestissimos. Ἀγορᾷ χρᾶσθαι expone cum Dalecampio. stare inter vænales in foro. dictum vt συμφορᾷ χρᾶσθαι, & similia. [Fortasse tamen pauló aliter hæc locutio & totus hic locus accipi debent: vt per Suniensem intelligat liberum quidem, sed nondum pleno iure ciuem Atticum, qui Athenas inhabitabant, & in forum quotidie ventitabant, & in eo se iactabant, quod σχολὴν δὲ ἀγορᾶς Græci dicunt. videndum est, num hoc potiùs significetur eâ locutione ἀγορᾷ χρῆσθαι.] Posidonij sententiam de origine prima seruientis, conferant quibus erit curæ, cum iis quæ disputat philosophus in Politicis, & iis quæ docent nos Iurisconsulti de re eadem. Non enim hic locus est eius quæstionis. Vnicum tamen B. Basilij locum quin adscribam facere non possum: est enim elegantissimus, & omnino cum Posidonij verbis comparandus. Sic igitur beatiss. pater, in libro de Spiritu sancto, cap. 20. Παρ' ἀνθρώποις τῇ φύσει δοῦλος οὐδείς. ἢ γὰρ καταδυναστευθέντες ὑπὸ ζυγὸν δουλείας ἠνέχθησαν, ὡς ἐν αἰχμαλωσίαις. ἢ διὰ πενίαν κατεδουλώθησαν, ὡς Αἰγύπτιοι τῷ Φαραώ. ἢ κατά τινα σοφὴν καὶ ἀπόρρητον οἰκονομίαν, οἱ χείρους τῶν παίδων, ἐκ τῆς τῶν πατέρων φωνῆς τοῖς φρονιμωτέροις καὶ βελτίοσι δουλεύειν κατεδικάσθησαν. ἣν οὐδὲ καταδίκην, ἀλλ' εὐεργεσίαν εἴποι τις ἂν δίκαιος τῶν γινομένων ἐξεταστής. τὸν γὰρ δι' ἔνδειαν τοῦ φρονεῖν οὐκ ἔχοντα ἐν ἑαυτῷ κατὰ φύσιν ἄρχον, τοῦτον ἑτέρου κτῆμα γενέσθαι λυσιτελέστερον, ἵνα τῷ τοῦ κρατοῦντος λογισμῷ διευθυνόμενος, ὅμοιος ᾖ ἅρματι ἡνίοχον λαβόντι, καὶ πλοίῳ κυβερνήτην ἔχοντι ἐπὶ οἴακος καθήμενον. *Inter homines seruus naturá est nemo: nam aut vi superati sub iugum seruitutis sunt redacti, vt fit in captiuitatibus: aut propter egestatẽ serui sunt facti, vt Ægyptij Pharaoni: aut sapiente quodã & arcano consilio, qui erant deteriores è liberis, edicto patris prudentioribus & melioribus seruire damnati sunt: quod beneficij loco, non condemnationis, æquus rerum æstimator duxerit. Si quis enim mentis inopiá facultatẽ imperandi à natura inditam non habeat, vtilius ei est in alterius possessionem venire: vt dominantis ratione rectus, currui similis sit qui aurigam recepit, & nauigio, ad cuius clauum sedet gubernator.* Cur seruos suos Mariandyni appellarent δωροφόρους potius quàm οἰκέτας, caussam hanc in Callistrato affert Athenæus: quòd nempe id instituerint, ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς ἀπὸ τῶν οἰκετῶν προσηγορίας. *vt minuerent acerbitatem appellationis seruorum.* Est enim amarum & contumeliosum *famulum* appellari. In Epitoma scriptum offendimus, τὸ πικρὸν τῆς τῶν εἱλώτων προσηγορίας. éstque ea scriptura antiqua: nam ita etiam Eustathius legit; atque vt dubitationem omnem tollat, scribit, τὸ πικρὸν τῆς τῶν Σπαρτιατῶν εἱλώτων π. Ego lectionem nostram rectam censeo. nam fuisse tempus cùm Mariandyni suos seruos *heilotes* appellarent, nemo veterum opinor, scribit. quod tamen necessum est cõcedi, si stare istam lectionem volumus. Ex sequentibus verbis nata, meo iudicio, deprauandæ lectionis occasio. Scribitur deinde, τὴν κοινὴν δουλείαν οἱ Κρῆτες καλοῦσι μνοίαν, τὴν δὲ ἰδίαν ἀφαμιώτας. consentiunt cum edita lectione

Eustathius & Epitome. Alij duo vocabula Creticæ dialecti μνοίαν & μνώαν ita distinguunt, auctore Hesychio: μνώα est δουλεία, seruitus, at μνοία est οἰκετεία. sic in Glossis Hesychij est scribendum. non ἱκετεία. Est igitur μνοία, familia, seruorum multitudine. Sic accipe li. 15. in Hybriæ Cretēsis scholio: τούτῳ δεσπότας μνοίας κέκλημαι. per hoc scutum, id est virtute meâ, familia herus sum. ἀφαμιῶται dicebantur serui, non seruitus. Hesychius, ἀφαμιῶται, οἰκέται ἄγροικοι, πάροικοι. [Ait Thessalos appellare Penestas τοὺς μὴ γόνῳ δούλους, eos qui non sunt genere serui, id est, non sunt nati è seruis, γόνῳ pro eo quod est vsitatius γένει, genere, ortu, origine.] In versu comici Theopompi Δεσπότου πενέστου ῥυσσὰ βυλλόγρεια: inesse παράχρησιν vocis πενέστης obseruat auctor: sed quæ sit illa παράχρησις non explicat. Est verò hæc, quòd generaliter vsurpauit pro quocumque seruo. Eustathius ex hoc loco, κωμικὸς δέ τις ἐπὶ τῶν ἁπλῶς δούλων τοὺς πενέστας τίθησιν. Malè igitur docti accipiunt verba Theopompi: quæ pronunciabantur de seruo qui vicarios habuit: aut de communi Thessalorum, tyranno alicui seruire coactorum. Sequuntur Timæi verba quibus in Aristotelem inuehitur homo maledicentissimus, falsa de Locris eum scripsisse contendens. Scripserat Philosophus de Locrorum Rep. in opere illo quo propè omnium populorum Græcorum ac Barbarorum origines, instituta ac mores literis mandauerat. Laudat Clemens Alexandrinus Aristotelis Λοκρῶν πολιτείαν. De eo scripto loquebatur Timæus, cùm ita scriberet: καθόλου δ' ἡγνόει τὸν Ἀριστοτέλην διημαρτηκέναι τῶν Λοκρικῶν ἐθῶν. neque hanc solùm partem reprehenderat Timæus, vbi de seruis Locrorum agebatur: sed alia item multa, sicut ex Polybio constat. Ego verò Timæi agnosco etiam hic ingenium φιλεπίτιμον & mordax, parúmque, vt semper æquum Aristoteli: quod alibi pluribus docuimus. Nam sine caussa virulentissimum scriptorum, iudiciosissimo ac πολυμαθεστάτῳ mortalium inequitasse, en locupletem & idoneum testem. Polybius lib. 12. postquam dixisset teneri se de Locris quàm honestissimè loqui, propter arctissimæ necessitudinis vinculum, quæ sibi cum illis intercedebat, ἀλλ' ὅμως, inquit, οὐκ ὤκνησα καὶ λέγειν καὶ γράφειν ὡς τὴν ὑπ' Ἀριστοτέλους παραδεδομένην ἱστορίαν περὶ τῆς ἀποικίας, ἀληθινωτέραν εἶναι συμβαίνει τῆς ὑπὸ Τιμαίου λεγομένης. Veri autem potiùs sit habenda fides, Timæo an Polybio, ne dubitari quidem à sapientibus sine piaculo possit. *Mnason* qui dicitur fuisse Aristotelis sodalis, ille est de quo Ælianus Variæ historiæ lib. 3. cap. 19. Hunc scribit auctor χιλίους οἰκέτας κεκτημένον διαβληθῆναι παρὰ τοῖς Φωκεῦσι. *quod mille seruos possideret, in odiū Phocēsium venisse.* Miror vnde sit nactus Dalec. quam expressit lectionem, ἱκανὸν pro χιλίους. nam & hic, & aliquanto pòst, vbi repetitur historia eadem, codices omnes in editam γραφὴν consentiunt. Scribe, εἰθισμένον, non ἠθισμένον. At in subiecto Platonis loco malè hæc mutarunt, τὰ τῶν λεγομένων περιδίνων περὶ τὴν Ἰταλίαν παντοδαπῶν κλοπῶν ἔργα καὶ παθήματα. quæ non aliter etiam hodie apud Platonem scribuntur. Seruemus igitur cum omnibus exemplaribus vocem περίδινοι, & cum Hesychio de piratis exponamus. Vox est magnæ Græciæ peculiaris, vt videtur. Lege mox μικρὸν ἢ πρὸ ἡμῶν οἰκέτην τινὰ μυθολογοῦσιν αὐτοὶ οἱ Χῖοι. deletâ voce inutili ὄν. sed quare ait μυθολογοῦσι potius quàm λέγουσι? cùm non antiquam fabulam, sed recentem historiam narret? In lepidissima historia de fœdere initio à Chiis cum Drimaco fugitiuo seruo, scribi debet, ὅσα ἂν τι παρ' ὑμῶν λαμβάνω. & ταύτῃ τῇ σφραγῖδι τὰ ταμιεῖα σφραγισάμενος καταλείψω. non τὰ τίμια: quod rectè non est interpretari, & refutant doctissimi Hœschelij Excerpta. Interpretes totam historiam peruerterunt. Atqui fœderis cum Drimaco icti hæc fuit lex & conditio. Vt fas esset illi soli ex omni fugitiuorum numero, necessaria ad victum sibi suisque rapere. Quò autem sciretur, vt quidque furto perisset, Drimacúsne id furtum fecisset an alius: tenebatur ex pacto Drimacus prædam omnē bonâ fide adnotare, & in pittacio singula describere, adiecto pondere & mensura: eóque relicto horreum anulo suo obsignare vnde aliquid sustulisset. Propterea dicitur ἡμιπόνηρος iste fugitiuus, propria sibi pondera, mensuras & anulum fecisse, ac Chiis ostendisse. Verte sic, *parat sibi proprias mensuras, pondera & anulum. Atque illa cùm ostendisset Chiis, Ego, ait, quando ab aliquo è vobis aliquid capiam, his ponderibus & mensuris capiam: vbi autē cepero quantū erit satis, horrea vestra hoc anulo sigillata relinquā.* Solitos veteres etiam τὰ ταμεῖα σφραγίσασθαι, vel illa de Lacyde narratiuncula doceat, quæ extat apud Numenium & Diogenem Laërtium. Distinguēda sunt ab iis, quæ suo quodam iure, ad se sustentandum & suos, rapiebat Drimacus, illa quæ dono accipiebat à ciuibus, liberè per festos dies eorum cœtus in agris frequentans. Ea dona erāt, vinum, & hostia aliqua. Lege, ὅσα γ' ἂν αὐτοὶ δοίησαν οἱ κύριοι. *quæ quidem ipsi domini darent.* Hæc sunt verba quæ interpretes in errorem induxerunt.

CAPVT XIX.

Eupolidis drama, Φίλοι. *Locus Pollucis. seruorum iura apud Athenienses.* ὕβρεως γραφὴ *&* αἰκίας. δοῦλος *&* οἰκέτης. ἐριθεῖται. ἐργάτιδες, *ergastula.* σίνδρον. περίδινος. ὑπόπτερος. παραπίπτειν. μάττειν, *pinsere hordea.* παιώνιον. ἀναχαιτίζειν σφαγαλίζειν. παραλυγίζειν. *cibus* χαῦνος ῥόδον, *naturæ mulierbris.* ἐπίπαστα. ἐπιθλίψεις. *vasis &* νάνος.

AIT ἡ χείρηται Εὔπολις ἐν Φίλοις. Meminere huius dramatis Harpocratiō in παράστασις, & parœmiographi in explicatione prouerbij, οὐδὲ ποτ' ἴσχει ἡ θύρα. Corrige obiter Pollucis exemplaria lib. 7. cap. 29. vbi postquam dixit Φορεῖν apud Aristophanem significare τὸ κομιστρον, mercedulam baiulis dari solitum, ob asportatum onus

è foro in ædes: addit τούτῳ ἄρ' ἔοικε καὶ τὸ ἐν τοῖς φίλοις Εὐπόλιδος, Τιμῆς δ' ἔπεστί τις πόση ἡ διαφορά; Scribendum, πόση πόθ' ἡ φορά. & fortassè τιμῶν pro τιμῆς. citat & libro vltimo, cap. 23. Quod ait Athenienses dedisse suis seruis actionem iniuriarum contra heros, certum est ex antiquis scriptoribus: ex quibus constat iura seruorum longè solutiora fuisse in Græcia quàm essent Romæ, vt disertè Plautus quoque testatur. De Atheniensibus scribit non falsò Demosthenes Philippicâ tertiâ, πολλοὺς ἄν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ἡμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ, τι βούλονται λέγοντας, ἢ πολίτας ἐν ἐνίαις τῶν ἄλλων πόλεων. Effectus actionis seruis concessæ erat, vt possent πρᾶσιν αἰτεῖν, & dominos iniquos adigere vt se venderent. Inter ὕβρεως γραφὴν & αἰκίας, non distinguitur hoc loco. Fere enim ὕβρις, & ὕβρις ἡ εἰς σῶμα cùm dicitur, stuprum per vim illatum intelligitur. Differentiam inter δοῦλον & οἰκέτην statuit Chrysippus, hanc: οἰκέτης est ὁ τῇ κτήσει καταταττόμενος: qui censetur in bonis possidentis. δοῦλος, qui operas præstare domino tenetur. hinc sequitur verum esse quod hic dicitur: etiam qui liberali caussa manu fuerit missus, esse δοῦλον: non tamen οἰκέτην, quia desierit in heri rebus censeri. Ἐρκίτας interpretatur Amerias, τοὺς κατ' ἀγρὸν οἰκέτας. Siculi ἐργάτινας vocabant. vnde sumserunt Romani ergastulorum & ergastulariorum seruorum appellationem. Hesychius ἐρκῖται, οἱ ἐν ἀγρῷ οἰκέται. meliùs per ε. vt hic, & apud Eustathium: cuius libri ἀποφράδην nominant, quem nostri ἀποφέρβων. Σινδρεῖα, ait auctor vocabant τὴν δουλοκρατίαν. Hesychius vocis huius originem indicat subobscurè σινδρῶν, ait, πονηρῶν, βλαπτικῶν εἰ ἢ ἀπελευθέρους, ἢ δούλους. voce βλαπτικῶν, innuit esse à σίνος: quod significat βλάπτειν, lædere. itaque σινδρὸς, idem ac σίνις. nō igitur propriè σινδρὸς est seruus, sed improbus. Eadem ratio ferè vocis πεδήτης, cum pro seruo accipitur Ionis versum è Laerta scribo cum Dalecampio Οἴμοι. θύραν οἰκεῦ κλεῖσον ὑπόπτερος, μή τις ἔλθῃ βροτῶν. Hei mihi! domum citus claude serue, ne quis veniat mortalium. ὑπόπτερος pro κοῦφος & ταχὺς, vt qui alas habet. In ecloga Cratini, scribunt nostri codd μᾶζαι δ' ἐν ταῖσι παλαίστραις Αἰγιναῖαι κατεβέβλοντο. δρυπετέσι βώλοις τε κομῶσαι. non dubium est, inesse mendum. Epit. κώλοις pro βώλοις. Fortè, δρυπεπέσιν ἐλαίαις κομῶσαι. olim, inquit, mazæ vægrandes passim expositæ erant in palæstris, ornatæ ac comitatæ druppis oliuis. Cratetis subiectus locus, elegantior sit an deprauatior, non facilè dixerim. Duo inter se colloquuntur: quorum alter mira prædicat de fictâ à se Rep. Is cùm dixisset, nullum in sua ciuitate fore locum seruis: subiicit alter indignabundus: ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἷς κεκτήσεται, οὐδὲ δούλην, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρων διακονήσει; Itàne, ait, serui nulli erunt: sed oportebit vt etiam senes sibi ipsis ministrent:[Cæterùm vt metro consulatur; locus ita concipiendus, sublatis nonnullis: Ἔπειτα δοῦλον οὐδὲ εἷς κεκτήσεται, Ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ δῆτ' ἀνὴρ γέρων διακονήσει.] Responsum ita scribitur, οὐ δῆτα. ὁδοιπορεῖ γὰρ ταῦτα πάντα ἐγὼ ποιήσω. Scias iam olim hæc esse corrupta: nam auctor Excerptorum ea præteimisit. Interpretes, vt olim Sabini, quod volunt somniant. Legendum est, ὁδοιποροῦντα γὰρ ταῦτα πάντ' ἐγὼ ποιήσω. Ego faciã, inquit, vt ista omnia domus instrumenta sese moueant. Sequentia deinde ita concipe, τί δῆτα τοῦτ' αὐτοῖς πλέον; cùm supellectilem mobilem reddideris, quid ex eo cõmodi hominibus eueniet? clara deinde responsio. πρῶτον μὲν αὐτῷ ἥξει τῶν σκευῶν ἕκαστον ὅταν καλῇ τις. ita scribendum & distinguendum, vasorum vnumquodque sponte suâ accedet vocatum. Postea eius rei dantur exempla: in quibus corrupta multa. Primum exemplum est de mensa. παράθου, τράπεζα αὐτή, παρασκευάζου σαυτήν. Scribe, παρατίθου ὦ τράπεζα αὐτή. παρασκεύαζε σαυτήν. heus tu, ó mensa, apponere: & appono te παρατίθεσθαι de mensa propriè dici, etiam pueri fatentur. Addit statim μάττε θυλάκιόν τε. panariolum mazam subige. θύλακος est ἀρτοθήκη. panarium: non vt docti verterunt mortarium. μάττειν est in magide farinam hordeaceam aquâ mistam subigere faciendæ mazæ. Habes non longe hinc similem Metagenis locum, & ibi hunc versum. μάζας μεγίστας αὐτομάτας μεμαγμένας. meliùs, αὐτομάτως. Verbum μάττειν poetæ Latini vertunt, pinsere hordea. Etiam ista corrupta sunt: ἔγχει κύλιξ, λιπαρίζουσα σαυτήν. Scribe, λιπάριζε σὺ σεαυτήν. Ait, τὴν χύτραν χρὴ ἐξαίρειν τὰ τεῦτλα. Oratio est ambigua. Potes vertere, oportet vt olla extrahat betas: item, oportet betas ollam attollere. Postremò piscem ita compellat, ἰχθὺν μεταστρέψας σεαυτὸν ἀλείφει ἐξαλείφων. Sententiam expressit Eclogarius μεταστρέψας σεαυτὸν ἀλειφε. Vera lectio est quam excogitauimus. μεταστρέψας σεαυτὸν ἁλσὶ πάσσ' ἐξαλείφων. vel ἐπαλείφων. Potiò videtur istud facetissimi poetæ figmentum, occasionem Simoni mago dedisse tentandi eius miraculi, quod ψευδεπίγραφος ille Clemens ita narrat. ἐν δείπνοις, inquit, εἴδωλα παντοδαπῶν ἰδεῶν παρίστησι· τὰ ἐν τῇ οἰκίᾳ σκεύη, ὡς αὐτόματα φερόμενα πρὸς ὑπηρεσίαν ὁρᾶσθαι ποιεῖ, τῶν φερόντων οὐ βλεπομένων. Tertium versum sequentis eclogæ, ἐπὶ κιόνων ὕδωρ διὰ τοῦ παιωνίου, repertum in membranis antiquis in suum locum restituimus. Παιώνιον, si modò ita scribendum, locus in vrbe Athenis fuisse videtur, vbi erant columnæ quæ formas aquæductus sustinebant. Sequitur, ὕδωρ ἑκάστῳ ῥεύσεται εἰς τὴν πύελον. ἐρεῖ δὲ τὸ ὕδωρ ἀνεχχεῖται. Lectio est deprauata. Excerpta habent, ἀναχαίτει. Vnde facilis emendatio. ἐρεῖ δ' ὕδωρ ἀναχαιτιεῖ. sponte suâ influet aqua in pelum: deinde ipsa se sistet plenâ pelui. ἀναχαιτίζειν verbum elegantissimum, & sententiæ huic accommodatissimum. Decimum è Teleclidis ita exhibet Abbreuiator, ὥστ' ἀφθονία τὴν ἔνθεσιν ἣν δεύσειεν ἁπαλὸν καταπίνειν. hoc est, ita vt posset aliquis buccean condimētis irrigare, & mollius deuorare. Docti iudicẽt. In sequente emendauit Dalecampius perspicuè corruptam χαφὴν, scribens, σοῦ ἀδάμας. quod inter-

interpretatur *puniceorum auulsa grana*. esto eruditorum iudicium. Nos ita versum concipiebamus, λεκανίσι ἡ κρέα ἁλίπαςα παρῆν, ἡδύσμασι καταπεπας-μένα. *in patinis erant carnes salsæ, cõdimentis resperse.* Mox pro οἱ παῖδες ἀνεςραγάλιζον. Epitoma αὖ ἐςραγάλιζον. quasi diceretur ςραγαλίζειν pro ἀςραγαλίζειν, vt ςραγαλωτὸς μάςιξ pro ἀςραγαλωτός. Lego etiam, ὥσϑ' οἱ μετ' αὐτὸν ἐρχόμενοι μιμησάμενοι ἐπεξειργάσαντο. non ϗ ὡς οἱ μ. Variè scribitur paulo pòst vox τιθολυγοῦντες. Eustathius hanc scripturam tuetur, non semel ita scribens & explicans, ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖν. addit, ὅϑεν ἴσως καὶ τὸ τονθορύζειν. Scripta quædam antiquâ manu, πομφολυγοῦντες. Malim, τονθορυγοῦντες, vt apud Pollucem lib.6.cap.9. Postea scribe, ὥς' εἰ μηδὲν τι κ'αὐτομάτην τὴν ἔνϑεσιν χωρεῖν. Iocum aliter non intelligo. Apud Pollucem pro σίζοντες ἐπέχεον, editum σίζοντα. & post vocem καταχυσματίοισιν, inserit idẽ versum istum, τεύτλοισι τ' ἐγχέλυα συγκεκαλυμμένα. Legit etiam ὀπὶ σπακίοισιν: & χόλιξ βοός. item, Χαυνότερ' ἐπέκειτ' ἐπ' ἀμύλων καθήμενα. cibus χαῦνος mollis & delicatus. nostrum χλιαρότερα tuentur veteres. Emenda ex Polluce, Ἐν καταχύτλοις λεκανίσιν ϗ ἀμύλων τόμοι. Rursus apud illum ex nostris libris quædam emendabis. inter cætera versum hunc, ὀπταὶ κίχλαι γὰρ ἀναβρας' ἠρτυμέναι. sic enim rectum est. assati turdi, elixi & bene conditi. Sic mox, Καὶ τοῖσιν ἰδεῖν ἁπαλαῖς κίχλαις ἀναβράσαις. Vocem ἰδεῖν, quæ malè posita initio versus, reiice in superioris finẽ: ibi deest. hìc superest. Errant qui in hoc versu Ἠβυλλιῶσαι καὶ τὰ ῥόδα κεκαρμέναι, nescio quas temerarias emendationes, & malè fultas interpretationes excogitant. Comici locos mulierum vocant ῥόδα. Hesychius, ῥόδον Μιτυληναῖοι τὸ τῆς γυναικός. idem significant, & κῆπος, πεδίον, λειμών, ac βληχώ. Quæ appellat Pherecrates λιπαρὰ ὄπτια πας᾽ά, alij dixerunt παςά. Sic vocabant ἔτνος ἀλφίτοις μεμιγμένον, *pultem cum hordeacea farina mixtam*. Rectè nostri codices ἀχιλλείοις μάζαις κοχυδοῦντι ἐπιβλὺξ, non vt in Excerptis ἐπικλύξ. Eust. explicans hunc ipsum locum, τὸ ἐπιβλὺξ, ait, ἐκ τοῦ βλύζω βλύξω δωρικῶς παρῆκται. paulo antè scripserat, & βρύειν & βλύζειν, de scaturiente aqua fontana dici. Scribo, ἀπὸ τῶν πηγῶν τῶν τοῦ Πλούτου ῥεύσονται σφῶν ἀρύτεσθαι, vel vt in Epit. σφῶν αὐτοῖν ἀρύτ. Addit facetus poëta, ὁ Ζεὺς δ' ὕων οἴνῳ καπνίᾳ κατὰ τοῦ κεράμου βαλανεύσει. *Iupiter vinum capniam pluẽs tegulas rigabit tanquam aquâ balneari*. Inter vina Græcorum est ὁ καπνίας non postremum: de eo diximus antè ex Theoph. Falluntur nimis qui emendant & scribunt, οἴνῳ κ' καπνίᾳ. Etiam quod in istis μετ' ἀμητίσκων ϗ νασίσκων πολυτύρων, emendant νασίσκων, etsi reprehendi non potest: malo tamen νανίσκων. Placentarum nomina sunt ἄμης & νάνος, quæ sic coniunguntur in hoc versu: vt libro 14. in albo πλακούντων simul recensentur & explicantur. Ac quanquam ibi quoque νασοῦ fit mentio, probabilior tamen nostra emendatio ob vocem πολύτυρος. nam caseus nano tribuitur, non nasto. νάνος, ait, τυρὸς πλακουντώδης διὰ τυροῦ καὶ ἐλαίου σκευαζόμενος. Vocem λιθοκολλητοπολφοπαταμώντα, explicuimus lib. 4. cap. 15. Scribe τὰ δένδρη τὰ ν τοῖς ὄρεσι. non αὐτοῖς ὄρεσι. Vt præstaret auctor quod antè pollicitus est, de comicorum omnium locis exhibendis, qui imitationem continerent initio positorum Cratini versuum. Pherecrateis versibus subiiciendæ erant similes ῥήσεις ex Aristophanis Tagenistis & Acharnensibus, sed quia in omnium manibus tum versabantur ea dramata, supersedet dipnosophista eo labore, atque hac quasi excusatione vtitur. Τί δεῖ πρὸς τούτοις παρατιθέναι τὰ ἐκ Ταγηνιςῶν τοῦ χαριέντος Ἀριςοφάνους; πάντες γὰρ τῆς κατ' Ἀχαρνέας αὐτοῦ πλήρεις ἐςέ. *Quid opus est, ait, superioribus adiicere lepidi poetæ Aristophanis versus ex Tagenistis? nam iis certè* epulis *quæ in illius Acharnensibus* memorantur, *pleni estis*. quasi dicat, non dubito meminisse vos similium versuum, qui Aristophanis Tagenistis leguntur, ac multò magis eorum quæ sunt eodem argumento in Acharnensibus eiusdem. Τῆς κατ' Ἀχαρνέας αὐτοῦ, breuiter & concisè dictum pro τῆς εὐωχίας τῆς κατ' Ἀχαρ. Locus illius comœdiæ quem intelligit, est hic: Τὰ δ' ἄλλα πάντ' ἐςὶν παρεσκευασμένα. Κλῖναι, τράπεζαι, προσκεφάλαια, στρώματα, & quæ sequuntur deinceps multis versibus. Nicophontis versus ita distinguendi.

---νιφέτω μὲν ἀλφίτοισι νῦν,
ψακαζέτω δ' ἄρτοισιν, ὑέτω δ' ἔτνει.
Ψωμὸς διὰ τῶν ὁδῶν καλινδείσθω κρέα.
Πλακοῦς δ' ἑαυτὸν ἐσθίειν κελευέτω.

CAPVT XX.

Suidæ locus αἰνιγματώδης. ἐκφαλισματα ἄρτων. ταὐθυσα ἀγορά. Hippocratis locus. Achæi poetæ Κύκνος. ἐπιδέναντ. serui & κατωνακοφόροι. item μόθακες. Lysander inter mothaces. Æliani codices emendati duobus locis. serui Lacedæmoniorum. Seruorum in Ægina numerus.

MENDVM profitetur in pericopa Metagenis versus hic † τῇδὶ δ' ἀφύλεισι, τῇδε δ' αὖ ταγηνίαις. Potes scribere, τῇδε ἡ ἐφϑοῖσι, vel τῇδ' ἐφϑαλέοισι.

κατὰ τὸν Πλάτωνα ἐν τέσσαρσι τούτων τινῶν μεταλλάξομεν, ἃ μήτ' ἰσχὺν ἐντίθησι, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. Nullum hic versus vestigium, etsi aliter non sine caussa possit videri. Ipsi Demosthenis sunt verba ex oratione quâ respõdet epistolæ Philippi. Sic orator: εἰ δ' αὖ τινες ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειον τι ϗ μέγα κινήσασθαι ἀγαθὸν, καὶ τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγέντες, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε, ϗ γὰρ ἐκεῖνα οὔτ' ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. [Ad locum Demost alludit Symmachus epist. ad Auson. quæ in alias lib. 1. *Fac veniat in mentem, quid Græca super hoc dicat oratio. Paruis nutrimentis* (alij cod. *intrimentis*) *inquit, quanquam à morte defendimur, nihil tamen ad robustam valetudinem promouemur.* B. quoque Hieronymus eũdem respexit, cùm scriberet in 4. Ezech. caput. *Qui cibus & potus iuxta inclytum oratorem, non vires tribuit, sed mortem prohibet*, & ante hos Salustius in Marci concione, de quiuis modis

dis frumentationis: *quæ profecto non amplius prosunt, alimentis carceris: nā vt illis, exiguitate mors prohibetur, senescunt vires: sic, &c.*] His autē verbis hortatur Cynulcus conuiuas, vt aliquid saltē concedere velint: sin minus quantum par sit, & natura postulet: saltem quantum fuerit satis ad impediendum ne fame enecentur. Labanius in declamatione de auaro, ὅτε μὲν πρὸς ἡμῶν φύλακας εἰσιών, τότ' ἐγὼ μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν παιδίων μόνα ἐσθίοντι ἃ ἐκώλυε μὴ τελευτᾶν. In Suidæ Lexico hæc verba legere memini, ἰνγκρεσία παρὰ Ῥωμαίοις, τὸ τοῖς ἀσθενέσι διδόμενον σιτίον, ὃ οὔτε ζῆν, οὔτε ἀποθνήσκειν ποιεῖ. Acutiores hîc se exerceant, & ænigma istud, si possunt, soluant. Ego hîc Dauus sum, non Oedipus. [Nam quod viri docti coniiciebant, de veneno esse intelligendum quod dabatur in gruso, id est, ficu, inquiunt; omnino alienum est, neque verbis Suidæ conuenit, quæ totidem literis habentur etiam in lexico Basilicorum, quod eruditissimus Labbæus edidit. Ait Suidas ita vocatum fuisse apud Romanos cibum qui dabatur ἀσθενέσι, *infirmis, ægrotis*. Quis vidit dari ægrotis venenum? & satis apparet è verbis Suidæ, id vocabulum aliquando in vsu communi fuisse, tanquam aliquam artis medicæ εἰ τεχνικὴν dictionem, id verò suspicionem de veneno planè euertit. Scio in Glossario scribi, ὄλυνθος, *hoc grusum*: sed est error librarij, pro *grossum*: atqui grossus non est ficus. Quare autem in grosso potius quàm in ficu, venenum malefici darent?] καὶ ἐκφατνίσματά τινα ἄρτων ἔχης, δὸς τοῖς κυσίν. Etsi propriè φάτνη & eius σύστοιχα iumentis conueniunt: vtuntur tamen auctores voce ἐκφατνίζειν, pro reliquias de mensa tollere. Athenæus libro quarto, ἐκφατνιζομένων σερβιλιάτων ἑκατὸν ἀπεφέρεν ὁ λιμὸς κρέα. inde ἐκφατνίσματα ἄρτων, panis frustula inter analecta mensarum conuerti solita. ἥκεις πρὶν ἀγορᾶς πληθυούσης. Ludit in ambiguo vocis ἀγορά. Iussus fuerat modo Cynulcus ab Vlpiano, si quæreret aliquid edere, abiret εἰς τὴν λαχάνων ἀγοράν, id est, *in forum olitorium*. ille respōdet, se venturum fuisse πληθυούσης ἀγορᾶς, si ad recitationem esset inuitatus. Est autem πληθούσα ἀγορά, tempus quo maxima est in foro hominum frequentia. Sed Cynulcus capit hîc, pro pleno auditorio. de industria nimirum ita facit cum loqui Athenæus vt semidoctum aliquem irrideat, qui contra omnium auctorum vsum, & publicam loquendi consuetudinem sic abuti eo genere loquendi solitus. Vnde illi nomen vulgò inditum, ludibrij caussa, Πληθαγόρας, vt statim additur. Aliter in eadem voce peccant Hippocratis interpretes, qui πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι vertunt, *priusquàm solueretur concio*. ineptè sanè, nam tempus notatur Hippocrati, quo desinunt esse homines frequentes in foro. Ex more Romano intelligitur tempus circa horam decimam, vt ex Paulo Iurisconsulto docebamus ad Suetonium. Locus Coi senis est Ἐπιδημιῶν libro quinto, ἔθανε πρὶν ἀγορὴν λυθῆναι, ἀμφὶ ἡμέρη πληθούσης. Similiter & libro septimo, ἀπέθανε πρὶν ἀγορὰν λυθῆναι, ἐν ᾗ τῇ ἡμέρῃ ἐπλήγη. κατὰ τὸν τοῦ Ἐρετριέως Ἀχαιοῦ κύκλον. Placet coniectura Hadriani Turnebi: in cuius libro reperi ad oram scriptum, videri legendum κύκνον, Eo titulo tragici comicique fabulas ediderant vt Achæus hic, & Alexis, teste Athenæo libro 11. Laudatur etiam grammaticis doctissimi Varronis Κυκνὸς ἢ περὶ ταφῆς. ὑποδιθυραμβεὺς φθέγξομαι κατὰ τὸν Σωκράτην. non memini tamen legere facta fuisse Socrati carmina dithyrambica: neque aut Plato dicit in Phædone, aut Diogenes Laërtius. κατὰ τὸν Ἀμειψίαν ὃς ἐν Σφενδόνῃ ἔφη. Citat & Pollux libro nono & libro decimo, capite 31. ὁρῶ γὰρ θαῦμ' ἄπιστον ἰχθύας ζῶν. Inepta sententia, nisi vocem πάντα inseras, quæ etiam fulciendo versui necessaria est. Nihil est mirum videre pisces: illud mirum & verè θαῦμα ἄπιστον, omnia piscium genera simul apposita mensæ videre. Puto scripsisse Heniochum.

——ὁρῶ
Ἅπαντα, θαῦμ' ἄπιστον, ἰχθύας ζῶν.

sequenti autem versu quin scriptum fuerit à poëta, vt editur hîc, περὶ τὴν ἄκραν παίζοντα, non ambigo: Cynulci tamen sententiæ minùs id conuenit: loquitur enim de copia illatorum mensæ piscium. συμβαλοῦμαί τι καὶ αὐτὸς μέλος εἰς ἔρωτα τοῦ σοφοῦ καὶ φιλτάτου δημ. Aliqui putet scribendum εἰς ἔρανον. nihil tamen mutauerim. Videtur allusum ad Conuiuium Platonis: vbi è singulis conuiuarum loco symbolæ exigitur laudatio Cupidinis. Est autem senarius integer, μέλος εἰς ἔρωτα τοῦ σοφοῦ καὶ φιλτάτου, qui Athenæo aliud agenti excidit: nisi est ab aliquo poëta. Quod non temerè suspicari semper, verùm esse postea non sine aliqua voluptate animi deprehendimus, cùm in hæc Athenæi verba è libro 15. incidissemus. ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐσμέν, συμβαλοῦμαί τι μέλος ὑμῖν εἰς ἔρωτα, κατὰ τὸν Κυθήριον ποιητήν. poëta Cytherius, est Philoxenus, vel ex his libris satis notus. προσηγόρευσαν ἐπευνάκτας, ὅτι κατεκλίθησαν αὐτοὶ τῶν τελευτηκότων εἰς τὰς στιβάδας, *appellarunt* ἐπευνάκτας, *quod fuissent collocati in lectis defunctorum loco*. Constat ratio huic nomini: εὐνάζειν est collocare in cubili. ἐπευνάζειν, *inducere in alterius cubile*. communis formatio postulabat ἐπευνασ7ὰς. sed Dores in futuro dicunt εὐνάξω. & in multis retinent τὸ κ. Hesychius paulò aliter, ἐπευνάκται, συγκοιμηταί. Sed quos Phylarchus hîc vocat ἐπευνάκτας consentientibus libris omnibus, Hesychius εὐνάκτας. Sic ille, εὐνάκτοι, παρθενίαι. vt doceret nos conditionem epeunactorum Spartanorum, postquam inter ciues sunt recepti, acutè vocat eos parthenias. Fuerunt Lacedæmone ciues quidam non pleno iure, quos parthenias appellabant. Sed caue putes, inter parthenias propriè dictos, & epeunactos, nihil fuisse discri-

minis. Adi Strabonem, Iustinum, & Aristotelem in Politicis. Nemo ferat virum doctum, qui emendat ἐπευνάκτους, perperam & inepte. Quemadmodum illud quoque intolerandum, quòd mox pro καταναχοφόρους καλοῦσι δούλους τινὰς, scribit, καταγχοφόρους. Verum est enim quod exhibent scripti editique omnes libri, κατωνακοφόρους. Sic dicti isti serui, vel quòd loco vestis, νάκη, id est, lanatam pellem tenerentur gestare: vel quòd herorum suorum comites viatoria cubilia illorum portarent: quâ de re plura olim ad Theophrastum. Quid inter *epeunactos* & *catanacophoros* conueniret, non explicatum est Athenæo: ex cuius verbis non aliam nisi nominis inter illos conuenientiam colligas: vtrique enim à ministerio circa lectos nomen inuenerunt, vt exposuimus. Addit, οἱ δὲ μόθακες καλούμενοι παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐλεύθεροι μέν εἰσιν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. Aliter alij, qui *mothaces* volunt fuisse conditione seruos. Hesychius, Μόθακες οἱ συντρεφόμενοι υἱοῖς δοῦλοι παῖδες. & dicti μόθακες, παρὰ τὸ ὁμοῦ θεῖν: vnde etiam est μόθων. Erant igitur serui à pedibus, qui aliis Græcis ἀκόλουθοι. dicebantur & μόθωνες, iisdem Laconibus. Quod ait, mothaces liberos quidem fuisse: at non tamen Lacedæmonios: discimus inde eos, tantùm Lacedæmonios censeri solitos, qui plenissimo iure ciues essent, vt Latinè *Quirites*. Et constat ex aliis scriptoribus ius ciuitatis in ea Rep. magnis multísque fuisse circumseptum difficultatibus Lysandrum iuuenem è mothacibus vnum, quod dicitur hic, fuisse, ex Plutarcho non discas: fatetur tamen etiam Ælianus lib. 12. cap. 43. Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ Γύλιππος, καὶ Λύσανδρος ἐν Λακεδαιμονίᾳ μόθακες ἐκαλοῦντο. ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων, οὓς συνεξέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. Desunt hic manifestò verba quædam. Scribo, ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων παίδων δούλοις κείμενον. οὓς συνεξ. Non semel hoc genus mendi deprehensum nobis in elegantissimo illo scriptore. Exempli gratia l. 1. c. 26. ita scribitur de Phoc. τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ τῇ ἐν Σάρδεσι δεδεμένους ἄνδρας ἠξίωσεν αὐτὸν, ἀφεῖναι ἰσολύτρους αὐτῷ, Ἐχεκρατίδην τὸν σοφιστὴν, καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἰμβραῖον, καὶ Δημάρατον· ἀδελφοὶ δὲ ἄρα ἦσαν ὄντι ῥᾳδίως. nimis ridicula lectio: quæ stare non potest, nisi concedatur hominem Siculum Himeræum: vel, vt habent Plut. cod. Imbrium, fuisse Rhodium. Sed scribendum, καὶ Δημάρατον καὶ Σπάρτωνα ἀδελφοὺς δὲ ἄρα ἦσαν ὄντι ῥᾳδίως. auctor Plutarchus in Phocione. Varia fuére nomina quibus seruos suos Lacedæmonij appellarunt, postquam eos libertate donassent. ἀφέτας dixére quosdam: voce quæ respondet Latinæ *manumissus*: quosdam ἀδεσπότους, vt qui exuissent de seruitute herorum: alios ἐρυκτῆρας: alii tenebantur patronorum corpora stipare nam ἐρυκτὴρ est quasi σωματοφύλαξ *stipator* & *latro*. Fuére qui libertos vocarent δεσποσιοναύτας: è re nomine imposito: quasi dicas, *herilium nauium magistri*. item qui νεοδαμώδεις, vt si dicas, *ciues ad scriptitios & nouos*. Error est in istis verbis quæ sequuntur, Κτησικλῆς ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν φησὶν Ὀλυμπιάδι, Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως. non est simile veri, habitum hunc Athenis populi recensum à Demetrio Phaleréo adhuc priuato. Itaque cum illius dominatus incipiat ab anno vltimo Olympiadis centesimæ quintæ, falsò hîc scriptum, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν. Probabilius sit, τῇ ἑκκαιδεκάτῃ. Scripta lectio hoc modo corrupta, φησὶν ἐν τρίτῳ καὶ δεκάτῳ πρὸς ταῖς ι. Numerum seruorum qui fuére quondam in Ægina, proditum hîc ex Aristotelis scriptis, inuenio etiam alibi. Scholiastes Pindari explicans hæc de ea insula verba, odæ 9. Olympionicarum.

τεθμὸς δέ τις ἀθανάτων
καὶ τάνδ᾽ ἁλιερκέα χώραν
παντοδαποῖσιν ὑπέστασε ξένοις
κίονα δαιμονίαν.

scribit hæc, παρόσον ἀνδρῶν οὕτω φασὶ τὴν Αἴγιναν, ὡς καὶ ἐν αὐτῇ τεσσαράκοντα ἑπτὰ μυριάδας οἰκετῶν. quæ ex eodem Aristotele sumpta esse, nullus dubitat.

CAPVT XXI.

ὁ ἀπὸ καλῆς ἀκτῆς. *Serui quinque Scipionis Sybaritarum dictum.* Solem neque orientem videre, neque occidentem. Sacra via *Romæ*. *Apex sacerdotum. Rutilius Rufus. Opsoniorum modus ex lege Fannia:* κατωνικὰ κρέα. terra nata. *lex sumptuaria de muneribus cauit.*

CLAVDIT librum hunc sermo habitus à doctissimo Larense: quo in sermone non desunt quæ obseruemus. Ait, σύγγραμμα ἐκδέδωκε περὶ τῶν δουλικῶν πολέμων Καικίλιος ὁ ῥήτωρ ὁ ἀπὸ καλῆς ἀκτῆς. Quia legimus Atticam aliquando fuisse *Acten* appellatam, putarunt Docti sic accipiendam hoc loco eam vocem, ac vertunt *in Acte pulchra genitus* sed errant hîc quoque viri optimi. Hic enim est, Cæcilius rhetor Siculus, qui Romæ floruit æqualis & amicus Dionysio Halicarnasséo. meminére Cæcilij præter Dionysium Quintilianus, Longinus, aliíque veteres. καλὴ ἀκτὴ, nomen est oppidi in litore Septentrionali Siciliæ. Ptolemæi codices Καλάκτην vocant: qui puriùs Græcè loqui studuerunt, Καλὴν ἀκτὴν, vt Athenæus hic, & libro 11. necnon Diodorus Siculus Bibliothecæ lib. 12. παραστησάμενος χρησμὸν αὐτοῖς δεδοὺς κτίσαι τὴν Καλὴν ἀκτὴν ἐν Σικελίᾳ. Suidæ corrupta voce dicitur Κάλαντις. nato errore ex eo quòd Calęactę incolę *Calatini* nominabātur, cũ deberent *Calactini*. ita certe eos indigetat clare Diodorus eodem libro: nisi tamen ibi scribendum, τὴν τῶν Καλακτινῶν πατρίδα: non vt est editum Καλατινῶν. Ait de Scipione publicè misso ad componendum diuersorum regnorum statum, πέντε μόνους ἐπήγετο οἰκέτας. *quinque solos duxit secum seruos.* totidem & Cato Censorius narratur secum habuisse, cùm in Hispaniam consul proficisceretur. Quod sequitur de Iulio Cæsare, τρεῖς οἰκέτας,

οἰκίας, τοὺς παῖδας συνεπήγετο, minus rectè versum est *tres seruos habuit*. Ille verò eo tempore, & seruorum ingentem numerum, & familias quoque gladiatorias aliquot habuit: sed non συνεπήγετο *secum ducebat*. De Smindyrida verò Sybarita ait doctus commentator, eum quando ad Agaristæ nuptias Sicyonem profectus est, secum duxisse mille seruos, ἁλιεῖς ὀρνιθευτὰς, μαγείρους, id est, *qui erãt piscatores, aucupes, coqui*. Si narrationẽ hanc cum ea contuleris quæ apud Ælianum habetur, scias seruorum triplo maiorem fuisse numerum. Scribit enim, ductos χιλίους μὲν μαγείρους, τοσούτους δὲ ὀρνιθευτὰς, καὶ ἁλιεῖς χιλίους. Celeberrimum est voluptuariorum illorum dictum, quod deinde cõmemoratur, οὐκ ἰδεῖν τὸν ἥλιον ἰὸντα εἴκοσιν ἔτη ἀνατέλλοντα οὔτε δυόμενον καταδυόμενον. Hæc fuit vita Sybaritarum, vt pluribus narratur lib. 12. vbi etiam caussa quædam affertur, cur illis ita fuerit viuendum. Scriptores verterunt in prouerbium. Cicero De finibus l. 2. *Nolim mihi fingere asotos vt soletis, qui in mensam vomant, & qui de conuiuiis auferuntur, crudique postridie se rursus ingurgitent: qui solem vt aiunt, nec occidentem vnquam viderint, nec orientem.* Seneca epist. 122. *Sunt quidem in eadem vrbe antipodes, qui vt M. Cato ait, nec orientem vnquam Solem viderunt, nec occidentem.* Vetus scriptor apud Suidam, de Timasio loquens, homine asoto, qui sub Theodosio vixit. ille, ait, ... bonum censebat, ἔχειν ἑαυτῷ ὅ, τι βούλοιτο ... ἀδεῶς ἅμα τε μέθην νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ εἰδέναι, ... ἀνατέλλοντα καὶ δυόμενον τὸν ἥλιον καθορᾶν, ἴσον καὶ ὁρᾶν. Restitue negationem, quæ in his desideratur, νῦν δὲ τὴν ἐκλογὴν τῶν χρησίμων ποιούμενοι οὐδὲ τῶν ἐναντίων, συναποφέρονται καὶ τὰ μοχθηρὰ ζηλώματα. Scribe νῦν δὲ τὴν ἐκλογὴν τῶν χρησίμων οὐ ποιούμενοι, ἀλλὰ τῶν ἐναντίων, &c. *nunc cum nullum vtilium habeant delectum, simul cum illis & praua instituta referunt ab hostibus.* Ait veteris Romanorum modestiæ & εὐλαβείας testimonia superesse adhuc in sacris quæ facerent. ὁδὸς τε γὰρ προκειμένη τεταγμένας καὶ ὡρισμένας. respicit Sacrã viam, ita dictam quòd eo itinere vtãtur sacerdotes idolum sacrorum conficiendorum caussa. Ex auctoris verbis colligas seruatam fuisse eandem religionem in omnibus sacris: qua de re ampliùs quærendum. Huc fortasse pertinet antiquum Numæ præceptum, de non adeundis obiter & ὁδοῦ πάρεργον deorum templis. Lego ex Epit. οὐδὲν πλέον τῶν κατὰ φύσιν οὔτε ἠμφιεσμένοι καὶ περὶ σώματα ἔχοντες οὔτε ἀπαρχόμενοι. non ἀπερχόμενοι. neque in nobis, inquit, modum excedimus, cum sacra facimus, neque in iis quæ diis offerimus. Verbis hisce, πίλους ταῖς κεφαλαῖς περικείμεθα, intelligit apicem sacerdotum, quem Dionysius appellat πῖλον ὑψηλὸν εἰς σχῆμα κωνοειδὲς συναγόμενον. Post ista, τὰ δὲ εἰς τοὺς θεοὺς ἀπαρχαί τινες εἰσι, deesse aliquid non dubitamus: nimis enim ex abrupto transitus fit ab encomio Romanorum ad eorundem vituperationem. An non enim vituperatio hæc est, cùm ait iam olim ex omnibus ciuium Rom. millibus tres solùm repertos qui legem Fanniam sumptuariam seruarent? Tres illi fuerunt Mutius Scæuola, Q. Ælius Tubero, & Rutilius Rufus. Itaque pro Ναῦιος Καικίλιος Τουβέρων, scribendum ex libris Romanæ historiæ, Κόιντος Αἴλιος Τουβέρων. Legi apud virum doctum, Rutiliorum nomen fuisse *Nautius*: itaque transpositis vocibus legendum esse, καὶ Ναύτιος Ρουτίλιος Ροῦφος. Vt dicam ingenuè, nihil probo, nihil verum censeo: Iste enim Rutil. ὁ τὴν πάτριον ἱστορίαν γεγραφὼς, is est de quo Suetonius in Augusto, & eruditissimus Iurisconsultorum Iacobus Cuiacius in Obseruationibus. Publio ei fuit prænomen non Nautio. Laudatur Velleio Paterculo libro 2. Lex Fannia, inquit, Larensis sanciebat τριῶν πλείονας, τῶν ἔξω τῆς οἰκίας μὴ ὑποδέχεσθαι κατ' ἀγορὰν δὲ τῶν πέντε. postrema ita verte, *diebus autem nundinarum quinque.* Addit, ὀψωνεῖν δὲ πλεῖον τῶν δυεῖν δραχμῶν καὶ ἡμίσεος οὐκ ἐπιτρέπει. Epit. πλείους quod si probarem, supplerem ἰχθύων nomen ἰχθῦς. nam ὄψον & inde ducta, proprium locum habent in piscibus. Sed præstat vulgata lectio. Obsonari non permittebat maiora pecuniâ quàm duabus drachmis & semis, vel vt Romanè loquamur, denis sestertiis, sine assibus quadragenis. quam summam in nullo Fanniæ legis capite expressam à Latinis scriptoribus reperio. Verba legis quę ad hunc locum pertinẽt, sunt hęc, auctore A. Gellio. *Lex Fannia fuit lata quæ ludis Romanis, item plebeiis, & Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos asses impendi concesserat: decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris denos.* Cùm igitur lege hac pro diuersitate dierum, sumptuum esset diuersus modus præscriptus: quod hic narrat auctor, aliter accipere posse non videmur, quã de impensis ordinariis: eorum videlicet dierum, quos neque priuata neque publica vlla solennitas reddebat insignes. Atqui huiusmodi diebus, nõ denos sestertios sed asses denos fuisse definitos A. Gellius scribit. Iam sequitur aliud caput legis Fanniæ, κρέως δὲ καπνιστοῦ δεκαπέντε τάλαντα δαπανᾶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐπεχώρει. Vocat auctor καπνιστὰ κρέα nõ vno loco, quæ Theop. κρέα τεταριχευμένα: vulgò ἁλιστὰ, vt Lat. *salsa carnes* vel *arida*. lib. 4. in descriptione cœnæ triumphalis carnibus καπνιστοῖς opponuntur, τὰ τῶν προσφάτως καθιερευμένων, id est, *recens mactatarum victimarum*. Harum carnium, salsarum dico & fumo induratarum, communior esus semper quam recentium. Modus illarum præscribitur hoc legis Fanniæ capite: quo permittitur singulis patribusfamilias, vt quotannis quindecim taleata salsarum carnium absumant. Talentum vocant Græci scriptores libras Romanas 120. quemadmodum ex Vitruuio libro superiore diximus. Talenta igitur quindena efficiunt millena sexcentena pondo mensuræ Romanæ. Apage virorum clarissimorum & doctissimorum sententiam, τάλαντα hìc pro libra accipientium. Quæ enim ratio, quis color ei interpretationi quæri potest? At nimia est summa quam diximus. Contrarium potiùs verear. Nulla

enim tam anguſta domus, in qua non ſaltem quina pondo aut bubulæ aut porcinæ quotidie impendantur exhibendæ familiæ. Quanto amplius & liberalius ſalarium ab Impp. olim ſolitum aſſignari? Valerianus quidem Imp. Claudio inter cætera dari iuſſit *laridi libras, duo millia annua*, vt in eius epiſtola ad Zoſimionem procuratorem Syriæ ſcriptum. Probo autem tribuuntur in ſalario diurno, præter bubulam & alia quàm plurima, *porcinæ pondo ſex, caprinæ pondo decẽ*, vt legimus in Valeriani epiſtola ad Præf. Præt. Subiicit, καὶ ὅσα γῆ φέρει λάχανα, καὶ ὁσπρίων ἑψήματα. Scripta lectio λαχαίων: à qua non video cur debeamus recedere. Plato lib. 2. de Republica, καὶ βολβοὺς καὶ λάχανα, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς ἑψήματα ἑψήσονται. quem locum antè expoſuimus. ὅσα γῆ φέρει appellat, quæ dicebantur in lege, *terrâ nata*. M. Tullius in epiſtola Ad Gallum: *Lex ſumptuaria quæ videtur λιτότητα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. nam dum volũt iſti lauti terrâ nata, quæ lege excepta ſunt in honorem adducere fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil poſſit eſſe ſuauius.* Mox, *Itaque ego qui me oſtreis & murenis facilè abſtinebam, à beta etiã & malua deceptus ſum.* Ait πρὸς τὸ ὡρισμένον τιμήματος νομίμως ὠνήσασθαι. ſignificat, hos tres de quibus loquitur, contra legem feciſſe legitimè. Nam ſummam impenſarum lege definitam ſeruabãt illi quidem: verùm hoc ideò quia ab iis emebant, qui communi pretio res non vendebant. Ita fraus ab iis legi ſumptuariæ facta, ſine ſua ipſorum fraude. Scribe, ὁ μὲν γὰρ Τουβέρων παρὰ τῶν ἐν τοῖς ἰδίοις ἀγρ. ita editum voluimus: etſi omnes M S S. περί. ineptè. Ait, καὶ δῶρον οὐδὲ τὸ μικρότατον ἐδέχοντο. Quid hoc ad legem ſumptuariam, niſi eadem ex parte muneralis quoque fuit: déque iis muneribus cauit, quæ fierent eſculentarum rerum? Mox, ἦκε μὲν εἰς πολυτελῆ δίαιταν ἐκ τῆς παλαιᾶς σωφροσύνης. Legebatur priùs, ὠκεῖ. In nupera editione expreſſa eſt ſcriptura M S S. exemplarium. Sed didici poſtea veram lectionem eſſe ὤκελλεν, vt in libro 12. vbi hæc iterum ex eodem Nicolao deſcripta. neque aliter in Excerptis. Illud breuiter & conciſe dictum paulo pòſt, καὶ μειράκια δὲ εὔμορφα ὑπερβαλλούσης ἀγρῶν τιμῆς: pro, τιμῆς ὑπερβαλλούσης τὴν τιμὴν τῶν ἀγρῶν. *Catamitos à quibuſdam emi impenſiore pretio quàm prædia quædã conſtituerint.* Ab Epit. exulat vox ἀγρῶν quam retinendam omnino cenſeo, vel mutandam in ἀγοράζειν. Quod autem præcedit de pretio inſano κεραμίων Ponticorum, aliis verbis ex eodem Catone Plutarchus narrat in Sympoſiacis libro quarto, problem. 4.

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONVM in Athenæi Dipnoſophiſtas,

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

Argumentum huius libri & ſequentis. εὐφραίνεσθαι. οὐ συμπεριφέρομαι. Clearchi libri περὶ γρίφων. κτίζειν ἑορτήν. φαγησιπόσια & λαγωοφόρια. συνοικία. θοίνη, θοῖνος. διὰ νυκτὸς pro δι᾽ ὅλης νυκτός, & ſimilia. ακρατεμ. Cœnæ opportunum tempus. differentia inter πεῖναν & ὄρεξιν. & Olympiodori locus animaduerſus.

IAM dipnoſophiſtæ cœnam legitimam aggrediuntur, vt diximus quarti libri initio. Piſces primi omnium menſæ illati, ante alia omnia deſcribuntur hoc libro, & magnâ etiam ſequentis parte. In ipſo huius Principio εὐφραίνεσθαι verbum non intellexerunt interpretes. Ait, οἱ κυνικοὶ πάντων μᾶλλον εὐφραίνοντο. illi aiunt, *quàm cæteri magis lætabantur*, debebant, *auidius quàm omnes alij epulabantur*. εὐφραίνεσθαι id eſſe, ad Suetonium docuimus. Iidem perperam emendant ἑστιᾷς pro ἑστιᾷ, cùm ait Cynulcus, ἐπεὶ ἡμεῖς δειπνοῦμεν ὦ Οὐλπιανέ, λόγοις γὰρ ἑστιᾷ, προβάλλω σοι, id eſt, *quoniam tibi Vlpiane pro epulis ſunt ſermones, interea dum nos cœnamus, propono tibi hanc quæſtionem.* ἑστιᾷ paſſiuum eſſe non animaduerterunt. Iidem mox etiã ſeriem orationis mirè peruertunt, & quæ auctor facit loqui Cynulcum, ipſi nullo iure tribuunt Vlpiano. Quæſtio proponitur Vlpiano hæc à Cynulco: παρά τινι εἴρηται φαγησία ἑορτὴ καὶ φαγησιπόσια; quum nihil veniret in mentem Vlpiano quod reſponderet, primùm circumlationem ciborum inhibet, vt ſine fraude ſua reuocare in memoriam poſſet quod legerat olim. deinde cùm interiectâ modici temporis morâ nihil ei ſuccurreret, Οὐ συμπεριφέρομαι, ait, ὦ σοφώτατε. id eſt, *Non concedo tibi ô Cynulce, quod à me petis*, ſignificat, elegantiſſimo loquendi

di genere vsus, se quò vocaretur à Cynulco non venturum: neque satisfacturum propositæ ab illo quæstioni. Inuitati ad conuiuium si vocationem admittebant, consensum verbo συμπεριφέρομαι indicabant: sin ituri non essent, οὐ συμπεριφέρομαι inquiebant, quod erat dicere, non ibo quò me vocas, & vt Xenophon loquitur, παραιτοῦμαι τὴν κλῆσιν. Vsum hunc istius verbi nemini adhuc, opinor, adnotatum, exposuimus libro quarto, capite 26. Eruditissimus Dalecampius ea voce non intellecta, absurda multa hic commisit. Sed ipsa auctoris verba inspiciam 15. καὶ ὃς ἀπορηθεὶς, ἐπισχεῖν τε κελεύσας τοὺς παῖδας τὴν περιφοράν, καίτοι ἤδη ὥρας ἑσπέρας. omnia hæc Athenæus ex persona sua de Vlpiano *cùm illi*, ait, *hæsisset aqua,iussissétque pueros,vt desisterent cibos circumferre, licèt iam aduesperascebat:* sequuntur ipsius Vlpiani verba, οὐ συμπεριφέρομαι ὦ σοφώτατε. ὥστε λέγειν σοι καιρὸς, ἵνα μᾶλλον ἐ δειπνήσης ἤδιον. Deest verbum φησὶ, post οὐ συμπεριφέρομαι. Malim etiam, ἵνα καὶ μᾶλλον δ. *Non exorari me sinam inquit,vir sappientissime: itaque iam accinge ipse te ad dicendum, vt eò magis ac lubentiùs cenes.* Subiicitur responsum vsque ad illa, θαυμάζω τούτων ἢ πάντων τὸ διδασκάλιον τῷ Κυνούλκῳ. Citatur hîc Κλέαρχος ἐν τῷ περὶ γρίφων. Legitur alibi, περὶ γραφῶν: quod arridet magis. nisi tamen verum est περὶ γρίφων. nam ex libro Clearchi *De gryphis*, multa etiam alibi recitantur Athenæo. vide lib. 10. Sic alij multi de pictura libros ediderant. Antigonum & Xenocratem laudat Plinius lib. 35. cap. 10. Lib. 14. περὶ γραφῶν, inscribuntur hi libri, vt puto, mendosè. [Scripserat Clearchus & περὶ γρίφων, *de Gryphis*, vnde multa proferentur lib. 10. neque dubito hîc quoque ita restituendum libri Clearchéi titulum.] Clearchi locus vt est editus, sensum nullum habet, φαγήσια, οἱ δὲ φαγησιπόσια, προσαγορεύουσι τὴν ἑορτήν. ἐξέλιπε δὲ αὕτη, καθάπερ ἡ τῶν ῥαψωδῶν, ἣν ἦγον κατὰ τὴν τῶν Διονυσίων, ἐν ᾗ παριόντες ἕκαστοι τῷ θεῷ οἷον τιμὴν ἀπετέλουν τὴν ῥαψῳδίαν. Dalecampius scripsit ἑκάστοις, idque reperimus in Epitom. vbi est etiam παρόντες pro παριόντες: & καὶ ἡ τῶν Διονυσίων mutata distinctione, pro κατὰ τὴν τῶν Δ. Placebat nobis τῷ θεῷ scribi: cæterorum nihil mutari. Sensum hunc eliciebamus. Phagesiorum festum celebrari desiit, vt & rhapsodorum? quod per Bacchanalia agitabant. In eo festo statuam dei (Bacchi nempe) prætereuntes singuli rhapsodi versus recitabant, atque hoc illi quasi honorarium pendebant. Cùm ait, καὶ τὸ βιβλίον κεκτημένος οὐ φθονήσω, significat se possidere librum Clearchi. κεκτημένος valet, *qui nactus sim & penes me habeam*: non, *cùm nactus fuero*. Callias ille, à quo dicitur Euripides quædam sumsisse, haut scio an alius sit à Callio comico, ex cuius fabulis quædam transtulisse Menandrum in suas, obseruat Clemens Alexandrinus. De eo Suidas. Videamus quid appellet Eratosthenes κτίζειν ἑορτὴν, scribens, τοῦ Πτολεμαίου κτίζοντος ἑορτὴν, καὶ θυσιῶν παντοδαπῶν γένη, καὶ μάλιστα περὶ τὸν Διονύσιον. *festum instituere*, sine dubio significat hoc loquendi genus. Sicut Latini suum *condere* vsurpant. Scribo autem καλεῖται λαγυνοφορία, in mero multitudinis ex perpetuo vsu Græcorum: non καλεῖται λαγυνοφορία neque laudo Eustathium & Abbreuiatorem qui pro eo quod in nostris libris scriptum φαγησία, ἑορτὴ & φαγησιπόσια, ipsi scribunt φαγησία, & φαγησιπόσια. Corruptum est Ptolemæi responsum ad sororem. *Vocatur*, ait, *hoc festū Lagenophoria*, καὶ τὰ κομισθέντα αὐτοῖς οἱ δειπνοῦσι κατακλιθέντες ἐπὶ στιβάδων. Lege, καὶ τὰ κομισθέντα ἕκαστοι δειπνοῦσι κ. vel hoc modo, τὰ κομισθέντα αὐτοῖς ἴδια δειπνοῦσι. Sic statim, ἐξ ἰδίας ἕκαστος λαγύνου πίνουσι. & paulo pòst, εὐωχοῦνται κατ' ἰδίαν. Ex eo quod ait, ἐμβλέψασα πρὸς ἡμᾶς, nempe regina Arsinoë, paret descriptum eo libro fuisse ab Eratosthene, vel suum, vel alius cuiusdam cum Arsinoa colloquium. Συνοίκια vocant Græci τὰ πλείονα ἐφέστια, vt interpretatur Hesychius: locum intelligens vbi plures separatim habitant. Ita etiam nomen συνοικίας exponit Æschines orator. [hîc verò Arsinoa nominat συνοίκια, contubernia epulas agitantium. Elegans est in illius verbis figura quæ πρὸς τὸ σημαινόμενον dicitur, ἀνάγκη, ait, τὴν σύνοδον γίνεσθαι (videlicet ἐστιωμένων: & fortasse id verbum deest.) παμμιγοῦς ὄχλου θοίνην ἕωλον καὶ οὐδαμῶς εὐπρεπῆ παρατεθειμένων, pro παρατεθειμένου. vt ὡς φασιν ἡ πληθύς. *Turbarunt in me*. & in Achæi versu paulo pòst, πολὺς ὅμιλος χραίνοντες, de quo seq. capite. Putidum est deliberare, an legendum sit θοίνην αἰόλον pro ἕωλον. nam imperitissimus Græci sermonis fuerit, cui persuaderi potuerit vel tolerabilem esse eam coniecturam. ἕωλον θοίνην vocat *dapes pridianas*. Axionicus in Chalcidico, Γλαύκου βεβρωκὼς τέμαχος ἐφθὸν τήμερον, Αὔριον ἕωλον τοῦτ' ἰδὼν οὐκ ἤχθομαι. Vituperantur vt plurimùm ἕωλοι cibi. quanquam memini Hippocratem in libro περὶ παθῶν, præcipere quibusdam ægris, vt vtantur cibis ἑώλοις καὶ ψυχροῖς. Selige mox rectè Aristophanis verba, immixta suis ab auctore. Sunt autem ista;

---- ἦτα πῶς δειπνήσομεν

Τοσαῦτα δεῖπνα; ἴσως διὰ νυκτός.

At quæ putarunt comici esse, interpretes, Athenæi sunt, grammaticè explicantis phrasin Aristophanis διὰ νυκτός. Ait, perinde esse ac si dixisset poëta, δι' ὅλης νυκτός. Sic dicimus διὰ βίου, pro δι' ὅλου βίου, & vt explicat Hesychius, διὰ παντὸς ἀεί. Latini similiter *ætatem*, pro per omnem ætatem. Plautus, *Ætatem velim seruire, Libanum vt conueniam modo*. Lib 9. sic exponimus δι' ἐνιαυτοῦ, *toto anno*. Facit huc Harpocrationis obseruatio. Δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ. Ἀντιφῶν περὶ τοῦ Λυδῶν φόρου. Τηλεκλείδης δὲ ἐν τῷ Πρυτάνει, δι' ἡμέρας εἶπεν, ἀντὶ τοῦ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας. Homerico testimonio quo probatur nominis ὅλος ellipsis, τετυγμένος διὰ μήλων, Epitome interpretamentum adiicit, ἀντὶ τοῦ διὰ πάντων τῶν μήλων. quæ est apud Eustathium. Ex verbis Aristophanis δειπν-

διαπνήσεως διὰ νυκτὸς, occaſionem ſumit Daphnus medicus aliquid de cœnæ tempore dicendi. Ait igitur cōducibilius eſſe noctu cœnare quàm interdiu. Cauſſam affert ſuæ opinionis, quia Lunæ ſidus concoctioni aptius ſit, vt quod vim habeat putrefaciendi. Nam, inquit, κἀ σῆψις ἡ πέψις. deinde exemplis duobus docet Lunam eſſe σηπτικήν: quòd carnes victimarum noctu mactatarum faciliùs corrumpantur: itémque ligna illa quæ Lunâ lucente fuerint cæſa. Poſtremo argumentatione à ſimili ductâ, probat iuuari concoctionem à Luna: quoniam καὶ τῶν καρπῶν οἱ πλεῖστοι πρὸς τὸ σεληνιον πεπαίνονται. *fructuum plurimi ad Luna lumen maturescunt.* Verum quidem eſt lucente Lunâ faciliorem eſſe viam ad putrefactionem, cùm reddat ipſa aërem calidum atque humidum: quod temperamentum eſt maximè σηπτικόν. ſed concoctionem cum putrefactione malè confundit Daphnus, ſiue potiùs Athenæus: quum ſæpe ſumus experti philologiæ quàm philoſophiæ ſacris auſpicatiùs initiatum. Antiquiſſimi philoſophi ita ſentiebant. Plut. ἡ πέψις ἐοικεν εἶναι σῆψις, ὡς Ἐμπεδοκλῆς μαρτυρεῖ, λέγων, οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ πέλεται, σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ. appellat Emped. *aquam putrefactam*, vitis ſuccum poſtquam concoctum eſt, & ad maturitatem peruénit. Sic σαπρὸν ponebant pro πέπειρον, vt docet Galenus ſexto commentario in primum Aphoriſmorum. At eſſe diuerſa σῆψιν & πέψιν nemo iam ignorat, ex diſputationibus quà philoſophorum, quà medicorum. lege Ariſtotelem in 4. Meteorologico, & Galenum de Facultatibus naturalibus libro ſecundo. duodecimo verò primæ philoſophiæ de diſcrimine inter hæc duo, ſunt hæc notatu digniſſima verba. ἡ σῆψις, ait, καὶ τὸ σηπτὸν τέλειωμα τοῦ πεφθέντος ἐστί. Sed obſeruemus auctoris noſtri verba: neque enim dixit concoctionem ciborum eſſe σῆψιν, ſed fieri κατὰ σῆψιν. etiam peripatetici faciunt hæc affinia: Olympiodorus, quo loco explicat quid inter illa ſit differentiæ, λέγομεν πρῶτον, ὅτι ἡ πέψις ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμῶν χρῆσιν λέγομεν αὐτὴν πέψιν, ἐπεὶ ὅσον πρὸς τὸ πεπτόμενον, σῆψίς ἐστι. Leguntur hæc in commentariis ad quartum Meteorolog. Nemo negauerit prima verba, longioris periodi fruſtum eſſe. Lego ac ſuppleo: λέγομεν πρῶτον, ὅτι ἡ πέψις τοῦ πεπτομένου οὐκ ἐστὶ πέψις, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἡμῶν, &c. hoc eſt *coctio non eſt eius quod coquitur coctio: ſed nos ratione vſus noſtri eam vocamus coctionem: nam eius quidem reſpectu quod coquitur, putrefactio eſt.*

CAPVT II.

ὄψον, ὄψον θαλάττιον θαλάττια de piſcibus. ὀψεῖν, ὄψος ἀγορά. Naturales propenſiones aut abominationes variarum rerum. vocis ὄψον etymum. πόντιον κοῖλον. χεῖρες σαίνουσι. Achæi fabula Μοῖραι.

RITÈ & ordine fecit Athenæus, cùm libro hoc tractaturus de piſcibus, de communi omnium appellatione initio quædam propoſuit. Docet igitur nos iſto loco, piſces vulgò dictos etiam ὄψα. Omnia obſonia, inquit, ὄψα appellantur ſed ex omnibus ſolus piſcis obtinuit tandem, vt ὄψον ſimpliciter cùm dicitur, piſcis intelligatur. Antiquioribus Græcis & ὄψον & προσόψημα, nō aliud ſignificabant, quàm προσφάγιον: id eſt, *quicquid ad panem adhibetur*, vt vertit Cicero apud Xenophontem. Latini *opſonium*, aut *pulmentum* ſiue *pulmentarium*, vt rectè vetus interpres Noui fœderis. At ὄψον pro *piſce*, apud vetuſtiſſimos Græcorum ſcriptorum non legas: ſed ὄψον θαλάττιον, vt apud Hippocratem paſſim. Polybius quoque in deſcribenda felicitate Luſitaniæ, τὸ θαλάττιον ὄψον μεγάλην ἔχει διαφοράν. Atque hæc piſcium appellatio ita familiaris fuit primis temporibus, vt non ſolùm marinos, verùm ſine diſcrimine omnes piſces dicerent ὄψα θαλάττια, aut etiam θαλάττια ſolùm. Hippocrates de Morbo ſacro, ἀπέχεσθαι κελεύοντες θαλασσίων, τρίγλης καὶ μελανούρου, κεστρέως, ἐγχέλυος. anguilla etſi ingreditur maria, fluuiatilis tamen piſcis eſt potiùs quam marinus. Libro 1. de Morbis mulіebribus, χρῆσθω ὄψοισι θαλασσίοισι μᾶλλον ἢ κρέασι, ſic & alibi ſæpe θαλάσσια & κρέα opponit. non vtique marinos tantùm, ſed omnes in totum piſces intelligens. Interpretes, qui obſeruatiunculam hanc rectè hîc capere non potuerunt, locis ſexcentis ὄψον *opſonium*, verterunt, cum deberent *piſces*. ὀψάριον *paruum opſonium*: vbi erat vertendum, *piſciculus*. Gloſſarium vetus ὀψάριον, ** *ciculus* ſcribe *piſciculus*. Somnium merum eſt, quod iam olim vigilantes quidam grammatici ſomniarunt, ὀψάριον, non piſciculum ſignificare, ſed piſcem, παρὰ τὸ ὄψον αἱρεῖσθαι ἐκ τῆς θαλάττης. Iidem interpretes ὀψα χωρία, id eſt *loca piſcoſa*, vertunt *bona opſonia*, in Archeſtrati verſu ἄλλως ὀψα φορὰ χώριον ἐστὶ Κάρυστος. Porrò quòd piſces appellarint Græci ὄψα, in cauſſa eſt auiditas eius cibi, quæ fuit Græcis familiaris: cùm ab inſtituto: erant enim plerique dediti gulæ & cupedus: tum à natura. Sunt enim naturales quædam propenſiones hominum, quarum cauſſæ ab humano ingenio afferri non poſſunt. Hoc voluit Athenæus, cùm hoc loco narrare inſtituit, quoſdam bubulæ amantes, vt Herculem: quoſdam φιλοσύκους, vt Platonem: alios φιλοβότρυς, vt Arceſilam: nonnullos φιλομήλους, vt Philippum & Alexandrum eius F. Quemadmodum autem propenſiones huiuſmodi in quibuſdam à natura ingeneratas videre eſt: ſic etiam odia & abominationes in multis, quas equidem mirari magis ſoleo. Quàm multi ſunt, quos Attalicis conditionibus non adducas, vt caſeum deguſtent, aut pirum, aut vinum? Notus mihi fuit apud Volcas Arecomicos adeò μισόμηλος quidam, vt ad mali aſpectum vel odorem totus horreret. Huic cùm nuper amicus literas traderet, quas in mantica, vt fit, habuerat, vbi erant poma: ille verò eas abominatus ſtatim proiecit, neque vnquam legere ſuſtinuit. quin hoc adeò hominem commouit, vt ægrè impeditus ſit

quominus

quominus factam sibi iniuriam vltum iret. [Cōstantium quoque Augustum Constantini filium, *pomorum quicquā quoad vixerit gustasse nunquā*, auctor Ammianus Marcellinus lib. 21.] Conditor ille rerum Alexandri, quem vulgati codices *Dorotheum* nominant, in Excerptis dicitur *Theodorus*. Probat deinde voce ὄψον significari generaliter, πᾶν τὸ πυρὶ κατασκευαζόμενον εἰς ἐδωδήν. *quicquid igne paratur ad edendum*. Duplicem ei probando vocis ὄψον etymologiam affert: vel quasi ἕψον ab ἕψω, vnde dicantur ἑφθὰ *lixa*. vel ab ὀπτῶ, vt propriè sic dicatur quod assatum est. Sed de hoc etymo audiamus aliorum magistrorum iudicium. Γίνεται, aiunt, ὄψον παρὰ τὸ ὀψέ. διότι οὐχὶ ἕωθεν ἀλλ' ὀψὲ τοιαύτας τροφὰς προσεφέροντο. ἢ μᾶλλον ἐπὶ ὀψὲ καιροῦ εἰς χρῆσιν ἦλθεν ἀνθρώποις ἡδονῆς χάριν, τὸ ὄψον. τὰ πρὸ τούτου γὰρ ἀπλοϊκῶς ἔζων. τὸ δὲ εἰπεῖν ὡς ἐκ τοῦ ἕψειν γίνεται τὸ ὄψον, οὐ πάνυ δέδεκται, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τὸ μὲν ἕψω δασύνεται, τὸ δὲ ὄψον ψιλοῦται. Versus Sophoclis qui sequuntur, ita scripti fuerant à poeta,

Χορὸς δὲ ἀναύδων ἰχθύων ἐπερρόθει
Σαίνουσί τ' οὐραῖσι τὴν κεκτημένην.

Chorus mutorum piscium cū strepitu adueniebat. Atque illi caudis adulabantur suam dominam. Thetim fortasse intelligebat, aut Nereidum vel Leucothéarum vnam. Athenæus more suo poetę verba leui mutatione sententiæ suæ accommodauit. [Potest etiam mutatâ distinctione scribi, ἐπερρόθει σαίνουσιν οὐραῖσί τ. quæ lectio Iosepho Scaligero magis placebat.] Locum Achæi qui statim sequitur, ita scribimus & distinguimus.

---- πολὺς γὰρ ὅμιλος πόντια
κοίλου σορῶν, ἐνάλιος θεωρία
χραίνοντες οὐραῖσιν δίδιαν ἰλύος.

Videtur Achæus superiorem Sophoclis locum in diuersa sententia esse imitatus. fuit enim Sophocles natu grandior, vt scribit Suidas. πόντιον κοῖλον, periphrasis est maris, *marinum cauum* pro cauo vbi est mare. Neque Gesnerum audiet hîc, neque Dalecampium, qui doctissimorum hominum auctoritati rationem esse anteponendam statuerit. Iam ὅμιλος χραίνοντες, vt in versibus Sophoclis χορὸς σαίνουσι, & similia, de quibus superiore capite. Achæi fabula vnde hæc sunt, appellatur Μοῖραι, consensu librorum omnium. Hesychius in νυμφοβάς laudat hunc poëtam ἐν Μύροις. vbi fortè scribendum ἐν Μοίραις. Laudatur etiam Hermippi comici fabula eodem nomine. Quæ ex Amphidis Leucade adducuntur, scribenda sunt hoc modo,

Ὅστις ἀγοράζων ὄψον .....
ἐξὸν ἀπολαύειν ἰχθύων ἀληθινῶν,
Ῥαφανῖδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι, μαίνεται.

In primo quædam omissa ad sententiam non necessaria: putà, ὦ δείλαιέ συ. Quid autem appellet poeta pisces ἀληθινὰς, sciremus, si extaret eius fabula. Xenophontis locus extat in tertio Commentariorum: vbi hodie βλακευτατος, minùs rectè pro βλακίστατος.

CAPVT III.

De epico Cyclo non protrita, & parum vulgò nota.

TRACTATIONEM de singulis piscibus vna adhuc obseruatio præcedit. Sophoclis versus est in Aiace Lorario, Ἔφηκεν ἐλλοῖς ἰχθύσι διαφθοραί. Non passim obuia aut in frequenti vsu posita est vox ἐλλός. Itaque de ea quærunt dipnosophistæ. Quæstio ita proponitur. ἐζήτησέ τις, εἰ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ τις τῷ ὀνόματι κέχρηται. Respondet Zoilus huic quæstioni in hæc verba: οἶδα οὖν ὁ τὴν Τιτανομαχίαν ποιήσας, εἴτ' Εὔμηλός ἐστιν ὁ Κορίνθιος, ἢ Ἀρκτῖνος, ἢ ὅστις δή ποτε χαίρει ὀνομαζόμενος, ἐν τῷ δευτέρῳ οὕτως εἴρηκεν, Ἐν δ' αὐτῇ πλωτοὶ χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοὶ Νήχοντες παίζουσι δι' ὕδατος ἀμβροσίοιο. Ἔχαιρε δὲ Σοφοκλῆς τῷ ἐπικῷ κύκλῳ· ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιίᾳ. Summa responsionis hæc: Sophoclem cùm appellauit pisces ἐλλούς, imitatum esse vetustissimum poetam Gigantomachiæ auctorem, qui primus ita locutus. neque hoc mirum videri debere de Sophocle: cùm is poëta Epicum cyclum plurimùm amarit: adeò vt integrarum fabularum argumenta inde sumpserit. Hæc Zoili mens: quæ etsi clarè à nobis iam expressa est, nemo tamen illam satis assequetur, quin sciat de Epico cyclo, quæ ignorarunt interpretes. Longè enim fallitur eruditissimus Dalecampius: neque ἐπικὸς κύκλος est quod putauit ille: sed nomen corporis cuiusdam poëtici, compositi olim ex antiquissimis poëtis epicis, qui historiam fabularem descripserunt. [cuius historiæ præcipua capita, & veluti συνοψιν breuem habes apud Lucianum in Commentario de saltatione.] Pars huius corporis Titanomachia fuit: vt ex isto Athenæi loco discimus, & Eusebij ac Procli verbis quæ mox subiiciemus. Id opus veteres appellarunt Κύκλον, vel Ἐπικὸν κύκλον, vel τὸν τῶν ἐποποιῶν κύκλον. Philostratus in epistola ad Iuliam Augustam. αἱ δὲ ἀποστάσεις εἴτε προσβολαὶ τῶν λόγων Γοργίου ἐπεχωρίαζον πολλαχοῦ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῷ τῶν ἐποποιῶν κύκλῳ. quamquam hic locus aliter fortasse exponi debet. Cæterùm Epici cycli argumētum Photius ex Proclo declarat in Bibliotheca, his verbis. Διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου Ἐπικοῦ κύκλου. ὃς ἄρχεται μὲν ἐκ τῆς Οὐρανοῦ καὶ Γῆς μυθολογουμένης μίξεως. ἐξ ἧς αὐτῷ καὶ τρεῖς παῖδας γεννῶσιν ἑκατοντάχειρας, καὶ τρεῖς ἑτέρους ἀποτίκτουσι Κύκλωπας. διέξεισι δὲ περὶ θεῶν, τά τε ἄλλα τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα, καὶ εἴπου καὶ πρὸς ἱστορίαν ἐξαληθίζεται. καὶ περατοῦται ὁ Ἐπικὸς κύκλος συμπληρούμενος ἐκ διαφόρων ποιητῶν μέχρι τῆς εἰς Ἰθάκην ἀποβάσεως Ὀδυσσέως. Λέγει δὲ ὡς τοῦ Ἐπικοῦ κύκλου τὰ ποιήματα διασώζεται καὶ σπουδάζεται τοῖς πολλοῖς, οὐχ οὕτω διὰ τὴν ἀρετὴν, ὡς διὰ τὴν ἀκολουθίαν τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων. λέγει δὲ καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ τὰς πατρίδας τῶν πραγματευσαμένων τὸν Ἐπικὸν κύκλον. Adscripsimus locum totum: quia insignis est de opere insigni. Habes hic totius Epici cycli argumentum. Cùm enim Varro historiam omnem in tria tempora distinxerit, adelum,

adelum, mythicum, & historicum: quicquid vetustissimi poëtæ de origine mundi, de generatione deorum, de hominum ætate prima, de gigantibus siue Titanibus, déque antiquis heroibus eorúmque gestis cecinerant, eo opere continebatur. Principium illius erat quale videmus Bibliothecæ Apollodori principium, qui à Cœlo & Terra exorsus est. Desiisse ait Photius in Vlyssis cæde: vt non omne penitus mythicum tempus eo volumine fuerit comprehensum. Quare autem id τεῦχος fuerit appellatum κύκλος, caussam non video aliam, nisi præstantiam figuræ eius. Nam quia orbis figura omnium absolutissima & capacissima est: propterea id corpus, quod historiam fabularem contineret vniuersam à capite ad finem propè totam, *Orbem* aut *Circulum* nominarunt. Sic librum Anthologiæ, quo complexus est olim Agathias, quidquid ferè in eo genere laude dignum habuit Græcia, κύκλον vocant scriptores. Suidas, Ἀγαθίας συνέταξε τὸν κύκλον τῶν νέων ἐπιγραμμάτων, ὧν αὐτὸς συνῆξεν ἐκ τῶν κατὰ καιρὸν ποιητῶν. neque omnino malè idem Suidas alibi, poëmata *Cyclia* interpretatur τὰ ἔχοντα τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν. Talia etiam fuerunt, ex quibus Epicus cyclus constabat. Porrò antiquissimos tantùm poëtas in eum orbem fuisse coactos testatur Alexandrinus Clemens Stromat. lib. primo. Ταῦτα, ait, προηνέχθημεν εἰπεῖν, ἐπεὶ μάλιστα ἐν τοῖς πάνυ παλαιοῖς τοῖς τοῦ κύκλου ποιηταῖς ηὕρηται. Ad quæ verba si diligenter animum aduertimus, intelligemus auctores Cycli eos fuisse, qui à Clemente illo loco nominantur inter vetustissimos. Eos puto fuisse istos: Onomacritum, Leschem, Arctinum, & Eumelum: quem ἱστορικὸν ποιητὴν vocat Pindari scholiastes ad odã 13. Olympionicarum. Non dubito fuisse item alios in queis fortasse erat Dionysius poëta antiquissimus κυκλογράφος, vt Tzetzæ appellatur Chiliade 12. quem nescio dicam an negem esse eundem cum Dionysio Samio, quem περὶ κύκλου scripsisse, aliquot locis docet Athenæus, sed hunc potiùs Cycli interpretem quàm poëtam fuisse censeam. Laudatur Apollodoro lib. 1. Scholiastes Pindari ad odam 4. Isthmionicarum, περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν Ἡρακλέους ἐκ Μεγάρας παίδων, διαφωνοῦσι. Διονύσιος μὲν ἐν πρώτῳ Κύκλων Θηρίμαχον καὶ Δηικόωντα. Scripsit & Hesiodus Theogoniam: sed quam fuisse in Cycli syntagma relatam non puto. Separatur etiam Hesiodus à Cyclicis ab antiquo scriptore, vnde hæc profert Eusebius, Πρoπαρ. lib. 1. Εἴθ' οὖν Ἡσίοδος εἴτε κυκλικοὶ περιηχημένοι Θεογονίας, καὶ Γιγαντομαχίας καὶ Τιτανομαχίας ἔπλασαν ἰδίας καὶ ἐκτομάς. Cyclicos hîc intelligo Epici Cycli auctores: a quorum numero Hesiodus excluditur. Sed non defuerunt, qui & Hesiodum & Homerum Cyclicorum appellatione complecterentur. Magni Etymologici auctor scribit alicubi, παρὰ τοῖς κυκλικοῖς αἱ ψυχαὶ πικάδες λέγονται: deinde Homeri versum subicit ex Iliadis ψαψ. 1. quasi Homeri poemata pars essent Cycli: quod tamen non arbitror. Verius puto, ad imitationem Epici cycli, cæterorum quoque poëtarum κυκλικοὺς, fuisse solitos appellari, quicunque materiam aliquam continua serie pertexuissent, vt fecit princeps poëta Troianum bellum & Vlyssis errores. Similiter Antimachum, qui Thebanam historiam multis libris descripserat, *cyclicum*, & eius Thebaidem κυκλικὴν veteres nominant. Athenæus lib. 11. ὁ δὲ οἰδίπους ἐκπώματα τοῖς υἱοῖς κατηράσατο, ὡς ὁ τὴν Κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκώς φησίν. Isidorum hoc voluisse puto, cum illud nobis ænigma proponeret lib. 6. *Cyclus paschalis vocatus, eo quòd in orbe digestus sit, & quasi in circulo dispositum ordinem complectatur annorum sine varietate & vlla arte: vnde factum est, vt cuiusque materiæ carmina simplici formâ facta cyclica vocarentur.* quàm ineptum est, à circulo paschali putare nomen inuenisse cyclica poëmata! Sed legerat apud Græcos, quod vetus interpres Aristophanis scribit, κύκλια dici, τὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔχοντα. Etsi autem Cycli epici plures fuerunt auctores: interdum tamen de eo sic loquuntur antiqui, quasi vnius solùm fuisset opus. Eustathius ad 4. Odysséæ. δεξιὴν δὲ ἀρίστερχος μὲν τὴν ἐπαινετὴν λέγει παρὰ τὸ δέχεσθαι· ὁ δὲ κυκλικὸς φασὶν, ἤγουν ὁ τῶν κυκλίων ποιητὴς, ἐνεστατικῶς ἀκούει τὴν λέξιν. Cyclicus hîc nuncupatur aliquis è poëtis Epici Cycli: in cuius extremo tota Vlyssis fabula continebatur, vt ex Photio ante diximus. Sic accipiendum apud Horatium.

Nec sic incipias vt scriptor Cyclicus olim.

quem poetam intelligat Horatius, nominatim indicare non possumus: vnum certe aliquem è Cyclicis illis de queis loquimur, voluit significare. Docti putant Stasinum auctorem τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος intelligi. Sane cum poetam inter Cyclicos habitum fuisse ostendunt antiqua in Aristophanem scholia ad Equites: in quibus cùm historia quædam ex Iliade parua esset narrata, sequûtur statim hæc verba, τῶν ἐκ τοῦ κύκλου ἀφελκύσας. Nihilominus tamen Stasinum, vel Stasinum Cypriorum poëtam, & paruæ Iliadis, disertè Photius separat à Cyclicis. Quamobrem ex huius sententia, *cyclicus* apud Horatium non erit Stasinus, sed alius quis τῶν ἐκ τοῦ κύκλου, quos ait idem Photius, nō propter aliquam in carmine præstantiam solitos commendari: sed tantùm propter rerum seriem eo corpore comprehensarum. Atque hoc valde congruit illi loco Horatij, vbi ineptiarum arcessitur is, quem cyclicum nominat. Veterum in Homerum σχολίων auctor, hos Cyclicos etiam *Polemonios* fuisse appellatos indicat. Ait enim ἡ ἱστορία παρὰ τοῖς Πολεμωνίοις ἢ τοῖς κυκλικοῖς. Quæ autem ratio eius appellationis? An simile est vt si quis ius ciuile Romanorum, Tribonianéum diceret, quia Tribonianus id congessit ac digessit? Fieri potest, vt qui primus veteres illos poetas in vnum iunxit, Polemon vocaretur: & inde Polemonij poetæ iidem ac Cyclici. Postremò sciendum est, Epicum Cyclum in partes tributum fuisse. Clemens enim Alexandrinus quintam Cycli partem laudat in Protrepe

Protreptico. Aliter enim verba hæc illius, καὶ δὴ τὰ ἱστοροῦντα τὸν Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ Κύκλου παρίστημι: accipienda sunt meo iudicio, quàm ista scholiastæ Pindari Isthmionicarum, Διονύσιος ἐν πρώτῳ Κύκλων φησί. hic librum primum intelligit poëmatis Dionysiaci: Clemens quintam Circuli partem, vel tomum, in quo fuit collocatum opus Dionysij. Quæ diximus de epico cyclo, lucem afferent veteri epigrammati in Apollodori bibliothecam, quâ explicantur antiquæ fabulæ de dijs & heroibus. Id ita habet:

> Αἰώνων σπείρημα ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο,
> Παιδείης μύθους γνῶθι παλαιγενέας.
> Μηδ' ἐς Ὁμηρείην σελίδ' ἔμβλεπε, μηδ' ἐλεγείην,
> Μὴ τραγικὴν μοῦσαν, μηδὲ μελογραφίην.
> Μὴ κυκλίων ζήτει πολύθρουν στίχον· εἰς ἐμὲ γὰρ ἀθρῶν,
> Εὑρήσεις ἐν ἐμοὶ πάνθ' ὅσα κόσμος ἔχει.

Olim qui fabularis historiæ cognoscendæ studio ducebantur, ad Homerum adibant, aliósque poëtas omne genus, putà, elegiacos, tragicos, lyricos: maximè autem ad illos, ex quibus fuerat conflatum corpus Epici cycli: quod epigrammatarius poëta κυκλίων πολύθρουν στίχον appellat. Atque vel ex hoc loco, & argumentum eius operis, & prolixitas etiam satis claret.

CAPVT IV.

Ostenditur adhuc quale fuerit Epici cycli subiectum, recitatis titulis omnium fabularum Sophoclearum: quarum multas ait fuisse Athenæus argumento è Cyclo petito. Hesychius, Pollux, Harpocration, & alij auctores multis locis corriguntur.

QVID igitur Epicus Cyclus fuerit, & quo argumento, ex iis quæ diximus palam est. Omnino antiquæ mythologiæ id penus quoddam erat amplum. vt dubitare non debeamus, verissimum esse quod de Sophocle apud veteres legimus: omnes eius fabulas aut ex Homeri fonte fuisse haustas, aut ex Epicorum orbe. De Homero scribitur in vita Sophoclis: τὸ πᾶν οὖν Ὁμηρικῶς ὀνομάζει, τούς τε μύθους φέρει κατ' ἴχνος τοῦ ποιητοῦ. καὶ τὴν Ὀδύσσειαν δὲ ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφει. Quod autem multarum suarum tragœdiarum integra argumenta è Cyclo sumpserit, disertim testatur Athenæus hoc loco. Quamobrem qui laborabit scire, qua de re in vetustissimo & celeberrimo illo opere tractaretur, is mihi titulos tragœdiarum Sophoclis consideret. Eâ fine fabularum illius poëtæ nomina, quæ in veterum scriptis legere memineramus, collegimus, κατὰ στοιχεῖον digessimus, & infrà subiecimus. Poteramus ab hoc labore supersedere: sed expressit hanc à nobis opellam eximia principis tragici admiratio. Æqui lectores, spero, illius ἐκβολῆς τοῦ λόγου veniam non grauatim nobis concedent. ΑΘΑΜΑΣ. Hesychius, ἐπιστίγματα. ἐπικελεύσματα. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι. Errant qui emendant ἐπιστήματα. neque obseruant quod statim sequitur. ἐπιστῖξαι, ἐφερμῆσαι. Hic est Athamas prior, cuius & alibi non semel meminit idem. Sed corrige locum hunc: Καταγνῶναι, ἐπιγνῶναι, μέμψασθαι. Σοφοκλῆς Ἀθαμαντία. Scribe, Ἀθάμαντι α. Fecerunt Athamantes alij multi, vt Æschylus, Ennius, Accius. etiam comicus Amphis. ΑΘΑΜΑΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. Hesychius, ἕρκεσι, δικτύοις. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. Aristophanis enarrator ad Nebulas, eius tragœdiæ ὑπόθεσιν paucis exprimit sic. Τοῦτο πρὸς τὸν ἕτερον Ἀθάμαντα Σοφοκλέους λέγει· ὁ γάρ τοι Σοφοκλῆς πεποίηκε τὸν Ἀθάμαντα ἐστεφανωμένον, καὶ παρεστῶτα τῷ βωμῷ τοῦ Διὸς σφαγιασθησόμενον, μέλλοντα δὲ ἀποσφάττεσθαι αὐτὸν, παραγενόμενον Ἡρακλέα, καὶ τοῦ θανάτου ῥυόμενον, λέγοντα ὡς σώζοιτο ὁ Φρίξος, δι' ὃν ἔμελλεν ἐκεῖνος τεθνήξεσθαι.

ΑΙΑΣ Ο ΛΟΚΡΟΣ. Aristides in communi aduersus Platonem Apologia: Οὐδέ γε Εὐριπίδου φήσομεν οἶμαι τὸ ἰαμβεῖον εἶναι, τὸ Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ. οὐδ' εἶπεν οὕτω τῶν σοφῶν εἴρηκεν, ἔστι γὰρ ἐξ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. Clariùs idem dicit A. Gellius libro 13. capite 17. *Versus est notæ venustatis senarius:* Σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνουσίᾳ. *Eum versum Plato in Theæteto Euripidis esse dicit: quod quidem nos admodum miramur; nam scriptum eum legimus in tragœdia Sophoclis, quæ inscripta est,* Αἴας ὁ Λοκρός. Auctor Græcæ hypotheseos Aiacis. Lorarij, ἐν οἷς ἐστι καὶ κριός τις ἐξοχος, ὃν ᾤετο εἶναι Ὀδυσσέα. ὃν δήσας ἐμαστίγωσεν. ὅθεν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόσκειται μαστιγοφόρος· ἢ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος. id est, ad statuendum discrimen inter Aiacem Lorarium, & Aiacem Locrum, geminas Sophoclis fabulas.

ΑΙΑΣ ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΟΣ. extat. ΑΙΓΕΥΣ. Pollux libro decimo, capite 36. καὶ κέστρα δὲ σφύρας τινὸς εἶδος σιδηρᾶς, ὡς ἐν Αἰγεῖ Σοφοκλῆς, Κέστρα σιδηρᾶ πλευρὰ καὶ κατὰ ῥάχιν ἔλαυνε παίων. Vide libro 3. cap. 34. Inscribitur & Αἰγεὺς ἐκλιπόμενος in Stephani Ethnicis, nisi est diuersa ab hac. ΑΙΓΙΣΘΟΣ. Hesychius, ἀρύθμων, ἀσυμφώνων. Σοφοκλῆς Αἰγίσθῳ.

ΑΙΘΙΟΠΕΣ. Hesychius, Ἄναρκτον, ἀνυπότακτον, ὧν οὐδεὶς ἦρξε. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι. iterum Αἰθόβοσκον. αἰθοτρόφον. Σοφοκλῆς Αἰθίοψι.

ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ. Passim citantur huius poëtæ *Captiuæ*. Aristoph. enarrator ad Ranas. οἱ ἀρχαῖοι καλάμῳ ἀντὶ κέρατος ἐχρῶντο. Σοφοκλῆς Αἰχμαλωτίσιν. ἐφηρμόσθη σοι κάλαμος ὥσπερ λύρας. Vide Stephani Ethnica, in Βωμοὶ, Εὐρώπη, Χρύση. Etymologicum in Φαῦλος, & Hesychium in his vocibus, αἰχμώδετος, ἀλιτόκαρπα, ἀμφίλυκα, ἄστηκες, ἄκεστρον, ἀπειθὴς, Βαιὼν, ἐμπλεύρου, ἐπιστρομαντίσεις, & ἐπιμάσσεται. Idem sic scribit, Ἰαῦνα, ἐν ταῖς Αἰχμαλωτίσι Σοφοκλέους ἀπέδοσαν Ἑλληνικόν. ἐπεὶ Ἰάονας (scribo Ἰάονας) τοὺς Ἕλληνας λέγουσιν. ἐν δὲ Τριπτολέμῳ ἐπὶ γυναικὸς, ὡς καὶ ἐν Ποιμέσι. τινὲς δὲ τὴν Ἑλένην. ἐπεὶ καὶ οἱ Βάρβαροι τοὺς Ἕλληνας Ἰάονας λέγουσιν· ἐν δὲ Τρωΐλῳ, βάρβαρον θρήνημα τὸ ἰαῖ ἢ ὀνομα γυναικός. laudantur eiusdem poëtæ &

ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΙ. *Captiui.*

an eadem sit fabula, an diuersa, non temerè affirmauerim. Nominat Pollux libro 10. cap. 52. item Hesychius in ἀσπίλον, ἄχλυν λύδης, ἱερόλας, ἱκτεριδώσομαι. ΑΚΑΜΑΣ. Harpocration, Ἐπίπλον, τὴν εἶον ἐπιπολαιον κτῆσιν, καὶ μεταχομίζεσθαι δυναμένην. Σοφοκλῆς Ἀκάμαντι. Fortè, Ἀθάμαντι. ΑΚΡΙΣΙΟΣ. Hesychius, Ἀδοξα, παράδοξα, καὶ ἃ οὐκ ἄν τις ἐδόξασεν. Σοφοκλῆς Ἀκρισίῳ. Lege eundem, in ἀκτῆς, ἀλοιμαῖα, ἀσῖναι, ἀπόδρομον, ἀποφανθεὶς, ἀρόμαζα, ἄσημος, βίοδον, ἰλλάδας. Vide infrà in Λαρισαῖοι. Stobæus sermone octauo. ΑΛΕΑΔΑΙ. Apud Stobæum sermone 33. & 52. atque alibi scriptum in ora libri Σοφοκλῆς Ἀλεάσι. nescio vnde nomen. Vide infrà in Ἀλευάδαι. ΑΛΕΙΤΗΣ. Sic nominatur ea fabula, vnde pulcherrimos versus adducit Stobæus sermone 104. meminit sæpe alibi. Fortè ΑΛΗΤΗΣ melius. Hoc nomen fuit Corinthi conditoris: vnde ipsi dicti Ἀλητίδαι. Strabo & Pindari scholiastes.

ΑΛΕΥΑΔΑΙ. Clemens Alexandrinus Stromat. lib. 6. Αἰάδοις δ' αὖ τὸ Σοφοκλέους ἐξ Ἀλευάδων, Ἅπας τὸ χρηστὸν τὴν ἰσίαν ἔχει φύσιν. Hesychius, Ἐφυμνεῖς, ἐπᾴδεις. Σοφοκλῆς Ἀλεάδαις. Scribebam Ἀλευάδαις ex Clemente. Alevadæ nobiles Thessali fuére: de quibus passim veteres, vt dicebamus ad Theocriti idyllium 17. Sed moueor consensu librorum: nam Sophoclem ἐν Ἀλεάδαις citant plures: vt Ælianus de animal. lib. 7. cap. 39. & sæpe Stobæus. ΑΛΚΜΑΙΩΝ. Hesychius, Αἰνῶ, παραιτοῦμαι, παραιτοῦμαι καὶ ἐπαινῶ. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίωνι. Idem, Ἀεργίας, βλαβερᾶς. Σοφοκλῆς Ἀλκμαίῳ. Scribo, Ἀλκμαίωνι. Stobæi margines ad λόγον 77. in dubio nos relinquunt, sitne hæc fabula Sophoclis an Euripidis.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ ἢ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ. Inuenio vtrumque apud Hesychium. Fœminæ nomen in δυσαολος. Viri in istis: Θηλάσμα, τροφός. ἔστι δὲ ἰωνικόν. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ Legendum, ἔστι δὲ Ἰακόν. *Ionica vox est.* Sic & Euripidis *Alexandram* atque *Alexandrum* produnt nobis Stobæi margines. ΑΜΥΚΟΣ σατυρικός. Laudatur Athenæo libro tertio, & libro nono. ΑΜΦΙΑΡΑΟΣ σατυρικός. Aristophanes in Ranis. ἀλλ' ὦ ξενικῷ. Ἀλλ' εἰσι πρὸς τὴν καρδίαν μυστηρίων. Interpres ibi, Τῶν Σοφοκλῆς εἴπεν ἐν Ἀμφιαράῳ σατυρικῷ. Idem poëta in Vespis, Ὁ πινοτήρης οὗτος ἐστι τοῦ γένους. alludit ad versum Sophoclis ex hac fabula, Ὁ πινοτήρης δὲ τῶνδε μαντείας χορῷ. Strabo libro nono, Erotianus, Hesychius, alij. ΑΜΦΙΤΡΥΩΝ. Sophoclis interpres ad Oedipum Coloneum, Ὥσπερ φασὶ τὴν εὐθηνίαν κατὰ πᾶς καὶ ἐν Ἀμφιτρύωνι. Ἐπεὶ δὲ βλαστῇ, τῶν τριῶν μίαν λαβεῖν εὔνοιαν ἀρκεῖ. Hesychius, Ἀμφιτερμας, ἀποτετερματισμένος. Σοφοκλῆς Ἀμφιτρύωνι. iterum, Ἀτμησίφρων, οὐδεμιᾶς τόλμης ἔννοιαν ἔχων. ἀτραυματίστος, Σοφοκλῆς Ἀμφιτρύωνι.

ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ. Auctor Etymologici, Παρασάγγαι παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἀνδρομάχῃ. ἐπὶ τῶν ἀγγέλων εἴρηται. ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ. Athenæus libro 11. [Phrynichus de voce προσφάτου disputans. Εὑρίσκετ δὲ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ἀνδρομέδᾳ λέξεις οὕτω. Μηδὲν φοβεῖσθαι προσφάτους ἐπισκελάς.] Pollux lib. 10. cap. 26. Σοφοκλῆς ἐν Ἀνδρομέδῃ, αὐτοχέλωσι λεκύθοις ἔφη, δηλῶν ἀλαβάστρους μονολίθους. Hesychius, Ἀμβλύσκει, ἐξατλεῖ. κυρίως δὲ ἐπὶ ἀμπέλων καὶ ἐκτιτρώσκει. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδῃ. item in ἀμφίκρυμνον πλοῖον. Sunt & alij loci tres ex ea fabula in Hesychio omnes corrupti. Primus ita habet, Κυρεῖον Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ ἡμῖν τὸν κύρειον ἠρίθη πόλει, νόμος γάρ ἐστι τοῖς βαρβάροις θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος τῷ Κρόνῳ. Scribo, Κυρεῖον. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ.

Ἡ τὸ μιαρὸν κυρεῖον ἠρίθη πόλει.
Νόμος γὰρ οὗτος ἐστι τοῖσι βαρβάροις,
Θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γένος.

τῷ Κρόνῳ, postrema verba non sunt poëtæ. κυρεῖον propriè est tonsoris officina. sed in hac fabula Sophocles ita vocauerat locum vbi iugulari solebant κοῦροι καὶ κοῦραι. Alter locus ita editur. Μάθλη, ταῖς τμηταῖς ἱνίας. καὶ γὰρ ἡ μάθλη. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ καὶ Συνδείπνοις. Corrigo, μάθλαις, ἱμαντώταις ἡνίας. καὶ γὰρ ἱμὰς ἡ μάθλη. Σοφοκλῆς Ἀνδρ. καὶ Συνδείπνῳ. Extat & alius locus ex eadem fabula, vbi iterum poëta eo verbo vsus. Nam in Etymologico sic scriptum. Λέγεται μάθλης, ὁ ἁπλοῦς ἱμάς. ἢ ὅτι οὐ μόνον κατὰ τὴν βαφὴν λευκός, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐκλάμπει. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ, ἰδοὺ δὲ φοινὸν μάθλητα λέγουσιν. Tertius locus est in σαλητὸν: de quo nos in opere de Re vestiaria. ΑΝΘΗΝΟΡΙΔΑΙ. Athenæus libro 9. Hesychius, ἀφιμιασαμένη, ἀφομιλῆσαι. Σοφοκλῆς Ἀντηνορίδαις. ΑΝΤΙΓΟΝΗ. extat. ΑΤΡΕΥΣ ἢ ΜΥΚΗΝΑΙ. Hesychius, Ἐπιπαιδός, ἐπιδείξεται. Σοφοκλῆς, Ἀτρεῖ ἢ Μυκήναις, ἐπὶ τῶν ταῖς λίναις λαμβανόντων. Malim τοῖς λίνοις. Alij vno solùm nomine hanc fabulam laudant. scholiastes Euripidis ad Hippolytum: εἰώθασιν οἱ εἰρωνευόμενοι κατὰ τῶν ἰχθύων ὀμνύναι. ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Μυκήναις.

Μὰ τὴν ἐκείνου δειλίαν ἣ βόσκεται,
Θῆλυς μὲν αὐτὸς, ἄρρενας δ' ἰχθῦς ἔχων.

ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΣ, vel ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΝ. Athenæus libro primo. Idem libro octauo extremo, Συνδείπνιον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίῳ Λυσίας. Mox, διόπερ τινὲς καὶ τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα κατὰ τὸ οὐδέτερον ἐπιγραφεῖν ἀξιοῦσι ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΝ. Solent auctores vocem alteram prætermittere. Hesychius, Αζειῶται, ἔθνος τῆς Τρῳάδος. Σοφοκλῆς Συνδείπνῳ. Sic apud Stobæum sermone 26. vide suprà in ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ. [Alijs nominatur hæc fabula ΣΥΝΔΕΙΠΝΟΙ. Marcus Tullius ad Q. Fratrem lib. secundo: Συνδείπνους Σοφοκλέους *quanquam actam à te fabellam video esse festiuè, nullo modo probaui.*] Diuersa ab hac fuit, quæ inscribebatur. ΑΧΑΙΩΝ ΣΥΛΛΟΓΟΣ. Iulius Pollux libro decimo cap. 30. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ,

Εἰς ναοφύλακες νυκτέρου ναυκληρίας
Πληκτροις ἀπευθύνουσιν οἰάκων τρόπιν.

Interpres Lyrici Isthmionicarum odâ secundâ, τὸ ἀπονεῖμαι ἀντὶ τοῦ ἀναγνῶναι. Σοφοκλῆς ἐν Ἀχαιῶν συλλόγῳ

συλλόγῳ, οὐδ' ἐν θρήνοισι γραμμάτων πλυχὰς ἔχων, νέμει τις, ὃ πάρεστι τις ξυναμεσι. Hesychius in ἐπίχει-ρας & in ξυμβολαῖς. ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΕΡΑΣΤΑΙ. Athenæus libro nono. Scholiastes Pindari oda tertia Nemeonicarum, περὶ τῆς μεταμορφώσεως αὐτῆς, Thetidis, καὶ Σοφοκλῆς φησὶν ἐν τρωίλῳ,

Ἔγημεν ὡς ἔγημεν ἀφθόγγους γάμους,
Τῇ παντομόρφῳ Θέτιδι συμπλακείς ποτε.

καὶ ἐν ἀχιλλέως ἐρασταῖς,

Τίς γάρ με μόχθος οὐκ ἐπεστάτει;
Λέων, δράκων τε, πῦρ, ὕδωρ.

& ad odam sextam de Achillis hasta loquens, adducit ex eadem fabula hæc, ἡ δορὸς διχόστομον πλᾶκτρον. Aristophanis ad Ranas scholia, Σοφοκλῆς ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς φησὶν, ὑπὸ Πηλέως λοιδορηθεῖσαν τὴν Θέτιν καταλιπεῖν αὐτόν. leges eadem verba in scholiis Apollonij ad librum quartum. Præterea scriptum est Commentario ad Vespas, quo loco disputatur nomen παιδικὰ poni ἐπὶ ἀρρένων. Καὶ ἐν τοῖς Ἀχιλλέως δὲ ἐρασταῖς δῆλον ὡς οὕτως ἐξείληπται. ἐπιδόντων γὰρ τῶν Σατύρων εἰς τὴν γυναικείαν ἐπιθυμίαν, φησὶν ὁ φοῖνιξ, παπαῖ, ὦ παιδίχ' ὡς ἐρᾶς ἀπώλεσας. Etsi poetæ nomen hic prætermissum est: nemo tamen eruditorum dubitabit Sophocleum drama intelligi. Atque ex hoc loco coniecturam facere licet, fuisse hoc drama satyricum. Hesychius quoque laudans hanc fabulam, poetæ nomen omittit. ὀμμάτειος πόθος, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὁρᾶν ἁλίσκεσθαι ἔρωτι. ἐκ γὰρ τοῦ εἰσορᾶν, γίνεται ἀνθρώποις ἐρᾶν· καὶ ἐν Ἀχιλλέως ἐρασταῖς ὀμματοῦ λογχὰ φησιν. Fortè, τὰς ὀμμάτων ἀπὸ λόγχας φησι. Mentionem faciunt & parœmiographi in prouerbio ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον. & Stobæus inde affert pulcherrimos versus sermone 62. ΔΑΙΔΑΛΟΣ. Hesychius, Γεργάδων, ἀλιάδων. Δαιδάλῳ Σοφοκλῆς. Mox sequitur, Γεργίδες, ὠκεανίδες. Alibi. ἰσιφθλῶ, ἰσοβάθλω, ἡσυχασα, ἠχωύθλω. Σοφοκλῆς Δαιδάλῳ. malè editur Παιδάλῳ. Pollux, βιαία, ἡ ἐν τῷ Σοφοκλέους Δαιδάλῳ τεκτόνδεχος μοῦσα. ΔΑΝΑΗ. Hesychius, Ἀφροδίσια ἄγρα. Σοφοκλῆς Δανάῃ. Γόνον τε μήλων κ' ἀφροδισίαν ἄγραν. critici quam variè eum versum exposuerint, ibi vide. meminit & alibi. Stobæus sermone 10. ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΟΣ. Hesychius, θωχθείς, θωρηχθείς. μεθυσθείς. Σοφοκλῆς Διονυσιακῷ. Non legi alibi: nec satis capio indicem huius fabulæ. ΔΟΛΟΠΕΣ. Hesychius, εὐναῖος λαγώς, Σοφοκλῆς Δολοψὶ καθ' ἀπηχής. ΕΛΕΝΗ. Aristophanes equitibus, Βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν· ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος. Vetus interpres, Ἔστιν ἀπὸ Σοφοκλέους Ἑλένης. Ἐμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρου γ' ἐκπιεῖν [vel potius αἷμα ταύρειον πιεῖν.] καὶ μὴ γε πλείω τῶνδ' ἔχειν δυσφημίας. Fortasse duarum quæ sequuntur alteram intelligit. ΕΛΕΝΗΣ ΑΠΑΙΤΗΣΙΣ. Strabo libro 14. de morte Calchantis loquens, ἀποθανεῖν δὲ ὑπὸ λύπης, καὶ καθ' τι λόγιον. λέγει δ' αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτησεί. ὡς εἱμαρμένον εἴη ἀποθανεῖν, ὅταν κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει περιτύχῃ. Hesychius, Ἀναχαιτίζει, ἀναπείθει, ἀναχαλινοῖ, ἀνακρύεται, ἀναποδίζει. κυρίως δὲ ἐπὶ τῶν ἵππων. Σοφοκλῆς Ἑλένης ἀπαιτήσει. Proponam hic doctis emendandum ex ea fabula locum, in quo frustra hactenus fui. Erotianus, Θράσσει ἐστὶν ὀχλεῖ· ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει φησί. Γυναῖκα δ' ἐξελόντες ἢ θράσσει γνώμοτε. ὡς τοῦ μὲν ἐάλω γραφαῖς ἐοιμένης.

ΕΛΕΝΗΣ ΓΑΜΟΣ. Athenæus libro tertio. ΕΠΙ ΤΑΙΝΑΡΩ ΣΑΤΥΡΙΚΩ. Hesychius, Ἀργέμων τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς λευκωμάτων. οἱ δὲ ὀφθαλμῶν. Σοφοκλῆς ἐπὶ ταινάρῳ σατυρικῷ. Idem, ἀλαλίαι, πονηρίαι. Σοφοκλῆς ἐπὶ * ταιναρίοις. Lego, Ἐπὶ Ταινάρῳ. aut Ταιναρίοις. nam etiam in nono Athenæi citatur Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις. ΕΠΙΓΟΝΟΙ. Sophoclis interpres ad Oedipum Coloneum, Πολλάκις τὸ Ἄργος κοῖλον φησι καθάπερ ἐν Ἐπιγόνοις, Τὸ κοῖλον Ἄργος οὐ κατοικήσοντ' ἔτι. καὶ ἐν Θαμύρᾳ.

Ἐκ μὲν Ἐριχθονίου ποτιμάστιον ἔσχεθε κοῦρον
Αὐτόλυκον. πολέων κτεάνων σίνιν Ἄργει κοίλῳ.

ΕΡΕΧΘΕΥΣ. In Stobæi Collectaneis inuenio nominatam ad caput 57. ΕΡΙΣ. Hesychius, Εὔαρος γάμος, Σοφοκλῆς Ἔριδι. ἤτοι ἀέρος ἢ ὀλιγωρος, οὕτω γὰρ λέγουσι κατὰ ἀντίφρασιν· ὡς ὁ αὐτὸς ἐν Σκυρίαις χρῆται τῷ ἀνερᾶζειν. Nescio an ea sit quæ dicitur aliis Ἔρις. ΕΡΙΦΥΛΗ. Clemens obseruat libro sexto hunc Euripidis versum. Ὦ φίλοι οὐπω θέλγητρον ἐπίκουρον νόσου, esse ex hoc Sophoclis in Eriphyla, Ἀπελθ' ἐκείνης οὔποτ' ἰατρὸν νόσου. Stobæus sermone primo, septimo, & alibi. ΕΥΜΗΛΟΣ. Auctor est Harpocration, καυλῶν vsurpasse veteres pro αὐλῶν. vt Sophoclem in *Eumelo*. Meminit & Hesychius explicans verba poëtæ, ἅματος ἄσαι Ἄρτα. ΕΥΡΥΑΛΟΣ. Parthenius Ἐρωτικῶν capite tertio: Περὶ Εὐίππης ἱστορεῖ Σοφοκλῆς Εὐρυάλῳ. deinde subiicit Parthenius fabulæ totius argumentum. ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ. Hesychius, Ἀδόξαστον, ἀνέλπιστον, Σοφοκλῆς Εὐρυσάκῃ. ΖΩΣΤΗΡΕΣ. Apud Pollucem libro septimo, cap. 14. ita inuenio scriptum, ὁ, τε τῆς Ἀμαζόνος ζωστήρ, καὶ ἡ ἐν τοῖς Σοφοκλέους Ζωστῆρσιν ἐπιζώστρα. λέγει γοῦν, Ἔχοντες δὲ ζώνας ἱστᾶσαι ἱματίων ἐπιζώστρας. ΗΛΕΚΤΡΑ. extat. ΗΡΑΚΛΗΣ. Stephanus in Χάρα. Σοφοκλῆς ἐν Ἡρακλεῖ, Στρέφουσι κρήνης φύλλα χωρίτω τ' ὄφιν. Hesychius, κύκλους καὶ τροχοὺς τὰ τείχη. τροχὸν δὲ τὸ τεῖχος, ὡς Σοφοκλῆς Ἡρακλεῖ κυκλώσοισι τροχόν. In Etymologico legitur, Βυθοῖν πόλις τῆς Ἰλλυρίδος. Σοφοκλῆς Ὀνομακλεῖ, Βυθοῖν Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη. Non est verum, editam vllam fabulam à Sophocle quæ vocaretur *ONOMACLES*. quare scribendum Σ. ἐν Ἡρακλεῖ. Buthœa Stephano dicitur Buthoa. epici versus etsi rariùs, interdum tamen leguntur apud dramaticos poëtas. Erit fortasse qui malit sic corrigere. Σ. Οἰνομάῳ. de qua fabula mox. Ego aliter censeo. [Porrò HERCVLES Sophoclis drama fuit satyricum. Pollux libro septimo, capite 25. καὶ φιτρεὺς δὲ τούτους λέγει ἡ ποιητικὴ φωνὴ ἐκλυμάδας Σοφοκλῆς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ.

Σκωίλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκλαμπάτων, sed hæc deprauatissima sunt: scribe, λέγει ἡ π. φ. ἐκκαυμάτια. & ὡς ἐκκαυμάτων. idem lib. 10. προθετέον δὲ τῷ μαγείρῳ καὶ ἐκκαύματα εἰπόντος Σοφοκλέους ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ, Σκωίλεγον τὰ ξύλα ὡς ἐκκαυμάτων.]

ΗΡΙΓΟΝΗ. Etymologici auctor. Τοπάζειν, στοχάζεσθαι, ὑπονοεῖν, καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἠριγόνῃ, ἃ δὲ δόξῃ τοπάζω ταῦτ' ἰδεῖν σαφῶς θέλω. Erotianus, τὸ πόφρον. κρυφαῖον, ὥς φησιν ὁ Ταραντῖνος. μαρτυρεῖ γὰρ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Σμηνέγονῃ, λέγων. † ναῦ δὲ εἴρη ὑπόφρος ἐξ αὐτῶν Ἕως ἀπώλετο κ' αὐτὸς ἐξαπώλετο. Μέμνηται ὁ αὐτὸς καὶ ἐν Ἰφιγενείᾳ. Lego, ὁ Σοφοκλῆς ἐν τῇ Ἠριγόνῃ. fecerat Latinam vt videtur Accius siue Attius, cuius Erigonam citant veteres.

ΘΑΜΥΡΑΣ. aliis ΘΑΜΥΡΙΣ. vide libro primo, capite 17. In vita Sophoclis legitur, φασὶ δὲ ὅτι καὶ κιθάραν ἀναλαβὼν, ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδι ποτὲ ἐκιθάρισεν. Θαμύραν & comicus Antiphanes docuit. ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ. In ora librorum Stobæi. serm. 119. leges, *Sophoclis aut Euripidis in Themistocle.* Sed non dubito mendam inesse. Possemus fortasse aliquid certiùs pronunciare, si Græcas citatorum librorum inscriptiones toto opere non inuidissent nobis viri docti. ΘΥΕΣΤΗΣ ΣΙΚΥΩΝΙΟΣ. Hesychius, ἀπαπλήκτῳ ποδί, μανιώδει. Σοφοκλῆς, Θυέστῃ Σικυωνίῳ. iterum, αὐτόφορτοι, αὐτοὶ διακονοῦντες. κυρίως δὲ οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις. Σοφοκλῆς Θυέστῃ Σικυωνίῳ. Scribe apud eundem, Ἀυτομοίρος, μονόμοιρος. Σοφ. Θυ. Σικ. Meminit & in voce ἐπαίνους. interdum vocat Θυέστην τὸν ἐν Σικυῶνι, vt in ἀμόρφωτον. alibi simpliciter *Thyestem* vocat: vt in ἀπείρονας, ἀπόθεα, & ἀτελῆ. Sic etiam Stobæus sermone 29. ΘΥΕΣΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. Hesychius, ἀφωσιωμέναι, ἀνόσιαι, ἄποθεν τοῦ ὁσίου γεγενημέναι. Σοφοκλῆς Θυέστῃ δευτέρῳ. In libris Hesychij alieno loco hæc sunt posita. Idem, Ἡγέμων, ὁδηγόν. Σοφοκλῆς Θυέστῃ δευτέρῳ. ΙΝΑΧΟΣ. Dionysius Halicarnasseus libro primo. Athenæus libro vltimo. Comici interpres ad Plutum dici probat πλούτωνα opes ac diuitias, testimonio verborum Sophoclis ex hac fabula, Πλούτωνος δὲ ἐπείσοδος: item, τοιοῦδ' ἐμὸν πλούτων' ἀμεμφίας χάριν. laudat idem commentario ad Equites & aues. item Hesychius in ἀπελέθρεξ, ἀπαιδείας φάρος, αὐτίπλαστος, & κυάμῳ. In voce ἀλωπεκὸς scribe, Σοφ. Θυέστῃ καὶ Ἰνάχῳ. ΙΝΩ. Hesychius, ἄλυτον, ἀκατάλυτον, ἀκατάπαυστον. Σοφοκλῆς Ἰνοῖ. ΙΞΙΩΝ. Interpres Apollonij libro quarto, καὶ παρὰ τὸ ἴψαι Σοφοκλῆς ἐν Ἰξίονι, δίψιον φησὶ τὸ βεβλαμμένον. ΙΟΒΑΤΗΣ. Hesychius, ἀφύλλωτον πέτρον, ἄπτερον, ἄδενδρον. οἷον λεωπετρίαν. Σοφοκλῆς Ἰοβάτῃ.

ΙΟΚΛΗΣ. Iulius Pollux libro decimo, capite octauo. καὶ τυλεία δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ Ἰοκλεῖ λεγομένῃ, ἀλλὰ καὶ λινοχαφὴς τυλεία. ita legetum isto loco, tum libro septimo. vbi eadem Sophoclis verba. ΙΟΛΑΟΣ. Aristophanes ad Equites, Ἀλλ' ἴθι χαῖρε καὶ πράξειας καλῶς τὸν ἐμόν. καὶ σιφυλάττοι ζεὺς ἀγοραῖος, &c. Scholiastes ibi, ταῦτα δὲ παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐξ Ἰολάου.

ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ. Stobæus sermone vigesimo septimo. ΙΠΠΟΝΟΟΣ. Clemens Alex. Stromat. lib. 6. λάβοις αὖ Σοφοκλέους ἐξ Ἱππόνου.

> Πρὸς ταῦτα κρύπτε μηδὲν, ὡς ὁ πάνθ' ὁρῶν
> Καὶ πάντ' ἀκούων πάντ' ἀναπτύσσει χρόνος.

viri docti testantur legi in quibusdam MSS. Ὑπόνου. vt huic tragœdiæ fuerit nomen *Suspicaci*, non *Hipponoo*. sed neque tragœdiæ is titulus satis conuenit: neque fauent testimonia veterum. Hesych. ἀπαλιξαδός, ἀπαλιξαδός. Σοφοκλῆς Ἱππόνῳ. Mox, Ἀπαρθένευτος, ἀκέραιος, καθαρά. Σοφοκλῆς Ἱππόνῳ. Viderint eruditi, an diuersa ab hac fuerit quæ inscribitur ΙΠΠΩΝ. Iulius Pollux libro 4. capite 16. Σοφοκλῆς δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς πρὸς ἐκεῖνον (Euripidem) ἁμίλλης ποιεῖ παλαμάκις, ὥσπερ ἐν Ἵππωνι. Stephanus de Oleno scribens vrbe Achaiæ, Σοφοκλῆς ἐν Ἵππωνι. Ἐξ Ὠλένου γῆς φερβάδος κομίζομαι. ΙΡΙΣ. Athenæus lib. 14. non puto corrigendum ἐν Ἔριδι, vt in allato supra loco Hesychij. Contrarium putem verius. Etiam Achæus *Iridem* fabulam e suis vnam inscripserat. ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ. Hesychius, Ἀπαρθένευτα, οὐ πεπειραμένα παρθένοις. Σοφοκλῆς Ἰφιγενείᾳ τῇ ἐν Αὐλίδι. Alibi simpliciter ἐν Ἰφιγενείᾳ, vt in ἀνέχει & ἀπωδακυσός: & in libro 12. Athenæi. Sic Stobæus in 30.

ΙΧΝΕΥΤΑΙ ΣΑΤΥΡΩΝ. Pollux lib. 10. cap. 7. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἰχνευταῖς Σατύρων ἔφη, ἐκηλάτα ξύλα τριγομφα διατρῶσαι. Athenæus libro secundo Ἰχνευταῖς solùm.

ΙΩΝ. Hesychius, Χειρίδιον. Σοφοκλῆς Ἴωνι. κείμενος μὴ βαστάσας αὐλὰς ἐπὶ χεῖρας, ἢ διὰ χειρῶν ἔχει, ἢ οὕτως ἱμαντίδιον. quæ verba auxilium à libris melioribus expectant. Stobæus meminit serm. 52. & 101. ΚΑΜΙΚΟΙ. Athenæus libro tertio & nono. [ΚΑΣΑΝΔΡΑ. Vetus Scholiastes in Hesiodi Theogoniam: ἡ δάφνη ἐνεργεῖ πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμούς· Σοφοκλῆς ἐν Κασάνδρᾳ. Δάφνην φαγὼν ὀδόντι πρῖε τὸ στόμα.]

ΚΗΔΑΛΙΩΝ. Athenæus libro quarto, & parœmiographi in prouerbio λιμὴν μεθύων. Hesychius, αὐτοκτίστους δόμους, οὐ κατισκευασμένους, ἀλλ' ἐκ ταὐτομάτου γεγενημένους, ἢ τοὺς οἰκουμένους. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι. idem, διάτορος, διεύς. Σοφοκλῆς Κιδαλίῳ. lege, Κηδαλίωνι. ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ. Erotianus nominat in Lexico Hippocrateo. Αἴτιον δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸν σώφρονα, ὡς καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐν Κλυταιμνήστρᾳ. quæ sequuntur in mendo cubant. quare ibi legantur. ΚΟΛΧΙΔΕΣ. Athenæus libro decimo tertio, & libro etiam secundo, vbi malè Κοχλίδες. Scholiastes Apollonij libro tertio. Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Κολχίσιν εἰσάγει τὴν Μήδειαν ὑποτιθεμένην τῷ Ἰάσονι περὶ τοῦ ἄθλου δι' ἀμοιβαίων. & sub lib. finem, καὶ Σοφοκλῆς δὲ ἐν Κολχίσι πεποίηκε τὸν ἄγγελον τοῦ Αἰήτου πυθόμενον [aut πυθόμενον] περὶ τῶν προειρημένων.

> Ἡ βλαστὰς σὺν ἔβλαστεν ὑπηχόμενος,
> Καὶ καρτῷ φρίξας διλόφῳ σφηκώματι,

Χαλκηλάτοις ὅπλοισι μὴ προσεξίδω.

Hesychius, ἐπαλλαχθεῖσα, ἐπαλλάξασα. Σοφοκλῆς κολχίσι. Reperio & ΚΟΛΧΟΙΣ eiusdem. Etymologicum magnum, Σοφοκλῆς Κολχοῖς, ἡμεῖς μὲν οὐκ ἄρ' ἦσθ' τὸν Προμηθέα. αὐτὴ τοῦ ἤδειτε. Fortè Κολχίσι. ΚΡΕΟΥΣΑ. Pollux lib. 6. cap. 17. τὸ δὲ ἰσοθάνατον, Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Κρεούσῃ, οὐ πάνυ ἀνεκτόν. Hesychius, ἀνίκτημαι, ἀνείληφα. Σοφοκλῆς Κρεούσῃ. Stobæus sermone septimo, duodecimo, 38. & alibi. ΚΡΗΤΕΣ. Athenæus libro decimo quinto. Hesychius, ἰυδοὶ, οἱ μουσικοὶ, ἢ κροῦμά τι. Σοφοκλῆς Κρησίν.

ΚΩΜΟΣ. Hesychius, Ἀνθρωπος, ἀνωθρώσκει, ὠρχεῖτο. Σοφοκλῆς κώμῳ. Habes infrà Μῶμον, alterius fabulæ nomen: si non factæ sunt duæ culpâ librariorum, quæ vna fuit. ΚΩΦΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ. plura de hac fabula libro decimo, capite septimo. Aristides in Apologia communi: αὐτὴν μὲν γὰρ ἐὰν ἴδωσι τὴν Ἑλένην λέγω, θεράπαιναν μὲν ἂν ὁπείαν ἐκεῖνος Μένανδρος τὴν Φρυγίαν, τῷ ὄντι παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς ΣΑΤΥΡΟΥΣ τοῦ Σοφοκλέους. ΝΙΟΒΗ. Athenæo nominatur libro quarto. Idem libro 13. καὶ Αἰσχύλος μέγας ὢν ποιητὴς, καὶ Σοφοκλῆς ἦγεν εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας· ὁ μὲν τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον, ὁ δ' ἐν τῇ Νιόβῃ τὸν τῶν παίδων. Interpres Apollonij libro primo, de insecto loquens quod ἴουλος Græcis, centumpes Latinis dicitur. Θεόφραστος ἐν τῇ περὶ Φωνῶν ἐπιστολῇ καὶ ὅτι φησὶν αὐτὸν καλεῖσθαι ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κωφοῖς σατύροις. κυλισθεὶς ὥσπερ ὄνος ἰσόπορος. Paulo pòst, de Dactylis Idæis, Σοφοκλῆς αὐτοὺς φρύγας καλεῖ, ἐν Κωφοῖς σατύροις. [Laudantur & ΣΑΤΥΡΟΙ simpliciter: quæ fabula diuersa fuit fortasse à superiore. Aristides in Apologia communi: αὐτὴν ἐὰν ἴδωσι τὴν Ἑλένην; Ἑλένην λέγω θεράπαιναν ὁπείαν ἐκεῖνος Μένανδρος τὴν Φρυγίαν· τῷ ὄντι παιδιὰν ἀποφαίνουσι τοὺς ΣΑΤΥΡΟΥΣ τοῦ Σοφοκλέους. Inuenio laudatum & in Σατυρίσκῳ. vide Hesychium in Ἀρραγὲς ὄμμα.]

ΛΑΚΑΙΝΑΙ. Pollux libro nono. ἔστι δὲ ἡ ψαλὶς εἶδος οἰκοδομήματος. ὅπου καὶ Σοφοκλῆς ἐν Λακαίναις λέγει, Στενὴν δ' ἔδυμεν [vel ἴδομεν, vt Scaligero placebat: ψαλίδα κοὐκ ἀβόρβορον. ΛΑΟΚΟΩΝ. Aristophanes in Ranis verba quædam ex hac fabula more suo vsurpat. Notat enim Scholiast. Παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐκ Λαοκόωντος, Ποσειδον ὃς Αἰγαίου μέδεις πρῶνας, ἢ γλαυκᾶς μέδεις εὐανέμου λίμνας, ἐφ' ὑψηλαῖς σπιλάδεσσι στομάτων. Dionysius Halicarnasseus, libro secundo. Stobæus sermone 29. Harpocration, εἰσὶ δὲ καὶ οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς, οἱ πρὸ τῶν πυλῶν βωμοὶ, ὥς φασι Κρατῖνος καὶ Μένανδρος, καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Λαοκόωντι μεταγων τὰ Ἀθηναίων ἔθη εἰς Τροίαν, φησί.

Λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀτμίζων πυρὶ

Σμύρνης σταλαγμοὺς βαρβάρους εὐοσμίας.

Sic legendus hic locus in libris editis deprauatus. Hesychius, Καταρράκτης, ὀχετὸς, ῥύαξ καὶ ὁ ἀετός. Σοφοκλῆς Λαοκόωντι. τὰς ἁρπυίας ἐν Φινεῖ.

ΛΑΡΙΣΣΑΙΟΙ. Athenæi verba sunt libro 11. ὁ δὲ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν τοῖς Λαρισσαίοις Ἀκρίσιος, ex quibus suspicetur aliquis eandem esse hanc cum Acrisio ante dictâ. quod tamen nobis non videtur. *Larissæos* in extremo opere nominat Hesychius, vbi de vocula ὡς disputat, & Stobæus quoque sermone centesimo vigesimo quarto. ΛΗΜΝΙΑΙ. ἢ ΛΗΜΝΙΑΔΕΣ. Stephanus de Chrysa oppido. Σοφοκλῆς Λημνίαις, Ὦ Λῆμνε Χρύσης τ' ἀγχιτέρμονες πάγοι. καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσι, ταύτην ἐγὼ Κίλλαν τε καὶ Χρύσην ἔχω. sic hunc versum expleo. Apollonij interpres ad librum primum, Σοφοκλῆς ἐν Λημνίαις καὶ μάχην ἰσχυρὰν αὐτὰς συνάψαι φησί. Hesychius, ἀξύμβλητον, ὃ μηδενὶ ἀπαντᾶν δυνατὸν ᾖ, ἢ ἀσυμφανῆτον. Σοφοκλῆς Λημνίαις. Iterum, ἀσάλπιγκτον ὥραν, τὸ μεσονύκτιον. ἑσπέρας γὰρ καὶ ὄρθρου ἐσάλπιζον. Σοφοκλῆς Λημνίαις. Scholiastes Pindari, Odâ 4. Pyth. παίζεις Σοφοκλῆς ἐν ταῖς Λημνιάσι τῷ δράματι καταλέγει τοὺς εἰς τὸ Ἀργῷον σκάφος εἰσελθόντας. καὶ Αἰσχύλος ἐν Κυβήροις. Scribendum, ἐν Καβείροις.

ΜΑΝΤΕΙΣ. Aristophanis vetus interpres de voce γλάμων agens ad Ranas, Σοφοκλῆς ἐν Μάντεσιν ἐπί τινων ὀρνέων, τοὺς γλαμυροὺς κατὰ φορβάν. Stobæus sermone 29. ΜΕΛΕΑΓΡΟΣ. Hesychius, Ἀντίβοιον, ἰσόβοιον, ἀντὶ βοὸς καθαγιαζόμενον. Σοφοκλῆς Μελεάγρῳ. idem ἰξοφόρους δρύας, τὰς ἰξὸν φερούσας, Σοφοκλῆς Μελεάγρῳ. Lege eundem in κυάμῳ πατρίῳ. ΜΕΛΑΝΙΠΠΗ. Aristophanes in Ranis, ridet παρακεκινδυνευμένον dictum alicuius poëtæ, αἰθέρα Διὸς δωμάτιον. eum autem poëtam Sophoclem esse, indicat Scholiastes: ἐκ Μαλανίππης ait Σοφοκλέους, Ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός. etiam Euripides Melanippam docuerat: cuius meminit Erotianus in ἀλάστορες, Stobæus & alij. Scribitur & Μεναλίππη.

ΜΙΝΩΣ. Clemens Alexandrinus, libro 6. λάβοις δ' αὖ Σοφοκλέους ἐν Μίνῳ, Οὐκ ἔστι τοῖς μὴ δρῶσι σύμμαχος τύχη. ΜΟΥΣΑΙ. Iulius Pollux lib. 10. cap. 49. φαίης δ' αὖ καὶ σισύραν λεγομένην Σοφοκλέους ἐν Μούσαις, Ψαλίδας, πτέρας, καὶ σισυρώδη στόλον. Sed scribendum suspicor, ἐν Μυσοῖς. qua de fabula mox. ΜΥΚΗΝΑΙ. Vide suprà, in Ἀτρεὺς ἢ Μυκηναῖαι. ΜΥΣΟΙ. Athenæus libro quarto, & libro 14. Strabo lib. 8. vbi docet poëtas καλεῖν πόλιν τὴν χώραν. Σοφοκλῆς ἐν Μυσοῖς.

Ἀσία μὲν ἡ σύμπασα κλῄζεται ξένε,

Πόλις δὲ Μυσῶν Μυσία προσήγορος.

Hesychius, Ἀποβάθρα, ἀποβατήρια. ἡ κλίμαξ νεώς. Σοφοκλῆς Μυσοῖς. Lege eundem in ἀπουρίσει, ἀσφαφῆς, & ἀφθίτους γνώμας. Stobæus sermone 96.

ΜΩΜΟΣ. Hesychius, Ἀμφίον, ἔνδυμα. Σοφοκλῆς Μώμῳ. Idem, Ἀνασύψαι, ἐπᾶραι τὸ αἰδοῖον, ἢ συγτάσαι. Σοφοκλῆς Μώμῳ. Videtur Hesychius confundere diuersæ significationis voces, ἀνασύψαι, & ἀνασύσαι. Laudat Momum is grammaticus etiam in ἀποσκολύπτειν.

ΝΑΥΠΑΚΤΟΣ. Vetus interpres Apollonij ad quartum, Σκοτεινὴ νὺξ κατουλὰς καλεῖται παρὰ τὸ εἴλειν. Σοφοκλῆς ἐν Ναυπάκτῳ, νυκτὶ κατουλάδι.

ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΚΑΤΑΠΛΕΩΝ. Hesychius, τρίτος κρατήρ. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ

καζεαλέντι. Laudatum ſępius inuenio ἐν Ναυπλίῳ. Pollux lib. 10. cap. 30. Sophocles ait, ὁλκία τὰ πηδάλια ἐν Ναυπλίῳ ὀνόματι. ſimiliter comici interpres ad Pacem, & Heſychius in αἰσρεῦ πολεμ.... In Pindari Scholiis è Sophocléa Nauplio, habentur iſta,

Ζεῦ παυσίλυπε καὶ Διὸς σωτηρίου
Σπονδὴ τρίτου κρατήρ.

Stob. ſermone 111. An ſit hæc alia ab iſta & ſequente quærendum. ΝΑΥΠΛΙΟΣ ΠΥΡΚΑΕΥΣ. Pollux lib. 9. ὁ δὲ ἐμπρήσας τάχ' ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο, κατὰ Αἰσχύλον καὶ Σοφοκλέα, οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα, τὸν μὲν τὸν Προμηθέα, τὸν δὲ τὸν Ναύπλιον. Heſych. Πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολαῖς. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ πυρκαεῖ παρ' ὅσον πέντε γραμμαῖς ἔπαιζον. Alibi poëtæ nomen reticet. ſunt enim hæc illius, ναύκληρον πλάτην, ναυτικόν. Ναυπλίῳ πυρκαεῖ. Sophoclem enim citat ΝΑΥΣΙΚΑΑ. Hæc fabula tota eſt Homerica, ac videtur ſatyrica potiùs fuiſſe, quam vera tragœdia. Eubulus comicus eidem Nauſicaæ ſoccos aptauerat. De Sophocléa [Athenæus lib. 1. ἄκρως δ' ἐσφαίριζεν (ὁ Σοφοκλῆς) ὅτε τὴν Ναυσικάαν ἐδίδαξε, ſiue καθῆκε] Pollux libro 10. cap. 12. ἔστι δὲ τοὔνομα ἡ λαμπήνη, ἐν τῇ Σοφοκλέους Ναυσικάᾳ. Heſychius, ἀναρριφθῆ. Σοφοκλῆς ἐν ναυσὶ καὶ αὐτὶ τοῦ ἀναρρίπτει. Scribe. Σ. ἐν Ναυσικάᾳ. Mens eſt, Sophoclem in Nauſicaa dixiſſe ἀναρροιβδεῖν σφαῖραν, pro, *pilam remittere & repercutere.* ΝΙΟΒΗ. Athenæo nominatur lib. 4. ΝΙΠΤΡΑ. De iſta ſolam afferimus coniecturam ex verbis M. Tullij, libro 2. Tuſculanarum quæſtionum. *Non nimis in NIPTRIS ille ſapientiſſimus Græciæ ſaucius lamentatur, vel modicè potius. Pedetentim, inquit, ite, & ſedato niſu, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor. Pacuuius hoc melius quàm Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Vlyſſes lamentatur in vulnere.* An igitur Niptra Sophocles ediderat? puto veriùs Pacuuium mutato nomine ſic appellaſſe quā fecerat Latinā de Græca Sophoclis, cui index, *Vlyſſes Acāthoplex,* [(ἀκανθοπλήξ) aut *acantopleges*: de ea igitur Cicero loquitur. ΞΟΑΝΗΦΟΡΟΙ. Æſchyli ſcholiaſtes in ſeptem ad Thebas. εἴρηται δὲ ἐν Ξοανηφόροις Σοφοκλέους, ὡς οἱ θεοὶ ἀπὸ τῆς Ἰλίου φέρουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ἑαυτῶν ξόανα, εἰδότες ὅτι ἁλίσκεται.] de ea igitur Cicero loquitur. ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΑΚΑΝΘΟΠΛΗΓΗΣ. Heſych. ἀθηρόβρωτον ὄργανον. τὴν πτερνίαν, ἢ τὴν ἀθέρα ἀνακινεῖσθαι Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπληγεῖ. iterum, ἐλαιάδιστα νηδύς. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ ἀκανθοπλήγι. ἤ τι λαιάτοτα ἀντὶ τοῦ σκαιά, ἀγρία. ἢ ἀπὸ τοῦ ληΐζεσθαι, πάντα ληιζομένη καὶ κατεσθίουσα. ἢ ἀπὸ τοῦ ἐλαία, λιπαρά. Apparet non conſtitiſſe inter veteres criticos de lectione eius loci: aliis ſcribentibus ἐλαιάδιστα, aliis λαιάτοτα. ΟΔΥΣΣΕΥΣ ΜΑΙΝΟΜΕΝΟΣ. Pindari vetus interpres extremo opere: Σιώπηρει οὐ μόνοι Λάκωνες ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ

Πόντ' εἴδωλα. πάντ' ἔλιξα πάντ' ἰσαλμένα.
Μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

Heſychius, ἰμπερής, ἔμπειρος. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ. alibi, ἐν μαλάψαι, κρύψαι, ἀφανίσαι. Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ. Affert etiam ex eadem, θρεπτοῖσι νόμοις, quod explicat τραχέσιν. & addit alios legiſſe eo loco, κρεκτοῖς. meminit & in θεμάζειν. ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ. extat. ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩ. extat. ΟΙΝΟΜΑΟΣ Athenæus extremo lib. 9. Diogenes Laërtius in Arceſila. πρὸς δὲ τὸν δαιτικόν [vox hæc ſuſpecta: quidam coniiciebant διαλεκτικόν: neſcio quàm rectè,] καὶ φιλόλογον, εἰπόντα τι ἀγνοεῖν, ἔφη,

Λήθουσι γάρ τοι καὶ ἀσίμων διέξοδοι
Θήλειαν ὄρνιν, πλὴν ὅταν τύχῃ πτερῇ.

ἔστι δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ Οἰνομάου τοῦ Σοφοκλέους. Heſychius, Ἀγριαῖος Οἰνόμαος, Δημοσθένης Αἰσχίνην οὕτως ἔφη, ἐπεὶ κατὰ τὴν χώραν περιιὼν ὑπεκρίνετο Σοφοκλέους τὸν Οἰνόμαον. ΠΑΛΑΜΗΔΗΣ. Heſychius, ἄκεστον, φάρμακον. Σοφοκλῆς Παλαμήδῃ. & alibi, ἀρυστὰ ὀρεστά. Σοφοκλῆς Παλαμήδῃ. [Euſtathius è Suetonij Tranquilli libro, περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν περὶ αἰγῶν, ait, Σοφοκλέους ἐκ Παλαμήδους ὁμωνύμου τῷ ἥρωι δράματος τὸ ἐκεῖνο ἐφεῦρε γὰρ πεσσούς, κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος.] Huic quoque, vt aliis multis Sophocléis cognomen Euripides fecerat. ΠΑΝΔΩΡΑ Ἢ ΣΦΥΡΟΚΟΠΟΙ. Athenæus lib. 11. Heſychius, in κεχήλωμαι. καὶ χήλωμα, τὸ ἀπορεῖον, Σοφοκλῆς Πανδώρᾳ, ἢ Σφυροκόποις. ΠΕΛΙΑΣ. Erotianus in Hippocratem, παιδικὸν πάθος. παιδίαν νῦν τὴν παιδοτροφίαν. ὅθεν καὶ Σοφοκλῆς ἐν Πελίᾳ φησί, λευκὸν αὐτὴν τόδ' ἐπαίδευσε γάλα. ΠΕΡΙΛΑΟΣ. Heſychius, Κερασμαινίς, εἰς κόρον ἐξυβρίζουσα. Σοφοκλῆς Περιλάῳ. ΠΗΛΕΥΣ. Ariſtophanes Auibus. ὁμορροθῶ, συνθέλω, Συμπαραινέσας ἔχω. Scholiaſtes, Σοφοκλέους ἐκ Πηλέως. idem ad Nebulas profert hos elegantes verſus è Peleo Sophoclis,

Πηλέα τὸν Αἰάκειον οἰκουρὸς μόνη.
Γεροντάγωγῶ κἀναπαιδεύω πάλιν.
Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Proferuntur & à Clemente Alex. libro ſexto. Harpocration in ξηραλοιφεῖν. Σοφοκλῆς Πηλεῖ, καὶ ξηραλοιφεῖν αἵματος διὰ πνευμόνων. ita ſcribendum eo loco. Stephanus in Κυκνεῖς. vbi ſcribe, Σ ἐν Πηλεῖ καὶ ἐν Ποιμέσιν. ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ. Pollux lib. 7. cap. 12. de vocabulo ἐπενδύτης loquens, λη πτέον αὐτὸ ἐκ τῶν τοῦ Σοφοκλέους Πλυντριῶν, πέπλους κλιτεῖσαι λινοπλυνεῖς τ' ἐπενδύτας. ΠΟΙΜΕΝΕΣ. Athenæus libro ſeptimo & decimo tertio. Stephanus de vrbibus in Γεραικός. Erotianus explicans vocem πέλεν Harpocrationis verba ſunt, ἐπὶ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες καὶ Σοφοκλῆς Πύλεσιν. ἑωθινὸς γὰρ πρὶν τὸν αὐλητῶν ὁρᾶν θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων νεόσπαδα εἶδον στρατὸν στείχοντα παραλίαν. Lego, Σοφ. Ποιμέσιν.

Ἑωθινὸς γὰρ πρὶν τιν' αὐλητῶν ὁρᾶν
Θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων νεοσπάδα
Εἶδον στρατὸν στείχοντα πρὸς ἀλίαν ἄκραν.

[Huc refero Sexti Empirici verba è libro 1. aduerſus dogmaticos: οὐκ ἐκ τέχνης τινὸς μεμαθήκασιν

κασιν οἱ γραμματικοὶ, ὅτι οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες, τὸ βαλλὴν λέγοντες, ἐπὶ βασιλέα λέγουσι Φρυγιστί. Sed vera lectio sine dubio est, quæ alibi habetur, Θαλλὸν χιμαίρᾳ τις. vide libro 13. cap. 6.] ΠΟΛΥΙΔΟΣ. Hesychius, Ἀντίαις, πολεμίαις. ἐχθραῖς. Σοφοκλῆς Πολυίδῳ, vide & in ἀρχᾶν. ΠΟΛΥΞΕΝΗ. Hesychius, Παράρυμα. Σοφοκλῆς Πολυξένῃ, παράρυμα πεδος. ὡς κρεμαμένων τινῶν ὑφασμάτων ἐκ τοῦ ἅρματος πρὸς κάλλος. Meminit Harpocration, in ἠκρωτηριασμένοι. Ex ea fabula erat hic versus, Ἀπ' αἰθέρος δὲ κἀπὸ λυγαίω ξίφους, apud Scholiasten Apollonij, libro secundo. Stobæus sermone 47. ΠΡΙΑΜΟΣ. Iulius Pollux lib. 10. cap. 31. Οἰκοδόμου δὲ σκεύη, λᾶαι, γλαφίδες, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Πριάμῳ. ΠΡΟΚΡΙΣ. Iulius Pollux, lib. 9. παλὴν τοῦ ἐπιπεμπτοῦ, ὦ κέχρηται Σοφοκλῆς ἐν τῇ Πρόκριδι, πλασμὸς καὶ πεπεμπται. ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ. Pindari scholiastes, ad odam quintam Pythionicarum, de Prometheo, διὸ καὶ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ προμαθεῖν ἔσχε· καὶ Σοφοκλῆς δ' ἐν τῷ Προμηθεῖ, τοῦ προμηθέως θέλων λέγειν τῆς φροντίσεως, ἀντιχαριστία καὶ μὴ τῆς μεταμελείας. ΡΙΖΟΤΟΜΟΙ. Macrob. lib. 5. *Sophoclis tragœdia id de quo quæri mus etiã titulo præfert. Inscribitur enim* ῥιζοτόμοι, *in qua Medeam describit maleficas herbas secantem: sed auersam, ne vi noxij odoris ipsa interficeretur: & succum quidem herbarum in cados aneos refundentem. Sophoclis versus hi sunt:*

Ἡ δ' ἐξοπίσω χερὸς ὄμμα τρέπουσα,
Ὀπὸν ἀργινεφῆ στάζοντα τομῆς
χαλκέοισι κάδοις δέχεται. *Et paulo post:*
Αἱ δὲ καλυπταὶ κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
Ἃς ἥδε βοῶσα κ' ἀλαλαζομένη γυμνὴ
χαλκέοισιν ἤμα δρεπάνοις.

Apollonij vetus interpres ad lib. 3. Σοφοκλῆς ἐν Ῥιζοτόμοις τὸν χορὸν πεποίηκε λέγοντα,

Ἥλιε δέσποτα, καὶ πῦρ ἱερὸν
Τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης ἔγχος,
Τὸ δι' Οὐλύμπου πολλὸν προφέρει
Καὶ γῆς ναίουσ' ἱερὰς τριόδους
Στεφανωσαμένη δρυΐ, καὶ πλεκταῖς
Ὠμῶν σπείραισι δρακόντων,

Hesychius, αἰτοῦσας, διαχίας καὶ τήξας, Σοφοκλῆς ῥιζοτόμοις. ΣΑΛΜΩΝΕΥΣ. Athenæus libro vndecimo. Hesychius, θῆμα, θήκη, τάφος, ἀνάθημα. Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ. Alio loco, Καρικοὶ τράγοι, ὡς ἀτελῶν ὄντων. Σοφοκλῆς Σαλμωνεῖ. εἰ μὴ ἄρα ἀπὸ συνουσίων τῆς Κιλικίας. [ΣΑΤΥΡΟΙ. vide sup. ΚΩΦΟΙ ΣΑΤΥΡΟΙ.] ΣΙΝΩΝ. Hesychius. αἰθύσσει, ἀνασείει. Σίνωνι Σοφοκλῆς. iterum, ἄρρητον, ἄφρασον, ἀσιώπητον, ἀπόρρητον, ἄφωνον, αἰσχρόν. Σοφοκλῆς Σίνωνι, alibi, ἐνθρακίδος, ἐνθυσιῶν καὶ ἐκθακτος. Σοφ. Σιν. ΣΙΣΥΦΟΣ. Hesychius, ζεῦγος τετραπάρθενον, Εὐριπίδης Ἐρεχθεῖ, καὶ Σοφοκλῆς Σισύφῳ, χαρίτων τετράζυγον. Puto fuisse drama satyricum: nam eius generis fuit Sisyphus Euripidéum, teste Æliano libro secundo, capite octauo. ΣΚΥΘΑΙ. Athenæus libro 5. Apollonij interpres vetus, ἐν τοῖς Σκύθαις ὁ Σοφοκλῆς ἑτερομήτριον τῆς μηδείας τὸν Ἄψυρτον λέγει. ---- οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς Κοίτης ἔβλαστον· ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος τέκνον ἄρτι βλαστάνοις· τὴν δ' εἰδυῖα πρὶν ποτ' Ὠκεανοῦ κόρη τίκτεν. Postea de reditu Argonautarum loquens, οὐ διὰ τὰ αὐτὰ ἐπλεύσαν, ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτὸν πλοῦν, καθ' ὃν καὶ πρότερον· ὡς Σοφοκλῆς ἐν Σκύθαις ἱστορεῖ. Hesychius in Ἀχίλλειον & ἀψάλακτος. ΣΚΥΡΙΑΙ ἢ ΣΚΥΡΙΟΙ. Fœmineo genere citat Hesychius in εὔωρος. vide in ΕΡΙΣ. at in dictione ἀποστιβεῖς, perperam Σοφοκλῆς κυρίαις, pro Σκυρίαις. sic in voce ζάγκλας malè scriptum, Εὐριπίδης κυρίαις pro Σκυρίαις, nam & *Scyrias* fecerat Euripides. *Scyrios* nominat alibi Hesychius: ἀχρήματι, ἀδάπανον. Σοφοκλῆς Σκυρίοις. sic lege etiam in verbo αὐτόσιτοι. Stobæus sermone 49. & 57. & 115. ΤΑΛΩΣ. Interpres vetus Apollonij, lib. quarto, ἐπὶ δὲ ἥμαρτ' αὐτοῦ (Τάλω) τελευτῆσαι ῥαγείσης τῆς σύριγγος, λέγει καὶ Σοφοκλῆς ἐν Τάλῳ. ΤΕΥΚΡΟΣ. Stephanus De vrbibus. κυχρεῖα, πάγος περὶ Σαλαμῖνα. Σοφοκλῆς Τεύκρῳ. Vide Stobæum in 121. ΤΗΛΕΦΟΣ. Hesychius, Ἀειφόρος, ἀνθηλής. Σοφοκλέους Τηλέφῳ. ΤΗΡΕΥΣ. Aristoteles in libello de Poëtica, varios agnitionis modos explicans, καὶ ἐν τῷ Σοφοκλέους Τηρεῖ, ἡ τῆς κερκίδος φωνή. Aristophanes in Auibus.

ΕΥ. Τὸ ῥάμφος ἡμῖν σου γελοῖον φαίνεται·
ΕΠ. Τοιαῦτα μέντοι Σοφοκλέης λυμαίνεται
Ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα.

ibi interpres. ἐν γὰρ τῷ Τηρεῖ Σοφοκλῆς ἐποίησεν αὐτὸν ἀπορνιθούμενον καὶ τὴν Πρόκνην· ἐν ᾧ ἔσκωψε πολλὰ τὸν Τηρέα. meminit & Hesychius. Sophoclem æmulatus Philocles tragicus, & ipse fabulam fecit, cui nomen indidit Τηρεὺς ἢ ἔποψ. de qua in comici scholiis. Stobæus sermone 10. 39. & alibi. ΤΡΙΠΤΟΛΕΜΟΣ. Dionysius Halicarnasséus, libro primo. Athenæus libro tertio, & libro decimo. Plinius lib. 18. cap. 7. *Ante mortem Alexandri annis ferè 145. Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumentũ Italicũ ante cuncta laudauit, ad verbum translatâ sententiâ.*

Et fortunatam Italiã frumento canere cãdido.

In Etymologico ita nuper editum, Ἀπωδάκυτος, ἡ τραπεζῆς κύλιξ ἀπυθμένος. Versus est ex ista fabula, sed deprauatissimus. Lege, Ἀπωδάκυτος ἡ τραπεζοῦται κύλιξ. Pollux lib. 10. cap. 22. Τὴν ἀπύθμενον κύλικα ἐν Τριπτολέμῳ Σοφοκλῆς ἀπωδάκυτον ὠνόμασεν. deinde hunc versum describit: quem & Hesychius attingit in ea voce Comici interpres, commentario in Acharn. πλὶξ τὸ βῆμα, καὶ πλίγματα, τὰ πηδήματα. ἔνθεν καὶ τὸ περίβαδην ἀμφιπλὶξ, παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Τριπτολέμῳ. Meminit & Harpocration in μελίνη, & sæpe Hesychius. ΤΡΑΧΙΝΙΑΙ. extats ΤΡΩΙΛΟΣ. Pollux libro decimo cap. 38. Ξίφους δὲ ὄνομα ἔοικεν εἶναι βλεβάρικον ἢ σκαλμή, Σοφοκλέους εἰπόντος ἐν Τρωΐλῳ, Σκαλμὴ γὰρ ὄρχεις βασιλὶς ἐκτέμνουσ' ἐμούς. Hesychius, huius fabulæ voces profert, ἀμάσσεται, ἄσας, ἀσίλοισιν, ἔρκη, ἰνίον, ταώνα, καταρβύλοις, & ἀνδρόπαις. Sed versum in quo vsus poëta illâ voce, reperimus in scholiis Pindari: Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ Τρωΐλου, Τὸν ἀνδρόπαιδα δεσπότην ἀπώλεσα. vide in Achillis amatori

amatoribus, ſuprà. ΤΥΜΠΑΝΙΣΤΑΙ. Athenæus libro quarto. Stephanus de vrbibus, Κόλχος τε, χαλδαῖός τε καὶ Σύρων ἔθνος. Meminerunt ampliùs, vetus enarrator Sophoclis commentariis in Antigonen: Etymologici auctor in Δερκαυλος, & Heſychius in ἄδημον. Heſychius, ἀστριφῶ, ἀνάξιω. Σοφοκλῆς Τυμπανισταῖς. vide eundem in Δερκαυλος. Stobæus ſermone 57. ΤΥΝΔΑΡΟΣ. Stobæus ſermone 103. verſus affert ex Sophoclis Tyndaro: quorum ſententiam in iis quæ extant non ſemel legas, diuerſis verbis expreſſam.

ΤΥΡΑΝΝΟΙ. Heſychius, ἔχθιμα, μισήματα. Σοφοκλῆς Τυράννοις. alibi legere non recordor. ΤΥΡΩ. Athenæus libro tertio & vndecimo, & Stobæus non ſemel. Macrobius lib. 5. cap. 21. *Sophocles in fabula quæ inſcribitur Tyro,*

Πρὸς τὴν κρανίζαν φάσκων
Προσειληλύθεναι τὰς δρακοντίδας
Καὶ φυλάξ περὶ τὰ σιτα καὶ τὰ κερχνία.

Vide Ælianum de Animalibus libro 11. cap. 18. Laudatur etiam Euripidéa Tyro. Ariſtoteles in libro de poëtica de vtrius poëtæ fabula ſenſerit incertum, cùm ſcribit. καὶ τοῖς σημείοις, τὰ μὲν ἐν τῷ σώματι, οἷον λόγχην ἣν φοροῦσι γηγενεῖς, ἢ ἀστέρας, τὰ δὲ ἐκτὸς τὰ περιδέραια καὶ οἷον ἐν τῇ Τυροῖ διὰ τῆς σκάφης. Stobæus ſermone 20. & 44. & ſæpius. ΤΥΡΩ ΔΕΥΤΕΡΑ, Ariſtophanis verſus eſt in Auibus, νὴ Δί' ἕτερος δῆτα χοὖτος ἐξέδρον χρόαν ἔχων. Interpres, ἐκ τῆς Σοφοκλέους δευτέρας Τυροῦς ἡ ἀρχή. Τίς ὄρνις οὗτος ἐξέδρον χρόαν ἔχων; Auctor Etymologici. Ερινοβοσκὸς, ὁ περὶ τὰ ἐρινεὰ βοσκόμενος. ἐν Τυροῖ β Σοφοκλῆς. Stobæus laudat capite 108. ΥΒΡΙΣ. Athenæus libro decimo quarto. Stobæi margines c pite de Obliuione: hæc verba nobis exhibent, *Sophoclis in contumelia Satyri.* Vellem ipſa Græca verba antiquiſſimarum editionum docti viri in nuperis editionibus retinuiſſent. Meliùs longè de noſtris ſtudiis eſſent meriti. Conicio ex iſtis Sophoclis Ὕβριν fabulam ſatyricam fuiſſe. ΦΑΙΔΡΑ. Heſychius Ἄγκυραι μεταφορικῶς αἱ ἀσφάλειαι· Σοφοκλῆς Φαίδραις meliùs Φαίδρα. idem, ἀκλεῖς, οἱ παραλογιζόμενοι, ἀληθεῖς. Σοφοκλῆς Φαίδρα. vide in ἀψιφεῖς. & parœmiographos in prouerbio χαλάσω τὴν ἱερὰν ἄγκυραν. Stobæus ſermone 41. & alibi. ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ extat. Sed non dubito plures eo nomine fabulas Sophocli editas. Nam in ea tragœdia quæ edita eſt, arceſſitur ad Troiam Philoctetes. Reperio autem docuiſſe eundem tragicum fabulam aliam, cuius argumentum erant caſus Philoctetæ ad Troiam. Quare illius fuit index ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ ΕΝ ΤΡΟΙΑ. auctor Heſych. in ζηλῶ. ΦΙΝΕΥΣ. Ariſtophanes in Pluto.

——ἀντὶ τοῦ τυφλοῦ
Ἐξωμμάτωται καὶ λελάμπρυνται κόρας,

Interpres, ἐκ Φινέως Σοφοκλέους ὁ στίχος. Athenæus libro tertio. Apud Pollucem libro ſeptimo extremo ſic editum. καὶ τὸ κωμῳδούμενον ἐν Σοφοκλέους φινεῖ βλέφαρον. κέκληται δ' ὡς καπηλείου πύλας. quis hæc intelligit? nec mirum: ſunt enim deprauatiſſima. Emendo verè, καὶ τὸ κα. ἐν Σο. φινεῖ, βλέφαρον κέκλεισαι γ' ὡς καπηλείου πύλας. Ait Pollux, comparaſſe Sophoclem clauſuram oculorum cæci hominis, occluſis cauponis foribus, quod ſimile, ſanè quam frigidum & longe petitum, exagitatum fuerit à comicis, ſicut alia multa eius poëtæ. De hac fabula accipio verba interpretis Apollonij libro ſecundo, Πηρωθῆναι Φινέα λέγει Σοφοκλῆς, ὅτι τοὺς ἐκ Κλεοπάτρας υἱοὺς ἐτύφλωσε, Πλήξιππον καὶ Κράμβιν, πεισθεὶς διαβολαῖς Δίας [vel Ἰδαίας emendante Ioſ. Scaligero] τῆς αὐτῶν μητρός. Heſychius in ἀπωνάσθαι & ἀρτίμασι. ΦΙΝΕΥΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. Heſychius, Ἀχάλκευτα τεύχεα, τὰ φρύγια πυρῶα. Σοφοκλῆς, Φινεῖ δευτέρῳ. ΦΟΙΝΙΞ. Athenæus libro ſecundo. ΦΡΙΞΟΣ. Epitoma Stephani, Φθία καλεῖται καὶ Φθιώτις γῆ ἐν Φρίξῳ Σοφοκλέους.

Ὅρια κελεύθου τῆσδε γῆς Φθιώτιδος.

Etiam Euripides Phrixum ediderat. alij Φρίξος. ΦΡΥΓΕΣ. Æſchyli interpres ad Prometheum vinctum, Σιωπῶσι παρὰ ποιηταῖς τὰ πρόσωπα, ἢ δι' αὐθαδίαν, ὡς Ἀχιλλεὺς ἐν τοῖς Φρυξὶ Σοφοκλέους. ΦΘΙΩΤΙΔΕΣ. Aulus Gellius lib. 13. *Etiam ille verſus non minus notus, Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω ἐγώ, & in tragœdia Sophocli ſcriptus eſt, cui titulus* Φυλόνιδες, *& in Bacchis Euripidi.* Non eſt dictio Græca Φυλόνιδες. Græca erit ſi τ in π mutetur, Φυλόπιδες, verùm nihil ad rem eſſet aliquid, Πυλάτιδες. ſed malo, atque adeò verum cenſeo, ΦΘΙΩΤΙΔΕΣ. Ac videor in Græcorum commentariis reperiſſe alicubi Sophoclis *Phthiotas* aut *Phthiotidas*, etſi indicare locum nunc poſſum. Nam neque memini, neque ad manum ſunt omnes Græci ſcriptores, quos aliquando lectitauimus. Studioſi adoleſcentes quibus adminiculatior memoria eſt, quærant, & laterculum ſuperius diligentiâ ſuâ amplificent. Quanquam ſi quæ fuerint aliæ Sophoclis fabulæ, præter quarum titulos hîc exhibemus, oppidò paucæ illæ ſunt. In vita ipſius de numero fabularum quas docuit aut fecit, ita legitur: ἔγραψε δὲ ὥς φησιν Ἀριστοφάνης, δράματα ἑκατὸν τριάκοντα· τούτων δὲ νοθεύεται δεκαεπτά. *Scripſit auctore Ariſtophane fabulas 130. quarum 17. cenſentur adulterina.* Non longè abeſt ab hoc numero hic noſter. plures enim 125. fabularum indices in ſuperiore albo inuenies. Sed non ſunt omnes, opinor, Sophoclis eius, quem inter veteres tragicos regnum obtinere omnes conſentiunt. Fuit enim iunior Sophocles, tragicus & ipſe poëta: cuius Clemens Alexandrinus meminit, & alij. Fortaſſe huius fuerunt ex iis quarum titulos adſcripſimus, nonnullæ. Sanè ſcribunt alij non 130. ſed 123. ſolùm tragœdias ſub nomine priſci Sophoclis iam olim in manibus eruditorum eſſe verſatas. Itaque vt dixi, è verè Sophocléis paucæ omnino ſunt, quarum titulos deſideres. Verùm de his aliquando

quando fortasse curatiùs, & diligentiùs. Nunc ad opus institutum reuertamur.

CAPVT V.

Athenæi error ex deprauata lectione librorum Aristotelis. παρεῖ, ἧς. παρετυμολογία. amia piscis etymum. Archestratéæ Gastronomiæ principium. οἱ περὶ μετεώρων φόβοι apud Epicurum. Ἐπίκουρος. Vetus prouerbium apud Aristotelem emendatum. ὁ Φρόνιμος prudentia. De veterum eranis. multa obseruata & emendata.

AMIAM piscem verbis Aristotelis describens Athenæus, inter cætera hæc ait, χολὴν τε ἔχειν ἰσομήκη τῷ ἐντέρῳ, καὶ σπλῆνα ὁμοίως. *fellis vesicam habere intestino lõgitudine parem, & similiter splenem.* Neque de felle quod dicitur satis explicatè dicitur: & de splene quod scribit, falsum est. Fellis vesica in hoc pisce non solùm parilis cum intestino est longitudinis: verùm etiam illi adhæret, atque vt loquitur philosophus. παρ' ὅλον τὸ ἔντερον συμπεφυκυῖά ἐστιν. Sed Athenæus breuitatis studio cùm summa capita ex Aristotele excerperet, multa sæpe etiam necessaria verba prætermisit: sæpe etiam malè quædam legit, & pro vera lectione falsam est amplexus. Factum est vtrumque isto loco. Nam de fellis vesica Aristotelis verba sunt, Histor. lib. 2. cap. 15. vnde hæc desumpta esse constat: ἡ μὲν γὰρ ἀμία παρὰ τὸ ἔντερον παρατεταμένην, (τὴν χολὴν) ἰσομήκη ἔχει πολλάκις δὲ καὶ ἐπαναδίπλωμα. *Habet amia fellis vesicam secundùm ipsum intestinum porrectam, longitudine illi parem: sæpe etiam aliquid est eius quod reduplicetur.* De splene verò amiæ nihil philosophus. Vnde igitur illa noster? nempe ex deprauata sui exemplaris lectione. Nam pro καὶ ἐπαναδίπλωμα, legit καὶ σπλῆνα ὁμοίως. Atqui falsissimum est amiæ splenem eiusdem esse cum fellis vesica, & intestino longitudinis. En quid eueniat etiam doctissimis viris, cùm de librariorum temeritate ac perfidia non cogitant. Nam Athenæum aliter non scripsisse, persuasum mihi non solùm, quia ita membranæ omnes habent, & illa optima Hœschelij Epitoma: sed etiam quia vetustissimus Etymologici magni auctor non aliter hunc locum describit. quanquam ille Athenæum ibi non nominat: sed hoc sæpius ab eo fieri obseruauimus, vt auctoris huius verbis vtatur pro suis, tacito illius nomine. In verbis Epicharmi scribo, πρωὶ μὲν γ' ἀτενὲς ἀπ' ἀοῦς ἀφύας ἀποπυρίζομες στρογγύλας, καὶ δελφάκινά γ' ὀπτάομες κρέα, καὶ πολύποδας, καὶ γλυκύν γ' ἐπὶ τῶν ἐπίομες οἶνον. Sequentia non possum assequi, οἴμοι μοι... περὶ σῶμά με καλῶς. Videntur esse alicuius verba, qui doleat se abfuisse à memoratis epulis. Etiam sequentia sunt corruptissima, καπσκα λεγει φυ. τῶν κακῶν. Fortè, καὶ τίς κ' ἀλέγοι, φεῦ τῶν κακῶν! *ecquis, ait, opem ferat? ô sortem duram!* Postea ὁ καὶ περὶ τρίγλας τε καὶ..... πάχνα κ' ἀμίαν. nec melius membranæ. Possumus scribere, ὅκκα πάρεσ τρίγλαι τε καὶ παχεῖαί γ' ἀμίαι δύο. nec multò aliter interpres. παρεῖ tam pro *adsunt*, quàm pro *adest* posuerunt. Eupolis hoc libro, ἵνα πάρεσ μὲν κάραβοι. Sic πλεῖν pro πλεῖσαι. vt statim φαγεῖν τε παρῆν. & ἦν pro ἦσαν. Idem poëta, ἦν δὲ γάρκαι, ἦν δὲ ζύγαιναι. nisi scribendum ἧς & παρῆς. vt infrà ἐωνῆς pro ἐώνησαν. Non legitur hodie in iis quæ habentur Aristotelis, quod ex eo refertur de etymo vocis ἀμία. Ἀριστοτέλης, ait, παρετυμολογῶν αὐτῆς τοὔνομα φησὶν ὀνομάσθαι παρὰ τὸ ἅμα ἰέναι ταῖς παραπλησίαις· ἐστὶ γὰρ συναγελαστική. Putauit Athenæus non esse verum etymum hoc: sed potiùs *παρονομασίαν* quandam: claudicat enim διὰ τὸ κακὸν τοῦ πιθανισμοῦ, vt loquitur Eustathius. ideò ait παρετυμολογῶν. similes paretymologiæ apud philosophos, & alios sapientes. Eustathius aliud veriloquium affert, haud scio an ex Athenæo, libris vsus integrioribus: à priuatiua particula α, & μία: nullæ enim solæ amiæ conspiciuntur. [Plutarchus sic in libro, Vtra prudentiora sunt animalia, terræne an maris. ἀμίαις δὲ καὶ τοὔνομα παρέσχηκεν ὁ συναγελασμός. οἶμαι δὲ καὶ ταῖς πηλαμύσι.] In versu altero Archestrati scribe, τί σοι ταῦτα μυθολογεῖν. *quid verbis opus?* Paulo pòst rectè Dalec. καὶ ἔχυς ἀλός τε. De principio operis Archestratéi scribitur mox, μετ' ἀκριβείας ἐθέλ' παισὶ ἐκτίθεσθ', ὅπου ἐστὶν ἕκαστον κάλλιστον βρωτόν τι. Lego adiectâ voce, quam deesse arguit vocula τε, hoc modo, βρωτόν τε ποτόν τε. ex Athenæo satis constat non minùs vinorum genera exposuisse Archestratum, quàm eduliorum. Sed videntur Archestratéi operis duo primi versus ita concinnandi ex hoc loco, & alio libri primi,

Ἱστορίης ἐπίδειγμα ποιούμενος Ἑλλάδι πάσῃ,
Ἀξιοῖ ὅπου κάλλιστον ἅπαν βρωτόν τε ποτόν τε.

Sequitur de Epicuro, οὕτως γὰρ οὗτος ὁ σοφὸς, καὶ τὸν τῶν ἀσώτων βίον ἀνεπίληπτον εἶναι, εἴπερ αὐτοῖς περιγένηται τὸ ἀδεὲς καὶ ἵλεων. Inter huius sophi κυρίας δόξας hæc fuit, auctore & interprete Cicerone. *Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis & doloris metu, docerêntque, qui essent fines cupiditatum, nihil haberem quod reprehenderem.* Ipsa Epicuri verba sunt, εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν, ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας, τούς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων. ἔτι τε τὸ πέρας τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν· οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν, ὅ, τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς. Vertit Cic. τοὺς περὶ μετεώρων φόβους, *deorum metus.* ita loquebatur Epicurus, sic alibi, τὰς ὑπὲρ τῶν μετεώρων ὑποψίας. Mendosum est quod statim sequitur, διὸ καὶ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ καταρέχοντές τινι τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἀκρασίας, Ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν. Interpretes vt aliquam sententiam elicerent, sustulerunt illa καὶ βοηθούς. longè alia nobis ineunda videtur ratio loci emendandi. non enim ἐξ ἀφαιρέσεως, sed ἐκ προσθέσεως sanare eum debemus. Lego sic, διὸ καὶ οἱ τῆς κωμῳδίας ποιηταὶ πρὸς τοὺς κατατρέχοντάς τινι τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς ἀκρασίας Ἐπίκουρον καὶ Ἐπικουρείους ἐπικούρους καὶ βοηθοὺς βοῶσιν. id est, *Ideò comici poetæ aduersus eos qui voluptatẽ & incontinentiam vituperant, Epicurum*

curum & Epicureos aduocant ἐπικούρους, *& in auxilium sibi.* In edita lectione præter manifestum hiatum, hoc etiam est incommodum, quòd facit ipsos qui voluptatem inculcarent, in subsidium suum appellare Epicurum & Epicureos: quod est absurdum. Poëtica vox est ἐπίκουρος, in qua ludit auctor venustè. vtuntur & historici, vt Thucydides sæpe. Extat etiam ea vox in prouerbiali versu, cuius mihi commodum venit nunc in mentem, vt veram illius lectionem hoc loco indicem. In septimo Eudemiorum, vbi agitur de amicitia quæ ex vtilitate constat, philosophi sunt verba planè aurea: διὰ τὸ χρήσιμον ἐστιν ἡ τῶν πλείστων φιλία. διὰ γὰρ τὸ χρήσιμοι εἶναι φιλοῦσιν ἀλλήλους, καὶ μέχρι τούτου. ὥσπερ ἡ παροιμία, Γλαῦκ' ἐπίκουρος ἀνὴρ τὸν φίλον ἔστε μάχηται. nullum ex hac scriptura sensum elicias. Scribendum, Γλαῦκ' ἐπίκουρος ἀνὴρ τόσσον φίλος ἔστε μάχηται. planissimá & optimá sententiâ. [& ita posteà edidit Iosephus Scaliger, in aureoli Sironiatéi prouerbialis nouissima editione.] De Platonis subiecto loco quædam notamus libro tertio. In primo versu ex *Androphono* eiusdē comici, Ἐξὸν γυναῖκ' ἔχοντα κατακεῖσθαι καλὴν, loquitur poëta de accubitu ad mensam: neque aliter verbum κατακεῖσθαι est exponendum. declarat proximus, καὶ Λεσβίου χυτρίδε λαμβάνειν δύο. Tertium ita scribe. ὁ φρόνιμος ἐστι τοῦτο τ' ἀγαθόν. more Thucydidis eleganter positum ὁ φρόνιμος pro ἡ φρόνησις. alioquin poterat, τὸ φρόνιμον. In penultimo deest syllaba, Εἰ τοῦτον ἔζων πάντες ὃν ἐγὼ βίον. restitue, ὃν ἐγὼ ζῶ βίον, Est verò acutè & inuidiosè in Epicurum dictum: si omnes eius legibus viuerent, & obtineret vulgò eius doctrina, οὔτ' ἄτοπος ἦν ἂν, οὔτε μοιχὸς, οὐδὲ εἷς: nemo reperiretur inhonestus, nemo adulter. Vult dicere, fore omnia iura promiscua, & discrimen recti atque honesti sublatum iri. Tolle enim honesti atque inhonesti fines: eadem omnia peccata sustuleris. Speusippo philosopho auaritiam obiiciens Dionysius tyrannus, scribit ad ipsum in hæc verba, Σὺ περὶ φιλαργυρίας ὀνειδίζεις; αὐτὸς μηδὲν ἐκλελοιπὼς αἰσχροκερδείας. τί γὰρ οὐ πεποίηκας, οὐχ ὑπὲρ ὧν Ἑρμίας ὤφειλεν αὐτὸς ἐκτελέσας, ἔρανον συνάγειν ἐπιχειρεῖς; è veterum Græcorum moribus pendet huius loci interpretatio. Institutum illorum fuit, sicut ad Theophrastum dicebamus, vt si quis in paupertatem delaberetur, ἔρανον ab amicis posset suo iure exigere, subleuandæ inopiæ suæ. Hoc more pulcherrimo abutebantur sæpe homines μικρολόγοι & turpiculi lucelli auidi. Sæpe enim cùm damnum nullum accepissent, fingebant accepisse, vt ditescendi ex alieno occasionem nanciscerentur. Similis fuit illius versutia, quem ait Martialis sæpius in anno nasci, vt natalitia dona sæpius item exigeret. Non defuerunt qui ius exigendi erani ab afflicto redimerent, ceu frumentariam aliquam tesseram, & sua pecuniâ creditoribus satisfacerent, spe colligendæ mox summæ maioris. In quo turpissimam fuisse nundinationem omnes fatentur. Vtrumque genus sordium in Speusippo notat Dionysius. ad prius spectant verba Athenæi ex ipso Dionysio: ἐξερανίζεις αὐτὸν παρὰ πολλῶν διαλέγχων. posterius illis indicatur quæ suprà adscripsimus, si modò illa capimus rectè. Ait, nullam infamis lucri ansam eum non captasse: qui cùm pecuniâ sua soluisset quæ debebantur ab Hermia, postea eranum eo nomine exigeret. nisi ita accipias vt sumus interpretati, friget sententia, aut potiùs nulla est. Scripsimus aliquanto pòst, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονάς. vbi priores editiones, & cum iis interpretes, διὰ χειλῶν, inepte. Cicero, quem aduersus se laudat vir doctus, *voluptates quæ sapore percipiuntur.* Deinde ex melioribus membranis adiecimus ista, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων. Tullius, *detrahens eas etiam quæ auditu & cantibus percipiuntur.* Pro καὶ πολλάκι φησὶ λέγειν. Scribendum λέγων: aut sic, φύσει λέγε τιμητέον τὸ καλόν. Vide librum 12. vnde suppleuimus quæ hic deerant.

CAPVT VI.

Philetari drama Κυνηγίς. γαμήλιος. *Apollodori fabula* Γραμματιδιοποιός. γραμματίδιον. *Apollodorus Carystius, aut Atheniensis comicus. Apollodorus Gelous item comicus.* πίνειν ἐξεῖναι. Ἀφάνης *scriptor.* αἰθινά. *Apollodori Atheniensis libri* Περὶ Σώφρονος, *id est, commentariorum in Sophronem.* περίθεις. κηροειδὴς *&* κιρροειδής. alphesticus *piscis. item alia.*

Φιλέταιρος Κυναγίδι. auctore Suida inter Philetæri fabulas fuit Κυνηγίς. Subiecti versus hanc continent sententiam: optimum esse si quis in diem viuat, & fruatur bonis quæ aderunt. nam cùm adeò sint caduca omnia mortalium, frustrà aliquis se torqueat de crastino semper sollicitus, vt magnas opes congerat & in thesauros abdat sibi inutiles. Interpretes contrarium sensum eliciunt: sedulò prouidendum esse ne quid in crastinum desit: quod est planè contrarium ei quod dicitur primis versibus, viuendum esse in diem. Quare integrum locum ita corrige:

Τί δεῖ γὰρ ὄντα θνητὸν, ἱκετεύω, ποιεῖν;
Πλὴν ἡδέως ζῆν τὸν βίον καθ' ἡμέραν,
Ἐάν γ' ἔχῃ τις ὁπόθεν. ἀλλὰ δεῖ σκοπεῖν
Τοῦτ', αὐτὰ τἀνθρώπει' ὁρῶντα πράγματα.
Εἰς αὔριον δ' οὐχὶ φροντίζειν ὅ, τι
Ἔσται· περίεργόν ἐστιν ἀποκεῖσθαι πάνυ
Ἕωλον ἔνδον ἀργύριον.

elegantissimi sanè versiculi, & iam planissimi, abstersis mendis, & punctis in suum locum restitutis. Verbum ἱκετεύω, ita insertum orationi elegantiæ caussa, vt apud Latinos *quæso.* cuius loco legas apud B. Chrysostomum, εἰπέ μοι, singulis paginis sæpissime.

οὐδ' ἐν νεκροῖσι πέττεται γαμήλιος

in Orco non coquitur placenta *nuptialis.* deest enim ex vsu loquendi, nomen πλακοῦς. Placentæ & opera

opera dulciaria, vel præcipua pars olim apud Athenienſes apparatûs nuptialis: ideò mulieres δημιουργοὶ in eam rem adhibitæ: de quibus ſatis antè dictum eſt. Heſychius γαμήλιος, ὁ εἰς τοὺς γάμους πεποιημένος πλακοῦς. Ἀπολλόδωρος ὁ Καρύστιος ἐν Γραμματιδοποιῷ. meliùs Γραμματειδιοποιῷ. neque aliter vetus Meſſæi liber. recoctum aliquem formularium, aut litium procuratorem traduxiſſe eâ fabulâ videtur poëta. γραμματίδια vocabant litium inſtrumenta. vt in deſcriptione ἀπονοίας Theophraſtus, ἔχων ἐχῖνον ἐν τῷ προκολπίῳ, καὶ ὁρμαθοὺς γραμματιδίων ἐν ταῖς χερσί. vulgata lectio apud Pollucem, libro 7. cap. vlt. ἐπιγραμματοποιός, inquit, δρᾶμα Ἀλέξιδος, καὶ γραμματιδοποιὸς Ἀπολλοδώρου. Sed notanda eiuſdem Pollucis verba lib. 10. cap. 23. ἐν δὲ τῷ τοῦ Γελῴου Ἀπολλοδώρου Γραμματειδιοποιῷ. κιβωτοθήκη μείζων τοῦ λόγου τούτου εἶναί μοι δοκεῖ. non puto aliam fabulam intelligi. quanquam huius auctorem Apollodorum Athenæus Caryſtium nominat, Pollux Geloum. Errauit fortaſſe huius aut illius mens alibi occupata. niſi hoc verius: variaſſe iam olim ſuper auctore eius fabulæ criticorum ſententias: nam & Apollodorus quidam fuit Gelous comœdiarum factor. Meminit Pollux coniunctim vtriuſque, Geloi inquam & Caryſtij, lib. 10. cap. 31. & Caryſtij ſeparatim cap. 32. & 33. Suidas comicos duos prodit nobis eiuſdem nominis, neutrum Caryſtium: ſed Geloum alterum, alterum Athenienſem. idem fabulam vnam Geloi Apollodori inſcribit Ἀπολειπούσῃ, hanc ipſam de qua agimus intelligens, niſi fallimur. Itaque locus corrigendus. Οὐ τοῦτο τὸ ζῆν ἐστι τὸ καλούμενον θεῶν ἀληθῶς βίον. Malim βίος. hoc ſenſu. iſtud quod viuere nunc vocant: ſiue hæc communis hominum vita, non eſt illa vera vita, quæ dicitur vita Deum. Sic in vltimis verſibus, τοῦτ' ἦν τρυφὴ καὶ βίος ἀληθῶς. Cùm ait poëta, Πίνειν Ἀθηναίοις ἅπαντας καὶ τοὺς μέχρι ἐτῶν τριάκοντ' ἐξεῖναι. caue ſequaris interpretes: ſed primum atque vltimum verbum cõiunge πίνειν ἐξεῖναι eſt *ire comeſſatum*. Comeſſatio tam bibendi quàm amoris cauſſa ſuſcipiebatur, atque eâ petulantiâ vtebantur adoleſcentes, donec alia ætas alios mores poſtularet. Poëta ius hoc adoleſcentiæ producens ait, beatam fore hominum vitam, ſi comeſſari ad triceſimum vſque annum liceret. Pone deinde τιλείας συμμίας poſt ἐχούσας, & ſequentia verba ſic accipe, quaſi eſſet ſcriptum, καὶ μύρον ἕψειν τοὺς ἡμίσεας τοὺς τῶν Μεγαρέων ῥαφανῶν πωλοῦντας. Vitæ beatæ hanc tertiam conditionem ſtatuit: vt omnes ij qui Athenis vendebant ῥαφανὶς Megaricas, fierent μυρεψοί, hoc eſt vnguentarij. Quis eſt autem ſcriptor ille obſcurus & verè ἀφανής, de quo mox ſequitur, Ἀφαὴς δὲ. γνώριμος δ' ἦν καὶ οὗτος τοῦ Ἀρχεστράτου, ἐν τῷ Ἀρίσων, καὶ αὐτὸς οὕτως ἀπηχήσας τὸ σύγγραμμα. Aphanem ex omnibus antiquis nullum ego noui. Aphareum ſcio fuiſſe nomen olim vſitatum. ſed videtur Ἀφανὴς per compendium ſcriptum pro Ἀπολλοφάνης, aut Ἀρισοφάνης, aut Ἀντιφάνης. De Dionyſio Metathemeno Diogenes Laërtius lib. 7. ἀνθινὰ μετημφιάσατο, probè & verè ſcriptum, neque audiendi qui cenſent mutandum. ἀνθινὰ ſunt veſtes verſicolores, luxurioſis olim propriæ & parum pudicis. Ideo cautum Romæ veteri lege Oppiâ, *ne qua mulier veſtimento verſicolori vteretur*. auctore Liuio, lib. 39. & apud Athenienſes ἀνθινὰ geſtare meretricum fuit. Suidas, νόμος Ἀθήνησι τὰς ἑταίρας ἀνθινὰ φορεῖν. Similis lex etiam apud Locros, cuius auctor Zaleucus, teſte Suida eodem. Ἀπολλόδωρος δ' ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ Σώφρονος τῶν εἰς τοὺς ἄνδρας μίμους. Hic eſt Apollodorus antiquus grammaticus, qui & Sophronem & Epicharmum, vt auctor eſt Porphyrius in vita Plotini, poëtas obſcuros radiis ingenij ſui illuſtrauerat. Commentariorum illius in Sophronem ſæpe Athenæus meminit, & in vniuerſum eos appellat τὰ περὶ Σώφρονος, vt hîc, & iterum paulo pòſt, atque in ſimillimo libri tertij loco. Et tamen viro docto fraudi fuit hoc loquendi genus: qui vertit hîc, *Apollodorus libro de Temperante*. errore vegrandi. Sic autem ſoliti poëtarum antiqui interpretes, ſuos commentarios inſcribere. lib. 12. Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος. id eſt, *Chamæleon libro Commentario in Anacreontem*. ibi, Δίφιλος περὶ τῶν Νικάνδρου Θηριακῶν. pro, in Nicandri Theriacorum enarratione. Ariſtophanis ſcholiaſtes ad Veſpas quartum librum Commentariorum Apollodori in Sophronem laudat, neque aliter inſcribit. ὁ δὲ Ἀπολλόδωρος καὶ ὅτι τὸ ποτήριον τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος μεστὸν πάλιν ἀναπληροῦν δεδήλωκεν ἐν τῷ δ' περὶ Σώφρονος. Notum autem eſt Sophronem & *Muliebres & Viriles mimos* ſeparatim edidiſſe: quorum & in Athenæo, & apud alios paſſim mentio. Ita igitur verte, *Apollodorus Athenienſis lib. tertio Commentariorum in Viriles mimos Sophronis*. deinde quæ ſequũtur verba, προθεὶς τὸ καταπυγοτέραν τᾶν ἀλφηστᾶν, φησίν, ita accipe: *cùm propoſuiſſet iſta Sophronis*, καταπυγοτέραν δ' ἀλφηστᾶν, *impudiciorē alpheſtis*, *hæc dicit*. videlicet, quæ addit Athen. προθείς, familiare huic ſcriptori verbum hoc ſenſu. Qui ſcribunt commentarios, præponunt quod explicandum eſt ſuæ interpretationi. Sed libro 12. Χαμαιλέων ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ περὶ Ἀνακρέοντος, προθεὶς τὸ ξ. Libro 11. Φιλήμων δ' ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὀνόμασιν ἢ Γλώσσαις προθεὶς Κάλπης. In eodem. Σωσίβιος ὁ λυτικὸς προθεὶς τὰ ἔπη. libro tertio, Ἀπολλόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ Σώφρονος. προθεὶς τὰ λιχνότερα τᾶν πορφυρᾶν. In omnibus his locis cæcutiunt docti interpretes: in quibuſdam vacillæ librorum fides. De errore Breuiatoris quem hîc admiſit, & poſt illum Euſtathius, initio operis diximus. ἈΛΦΗΣΤΑΙ τὸ μὲν ὅλον κιρρωειδεῖς, πορφυρίζοντες δὲ κατά τινα μέρη. Poteſt legi κιῤῥοειδεῖς, quâ voce Dioſcorides vtitur. Ita ferè ſcriptum in excerptis: neque aliter Euſtathius. & ſequitur ex Ariſtotele, μονήρεις φησὶν εἶναι καὶ κιῤῥὸν τὸν ἀλφηστήν. lectionem tamen editam antepono. ea mox Epicharmus vtitur. Plinius vertit,

tit, *lutei coloris*. In verbis Aristotelis suspecta vitij erat vox ἀλφηστικόν. donec comperi non solùm *alphestam*: sed & *alphesticum* piscem hunc fuisse nominatum. Sic autem appellat etiam Diocles in primo ὑγιεινῶν.

CAPVT VII.

Ananias *poëta*. φθινοπωρισμός. τραπεῖν, trapetes. *Esus catulinæ & caninæ*. βαβράζειν. ἐμπρέπειν τινί. *liber Aristotelis* περὶ ζώων ἠθῶν. *callionymi varia nomina*. λύκος *piscis*. *Æliani locus emendatus*. *Alexandri Ætoli* ἁλιεύς. *Veteres abstinuisse ab esu delphinorum*. *Timachidas grammaticus*. Chesias *virgo*. πατρὸς συμφερόμενα θυμὸν ἄξιον. *leucus piscis*.

Κἀὶ σοφίας χρόμιός τ' ἐν τῷ ἦρι καπίον ἀνιμον ἰχθύων πάντων ἄριστος, ἀνθίας δ' χείματι. Corruptissima hæc sunt, vt ferè omnia. Dalecampius κατίον scribit, & horum piscium ventosam quandam conceptionem prodit: cui τερατολογίᾳ non est quod vereamur anteponere veritatem. Membranæ sic præferunt κατ . . . . τὸν ἀνάνιον. Spondeo legendum, κατὸν Α'νάνιον. Doricum est, κατὸν pro κατὰ τὸν, vt ποτὸν apud Theocritum, & infrà ex eodem Epicharmo, ποτήτισι nec multo secùs scribuntur hæc Epicharmi, sub libri huius finem: quanquam malè etiam ibi ab interpretibus accipiuntur. sanè quidem in amplissimi Messæi codice, κατὸν liquidò præscriptum est. Ananius poeta siue Ananias, vt eum vocat Aristophanis enarrator, Epicharmum ætate præcessit. Ait igitur Epicharmus, *Chromius veris tempore, auctore Ananio piscium omnium est optimus*. ipsa deinde Ananij verba subiicit Athenæus, ceu Epicharmi agens interpretem.

ὄψων ἄριστον καρὶς ἐκ συκίας φύλλων. Scribe, ἐν συκίας φύλλοις. vel, ἐν συκέας φύλλοις. Sic paulo antè præcipiebat helluonum magister amiam parare. Ἐν συκέας φύλλοις, & ὀρίγανον οὐ μάλα πολλῇ. Proxima verba, ἡδὺ γ' ἐσθίειν χειμερὶς φθινοπωρισμῷ κρέας, corrigo in hunc modum, ἡδὺ γ' ἐσθίειν χιμάρου φθινοπωρισμῷ κρέας. Theocritus, χιμάρω δ' καλὸν κρέας ἐστὶ κ' ἀμέλξῃς. Sicula vox est, φθινοπωρισμὸς pro φθινόπωρον. ὀπωρίζειν, *fructus autumnales colligere*. vel scribendum, φθινοπωρινῷ. videlicet καιρῷ. [Scaliger ὁμακαρίτης ita concipiebat, ἡδύγε ἐσθίειν χιμαίρου φθινοπωρινῷ κρέας.] δελφακος δ' ὅταν τραπέωσι καὶ πατέωσιν ἐσθίειν. Docti corrigunt, ὅταν τρυγῶσι. editam scripturam tuentur omnes membranæ. ἐκ παραλλήλου igitur dixerit poeta τραπέωσι καὶ πατέωσι. idem namque significant. Ac fortasse posterius interpretamentum est prioris, quod poëticum vocabulum esse obseruat Eustathius. Homerus, Α'λλας δὲ τραπέουσι. hinc dicti *trapetes*, qui apud Catonem inter vasa torcularia, capite decimo octauo, & alibi inter olearia.

καὶ κυνῶν αὐτὴ τῆδ' ὥρη καὶ λαγῶν. Esitauisse veteres Romanos catulinam carnem, ex Festo scimus & Plinio. Græci & catulinam edebant, hoc est, τῶν τῶν σκυλάκων: nam in Hippocratis Περὶ παθῶν libro, κρέα σκύλακος ἑφθὰ legas: & canum etiam grandioris ætatis. Ait enim Hippocrates eodem libro, ὄψον δὲ κα γὰρ κρέας καὶ κυνὸς τελείου. . οἷος αὖ τὸ ἐθ' ὅταν θέρος τε ᾖ, καὶ ἠχέται βαβράζωσι. prima verba quæ deprauatissima sunt, sic rectè emendamus dubio procul: Οἷος αὖ τόθ' ὅταν θέρος τε ᾖ. dixit de carnibus hœdorum, porcorum, canum, leporum & vulpium: nunc loquitur de ouium. βαβράζειν est συντόνως κράζειν, *contentè clamare*, quod valde conuenit stridentibus per Solis æstum, mensibus Iunio & Iulio, cicadis. vulgò ᾄδειν eas dicebant, vt ait Philosophus.

ἀλλὰ πᾶσιν ἰχθύεσσιν ἐμπρεπὴς ἐν μυλιωτῷ. Dalecampius emendauit, ἐμπρεπὴς ὁ μυλιωτός. non dicam si ita sit, potiùs fore scribendum ἐμπρεπὴς τὸ μυλιωτόν. at in vniuersum sententia est falsa: nihil enim est mutandum. Sic καταχυτισθῆναι ἐν μυττωτῷ, apud Aristophanem in Equitibus. Sed non obseruauerat vir eruditus, ἐμπρέπειν τινὶ, eleganter dici Græcis, pro *excellere inter aliquos*. Verte, *thynnus maris piscis, cibus est non malus: sed contra pisces excellit cum allsato*, vel moreto.

Α'ριστοτέλης δ' ἐν τῷ περὶ τῶν ζώων ἠθῶν. hoc est, *Aristoteles in eo loco vbi animalium mores explicat*. Falluntur qui colligunt ex istis, peculiari opere, quod hodie non extet, de moribus animalium tractasse Aristotelem. Nonus Historiarum in ea re totus fere occupatur. ac sunt libri prima verba, Τὰ δ' ἤθη τῶν ζώων ἐστίν, &c. Sic accipe in sermone de mugilibus, vbi laudatur philosophus ἐν τῷ περὶ ζώων ἠθῶν καὶ βίων. nam is locus desumitur ex capite secundo libri noni Historiarum. Variis nominibus callionymi piscis quæ subiiciuntur, vnum adde auctori prætermissum, ἡμεροκοίτης enim ex quibusdam est dictus. Hesychius: ἡμεροκοίτης ὁ καλλιώνυμος ἰχθύς. extat apud Oppianum. Quod autem ex Icesio scribitur, eundem piscem, ὑπὸ μὲν τινων λύκον, ὑπὸ δ' ἄλλων καλλιώνυμον appellari, mendæ suspicione apud me quidem caret. καλλιώνυμος nomen est εὐφημίας, vt *Euxinus pontus*. λύκος à violentia dictus, quâ vtitur aduersus alios pisces. est enim σαρκοφάγος, vt ex Aristotele refertur. Scio doctissimum virum & naturæ piscium callentissimum, Rondeletium emendasse olim hunc locum, & scripsisse λεῦκον de quo statuat quisque vt erit libitum. mihi quidem aliter videtur. nam quod ille affirmat, piscem nullum *lupi* nomine fuisse Græcis notum, perspicuè falsum est: cùm disertè scribat Hesychius, ἰχθύν ποιὸν dici λύκον. Tueamur igitur lectionem omnium codicum: quemadmodum etiam in eo quod sequitur, ἄναι δ' χονδρώδη καὶ εὔχυλον. nam vocem χονδρώδη, quæ in omnibus membranis habetur, præstat cum Gesnero interpretari, quam mutare cum Rondeletio. Obseruat mox Athenæus Epicharmum in Musis, cùm plerosque omnes pisces recenseret, callichthyn tamen siue Callionymum silentio

silentio præteriisse: huius silentij caussam ille putat esse, quòd ellopem, & callichthyn siue callionymum non diuersos, sed vnum atque eundem piscem crediderit Epicharmus: itaque factâ ellopis mentione, reliquas appellationes siluisse. Ælianus aliter longè sentit: ideò enim & Epicharmo, & aliis poëtis, in descriptione epularum ex piscibus omne genus, prætermissum callionymum, quia inter edules vulgò non haberetur. Sed iuuat ipsa disertissimi scriptoris verba recitare: sunt enim valde corrupta. Sic ille lib. 13. cap. 4. Εἰσὶ μὲν οὖν οἱ καί φασιν αὐτὸν ἐδώδιμον· οἱ δὲ πλείους ἀντιλέγουσιν αὐτοῖς. οὐ ῥᾳδίως δὲ αὐτοῦ μνημονεύουσιν ἐν ταῖς ὑπὲρ τῶν ἰχθύων πανθοινίαις, ὧν τι καὶ ὄφελός ἐστι ποιητῶν θημείων σπουδὴν εἰς μνήμην † ἐνθεσμον. Ἐπίχαρμος ἐν Ἥρας γάμῳ. καὶ γὰρ καὶ θαλασσαι καὶ πρόσεστι Μούσαις. Μνησίμαχος δὲ ἐν τῇ Ἰσθμιονίκῃ. Et desunt manifestò quædam verba scripta multa perperam. Priorem periodum ita concinno, vt sit aliquis sensus. οὐ ῥᾳδίως δὲ αὐτοῦ μνημονεύουσιν ἐν ταῖς ἀπὸ τῶν ἰχθύων πανθοινίαις, πάντας οἷς τι καὶ ὄφελός ἐστι, ποιητῶν θημείων σπουδὴν εἰς μνήμην ἀγαγεῖν. *callionymi non sit mentio in vlla* descriptione *epularum ex omnibus piscium generibus: cùm studuerint poëtæ, omnes pisces qui in aliquo pretio sunt, memoriæ prodere.* Sententia quidem Æliani hæc, sed verba fortasse non ista. At sequentia ita sine dubio scripserat Ælianus. εἰσὶ δὲ οἵδε. Ἐπίχαρμος μὲν ἐν Ἥβας γάμῳ, ἐν Γᾷ καὶ θαλάσσᾳ. καὶ πρόσεστι Μούσαις. Μνησίμαχος δὲ ἐν τῷ Ἰσθμιονίκῃ. *Poëtæ* qui epulas è piscibus descripsere, *sunt isti Epicharmus quidẽ in Hebes nuptiis, & in Terra ac mari, necnon in Musis. Mnesimachus verò in Isthmionica.* Notæ sũt nobis ex Athenæo tres Epicharmi fabulæ, quarum titulos ponit Ælianus: at Minesimachi *Isthmionica*, ea fabula est quam Athenæus in eam rem sæpius laudat, & *Hippotrophum* appellat: ex quo discimus, poëtam ei dramati nomen indidisse ἱπποτρόφος ἢ Ἰσθμιονίκης. Comœdiam Epicharmi, cuius hîc & sæpè alibi fit mentio, inscribunt antiquæ fidei libri vbique Ἥβας γάμος. alij tamen scribunt Ἥρας, vt in superiore Æliani loco legitur: & firmat nonnihil eam γραφὴν, locus descriptus: quem quidem in omnibus exemplaribus quà scriptis quà editis pessimè acceptum, ita concinnamus, vt saltem obligetur vulnus. τόν τε πολυτίματον ἔλλοπα (ὁ δὲ αὐτοῦ χαλκοῦ ὤνιος) ἕνα μόνον. καὶ τῆνον ὁ Ζεὺς ἔλαβεν, καὶ κελεύσαις καίθεμεν αὐτῷ τε οἱ καὶ τᾷ δάμαρτι τᾷ γ' Ἥρᾳ. aliter emendare non possumus vulgatam scripturam, τόν τε πολυτίματον ἔλλοπα. ὁ δὲ αὐτὸς, χαλκὸς ὤνιος ἕνα μόνον † καίκηνον ὁ Ζεὺς ἔλαβεν † κηκελησαν. καίθεμεν. initio deest aliquid, ex præcedentibus apud poëtam verbis repetendum.

Ἀλέξανδρος δ' ὁ Αἰτωλὸς ἐν Κρικαιῷ.

Suspicor corruptam esse postremam vocem: fortasse pro Τριταιῷ. Vrbs in Achaia fuit nomine Tritæa. Sed non dubito scripsisse Athenæum, ἐν τῷ Ἁλιεῖ. vt alibi in hoc libro sæpius. Delphinus, inquit auctor, si pompilum degustauerit, non fert impunè, sed ἀχρεῖος γίνεται, id est, *inutilis sibi ipsi*: ita vt defendere se non queat, sed mergis & laris expositus in littore iaceat. Græcis ἀχρεῖοι vel ἀδύνατοι. appellantur, qui in idiotismo nostro *impotentes*. Addit, ἐνίοτε δὲ καὶ ὑπὸ τῶν ταῖς κητείαις παρεδρευόντων ἀνθρώπων προδιανομεῖται, hoc est, *interdum etiã ab hominibus iis, qui in cetariis degunt violatur.* Dalecampius postremũ verbum emendabat, scribens κρεανομεῖται. non facturus profectò, si animaduertisset, auctorem consulto consilio vsum verbo προδιανομεῖσθαι, tanquam abominans eorum audaciam, qui delphinos capere atque iis vesci sustinerent. Veteres non multò religiosiùs ab humana carne abstinebant, quàm ab esu delphinorum propterea Oppianus veteres Byzantij incolas qui diuersa hac in re consuetudine à cæteris Græcis vtebantur, grauissimis versibus detestatur: quos non grauabor ascribere, interpretationi huic firmandæ:

Ἀλλ' ἔμπης καὶ τόσσον ἐνηέα προφέροντας
Θρήικες ὑβρισταὶ, καὶ ὅσοι Βυζάντιος ἔχουσιν
Ἄστυ, σιδηρείοισι νοήμασιν ἀγρώσσουσιν.
Ἦ μέγ' ἀλιτρηροὶ καὶ ἀτάσθαλοι! οὐ δέ κε παῖδας
Οὐ πατέρας φεισαίατο, κασιγνήτους δ' ὀλέσειαν
Ῥηιδίως.

Vides in eadem poni lance esum delphinorum & parricidium: quoniam, vt dixi, inter ea quibus vesci fas non censebatur, fuit delphinus. Hieronymus, Aduersus Iouinianum libro secundo, *Si enim omne quod mouetur & viuit, ad vescendum factum est, & præparatum gulæ, respõdeant mihi, cur elephanti, leones, vrsi, leopardi, lupi: cur vipera, scorpij, cimices, culices, pulicésque: cur vultur, aquila, coruus, accipiter: cur ceti, delphines, phocis, minutaque colchleæ condita sint.* Libro 11. narratur Cœranum quendam Milesium, cùm fortè in piscatores publici ritus degeneres incidisset, qui captum delphinem erant in frusta dissecturi, pecuniâ suâ vitam illius & libertatem redemisse. Sciendum tamen mutatis moribus paulatim hanc superstitionem mutasse. Quare iam inde à Galeni temporibus repertos esse qui delphini carnibus vescerentur, nullum dubium est: non enim caussam aliam inuenias, cur de qualitate eius cibi princeps ille medicus disserat lib. 3. de Facultat. alim. non vno loco. καὶ Τιμαχίδας ὁ Ῥόδιος ἐν τετάρτῳ τοῦ Δείπνου. Timachidam grammaticum laudant aliquoties Harpocration, comici scholiastes, Hesychius, & ipse Athenæus libro vltimo: at hic poëta fuit: est enim versus heroïcus qui ex illo affertur. Sed videtur Eustathius longè aliam lectionem inuenisse. Scribit enim ex hoc loco: quidam τὸν ἱερὸν ἰχθὺν esse volunt τὸν πομπίλον· ὡς Τιμαχίδας φάμενος, πομπίλοι ἰχθῦς ἱεροὶ ὡς οἷα σωτῆρες τῶν ναυτιλλομένων. In Corinnæ versu, Πομπίλε σας πρύμναθεν ἐμὰν ἀδέαν ἑταίραν: scribe, πομπίλευσαις: est enim precantis oratio. Χησιὰς δὲ πατέρα τέκε Φιλοτήτι μιγεῖσα. Hæc est Chesias nympha, vnde aliquot loca in insula Samo sunt denominata, quorum mẽtio apud geographos. Quin ipsos Sami incolas

Cheſienſes aliquando fuiſſe dictos, memoriæ proditum eſt ab interprete veteri Nicandri. Χησιεῖς, inquit, πρῶτοι ᾤκησαν ἐν Σάμῳ. εἶτα Ἀστυπαλαιεῖς. Mox ſcribe, λέγουσαι τόδε, ſublatâ diſtinctione maiore: &, Πατρὸς ἐμοῖο φίλου συμφραδμονα θυμὸν ἀέξων Πομπίλε. ſic melius quàm φίλον. perpetuum eſt, vt loquúntur, patris epithetum φίλος. elegans periphraſis eſt amici, in illis συμφράδμονα θυμὸν ἀέξων. Porrò Athenæus occaſione anthiæ ſiue callichthyos, quem nonnulli piſcem ſacrum vocabant, etiam alios recenſet, qui ſimiliter à poëtis ἱεροὶ ἰχθῦς ſunt appellati. In his *leucum* ponit ex Theocrito. Naturæ interpretes hunc *leucum* non agnoſcunt: nam eruditiſſimum Rondeletium, qui λεῦκος ſuperiore quodam loco pro λύκος ſcribebat, errare oſtendimus. Cùm igitur leucus hic nuſquam inueniatur, ſuſpicati ſunt veteres critici, γλαῦκος ſcribendum eſſe in iſtis Theocriti verſibus, quos aſcribit auctor. Colligo ex iſtis Euſtathij verbis: Θεόκριτος δὲ ἐν Βερονίκῃ ἄλλο τι ἐκβάλεται, εἰπών, ἱερὸν ἰχθὺν, ὃν λεῦκον, (ἢ γλαῦκον) καλέουσιν· ὁ γάρ θ' ἱερώτατος ἄλλων. Multum autem lucis Theocriti verſibus attuleris, ſi eos cum Ioſepho Scaligero ſcripſeris, & diſtinxeris hoc modo,

> Αἴ τις ἀνὴρ αἰτεῖται ἐπαγρεσιώλαν τε καὶ ὄλβον
> Ἐξ ἁλὸς ᾧ ζωὴ· (τὰ δὲ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα·)
> Σφάζων ἀκρόνυχος ταύτῃ θεῷ ἱερὸν ἰχθὺν
> Ὃν λεῦκον καλέουσ'· ὁ γάρ θ' ἱερώτατος ἄλλων.
> Καί κε λίνα στήσαιτο, καὶ ἐξερύσαιτο θαλάττης
> Ἔμπλεα.

Mirabar cùm hæc legerem, Διονύσιος δὲ ὁ καλούμενος ἴαμβος: & ſuſpicabar ſcribendum Ἰαμβοποιὸς, vt alibi ſcriptum in his libris: ſed alterum tuetur, ſupra membranarum auctoritatem, Clemens Alexandrinus libro quinto. Lego deinde, ἀκηκοαμὲν γοῦν ἁλιέως Ἐρετριῶς, καὶ ἄλλων πολλῶν ἁλιέων καλούντων τὸν πομπίλον ἱερὸν ἰχθύν. hanc ſententia lectionem poſtulat. Fuére qui dicerent, piſcem ἱερὸν non quaſi ſacrum dici, ſed quaſi ἱέμενον πρὸς τὸν ῥοῦν, ſiue κατὰ ῥοῦν, vt apud Euſtathium: quorum neutrum eſt Græcum, ſi vt interpretes ἱέμενον aſpirans, vertas *auidum*. ἱέναι eſt ὁρμᾶν, *ferri*. & ſenſus eſt, ita dictum piſcem hunc quòd aquæ fluxum ſequatur. Notum ῥοῦς quid ſit in aquis: vnde Græcorum prouerbia duo κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι, de eo cui fortuna aſpirat, ἀνὰ ῥοῦν χωρεῖν, de eo cui aduerſatur. Poſt longum ſermonem de ſacro piſce, priuſquàm ad Apuas tranſeat dipnoſophiſta, Vlpiano quæſtionem vnam proponit ex Archeſtrati Opſologia. Facit enim ille poëta mentionem cuiuſdam piſcis, qui in Ponto & Mæotide reperitur: quem tamen non nominat, quia illum ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν. repugnante modulo ſyllabarum eius nominis legi heroïci carminis. Non ſoluitur propoſita quæſtio ab Vlpiano: niſi deſunt hodie illius verba, quod non puto Doctiſſimo autem Geſnero aſſentior, exiſtimanti antacæum piſcem intelligi. Ea vox non magis epicum verſum poteſt ingredi, quàm elegiacum, nomen *Tuſcanus*, de quo Ouidius conqueritur: ſecunda vtrobique eſt breuis. Vnum video poſſe obijci huic ſententiæ: nam antacæum deſcribunt veteres ſine oſſibus, ſpinis, ſquamis: quare illum non videtur habuiſſe notum Archeſtraſtus, qui ſolam ex omnibus piſcibus talem faciat anguillam. ἣ φυσεῖ ἐστιν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς. ſed de his verbis plura c. 13. Pro ζητεῖτω, *quærat*, malè quidam, ἐζήτησε, *quæſiuit*. Aduerte autem loquendi genus κατὰ τὸ εἰπὼν Ἀρχέστρατος: pro εἰπόντος Ἀρχεστράτου.

CAPVT VIII.

Ἀφύη & ἀφύαι. nota veterum criticorum τὸ χ. apua ῥυπαρωτέρα. μινθοῦν. ἀφροὶ apua. Clearchus Περὶ παροιμιῶν. *Hermippi* Δημόται. *Callia* Cyclopes. *Lyncei Samy locus. apua* Æniatides *Rhodiorum.*

ΑΦΥΑΙ. καὶ ἑνικῶς δὲ ἀφύην λέγουσι. Græci ferè ἀφύας dicunt numero multitudinis. Attici quidem ἀφύην nunquam, ſi credimus antiquis grammaticis. Heſychius, λέγουσι δὲ Ἀττικοὶ ἀφύας πληθυντικῶς, ἑνικῶς δὲ οὐδέποτε. Sed huius contrarium probat comici interpres, prolatis verbis ex eiuſdem Tageniſtis, ἅλις ἀφύης μοι. quâ de re plura mox noſter. Iudicium Ariſtarchi ſubit mirari, qui πληθυντικῶς vſurpari hoc verbum noluerit: auſúſque ſit culpæ notam affigere locis illis comicorum quos recenſuit, vbi vox ἀφύαι habebatur. Scholiaſtes Ariſtophanis ad illa, Φαληρικὰς ἀφύας, ex Auibus: Ἀρίσταρχος δὲ οὐκ ἀποδέχεται πληθυντικῶς. διὸ τὸ χ. Olim eruditiſſimum Geſnerum torſerunt poſtrema verba. Nos ad libros Diogenis pridem docuimus, τὸ χ. eſſe culpæ notam: quare in antiquorum poëtarum ſcholiis ſæpe legas, διὸ τὸ χ. hoc eſt propterea critici huic verſui præfixerunt τὸ χ. vt vocis κατάχρησιν, aut inſolentiam indicarent. Ariſtonymi locus paulo pòſt ſic ſcribit meliùs, ὡς τοῦτ', ἀφύη μὲν ἐσθ' ἁπλῶς. De apua cobitide narrat auctor, γίνεται δὲ αὕτη ἐκ τῶν μικρῶν καὶ φαύλων τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ διατριβομένων κωβιδίων. Interpretatur Athenæus iſta Ariſtotelis, γόνος ἐστὶν ὁ κωβίτης κωβιῶν τινῶν μικρῶν καὶ φαύλων οἳ καταδύονσιν εἰς τὴν γῆν. propiùs ad philoſophi verbum καταδύουσιν, accedit lectio librorum Suidæ, τῶν ἐν τῇ ἄμμῳ φερομένων. Ait auctor Epicharmum in Hebæ nuptiis, ἐν μεμβράσι καὶ καμμάροις τὰς ἀφύας καταριθμεῖσθαι: *inter membradas & cammaros recenſere apuas.* poëtæ verba habes inferiùs in ſermone de bocibus: ſed ibi ſcribitur σμαρίδες, ἀφύαι, κάμμαροι. non vt hîc μεμβράδες. Apuarum genera duo facit Hiceſius antiquus medicus: τῆς ἀφύης, ait, ἡ μὲν λευκή, ἡ δὲ ῥυπαρωτέρα ταύτης. emendant docti ἡ δὲ λιπαρωτέρα, non animaduertentes opponi ratione coloris τὴν ῥυπαρὰν τῇ λευκῇ. Alibi docemus, voces ῥυπαρὸς & πιαρὸς, non ſordes ſignificare interdum, ſed colorem, qualis eſt veſtis albæ, quæ habendo facta eſt ſordida. Nihil igitur mutemus: ſed libros ſequamur: cùm

præſertim

præsertim sequatur, διαφέρει δὲ ἡ καθαρά. quod planè est contrarium vocis ῥυπαρά. Scribe Archestrati versum, τὴν δ' ἀφύην μισεῖ πᾶσαν πλὴν τὴν ἐν Ἀθήναις. omnem apuam Atticâ exceptâ asperge stercore. id est, aspernare & loco stercoris habe. μινθοῦν comicis, idem ac κοπροῦν, περιπλᾶν. vulgò μινθοῦ. sed μίνθου Epitoma. Quòd autem apuæ quædam ἀφρὸς appellarentur, indicat Archestratus, cùm ait, τὸν γόνον ἐξαυδῶ, τὸν ἀφρὸν καλοῦσιν Ἴωνες: & confirmat Helychius, λέγουσι δὲ καὶ αὐτὰς (apuas) ἀφρὸν διὰ λευκότητα. Sequitur, Κλέαρχος ὁ περιπατητικὸς ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν τὸ ἀφύης φησί. Clearcho librum fuisse editum *De prouerbiis*, constat, an de prouerbiis apuæ singularem aliquem librum edidit? suadet hæc lectio, & assentiuntur interpretes: sed hoc falsum est: nam scribendum vt in Excerptis, ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν, περὶ τῆς ἀφύης φησι. *in libro De prouerbiis, scribit de apua* Deinde sic lege, περὶ τῆς ἀφύης φησιν, διὰ τὸ μικρὸν δεῖσθαι πυρὸς ἐν τοῖς τηγάνοις, οἱ περὶ Ἀρχέστρατον ἐπιβάλλειν ταῖς κελεύουσιν, ἐπὰν ἤδη μὲν τὸ τήγανον τρίζουσαν ἀφαιρεῖν. *de apua scribit, quia non multo igne opus habeat in sartagine, iubet Archestratus, in calentem sartaginem eam inijcere, & vbi stridere incipit, auferre.* Transpositio locum subobscurat. & malè vulgò ἐπιβάλλοντες. Hermippi comici Δημότας, quæ mox laudatur fabula, Pollux citat lib. 7. 9 & 10 c. 37. at Calliæ *Cyclopum* meminit Pollux idem lib. 7. cap. 24. & 26 Lyncei Samij qui sequitur locus ex eius epistola ad Diagoram, comparari debet cum similibus alijs qui in libris hisce habentur: cuiusmodi ille est, quem lib. 3. cap. 25. exposuimus. Constat eâ epistolâ contendisse Lynceum edulia Rhodiorum cum Atticis, & Rhodiacis palmam adiudicasse. Eius verba quæ hic habentur, & distinguuntur non bene, & non sine vitio scribuntur: vertuntur autem pessimè. Legendum, ταῖς μὲν φαληρικαῖς ἀφύαις τὰς Αἰνιάτιδας καλουμένας ἀφύας. τῇ δὲ γλαυκίσκῳ τὸν ἔλλοπα καὶ τὸν ὀρφὸν ἀντιπαραθεῖσα. πρὸς δὲ τὰς E. hoc est, *oppositis* natura Rhodius cupiens *apuis Phalericis eas, quæ dicũtur Æniatides: glaucisco, ellopem & orphum: Eleusiniacis passeribus & scombris, & si quis alius apud Athenienses piscis est ipso Cecrope nobilior, opponendum genuit eum quem alopecem vocant.* In priore parte huius sententiæ scripsimus ἀντιπαραθεῖσα. sic legendum esse euincit vox ἀντηγωνισατο. quam tamen vocem interpretes censuerunt mutandam in ἀντεχειρήσατο. absurdè planè, & ἀπροσδιονύσως. Vera lectio quam asserimus: vera sententia quam expressimus: vt plena sit Lyncei oratio, ἐξωθεν aliquid subaudiendum, hoc modo, ἀντιπαραθεῖσα ἡ Ῥόδος: vel ἡ φύσις δώσασα τοῖς Ῥοδίοις. Simillimus locus est qui recitatur lib. 11. τὰς ἡδυποτίδας τὰς Ῥοδίας ἀντιδημιουργήσαντες πρὸς τὰς Ἀθήνησι θηρικλείους. Item alius lib. 14 vbi eodem genere & casu scriptum, εἰσάγουσα ἀνταγωνιστήν, pro eo quòd hic ἀντιπαραθεῖσα. Cæterùm apuæ quas Rhodij *Æniatidas* vocabant, nomen habuerunt ab Æno, qui locus fuit in continente, Rhodo oppositus. inde dictæ Æniatides apuæ, vt Pelorides conchæ, & similia. Cùm ait, ἐπάνω τῇ δόξῃ τοῦ Κέκροπος γεγονεν, alludit ad prouerbium, Κέκροπος εὐγενέστερος. vnde est apud Synesium, ὑπὲρ τῆς εὐγενείας ἀμφισβητεῖν τῷ Κέκροπι. Ista, ὁ δὲ τὴν Ἡδυπάθειαν γράψας, &c verba sunt Lyncei, auctoritate Archestrati commendantis Rhodiorum alopecem: non nominauerat Lynceus Archestratum, contentus hac periphrasi eum indicasse, ὁ τὴν Ἡδυπάθειαν γράψας. poterat tamen non iniuriâ dubitari de quo sentiret Lynceus: nam opus Archestrati solus hic, vt lib. 1. obseruatum est, Ἡδυπάθειαν appellauit: alij vel Ὀψολογίαν vel Γαστρονομίαν, vel alio quo nomine: propterea subdit Athenæus, Ἀρχέστρατον λέγει τὸν τένθην ὁ Λυγκεύς. quæ erant vertenda, *Archestratum intelligit Lynceus, nobilem catillonem.* Elegantissimè autem scriptor Samius versuum Archestrati sententiam paucis verbis est complexus. Calliæ locum super acharno pisce laudatum, scribo sic, κίθαρος ὀπτὸς καὶ βατὶς θύννου τε κεφάλαιον τοδί, ἐγχέλεια, κάραβοι, λινεὺς τε ἀχάριστος. ΒΑΤΙΣ vide in Κίθαρος.

CAPVT IX.

Epicharmi Megaris *Sannyrionis* Γέλως, *& aliæ fabulæ. Error Athenæi perpetuus in citando libro quinto Historiarũ Aristotelis. Temeraria quorumdam emendationes contra librorum verũ consensum. Piscium* φωνή. Bœcis *piscis etymum.* βραγχῖνος *vnde.* βαβραδόνες. *Aristomenis* Γόητες. *Antiphanis* Cnœthis. *tetradista.*

BΑΤΙΣ, ΒΑΤΡΑΧΟΣ, ΒΑΤΟΣ. τῆς μὲν οὖν βατίδος καὶ τοῦ βατράχου μνημονεύει Ἀριστοτέλης, Fortasse scripserat, καὶ τοῦ βάτου καὶ τοῦ βατράχου. non enim video caussam huius prætermissionis: nam philosophus inter cartilagineos & batidem & batum recenset: atque adeò hunc sæpius quàm illam. Sic tamen omnia antiqua exemplaria, & Epitoma. πάρα scribe non παρὰ, in istis, ἵνα πάρα μὲν κάραβοι καὶ βατίδες pro παρῆσαν, vt antè monebamus. In Epicharmi ecloga non intelligo ista, ἦν δὲ ζύγαιναι, πρίστιες, καμῖται. postrema vox mendæ suspecta, vel eo nomine, quia in Excerptis prætermissa est cum præcedente. Dalec. emendat χαμαὶ ἦν τιαι. de quo pronuntient eruditi. Probabilius sit multò κάτη ἕτερα. etsi ne id quidem placet. *Megaris* Epicharmi laudatur & noni initio: quæ inde afferuntur hic, non carent suspicione mendi. Non memini laudari alibi in his libris vetustissimum poëtam Sannyrionem, nisi hic, vbi scribitur, Σαννυρίων δ' ἐν Γέλωτι, ὦ βατίδες, ὦ γλαυκῶν κάρα. antiquæ comœdiæ poëta hic fuit antiquissimus: de quo & ista eius comœdia legitur in Aristophanis scholijs: καὶ αὐτὴ δὲ ἡ παλαιὰ ταύτης διαφέρει. καὶ γὰρ οἱ ἐν Ἀττικῇ πρῶτον συστησάμενοι τὸ ἐπιτήδευμα τῆς κωμῳδίας (ἦσαν δὲ οἱ περὶ Σαννυρίωνα) καὶ τὰ πρόσωπα εἰσῆγον, ἀτάκτως, καὶ μόνος ἦν γέλως τὸ κατασκευαζόμενον

Suidas auctor eſt, plures poëtæ huius fabulas reperiri in Athenæi Dipnoſophiſtis laudatas: & nomina illarum refert, Γέλως, Δανάη, Ἰώ, Ψυχασταί. Si igitur non fallit nos Suidas, æſtimari hinc poteſt, quantum hoc opus damni ſit paſſum, in quo vt dixit, ſemel tantùm in *Riſu* laudatum Sannyrionem inuenias. Huius fabulæ meminére multi: vt Pollux lib. 9. & 10. cap. 48. Harpocration in ναύκληρος. etiam in πέλανος: ſed olim: nam hodie locus eſt mutilatus & turpiter deformatus. Sic enim editum: λέγεται δὲ πέμματά τινα τοῖς θεοῖς γινόμενα ἐκ τοῦ ἀφαιρεθέντος ὄντος ἐκ τῆς ἅλω . . . . . . δὲ ἐν γέλωτί φησι πέλανον . . . . . ἃ καλοῦσι σεμνῶς ἄλφιθ᾽ ὑμεῖς οἱ βροτοί. Legendum, Σαννυρίων δὲ ἐν γέλωτι,

— πέλανον καλοῦμεν ἡμεῖς οἱ θεοί,
Ἃ καλοῦσι σεμνῶς ἄλφιθ᾽ ὑμεῖς οἱ βροτοί.

Quod ad reliquas fabulas attinet, quæ Suidæ, *Danaën* reperio quidem: ſed apud comici interpretem in commentario ad Ranas, non in Athenæo. *Pſychaſtas* verò & *Ionem* inuenias in his libris: ſed hanc Platonis comici, illam Strattidis: neutram Sannyrionis, niſi eſt mendum in noſtris codicibus. Sequitur, Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, σελάχη φησὶν εἶναι, τὴν τρυγόνα, βοῦν, ἀμίαν, αἰετὸν, νάρκην, βάτραχον, καὶ πάντα τὰ γαλεοειδῆ. Legebatur antè, Ἀρ. ἐν πέμπτῳ ζώων ἱστορίας. rectè, ſi rei veritatem ſpectemus: nã conſtat ſumpta hæc eſſe è capite quinto libri quinti Hiſtoriarum. Sed iam antè monuimus, factum eſſe caſu quodam, vt quæ cunque proferuntur ab Athenæo è libro quinto Hiſtoriarum, operi de partibus ab ipſo aſcribantur. Iudicium noſtrum eſt, eueniſſe hoc, quia codex Ariſtotelis ad manum Athenæo non erat, referenti in literas hos dipnoſophiſtarum ſermones. Excerpta ſua vir diligentiſſimus & erudititſſimus ſolùm habuit: atque ea, vt videtur confuſa & perturbata, titulis peruerſis. Hinc illius manauit error: mira enim eſt optimarum membranarum conſtantia in hoc & aliis ſimilibus locis: vbi tamen ſcioli homines & curiorum correctores, Hiſtoriarum nomen antiquæ lectionis loco ſubſtituerant. Enimuerò quiſquis ille erat qui ſpretâ auctoritate veterum exemplarium, tot præſertim locis conſentientium, facinus hoc perpetrare in animum induxit, fidei ſubleſtæ homo is fuit, & criticus peſſimus. Nam ſi peccata veterum ſcriptorum emendare licet nobis, & ipſorum ſcripta pro noſtra libidine fas corrigere, mutare, atque interpollare: prorſus & de antiquis ſcriptoribus, & de literis ipſis conclamatum eſt. Apage hanc à nobis temeritatem, audaciam & væcordiam. Vt in Rep. non ſemper optimum eſt, quod prudentiſſimus ſenatorum cenſuerit: ſic in recenſendis antiquis auctoribus, non ſemper amplectendum pro vero & recto, quod vel opinio, vel etiam ratio ſuaſerit eſſe optimum. Atque vt in publicis conſiliis ſuprema ſemper lex eſt, populi ſalus, & vt ille ait, εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης: ita in iſto negotio, illud ſemper anteponendum eſt, quod ab auctore eſſe profectum, liquidò conſtiterit. Nemo igitur miretur, reſtitutam à nobis cùm iſto loco, tum aliis quàm plurimis antiquam lectionem: quam, ſicut iam diximus, conſtantiſſimè tuentur omnia exarata manu exemplaria. Cæterum philoſophi verba in quinto Hiſtoriarum ſunt hæc, σελάχη δ᾽ ἐστὶ τά τε εἰρημένα, καὶ βοῦς, καὶ λάμια, καὶ αἰετὸς, καὶ βάτραχος, καὶ πάντα τὰ γαλεώδη. inde eſt emendanda ſcriptura noſtrorum librorum: nam malè ἀμίαν pro λαμίαν etiam membranæ præferunt: at pro τὴν τρυγόνα, meliùs alij, βάτον, τρυγόνα. Mox in ΒΩΚΕΣ, recitatur verſus Numenij, Ἠ λάβρον σινόδοντα, βόηκας τε, τριγκύστε. vbi rectè emendant docti βρίγκους τε. Heſychius, βρίγκος, ἰχθὺς κητώδης. Scribe, Ἀριστοφάνης ἐκλύσας κατὰ λαμβανόμενος, ex iis quæ diſputamus lib. 4. cap. 20. Docet philoſophus quarto Hiſtoriarum, nullum eſſe piſcem qui habeat φωνὴν: ſed tantùm ψόφον quoſdam aut τριγμόν. Sic accipiendum quod hîc ſcribitur de boce ſiue boace, ὠνομάσθη δὲ παρὰ τὴν βοήν. Veteres tamen grammatici de appellatione piſcis huius differentes, proferunt tanquam Ariſtotelis verba hæc, ὅτι φωνὴν προΐεται, καὶ οὕτως ὀνόμασται. vbi eſt κατάχρησις vocis φωνή. Apud eoſdem extat integrior qui ſequitur locus Pherecratis. Sic illi, Φερεκράτης εἰπών, — τί λῃρεῖς; ἀλλὰ φωνὴν οὐκ ἴσχει ἰχθὺς γέ φασι τὸ παράπαν. ἐπιφέρει, Νὴ τ. &c. Sed de appellatione piſcis huius diuerſum ſenſit ab aliis Ariſtophanes grammaticus: de quo ſcribit Athenæus, κακῶς φησὶν ἡμᾶς λέγειν τὸν ἰχθὺν βῶκα. δεῖν βόωπα. ἐπεὶ μικρὸς ὑπάρχων μεγάλους ὦπας ἔχει. *ait Ariſtophanes, malè appellari* βῶκα *piſcẽ, quem meliùs appellauerimus* βόωπα, *quoniam paruus cùm ſit, magnos habet* ὦπας, id eſt, *oculos*. Non probatur hæc Athenæo ſententia, quemadmodum ſequentia indicant. Ait enim, ὥσπερ οὖν λεκτέον. εἰ τοῦτο κακῶς ὀνομάζομεν, διὰ τί κεράκινον φαμὲν, οὐ κεροκίνον; ὠνομάσθη γὰρ ἀπὸ τοῦ τὰ κέρας κινεῖν. τί δ᾽ οὐχὶ καὶ σίηρον λέγομεν, ἀλλὰ σίδηρον; ὠνόμασται γὰρ καὶ οὗτος ἀπὸ τοῦ σιεῖν συνεχῶς τὴν ἔραν. Hoc vult compoſitas voces originem ſuam ſæpe diſſimulare, mutatis, adiectis, detractis litteris aliquot. Velle autem publico conſenſu receptas & probatas dictiones reformare, inanis ſit ac vanus labor: quare fruſtra fuit Ariſtophanes cum ſua hac obſeruatione Subtilius eſt quod ait auctor, κεράκινον vſu vulgi comprobatum eſſe, cùm dicendum eſſet κεροκίνον: quia ſit facta vox ἀπὸ τοῦ τὰς κέρας κινεῖν. Planè ita eſt: nam ita fieri amat, in huiuſmodi compoſitione nominum. ſic ἡμεροδρόμος dicimus, non ἡμεραδρόμος: ſic ἡμερόκοιτος, non ἡμεράκοιτος: ſic ἡμερόβιος, ἡμεροσκόπος, δοξόκοπος, θαλασσοκόπος & ſimilia multa: ergo contra hanc analogiam vſu receptum eſt, vt dicebamus, κεράκινος non κεροκίνος: vt & ἀγγελιαφόρος, non ἀγγελιοφόρος. Scribunt membranæ ΒΕΜΒΡΑΔΕΣ neque aliter in ſequente Phrynichi verſu, ſed rectum eſſe vtrũque ipſe auctor nos docet. At pro βεβράδοντας & βεμβράδονας

Etymologici auctor describens Athenæi hunc locum, βεμβράδας semper. E contrario scripta lectio, βαμβεράδας. alibi in his libris, βεβεράδας. atque istud placet. Lege, καὶ Σώφρων ἐν Ἀνδρείοις, βεβεράδων, ῥαφίδ. Non video quò pertineat allatum in sermone de membradibus Numenij testimonium: nam in illius verbis quidem, ea nobis exhibent omnes libri, de membradibus altum silentium: desit fortasse aliquid huic testimonio. Βεβεραφύη quæ dicitur in vulgatis libris, in MSS. est βεμβεραφύη. in Etymologico bis, μεμβεραφύη, vt in Aristonymi subiecto loco. Γέρῆας Aristomenis citat Pollux lib. 8. βιβλιοπώλην, inquit, παρὰ Ἀριστομένει εἴρηκε ἐν Γόησι. & Harpocration de dictione φορίνη disputans. Mendosè scribitur statim, Ἀντιφάνης δ' ἐν Κνοιθιδεῖ, τόπον τε κηρύξουσι ἐν τοῖσιν ἰχθύσι Κήρυγμα, ὃ καὶ νῦν τις ἐκβεβεραγὲ μέγα, &c. Primùm illud certum, fabulæ titulum corruptum esse. Libro decimo Ἀντιφάνης ἐν Κνοιθιδεῖ, ἢ Γάστρωνι. Videtur proprium nomen esse *Cnæthis*. Hæreo tamen adhuc, & dubito num sit scribendum, Σκοίθιδι: Atticis dicebatur σκοίθης, calumniator, & loculuteius. [idem ferè & σοιβής.] auctor Hesychius. Quid si legas ἐν Κναθίδι. nam eò potissimùm deducunt nos corruptæ lectionis vestigia. υ & ν in antiquis membranis exiguo, ac penè nullo discrimine separantur: eóque sæpissime confunduntur. etiam ex α facere οι, error est facilis nimis. Equidem libro octauo, κναθὶς aut κνοιθὶς offendisse memini, vbi absque omni dubio auctor scripserat κναθίς. Omnino autem fugitiuum α retrahe, & ἄτοπον cum Dalec. scribe pro τόπον. Licentiæ comicæ vox est ἐκβεβεραγέ, facta vt ad bebradas alluderetur: alioqui ἐκβαβερίζει minùs insolens fuerit: cùm hoc ipso libro extet in Ananij verbis simplex βαβερίζειν. *Tetradistæ*, iuuenes qui in Alexidis versu nominantur, inde nomen inuenerunt, quod quartâ cuiusque mensis conuenirent, & conuiuia agitarent: alij quòd die vicesimâ idem facerent, *icadistæ* dicti: at qui die tricesimâ solebant vnà esse, τριάκασοι nuncupati: vnde ἀτριάκασοι, ad quos sodalitas illa nihil attinebat. In versu ex eiusdem poëtæ Protochoro, ἀπειρονεώτερον μὰ τὸν Διόνυσον οὐκ εἶληφ' ἐγώ. malim εἴληχ' ἐγώ. & altero ab hinc versu, ἔσθιον με, potius quàm ἔχειν.

CAPVT X.

βλέννος & βέλεννος. Glossa Nicādri ἐποποιοῦ χύλλοι pisces & γύλλοι. piscis ἰξευθισμένος. color καρυκώδης. διωκάθειν. ὀλολύζειν. Menecrates Ζεὺς ἱεραὶ νόσοι. Herculaneus morbus. Epistola Philippi regis ad Menecratem: alia nonnulla.

ΒΛΕΝΝΟΣ. Excerptorum auctor semper βλέννος. vtrumque dici inuenias. Sophronis quæ sequuntur imperfectam sententiam habent, τὸ ἀγελαῖον βελεννοθηλαμον. vel vt scribunt interpretes θηλαμονα. Scripsimus, ἔστι δὲ κωβιῶν τὴν ἰδέαν παραπλήσιος, non vt fuit priùs, κωβιῷ: quia doctissimi Hermolai coniecturam optimi codices confirmabant. Scribe mox, μή μοι βαιόν. καλὸς ἰχθύς. atque ita editum volui. Qui hîc est ΒΟΥΓΛΩΣΣΟΣ, sub finem libri dicitur βούγλωττα. Inde etiam lege in versu Archestrati ταύτην θήρα περὶ Χαλκίδα κλεινήν. nam etsi chalcis piscis nomen est, hîc tamen locum non piscem significat. Verba Epicharmi, βύγλωσσοί τε καὶ κίθαρος ἐνῆς. meliùs κίθαρος. infrà suo loco. Deinde, ἐνῆν δὲ καὶ σκιαθίδες. quem piscem alij *scianam* vocant, Numenius σκιαδία, Epicharmus σκιαθίδα, aut certè σκιαινίδα. nam quo loco de sciæna disputatur infrà, quidam codd. atque etiam Epit. scribunt σκιαινίδες. ΓΟΓΓΡΟΙ. Νίκανδρος ὁ ἐποποιὸς ἐν τρίτῳ Γλωσσῶν καλεῖσθαί φησιν αὐτοὺς καὶ χύλλους. Glossæ Nicandri, quod ex illarum reliquiis constat, heroïco versu erant scriptæ: ideò ἐποποιὸς hîc nominatur: congros esse appellatos & χύλλους alibi temerè non legas: porcellos ita propriè dixerunt, & χυλλισμὸν editum ab illis sonum: congris, credo, propter pascendi auiditatem nomen idem communicatum: vnde etiam γόγγρους dictos tradunt veteres à χάν, quod est *edere*. Sed & γύλλους dixere veteres quosdam pisces, & γυλλίσκους, teste Hesychio. Secundum Philemonis versum λέξαι μολόντι τ' ὄψον ὡς ἐσκεύασα, verte, *narrate quomodo illi reuerso piscem parauerim*. μολὼν non est *viator*, sed *is qui venit*, aut *rediit*. Tertio, Νὴ τὴν Ἀθηνᾶν, ἡδύ γ' ἐστ' εὐημερεῖν ἐν ἅπασιν. simile est apud Plautum, *Quid est suauius quàm bene rem gerere bono publico?* Quintum sic scribe, οἷον παρατέθεικ' οὐ πεφαρμακευμένον. In sexto placet, quòd Dalecampius hæc, ὡς δ' ἄνθει ἰξευθισμένον, ad colorem refert: nā vulgò coqui gratiam condimentis ex colore captabant. Inde illud coqui apud Sotadem, τεμμάχη ὠπτήσατο ταῦτης αἱ θιγόν. & paulo pòst. κατέπνιξ' ἐν ἁλμῃ ταύτη εὐανθεστέρα, apud Hippocratem *coloris* genus est ὁ καρυκώδης, vt alibi docuimus. Nonus, τὸ ὄψον ἰχθὺν οὐδὲ πεσθήσομαι. Scribe ex libro vetere ὄψον τὸν ἰχθὺν οὐδὲ πε. prior pars ad superiorē versum pertinet. Decimus, Ὅμοιον ἴσχετ' ὄρνις ὅταν ἁρπάσῃ. Sustine labantem versiculum, & scribe, ὅμοιον ἴσχετ', ὄρνις ὡς ὅταν ἁρπάσῃ. Τὸ καλαμεῖον μείζον' περιτρέφει κύκλῳ, τηροῦσα τὸν καλαμεῖον. Vbi scribo θηρῶσα: *quærens, tentans*. nam τηροῦσα est *cauens*. at θηρᾶν est ζητεῖν, μηχανᾶσθαι, & rationem quærere perficiendi quod velis. 13. ἑτέρα διώκουσα ταύτην. Ipsa lex metri suggerit nobis Atticam vocem isto loco reponendam. Scribe ἑτέρα διωκάθουσα ταύ. In 15. Τῆς λοπάδος ἀνεπήδησεν. Emendant μετὰ τὸ λοπάδος ἀνε. Nihil nisi distinctio mutari debet. Τὴν ἡδονὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν καταμαθὼν τῆς λοπάδος, ἀνεπήδησε. 17. ἰξὼν ὀλολύζειν. quid hoc verbum propriè significet, fusè exponimus alibi. Est enim sacrorum vox, & clamorem mulierum sacrificantium indicat: qualis est ille apud Tibullum,

Agna cadet vobis: quam circum rustica pubes.
Clamet, iò messes & bona vina date.

poſtea tamen flendi & lugendi ſignificatione vſurpari cepit: hîc non malè interpreteris *cachinnari & ridere*. Deinde ſcribendum.

—οἱ μὲν ἤσπαιρόν τι γὰρ,
Οἱ δ' οὐδὲν, οἱ δὲ πάντα. καίτοι παρέλαβον
ἰχθῦς ποταμίους ἰλυοσίτας βόρβορον.

Induſtriam ſuam mirum in modum exaggerat coquus. *Atqui*, ait, *piſces ego acceperam*, ab eo videlicet qui illum conduxerat, *fluuiatiles qui limo paſcuntur*. Qualis ergo artifex iſte, qui in mala adeò materia tale ſuæ artis ſpecimen ediderit? Porrò hũc locũ ita iuſſerã edi ex MSS. codice illuſtriſſimi Principis Palatini emendatum. Nam poſterior verſus peſſimè ſcribitur in omnibus aliis quos videre contigit libris. Vtinam ita res noſtræ tales eſſent, vt beneficio magni Principis diutius fruifas fuiſſet Non dubito futuram fuiſſe & aliis multis locis eius libri collationem perutilem. Sed erit, ſpero, aliquis ex eo numero doctiſſimorum virorum, quos inclyta Heidelberga fouet, qui ope illius librariæ meritò περιβοήτου cætera perpoliat in hoc auctore, quæ noſtrâ diligentiâ in ſplendorem dare non potuimus nos Ita autem ſcriptum etiam in Italicis codicibus, vnde excerptas διαφόρους γραφὰς miſit ad nos Andreas Schottus vir doctiſſimus. Verbum παρέλαβον, accipiendum vt ſtatim, εἰ δ' ἔλαβον ἄρτι σκαρόν: *ſi traditus mihi fuiſſet parandus*. & ita ſæpe in ſequentibus, quando inducitur coquus aliquis loquens. Poſtremus verſus, ὅταν ὀσφρανθῶσι ποιῶ ζῆν πάλιν. palàm mutilus ſic integrari poteſt, ὅταν μόνον ὀσφρ. vel ἐπειδὰν ὀσφρ. ſic tamen iterum paulo pòſt. Sequitur vara vibiam. Coqui gloriatio verſibus Philemonis modò recitatis contenta, reuocauit in mentem Athenæo Menecratis medici furorem. Nam hunc IOVIS nomen palam ſibi arrogaſſe, quia vt aiebat Philemonis cocus τοὺς ἤδη νεκροὺς ἐποίει ζῆν πάλιν, etiam alij teſtantur: vt non vno loco Plutarchus, & Clemens Alexandrinus in Προτρεπτικῷ. Quid appellat auctor τὰς ἱερὰς νόσους, cùm ſcribit, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ θεραπευομένους τὰς ἱερὰς καλουμένας νόσους, συγγραφεῖσθαι ἠνάγκαζεν, ὅτι ἀκολουθήσονται αὐτῷ δοῦλοι περισωθέντες. Medici *ſacrum morbum* norunt vnicum, epilepſiam. Sed noſter non vt medici locutus eſt, verùm vt elegantiores Græcorum: quibus magna res omnis & vehemens, ἱερὰ dicitur: ſicut etiam Plutarchus ſcribit, & medici ipſi. Igitur ἱεραὶ νόσοι Athenæo, quæ Plutarcho ἀπεγνωσμέναι, nam ait duobus locis de eodem Menecrate, ἐπεὶ κατατυχὼν ἐν τισιν ἀπεγνωσμέναις θεραπείαις. *cùm ei res ſucceſsiſſet in curatione quorumdam deſperatorum morborum*. in vita Ageſilai, & Apophthegmatis. Mox referente Athenæo, Nicoſtratum Herculis ornamenta & σκευὴν omnem aſſumpſiſſe, τὴν ἱερὰν νόσον θεραπευθέντα à Menecrate: ſic accipe vt in libris medicorum. Nam quod Herculem ſe Nicoſtratus finxerit, cauſſæ fuit hoc: quòd comitiali morbo laborauerat, quem Græci vocarunt Ἡρακλείαν νόσον. etſi eius nominis aliam cauſſam affert Galenus. In extrema epiſtola Menecratis ſcribunt omnia exemplaria, Τοιγαροῦν σὲ μὲν Μακεδόνες δορυφοροῦσι. ἐμὲ δὲ καὶ οἱ μέλλοντες ἔσεσθαι. Videtur iſto loco vox vna excidiſſe, & ſcripſiſſe Menecratem, καὶ οἱ θεοὶ μέλλοντες ἔσεσθαι. Parum erat furioſo iſti quòd Iouem ſe dicebat: niſi inſtar Iouis minores deos in comitatu haberet. Sequitur mox, καλέσας αὐτὸν ὁ Φίλιππος μετὰ τῶν ἰδίων θεῶν. & paulò ante περιῄει μετὰ τοῦ θείου χοροῦ. *regiones luſtrabat, comitante deorum choro*. Etiam in iſtis vox deſideratur vna, πρὸς ὃν μελαγχολῶντα ἐπέστελλεν ὁ Φίλιππος, Μενεκράτει ὑγιαίνειν. nam geminata voce Φίλιππος ſcribendum, ἐπέστελλεν ὁ Φίλιππος, Φίλιππος Με. ſimiliter Ageſilaus, Βασιλεὺς Ἀγησίλαος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. Exemplum epiſtolæ Philippi eſt huiuſmodi. Φίλιππος Μενεκράτει ὑγιαίνειν. Συμβουλεύω σοι προσάγειν σεαυτὸν ἐπὶ τοὺς κατὰ Ἀντίκυραν τόπους. Hunc igitur nouũ cœlitem & ipſiũs deos Philipp. συγκατέκλινε ποιήσας ἐπὶ τῆς μέσης κλίνης ὑψηλοτάτης καὶ μεγαλοπρεπεστάτης ἱεροπρεπέστατα κεκοσμημένης, ait Athenæus: hoc ſignificans: Menecrati & eius choro paratum fuiſſe lectum prorſus ad inſtar puluinarium quæ diis exſtruuntur: de quibus fusè nos alibi: exemplum habes apud Heſychium in πλακις, & ſimilibus veterum locis: de eo conuiuio plura Ælianus.

CAPVT XI.

Hegeſippi Adelphi. *Locus tractatus à plerisq; comicis Græcis; de arrogantia cocorum.* οἱ τὰ βαπτὰ ἔχοντες. atrati *Vſitati cibi cõuiuiis funeſtis.* κηληδόνες *apud Pindarum. Æliani locus emendatur.* ἐρυγγάνειν δάνεια. κόλλοπες *exoleti, & lenones.* ὑπομνῆσαι. συνάγειν ἀπὸ συμβολῶν. ἀποσπᾶν ἑαυτόν. χόδρα, χυμαία, *quiſquilia. alia nõ pauca.*

REDIT auctor ad cocorum arrogantiam: cuius teſtimonia aliquot ex antiquis comicis recitat hoc loco. Incipit ab eo quod petitum ait è *Delphis* Hegeſandri. Mihi verò & auctoris nomen ſuſpectum eſt, & fabulæ. Quis legit apud veteres Hegeſandrum inter comicos? quis *Delphos* comœdiam vſquam inuenit nominatam? Cenſeo legendum ex libro 9. Ἡγήσιππος ἐν Ἀδελφοῖς; licèt reclamantibus & MSS. & Epitomâ etiam Hegeſippi comici Suidas aliique meminerunt. *Adelphos* autem multi docuerant: vt Menander, Hegeſippus, Diphilus, & apud Latinos Terentius, ac L. Pomponius Atellanarum poëta. Primis ἔπεσι eius huius verbis occurrit poëta auditorum faſtidio: quia enim à multis poëtis tractatum fuerat hoc argumentum, vt ſibi audientiam faciat Hegeſippus, (ita enim poſthac appelletur) initio pollicetur dicturum ſe aliquid noui. Plurimos comicorum locum hunc attigiſſe, & in Attico theatro coquorum arrogantiam exagitaſſe, docet clare Athenæus: qui tot locis tam multa eiuſdem ſententiæ, mirâ patientiâ, deſcripſit. Quàm multa iam huius argumenti lib. 3. recitata ſunt? Ecce iterum paginas aliquot in ea occupatas, Lib. 9. inuenies.

inuenies nihilo pauciora, aut plura fortasse. Etiam libro decimo quarto extremo eâdem oberratur chordâ. Ex his omnibus intelligere est, cur poëta sermonem hunc ita ordiatur,

Βέλτιστε πολλοῖς πολλὰ περὶ μαγειρικῆς
Εἰρημέν' ἐστὶν ἢ λέγων φαίνει τί μοι
Καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν, ἢ μὴ κόπτε με.

Quartus versus & quintus corrupti sunt: Οὐκ, ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς .... ὧδε Εὕρημα μόνον εἰδέναι τῆς νομιζόμενον ἐμέ. Lego.

Οὐκ, ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς τέχνης
Εὑρηκέναι με τοῦ νῦν νόμιζε μόνον ἐμέ.

Propiùs accedere ad editæ lectionis vestigia non possumus. 9. Εἴδη λαχάνων ὅσ' ἐστὶ, βεμβράδων τρόπος. Malim τρόποι. vel sic, βεμβράδων θ' ὅσα. In 13. τὰς βάψ' ἔχοντες, rectè vertit Dal. *atrati*. propiùs tamen ad Græcam vocem accessisset, si dixisset *colorati*. Ita Græci & Latini ambitum earum dictionum circumscribiunt. Verum hæc obseruatio aliûs est loci. 17. malè capiunt, qui putant esse coqui: pronuntiatur enim ab eo quicum ipse loquitur. In silicerniis & circũpotationibus, quas mortui caussa agitabant, non exquisiti cibi apponebãtur: sed è vilioribus, cuiusmodi sunt lens & membrades. Ideò miratur iste quî potuerit fieri, vt in tali conuiuio præstaret quod modò dicebat: Quærit igitur mirabundus, an ex ritu lentem & membradas ferali cœnæ illi adhibuerit. Scribe in 22. οἶδ' εἰς δημώσεται. Absurdè verò docti in penultimo corrigunt καθημένων, & pessimè vertunt, *ex accumbentibus*. non animaduertebant licentiâ comicâ perstringi à poëta spectatorum nonnullos, qui bona sua liguriendo in ventrem condiderant omnia. Poëtæ verba sunt,

Πολλοὺς ἐγὼ σφόδρ' οἶδα τῶν καθημένων
Οἳ καταβεβρώκασ' ἕνεκ' ἐμοῦ τὰς οὐσίας.

multos noui ex iis qui sedent spectantes; qui vt operâ meâ possent vti, facultates omnes suas absumpserunt. Non facile est diuinare, quid Pindarus nomine κηληδόνων intellexerit, eo loco quem tangit hîc Athenæus. Interpretes quidem pronuntiare non verentur, quas vocauit Homerus Sirenas, dictas fuisse Pindaro κηληδόνας. Athenæus tamen hoc non dicit; nisi placet eadem esse, quæ dicuntur similia efficere: quod ineptum nimis & ἀσυλλόγιστον. Quare Athenæi verba non aliter accepit Eustathius, cùm Ὀδυσ. λ. exponens illa, οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ Κηληθμῷ δ' ἔσχοντο. tum ad sequentem ῥαψῳδίαν, vbi scribit, ἰστέον ὅτι Πίνδαρος κηληδόνας λέγει ποιήσας τὰς ἀκροωμένας ἐπιλανθάνεσθαι τῆς τροφῆς ὑφ' ἡδονῆς. καὶ οὕτως ἀφανίζεσθαι. οὐ πάνυ δὲ δῆλον εἴτε κηληδόνας ἐκ τούτου ἐπιθέλγουσας τὰς Σειρῆνας λέγει, διὰ τὸ κατ' αὐτὰς, ὅμηρος ἂν εἴποι, κηληθμόν. εἴτε καὶ ἄλλα τινὰ ᾠδικὰ δαιμόνια. Fatetur Eustathius nescire se planè, quomodo accipi debeat apud Pindarum vox κηληδόνες: posse enim vel Epithetum esse Sirenũ, vel alia quædam suauis cantus numina. In Nicomachi versibus subiectis, melius quædam distincta sunt in Latino textu quàm in Græco, quem inde licet corrigas. In nono item melius Dalecamp. πρότερον quàm vt est editum πότερον. Versum 17. planè non intelligo. Etiam 19. versu quid appellet τὰ ἰχθύων τὰς τέχνας parum assequor: nam interpretatio quæ in promptu est, sententiam frigidiusculam videtur continere. Scribe, 25. τὸ κάπανον ἡμῖν σφαῖραν εἶναι τίθεμαι. Non hoc autem dicit coquus, è culinæ totius ambitu locum deligi, vbi omnia artis totius officia exerceantur: sed hoc potiùs, culinam sic diuidi à coquis solitam, vt singulis artis suæ partibus proprium locũ assignent. In 36 scribe ἐμοί, nõ ἐμόν. Est autem obscurior sententia propter aliquot verborum traiectionem audaciorem. Tyrones ordinent sic, Ἤδη τὸ πῦ ἕκαστα τεθήσεταί μοι μετὰ νοῦ, καὶ τὸ συμμέτρως, μεταφορά ἐστι παρὰ τακτικῆς τέχνης. *Præterea vbi quæque mihi sint collocanda, ex arte & conuenienter, id translatum est de disciplina tactica.* Vide quàm alienam sententiam poëtæ affinxerint qui sunt aliter interpretati. Tactica ars docet Imperatores quomodo instrui acies debeat. Ex ea didicisse ait coquus, rectam & artificiosam paropsidum ac lancium super mẽsa collocationem: & in quo positam esse artis suæ perfectionem, disputat alius coquus lib. nono. Ideò Archestratum vocat auctor hoc libro, τὸν τῶν δείπνων λοχαγόν. Epitomator distinguit post συμμέτρως ἐμόν, & cum superioribus illa connectit. Quare ex eius lectione hoc dicet coquus. Quòd sciat in conditura ciborum vti iudicio, & seruare modum, id ex medicinæ notitia se habere. 38. Ἀριθμεῖν τὸ πλῆθος εἰδέναι μαγειρικῆς. *Coquinæ artis est, numero cognoscere multitudinẽ.* docet quomodo arithmeticæ cognitio necessaria sit coquo: locatur deinde qui coquum conduxerat, & ait, Οὐδεὶς ἕτερος πρός με καὶ γεγράψεται. Lego πρὸς ἐμοί γ' ἐγγραφήσεται. *nemo alius præter me huic albo inscribetur.* Dixit coquus sibi necessariam esse arithmeticæ cognitionẽ, vt conuiuarum numerum inire possit: Nunc iste ait, nihil ei iam numerorum scientiâ fore opus? quia vni sibique sibi parari velit à coquo cœnam. Distingue in 40. Μικρὰ διάκουσον ἐν μέρει κἀμοῦ. λέγε. *Nunc tu vicissim pauca ex me audi.* hæc dominus: postremum verbum est coci. ἐν μέρει dicunt Græci, & ἐν τῷ μέρει. res nota: sed hoc eò dico, vt maculam abstergeam quæ Æliani codices dehonestat. Variæ hist. lib. 9. cap. 1. de Hieronis erga fratres amore loquens, τοὺς ἀδελφοὺς συνεβίωσε, τρισὶν οὖσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπήσας αὐτούς, καὶ ὑπ' αὐτῶν φιληθείς. ἐν τῷ μέρει τούτῳ φασὶ καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ ὁ Πίνδαρος. Lege, καὶ ὑπ' αὐτῶν φιληθεὶς ἐν τῷ μέρει. τούτῳ φασὶ καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ Πίνδαρος. Claudicat pede vno versus primus è Philemonis ecloga, Ἐάσαθ' οὕτως ἔχειν. τὸ πῦρ μόνον. Scrib. Ἐάσαθ' οὕτως τοῦτ' ἔχειν. Sequentis è Diphilo ῥήσεως, primi versus corruptissimi sunt: ideò prætermissi à Breuiatore. Ita libri omnes, Οὐ μὴ παραλάβω σε θεὰ οὐ δράκων ἐγώ. ἐπ' ἔργον οὐ μὴ διατελῆς τὰς ἡμέρας, τραπεζοποιῶν ἐν ἀγαθοῖς πολλοῖς χύδην. Dalecamp. quam lectionem sibi fabricauerit, non diuino. Nos ita concinnamus, Οὐ μὴ παρα-

λάβω τὔψον, ὐδ᾽ ἥκων γ᾽ ἐγὼ ἐπ᾽ ἔργον, ὐ μὴ διατελῶ τὴν ἡμέραν τραπεζ. quomodo cocos conducebant, hoc primùm fiebat, vt omnia iis traderent opſonia. Hoc ſenſu λαβεῖν & παραλαβεῖν toties iam poſita in ſuperioribus : neque aliter hîc accipiendum. Nam (quod ex præcedentibus Athenæi verbis conſtat,) negat cocus ſe opſonium vllum tangere velle, aut ad opus accedere, vt iis operam nauet, qui non totum diem ſint ipſum occupaturi, & quidem in lautiſſimis lautitiis. Commune hoc omnibus melioribus, vt ad leuia, & quæ facilè aut breui perficiantur, ægrè trahi ſe ſinant. 10. verſus, Ναύκληρ☉ ἀποθύς τις θύὐς ἀποβαλὼν τὸν ἱςόν. ſi quis nauclerus ſacra facit ex voto cuius eſt reus, ſalutem nactus ex naufragio. Ita interpretor ἀποθύειν hoc loco. Sed inueni, poſtquam hæc ſcripſi, aliam lectionem in Epit. quæ ad hanc ſententiam præit nobis. habet enim εὐχὴν pro θύὐς. verè omnino. Nauſicrates *Naucleris*, de mullis loquens, αὓς καὶ θεαὶ τιμῶσι φωσφόρον Κόρην δείπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι. Euphron libro nono iſtorum, πέμπειν ἔθυον ἡμέραι οἱ Τήνιοι Πολιοὶ γέροντες, πλῶν πολλῶ πεπλευκότες. 17. Τιθεὶς δ᾽ αὐτῶ σπλάγχν᾽ ἕκαστ☉ ἐσθίει. Nimis cernunt acutùm qui hîc prouerbium aliquod deprehendunt. Contrà affirmamus nos, ſimplicem & ἀσχηματίςον eſſe orationem. Verte, *& quiſque ſua viſcera*, (non corporis ſui : apage : ſed victimæ quam adoleuit.) *ſibi apponens ea comedit.* σπλάγχνα accipe, vt in illo Homeri, Εὖθ᾽ οἱ σπλάγχν᾽ ἐπάσαντο, θεοῖσι δ᾽ ἦ μηρία καῖον. vide ad librum tertium. 19. Τελῶν☉ ἀναθῆς εὐπορηκὼς, πέριχαρής. Calamo ſcripti multi, εὐπορικὼς : ceu eſſet ab εὐπορίζω ; quo parum aut nunquam vtuntur Græci. 20. εἰς δέκ᾽ ἐπὶ τῇ μνᾷ γεγονέναι καὶ δώδεκα. Pono ὑποστιγμὴν in fine huius verſus:& ſeparo hæc à ſequentibus: Naucleri vnus hic quæſtus eſt, quando merces quas aduexit ſic vendidit, vt in ſingulas minas lucriſaceret drachmas decem aut duodecim. In proximo verſu, *δανεῖ ἐρυγγάνειν*, *fœnora eructare*, poſitum pro iactare ſe de magno lucro : vel, quærere vbi pecuniam fœnori colloces. 22. Ἀφροδίσι᾽ ὑπὸ καλλοψι μαςροποῖς ποιῶν. quis formam in lenonibus commendauit ? aut quis dictionem κάλλοψ alibi legit ? Illa verò etiam hinc extrudenda, vt veræ lectioni κόλλοψι locus fiat. Sic recte in Excerptis. Ita vocabant exoletos : quaſi duros, vt à Latinis poëtis appellantur. Lenones vocat Diphilus κόλλοπας, vel propter vultus truculentiam : vel ob morum peruerſitatem. Voluit enim eâ appellatione ſignificare . id genus homines non alienæ tantùm, ſed & ſuæ pudicitiæ eſſe prodigos 23. Ὑπὸ τύτοι ὑπέμυξ᾽ εὐθὺς ἐκβεβηκότα. Docti ſcribunt, πρὸς τῦτον ὑπονυξα. ſed non eſt ὑπονύττειν, quod illi putant, oculis nictando ſignum alicui dare. νύττειν, *pungere.* ὑπονύττειν, *clam pungere.* niſi alia proferatur ex libris lectio, vertam, *leniter hominem mungo.* Adulationis genus hoc eſt : cui ſimilia in Theophraſtéa eius viij deſcriptione, floccos veſtimentorum eximere, & è barba paleas detrahere, ac ſimilia. 14. ἐμινήσθην Διὸς Σωτῆρ☉. formula gratulandi ei qui ex periculo euaſiſſet. 18. ἀπὸ συμβολῶν συνάγοντα ἐν δὲ ἑτεραπυ. Hic liceat nobis illud vſurpare, *Eſt aliqua prodire tenus, ſi non datur vltra.* nam mentem quidem huius loci interpretibus ὐδ᾽ ὄναρ viſam, facile nobis aperire : verba in integrum reſtituere, hoc verò non poſſumus. Prior ſententia deſinit in præcedentis verſus fine. Quare ponenda στιγμὴ τελεία poſt verbum πορεύομαι. Nunc ait, ſi qui adoleſcentes cupientes ex ſymbolis vnà eſſe, coëant, & pecuniâ vel anulo, vel aliâ quâ re loco pignoris in vas aliquod coniectâ, eant deinde per forum & clament : Quis eſt qui tenuem cœnam parare velit : ego iſtos clamare ſino, neque iis operam meam loco. συνάγοντα exponendum ita, vt docet ipſe auctor diſertè libro 8. in extremo. Repetendum autem ex ſuperioribus, μειράκια. Sequente verſu ἀνδρημένα habent libri : neque hoc rectum eſt, neque id quod editum eſt, In 36. οἰμώξεις μακρά. Meliùs omnino antiqui libri, οἰμώξει. *Flebit multum primus cocorum* : nempe, qui pecuniam à me flagitabit. 39. πολυτελῶς Ἀδώνια ἄγυσ᾽ ἑταίρα μεθ᾽ ἑταιρῶν πορνῶν χύδην. Scribendum μεθ᾽ ἑτερῶν πορνῶν. Vltimus verſus eſt, Σαυτὸν ἀποτάξῃς τόν τε κόλπον ἀποτειχων. Aquã ex ſilice faciliùs expreſſerim, quàm ex lectione vllum ſenſum. Lego ἀποσάξῃς. Verſaberis, ait, in tanta rerum copias vt liceat tibi ſuffarcinato & prædâ onuſto domum tuam excurrere , atque ibi furta deponere. Quàm fuerint olim cocorum conductitiorum rapaces manus, ex Aularia, & Græcorum comicorum ſexcentis locis compertum eſt eruditis. χύδην in ſuperiore verſu non eſt *ſparſim* : ſed δαψιλῶς , copioſè , adeò vt omnia circumfluant. Diphilus modò, Τραπεζοποιῶν ἐν ἀγαθοῖς πολλοῖς χύδην. Iam ἀποσάττειν eſt *exonerare*, ſiue *onus excutere.* Figura eſt ἐν διὰ δυοῖν, exonerabis σαυτὸν τόν τε κόλπον, *te & ſinum*, pro, ſinum tuum. In Archedici pericopa non planiſſima ſunt omnia : quod fatetur Breuiator, qui paucula tantùm verba inde excerpſit. Deinceps videtur auctor, cùm ait, φιλοςέφαν☉ δ᾽ ἐν Δηλίῳ καὶ ὀνομάζει ἐνδόξων μαγείρων ἐν τοῖσδε καταλέγει, catalogum nobilium cocorum polliceri : in ſubiectis tamen Philoſtephani verſiculis duo ſolùm nominantur, Dædalus & Thimbron. Vnde non iniuriâ ſuſpicio doctis eſt oborta, plures eius comici verſus fuiſſe deſcriptos : quod non putamus nos:nam in Excerptis ita ſcriptũ ex hoc loco, ὅτι Θίμβρων ἔνδοξ☉ μάγειρ☉ παρὰ φιλοςεφάνῳ. hiſtoriam autem famoſorum cocorum haberes libro nono, & 14. Poſtremus verſuum Philoſtephani vulnus accepit, Δὺς μισθὸν ὃν ᾔτησας, ἥκω † δεῦρ᾽ ἄγαγόν σε. Scribo, Δὺς μισθὸν ὃν μ᾽ ᾔτησας ὧδέ σ᾽ ἤγαγον. Obſcura dictio eſt χυμεία, vt quidem à Sotade vſurpatur in iſtis :

—γαλεὸς ὑπῆρχε μέγας, ὤπτησα τὰ μέσα, τὴν δ᾽ ἦ λοιπὴν χυμείαν ἕψω, ποιήσας τρίμμα συκάμινον. vel potiùs, συκαμίνου. Viri docti qui didicerant ex

Polluce γρυμαίαν idem significare ac πήραν, peram: verrere hîc, *aduectos in pera reliquos pisces.* Verius est, eâ voce designari res viles ac pretij minimi, vt si latinè dicam *quisquilias.* Hesychius Glossographorum longè princeps, id nos docet: qui postquam nomen γρυμαία (siue γρυμία: nam vtroque modo scribitur) interpretatus est his verbis, ita scribendis, ἰδίως σκευοθήκη, ἀγγεῖον ἐν ᾧ ἡ γρύτη. addit, ἤδη δὲ καὶ τὰ λεπτὰ σκευάρια, ἃ καὶ γρύτην καλοῦμεν. significans ita appellari quæ Iurisconsulti & Seneca vocant in supellectile, *friuola.* Apud Themistium Suauiloquum γρυμαία inter inutilia arma ponitur. καταλιπεῖν ἐπὶ τῷ λαυστα. καὶ τὰς ἱκετηδίας (ita legendum) καὶ τὴν γρυμαίαν, λαβεῖν δὲ ἀσπίδα ἀληθινήν. generaliter omnia minuta & parui momenti ita dixerunt. Ergò τὴν λοιπὴν γρυμαίαν coquus hic appellat pisciculos minutos & non magnæ rei: aut galei piscis extremas partes: quæ dempto medio corpore, suo quodam ac peculiari condimento parabantur, intritis moris & aliis nonnullis, ex quibus conficiebatur quem vocabant ὀξυλίπαρον χυμόν. Vocem γρυμαία etiā Epicharmus ita vsurpauit, vt docebimus [infra capite huius libri 19.] libro autem 8. leges in Eubuli versu ἰδίων φλυαρίας, eodem sensu. Posterior hæc interpretatio poëtæ menti conuenientior est, ac verior. Timocles *in Annulo*, γαλεὺς καὶ βατίδας, ὅσα τε τῶν ζῴων ἐν ὀξυλιπάρῳ τρίμματι σκευάζεται. vide etiam cap. sequenti. Septimo versu scribe metri causa, χλόην, κύμινον, ἅλας, ὕδωρ, ἐλάδιον. In 14. περίβαλον malim quam περίλαβον. etsi ferri potest, vt in tricesimo παρέλαβον. 24. Ἐμολυν ἀλεύρῳ ταῦτα τινί. vnâ dictione est imminutus. Scrib. Ἐμ. ἀλ. ταῦτα πάντα τινί. vel πάντα. In 24. non ἤλησα, probat lex metrica: sed ἤλυσα, quod idem est. Ille opsonator qui ait in Archedici versibus, emisse se δραχμῆς τραχήλους, ceruices congrorum intelligit, vel aliorum piscium, aut conchyliorum, de quibus libro 3. Sequitur deinde iocus eiusdem in voce τράχηλος, nonnihil obscurus.

— ἀλλὰ νὴ τὸν Ἥλιον
κἀμοὶ τράχηλον ἕτερον εἴ ποτε λαβεῖν
Ἦν, καὶ πριάσθαι δυνατὸν ὃν ἔχω τοῦτον ἂν
Πρὶν εἰσενεγκεῖν ταῦτα δεῦρ' ἀπηγξάμην.

Malim καὶ πριάσθαι δυνατὸν ὃν ἔχω τοῦτον λῦν. Si posset, inquit, fieri, vt aliud collum alicunde mihi pararem, & istud meum emptorem reperiret, priusquam istos quos emi τραχήλους intrò ferrē, vnam de me literam longam facerem. Paratus erat videlicet, vitam ponere, modò trachelos quos emerat posset edere, aut luculentioribus mutare, (non enim satis hîc aperit animi sui mentem) & postea vitam recipere.

CAPVT XII.

Γαλεός, catella. ῥίνη, squallus. ναλιδανός. *Cibi mēsis illati strepente symphonia. De Theseo & Tlepolemo obscura historia.* ἀδικία *pro impudicitia. glauci caput.* περιβατεύς, *pastor. Antiphanis* Pastor. *Antiphanis* Cyclops. Theoclytus *&* Theocles *poëta.* Ialysus Posis. *Glaucus marinus Deus. Nicandri* Ἑτεροιούμενα. Hedylus *poeta.*

ΓΑΛΕΟΣ Glossarium vetus, Γαλεὸς ἰχθύς, *catella*, non probo rescribi *mustela*, nam etiam in altero Glossario ita scriptum. Vt à γαλῆ suum γαλεὸν fecére Græci: sic Latini à *catus, catella.* In eodem libro *squallus* est ῥίνη. Scribe statim τὴν ἀλωπεκίαν, non τήν. Etsi autem non nesciebamus quæ recitantur mox ex Aristotele, neque in libris de partibus (qui non plures sunt quatuor) extare hodie, neque in Historiis; restituimus tamen etiam hîc omnium veterum exemplarium scripturam, & fecimus, Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζῴων μορίων: qua de re capite 9. diximus. ναλιδανὸς vocabulum eâdem formâ factum est, quâ ἠπεδανός, πιδακιδανός, βρυκεδανός, & alia, in quibus omnibus τὸ δανός, formationi tantùm seruiens nihil significat. Quod sequitur de acipensere, notum ex Macrobio omnibus. Etiam in Arbitri Satyrico cibi mensis inferuntur strepente symphoniâ. Ait dipnosophista Lyncei Samij verbis, Καὶ γὰρ τὸν Θησέα γεγονότα καλὸν ὑπολαμβάνω τοῦ Τληπολέμου τὴν ἰχθὺν τοῦτον αὐτῷ παρασχόντος παρῃτῆσθαι. Auctoritate Thesei, viri magni, probare instituit Lynceus, rectum Archestrati consilium esse, qui amico suadet vt Galeum Rhodium iniquâ vi rapiat, si aliâ ratione parare eum sibi non potest. Id consilij placere sibi indicauit iam Lynceus, cùm diceret, δικαίως παρακελεύεται. nunc ait etiam Theseum fecisse idem, cùm Tlepolemo piscem eripuit, quem precibus ab eo extorquere non poterat. Historia quam respicit Lynceus, neque Plutarcho in vita Thesei, neque veterum cuiquam, eorum qui ad nos peruenerunt, narrata est, quod equidem meminerim. Quare certi aliquid de huius loci emendatione velle pronuntiare, hominis sit, qui non meminerit se hominem. Ἀμαθία τὸ πλεῖον μέρος ἐν βροτοῖσιν, aiebat olim sapiens: quod cùm aliàs verum experimur, tum vel maximè, quoties veterum scriptorum monumenta seriò tractamus. Vtrumque vulnus obligaueris, si scribas, ὡς τοῦ Τληπολέμου τὴν ἰχθὺν τοῦτον αὐτῷ οὐ παρασχόντος, παρασχών, vel παρασχεῖν ἠνάγκασε. id est, *nam & Theseum*, inquit Lynceus, *puto fuisse virum probum, qui Tlepolemum, cùm dare sibi hunc piscem recusaret, vt compulit vt faceret.* Sunt qui putent innui his verbis, Theseū emisse galeum à Tlepolemo pudicitiæ suæ iacturâ: non malè eò traxeris superiora illa Lyncei, τῇ ἀδικίᾳ κτήσασθαι τὴν ὀψοφαγίαν. nam & flagitiū ἀδικία est, vt virtus omnis iustitia. Ità legendum fuerit, ἑαυτὸν παρασχηκέναι. GLAVCI piscis maximè expeti caput, probat dipnosophista aliquot veterum comicorum testimonio. Id ipsum confirmat, παροιμιῶδες istud apud Antiphanem, *difficiliùs cepta deserā, quā Callimedon glauci caput.* Ἧττον τ', ait ἀποσταίην ἂν ὧν προειλόμην, ἢ Καλλιμέδων γλαύκου προοῖτ' ἂν κρανίον. Corrupta est postrema vox in hoc Archestrati hemistichio: σεμ-

νοῖς

νοῦν γὰρ ἁλίσκεται ἐν τεναγισμοῖς. Lege, τετάγισαι. & σεμνὸς præſtat quàm σεμνοῖς. item, Ἀντιφάνης δ' ἐν Προβατεῖ, in *Paſtore ouium*. προβατεὺς, idem ac ποιμήν. Tertio verſu ex eiuſdem Philotide, ſcribunt omnes veteres, atque etiam Epit. — τὸ γαλεὸν ἐνυποτρίμματι. ζέσας. τὸ δ' ἐγχέλιον, &c. vt vox vnica ſit ἐνυποτρίμματιζέσας, metri ſolùm cauſſa dialyſim paſſa. Galeum piſcem, aut illius partes extremas, intrito quarundam herbarum ſolitas condiri, dicebamus capite ſuperiore. Scribebamus ex coniectura: ἐν ὑποτρίμματι ζέσαι. In his libris & ζεῖν & ἀποζεῖν, non ſolùm pro feruere & coquere, ſed etiam pro facere coquere. Antiphanis *Cyclopem* laudat & Iulius Pollux libro ſeptimo & nono: in eius verbis ſcribunt docti, pro ψῆττας κίχλη, quod interpretari n. n eſt, ψῆττα, κίχλη. nec video quicquam melius. Nauſicratis de glauco piſce verſus integri non ſunt: ſententiam certè non continent integram. More ſuo Athenæus de glauco piſce agens, occaſione nominis de Glauco marino deo quædam affert. Principio eius ſermonis laudatur Θεόλυτος ὁ Μηθυμναῖος ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσι. alibi citatur *Theoclytus* poëta antiquiſſimus: quem ab iſto alium eſſe non autumo. Itaque mallem hîc quoque Θεόκλυτος ſcribi, vt lib. vndecimo, vbi laudatur & Theocles poëta vetuſtiſſimùs, qui Ithyphallicos fecerat. Ea ſunt iudicio meo, quæ vocantur hîc Βακχικὰ ἔπη. ex quo illud ſequitur Theoclem & Theoclytum eiuſdem poëtæ leuiter immutata nomina eſſe. Glaucum hunc Anthedonium fuiſſe, etiam Strabo memoriæ prodidit. De Promathidæ *Hemiambis*, quærebamus libro primo, capite 18. huius non ſemel vetus Apollonij interpres meminit: etſi aliquando Προμαχίδας, in eius libris inuenies ſcriptum. Non poteſt mendâ carere vox Ἰάλημος in iſtis, ἁρπάσαντα ἢ Σύμην τὴν Ἰαλήμου ἢ Δωτίδος θυγατέρα ἀποπλεῦσαι εἰς τὴν Ἀσίαν, Helleniſmi ratio vocem illam non admittit. Epitome & Euſtath. recitantes hanc hiſtoriam, omittunt iſta verba: interpretes Ἰαλέμου. ego Ἰαλύσου, niſus Hermolai Byzantij auctoritate: qui Symen inſulam, de qua Athenæus loquitur, ita nominatam ſcribit à Syme Ialyſi filia, quæ hæc eſt ipſa. Nihil magis obnoxium errori quàm propria nomina. velut quod ſequitur, Πόσης δ' ὁ Μάγνης. nam meliùs lib. 12. πόσις, Poſis ὑποκοριστικὸν nomen eſt pro Poſidonius. vt *Amphis*, pro Amphiaraus. *Iphis*, pro Iphigenia. Quòd autem mirabilis illa nauis Argonautarum etiam in Etruſcum mare è Ponto deuenerit, non ſolus Poſis credidit. Lege Apollonij Argonauticorum lib. 4. ſed Glaucum in Argonautarum albo neque Orpheus recenſuit, neque Apollonius, nec Valerius Flaccus. Herba illa, cuius eſu dicitur Glaucus mortalitatem mutaſſe immortalitate, hîc non nominatur: ſedum autem fuiſſe, ſiue ἀείζωον, veteres prodiderunt, vt legimus libro vltimo, & apud Iſacium Tzetzem. Conatum doctorum virorum in emendandis proximis verbis, Νίκανδρος δ' ἐν τρίτῳ .... Εὐρωπίας Νηρέως ἐρώμενον τὸν Γλαῦκον ἱστορεῖ φησὶ, non reſpondiſſe voluntati, arguunt Excerpta: in quibus obſeruatur hunc, Glaucum fuiſſe amatum a Nereo, non ab Europa Nereide, vt illi corrigunt. Quare verius eſt quod de voce, Εὐρωπίας ſemper exiſtimauimus: latere ſub illa titulum vnius librorum Nicandri. Poſſis legere, ἐν τρίτῳ Εὐρωπακῶν Νηρέως ἐρ. Sic ſtatim *Æolica* eius poëtæ laudantur: alibi *Oetaica, Colophoniaca* & *Bœotica*. Quia tamen *Europiaca* Nicandri nuſquam nominantur, & turpe eſt ſine lege loqui, ſcribo, ἐν τρίτῳ Ἑτεροιουμένων. cùm enim de Glauci mutatione ſit ſermo: optimè argumento conuenit libri index, *De iis qui mutati ſunt*. Poëma erat ſimile Ouidianæ Metamorphoſi. Eius iterum meminit Athenæus hoc libro, & multos hodiéque verſus inde ſumptos legere eſt apud Antonium Liberalem, & alios. Scribe paulo pòſt, ὑπαγαγεῖν ὑπὸ κρήνῃ τινὶ, non ἀπαγαγεῖν. *Hedylogus* Samius ſiue Athenienſis ſemper alibi in his libris, apud auctores alios *Hedylus* nominatur: neque dubium etiam hîc ſcribi debere, Ἡδύλος, vt in Epitoma. In tertio Hedyli verſu. Τῇ νύμφῃ δυσπιστος ἀθύρματα: lego, δυσπίστῳ, *inexorabili*: aut δύσπιστον, *cuius oratio parum efficax fuerit ad perſuadendum*. quarto caſu, vt ἔχοντα in primo verſu.

CAPVT XIII.

Anguilla marina. παζάνιψις *vox Sicula. De generatione anguillarũ expenſus Athenæi locus, ex Ariſtotele. quomodo in generatione & σῆψις & σῆψις locũ habeãt. Anguillas* ἀπύρηνος *μόνος ἰχθύς. piſces* ἀάκανθοι, *antacæus & huſo.* ἐγχέλεις *&* ἔγχελυς. *Anguillas* ὑποδύτλαιῦν.

ΓΝΑΦΕΥΣ: Huius piſcis & Heſychius meminit: alius veterum, opinor, nemo. ΕΓΧΕΛΥΣ: τῶν θαλασσίων ἐγχέλεων μνημονεύει Ἐπίχαρμος. Anguilla marinus piſcis non eſt, ſed fluuiorum aut lacuum: vnde ſæpe in mare deſcendit, ait philoſophus libro ſexto Hiſtoriarum, cap. 13. Hæ ſunt quas marinas vocabat Epicharmus: quem poëtam, piſcem hunc appellaſſe παζάνιψιν, obſeruat Iulius Pollux: nimirum quòd in patella coqueretur, quæ πατάνη Siculis. Ait, προσόντος γὰρ αὐτῷ τὰ λακιω λαβεῖν τὰ χωρὶς ἢ ἄλφιτα ἢ ἄλιτα. Prima & vltima vox ſunt deprauatæ. Scribe προσθέντος, & ἄλατα, vel ἀλεύρα. Ait ex Ariſtot. verba illius referens ſuper generatione anguillarum, naſci eas ἐν τῷ βορβόρῳ καὶ τῇ ἰλύι σηπομένης γινομένης, καθάπερ. καὶ ἐπὶ τῶν καλουμένων τῆς γῆς ἐντέρων λέγεται. Multa hoc loco, vt ſæpe alibi ex membranis adiecimus. Sunt autem omnia, quæ de anguillarum ortu ex Ariſtotele referuntur, ſumpta de libro Hiſtoriarum ſexto, capite 16. Sed minus rectè expreſſa eſt Athenæo mens philoſopi: qui nunquam dixit generari anguillas, vt generantur quæ vocant terræ inteſtina: ſed ex illis ipſis. Verba eius ſunt, αἱ ἐγχέλυες γίνονται ἐκ τῶν καλουμένων

γῆς

γῆς ἐντέρων ἃ αὐτόματα συνίσταται ἐν τῷ πηλῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ τῇ ἐνίκμῳ· καὶ ἤδη εἰσὶν ὠμμέναι αἱ μὲν ἐκδυόμεναι ἐκ τούτων, αἱ δ' ἐν διακνιζομένοις καὶ διαιρουμένοις γίνονται φανεραί. id est, *nascuntur anguillæ ex lumbricis qui terræ intestina dicuntur. Ij sponte suâ generantur in luto, & madente solo. Iamque visæ sunt anguillæ, aliæ è lumbricis exeuntes: aliæ ijs scissis ac diuisis sunt factæ conspicuæ.* Constat ex his, quo iure, quáve iniuriâ sit positū hîc, τὸ καθάπερ ab Athenæo. At quod in præcedentibus censuerunt doctissimi viri, pro σηψεως γινομένης, legendū esse πεψεως, falsi sunt iudicij: eo decepti, quòd in prioribus editionibus, perturbata & mutilata verba philosophi recitarentur. Athenæus ista illius respicit, καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ ἢ καὶ ἐν τοῖς ποταμοῖς γίνονται ταῦτα, ὅταν ᾖ μάλιστα σῆψις. Cæterùm quomodo in generatione anguillarum & aliorum quæ non fiunt è seminibus, & σῆψις necessaria sit, & πέψις quoque reperiatur, declarat aureus locus diuini philosophi, in libris de prima philosophia: quem non possum quin adscribam. τῶν αὐτομάτως γινομένων, ait, γίνεται οὐδὲν σηπόμενον, ἀλλὰ πεπτόμενον. ἡ δὲ σῆψις, καὶ τὸ σηπτὸν, περίττωμα τοῦ πεφθέντος ἐστὶν· οὐδὲν γὰρ ἐκ παντὸς γίνεται, καθάπερ οὐδ' ἐν τοῖς ὑπὸ τέχνης δημιουργουμένοις· οὐδὲν γὰρ ἂν ἔδει ποιεῖν. νῦν δὲ τὸ μὲν ἡ τέχνη τῶν ἀχρήστων ἀφαιρεῖ, τὸ δ' ἡ φύσις. Subdit Sophista cœnarum, διὸ καὶ Ὅμηρον τῶν ἰχθύων φύσεως χωρίζοντα εἰπεῖν. Sic loquitur, quasi ex Aristotele hæc quoque describeret, non minus quàm præcedentia: hodie in illius libris hæc non legas: sed extabant adhuc seculo Athenæi scripta alia Aristotelis eodem argumento: vnde potuit ea esse mutuatus. De loco vbi optimæ capiuntur anguillæ, extant hi versu Archestrati:

> Ἔγχελυν αἰνῶ μὲν πάσας, πολὺ δ' ἐστὶ κρατίστη
> Ῥηγίῳ ἀντιπέρας πορθμῷ ληφθεῖσα θαλάσσης.
> Ἔνθα σὺ τῶν ἄλλων πάντων μέσσην † ἐθνητῶν
> Ἀρωμα τοῖς τοιόνδε διὰ σόματι πλεονεκτεῖς.

Tertius versus nullo negotio emendari poterat ab interpretibus: πάντων Μεσσήνιε θνητῶν. Per apostrophen alloquitur Messanios Mamertinos, eósque ait πάντων ἄλλων βροτῶν πλεονεκτεῖν, id est felicitate superare cæteros omnes mortales, ob copiam fretensium anguillarum, quæ omnium optimæ. Messanam in Sicilia Rhegium è regione spectare, ne tyrones quidem sunt monendi. Illud potiùs videamus quod de natura anguillarum scribit Archestratus. Ἔγχελυς, ἣ φύσει ἐστὶν ἀπύρηνος μόνος ἰχθύς. Eustathius prolato isto versu notat, ἔνθα ὅρα ὅτι πυρῆνα ἐκεῖνος ἔφη τὴν ἐσώδη ἰχθυηρὰν ἄκανθαν. *Obserua*, inquit, *poetam appellasse eleganter* πυρῆνα, *id est, nucleum, osseã piscium spinã.* Rectè Eustathius, neq; aliter est interpretari eam vocem. Atqui falsum hoc, anguillam esse penitus exossem: nisi de aliqua peculiari eius specie hodie incognita loquebatur poëta. habere enim spinam hunc quoque piscem, & αὐτοψία arguit, & testimonia scriptorum: vt paulò antè Athenæus, de Epicuréo icadista, ἐγχελυς παρατεθείσης, ἐπιβαλὼν ἐψίλωσε τὸ πλευρὸν, ἀγαγὼν εἰς ἄκανθαν. Sed vt hoc Archestrato concedatur, falsum est rursus, solam anguillam ex omni piscium natura carere spinâ: nam & antacæus est ἀνάκανθος, & huso Danubij, qui est alius ab antacæo Pontico. Verùm de husone Germanico facilis responsio: eum enim Archestratus notum non habebat. antacæum non fuisse illi incognitum, dicebamus capite septimo, neque mutamus sententiam: sed leuis erat illa notitia, & vt videtur, nominis potius quàm rei vel naturæ antacæorum. Cùm autem ἔγχελυς dicatur & ἔγχελυς, rectè, non tamem promiscua fuit Atticis harum vocum vsurpatio, vt hoc loco obseruatur. Enarrator autem Aristophanis hanc litem ita dirimit, vt dicat per iota scribere Bœotos: per υ Athenienses: meliùs noster & accuratiùs. Aristophanis *Lemnia* sæpius citantur Polluci 7. Harpocrationi in ἐγκλεῖσαι, & aliis. Eodem titulo plures tragici fabulas ediderunt, vt antè diximus. Testificor autem fidei meæ caussa, isto loco, Ἀριστοτέλης δ' ἐν τοῖς Περὶ ζώων διὰ τῆς ι ἐγχέλεις εἴρηκεν: scribere Huraldinum codicem, ἐν τοῖς Περὶ ζώων μορίων: sicut alibi tot numero locis, de quibus antè diximus sæpius. Quin etiam auctore eodem libro scribi oportuit aliquanto post ΙΠΠΟΥΡΟΙ. Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων. Lepidissimi sunt versus Antiphanis, quibus traducuntur Ægyptij, quòd anguillam pro deo colerent. Sed in quo præcipuè sita elegantia, parum vulgò attendunt: nam cùm ait, πολὺ τῶν θεῶν γάρ ἐστι τιμιωτέρα: ludit in ancipiti vocis τιμιωτέρα, quæ & *carior*, & *honoratior* potest significare. Timoclis versiculos de iisdem ita emendare debes,

> Πῶς ἂν μὲν οὖν σώσειεν ἶβις ἢ κύων;
> Ὅπου γὰρ εἰς τοὺς ὁμολογουμένους θεοὺς
> Ἀσεβοῦντες οὐ διδόασιν εὐθέως δίκην,
> Τίν' αἰλούρου βωμὸς ἐπιτρίψειεν ἄν;

si quis metri causa putet, in secunda vocis αἰλούρου, diphthongi loco alteram tantùm vocalem à poëta vsurpatam, non repugnabo. Multa in hoc genere sibi licere volunt poëtæ contra communem loquendi vsum, vt cùm ἔλοψ dicitur Archestrato, qui vulgò aliis ἔλλοψ. ita fortassè Timocles αἴλυρον vel αἴλουρον appellauit, metro seruiens, quem vulgus αἴλουρον. Anguillas veteres esitabant betæ foliis inuolutas, vt obseruat dipnosophista. Hoc dicebant Athenis ἐγχέλεις ἐντευτλανοῦν. Aristophanes Acharnensibus, —μηδὲ γὰρ θανὼν ποτε Σοῦ χωρὶς εἴην ἐντετευτλανωμένης. Lego non dubitanter, καὶ ἐν Μηδείᾳ,

> Τεῦτλ' ἀμπεχομένης παρθένου Βοιωτίας.
> Κωπαΐδος, ὀνομάζειν γὰρ αἰδοῦμαι θεόν.

librarios pœnituit operæ, & priorem versum duabus vocibus mutilarunt, quia præcedebat similis alius atqui eâ caussa fuit cur iunctim hos duos locos auctor afferret: quia erant simillimi. Vt vulgò scribitur, nescias quò pertineat istud testimonium. Sæpe diximus, nusquam non isto modo peccatum esse: nec moueor quòd idem vitium in membranis & Excerptis.

CAPVT

CAPVT XIV.

Ellopes optimi. erythinus & erythrinus: encrasicholi. hesperi. διὰ δωδεκάτης ἡμέρας. *Aristophanis* Dramata. *deque iis fabulis multa, Ionis* μέγα δρᾶμα. Η᾽ παρὰ *piscis.* λιβίας. elacatena. *Theopompi* Callæschrus. *Hipponium Brutiorum* πολλὴ γενική. *claues* καλυπταὶ & ὀπαί.

Ἔλλοψ. περιέργεται μέν τινα περὶ αὐτοῦ. Respicit disputationem de sacro pisce. Ab Archestrati iudicio, qui pronuntiat τὸν δ᾽ ἔλοπ᾽ ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἐνὶ κλειναῖς, τόν γε κρατιστεύοντα: dissentit Varro in libris de re rustica, vbi ellopem ad Rhodum omnibus anteponit. Sententia autem fuit Archestrati, omnes ellopes in Syracusano mari nasci: inde vagari per alia maria: sed quò longiùs abeant, eò fieri graciliores, magísque indurari, & natiui saporis gratiam amittere. Hic est sensus istorum versuum: —οὗτος γὰρ αὖ ἐστὶν ἐκεῖθεν

Τὴν ἀρχὴν γεγονώς, κἂν ἢ περὶ νήσους †
Η᾽ περὶ τὴν ἄλλην ποτ᾽ ἀλῷ γῆν, ἢ περὶ Κρήτην
Λεπτὸς ἢ στερεὸς, ἢ κυματοπλὴξ ἀφικνεῖται.

in quacunque tandem ora capiatur ellops, ait poëta, scito natum esse in eo mari quod Syracusas alluit. Versum qui imperfectus est, exple ac scribe: κἂν τῇ Ἀσίᾳ ἢ περὶ νήσους. ΕΡΥΘΡΙΝΟΣ. Semper Eustathius ἐρυθῖνος: & ita Hesychius in ea voce, Κυρηναῖοι δὲ σύκην τὸν ἐρύθρινον καλοῦσι. certissimum est ex libri huius fine scribi debere, κ. δὲ ὕκην. paulò tamen aliter Hesychius, ὗκος, ἐρυθρῖνος. in Excerptis deprauatissimè, σύκην. ΕΓΚΡΑΣΙΧΟΛΟΙ. apuarum genus, & vt placet doctis, *Anchoia* Insubrium ac Massiliensium: caput his ingratum & subamarum: ideóque præcidi solitum: ex eo nomen, ὅτι ἐν τῇ κεφαλῇ ἔχουσι τὴν χολήν, inquit Etymologus. Lege Ælianum libro 8. cap. 18.

Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ ζωϊκῶν. Videtur esse is commentarius, quem alibi vocat. Ζωϊκόν.

ΕΨΗΤΟΣ. ἐστὶ τῶν λεπτῶν ἰχθυδίων. Excerpta, ἐπὶ τῶν λεπτῶν ἰχθυδίων. diuerso sensu: nostra enim lectio hepsetorum facit peculiare quoddam genus: altera, nomen hoc vsurpari de minutis pisciculis, nullo generis discrimine: atque hoc verius.

ὦ Χάριτες αἷς μέλουσιν ἑψητοί. Sententia claudit: sed lego, αἷς μέλουσιν ἑψητοί. *ô gratiæ, quibus curæ sunt hepsets!* hoc est, ô hepsetos gratissimos. Sic apud Pindarum, Εὐθυμίᾳ μέλων εἴη. pro *vtinam sim* εὔθυμος. vide libro quinto, cap. quarto. Εὔβουλος ἐν Προσουσίᾳ ἢ Κύκνῳ. Mendam video, emendationem non video: nisi est, ἐν Πρυσίᾳ, ἢ Κ. quod leuiter tamen placet. Διὰ δωδεκάτης ἑψόμενον ἡμέρας ἴδῃ. Vltima vox separari non debuit: sed debuit emendari. Nam scribendum διὰ δωδεκάτης ἑψόμενον ἡμέρας ἴδῃ. & ita MSS. Verte, *contentus si vel hepsetum vnum coqui videat betis inuolutum. post 12. dierum abstinentiam.* Voculã διὰ, accipe vt exposuimus in simili loco lib. 2. c. 15. Τὰ γὰρ καλὰ πάντα Δαιδάλου καλοῦσιν ἔργα. Habeo incertum, sintne hæc verba Athenæi an Alexidis. Tum ita fuerint versus concipiendi,

—καὶ γὰρ ἑψητῶν τινὰς
παρῆσαν ἡμῖν δαιδάλοι τινές. Τὰ καλὰ γὰρ
ἅπαντα Δαιδάλου καλοῦσιν ἔργα νῦν.

Ἀριστοφάνης Δράμασιν ἢ Νιόβῃ. Non iniuriâ suspicetur aliquis scribendum, Ἀρ. ἐν δράματι Νιόβῃ. Sic enim loquuntur actores sæpe. nihil tamen hîc mutandum: sed illud potiùs etiam & etiam obseruandum, olim fabulas quasdam Aristophanéas, aut quæ Aristophani tribuebantur à multis, præter proprium sibi titulum, communi nomine Δράματα fuisse à criticis inscriptas. Ex istis est *Niobe*, quam non hoc solùm titulo veteres laudant, sed vt hîc, Δράματα ἢ Νιόβη. Præter Athenæum scribit Pollux lib. 10. cap. 48. ὁ μὲν τι τὰς πλινθίους ἔπλαττον, πλινθεῖον καλεῖ ἐν Δράμασιν ἢ Νιόβῃ Ἀριστοφάνης. & cap. 26. σαφέστερον δ᾽ ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν ἢ Νιόβη, ἀλλ᾽ ὥσπερ λύχνος, ὁμοιότατα κάθευδε ἐπὶ τοῦ λυχνιδίου. Sic libro decimo capite trigesimo octauo. καὶ ἔτι τοὔνομα ἐν τοῖς Ἀριστοφάνους Δράμασιν Ἡνιόχῳ. nam scribendum hîc quoque Δράμασιν ἢ Νιόβῃ. *Heniochum* enim, (quo titulo fabulam docuit Menander) nemo veterum attribuit Aristophani. Dramatum fuit etiam alia item comœdia Aristophanis, *Centaurus*, aut *Centauri*. Pollux libro 7. cap. 5. τῶν δὲ περὶ ἀγροτικῶν ἀθρόα ἐστὶν ἐν Ἀριστοφάνους Δράμασιν ἢ Κενταύροις. idē libro nono. Ἀριστοφάνης μὲν ἐν ἐν Δράμασιν, ἢ ἐν (malim abesse ἐν) Κενταύρῳ ἔφη, ἐν κωμῃτίοις καπήλοις ἐπιχάρτει. iterum; Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ, λίθος ἐπικαταλαντος. libro 10. cap. 22. Ἀριστοφάνης γοῦν ἐν Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ, ἐκκεκορημένος (fortè, ἐκκεκορημένος) τοὺς πυέλους ᾔσθημαι. capite 42. οἱ ἀναβαθμοὶ τῆς κλίμακος. κλιματῆρες (vel κλιμακτῆρες) ὡς Ἀριστοφάνης Δράμασιν ἢ Κενταύρῳ. cap. 48. Ἀριστοφάνης ἐν Κενταύρῳ ἢ Δράμασιν εἰπόντος, Ἀλλ᾽ εἰς κάδδον τινὰ λαβὼν ὑγρὰ. Quemadmodum autem alias binomines fabulas altero solùm nomine scriptores interdum nominant: sic etiam istas. Nam Athenæus libro 14. Aristophanem laudat ἐν Κενταύρῳ: illam ipsam dubio procul comœdiam intelligens, de qua diximus. Sed hoc minùs est mirum: illud miror, citari nonnunquam eum poëtam ἐν Δράμασιν, sine vlla adiectione: vt hærere necesse sit lectorem, quia plures fabulæ eo nomine possunt intelligi. Sic tamen Athenæus lib. vndecimo. Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι λέγων, πάντες δ᾽ ἔνδον πίνοντες χρυσοῦται. & libro 15. sub finem Ἀριστοφάνης ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι, Δράματα. sic enim eũ locum emendamus, Hesychius, Βέρσαι τὴν πόλιν Ἀθηνῶν Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι παίζων ἔφη. vbi perperam hodie editur, ἐν Ἀράμασι: Porrò quid caussæ fuerit, cur hæ comœdiæ generalem δραμάτων appellationem sibi vindicarint: diuinare difficile est. Suspicor tamen non à poëta esse illas ita nominatas: sed à criticis, qui Aristophanis fabulas recensuerant, & didascalias illarum conscripserant. Olim inter Aristophanéas quatuor fabulæ

bulæ fuerunt *Niobe*, *Centaurus*, *Insulæ*, *Poësis*: de quarũ auctore criticis non cõstabat. Ex istis videtur vnũ corpus esse cõfectum, eique inditum nomen ΔΡΑΜΑΤΑ. At quoniam verè Aristophaneis solitæ adiungi, atque vnà compingi etiam istæ: obtinuit, vt sic laudarentur, quemadmodum antè docuimus. Hæc nostra coniectura est: qui probabilius aliquid excogitauerit, eum vatem perhibebimus optimum. Inuenies non dissimili titulo laudari antiquis vnam ex Ionis tragici fabulis. μέγα δρᾶμα enim nominatur, & quidem sine alia designatione. Pollux lib. 10. cap. 48. ἢ νάρθηκα δ᾽ ἂν εἴποις, Ἴων ὁ ἐν τῷ μεγάλῳ δράματι εἰπόντος, ψαφαρὸν νάρθηκα. Hesychius, ὀνοβαζομένη, πορευομένη. Ἴων μεγάλῳ δράματι.

Μισαιόρου Περινθία. Meminit huius in Andriæ prologo Terentius: item Pollux initio x. & non semel Harpocration. Ποσειδίππου Ἀποκλειομένη. Pollux l. 10. cap. 24. τὸ ῥῆμα τὸ τηγανίζειν ἐστὶν ἐν Ἀποκλειομένῃ Ποσειδίππου.

ΗΠΑΤΟΣ ἢ ΛΕΒΙΑΣ. Prius nomen aut figuræ aut coloris similitudinem indicat, posterius quam vim habeat cogitandum amplius: etiam de istis, quæ in Hesychij Glossis leguntur, λεβίαι, τὰ λεπίδας ἔχοντα τὰ ῥύγχη. καὶ ἰχθῦς λιμναῖοι. puto scribendum, λεβίαι. & τὰ ῥάχη, non τὰ ῥύγχη. ἔχων καρδίαν τρίγωνον, λευκήν. Penè assentior eruditissimo Rondeletio, qui graues rationes affert, cur legendum censeat, καρδίαν τρίγωνον, ἧπαρ λευκόν. non possum tamen illius coniecturam librorum auctoritate confirmare. Membranæ omnes stant ab edita lectione: quam etiam firmat aliquo modo similis locus eiusdem Aristotelis, etsi de alio pisce: καρδίαν ἔχων λευκὴν καὶ πλατεῖαν. infrà de citharo In excerptis hoc tantùm, ἔχων καρδίαν λευκήν. Archestrati versum Καὶ λεβίαν ὄψει ἧπαρ ἐν περικλύτῳ, lege cum Gesnero, Καὶ λεβίαν λαβὲ, τὸ φασιν ἧπατον. nisi malis, Καὶ λεβίαν γε λαβεῖν, τὸν χ᾽ ἧπατον. [Vel potiùs, vt adnotauerat magnus Scaliger ad hunc locum: Καὶ λεβίαν ἂν ἴσχε τ᾽ ὃ]

ΗΛΑΚΑΤΗΝΕΣ. Nullum dubium est, elacatenam piscem ex eo nomen inuenisse quòd ἠλακάτην, id est: *muliebrem colum* similitudine aliquâ referat: quam etiam ob caussam & ἠλακάτη & ἄτρακτος, ad alia nonnulla transferuntur.

Μενάνδρου Κόλωσι. nihil hæc vox significat, Dalec. Κολωνοῖς. Malim Κόλαξι. certum enim editos à Menandro Κόλακας. ΘΥΝΝΟΣ. Pura puta vox est Hebræa תנין *thannin*. illis quidem cetus omnis: at Græcis & Latinis certum genus cetorum. Non enim orcynos solùm (de quo genere thynnorum Archestrati, ὃν καλοῦσιν Ὄρκυνον. ἄλλοι δ᾽ αὖ κῆτος:) sed in totum omnes thynnos quidam è veteribus inter cete retulerunt, ob vastam corporis molem, ait Ælianus, de animalibus lib. 13. cap. 16. Vt desinant nugari, qui Græcam originem nomini huic affingunt: in queis est etiam Athenæus.

φαλδὴν δ᾽ ὁ θυννὸς κἄτι πολυαίματος ὤν. Hæc est omnium veterum γραφή, non πολυκύματος. ἃ πέπτῃ ταχέως καὶ μητέρα τιμῆς. Pridem corruptus locus: nam auctor Epit. hæc prætermisit. Forte, — τοῦτο δ᾽ ἤδη θεοῖς χρὴ ὀψωνεῖν ἃ πεπτῇ ταχέως, καὶ μὴ τεθυμμένον. vel si diis paranda sit cœna, emendus orcynus, & quidem citò ac sine cunctatione quanti fuerit indicatus.

Ἔστι δὲ γενναῖος Βυζάντιος ἐντὲ Καρύστῳ. Malim Βυζάντιος κέφαλοι δὲ τ᾽ ἀμείνους. Omitto aliorum sententias; quarum nullam possum probare. Lego sic, — Κεφαλοιδὶς ἀμείνους Πολλῷ τῶνδε τρέφει θύννους καὶ Τυνδαρὶς ἀκτή. In eadem ora vbi Tyndaris, etiam Cephalœdis fuit, vt nominatur id oppidum Plinio ac Ptolemæo: nam Strabo vocat Cephalœdium.

Ἂν δέ ποτ᾽ Ἰταλίας ἱερᾶς Ἱππώνιον ἔλθῃς † Ἐρπετοῦ εἰς ὕδατος στεφανὰς. Cuius primùm in mentem Dalecampio venit æstuanti hoc loco, id secutus videtur, cum verteret, *Aut aquarum Metauri fluuij ostia*. Duo nobis proposita in similium locorum emendatione semper esse debent: sententiæ veritas, & antiquæ lectionis vestigia: aberrare ab altero istorum nefas, si coniecturis, si φιλοπονίᾳ verum licet tangere: ab altero non est fas temerè. Videmur vtrumque in corruptissimi huius loci restitutione præstitisse. Legimus enim Βρεττίων ὑδατοστεφῶν. Hipponium de quo loquitur Archestratus Βρεττίων, id est, Brutiorum oppidum fuit, vt scribit Stephanus, ad mare situm. Lycophron Cassandra.

—ἔνθα Λαμπέτης
Ἱππωνίου πρηὼν ἐς Τηθύος κέρας
Σκληρὸν νένευκε.

Ideò Archestratus Hipponiatas Brutios appellat ὑδατοστεφεῖς. etsi propriè non nisi insulis ea vox conuenit. ἢ Θεοδωρίδας δέ φησιν. Hic est Theodoridas, Syracusanus poëta dithyrambicus, cuius *Centauros* laudat noster lib. 5. extremo. De hoc etiam loquitur Pollux lib. 10. cap. 50. sed malè ibi editur Θεοδωρίτας. Lege igitur, Θεοδωρίδας Ἥφαιστον ἔφη φυσητῆρσι μολγίνοις χρῆσθαι. id est, *Theodoridas dixit Vulcanum pro follibus vti cory bubuli vtribus.* φησὶν ὅτι βάλανοι εἰσὶ καλὰ βάθος ἐν τ. Eadem & Strabo libro tertio ex eodem fonte. ἀκροκώλιον βραχὺ ἧς ὑόν. Dalec. *ò fili*. Imo verò legendum ὕειον aut ὕειν. pedes porcinos intelligit, aut simile quid. Vocem ἀκροκώλιον exposuimus lib. 3. cap. 15. Deinde scribe, Ταῦθ᾽ οἱ πένητες. & ας οὐδὲ μάκαρας ὑπερεράν εἰμαι θεὰς. Θεόπομπος ἐν Καλλαίσχρῳ. Meminit Pollux l. 9. sed locus ibi deprauatus, ita restituatur, τὰ δὲ γαστρὸς ἄξια, γαστρισμαρία φαίης ἄν, ὡς Θεόπομπος ἐν Καλλαίσχρῳ, οὗ φησιν εἶναι τὰ ἐξαιρούμενα μέσας γαστρισμαρίας. Notabis typum nominum in ιδιος pro ιαιος: qua de re plura alibi notamus. Τηγάνει ἐλθοῦσα Ποσειδῶν ἀπολέσαι. Suspecta vox ἐλθών. & ἀπολέσαι, *perdat*; omnino, non ἀπολέσαι. est inprecantis oratio.

Ταῦτα δ᾽ τεχνικῶς ἐνδιασκευάζεται Πλευρὰν μετ᾽ αὐτῶν. Malim γυνικὴν. πλευρὰ γυνική, *latus vngrāde* suis putà, aut alius victimæ. sic γυνικὸν κρέας, apud Aristoph. vt dictum est in superioribus Etiam de

phryctis, quorum mox Alexis meminit, libro ſexto ſatis. οὗτος πρότερον κεφαλὴν εἰ λάβοι θύννου. Metro conſulamus, ſi ſententiæ minùs licet: οὗτος ἢ κεφαλὴν πρότερον εἰ θύννου λάβοι. & ſequente verſu, ἐνόμιζεν cum Epit. non ἐνόμιζον. In Ariſtophontis verſibus ex Pirithoo, iocus eſt lepidus in voce κλεῖδες: quæ & fruſtum aliquod thynni ſignificat, & quod omnes ſciunt, claues. Porrò Græcis veteribus duo clauium genera erant in vſu: communium, & Laconicarum: quæ etiam καλυπταὶ dicebantur, vt ſcribunt poëtæ interpretes ad illa verba, πυκινὰς ἢ θύρας σταθμοῖσιν ἐπῆρσι. Multa nos alibi de clauibus veterum, ad lucem auctorum antiquorum. Oppoſitum καλυπτῇ ſiue *occulti*, eſt τὸ ὀπτὸν, *quod cerni poteſt*. nam ὀπτὸν vtrumque ſignificat, & *aſſatum*, & *viſibile*. Vide libro ſequente, capite quarto. Ex his intelliguntur lepidiſſimi verſiculi Ariſtophontis.

A. Καὶ μὴν διέφθαρταί γε τοὔψον παντελῶς.
Κλεῖδες μὲν ὀπταὶ δύο παρεσκευασμέναι.
B. Αἷς τὰς θύρας κλείουσι; A. θύννου μὲν οὔν.
B. Σεμνὸν τὸ βρῶμα. A. καὶ τρίτη Λακωνική.

Falſus eſt Dalecampius, qui penultimam vocem emendabat, ſcribebátque τρίγλη λακ. Nam vt diximus clauis Laconica, alio nomine καλυπτὴ appellata, opponitur ταῖς δυσὶν ὀπταῖς.

CAPVT XV.

ἀθὴρ & ἀφαρεύς. Locus Ariſtotelis variè lectus iã olim. piſces ἐκτοπιστικοί. κίμβιξ & κίμμιξ. Antiphanis Aceſtria, *&* Ruſticus *ſiue* Butalion. *ἵππουρος & ἴκκουρος piſcis. δενδρίτης, idẽ quibuſdã. δονης. ὕκκης. inludes. ἔντερα γῆς. κρίμνος & χρόμιος. Archeſtrati locus obſcurus. πλεκτὸν ὕφασμα χοίνου. δοτὴν ψηφῖς. δωρήματα ἀρθέρων μηλείων.*

TON ὄρκυνόν φησι λέγειν τοὺς Ἀττικούς. Vir doctus, τὸν θύννον ὄρκυνον φησὶ λ. neque video quæ ſit ſententia editæ lectionis, licèt non aliter in M S S. πῶς ἔχειν ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον, ὃ καλεῖται ἀθέρα. Scimus & nos apud Ariſtotelem Hiſtoriarum lib. 2. cap. 9. legi ἀφαρέα, non autem ἀθέρα: confirmante etiam Heſychio, cuius verba ἀφαρεὺς, τοῦ θήλεος θύννου τὸ ὑπὸ τῇ γαστρὶ πτερύγιον. nihilominus tamen ſtabilitam conſenſu omnium exemplarium lectionem repudiare non potuimus: cùm accederet præſertim Breuiatoris auctoritas, qui diſertè ſcribit ἀθέρα. Non igitur ſcripſiſſe aliter Athenæum: ſed in Ariſtotele aliter legiſſe exiſtimamus. Sanè vox ἀθὴρ, non ineptè pinnulam de qua loquitur philoſophus, ſignificauerit: quò faciliùs veræ lectionis ſubdititi hæc loci inuaſit & occupauit. Scripſimus etiam auctoribus libris omnibus, ἐν ἢ τῷ περὶ ζώων μορίων, cum Epitoma: licèt non neſciremus locum indicari qui extat Hiſtoriarum lib. 5. cap. 11. In Cratini verbis ſubiectis, duo inſunt integri ſenarij iambici. Rurſus ex Ariſtotelis de piſcibus, citantur hæc, ἀγελαῖον ἢ ἐκτοπιστικὸν εἶναι τὴν θυννίδα. etſi liber ille ad nos non peruénit, agnoſcet tamen philoſophi verbum qui fuerit in illius ſcriptis paulò verſatior. Nam initio Hiſtoriarum, inter cæteras animalium differentias hæc ponitur, καὶ τὰ μὲν ἐπιδημητικὰ ἢ τὰ ἀγελαῖα καὶ τὰ μοναδικὰ. τὰ ἢ ἐκτοπιστικά. Ἀρχίππος δ᾽ ὁ κίμμιξ φησί. pro κίμβιξ. littera β & μ paſſim permutantur. Notum quis dicatur κιμβὶξ apud Ariſtot. in Ethicis, qui vitium hoc inter ſpecies ἀνελευθερίας ſtatuit. Aliter paulò hic vſurpatur de Archeſtrato, qui in rebus nihili tantum ſtudij poſuit. grammatici explicant ῥυπαρὸς καὶ μικρολόγος. In epit. ſcriptum ὁ κύμβιος. nec multò aliter Heſychius, κύμβινον, ait, ἐπὶ μικρολογοῦ ἐπαπτίον. Κἂν ξηρὰν ἴδῃς ἐσθίειν γυναῖκα πίλουται. Scribendum γυναῖκα πελονται, vt dicebamus in Lectionibus Theocriteis: ita legit Euſtathius quoque. De ſequentibus Antiphanis verbis è *Paderaſte*, iambicos ſenarios nullo negotio confeceris. Scribe deinde, & diſtingue ſic,

—ὁ μὲν ἀγρῷ τρεφόμενος
Ὄψον θαλάττιον οὔτε εἶδεν ἐσθίει.
Πλὴν τῶν παρὰ γῆν. γογγρόν τιν᾽ ἢ νάρκην τιν᾽, ἢ
Θυννίδα τὰ πρὸς τῇ ποίᾳ τὰ κάτωθεν λέγω.
Τούτους φάγοις ἄν; τοὺς γὰρ ἄλλους νενόμικα
Ἀνθρωποφάγους ἰχθῦς. τάδε ἢ μοι ἐσθίεις;
Ταυτὶ κακόνω τί ποῖα; Κωπαΐδας λέγεις.

Aceſtria, & *Ruſticus ſiue Butalion*, duo ſunt eiuſdem poëtæ dramata, in quorum vtroque nonnullos ſuperiorum iambicorum ſuo iure Antiphanes vſurpauerat. Hoc voluit Athenæus, non quod fingunt interpretes. Ἀκεσαι, eſt laceras veſtes ſarcire: inde ἀκεστρία. Aceſtriæ Antiphanis mentio eſt etiam lib. 9. & lib. 13. Pollux lib. 4. cap. 19. Ἀκεστρίας inſcribit. Alterius fabulæ multa in his libris mentio: nominat Pollux lib. 6. ΙΠΠΟΥΡΟΙ. Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων. In exaratis manu liquidò ſcriptum offendimus, ἐν δευτέρῳ ζώων μορίων. obſtinato librorum omnium & epit. conſenſu. Locus eſt Hiſtoriarum lib. 5. cap. 10. *Hippurum* alij videntur appellaſſe ἴκκουρον. nam ita Heſychius. de ratione huius appellationis eruditè Geſnerus: ſed non ſpondebo tibi veris notis deprehenſum eſſe dum noſtris hominibus veterum hippurum.

διὸ ἢ δενδρίτην ὀνομάζεται. Falſum eſt quod ex hoc loco perſuaſerunt ſibi eruditiſſimi homines: hippurum piſcem alio nomine δενδρίτην vulgò olim eſſe appellatum. Impoſuit eorum diligentiæ menda loci huius: nam pro ὀνομάζεται ſcribendum ὀνομάζει αὐτόν. Breuiator, καλεῖ αὐτόν. Verum eſt, hippurum dici Numenio δενδρίτην. at illud falſum, dicere poëtam ſic eum vulgò nominari. Audiamus Numenium, ἢ μέγαν συνόδοντα, ἢ δενδρίτην ἵππουρον.

Ἄλλως τ᾽ εὔοψον σφόδρα χωρίον ἐστὶ Κάρυστος. *& aliàs piſcoſus admodum locus eſt Caryſtus*, Parcant nobis docti viri manes: ſed profectò & legere vt illi placitum, & interpretari vt ab eo factum, φωτὸς οὐ σοφοῦ αὐτὸ βούλα, quod dixit olim ſapiens: vide caput ſecundum. Sic Strabo libro quarto, ὀστρακια δ᾽ ἐχει πάμπολλα. καὶ ἄλλως εὔοψοι.

ἀσφᾶ. *abundat ostreis & in vniuersum piscibus.*

ἢ σκάρον, ἢ κώθων προφίλω, ἢ ἀναιδέα λείλω.

Aliquanto pòst, vbi iterum hic versus, scriptum, ἢ ἀιαιδέα δείλω. Siue λείλω probes, siue δείλω, ob scutum est, de quo piscis genere sentiat Numenius. Dalec. ἀναιδέα vertit *cinædum*, & voces προφίλω ac λείλω sedes suas cogit mutare. Gesnero δειῶς nomen piscis est: quod probare nequeo. non probo item λείλω: nisi est poëtæ licentia, λειν appellantis quem cæteri λειοβάτην. Locus videtur corruptus, hoc aut simili modo restituendus, ἢ ἀιαιδέα γ' ὑκκλω. Idem Numenius, ἢ σκάρον ἢ υκκας ἀγελαίδας. vel ἢ ἀδώνιδα λέον. exocœti siue adonidis genus esse, cui conueniat optimè epithetum λεῖος, sciunt naturæ periti. χαμύνας πηλίας ἐγχέλιας τε καὶ ἐννυχίην πίτυωον. Hypermeter est hic versus: quare hoc saltem melius in altera lectione quæ habetur sub fine libri, χαμύνας τε πηλίας τε καὶ ἐννυχίην πίτυωον. Viri docti emendarunt variè: nostra coniectura erat, χαμύνας τε, λεβίας τε, καὶ ἐννυχίην [ἀγρώσσων, vt apud Eustathium legitur.] Vocem ἐννυχίην, non ad colorem retulerim: id enim duriusculum: sed ad piscationem nocturnam. ΙΟΥΛΙΔΕΣ. περὶ τούτων Δωρίων ἐν τῷ περὶ ἰχθύων φησὶν ἰουλίδας ἑψεῖν μὲν ἐν ἅλμη, ὀπτᾶν δ' ἐπὶ τηγάνου. Eustathius ὅτι πρὸς ὁμοιότητα μεταφορικὴν καὶ γῆς ἔντερα λέγεται, ὁ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ κείμενος Δωρίων δηλοῖ, λέγων, ἴουλοι κικλήσκοι μέλανες γαμψάγοι, εἰσὶ ἔντερα γαίης. Καὶ ἔστι τὸ ἴουλοι δοκεῖ δὲ ὁ Δωρίων ἔντερα γῆς εἰπεῖν ἰουλίδας οὐ πάντα τὰ ὑπὸ γῆν σκωλήκια μόνους δὲ τοὺς πολυποδας ἰούλους. Rectè obseruat Eustath. non omnes lumbricos (Græci ἔντερα γῆς vocāt) dici ἰούλους: sed eos tantùm qui numero pedum sunt insignes. Nam Athenæi sequentia verba lectorem fallere poterant, cùm ait ἰούλους ὀνομάζει τὰ ἔντερα τῆς γῆς. At veri ἴουλοι sunt πολύποδες, atque vt sic dicam, πολύποδες. Dion Chrysostomus, oratione de seruis, οἱ ἴουλοι μυρίους πόδας ἔχοντες βραδύτατοι εἰσι τῶν ἑρπετῶν. Hoc igitur rectè Eustathius: fallitur tamen cùm Dorioni tribuit quæ sunt Numenij: nam Dorionis præter supra scripta verba, nihil extat neque de iulis, neque de iulidibus. In Numenij secundo versu, scribe, καὶ ἰοβόλον σκολόπενδραν. non ἰοβόρον σκολόπενδρον. In quarto, ἠὲ καὶ ἑρπηλας δολιχήποδας. In Epitom. ἑρπηλάς. æquè obscurè: sed mox item in alio eiusdem poetæ versu ἑρπύλλαι scriptum. In penultimo Ἀμμώδεις κλύζονται ἐπ' ἀκρῃ κύματος ἀγῇ. Lege ἀγῇ. littus vocant poëtæ ἀγὴν, vbi fluctus illisi ἀγνυνται, id est, franguntur: vnde & ἀκταὶ, & ῥηγμῖνες, & θῖνες. Vetus poëta apud grammaticos: πολιῇ δ' ἐπὶ κύματος ἀγῇ τέγξε πόδας.

ΚΡΕΜΥΣ. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Περὶ ζῴων φησὶ τάδε. ἀνόδοντα καὶ λεῖα ὡς ῥαφὶς, καὶ τὰ μὲν λιθοκέφαλα ὡς κρεμύς. Excerpta, λεοκέφαλα ὡς κρ. Prorsus mendosè. Aristoteles Histor. lib. 8, c. 19. μάλιστα δὲ πονοῦσιν ἐν τῷ χειμῶνι οἱ ἔχοντες λίθον ἐν τῇ κεφαλῇ, οἷον χρόμις. cremis & chromis idem. Sequitur de apro pisce ecloga Archestrati obscurior. Quare integrum locum recitabimus. Postquam enim multis versibus nos esset hortatus, vt Ambraciensem aprum compararemus quoquo pretio, subdit:

Τούτου δ' ἔμοις ἐστὶ φαγεῖν θνητοῖσιν ἅπασιν,
Οὐδ' ἐσιδεῖν ὄσσοισιν, ὅσοι μὴ πλεκτὸν ὕφασμα
Σχοίνου ἑλειοτρόφου κοῖλου χερσὶν ἔχοντες
Εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι λογισμῷ,
Ἀρθρων μηλείων ἐπὶ γῆν δωρήματα βάλλων.

Negat poëta piscem hunc, (aprum nempe) ob summam præstantiam ipsius, & pretium par, ab aliis posse emi, quàm ab eo genere hominum quos luculentis versibus describit. Quinam igitur illi homines sunt? Dalecampius piscatores putauit intelligi: nos affirmamus trapezitam & multinumum mensarium. Nimis absurdum est aut dicere aut existimare, optimos & pretij maximi pisces non ab aliis quàm à piscatoribus elitari. Quis nescit genus id hominum non sibi, sed beatioribus maria scrutari? Sed virum doctum deceperunt illa verba; πλεκτὸν ὕφασμα σχοίνου ἑλειοτρόφου: quibus nassam putauit describi: cùm poëta vas intelligat è iunco aut sparto texi solitum, ad maioris pecuniæ summas capiendas. Latini *fiscos* vocant κυρίως. Asconius, *Sporta, sportulla, sportella, nummûm sunt receptacula: & sacci, sacculi, sacelli, & crumena, & vellerea & scortea, & mantica & marsupia. ita fisci, fiscina, fiscella, spartea sunt vtensilia ad maioris summa pecunias capiēdas.* In veteribus Glossis *fiscus* vertitur κύρτος ἁλιευτικός. quia & nassa, & fiscus, in quo pecunia continebatur, viminea opera erant. In tertio horum versuum κοῖλον scribēdum, non κοίλου. Iungendum enim cum ὕφασμα. fisci capacitatem hoc verbo designat. Ait, Εἰώθασι δονεῖν ψήφους αἴθωνι λογισμῷ, id est, qui solent tractare calculos ardente animo: elegantissimum est, δονεῖν ψήφους: agitare sic calculos vt tinniant. hoc nos dicimus in idiotismo nostro, *faire sonner.* par elegantia in illis αἴθωνι λογισμὸς, ad declarandum vehemens studium & ardens argentarij rationes putantis, aut pecuniam sollicitè spectantis metu fraudis: vnde est ortum prouerbium, sicut alibi dicebamus, ἐξετάζειν ἀργυραμοιβικῶς. In fine huius versus ponenda στιγμὴ τελεία. Nam quæ sequuntur: Ἀρθρων μηλείων ἐπὶ γῆν δωρήματα βάλλων, non pendent ex superioribus, sed ex se sunt apta. Ait poëta, eam esse piscis huius præstantiam, vt quando eius copia est, carnes ouinas, agninas & veruecinas (quanquam harum rarior Græcis vsus,) aspernari oporteat. Lego autem βάλλειν, pro βάλλε, *proiicere* aut δεῖ βάλλειν, *oportet humum deiicere.* non aliter legit Breuiator: cuius fides locis plurimis plurimum nos adiuuit. ἄρθρα μηλα quæso quid sunt aliud quàm artus pecudum, quæ μῆλα Græcis dicuntur? Ait autem δωρήματα ἄρθρων μηλείων, vt hoc significet, vel dono datas carnes cedere debere apro pisci impensa maxima comparato.

CAPVT XVI.

Cyclopes, *fabula Calliæ aut Dioclis.* νεόνῃ μαχαί-

κορυφύλις leucisci genus mugilum: χελὼν, χελλὼν & χαλὼν. mugiles σφῆκες siue σφηνεῖς. de voce λαγαρός. δακτυλῶς, mugil. Dioclis poetæ Θαλάττα. Euphronis Αἰσχρά, τερτη Θεσμοφοριαζ. Theopompi Ἡδυχάρης. Ellopes pisces, & μυινδοι. alia multa emendantur & obseruantur.

KΙΘΑΡΟΣ. Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων ἢ περὶ ἰχθύων. Antè in sermone de bocibus, Ἀριστοτέλης. ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ζωϊκῷ ἢ Περὶ ἰχθύων. mihi hic titulus videtur mirus. Pherecratis prima quæ sequuntur verba, imperfectam sententiam habent, & sunt fortasse corrupta. Quod sequitur, Καλλίας δ' ἢ Διοκλῆς, ἢ κύκλωψ ἢ κίθαρος ὀπτός, manifestò corruptum est: quod & Dalecampius vidit, qui vt affecto loco medicinam faceret, pro κύκλωψ emendabat ἔλλοψ. Virum optimum sua μαντικὴ hîc defecit: non enim ita curari debuit istud vulnus, sed hoc modò, Καλλίας ἢ Διοκλῆς ἐν Κύκλωψι, κίθαρος ὀπτός. Libro 12. τοὺς δ' σύμπαντας Ἴωνας ἐπισκώπτων Καλλίας ἢ Διοκλῆς ἐν Κύκλωψι φησί. alibi quoque dramatis huius meminit, ac ferè Calliæ tribuit, omissis illis, ἢ Διοκλῆς. Archestrati versus qui mutilus editus, expleri facilè potest, sic: κίθαρον δ' κελόμαι Εὐθὺς ἐὰν μὴ λευκὸς ἔῃ στερεός τε πέφυκη. vel Ἂν μὴ λευκὸς ἔῃ χροιὰν στερεός τε πεφύκη. Scripsimus νεοθῆγι μαχαίρα, vbi erat perperam νεοθηγεῖ. νεοθὴξ, vt περιθαλὴξ, ζυγαλὴξ. In ΚΟΡΔΑΤΟΣ scribe, καὶ τελευτᾶν ὑπὸ τοῦ ἡλίου αὐαινόμενα. In altero autem Numenii versuum, Κύρυλον ἢ πειρῆνα, ἢ εἰναλίην ἐρπύλλαν. quia πειρὴν nomen piscis non est, assentior eruditis quibus placet, ἢ σφύραιναν. nihil enim video probabilius, Sed iis non assentior qui in istis, μέμνηται δ' ἢ κορδυλίδος, emendant κορυδηλίδος nam etsi ita Numenius in suo versu: non ideò tamen in Athenæi verbis ita scribendum: nam hic quidem vulgò receptâ appellatione vtitur: ille poëticâ, vt legi metricæ consuleret. Scribebam in Numenij versu, ἢ γλαυκὴν κορύδυλιν. sed placet κορύδηλις, eâdem formatione factum nomen ac φύξηλις. In ΚΑΜΜΑΡΟΙ, scribe sic verba Epicharmi, ἐπὶ δ' ποτῆνται βῶκες, &c. Nihil corruptius toto opere quàm Doricorum poëtarum Epicharmi & Sophronis reliquiæ: velut quod statim sequitur Sophronis in ΚΑΡΧΑΡΙΑΙ. θυννοθηρεῖα δ' γαστὴρ ὑμῖν, καρχαρίας ὁ κάπιος ἤσθιε. vbi priora verba non assequor: non enim iuuat multum quod paulo antè dixit auctor, vocem θυννοθήρας extare in Sophrone: hunc fortasse illius locum respiciens: aut alium infrà vbi eadem vox. Posteriora sic sunt scribenda, καρχαρίας ὄκκα τηνος ἤσθιε. *quando ille carcharias comedebat*. Additur, ΚΕΣΤΡΙΤΣ. Ικέσιος φησὶ τῶ δ' καλουμένων λευκίσκων πλειονά ἐστιν εἴδη. Facit leuciscos commune genus mugilum. alij aliter digerunt. In simili loco libri quinti, *glaucisci* nominantur qui hîc leucisci. Nam ait, γλαυκίσκοι, κέφαλοι, κεστρεῖς, μύξινοι, χελῶνες, ὅμοιοί εἰσι κατὰ τὴν προσφοράν. sed vera lectio cùm hic, tum ibi, est λευκίσκος: quod ex Eustathio citante & explicante hunc locum intelligitur. χρήσεις, inquit ille, μυξίνου καὶ ἐν τῷ, λευκίσκων πλείονα εἴδη· κέφαλοι, κεστρεῖς, μύξινοι, χελλῶνες οἱ καὶ βάκχοι· εἶτα δ' τοὺς μυξίνους, ὡς λέγονται ἰδικῶς λευκίσκοι, ὡς ἐν λευκοί, παρὰ τὴν γλαγῶσαν γνῶσιν μυξῶν, ἢ κεῖται παρὰ τῷ Ὀππιανῷ. in vocabulo χελὼν, mira librorum inconstantia: nam si analogiâ quadam dictus hic piscis, ἀπὸ τοῦ χείλους, vera vtique appellatio est, χείλων, quasi *labeonem* dicas: tamen & χελὼν, & χελλὼν & χαλλὼν, scriptum inuenias. Aristoteli chelon & cephalus, duo sunt eiusdem piscis nomina. Cautè accipe sequentia verba, εὔχυλοι δ' εἰσὶ σφόδρα, καὶ οὐ πολυτρόφοι καὶ εὐέκκριτοι: quæ si spectetur orationis series, ad chelones pertineant. Ita fieret ridicula sententia: vt qui ex omnibus leuciscis pessimi sunt, tot elogiis ornentur. Hanc ἀτοπίαν viri docti alius aliter sustulerunt. Sed placet nimis Dalecampij sententia, qui de vniuerso genere leuciscorum hæc accepit. Quæ citantur ex Aristotele, ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, extant Historiarum lib. 5. cap. 11. Sed qui dicitur in nostris exemplaribus semper φεραῖος, in Aristotelicis est περαίας. in vetere Huraldino φαραῖος constanter. Ait, λέγεται δ' καὶ ὅτι τὸ γόνον τῶν κεστρέων οὐδὲν τῶν θηρίων κατεσθίει. Oppianus poëta eximius de mugilibus:

Τοὔνεκα καὶ τιν' ἔχουσι μετ' ἰχθύσι τιμίον αἰδῶ.
Οὐ γάρ τις κείνων νεαρὸν τόκον, οἷά περ ἄλλων,
Σίνεται.

At mugiles adultos vorat lupus, vt paulo pòst ex Aristotele scribitur: item glaucus, vt canit Oppianus in tertio. Athenæus ad mugiles transtulit quod de cephalis dixerat philosophus: cuius verba neque ambigua sunt neque obscura, Historiarum lib. 8. cap. 2. Narratur deinceps genus esse quoddam mugilum, quos vocabant σφηνέας, ὅτι λαγαροὶ καὶ τετράγωνοι. atque hanc lectionem libri confirmant omnes, & hoc ampliùs Glossæ veterum magistrorum. σφηνεύς, inquit Hesychius, ἰχθὺς ποιὸς θαλάττιος. Non defuerunt qui scriberent σφηκέας: vt à σφὴξ denominati sint hi pisces, non à σφήν. Et profectò vel ita scribendum: vel idem significatur vocibus σφηνώδεις, ac σφηκώδεις. Nam vt λαγαροὶ dicuntur hic pisces σφηνεῖς, sic versus quem vulgò grammatici λαγαρὸν nominant, etiam σφηκώδη nuncupant idem: τὸ σφιγγόμενον, vt scribit Eustathius, ἀπὸ δακτύλου εἰς τροχαῖον μὲν, ἀντ' ἐναντίας τῷ προκοιλίῳ qui est substrictus, & quasi coactus in angustius spatium legitimo: sic homines σφηκώδεις & λαγαροὺς, qui concinnâ & expeditâ figurâ sunt corporis, non obesi, neque ventriones. Comici interpres, τοὺς λαγαροὺς τοῖς σώμασιν ἀνθρώπους, καὶ μὴ προκοιλίους σφηκώδεις ἐκάλουν. Opponuntur προκοίλιος & λαγαρὸς, vt obesus & gracilis: neque eo minùs verum: quod dicebamus lib. 3. λαγαρὸν & εὐρυκοίλιον de eodem dici, diuerso nempe respectu. An & mugiles, sphenei, λαγαροί, hic simili de caussa dicãtur ad homines, αὐτοψία sola planum fecerit. [Quod dicebamus, idem

idem significari duabus vocibus σφηνώδις & σφηκώδις, verisimum est: quare etiam apud mathematicos figura scalenorum numerorum promiscuè aut σφηνίσκος, à cunei similitudine, aut σφηκίσκος, à vespis nominatur: nam & vespæ medio corpore substrictæ duos veluti cuneos inuicem oppositos exprimunt, hoc ferè modò, ▷ ◁. Nicomachus Gerasenus lib. 2. de Arithmetica. Τὰ τοιαῦτα στερεὰ σχήματα λέγεται σκαληνὰ ἁπλῶς. ὧν πάντη τὰ διαστήματα ἄνισα ἀλλήλοις ἐστί. τινὲς δὲ αὐτὰ πολυωνύμως σφηνίσκους καλοῦσι. καὶ γὰρ καὶ οἱ σφῆνες ἀνισόπλευροι παντὰχῇ. οἱ τεκτονικοί τε, καὶ οἱ οἰκοδομικοί, καὶ χαλκευτικοὶ, καὶ οἱ τῶν ἄλλων τεχνῶν πλάσσονται, ἀπὸ ὀξυτέρου ἄκρου διαδιδόμενοι ἀρχόμενοι, καὶ ἀεὶ μᾶλλον πλατυνόμενοι ἀνομοίως κατὰ πάντα τὰ διαστήματα. τινὲς δὲ τοὺς αὐτοὺς σφηκίσκους καλοῦσι. τοιοῦτος γὰρ καὶ ὁ τῶν σφηκῶν μάλιστα ὄγκος, ἀποσφιγγόμενος κατὰ μέσον, καὶ τὴν λεχθεῖσαν ὁμοιότητα ἐμφαίνων. Addit eruditus ille auctor, ab eadem mente dictum esse & σφήκωμα, quâ voce Græci multifariam vtuntur.] Lege cum Epit. τὰ δὲ τῶν δακτυλίων, non διδακτυλίων. nam ita modò præcessit. Postea sequuntur versus Anaxilæ, quibus traducitur voracitas Matronis sophistæ. malè enim τὸ Μάτωνα editur pro Μάτρωνα. & Anaxilæ etiam versiculi ita legendi, Τοῦ κεστρέως κατεδήδοκεν τὸ κρανίον Ἀναρπάσας Μάτρων. ἐγὼ δ' ἀπόλλυμαι.. plura de hoc Matrone & isto Anaxilæ loco infrà lib. 8. Malè accipiunt ista, qui scribunt, Διοκλῆς, θαλάττῃ ἄλλεται δ' ὑφ' ἡδονῆς κεστρεύς. meliùs nos, Διοκλῆς Θαλάττῃ. ἄλλ. nam Θάλαττα, titulus vnius comœdiarum Dioclis poëtæ antiquissimi. Suidas de illo, δράματα αὐτοῦ Θάλαττα, Μέλιτται, Ὄνειροι, &c. Debemus eidem grammatico illud etiam, quòd errorem qui in istis paulo pòst latet, deprehendimus. Εὔφρων. αἰσχρὰ μίδας δὲ κεστρεύς ἐστι νῆστις πέπαται. Nam scribendum, Εὔφρων Αἰσχρᾷ. Μίδας δὲ κεστρεύς ἐστιν νῆστις πέπαται. Euphronem comicum *Æschram* fabulam edidisse, probat Suidas ex isto Athenæi loco. Verte ista, μὴ καὶ ἡμεῖς νηστείας ἄγομεν θεσμοφορίων τὴν μέσην, ὅτι δίκην κεστρέων νηστεύομεν; *an & nos Nesteam, medium Thesmophoriorũ diem, celebramus, qui instar mugilum sic ieiunemus?* Thesmophoria multi Græciæ populi agitabant, diuerso dierum numero: nam alibi fuit illud festum dierum nouem, alibi trium, alibi quatuor, vt scimus ex Hesychio in τρίτη Θεσμοφορίων. Athenis, vt videtur tres dies durabant Thesmophoria, non certè quatuor: nam è quatuor diebus nullum propriè appellaueris medium, vt facit Athenæus hoc loco, & Aristophanes quoque in Thesmophoriazusis. Eum diem præcipuâ castimoniâ colebant, & omnis cibi abstinentiâ, & νηστείαν nominabant. Aristophanes, ὥσπερ ἐν Θεσμοφορίοις νηστεύομεν αἰεὶ θυηλῶν. Sequitur. ὑπολαβὼν δὲ Μυρτίλος, καὶ ἐπὶ τ' ἐφεξῆς κατὰ τὸν Θεόπομπον Ἡδυχάρην, κεστρέων νῆστις χορός: meliùs alij libri. ὦ ἐπὶ τ' ἐφ. Integer versus est Theopompi, τὸ ἐπὶ τ' ἐφεξῆς κεστρέων νῆστις χορός. Dalecampius scribit ἡδυχαρής, & iungit cum χορός. mutaturus sententiam si venisset illi tum in mentem, editum à Theopompo drama inscriptum Ἡδυχάρης, cuius etiam lib. 15. facta mentio, & in Laërtij Platone, atque alibi, vt olim in Notis Laërtianis dicebamus. Obseruemus genus loquendi planè poëticum, mugil, ait, animatâ escâ non vescitur, καὶ ἀνελκυσθεὶς δ' οὐ δελεάζεται οὔτε σαρκὶ, οὔτε ἄλλῳ τινὶ ἐμψύχῳ *extractus non inescatur neque carne, neque vllâ re animatâ*, ἀνελκυσθεὶς οὐ δελεάζεται dixit, pro οὐκ ἀνέλκυται δελεασθείς. *non capitur allectus.* ἀνελκύεσθαι piscis dicitur, quando è mari captus extrahitur, & sursum attollitur. Infrà hoc libro, ἀπεστὶ ἀνέλκει ὅσους ἤθελε πολύπους. In Platonis versu de mugilibus, Ἰχθῦς ἄσιτους καὶ τοὺς πονηροὺς ἥγεμοι. scribendum est, vt sit & oratio Græca, & sententia vera, Ἰχθῦς ἀσίτους κ' οὐ πονηροὺς ἤγομοι. *attulit mugiles impastos & non malos.* Probant sic esse scribendum præcedentia non longè Aristotelis verba, κεστρεὺς μὲν νῆστις ὢν φαῦλος ἐστιν. Myrtilo dein proponitur hęc quæstio, διὰ τί οἱ ἰχθῦες ὑπὸ τῶν ποιητῶν ἔλλοπες καλοῦνται; Poëtica vox est, vt hinc patet, ἔλλοψ pro *pisce.* Græci poëtæ vsi sæpe dictionibus non vniuersæ Græciæ notis, sed alicui populo peculiaribus. Sic Sophocles μυώδεις pisces appellauit, quia Asiatici Græci μυώδεις, quasi μὴ αὐδῶντας, *mutos* vocabant. Similiter Cretenses dixere mutos ἔλλοπας, ceu ἐλλιπεῖς τὴν ὄπα, *voce cassos.* Inde igitur poëtæ mutuati, ἔλλοπας *pisces* in genere appellarunt. At vulgò Græcis, & sapientibus etiam, ἔλλοψ proprium piscis genus est, vt in anthia dictum suprà. De origine vocis ἔλλοψ, multa antiqui grammatici, quæ otium ipsorum maius quàm acumen indicant: neque item placet quod & Plutarchus & Athenæus produnt, ab ἰλλεσθαι deriuari. nam cùm in deriuationibus dictionum propria significatio spectari ferè soleat: nego ἰλλεσθαι esse εἴργεσθαι propriè, vt Athenæus scribit. βούλονται γὰρ inquit, κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴλλοπαί τινες εἶναι. vbi notabunt φιλόκαλοι elegantiam Atticam in verbo βούλονται. Latinè hoc imitari non licet; perinde enim est, ac si diceret simpliciter, ἔλλοπες κατὰ τὴν ἀναλ. ἴλλοπαί τινές εἰσι. Sic Plato & alij loqui amant, vt pridem obseruatum eruditis viris: ac interpretes hoc non ceperunt. Sed longius à vicinia veritatis aberrant iidem, dum interpretantur verba quæ ascribemus: ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν σοφὸν Ἐπίχαρμον, μηδὲν ἀποκεχραμένος τοῦ κυνὸς, τὰ πρὸ τοῦ δύ' ἄνδρες ἔλεγον εἷς ἐγὼν ἀποχρέω. Propositæ quæstioni ab Vlpiano respõdit quidem Myrtilus aliquid, sed cynicus nihil: hunc igitur more suo vexans Vlpianus, *Ego*, ait, *quando Cynicus hic tacet, vt dixit sapientiss. Epicharmus, ad ea quæ soliti antè duo homines dicere, vnus sufficiã.* Epicharmi verba prouerbij locum obtinent: cui erit tũ locus, quando vnus aliquis duorũ partes sustinet: vt cùm idem sibi respondet qui interrogauerat. Ita hîc accipitur. Ita prorsus & libro octauo: vbi cùm Myrtilus Vlpiano quæstionem proposuisset, neque ille responderet,

ἀπεὶ ἢ σιγᾶς, inquit Myrtilus, ἐγὼ ἐρῶ. καθὰ γὰρ τὸ Συρακούσιοι ποιητῶν, ἐπὶ τῶ δύο ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ἐγὼν ἀποχρέω. Cæterùm verbum ἀποχρέω. nisi illud Dorum dialecto ascribamus, contra Hellenismum videtur vsurpatum pro *sufficio*. In scriptis libris quos vidimus, scripturæ compendio eodem vsi librarij, cùm hîc, tum libro octauo diuinandum nobis reliquerunt, ἀπόχρεως ne, an ἀποχρέων scriptum voluerint: esset autem ἀπόχρεως vt ἀξιόχρεως. Rectè post ista, laceri codicis nota est apposita: desunt enim quædam. Sed non est difficilis diuinatio, ita scripsisse Athenæum. καὶ φημὶ ὅτι λέγονται ἔλλοπες διὰ τὸ εἶναι λεπιδωτοί. Aio, inquit, *pisces dici* ἔλλοπας, *quia sunt squamosi*: λεπὶς & λοπὶς, *squama* dicitur. Inde pars veterum deriuauit nomen ἔλλοψ, vt refert vetus Theocriti interpres, & Etymologus, in voce μύλωψ. vbi scribe, οὐκ ἀπὸ τοῦ ὄπα οὐκ ἔχειν: non vt editum est, ὄπα ἔχειν. refellit placitam vulgò notationem nominis huius, à vocis defectu: nemo autem dixit vnquam, dictos pisces ἔλλοπας ex eo quòd vocem haberent: sed contrà ex eo quòd non haberent. Proxima quæstio de Pythagoricorum abstinentia ab esu pisciũ tractatur à Plutarcho. Sympos. lib. 8. problemate octauo, vbi prope eadem verba inuenies, si conferendi laborem non detrectaueris.

CAPVT XVII.

Coracinus à *colore. saperda Ponticus.* πλατίστακος *piscis.* κυπρῖνος *&* κυπρῖνος. *lingua cyprini.* ὑπὸ στόματος & ὑπὸ στόμα. κωθωπλύτης, κωθωνίας, κώθων. χάλκιδος. *Phalerici gobiones & Otrynici.* ἄχρι περὶ παῖδας. thursio. *lupi piscis vafrities. Eubuli* Nutrices. πυάνιοι. λάτς *piscis.* mæotæ *pisces.* simus *piscis. Platonis comici* Sophistæ.

ΚΟΡΑΚΙΝΟΣ. Niger color pisci huic hoc nomen peperit. Oppianus, κορακῖνον ἐπώνυμον αἴθοπι χροιῇ. Atque hoc Græcum nomen est piscis, qui aliter vocabulo Pontico appellatur saperda. Apud Hesychium in σαπέρδης scribe: ἄλλοι ὑπὸ Ποντικῶν τὸν κορακῖνον ἰχθὺν οὐ καρκῖνον. propriam accolarum Ponti dictionem vult esse τὴν *saperda*. Persius *saperdam aduehe Ponto.* eadem verba similiter corrupta in Etymologico. Sed coracinum à saperda facit diuersum Athenæus, scribens mox, πλατίστακος καλεῖται ὁ σαπέρδης, καθάπερ ὁ κορακῖνος. Libro tertio, ex Dorione *platistacus* diuersi piscis à coracino aut saperda nomen erat. Hesychius refert inter obscœnas voces: deinde ait, etiam piscem quendam sic nominari. Testificor adhuc, vbi editum est etiam in nupera editione: Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων ἱστορίας. constare sibi antiqua exemplaria, & scribere ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων. Locus est capite decimo quinti libri Historiarum. Aristophanis *Telmessenses* laudantur Polluci, lib. 10. cap. 20. & cap. 23. & Harpocrationi in σκύα. Nouo genere dicendi vsus est Naucratita philologus, cùm subiicit, καλοῦσι δ' αὐτὸν οἱ Ἀλεξανδρεῖς πλάτακας, ἀπὸ τοῦ περιέχοντος. Quid appellent Græci scriptores τὸν περιέχοντα, vulgus etiam nouit: aërem nempe, res omnes ambientem ac capientem: hîc ipsam corporis figuram ita nominat, nam sensus est, πλάτακα piscē hunc nominari, quoniam latum spatium occupet in circumfuso aëre: quod consequens est rei latæ atque amplæ. Seneca in quinto Naturalium, τὸ περιέχοντα verti, *hoc quo circundati sumus spatium.* ΚΥΠΡΙΑΝΟΣ. Scripta lectio Κύπριος aut κυπρῖνος: vt apud omnes auctores alios. Planè χειρῶδες videtur, quod de cyprini lingua scribitur hîc, τὴν ἢ γλῶτταν οὐχ ὑπὸ τῷ στόματι, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κέκτηται. Si de sententia ex Aristotele non constaret, nemo ista quid sibi velint facilè diuinaret. Antiquissimæ membranæ nihil variant. In Epitoma sic, οὐχ ὑπὸ στόματος, ἀλλ' ὑπὸ τὸ στόμα κ. [Quæ fortasse lectio ferri queat: vt sit]linguam ὑπὸ στόματος κεκτῆσθαι, quod clariùs poterat dici, habere linguam in ore solutam: λελυμένην ἐντὸς στόματος. sed Athenæus στόμα impropriè appellat, superiorem oris partem, palatum, cui lingua subiacet. Sic ὑπὸ τὸ στόμα linguam κεκτῆσθαι, pro δεδεμένην ὑπὸ τὸ στόμα: linguam habere ad palatum affixam. vtrumque participium est apud Aristotelem: qui inter alias linguæ differentias hanc quoque ponit, libro primo Historiarum, & libro etiam quarto piscibus quibusdam tribuit linguam ὀστώδη καὶ οὐκ ἀπολελυμένην. Athenæus hoc dixit habere linguam ὑπὸ στόμα. obscurè nimis: qui tamen videtur philosophi verbis ita locutus: ex aliis libris quàm quos habemus hodie: ex quibus multa noster multis locis. Libro autem quarto Historiarum de cyprini lingua hæc habentur, ἀλλ' ἐνίοις τῶν ἰχθύων ὁ οὐρανὸς ἐστὶ σαρκώδης· οἷον τῶν ποταμίων τοῖς κυπρίνοις. In ΚΩΒΙΟΙ, obseruat dipnosophista, κώθων illum piscem esse appellatum à Numenio: quò pertinet glossa Hesychiana κώθων, κώβιος. Fortè, κώθος. tum adiicit, καὶ Σώφρων ἐν τῷ Ἀγροιώτῃ κωθωλυνοπλύται φησί, καὶ τὸ τοῦ θυννοθήρα ἢ υἱὸν ἴσως ἀπὸ τούτου κωθωνίαν προσηγόρευσε. non desunt hîc quæ animaduertamus. Titulus primum minùs placet: ac videtur syllaba κω ex principio sequentis dictionis, huius fini temerè adhæsisse: cùm esset priùs scriptum, ἐν τῷ Ἀγροιώτῃ. Deinde nomen κωθωλυνοπλύτας, (quod attendenti mediocriter constabit satis,) corruptum est, pro κωθοπλύται aut κωθωνοπλύται. nam ferendi non sunt qui emendant θυνοπλύται. necessum enim est, vt in hac dictione insit nomen κώθος: non enim alio fine affertur, nisi vt probetur gobios nominari etiam κώθως. Fieri autem potest, vt ex pluribus quàm duabus dictionibus hoc nomen Sophron composuerit, comicâ vsus licentiâ. Non ineptè igitur scripseris, κωθολοπλύται, *qui cothos desquamãt & lauãt.* sic iunxit Aristophanes duo illa verba, eo versu, τὸ σαπέρδην ἀποτίλαι χρὴ καὶ καταπλῦναι. vel κωθολινοπλύται. qui cothos ita lauant & aquâ macerant,

rant, vt linum linoplytæ, quorum Hesychius meminit. Quod autem Athenæus putat nomen κωθωνίας, probri loco à Sophrone obiectum adolescenti cuidam, à cotho pisce ductum esse: meritò id ab ipso non affirmatur: etsi enim illius sententiam vtcunque reddit probabilem, quod thynnotheræ & piscatoris filius is adolescẽs erat: probabilius tamen est à *cothone* poculo petulantem & lasciuum iuuenem esse appellatum κωθωνίαν. Hesychius: κώθων, ἄδακτος, μέθυσος. Epicharmi verba etiam hîc, vt nusquam nõ, vetustas accepit malè: sunt autem hæc, τρυγόνες τ' ὀπισθόκεντροι, † καὶ χάλανδροι κωβιοί. quid sibi vult τὸ χάλανδροι? grabbatum ea vox significat, vt placet veterib. quod nihil ad hunc locum. Epitome, χαλάδριος. an verum est χαράδριοι pro χαραδραῖοι? vt gobionem saxatilem poëta intelligat: nam & gobiones quidam inter pisces πετραίους, teste Oppiano Ἁλιευτ. libro primo. Quid si hoc melius? καὶ μάλ' ἁδροὶ κωβιοί. Epicharmo subiicitur Antiphanes: cuius lepidissimos versus non valuerunt assequi interpretes. Sic ille,

> Ἡ μὲν γὰρ τις θητὶς ἐπριάμην κωβιούς.
> Ὡς προσβαλεῖν δ' ἐκέλευσα τὸν τιχωρύχον
> Τὸν ἰχθυοπώλην, προστίθημι, φησί, σοι
> Τὸν δῆμον αὐτῶν. εἰσὶ γὰρ Φαληρικοί.
> Ἄλλος δ' ἐπώλει ὡς ἔοικ' Ὀτρυνικούς.

Placet doctis scribi hîc, ὡς ἔοικεν ὀθνείους pro ὀθνείους. Negamus nos quicquam esse mutandum. Negamus etiam τὸ προσβαλεῖν, (in quo verbo sita omnis venustas) id esse quod ipsi putarunt. Sensus est: cùm in emendis gobiis vberem piscarium, velut auctarij loco & ἐπιδόσεως, aliquid adiicere, vt fieri amat in foro: respondit scelestus piscarius. *Ego verò*, προστίθημί σοι τὸν δῆμον αὐτῶν, id est, *auctarij loco adiicio tibi gobionum quos emisti patriam: sunt enim Phalerici*, quo nomine carius indicari debuerunt. δῆμον accipe vt in historia Attica passim: nam vnus τῶν δήμων agri Attici Phalerum fuit, qui & Phaleréus dicebatur. alius etiam pagus Atticæ erat Otryna, siue Otrynéus: sed obscurus & præ illo altero ignobilis. Inter cætera qua Phalereum nobilitabant, præter portum & alia multa, fuére etiam gobiones Phalerici, qui tantum cæteris præstare credebantur, quantum Otrynici gobiones ab aliis vincebãtur. Ideò subiicit, Ἄλλος δ' ἐπώλει ὡς ἔοικ' Ὀτρυνικούς. Putares, inquit qui pisces emerat, solum hunc esse toto piscario foro, qui Phalericos gobiones venderet, alios omnes vendere Otrynicos. Hanc esse veram lectionem, & poëtæ affirmamus. Otryneus δῆμος sic fuit obscurus, vt ex antiquis omnibus scriptoribus paucissimos liceat nominare qui eius meminerint. Ego vnicum memoriâ teneo Demosthenem: multa autem Pæaniensis orator de Otryna in oratione contra Leocharem. ΚΟΚΚΥΓΕΣ. Ἐπίχαρμος, κάγχλαοί κόκκυγες, οὓς παραχίζομες πάντες. Scripta lectio παρχίζομεν. Scribo. οὓς παραχίζομες πάντας, ὀπτῶντες δ' ἡδύναντες αὐτοὺς χναύομες. Culinæ verbum παραχίζειν, *per mediũ secare aut findere*. Dorion statim, δεῖν αὐτοὺς ὀπτᾶν παραχίσαντας κατὰ ῥάχιν. Alexis, περικόψας ἀκάνθας τὰς κύκλῳ παραχίσον χρηστῶς. In Theognidis versibus scribe ex ipsius libris, Ἠμος δ' ἥλιος, &c, Δεῖπνα δὴ λήγοιμεν ὅταν τινὰ θυμὸς ἀνώγοι. Mox ferendæ interpretibus non erant sordes quæ inquinant hunc versum, Εἴην σα καλλεὼ μὲν ἱμερόεν ὕμνον ἀείδειν. facilis fuit ex ipso fonte emendatio, Εἶθ' εἴη σ' Ἀκάδημε ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν. Pro δηριόωσι, alij libri scribunt δηρησαίτην. Atque ex his Theognidis versibus constare ait Athenæus, ὅτι οὐδὲ τὸ παιδεραστεῖν ἀπαναίνεται ὁ σοφὸς οὗτος. Excerptorum auctor, homo Christianus, absque dubio, vt turpi verbo abstineret, Attico genere loquendi vsus est elegantissimo, neque noto in vulgus. Sic ille. ὅτι περὶ παῖδας ἀχρεῖος ἦν ὁ Θέογνις. Attici ita vsurparunt dictionem ἀχρεῖος. Aristophanis scholia. ἀχρείους καὶ καλαπεδιωκότας ἐκάλουν τοὺς τὰς ἀπηγορευμένας πράξεις ποιοῦντας. Octauo versuum Archestrati pes deest vt sit integer. Scribendum, Μηδ' ὕδατος πηγὴν αὐτοῖς, μήτ' οἶνον ὄξος συμμίξης. De versu 14. diximus aliquid libro quarto. Quemadmodum autem accidisse videmus in Latinis scriptoribus, vt si quid Græci suis libris interuissent, id mirè deformaret scribarum imperitia: sic in hoc aliisque auctoribus Græcis nihil æquè corruptelæ obnoxium, ac voces Latinæ, si quę fortè fuerint interiectæ, cuius rei exempla insignia habentur lib. 14. & aliis etiam locis. Eiusmodi etiam est quod sequitur: nam in omnibus antiquis codicibus scribitur constanter, τούτου τοῦ ἰχθύος μέρος ἐστὶ καὶ ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενος θυρσίων. Vel exercitatissimos in Latinorũ librorũ lectione hærere necesse est in voce *thursio*. Leguntur quidem in Plinij historia *tursiones*: sed qui pertinere ad hunc locum nullo modo queant. lib. nono, capite nono. Fortasse verum est quod visum eruditissimo Dalecampio: scribendum esse ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καλούμενος θυρανός. In ΛΑΒΡΑΚΕΣ citatur Aristoteles ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων. extat eius locus Historiarum libro 5. cap. 10. Lupum ingeniosum esse in quærenda salute, & vt dicit Athenæus, ἐπινοητικὸν εἶναι τοῦ διασώζειν ἑαυτόν, præter Oppianum libro tertio. & alios qui animalium naturas descripserunt, probat etiam Cassiodorus libro vndecimo. *Piscis Lupus*, ait, *arenis se mollibus, vt plumbati ligni insidias euadat, immergit: cuius vt supradicta retia eius tergũ diraserint, alacer in vndas exilit & vitati periculi gaudia liberatus agnoscit.* Alcæus quoque inquit auctor, μετέωρόν φησιν αὐτὸν νήχεσθαι. id est, *extantẽ supra summas aquas*, vel *suspẽsum & erectũ* animo, insidias vndique cavente, fugitiuo regi & sacerdoti Dianæ Aricinæ similẽ. Archestrateæ eclogæ de lupis initium est hoc. Λάμβανε δ' ἐκ Γαίσωνος ὅταν Μίλητον ἵκηαι Κεστρέα τὸν κέφαλον, καὶ τὸν θεόπαιδα λάβρακα. explicat hos versus paulo pòst Athenæus: Scribit etiam vetus Aristophanis interpres. Ἐν Μιλήτῳ τῆς Ἀσίας, μέγιστοι οἱ λάβρακες διὰ τὴν ἐμφέρειαν λίμνην εἰς τὴν θάλασσαν χαίροντες γὰρ οἱ ἰχθύες τῷ γλυκεῖ ὕδατι, εἰς τὴν λίμνην ἀν

τῆς θαλάσσης ἀνατρέχουσι· καὶ οὕτω πληθύουσι παρὰ τοῖς Μιλησίοις. Addit, καὶ Εὔβουλος δ᾽ ἐν Τιτθαῖς φησὶ μὴ πολυτελῶς ἀλλὰ καθαρείως. *Nutricum* Eubuli variis locis meminit dipnoſophiſta: libro autem ſecundo ex alio poëta ſimilis huic locus citatur. Τί οὖν ἀγοράζω; φράζε γάρ. μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως. at libro octauo ſimillima his ex Philippo comico recitantur: vnde emendari debent reliqua huius teſtimonij: quæ deprauatiſſimè ſic ſcribuntur hoc loco, ὅτι † ἐαυτηοσίας ἕνεκα σηπίδια ἢ τευθίδια πλεκτάνια. Viri docti conati ſũt medicinam facere vulneri huic cõiecturis ſuis. fruſtrà, nam è lib. 8. ſcribendum ſine controuerſia, ὅ, τι ἂν ὁσίας ἕνεκ᾽ ἀρκεῖ. ſic enim illo in loco auctor. Ἥδιστος δὲ ἐστι καὶ ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ (Φιλίππῳ) ἐν τοῖς Ὀβελιαφόροις νεανίσκος καταμικρεμπόρων ἅπαντα τὰ περὶ τὴν ὀψωνίαν, καὶ λέγων ὧδε. Ἀλλ᾽ ἀγόρασον εὐτελῶς· ὅ, τι οὖν γὰρ ἱκανόν ἐστι. Φράζε δή ποτε. Μὴ πολυτελῶς, ἀλλὰ καθαρείως ὅ, τι ἂν ὁσίας ἕνεκα, ἀρκεῖ τευθίδια, σηπίδια. Hactenus eadem verba in vtroque poëta: cætera ſunt diuerſa. Vter prior ſcripſerit Eubulus an Philippus, mitto quærere: alterum certè ab altero verſus aliquot eſſe mutuatum claret. Sed illud puto verius, quod libro ſequente dicturi ſumus cap. 15. ὁσίας ἕνεκα, pro eo quod Latini *dicis cauſſa*, tranſlatitium eſt. In ampliſſimi Meſſæi cod. ita eſt, ὅτι ἐαυηοσίας ἕνεκα. Diſtingue malè iunctas literas, ὅτι ἐὰν ᾖ ὁσίας ἕνε. quod idem eſt cum emendatione noſtra. χωρειάπυον, quod ſcriptum eſt in teſtimonio Eubuli, nihil ſignificat, ſed ſcribendum, χόρια, πυὸν, aut πυάνιον. Heſychius, πυάνιον, τὸ διὰ τοῦ γάλακτος ῥόφημα· οἱ δὲ πανσπερμίαν ἑψημένην ἐν γλυκεῖ. Archippi deinceps locum expoſuimus lib. 6. c. 2. ΛΑΤΟΣ opinor veræ Græciæ fuit incognitus: & id nomen, niſi fallor, vel Italicum vel Ægyptiacum. Verte mox iſta, εἰσὶ δὲ πολλοὶ περὶ τὸν Πόντον, φέροντες τὴν ὀνομασίαν ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος. *multi ſunt* mæotæ *in Ponto: ſic dicti à palude Mæotide.* nam ineptum eſt dicere, multa Ponticorum piſcium genera à Mæotide palude inueniſſe nomen: vnus enim *maota* fuit. Conferenda cum ſequente laterculo Niliacorum piſcium, verba geographi libro vltimo. ἰχθύες ἐν τῷ Νείλῳ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, χαρακτῆρα ἴδιον ἔχοντες καὶ ἐπιχώριον· γνωριμώτατοι δὲ ὅ, τε ὀξύρυγχος, καὶ ὁ λεπιδωτὸς, καὶ λάτης (fortaſſe λάτος) καὶ ἀλάβης, (noſter ἀλλάβης) καὶ κορακῖνος, καὶ χοῖρος, καὶ φαγώριος, ὃν καὶ φάγρον καλοῦσιν· ἔτι σίλουρος, κιθαρὸς, θρίσσα, κεστρεὺς· ὀστρακίων δὲ λυχνος (malim, ἢ λύχνος) φῦσα, βοῦς, κοχλίαι μεγάλοι φωνὴν ὀλολυγοῦσιν ὁμοίαν φθεγγόμενοι. Athenæus quoſdam nominat indictos Straboni: in his *ſimum* non enim debet accipi ἐπιθετικῶς nomen σιμός. ac meliùs ſcribunt alij σῖμος. Iam iſta, ΛΕΙΟΒΑΤΟΣ. οὗτος καλεῖται καὶ ῥίνη, non iniuriâ doctis negotium faciunt: nam certum eſt, ῥίνην ſiue ſquatinam, neque eſſe liobatum, neque eam appellationem admittere. in libris tamen chirographis, nulla omnino varietas. Addit. Πλάτων Σοφισταῖς, κἂν ἡ γαλεὸς, καὶ (melius κἂν) λειόβατος, κἂν ἔγχελυς. Libro decimo inſcribitur hæc comœdia, σοφιστὴς, vt apud Harpocrationem, Ἀπελλῆξις, εἷς τῶν (melius τότε) συγγραφέων, ὃν Πλάτων κωμῳδεῖ ἐν Σοφιστῇ. at Pollux libro ſeptimo capite vigeſimotertio: & libro decimo cap. 40. item ſcholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas, Σοφισταῖς, vt hîc: quo etiam modo Platonem philoſophum dialogorum ſuorum vnum inſcripſiſſe notum eſt.

CAPVT XVIII.

Theophraſti liber, Περὶ ἰχθύων. Cauſſa cur anguillæ & murænæ extra aquam diutius durent. Symmachia *Platonis aut Canthari fabula.* ἰχέτλιον. λιμώδεις ἐρημίαι. *murænarum coitus cũ ſerpentibus.* μύρος *&* μύραινα. *piſces* ἀνθρωποφάγοι. leucomænides, melanderinus, pſygrus, pſorus. μυρμίαι, *vel* μύρμαι. *Diphili in Nicandrum commentarij.* ὁ ἐκ Γέλας. ὀρφὼς *&* ὀρφός. melandrya. μαξῖνος. καλλαρίας *&* γελλαρίας. *Sophoclea vox* στείφω *pro* ἔχω. *plura eius rei exempla.*

MYPAINAI. Θεόφραστος ἐν πέμπτῳ περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διαιτωμένων. Ex Diogene Laërtio ſcribendum, ἐν τῷ περὶ τῶν. nam eo auctore liber fuit ſingularis quem eo argumento Theophraſtus ediderat: aut pro α, alia numeri nota apud illum reſtituenda. Extat hodiéque inter Theophraſti opera libellus, Περὶ ἰχθύων inſcriptus: quem illum ipſum eſſe, aut eius ἀποσπασμάτιον, nemo dubitabit qui legerit. Sed titulus malè vulgo concipitur, & imperfectè: qua de re dicemus, aliquando, ſi longioris vitæ vſura nobis conceditur, cùm eum auctorem edemus à nobis recenſitum. Cæterùm in hac ſententia nihil Theophraſto proprium: nam multò antè eadem ſcripſerat eius præceptor, non vno loco, vt libro quarto de partibus, cap. 13. Sanè ex his verbis Theophraſti, διὰ τὸ μικρὰ ἔχειν τὰ βράγχια, καὶ ὀλίγον δέχεσθαι τὸ ὑγρὸν, veram & primam cauſſam capere non eſt, cur anguillæ & murænæ extra aquam diutius poſſint viuere. Melius Ariſtoteles, οὐ γὰρ πολλῆς δέονται καταψύξεως. Nam quia internum calorem habent hi piſces imbecillum, propterea refrigeratione multâ opus non habent, quæ in piſcibus eſt inſtar reſpirationis. ὥσπερ γὰρ πρὸς ἐκπνοὴν ἡ τῶν βραγχίων φύσις, inquit philoſophus. Atque hæc eſt cauſſa cur branchias paucas, paruas, & minùs firmas eis natura dederit: quæ neque fruſtra quicquam facit, neque ſuperfluum. Pro ἐν πέμπτῳ ζῴων μορίων, inuenimus in optimis quibuſdam libris, ἐν δευτέρῳ ζῴων μ. Reſpicit Hiſtor. lib. quintum, cap. decimo. Peccarunt ſolennia librarij imperiti in Epicharmi chria, οὔτε γόγγρων τι παχέων, οὔτε μυραινάτης. Scribo, οὔτε μυραινᾶν τι παῖ. *nihil quicquam congrorum illorum pinguium, neque etiam murænarũ*: ſcilicet, reliquũ factum eſt: aut neſcio quid aliud. Sequitur, Πλάτων δὲ ἢ Κάνθαρος ἐν τῇ Συμμαχίᾳ. Similis cùm in his libris alibi, tum apud Harpocratio

pocrationem dubitatio, ἐρηθιδώτης, ait, ὁ ἐρηθηδηνεχσ. Δείναρχος καὶ Ὑπερείδης ἐν Πρεξίνου. καὶ Πλάτων ἐν Καίσαρος Συμμαχία. In primo versu Nicandri scribe, ἢ καὶ μογερὰς ἁλιῆας non ἐπὶ. & in secundo ἐμβρύξασα. meliùs editiones eius poëtæ quàm ἐκβρύξασα. In tertio ἐχετλίου ἐξαναδῦσα, prorumpens è receptaculo piscium in naui. at Dalec. ἐχίδνης vel ἐχυλλίς, vel nescio quid aliud. Vertit enim, quæ è vipera prognata est. Audiamus veterem Nicandri interpretem, ἐχέτλιον, τόπος τοῦ πλοίου, ὅπου τοὺς ἰχθῦς τιθέασι καὶ συλλέγουσι. Andream De falso creditis in eandem rem laudat ille etiam criticus. Φησὶ γὰρ Ἀνδρέας, ψεῦδος εἶναι. καὶ μήτε τὴν μύραιναν πεφυκέναι, μήτε τὴν ἔχιν παρέχειν διατριβήν. Alijs verbis hæc Athenæus: οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τενάγους ἔχεις νέμεσθαι, φιλοδιψάδας λιμώδεσιν ἐρημίαις. non enim in cœnosis locis degere viperas, quæ loca sola ament, vbi nihil eorum inueniatur quibus fames sedatur, ita interpretor λιμώδεις ἐρημίας, quando in omnibus omnino libris scriptura ista seruatur; & iuuat quod scribit Plinius, viperas vel annuâ fame durare. Aristoteles scribit, solas viperas latitare sub saxis, cùm alij serpentes in terram se condant. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι ὄφεις ἐν τῇ γῇ φωλεύουσιν. αἱ δ' ἐχίδναι ὑπὸ ταῖς πέτραις. pugnant cum hac sententia, Plinij verba, Serpentiū vipera, sola terrā dicitur condi: cætera arborum aut saxorum cauis. [cæterum pro λιμώδεσιν ἐρημίαις, emendabat illustris Scaliger ἀμμώδεσιν ἐρ.] Superiori Andreæ ἀποφάσει opponit Athenæus Sostrati auctoritatem: quem ait, συγκατατίθεσθαι τῇ μίξει id est, fateri cum vulgo, muranas coitu serpentum impleri quod & alij multi scribunt, Archelaus, Ælianus, Oppianus, Basilius & ex eo Ambrosius, item alij. ΜΥΡΟΣ. ὁ δὲ μύρος ὡς φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων μορίων, Historiarum libro quinto, cap. 10. vbi scribitur, οἱ μὲν γὰρ σμύραινα διαφέρει ποικίλον καὶ ἀσθενέστερον, &c. &, ὁ δὲ σμῦρος ὁμόχρως καὶ ἰσχυρός. Plinius vertit, myrus vnicolor & robustus. non vt nostri omnes codd. ὁ δὲ μύρος λεύχρως, Muranæ marem Græci vocant. & μυραίνους [adi Hesychium in hac voce, quam sine caussa nonnulli damnarunt.] & μυρον, siue σμῦρον. Præterea habent exemplaria philosophi, καὶ τὸ χρῶμα ὅμοιον ἔχει τῇ πίτυϊ. melius & verius quam nostra, ὅμοιον ἔχει ἰυγγι. In ΜΑΙΝΙΔΕΣ Scribe verba Epicharmi, οὐκ ἦν βῶκας πολλὰς καὶ σμαρίδας & in Epæneti testimonio, ἣν ἔνιοι καλοῦσι κυνὸς εὐνάν: doctorum hominum coniecturas respuūt antiquæ manus exemplaria: sed de verbis Epæneti deliberemus adhuc: nam etiam sub finem libri, κυνὸς εὐνὰ pertinaciter. Postea scribendum Ἀντιφάνης ἐν Ἀρχοίκῳ ἢ Βουταλίωνι. vel ἐν Ἀγροίκῳ ἢ Βουταλίωνι, vt dicemus libro octauo, capite 14. In ecloga inde producta magni pisces appellantur ἀνθρωποφάγοι, voraces hominum; διὰ τὸ πολυδάπανον τῶν ἐξωνουμένων αὐτούς: propter ingentes sumptus qui faciendi sunt, si quis emere eos velit. Ita interpretatur Eustathius. rectè, neque habet hic locum aliorum acumen, qui de accentu vocis huius nescio quid argutantur. Meliùs de nobis essent meriti, si in penultimo Antiphanis versu Δηλονότι ταῦτα ἐστιν ἑκάτης βρώματα, veræ lectionis nos admonuissent. ἐστὶν Ἑκάτης βρώματα. id quod clarum est ex libro sequente. Non negauerim Antiphanem fecisse mentionem & ἑκάτης βρωμάτων. id enim Athenæus eo libro docet: verùm ex alia eius fabula, non Butalione, aut vt dicam veriùs, nō ex eadem editione eius comœdiæ; sed priore & minùs accuratâ. Malè etiam illa capiunt πῶς ἂν ἄνθρωπος φάγοι; quæ pronuntiantur ab eo cui dictum fuerat magnos pisces anthropophagos esse: si edunt homines, ait ille, quomodo eduntur ab hominibus? & qui fit vt eorum esum non abominentur homines? At libro octauo sic, πῶς ἂν ἰχθῦς ἀνθρώπους φάγοι. LEVCOMÆNIDAS idem esse ac boacas: aut certè pro eodem pisce accipi, scribit Athenæus: nec tamen vll testimonio probat:: nam Polyochi qui affertur solus locus, contrarium potius doceat. Sic enim poëta.

> Ὅπως σε πείσῃ μηδὲ εἷς πρὸς τῶν θεῶν
> Τὰς βόακας ἂν ποτ' ἔλθῃ λευκομαινίδας
> Καλεῖν,

id est, oro te per deos, ne si ille fortè ad te veniat, sinas tibi persuaderi vt bocas appelles leucomanidas: videntur alicui dici ista, cui pro bocibus, piscibus satis magnis, minuti pisciculi leucomænides exhibebantur. De hoc igitur amplius cogitēt qui habent ἀπὸ τῆς αὐτοψίας certiorē harum rerum notitiam. Multa enim hoc genere incerta, & ex coniectura tantum nota, non solùm nobis οἱ νῦν ἐπὶ χθονὶ πλάσσετε ἔργα: sed etiam antiquis & peritissimis viris. MELANVRVM deinceps auctor explicat. de quo pisce, postquam recitata sunt aliquot veterum scriptorum testimonia, sequuntur ista. ΜΕΛΑΝΔΕΡΙΝΟΣ. ὅμοιον εἶναι τῷ μελανδρύῳ φησί. Σπεύσιππος δ' ἐν δευτέρῳ ὁμοίων τὸν καλούμενον ψύχον, ὃν Νουμήνιος καλεῖ ψόρον οὕτως, ἢ ψόρον ἢ σάλπας ἢ ἐρυθρὰ δράκοντα. Tria hîc habes nomina quæ alibi temerè non inuenias: nam quis piscem, melāderinum, aut psygrum, vel psorum nominat ex omnibus scriptoribus? Hic quoque incerta omnia. Rondeletius pro ψυχον scribebat ψυγρὸν, & ψοφὸν pro ψόρον. Atque hanc viri docti coniecturam pro vera & certa probauit Dalecampius. Mihi dubium nullum est, transituros in alia omnia, quicunque vsum maiorem in literis Græcis habuerint: nam piscem vllum Græcis esse dictum ψυγρὸν aut ψοφὸν. quasi squallidum aut sordidum, vt illi interpretantur, sine idoneo fideiussore credere debemus nemini. Epitoma Hœscheliana quam toties laudamus, sententiam longè aliam suggerit nobis. In qua, voce μελανδέρινος sublatâ, reliqua sic concipiuntur. ὅμοιον δὲ μελανούρῳ Σπεύσιππός φησι τὸν καλούμενον ψύρον, ὃν Νουμήνιος καλεῖ ψόρον. etiam in antiquissimis membranis pro ψύγρον exaratum ψύρον. Ita vides optimi codicis auctoritate comprobari, quicquid ex coniectura mera super hoc loco scripsit olim Conradus Gesnerus, Tigurinorum decus immortale. In vulgata scriptura vitium codicum

profiten

profitentur iſta, ὅμοιον εἶναι τῷ μελανούρῳ φησί. Daleccampius φασὶ legit, vt mendæ ſuſpicionem amoueret, ſed vlcus fodere aliquando ſatius quàm diſſimulare. Pergamus porrò. Piſces ΜΟΡΜΥΛΟΥΣ appellari Epicharmo μύρμας, obſeruatur. μυρμίας ſcribunt antiqui: & ita mox in verbis Siculi poëtæ. Epicharmi inquam: non, vt aliud agens ſcripſit interpres, Numenij. Malè etiam concipit ille hoc teſtimonium: quod cùm facilè emendari poſſet ex ipſo auctore, ingenio hîc quàm diligentiâ & fide vti præoptarunt infeliciter. Scribe igitur, χελιδόνες τε μύρμαι (vel μυρμίαι) τοί τε κολιᾶν μείζονες ἐντί. integram ſententiam habes infrà in ΣΚΟΜΒΡΟΣ. Mox autem ſcibendum, Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος ἐν τῇ ὀψωνητικῇ τέχνῃ, ἣν προσεφώνησέ τινι τῶν ἑταίρων δυσωνήτῳ Ζήνωνι. *In arte opſonandi, quam nuncupauit amico cuidam ſuo agrè & parcè opſonanti Zenoni.* Expoſuimus libro ſuperiore cap. 3. Deinde, ἐπαγόμενον Ἀρχεστράτου τοῦ κ. τ. λ. ἢ τῶν ἄλλων τινὰ ποιητῶν. Ab Archeſtrati verbis ſeparanda ſunt diligenter iſta, νῦν δ' ἔαρ ἐστιν. item iſta. νῦν δ' ἐστὶ θέρος. non enim ſunt poëtæ: ſed illius qui verſum eius profert contra piſcarium. In ΝΑΡΚΗ recitantur Platonis Philoſophi verba, τῇ θαλαττίᾳ νάρκῃ: adde vt perficiatur ſententia, ὁμοιότατος εἶναι δοκεῖς, tum poſtea. διὰ τῶν ξύλων καὶ διὰ τῶν ῥελοδόντων. & fortaſſe, Δίφιλος δ' ὁ Λ. ἐν τοῖς Περὶ τῶν Νικάνδρου Θηριακῶν, non ἐν τῷ. nam Diphili commentarios in Nicandrum, plureis in libros fuiſſe tributos, teſtis Scholiaſtes Theocriti ad decimum idyllium. In ΣΙΦΙΑΣ proferuntur Archeſtrati verſus, quibus accuratè docemur, quæ partes torpedinis quibus in locis optimè ſapiant: & additur ſtatim, τίς οὕτω τακτικὸς ἀκριβής, ἢ τίς οὕτως κριτὴς ὄψων, ὡς ὁ ἐκ Γέλας, μᾶλλον δὲ καταγέλαστος οὗτος ποιητής; quæ ſic erant vertenda, non vt inſulsè nimis factum. *Quis poſſit eſſe adeò peritus inſtruendi* conuiuij, *aut tam bonus opſoniorum iudex, vt poeta hic ortus Gela, vel potiùs dignus γελωτος, irriſu?* τακτικὸς propriè eſt, qui diſciplinam inſtruendæ aciei tenet: ſed etiã ad conuiuia transfertur: vt antè dicebamus. ὁ ἐκ Γέλας eſt Archeſtratus Geloüs, teſte Athenæo libro primo. In antiquis pleriſque, pro καταγέλαστος ſcriptum καταγέλας. & ſic editum olim: nouâ & inſolente formatione ſi ita ſcripſit: neque aliter vetus Huraldinus habet. Ac videtur auctor non aliter ſcripſiſſe. Miratur per iocum & ludum veteres poëtas, qui truncata à fine verba ſoliti vſurpare, vt dicebamus libri octaui, capite nono. niſi placeat ſic dici καταγέλας pro καταγέλαστος, vt ἀδάμας pro ἀδάμαστος, ἀκάμας pro ἀκάματος, αὐτοκέρας vel αὐτόκρεας pro αὐτόκρεως. etiam μίκας legimus pro μικρολόγος. ΟΡΦΩΣ. Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ ζώων Hiſtoriarum lib. quinto, capite 10. At membranæ conſtant ſibi, & ſcribunt hîc quoque ζώων μορίων, vt tot iam locis antè. Proprium piſcis huic, (orphum dico) τὸ δυνάμενον πολὺν χρόνον ζῆν μετὰ τὴν ἀνατομήν. *etiã poſtquam diſſectus eſt, diu poſſe viuere.* Simplicem ſentẽtiam feceris geminam, ſi ſcribas, καὶ μετὰ τὴν ἀνατομήν. vt duo auctor dicat: orphum diu viuere, & viuere etiam diſſectum. Oppianus.

— ψαμάθοισιν ὁ δ' ὀρφὸν
οἱ πάντων πύματα καλῇ χθόνα δηθύνουσι
Ζωοὶ, καὶ τμηθέντες ἔτι ζώουσι σιδήρῳ.

In altero verſuum Numenij non intelligo illud acroſtichum, τὸ γὰρ ἐπ' ἄκρης. Fortaſſe an, δεικνὺς ἐπ' ἄκρης. videlicet θαλάμης. *oſtentans ab extremo cubili.* Dorioni placet tenerum orphum ὀρφακίνην dici: quæ vox non fit ab ὀρφὸς, ſed ab ὄρφαξ, *orphus grandiuſculus*: vt apud Dioſcoridẽ νόσταξ, vel νόσταξ, & πλύταξ, μώμαξ, alia. Archippi verſum ita lego, ἱερὸς γὰρ ἦλθ' αὐτοῖσιν ὀρφὼς τοῦ θεοῦ. non ἱερεύς. refero enim ad ἰχθυομαντείαν, id eſt, diuinationem quæ fiebat ex piſcibus, orpho maximè: de qua Ælianus, & nos alibi prolixè, ſi vita prolixior. In Ariſtophanis verſu, ἢν μὲν ὠνῆταί τις ὀρφώς, vetuſtiſſimi codices habebant ὀρφῶς, vt teſtatur vetus interpres comici: etiam Athenæus ita videtur ſcripſiſſe: qui hoc teſtimonium ſubiiciat verſui Platonis, vbi eſt ὀρφῶν, eâdem formatione. Attici, inquit, efferunt hoc nomen cum graui in fine ὀρφώς. Etymologus verò circumflectẽ ſcribit ab Atticis & ὀρφῶς & λαγῶς. Salſamentorũ quæ fiebant ex *orcyno*, varia obſeruantur nomina, & in his erant melãdrya. Græci μέλαν δρυὸς appellant intimam quercus partem, & vt quidam interpretantur, ipſam medullam. Inde τόμοι μελανδρύαι, qui ex interiore pulpa orcyni conficiebãt. λεγόμενοι, ait, μελάνδρυαι ἐξ αὐτῶν σκευάζονται. Plin. *melandrya vocantur, caſis quernis aſſulis ſimillima.* Non intelligunt hanc vocem qui apud Iobum dictionem Hebraica מפלי *miphle*, vertũt *melandrya*: non minus abſurdè, quàm ſi ſuccidiã appelles viuentem porcum. Ait in ΟΝΙΣΚΟΣ, ex Ariſtotele, καὶ μόνος οὗτος τῶν ἰχθύων τὴν καρδίαν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἔχει. Apuleius in Apologia, *Quod Ariſtoteles ſi ſciſſet, nunquam perfecto omiſiſſet: qui aſelli piſcis ſolius omnium in media aluo corculũ ſitũ pro maximo memorauit.* Edi iuſſerã Epicharmi verba hoc modo, μεγαλογάστορας τε χάννας, ἐκτραπελογάστορας ὄνυς. alludit ad originem vocis χάνναι. quæ eſt à χαίνω. vide infrà. Sequentem vocem ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ ita concinnauimus: plerique codices ſcribunt. σχῆπτρα πελογάστορας. Clemens Alexandrinus, Pædagogi lib. ſecundo, capite primo, τὸν ὄνον ἐκτραπελογάστορα Ἐπίχαρμος καλεῖ ὁ κωμικός. malim ἐκτραπελογάστορα. Quem noſtri cod. μάξινον indigetant, ΜΣ S. μύξινον. myxinos inter mugiles agnoſcunt Ariſtoteles, Oppianus, alij. Piſces μαζῖνας Theophraſtus memorat libro de quo diximus, initio capitis: vide libri ſequentis, caput ſecundum. De Aſello Archeſtrati verſus peſſimè accepti ſunt,

Τὸν δ' ὄνον Ἀνθηδόνι τὸν καλλαρίαν καλέουσιν,
Ἐκτρέφει εὐμεγέθη, σομφὴν δὲ τρέφει τινὰ σάρκα
Καλῶς οὐχ ἡδεῖαν ἐμοὶ με † ἀλλὰ
Δαίνυσαι. χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.

Primo verſu καλλαρίαν vocat, qui paulo antè dictus

dictus est γελλαρίης. sic in multis κ & γ confundi videas, etiam in Glossis veterum, Hesychij præsertim in secundo τρέφειν σάρκας eleganter positum pro ἔχειν. Ita solent poëtæ, præsertim Sophocles in Antigone, καρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω, id est, *spem magnam habeo.* Vetus interpres, ὅτι τρέφος Σοφοκλῆς εἰς τὸ τρέφω ἀντὶ τοῦ ἔχω. non falsum hoc: quod sequentia exempla euincunt. in Aiace Lorario, οἵας λατρείας αὐθ' ὅσυ ζῆλον τρέφει. Plautus dixit, *seruitutem colere.* in eadem, ἂν (ἄξιον) ὅπως δίς ἔθρεψεν αἰών. scholia, ἔθρεψεν, ἔσχεν. ibidem ἡ γλῶσσά σου τὸ θυμὸν ὡς μέγαν τρέφει. Oedipo tyranno, τἀληθὲς γὰρ ἰσχύον τρέφω. [Sic loquitur & facundissimus Plato, in 8. Reip. ἡδεμίας ἡδονὴν ἀπὸ μαζῶν, ἀλλ' ἐξ ἴσου τρέφων. Cicero Bruto, de Isocrate: *forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo quidem iudicio, postea est consecutus.* Nicephorus Gregoras lib. 9. παρῆν δὲ καὶ αὐτοῦ θυγάτηρ ἡ Κεφάλαινα, καὶ τινες ἕτεροι τὸ ὅμοιον ἐμοὶ τρεφόντων γνώμην καὶ τρόπον διαθέσιν.] Scriptum in Suidæ collectaneis litera T. τάλεσι, ἀναλώμασιν. ἀληθὲς γὰρ ἰσχύον τρέφω. ἀντὶ τοῦ ἔχω. Mera hic portenta: duæ notulæ in vnam confusæ: & ταλεσι indoctus scriba commentus est pro τελεσιν. quare in suum locum reiiciantur ea verba. deinde scribe τἀληθὲς ex hoc loco Sophoclis. In Trachiniis, ὅτω δὲ τὸ Καδμογενῆ τρέφει. nempè τὰ κύματα. schol. τρέφει ἀντὶ τοῦ ἔχει. *fluctus malorum habens Herculem.* Sic Euripides in Hippolyto, οἱ πόνοι τρέφοντες βροτούς. præcedit in eodem choro apud Sophoclem, ὁμιασιν ἀνδρὸς δεῖμα φέρουσαν ὁδοῦ. vetus lectio fuit, τρέφουσαν. vera sine dubio. *qua habet metũ memorẽ* (id est, assiduum,) *de itinere viri.* paulo antè dixerat Deianeira, ἀεὶ τιν' ἐκ φόβου φόβον τρέφω κείνου προκηδομένη. sic ferè sub finem, ὄγκον μητρῴον τρέφει νόσον. *habere animũ elatum ob matrem.* in Philocteta, τρέφει νόσον. *habere morbũ.* in Coloneo Oedipo, ὅ, τι καὶ πόλις τρέφει ἄφιλον. *quicquid habet odio ciuitas.* iterum, ὡς ἐμοῦ τρέφει βίᾳ. *vt eos retineat me inuito.* nec multò aliter in Trachiniis, παίδων δὲ τὰς μὲν ξυλλαβοῦσ' αὐτὴ τρέφει. Poteram alia adiicere similia his, tum Sophoclis, tum aliorum poëtarum: sed præstat ab hoc diuerticulo redeamus in viam. Tertius Archestrati versus corruptissimus est, etiam in membranis omnibus: sed nullum est dubium quin emendemus verè,

Ἄλλοις οὐχ ἡδεῖαν, ἐμοὶ δὲ μάλιστ' ἀν—
—δάνουσαν. χαίρει γὰρ ὁ μὲν τούτοις, ὁ δ' ἐκείνοις.

carnem habet, inquit, σομφὴν τινα, *raram, & fungosam quodammodo, aliis quidem parum gratam, mihi verò maximè placentem.* Vocem, ἀνδάνουσαν distraxit poëta, vt passim in his libris, vel scribe ἐμοὶ δὲ μάλιστα Ἀδοῦσαν. veteri verbo.

CAPVT XIX.

Sepiarũ & loliginum φυσητῆρες. *βοτρυδὸν & βοτρυχηδὸν.* *βράκανα. causa mutãdi coloris in polypis.* *ὁ πολύπους ἐστὶ συντηκτικός. polypi τὸ αἰδοιῶδες. cui potissimùm assimiletur polypus. Cur dicãtur polypi οἱ δίχθα τὴν θάλασσαν. Theophrastus præceptoris vestigia sequitur. Illustratur epigramma de concha dicata Veneri Zephyritidi. Iulis & Iulisopolis.* Venus Zephyritis, Arsinoë Chloris, Hippia. *θαλάμαι. ἐκλιπαίνει mare. Athenæi codices ante multa secula esse deprauatos. χυμαῖαι ἐρυθρικώδεις. σελάχια.*

ΠΟΛΥΠΟΥΣ. Πληγαὶ λέγονται πολύπου πλεκομένου. Metrum postulat πολύπου, vt in prouerbio ad quod alluditur isto versu. Athenæus tamen non sic scripsit, verùm ita, τοῦ πολύπου πλεκομένου. vt apparebit attendenti.

ἄν τοὺς μὲν ἄνω δύο καὶ κάτω ἐλαχίστους. Scribo, καὶ δύο κάτω. vel καὶ ἴσως κάτω ἐλ. illud & malo, & caussam habeo. τίκτει δὲ διὰ τοῦ λεγομένου φυσητῆρος. Aristot. de sepiis & loliginibus, à quibus parum differunt polypi: ἐκτίκτει δὲ κατὰ τὸ φυσητῆρα καλούμενον. καθ' ὃν ἔνιοι καὶ ὀχεύεσθαι φασὶν αὐτάς. In polypodibus vocat αὐλὸν, & Plinius *fistulam.* Oppianus de ouis quæ parit polypus, στυγνοῖο μόγις διανίσσεται αὐλοῦ. καὶ τίκτει ὠὰ βοτρυδόν. Aristoteles cũ de re re, τίκτει δὲ τὸ ὠὸν καθάπερ βοτρύχιον, ὅμοιον τῷ τῆς λεύκης καρπῷ. iterum idem, καὶ ἀποτίκτει μὲν ὁ πολύπους ἢ εἰς τὰς θαλάμας, ἢ εἰς κεράμιον, ἢ τι ἄλλο κοῖλον, ὅμοιον βοτρυχίοις οἰναρίδος, καὶ λεύκης καρποῖς. An igitur βοτρυχηδὸν Athenæus scripserat? sed βοτρυδὸν [legi postulat res ipsa; & id verbum expressit] Plinius. *pariunt vere oua tortili vibrata pampino.* Oppianus.

— οἱ γὰρ τήνοι ἀπέκρυψαν, οἷα καὶ ἄλλης
οἷα διαθρώσκουσιν ἐεργμένα δ' ἀλλήλοισιν
Βοτρυδόν, στυγνοῖο μόγις διανίσσεται αὐλοῦ.

ἐν θρύοισι καὶ βρακάνοις καὶ στραβήλοις ζῇ. Vetus menda obsidet prima verba: assentior autem doctorum emendationi, αἰθρίοισι καὶ βρ. vel αἰθερίοισι. nam Hesychius ait, αἰθρίοισιν, λάχανον ἔχον αἰθ. Sequentem dictionem fuisse à nonnullis sollicitatam demiror: nam olera syluestria sic vocabant. Hesychius, βράκανα, τὰ ἄγρια λάχανα. Τοῦτο δ' ἐστὶ ψεῦδος. Philosophi hæc sententia est, quam non omnes naturę interpretes amplectuntur. Histor lib.8.c.2. φεύγων διὰ τὸ φόβον μεταβάλλει τὰς χροιάς. ait διὰ τὸ φόβον, *metu,* ex sententia Theophrasti: cui placet polypum colorem mutare, φόβου καὶ φυλακῆς χάριν. est tamen certum, etiam extra metum, mutari ab eo colorem: vt cùm piscibus insidiatur, quibus vesci solet. Aristoteles hanc vel præcipuam mutationis caussam facit. καὶ θηρεύει τοὺς ἰχθῦς τὸ χρῶμα μεταβάλλων, καὶ ποιῶν ὅμοιον οἷς ἂν πλησιάσῃ λίθοις· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ καὶ φοβηθείς. Ælianus Variar. lib. primo. *colorem mutat ad similitudinem loci, & maximè in metu.* Plutarchus de caussa & modo huius mutationis disputat, in libello Αἰτίαι φυσικαί, longè abiens à sententia Aristotelis, ac Theophrasti quoque in libro de iis animalibus quæ colorem mutant. Τοῖσιν ἐφαρμόζων. Melior Eustathij lectio, & Epitom. ἐφαρμόζει. ὁ δὲ πολύπους ἐστὶ συντηκτικός. & sententia, & dictio Aristotelis, συντηκτικός, hic, qui habet patibilem qualitatem τοῦ συντη-

σωτηκικῶς. Propriè συντηκτικὸς, *qui liquefacit*, non *qui liquefit*. Sic in Medicorum libris febris συντηκτικὴ, quæ carnem conſumit: ſed ſimilium vſurpationum exempla alibi attulimus. Hanc autem polyporum σύντηξιν Plinius appellat *tabem*. omnis enim τηκεδὼν Latinis eſt tabes, non, ſolùm φθίσις & μαρασμός. Ariſtoteles ita deſcribit, τὸ πλεῖστον γένος τῶν πολυπόδων οὐ διετίζει. καὶ γὰρ φύσει συντηκτικόν ἐστι. σημεῖον δ᾽ ἐστί. πλιβόμενος γὰρ ἀφίησιν ἀεί τι, καὶ τέλος ἀφανίζεται, *Plerique polypi integrū biennium nō durāt: natura enim ſuā tu liquorē ſolubilis eſt: cuius rei ſignū, quòd preſſus aliquid ſemper ex ſe emittit, tandémque ſic perit totus.* ἐφωράθησαν ὅποτε καὶ ἐπὶ τὸ ξηρὸν ἐξιόντες &. hoc ex Ariſtotele, Hiſtoriarum lib. nono, capite 37. ſed alludit fortaſſe ad hiſtoriam aliquam ei ſimilem quæ refertur Plinio libro nono, cap. 30. & illi quam Ælianus commemorat lib. decimotertio, cap. ſexto. καὶ χαίρουσι δὲ τῶν φυτῶν καὶ ταῖς ἐλαίαις. Ælianus libro primo c. 38. Mox ſcribe, ἐάν τις κλάδον τοῦ φυτοῦ τούτου καθιῇ. vel καθῆ. λέγεται δὲ αὐτῶν τὸ ἄρρενα ἔχειν αἰδοιῶδές τι ἐν μιᾷ τῶν πλεκτανῶν. Non auſus eſt vocare genitale, ſed genitali ſimile: neque philoſophus ſimpliciter vocat αἰδοῖον, ſed ita nominari ait à nautis. In omnibus libris ἕλκειν non ἔχειν, ſummo conſenſu. Plinius hanc πλεκτάνην habentem δυὰς κοτυληδόνας, videtur appellare *caudam biſulcam & acutam*. lib. nono, cap. 29. ἐν δὲ πέμπτῳ μορίων φησὶν Ἀρ. Hiſtoriarum libro quinto, cap. 12. ſed more ſuo Athenæus multa in vnum congerit ex diuerſis philoſophi locis. τὸ πολύποδα φησὶν τοῖς πετρώδεσι μάλιστα τόποις συνεξομοιοῦσθαι. Pro τόποις ſcriptum in editionibus prioribus μόνοις. & ita quoque in vetuſtiſs. codicibus. Sed ad fulciendam ſententiam reſtituimus vocem τόποις, quæ & apud Theophraſtum. Dalecamp. qui vocem πετρώδεσι ſuſtulit, haut dubiè grauem admiſit errorem. Verius eſt enim deeſſe aliquid quàm ſupereſſe. Quare etiam in quibuſdam libris lacunæ nota eſt appoſita. Ne longum faciam, legendum cenſeo, τοῖς πετρώδεσι μάλιστα ἢ μόνοις τόποις συνεξ. veriſſima ſententia: polypi enim, vt quibuſdam viſum eſt, non ſaxoſis tantùm locis aſſimilantur, quod vulgata lectio ait, ſed & aliis cùm locis tum rebus: idque Theophraſtum, eo in libro quem Athenæus laudat, ſcripſiſſe, ſcimus ex iis quæ hodie ſuperſunt. Nam in his Excerptis ſcriptum ſic eſt, ὅτι δὲ χρόας μεταβαλλόμενοι καὶ ἐξομοιούμενοι φυτοῖς καὶ τόποις καὶ λίθοις οἷς ἂν πλησιάσωσι, πολύπους ἐστὶ καὶ χαμαιλέων καὶ τάρανδος. quia tamen ſaxis potius quàm vlli rei alij ſimiles fieri polypos curioſi harum rerum obſeruarunt, ideò ait Theophraſtus, colorem eum mutare ad ſimilitudinem ſaxorum potiſſimùm, aut etiam ſolorum. Hanc eſſe Athenæi, mentem probant ſcripta exemplaria, in quibus omnibus τὸ μόνοις inuenias. Accedit eò quod plerique auctores polypum ſimilē fieri ſcribunt, non cuiuis rei, ſed πέτραις. Plutarch. μεταβάλλει οὕτως ὥστε τὴν χροιὰν αἷς ἂν πλησιάζῃ πέτραις ὁμοιοῦν. Oppianus, οἱ πετρῇσιν ὁμοῖοι ἰνδάλλονται τῇσί κε προσπτύξωσιν. Ælianus, πολύποδες ὑπὸ ταῖς πέτραις καθίζονται, καὶ ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐκείνων μεταμορφοῦσι χροιάν. ante hos omnes dixerat philoſophus, polypum ſimilem ſe reddere οἷς ἂν πλησιάζῃ λίθοις. & Theognis, - - ὃς ποτὶ πέτρῃ τῇ προσομιλήσῃ τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη. οὐ δέχεσθαι φησὶ τοὺς πολύποδας τὴν θάλατταν. Parum ſe verſatum in philoſophia Ariſtotelis & Theophraſti prodit interpres, qui iſta accepit tam abſurdè. Athenæus enim & Theophraſtus hoc voluerunt, polypos reſpirationis gratiâ, ſiue ad temperandum calorem internum omnibus viuentibus ἔμφυτον, aquam maris non admittere: Hoc diſertè negat Theophraſtus eo libro quem laudat auctor: qui liber etſi non extat hodie integer, ſupereſt tamen integra adhuc illius ſententia hæc. Eam paulò pluribus lubet deſcribere: eſt enim locus eximius, ἐκεῖνο αἰτ, θαυμαστόν, εἴ τι δύναται τοῖς αὐτοῖς μορίοις ὡς ὀργανικοῖς ὁτὲ μὲν ἀναπνεῖν τὸν ἀέρα, καὶ ἕλκειν. ὁτὲ δὲ τὸ ὑγρὸν δέχεσθαι. ἔτι δὲ τούτου μᾶλλον. εἰ ὅτι μὲν ὁ ἀὴρ σύμμετρος πρὸς τὴν κατάψυξιν (ἢ ὁπηδήποτε ἐστιν ἐκ τῆς ἀναπνοῆς γινόμενον) ὁτὲ δὲ τὸ ὑγρόν. οὐ γὰρ ἅμα γε ἄμφω. τὸ δὲ τῶν πολυπόδων ἧττον θαυμαστόν. οὐ γὰρ δέχονται τὴν θάλατταν. hoc eſt, *Illud mirum, an poſſit vllum animal partibus iiſdem inſtrumentalibus modò aërē trahere, modò aquā recipere, magis tamen fortaſſe mirabile, ſi modò quidē aer ſit aptus & cōgruens ad refrigerationem (aut quidquid eſt id quod reſpiratio confert) modò vero aqua: ambo nāq; ſimul admitti nō queūt. De polypis minùs mirum: quia illis maris aquam non recipiunt.* Sunt & alij multi loci in ſcriptis duorū illorū philoſophorū, vbi δέχεσθαι τὸ ὑγρόν, & δέχεσθαι τὴν θάλατταν, ita accipiuntur. vnū tantùm afferā, ex libello Ariſtotelis de Reſpiratione. ex quo, vt ex aliis ſexcentis, conſtare ſtudioſis philoſophiæ poterit, non ouum ouo eſſe ſimilius, quàm duorum horum, magiſtri inquam & diſcipuli ſcripta. Ait igitur Ariſtoteles. καὶ τῶν ἐν τῷ ὑγρῷ δὲ ζώντων, ἔστιν ἄναιμα πλείω χρόνον ἢ ἐν τῷ ἀέρι τῶν ἐναίμων καὶ δεχομένων τὴν θάλατταν. οἷον τῶν ἰχθύων. διὰ γὰρ τὸ ὀλίγον ἔχειν τὸ θερμὸν, ὁ ἀὴρ ἱκανὸς ἐστὶ πολὺν χρόνον καταψύχειν. οἷον τοῖς τε μαλακοῖς, καὶ τοῖς πολύποσιν. ἐν δὲ τῷ περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφορῶν. Id ipſum legitur hodie in Excerptis, ex eo Theophraſti lib. cuius modò facta mentio. ἐφ᾽ ἑαυτὸν ἔχων τὸ ὄστρακον. id eſt *pronus* vel, *teſtā ſuam habens pronam*. Oppianus —ἀνὰ δ᾽ ἔρχεται ἄκρον ἐς ὕδωρ πρηνής, ἐφρα κε μή μιν ἐπιπλώσῃ θάλασσα. Plinius tamen, *Supinus, ait, in ſumma æquorū peruenit* quâ ratione ſatis belle accipi poſſit, non video: neque capio doctiſſimorum hominum ſuper ea re ſententiam. ἐὰν δέ τι προσιὸν ἴδῃ, δείσας συνέλκει τοὺς πόδας. Quid huc facit δρσας? Dalecampius eam dictionem rectè omiſit: rectiùs feciſſet, ſi mutaſſet in δείσας, *metuens*: quod nos facilè vidimus vel ab Ariſtotele moniti, qui ait, ἂν δὲ φοβηθῇ. Plinius vertit, *& ſi quid pauoris interueniat.* Oppian. Ἀλλ᾽ ὅτε ταρβήσῃ χεδόθεν

δὸς τι καλόν. membranæ tamen δῆσας. at Hœscheliana Excerpta δήσας. Κόγχος ἐγὼ Ζεφυρῖτι παλαίτερος. Mos olim fuit, vt virgines cùm excessissent puellares annos, iámque essent nubiles, oblectamenta pueritiæ suæ Veneri consecrarent. Persius: *Nempe hoc quod Veneri donatæ à Virgine puppæ.* Inter puellarũ ludicra & puppæ erant, & conchæ Venereæ, & ocellata, siue καλολαίγιες, & id genus alia: vt concha nautili, quæ specie pulcherrima est, acatij modo carinata, & candore ac leuitate mirabili. Huiusmodi concham hebuit Selena Cliniæ filia, Smyrnæ quidem nata, sed in Ægyptum postea vt videtur, translata, vbi & habitauit, & fortasse nupsit. Nam occasione ferè nuptiarum talia donaria à virginibus Veneri suspendebantur, vt ex Varrone docet Cornutus in Persiũ. Selena igitur chasissimam sibi concham Veneri Zephyritidi, sub cuius nomine colebatur Arsinoë, dicat consecrátque: futurã deinceps πρόσκοπον παίγνιον Ἀρσινόης. Similis argumenti in Græcorũ epigrammatum κύκλῳ extat epigramma Leonidæ, quo adolescens Philocles nucibus relictis, vti ille ait, κουρεσύνης παίγνι' ἀνεκρέμασεν, & Mercurio consecrauit. Est ibidem & aliud, quo testa carabi, piscatoris nomine, Priapo dicatur. auctor epigrammatis Q. Mæius. Primum illius versum ita scribe. Ἀκταίης ποσὶ δῷ ἁλιξάντοισι Πελήπε χοιράσι. appellat χοιράδας ἁλιξάντους, scopulos ad quos fluctûs maris iugiter alliduntur. ξαίνειν poëtis interdum, *pulsare tundere.* ita Suidas quoque. at vulgo ἁλιξάντοισι. pessimè. Sed ad rem. Σεληναίη. poëtica est paragoge pro Σελήνη. vt Nicæa pro Nice, Phocæa pro Phoca. Cùm autem dictio οὖλος varia significet, quomodo capiemus cum ait poëta. οὖλος ἐρέσσετον Ποσσὶν ἵν' ὥσπερ ἔργῳ τοὔνομα συμφέρεται. Potest enim pro ὅλος, *totus.* nautilus enim, cùm flat ventus, parte cirrorum vela sibi pandit: parte aliâ remigat. quando est malacia, omnibus suis brachiis æquora sulcat. Potest etiam exponi *crispus*, id est, crispantibus pedum cirris, quod tamen minùs probo. At non displiceat scribi αὐτὸς, vt in illo Musæi, αὐτὸς ἐὼν ἐρέτης, αὐτόστολος, αὐτόματος νηῦς. Vox ἵνα prorsus tollenda, & legendum, τοῖς ποσίν, ὥσπερ καὶ τ. σ. vel ποσὶν ἰδίοις, id est, ἰδίοις, In septimo scribo cum viris doctis, Ἐς ἔπεσον παρὰ θῖνας Ἰουλίδος. non Ἰουλίδας. nam quod iidem accipiunt de Iuliopoli Ægypti, constat mihi falli eos egregiè. Locus Plinij lib. 6. cap. 23. qui est vnicus vbi Iuliopolidis fiat mentio, incertæ fidei est. nam vetustiores & meliores codices aliter exhibent. quòd si aliqua in iis oris fuit Iuliopolis, non dubium est, à Iulio Cæsare aut aliquo alio gentis Iuliæ id nomen ortum: quare nihil hoc ad Calimachi istum versum. Accipiamus igitur de Iulide antiqua vrbe insulæ Ceo, patriâ Simonidis, Aristonis Cei, & Erasistrati medici. Deinde scribe cum interpretibus, ----ὄφρα γένωμαι Σοὶ τὸ περίσκεπτον παίγνιον Ἀρσινόη. vocandi casu, non Ἀρσινόης. *Venus Zephyritis, Arsinoe, Chloris, Hippia,* sunt συνώνυμα. Quintum distichum scribo,

Μηδέ μοι ἐν θαλάμῃσιν ἔθ' ὡς πάρος, (εἰμὶ γὰρ ἄπνους) Τίκτηται αἰνοτέρας ὤεα Ἀλκυόνης.

Non hoc iam peto à Venere, ait nautilus, quod viuus petere eram solitus, vt vos infelices Alcedines mihi nidificetis & in mari pariatis. id est, vt tranquillum mare mihi præstet Venus: sed vt Selenæ faueat, & factum velit. θαλάμας Aristoteles & Oppianus vocant piscium in aquis cubilia: Callimachus, nidos Alcyonum, de quorum artificio mirabili multa Aristoteles in nono Historiarum, capite 14. & ex eo Plinius, Ælianus, alij. Nihil iam est in hoc epigrammate, quod vel mediocriter erudito homini faciat negotium. Auctoris tamen Epitomæ, viri sine cõtrouersia eruditissimi, extat ingenua confessio, ita corruptos ipsius temporibus fuisse hos versiculos, vt in illis non multum intelligeret. Ait enim, εἰς τὸν ναυτίλον τοῦτο φέρεταί τι ἐπίγραμμα Καλλιμάχου τοῦ Κυρηναίου. ὃ ἔχει ἐσφαλται οὐ μετέγραψα. Τὸ πλατὺ λιπορμῶσιν ἐκλιπαίνει πέλαγος. ἐκλιπαίνειν est *impinguare*, vel *pingui madefacere.* καταχρηστικῶς hic, turbatum mare sedare. videri potest longè translata significatio: sed non ita est. Nã mare commotum si aspergatur oleo quiescit, vt docemur ab Aristotele & Plutarcho. eò respexit Posidippus. Eclogam Epicharmi, πώλυποί τε σηπίαι τε καὶ ποτανοὶ τευθίδες. vbi Dalecampius corrigit, ψῆτται τευθ, exponimus infrà, vbi de loligine. At pro χαλυσώδης βολβῖνις, scribo, χ' ἀδυσώδης βολβῖτις, & *fœtida bolbitis.* Pro χαῖαι τ' ἐριθακώδεες: quid aliud legi queat, non video, nisi χυμαίαι τ' ἐριθακώδεες. id est, *& viles ciborum paratus ex intestinis piscium quorundam.* χυμαία quid dicatur, capite vndecimo iam exposuimus. vilitas cibi eâ voce indicatur: materia verbo ἐριθακώδεες. auctore enim Hesychio ἐριθάκην appellabant, τὸ ἐγκοίλιον τῶν ἰχθύων τῶν μαλακῶν. μαλάχια ἢ χαλεῖται ἢ τευθώδη. Scripta lectio, τὰ τευθιδώδη. In sequentibus, σελάχια ἢ τὰ τῶν ἐρίων φῦλα. Epitome, φῦλα. rectè. cætera non minùs deprauata. Videtur facere τὰ σελάχια, quasi genus τῶν χονδρωδῶν καὶ τῶν μαλακίων, si ita est, scribendum σελάχια ἢ τὰ σκληρῶν φῦλα.

CAPVT XX.

Εἶτα in indignationibus. καλόν γε ἂν ἦν. *piscis* ἀκανθοστεφὴς χρῶς *pro habere.* ῥαφὶς *piscis, qui & βελόνη, ῥίνη,* squatus. celtis. *Vetus Iobs interpretatio emendata. lingua scari.* θοἰ. *scari intestina scarus dormiat* τειχιόεσσα Μιλήτου κώμη. ἀγελαῖοι ὕκναι. *piscis* λινοπαγεῖς. *Admonitio de nupera editione Athenæi.* ὀρφὼς *pisces.* ἁλίξαι. Pægnia Salpæ. σκέπινος *vel* σκεπινος. σκίαιναι *aut* σκιαδεῖς *vel* σκιαινίδες.

NHΠΑΓΟΥΡΟΙ quod profertur vnicum testimonium veteris poëtæ, corruptum est, & dispunctum prauè.

Sententia exigit χαφὴν huiusmodi, ἀλλ' ἀλιεὺς ὢν ἄκρος σοφίαν, ἐν παγούρων μὲν θεοῖς ἐχθροῖσι καὶ ἰχθυδίοις εὕρηκα παντοδαπὰς τέχνας. γέροντα βούγλωσσον τὸν μὴ ταχέως πάνυ συναρπάσαιμι καλόν γ' ἂν εἴη. Loquitur piscator indignabundus, quòd vetulum buglossum ægrè caperet. *Ego, inquit, piscator cùm sim, meam artem perfectè callens, ad capturam pagurorum diis inuisorum & pisciculorum, artes sexcentas inueni: Itaque veterem hunc buglossum, si non citò admodum cepero, pulchrum sanè fuerit.* Indignantis verba esse, constare poterat vel ex sola voce εἶτα elegantissimè initio sententiæ positâ, vt passim apud Atticos, & alios quoque scriptores non rarò. scripsimus συναρπάσαιμι, ex corrupta lectione συναρπάσομαι: coniecturâ nimis certâ. Illud, καλόν γ' ἂν εἴη. valet, *mira & indigna res sit.* pari venustate Francoceltæ diceremus, *il feroit beau voir.* In ΠΗΛΑΜΙΣ laudatur Phrynichus ἐν Μούσαις. cuius fabulæ meminit Pollux libro septimo, capite 30. item libro decimo capite 23. laudatur item Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ μορίων. hoc est, vt sæpe iam diximus, libro quinto Historiarum, capite decimo. Scribo Numenij versum in ΠΕΡΚΗ, ἄλλοτε δ' αὖ πέρκας, ὅτι ἢ στροφάδα περὶ πέτρην θυνίδας. aut si mauis στροφάδας περὶ πέτρας. sed eam vocem accipe, non cum interpretibus, de insulis Strophadibus: verùm pro ἀλιστροφεῖς & *rotundas*, quæ vndique mari cinguntur. Videtur etiam Epicharmi testimonium de percis voce vnâ esse imminutum. nam statim in ΦΥΚΙΣ subobscurè hoc innuit Athenæus. Ibidem referuntur verba Aristotelis, ἀκανθοστεφῆ φησὶν εἶναι καὶ ποικιλόχροα φυκίδα. Fortè, ποικιλόχρουν. sed & vulgata ferri potest, assumptâ θηρίον voce ζῷα. non solùm autem ποικιλόχρους est phycis, sed etiam περιψίχους, vt docet philosophus Historiarum lib. octauo. ἀκανθοστεφῆ autem vocat phycidem, respiciens ad pinnam quæ per dorsum huius piscis continua porrigitur. quod proprium non est phycidi: sed in multis reperitur. Additur item ex philosopho, τὴν ἢ χαμμοποικίλον, τῶν τε πλαγίαις ῥάβδοις κεχρημένων, πέρκη. Docti corrigunt κεχρωσμένων: scripti tuentur κεχρημένων. nec video cur mutemus. χρᾶσθαι in multis loquendi generibus, quod veteres Latini *fungi*, vulgò *habere*. Aristoteles in Physiognomonicis, ὅσοι τῶν μεγάλων ξηρᾷ σαρκὶ κεχρημένοι εἰσὶ καὶ χρώμασι. Planè alieno loco posita sunt proxima verba, καὶ παροιμία δὲ ἐστιν, ἕπεται πέρκη με λαμύρω. quid hoc enim ad *phycides?* Suus illis locus erat ante vocem ΦΥΚΙΣ. allusit ad prouerbium hoc Numenius, versu qui antè recitatus est, Σκορπίον, ἢ πέρκαισι καθηγητῆρα μελάνουρον. Quæ appellantur deinceps ῥαφίδες, nomen à specie corporis inuenerunt. est enim genus piscis prælongi & vtrinque in acumen desinentis. Aristoteles in libris Historiarum non ῥαφίδα, sed aliâ voce eiusdem notionis, βελόνην appellat. Plinius & *acum* & *belonen*. dicebatur & συληνίς, si modò ita rectè scriptum libro octauo. Cùm ait, ἐν πέμπτῳ ζῴων μορίων, respicit vt videtur, verba philosophi, Histor. lib. 5. cap. 11. ΡΙΝΗ autem. Plinio teste, *squatus* vel *squatina* Latinis nuncupatur. sed aliud quoque illius nomen inuenio, affinis tamen significationis. Glossæ priscæ, *Celtis*, ῥίνη ἰχθύων εἶδος. Propriè *celtis* est celum, γλύφιον. Vetus interpres sacrorum librorum, Iobi cap. 19. *quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice?* in recentibus libris etiam Antuerpiensibus, editum *certè*. quin etiam doctissimi & præstantissimi viri ita scribi iubent, quos certum est falli, nam aliter versionis auctor scripserat: vide librum Hieronymi ad Pammachium aduersus errores Ioannis Ierosolymitani. Quare vocatur Archestrato Miletus *noua?* nam ait Καὶ σελάχη μὲν τι καινὴ Μίλητος ἄριστα εκτρέφει. sed error est in ea scriptura. Veteres quidam, καὶ τὴν Μ. pro καί γ' ἡ Μ. vel κλεινή. De tertio versu Archestrati cogitandũ ampliùs. Nunc verò pergamus. Σκάρος. τοῦτον Ἀριστοτέλης φησὶ καρχαρόδοντα εἶναι καὶ μόνηρη καὶ σαρκοφάγον. Ex libris Aristotelis, & re ipsa, dudum emendauit Rondeletius, φησὶν οὐ καρχαρόδοντα εἶναι. Historiarum libro secundo, c. 13. καρχαρόδοντες πάντες οἱ ἰχθύες, ἔξω τοῦ σκάρου Librorum chirographorum quantum est, nihil aliud hîc, nisi veteris mendæ testimonium nobis exhibent. In iisdem quod sequitur de lingua scari, ita scriptum, καὶ γλῶτταν οὐ λείαν, προσπεφυκυῖαν. meliùs nos hodie. οὐ λίαν προσπεφυκυῖαν. nam peculiare aliquid in scari lingua voluit obseruare philosophus his verbis. at illud omnibus ferè piscibus commune, non læuem sed scabram linguam habere, & adhærentem, atque vt verba illius vsurpem, σκληρὰν καὶ ἀκανθώδη, καὶ προσπεφυκυῖαν οὕτως, ὥστε μὴ δοκεῖν ἔχειν. Linguam autem piscis huius, diuersam ab aliorum piscium linguis esse, non mirum: si verè scribit idem philosophus, solos ex omnibus scarum & fluuialem porcum φθέγγεσθαι. qua de re libro 8. cap. 1. Deinde scribe cum doctissimo Rondeletio, ἢ παρ' ἄλλοις, χείλωνα. in Epitoma hoc saltem rectè, quòd χείλωνα scribit, non vt editum est, cætera nihilo meliùs. In Epicharmi ecloga, τῶν οὐδὲ τὸ σκῶρ θεμιτὸν ἐκβαλεῖν θεοῖς, non contemnenda Excerptorum lectio, θεοί, pro θεοῖς: nam ita etiam Eustathius. θεοί, exclamationis vox: vt *Doctis, Iupiter, & laboriosis*. θεοῖς, simile est illi Archestrati de optimo vino, τῷ ἐνεστῶτι καὶ θεοὶ αὐτοὶ, quod lib. 1. exposuimus. ideò autem Epicharmus scarorum stercoris meminit, quia piscis huius solùm intestina comedebant gulæ proceres. Martialis.

Hic scarus æquoreis qui venit obesus ab vndis
Visceribus bonus est, cætera vile sapit.

Falsum est quod mox refertur ex Seleuco Tarsense, μόνον τῶν ἰχθύων τὸν σκάρον καθεύδειν. *solum ex omnibus piscibus scarum dormire.* Quid igitur? piscium vniuersum genus somni expers? atqui verè pronuntiat philosophus, cadere somnum in omne animantium genus: solis fortasse testaceis exceptis, de quibus scribit, nondum expe

experientiâ esse compertum, dormiant an non. Potest fieri vt contrarium senserit Seleucus hic. πολλὰ γὰρ πολλοῖς λανθάνει, inquit, philosophus: quorum ratio nulla haberi debet. Sed vereor ne viro docto facta sit iniuria: sublatâ negatione, & in contrarium versâ ipsius sententia. Lego, μόνον τῶν ἰχθύων τὸν σκάρον οὐ καθεύδειν. firmant clarè subiecta verba. ὅθεν οὐδέ νύκτωρ ποτὲ ἁλίσκεται. ideò nunquam noctu capitur. non somni hic est effectus, sed assiduæ vigilantiæ. Ab eadem mente etiam quod sequitur: τοῦτο δ᾽ ἴσως διὰ φόβον αὐτῷ συμβαίνει. fortasse, ait, à metu hoc illi vsuuenit. Cedò, verum probabilius, metum ingentem conciliare somnum, an insomnium? Rei veritas apud Oppianum poetam, & philosophum de meliore nota.

Μοῦνον δ᾽ οὔ ποτέ φασιν ἀνὰ κνέφας ἀσπαλιῆες
Εἰς ἄγρην ξεστὴν ἁπαλὸν σκάρον· ἀλλά τις ὕπνον
Ἐννυχιον κεῖνος ...αι κοιμᾶται ἰαύειν.

Sic est profectò, quia negabant piscatores capi posse noctu scarum, induxere quidam in animum credere de illo, quod hic Seleucus narrat: nunquam scarum dormire. Præceptum Archestrateum istud, —χειμῶνι δ᾽ ἐπ τρίγλαν ἔσθ᾽ ἐπὶ ψαφαρῇ ληφθεῖσαν τειχιόεσσῃ Μιλήτου κώμῃ, verte, mullum ede in arenoso Mileti vico Tichiunte, captum. Τειχιόεσσα κώμη periphrasis est Tichiuntis, vt appellatur aliis, & Athenæo ipsi libro octauo. Thucydides tamen Tichussam: auctor seipse explicat, de mullis loquens infrà, Ἀρχέστρατος ἐπαινέσας τὰς κατὰ Τειχιοῦντα τῆς Μιλησίας τρίγλας. neque putemus Tichiuntem ex eo nomen inuenisse, quod mœnibus pulchris esset cincta: sed quod bene munita. Non igitur a Leopardo solùm dissentiunt qui aliter vertunt, sed a veritate procul abeunt. In tertio versu rectè Dalec. Καρῶν πέλας ἀγκυλοχωλῶν, sic voluimus editum ex membranis & Epitoma. item πηγῶν, non πυγῶν. meliùs autem συαλίγενὸς, quàm Θεαλ. etsi aliter sæpe MSS. ἰνῶν, genus quoddam scarorum fuisse, testis etiam Hesychius. In σπάρος corruptissima sunt Epicharmi verba, quæ vix aliquis emendauerit sine librorum præsidio. pro ἀγεμων, scribendum ex aliis locis ἀλλ᾽ ὦ. At in istis Numenii, κατ᾽ ἀσιν.. ηνάσκας ἀγελῖδας, non erat difficile veram lectionem restituere ex libri fine, ἢ σπάλ... υκκας ἀγ. Sed Sparum, aut hyceas ex iis esse qui gregem faciunt, non est existimandum. Quare ἀγελῖδας vocem poëticam caue putes positam pro ἀγέλαιας, sed pro ἀγελείας, prædatrices, nam & λεῖς, poëtis idem ac λεία, præda. In σκορπίος ita editum est, οἱ γὰρ πετραῖοι μελαν σαρκοτεροι εἰσι. Demiror, quî fugerit nos, aut operas nostras hic locus. Nam cōmuni sensu careat necesse est, qui vel solum dubitat scribendum esse, μελανοσαρκότεροι. neque aliter omnia manu exarata exemplaria. Ait, Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ μερῶν. Lege caput nonū quinti Historiarū. Ait, ὅτι καὶ σκορπαίναι καὶ σκ. Melius scribas, ὅτι δ᾽ καὶ σκορπίαιναι καὶ σ. Ait, Ἀρχέστρατος ἐν τοῖς χρυσοῖς ἔπεσιν. alludit ad Pythagoreorū χρυσᾶ ἔπη, siue carmen aureum. In Archestrati versu ... μὴ μακρὰ τὸ τοῦ ... Ait de scombris, ... ἀκαλῆ... χλωρότεροι ... Legebam ... sed aliter convenit ... ξανθοὶ ... SARGVM appellat Archestratus ἀνοσπλάνητότατον ἰχθύων, quia omnium maximè cum retibus certat, eáque vehementi iactatione vel attritu, vt Plinius scribit, frangat, hoc significat ἀπαλλήξ propriè: nā quod antiqui grammatici interpretantur φρενοπλήξ, translatum est à notione prima: quia capti piscis iactatio intra retia, similis furori insanientium. Corrige illa, Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ περὶ ζώων πράξεις est quidem verum recitata hic verba, extare in quinto Historiarum, capite nono: sed omnes ad vnum chirographi libri consentiunt in errore, de quo diximus toties: quare Athenæi errorem secuti scribamus etiam hîc περὶ ζώων μορίων. Epicharmi prius testimonium in postrema voce corruptum est: αἱ δ᾽ λῆς σαργοί τε χαλκίδες τε καὶ ταπεινοί. docti corrigunt, χαλκίδες τε τάρπαι nos sic potius, χαλκιδές τε καὶ, τοὶ πυλωτα. At in altero testimonio eiusdem poëtæ, editionis nuperæ διορθωτής, qui operas suas prelis locauerat, ex imperitia φίλτατοι scripsi pro φιλτάται: illaudabili & magno facinore, quod eò dico, ne quis putet talium ... si quæ inter legendum erudito lectori deprehendantur, à nobis rationem esse poscendam. Ita igitur cum libris omnibus & Eustathio scribe, ... σαργῖνα, μελανουροί τε καὶ φιλτάται ... λεπτοὶ ... Doricum est, φιλτάτος pro φίλτατος. Restituendam censeo etiam in hoc versu Archestrati, τὸν δ᾽ ἐγχέλυν μαλακὸν ... φύσει ... σάρκα, vocem cōpositam, sed distractam pridem, cum sententiæ labe ... alioquin hiulca & suspensa oratio relinquitur. Non agnosco pisces ..., qui nominantur in istis, ... γάμων, ευσης, φαγεῖν ... & profecto nulli vnquam ea appellatione fuerunt Græcis noti, sed nomen hoc varie depravatum est in hoc opere: nam sub libri fine ... scriptum pro ... imò vero pro ..., quod est indubitatè verum nomen horum piscium, auctoribus quibusdam MSS. & Hesychio, ... Addit Syracusanus poëta, ... scribendum ex libris Eustathij, ... vel ... pro ... Philosophi locus extat Historiarum libro quinto, capite nono. Rectè viri docti in Pancratis versu, ... damnarunt vocem ... nam Halizoni populi nihil ad hunc locum. at ... piscatores, dicendi marinam degentes, vel e mari viuentes, id est piscatione marina. Theocritus, ... Rectè etiam in sequente versiculo, ... emendarunt ... licet veri-que emendationi refragetur scripta lectio, quæ non vtique semper assensum meretur, vt

enim paulò pòst legitur in Excerptis, de Botrve Mel. ano, ζωμὸς ὅμοιος τῷ πρὸς τὸν τέτταρα παγινίων τῆς ἀσσαγορευομένης σάλπης. nam rectum est, quod editum vulgò, τῆς προσαγορευομένης Σάλπης: Pagina Salpæ appellabant, quorum auctor Mnaseas Salpa, de quo lib. 1. diximus, cap. 17. Scribe, Ταῦτα δὲ πάντα Κύρῳ φράζω, καὶ πρός σε κλάοντ. non φράζων. & in Ephippi catalogo, κεφαλος, πέρκη, non κεφαλῆς, πέρκης. neque φυκίον sed φυκία. melius etiam μύλλος, vt in Glossis Hesychij, & λεβίας. ΣΚΕΠΙΝΟΣ qui memoratur ex Dorione, alibi, quod sciam, non legitur: nisi est is de quo Oppianus primo Halieuticorum, Σαργοί τε σκέπανοί τε, καὶ οὓς ἐντέτροφε πηλοῖς. In verbis Epicharmi de SCIÆNA, siue vmbra, scribo cum Epit. σκιαινίδες, non σκιαθίδες. In tertio Galeni περὶ τροφῶν, ex Philotimo *sciænides* semper nominantur. & disertim Galenus σκιανίδες ἤ σκιαιναι διττῶς γὰρ ὀνομάζονται. fortasse σκιαινίδες.

CAPVT XXI.

Ἀπεθὴς πρὸς τὴν γεῦσιν. sphyrænam plus cõgris alere. σηπία. σιφρεῖ pro γινεῶς σιφρεν. loligines volucres. πέλαιος, gratus vel similis. ὑποσφαγμα. ταράττειν, triuare. κατατετμημένη κύβους, pro εἰς κύβους. τρίγλη vnde dicta. θυρίς. mullus piscis gregalis. eius dentes. Sophronis Παιδικά. cinædus ἐμπεσών ἐν κ. ἐπιτεθεὶς. mullus Hecatæ sacer. τριγλων. γλαῦκος. Κίττα piscis Baccho sacer: νῆττα Neptuno: mænides Hecatæ. Cratini Trophonius. mulli Æxonici. alia quædam.

ΣΦΥΡΑΙΝΑΙ. ταύτας φησὶν Ἱκέσιος τροφιμωτέρας εἶναι τῶν γόγγρων, ἀπεθεῖς δὲ τὴν γεῦσιν καὶ ἀστόμους. Meliùs, ἀηδεῖς δὲ πρὸς τὴν γ. vt libro tertio ex eodem Hicesio, τῶν μυῶν ἐνίοι κακόχυλοί τε καὶ πρὸς τὴν γεῦσιν ἀπεθεῖς. neque assentiri debemus iis qui emẽdãt ἀηδεῖς. Obseruat Suidas locum hanc vocem habere non solũ in personis, sed aliis quoque rebus. Profert exemplum ex Æliano, οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι ἴσθι ἂν τοῖς ἐχθροῖς ἐνετύγχανον, ἐπ ταῦτα ὄντας καὶ ἠγωνίζοντο, εἴτε εἰεν ἀπεθεῖς ἐν τόποις, καὶ τραχεῖς, εἴτε εὐφυεῖς δέξασθαι ὁπλίτας καὶ ἵππους. loci ἀπεθεῖς, *incommodi ad pugnam*. alius auctor, Ἀλαλκομεναι πόλις, ἐστὶ καὶ ἄκρων αἵτινες μήτ' ἐφ' ὑψηλοῦ κειμένης καὶ ἀπεθοῦς λόφου, μήτε τειχῶν περιβολὴν ἐχόν. collẽ ἀπεθῆ vocat quem difficilè ascendas: vt Hicesius piscem ἀπεθῆ, quem non lubens comedas. sic ferè ἀπιθανος ἐν γελοίῳ, libro octauo, de eo qui non sit natus dicteria dicere. Sed sphyrænas plus cõgris alere falsum est, vt ex disputationibus doctissimi Rondeletij constat liquidò. Quem autem falsi huius insimulabimus? Hicesiumne an Athenæum, an librarios? In hos culpam coniiciebat Gesnerus: σμύραιναι scribendũ affirmans, non σφύραιναι, cùm isto loco, tum in alio simili sequentis libri. Sed de illo ibi viderimus. Hic autẽ Athenæi potiùs, vel Hicesij fides suspecta mihi quàm librariorum. Stant ab edita lectione omnes codices, & quæ plurimi facio non iniuriâ, Augustana Excerpta. præterea quæ statim subiiciuntur nisi de sphyræna capiantur, ecquẽ hic locum habebunt? Adde quòd de muræna suo loco in elemento μ tractatum est. σμύραιναι autem & μυραιναι tanquam diuersos pisceis παρὰ τὸ γράμμα separatim explicare, cuius fuerit stuporis? Non igitur librarij culpa hîc vlla, sed vel Athenæus minùs fideliter alienã sententiam recitauit: si quod de muræna dixerat Hicesius, aut deprauatum secutus codicem, aut aliud agẽs phyrænæ tribuit: vel Hicesius ipse contra aliorũ sententiam sic sensit perperam, quod in eo argumento nemo mirabitur, qui fuerit in medicorũ scriptis paulò versatior. Extant quidem in superioribus ex eodem Hicesio verba hæc, τροφίμους τὰς μυραίνας εἶναι φησιν ὁ Ἱκέσιος οὐχ ἧττον τῶν ἐγχέλεων, ἀλλὰ καὶ τῶν γογγρων. sed ex istis non rectè colligas quod voluit elegantissimus Gesnerus, dixisse Hicesium, murænas plus alimenti quàm congros præstare. Solet dipnosophista præceptiuncula grãmaticorum non aspernari. cuiusmodi est in ΣΗΠΙΑ, quod scribit de eius vocis accentu: ὡς αἰτίας ἡ παραλήγουσα ἐξωνεῖται, ὡς φιλήμων ἱστορεῖ ἐμφαίως καὶ ταῦτα, παιδία, ταμία, οἰκία. Sed primum exemplum delendum est: nam Græca vox non est παιδία. meritóque eam prætermisit Eclogarius: aut scribe, ἀπαιδία. ἐν δὲ πέμπτῳ ζώων. Scribendum & hîc, vt semper alibi, ἐν π. ζώων μορίων. Respicit caput 6. 5. Historiarum. τὰ ᾠὰ ὁ ἄρρην παρακολουθῶν καταφυσᾷ καὶ σιφρεῖ. Sæpe monuimus Athenæum sententiam magis quam verba auctorum spectare. itaq; etsi apud Aristotelem, vnde est hic locus, scriptum hodie legimus, καὶ γίνεται σιφρεῖ, cap. 12. lib. 5. Historiarum, fortasse tamen verbo σιφρεῖν vsus erat noster conuiuator duorum loco: quod cur ab illo fieri non potuerit, caussam non video. Ita legunt scripti omnes. Cæterùm huius loci sententiam à doctissimis viris rectè expositam, ex eorum scriptis petant studiosi: nam actum agere nostri moris non est. πτῆναί τε σηπίαι τε, καὶ πέλαιναι τευθίδες. Qui paulo antè iubebat nos scribere πότνιαι, idem vir doctus, quasi sententiæ pœniteret, corrigit hic πέταναι. Volucres loligines esse, & ἱεροπέτας, vt vocat Oppianus, vel ex etymologia eius vocis constat: nam auctore Varrone *loligo* dicta, quòd subuolet, quasi *voligo*. quare etiam auctor Epit. πέταναι semper scribit in hoc Epicharmeo versu. Nobis membranarum Athenæi & editorum librorum γραφὴ, non videtur temerè mutanda. πέλαιος Epicharmo idem ac πέλαιος, *recens* vel *similis*. posterioris interpretationis auctor mihi Hesychius, qui nõ solum νεοι καὶ τροφερὰ interpretatur, verum etiam συνεγγυς. Igitur πέλαιναι τευθίδες, *vicinæ loligines*, siue *similes*: sepiis nempe antè nominatis. Confirmat hanc interpretationem quod subiicitur incontinenti, facere hunc Epicharmi versum confirmandæ sententiæ Speusippi, qui scripsit sepiam & loliginẽ esse similes. E contrario

rio si cui placet Epitomæ lectio ποδαραί, interpretari oportebit πρὸς αὐτὸν Σπεύσιππον, *contra Speusippum.* ὑπόσφαγμα δ' εἶναι κρέασιν ὀπτοῖς ἐκ τοῦ αἵματος, τεθρυμμένοις μέλιτι, τυρῷ, ἁλί, κυμίνῳ, σιλφίῳ † ἐξ ἑφθοῖς. Lege τεθρυμμένου, videlicet τοῦ αἵματος, cum Eustathio: vel τεθρυμμένον, vt in Excerptis: nempe ὑπόσφαγμα. Malè capiunt Erasistrati mentem, qui fieri aiunt hyposphagma ex carnibus assis aut elixis. non hoc edita lectio significat. Verte itaque: *Paratur hyposphagma carnibus assis ex sanguine confuso cum melle, caseo, sale, cumino, lasere: paratur & elixis carnibus.* Θρύπτειν culinæ vocabulum, est *truare*, id est, τῇ τρυήλῃ siue *trua* κινεῖν, non in olla, verùm in patina. hyposphagma enim condimenti genus est, atque vt ait Eustathius, ὑποτρίμματι. postrema verba ita corrigimus, εἶναι δὲ καὶ ἑφθοῖς. iam exposuimus. αἷμα ἑφθὸν καὶ σίλφιον. Excerpta, καὶ σίλφιον. καὶ φύλλα δ' ὡσεὶ τεθρυμμένα. Eustathius, τετριμμένα. Excerpta, vt est editum. ἀλλ' ἔντραγε τὴν σηπίαν τὴν διαλαβοῦσαν, καὶ τοδὶ τὸ πολυπόδιον. Scribe cum Epitomatore, τηνδὶ λαβοῦσα. at interpretis emendatio est absurda. Καὶ τὰ πτερύγια συνθλίψας ἑφθὰ ποεῖ. loquitur coquus, non coqui herus: quod tamen sine caussa interpres sibi persuasit: & ideò totum locum malè cepit, malè interpollauit. In isto versu, τὸ δ' ἄλλο σῶμα κατατεμὼν πολλοὺς κύβους, notemus elegantiam non vulgarem: cùm omittitur præpositio εἰς post verbum τέμνειν, aut aliud cognatæ significationis. Aristoph. Equitibus, διαπεπρατοῦσιν διατμηθεῖσιν τε λέπαδνα. id est, *dissecer in lora iugalia*, Theocritus, τὸν σίφωνα τίλαί με κατατίλας λεπτὰ ποιήσας. id est, εἰς λεπτά. Postremum versiculum scribe ex melioribus libris, Ἐπὶ τὸ τήγανον σίζον, ἰχθύων φέρω. aliter neque stat versus, neque sententia. ΤΡΙΓΛΗ. κίχλη διὰ τοῦ η. habes eundem canonem supra in κίχλη.

ἐν πέμπτῳ ζώων. Scribe ἐν πέμπτῳ μορίων, ex libris omnibus. Locus est Historiarum lib. 5. cap. nono. Quod ait, videri mullum τρίγλην dictum Græcis, quia ter in anno fœtum edat: de eo etymo sic Artemidorus lib. 2. cap. 14. ex Aristotele, & Aristophane grammatico, qui in philosophi libros eius argumenti commentarios ediderat: τρίγλη γυναιξὶν ἀτέκνοις ἐστὶν ἀγαθή. τρὶς γὰρ κύει. (malim τρίς, vt in Athenæo) ὅθεν αὐτῇ καὶ τοὔνομα εἰκότως φασὶ κεῖσθαι καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην ὑπομνήμασι. Σκάρος δὲ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, καὶ σκαρίς. etsi totidem litteris hæc etiam apud Eustathium scribuntur: quia tamen scaridis piscis veterum, opinor, nemo meminit, scriberem lubens καὶ καρίς, οἷον σκαρίς. In Etymologico, vbi multa sæpe ex Athenæo descripta obseruauimus, legas, καρὶς παρὰ τὸ σκαίρω, σκαρὶς καὶ καρίς. alioquin vulgatam lectionem interpretabimur de lumbricis, quos vocant σκαρίδας. ἔστι δὲ καρχαρόδους συναγελαστικός. Vtrouis modo legas συναγελαστικός, aut συναγελαστικὴ, semper de mullo hæc erunt intelligenda: quem inter gregales refert Aristoteles nono Historiarum. At dentes serratos habere mullum, neque Aristoteles scripsit, & falsum esse arguit αὐτοψία si modò is est veterum mullus, quem linguam & dentes habere negant Rondeletius & Belonius, viri de hac parte philosophiæ quàm optimè meriti. ἐν δὲ τοῖς ἐπιγραφομένοις παιδὶ κάσσει φυξὶς φησὶ τρίγλας μὴ πίονας. τριγόλαν δ' ὀπισθίαν. Corruptissimus locus. à libris subsidium nullum. Lego ex ingenio, ἐν δὲ τοῖς ἐπιγραφομένοις Παιδικὰ· παιδικὰ ποιφύξεις φησί. id est, *Sophron in mimo inscripto Delicia, vel Amasius: amasium terrebis, ait.* sequentia deinde verba perfectam sententiã non continent. Fortasse tamen ita scripserat Sophron, Παιδικὰ ποιφύξεις τριγόλα τ' ἐμπροσθία, τριγόλα τ' ὀπισθία. Latet sub his verbis aliqua obscenitas, vt in illo apud Plut. in Symposiacis, ὅθεν Ἀρκεσίλαος οὐδὲν ἔφη διαφέρειν τοῖς ὄπισθεν εἶναι κιναίδους, ἢ τοῖς ἔμπροσθεν. & eo quod de Agathocle Siculo iactatum est olim, πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν καὶ τοῖς ἔμπροσθεν γινόμενος. Rectè autẽ emendari à nobis παιδικὰ ποιφύξεις. ex vestigiis corruptæ lectionis, en testem locupletem. Scholiastes Nicandri explicans verba poëtæ in Theriacis, Ἄκριτα ποιφύσσοντος: scribit, τὸ δὲ ποιφύσσειν, πολλαχῶς λέγεται· καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, ὡς Σώφρων ἐν Μίμοις· παιδικὰ ποιφύξεις· ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ πνεῖν. ὡς Εὐφορίων, ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος.

ὅθεν Τύφων φησί. Scripti libri notæ melioris, Τρύφων. Mox deest ecloga Sapphus: nam qui versus hexametros subiectos putant illius esse, falluntur: sunt enim Archestrati, vt scimus ex libro primo. τριοδῖτις γὰρ καὶ τρίγληνος. Scrib. τριοδῖτις. voce τρίγληνος alluditur ad nomen τρίγλη. nam ideò Hecatæ sacer mullus, id est τρίγλη, quia ipsa τρίγληνος. in qua voce exponenda frustra sunt interpretes. Propriè τρίγληνος dicitur qui tres oculos habet: qualis ille τριόφθαλμος ἡγεμών, cuius mentio in antiquo oraculo apud Pausaniam. γλῆναι sunt *oculi*. Sed cùm τρίγληνος Hecate dicitur, γλήνη est facies, à parte eius præcipua. τρίγληνος igitur, dea triformis: vulgò Græcis, τριπρόσωπος & τρίμορφος. εἰκὸς οὖν Ἀπόλλωνι μὲν κίθαρον, Ἑρμῇ δὲ βόακα, Διονύσῳ δὲ κιττόν. Longè petitum est, quod substituit Dalec. ἐξώκοιτον pro κιττόν. vnde autem didicit exocœtum Arcadum, siue adonidem, dicatum fuisse Baccho? vt maximè ita esset: nihil tamẽ id nomen ad institutum sermonem, vbi agitur de animalibus, quæ occasione nominis alicui deûm sacra habita. Non minùs aliena coniectura eorum, qui scribunt τὸ σκύμνον. Noli ambigere scripsisse Athenæum, Διονύσῳ δὲ κιττάν. Cittan aut cissan, piscem nouisse veteres, Hesychianæ Glossæ arguunt κίσσα inquit, ἰχθύς ποιός. Citta ergo Baccho dicata, ob communem appellationem cum hedera, quæ Græcis κιττός. Veteres grammatici, εἰώθασι Διονύσῳ κισσός. κισσητὴς γὰρ ὁ οἶνος, ὡς δοτὴρ ὁ Διόνυσος,

Baccho sacra habetur hedera, siue κισσός, quia vinum cuius ipse largitor, est κισσητὸν, auideque expetitur. Quin & certa & vera sit nostra de hoc loco sententia, vix puto futurum qui dubitet. vulgi tamen scripturam non solùm in antiquis Athenæi codicibus inuenias, & in Epit. verùm etiam apud Eustathium. neque ego pugnabo: si mihi concedatur, Athenæo κίττον dici piscem illum quem ex Hesychio appellauimus *cittam*. καὶ τὴν νῆτταν ἢ καλχαμώλην Ποσειδῶνι τινὲς εἰκάζουσι. dicta enim νῆττα à verbo νῶ, *nato*. Neptunus autem est aqua, in qua sola potest natari. hæc nominis conuenientia. Dalec. emendat ψῆτταν pro νῆτταν. Respondeat si potest Eustathio, qui libris omnibus conspirantibus in vnum, falsi actionem aduersus ipsum meditatur. Nonnullæ auium, inquit Eustathius, diis fuerunt consecratæ, διὰ τὴν πρὸς ἐκείνους συγγένειαν, ἢ κατὰ τὸν τῆς κλήσεως τύπον, ἢ κατὰ ἐνεργείας ταυτότητα· οἷον ἡ νῆσσα τῷ Ποσειδῶνι· ὑγρὰ γὰρ τὸ ὕδωρ ὁ Ποσειδῶν· νῆσσα δὲ παρὰ τὸ νῶ, νήχω, τὸ κολυμβᾶν ἐτυμολογεῖται· ἐξ οὗ καὶ τὸ νήχω, καὶ ἡ ναῦς, καὶ ὁ Νηρεύς. καὶ τρίγλην καὶ μαινίδα, ὅτι καὶ θαλάττιος ἡ Ἑκάτη. Nō hæc est proxima caussa, cur τρίγλη aut μαινὶς Hecatæ offerantur: sed de mullo quidem ea quam antè exposuimus; de mænide autem ratio est, quia credebant μανίαν & furorem ab ea hominibus immitti. Eustathius. θύεται μαινὶς τῇ Ἑκάτῃ. ταύτην δὲ αὐτὴν τῇ σελήνῃ διὰ τὸ δοκεῖν εἶναι εἰς μανίαν αἰτίαν εἶναι. Quæ autem Τριγλανθίνη mox hîc dicitur Hecate, in libris Eustathij est Τριγλαθήνη. Scribe καὶ δὲ ἐναποπνιγῇ τρίγλη ζῶσα ἐν οἴνῳ. Quæ sequuntur ex Archestrato, meliùs capias, si integer locus apponatur: quod ex aliis Athenæi locis & membranis faciemus.

Καὶ σκάρον ἐξ Ἐφέσου ζήτει. χειμῶνι δὲ τρίγλαν
Ἔσθι' ἐνὶ ψαφαρῇ ληφθεῖσαν Τειχιοέσσῃ
Μιλήτου κώμῃ, Καρῶν πέλας ἀγκυλοκώλων.
Κἀν Θάσῳ ὀψωνεῖ τρίγλην. κ' οὐ χείρονα λήψῃ
Ταύτης.......... κεδνὴ δὲ καὶ αὐτὴ
Ἐν Ἐρυθραῖς ἀγαθὴ θηρεύεται αἰγιαλῖτις.

Sensus est: Ephesi scarum capi optimum: mullum Tichiunte, qui fuit vicus Milesij agri: sed & in Thaso insula mullos esse bonos, & Tichiuntiis nihilo deteriores. videtur postea alium quoque locum nominasse, vbi pisces eius generis haut pœnitendi inuenirentur. Postremo ait, etiam Erythris bonam capi αἰγιαλῖτιν τρίγλην. species ea est mulli plurimùm littora frequentantis. Versuum penultimum ex MSS. adiecimus. In eo autem spatio quod vacuum reliquimus, scriptum est in membranis, ἐν γ τῇ γηρῷ. quæ non potuimus emendare. Κεφαλῖνος δ' ἐν Τροφωνίῳ. Pollux libro septimo, ἀργυροκοπεῖας δὲ λόγοι ἐν Τροφωνίῳ παιζ Κεφάλου meminit & libro decimo, cap. 26. eodem titulo fabulas docuerunt Alexis & Cephisodorus.

οὐδ' Αἰξωνίδα ἐξ ὑπογείων ἐσθίειν ἐπὶ τρίγλην. Dele ἐπί: aut muta in ὑβρίζ. vel ἐσθίει. nam desideratur verbum aliquod. Mulli Æxonici absque dubio ab Æxona Atheniensium pago dicti: non ab Æxonia Magnesiæ vrbe. parum enim probabile est è Magnesia aut Ionica, aut Macedonica, mullos fuisse Athenas importatos. Deinde in Ethnicis Stephani legimus, Αἰξωνὶς formari ab Αἰξωνή, quod est nomen δήμου Atticæ, vt diximus. οὐδὲ τρυγόνος, οὐ τὰ δηνεφῆ μελανούρου. Scribo, οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δηνοῦ φυλὴν μελανούρου. *neque pastinacam, neque solertis ingenij melanurum.* Cur ita vocet, ex Oppiano & Æliano clarum. ὡς κλυδὼν Αἰξωνικός. Scribendum Αἰξωνικός. Scimus tamen etiam in antiquissimis codd. scribi hoc nomen per αι, & per ε promiscuè: cui similia in Glossis Hesychij & aliorum multa. Παίζει ὁρίσας ἐν τόποις παιδεύεται. Non est negligendum quod in Excerptis legimus, ἐν τόποις. nam vulgata lectio non placet. Legam potiùs ἐν τρόποις π. *Fluctus,* inquit, *Æxonicus castigat subinde,* (id significat παιδεύειν) *mullos, & eos docet sapere.* dictum ἀλληγορικῶς & venustè.

CAPVT XXII.

Eupolidis Προσπαλτίων *nomen variè corruptum.* Tæniæ *muliebres.* Taulopias *piscis nomen fictum Athenæo ex praua lectione. Antiquorum librariorum imperitia & negligentia.* Dium *Piceicum.* Baphyras *fl.* Ταινίδης *&* νες. ψαμμίτης ὀρυκτὴ *&* ψαμμοδύτης. *Hycce* ὑκαῖοι. Φάγρος dentatus. ἀχάρναξ *lupus.*

IT in ΤΑΙΝΙΑΙ, ὅταν δ' Εὔπολις ἐν Προσπαλτίοις λέγῃ. In Commentariis comici ad Vespas laudatur Eupolis ἐν Προσπαλτίοις: ad Nebulas, ἐν τοῖς Προσπαλτίοις. ad Aues, ἐν Προσπαλτίοις. atque hæc sola scriptura placet. neque aliter scriptum in Messæi viri amplissimi libro antiquo. Nam ei fabulæ nomen impositum ab vno è populis Atticis, vt Acharnensibus Aristophanis, & aliis plurimis fabulis. Prospalta is δῆμος dicebatur: vnde Προσπάλτιοι. quare ita rescribe superiores locos: & vbicumque laudatam hanc fabulam reperies. Nam ferè corruptè semper hoc nomen scribitur. Exempli gratia: Priscianus lib. 18. *Impetro illam rem dicimus. sicut & Attici. Eupolis* Προσπατλείς, πάντα γὰρ τυχὼν αὐτῇ. Lego indubitanter, Προσπαλτίοις. Eupolidis autem verba quæ profert Athenæus sunt hæc, μήτηρ τις αὐτῷ Θρᾷττα ταινιόπωλις. addit interpretamentum, τὴν ἐπὶ τῶν ὀφθαλμάτων λέγει καὶ τὴν ζωνῶν, αἷς αἱ γυναῖκες περιδέονται. Istæ ταινίαι sunt fasciæ, quarum multiplex vsus olim, in cultu præsertim muliebri. Erant enim aliæ pectorales, aliæ tibiales, aliæ pedales, aliæ aliarū partiū. Has cōficiebant Athenis pauperes mulieres, vt plurimùm peregrinæ, qualis ista quā Eubulus Thressam vocat. qualis item illa Euxij mater, quam vt conditionis seruilis fuisse probaret Eubulides, qui filiū eius numero ciuiū exemptum cupiebat, aiebat sedisse in foro vendentem fascias. Lege Demosthenē in ἐφέσει contra Eubulidē. In ea oratione vox

vox ταινιόπωλις ita exponitur, vt hîc ab Athenæo. Corruptissimus est Numenij versus in ΤΡΑΧΟΥΡΟΙ, hic, Ἀκανίας κιγκάλλους τε καὶ ἀλλοπίαν τράχουρον. nihil succurrit probabilius, quàm quod Gesnero videbatur. Αἰολίας κίχλας τε, καὶ ἔλλοπας, ἠδὲ τραχούρους. Aut vera, aut certè simillima veri hæc coniectura; sicut etiam quod sequitur, acutè & doctè vidit Gesnerus idem, vir immortali laude dignissimus. Nam quod genus piscis sit ΤΑΥΛΩΠΙΑΣ, neque Athenæus explicat, neque Aristoteles, aut Ælianus, aut Oppianus, vel omnino quisquam veterum qui adhuc supersunt. Sed nec eorum qui fuerunt, opinor, quisquam taulopiæ meminerat: non Epicharmus, non Numenius, non Dorion. Non enim arbitremur Athenæum in illorum libris versatissimum eorum testimonia in hoc pisce prætermissurum fuisse, contra quàm in cæteris fecisset omnibus. Enimverò nimis iam certum est, Archestratum in prolatis ab Athenæo versibus, non de taulopia sibi vni noto pisce locutum esse: verum de eo qui Aristoteli aliisque αὐλωπίας & αὐλωπὸς dicitur. En quid sit & quantū, incidere in libros parum emendatè scriptos: à quo fonte multos veterum eruditorum manasse errores, docemus multis exemplis alibi. Inter illa est hoc quoque: nam taulopiam piscem primus in mundo finxit Athenæus: cùm in Archestrati versu, παρὰ μεγάλου ταυλωπία, culpâ librarij scriptum inuenisset, pro παρὰ μεγάλου τ' αὐλωπία. Veteres parum distinctè scripsisse, & omnino parum diligenter, nemo potest ignorare, qui Ciceronis, Strabonis, Galeni, & Hieronymi querelas de eo genere hominum recordabitur. In Archestrati versu altero scribe Κρανίον, ὅταν ᾖ. non χρανίον Ait in ΤΙΤΘΟΣ, ἐν ᾗ πέμπτῃ ζώνῃ, βραχὺ εἶναι φησὶν εἶναι τὸν τοῦθον καὶ τὴν σηπίαν. Membranæ antiquum obtinent, ἐν πέμπτῳ μοιρῶν. Locus extat in quinto Historiarum, cap. 18. Videamus quàm rectè interpretes accipiant versiculos Archestrati de teuthidibus.

Τευθίδας ἐν Δίῳ τῷ Πιερικῷ περὶ χεῦμα
Βαφύρα, καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ παμπληθίας ὄψει.

Dium, olim plurium oppidorum fuit nomen. Ideò poëta distinctione cauit ne falleremur, cū addit τῷ Πιερικῷ. Pieriam Macedoniæ regionem ex Geographorum scriptis noruntomnes. Igitur de Dio Macedonicâ sentit Archestratus: quod etiā confirmant sequentia, περὶ χεῦμα Βαφύρα. *ad fluenta Baphyræ*. Is fluuius Dium Macedoniæ præterlabitur: & Dij huius, & Baphyræ meminit Pausanias in Bœoticis. Ex his vides, quo iudicio viri eruditi χεῦμα interpretati sint *euripum*, vt in sequente versu pro Βαφύρα, suam nobis obtruderent emendationem, Καὶ Πύῤῥα. Versus primus ex *Eretrico* Alexidis, Τευθίδες, πίνναι, βατὶς, δῆμος, ἀφύαις, mendam continet in voce δῆμος. Non displicet Dalec. coniectura, δῆμος ἀφυῶν. etsi aliter poëtam scripsisse arbitror. piscis enim nomen, hîc videtur fuisse, vel ostrei. Forsè, βατὶς, χῆμαι, ἀφύαι, aut κορδύλος. Postea scribit Epitome, σπάνις μικρὸν τὸ δημιξὲς, πέταλ(λ)ας, ἀλύσματα, λεπτοῖς χλωροῖς ἀνθυλλίσι. Non video causā, imò nulla causa est, cur proxima verba pro adulterinis docti habenda censuerint, Καὶ πέμμα δέ τι τευθίδα ὀνομάζειν Ἰατροκλέα ἐν Ἀρτοποιικῷ (vel vt in antiquis, Ἀρτοποιητικῷ) φησὶ Πάμφιλος. *Pamphilus auctor est* (in Glossis nempè) *Iatroclem in libro De confectione panis, genus quoddam alibi appellasse* τευθίδα. Confirmat Hesych. τευθίς, πέμμα πλακουντῶδες. Paulo pòst de hyænidibus & suibus simul tractat auctor: itaque ei parti duplex præfigi lēma debuit, Ὑαινίδες ἢ Ὗες. sintne jidem pisces, an diuersi, parū liquet vel Athenæo: qui etiam dubitat, an ψαμμῖτις ὀρυκτὴ Archestrati, & *psamatis* Numenij, diuersorum piscium nomina sint, an eiusdem. Illius verba sunt, τὴν οὖν ἀγόραζε, ἣν καλοῦσι τινὲς θνητῶν ψαμμῖτιν ὀρυκτήν: huius verò, Ἄλλοτε καρχαρίην, ὅτε δ' ἐσθίειν ψαμαθίδα Inuenio in Glossis Hesychij, nomen esse cuiusdam piscis ψαμμοδύτης. quod verbum affine est tam Numenij psamathidi, quàm Archestrati ψαμμίτιδι ὀρυκτῇ. sed psammodyten ait Hesychius etiam callionymum vocari: quare alius videtur esse. Numenij versum de HYCCIS, exposuimus cap. 20. Lego deinde in historiola quæ recitatur ex Timæo, super appellatione oppidi Siculi Hyccari, ἰχθῦς εὑρεῖν τοὺς καλουμένους ὕκκας, καὶ τούτους ἰχθύας. *pisces inuenisse quos vocant Hyccas, & eos quidem in terra*. Ita auctor Excerptorum, non ἐγκύους. quomodo enim *pragnantes Hyccas*? ΦΑΓΡΟΥΣ autem Glossarij Latinè indigetat *dentatos*. Ouidius & Plinius *pagros*, aut *phagros*. scribe ἀόνες non λόνες. sicut diximus capite vicesimo. Ibidem nominantur pisces ἀκαρνᾶνες, ex Hicesio: quorum & lib. 8. mentio fit. fortasse idem cum eo qui suprà dicebatur ἄχαρνος, aliis ἀχάρνα. Glossographo ἀκάρναξ est λάβραξ, *lupus*. Cotem dictam esse Cretensibus, φάγρον, non mirum: exedit enim & atterit ferrum, licèt secandi exors. Φάγρος autem à φάγω.

CAPVT XXIII.

Recensentur Strattidis comici fabulæ, & loci aliquot in earum mentione corrupti emendantur.

DE pagris agens dipnosophista, geminum è Strattide testimonium profert: alterum è *Limnomeda*: alterum è *Philocteta*. Obseruauimus inter legendum veteres, sæpe factum vt in nomine huius poëtæ, vel fabularum ab eo editarum, librarij aliud scriberent, quàm quod rectum & verum erat. Vt igitur male cōciliati homines studiosis ne imponant, de Strattide & illius dramatis, quæ nobis sunt comperta paucis hoc loco exponemus. Scribit Suidas, Strattim (siue Stratim: nam vtrumque inuenio) Atheniensem tragicū fuisse, qui plures fabulas docuerit, quarum titulos cōmemorat: postea addit, ὡς φησὶν Ἀθήναιος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. quasi omnium poëtæ istius fabularū indices, hausisset ex vnico

Athenæi libro secundo: quod non ita est. Nam ex vniuerso Dipnosophistarum opere is catalogus est collectus. Illud grauius, quod Strattidem Suidas facit tragicum: qui fuit comœdiarum poëta, non tragœdiarum. Harpocratiō. λαγιόσκας τῆς ἑταίρας μνημονεύει καὶ Στράττις ὁ κωμικός. Plutarchus in Isocrate, ὅτι εἰς τοὺς αὐλοὺς κεκωμῳδῆσθαι ὑπὸ Ἀριστοφάνους καὶ Στράττιδος. Neque probo quod placuit viro exactissimæ diligentiæ, & iudicij non vulgaris Lilio Gyraldo, duos extitisse cognomines poëtas, alterum comicum, alterum tragicum. nam vt verum id esset, nihilo tamen excusatior abierit Suidas: cùm ex iis quæ dicemus, liquidò constitutum sit, comœdias fuisse quas ille habuit pro tragœdiis. Fuit alius comicus, cui nomen Stratoni: quem cum Stratide non vno loco scribarum imperitia confudit. De hoc Suidas, Στράτων, κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας· τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστὶ Φοῖνιξ. Omnino pauca scripsisse Strato hic videtur: neque apud veteres eius nomen temerè inuenias, nisi cùm Straditis locum occupauit. Inter nouæ comœdiæ comicos hunc ponit Suidas: at Stratis in albo poëtarum veteris comœdiæ recensetur ab antiquis criticis, quorum extant in Aristophanem lucubrationes. Ibi etiam legimus, dramata Stratidis fuisse sedecim. Nos quoque totidem inuenimus. Sunt autem hæc ΑΓΑΘΟΙ, ἢ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΑΦΑΝΙΣΜΟΣ. huius fabulæ Suidas meminit. Fuére qui Pherecrati ascriberent, auctore Athenæo, libro 10. Ἀνθρωπορέστης. Athenæus libro 3. extremo σεμιδάλεως μέμνηται Στράττις ἐν Ἀνθρωπορέστῃ. Suidas nominat. In hac fabula comicus Euripidéam Orestem riserat. Apparet ex illius versibus, quos proferunt comici interpretes, ad ista è Ranis. Ἔξεστι δ' ὥσπερ Ἡγέλοχος, ἡμῖν λέγειν, Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ. non nominant illi quidem hanc fabulam: sed inde esse quos afferunt versus, testis scholiastes Euripidis ad Orestem: vbi leges eadem. atque ibi non Ἀνθρωπορέστης scribitur hoc nomen, sed Ἀνθρωπορραίστης. videtur poëta ficto nomine allusisse ad κυνορραιστὰς, de quibus philosophus in Historiis animalium. Sed alteram lectionem librorum nostrorum, & Suidæ, reiicere facilè non debemus. Similis compositio nominis Δυλορέστης. quo titulo fabulas ediderunt Latini poëtæ, Ennius, Pacuuius, Næuius. ἈΤΑΛΑΝΤΗ. Athenæus libro septimo, & libro nono: item Suidas: sed alibi apud hunc Ἀταλάνται fabula inscribitur, vt in voce διφροφόροι. Hesychius in Διονυσοκουροτυρώνην. τὸν γὰρ Διόνυσον κυρία ὄντα κωμῳδεῖ. κυρβὶς δ' ἦν πρὸς πάππου, ὡς δηλοῖ, ὁ τὰς Ἀταλάντας συνθείς. Comici interpres ad Aues, μνημονεύει αὐτοῦ ὡς μεγα ξύγχος ἔχοντος ὁ τὰς Ἀταλάντας ποιήσας. At comici vetus interpres non numerum, sed genus mutat, scribens ad Ranas. τινές φασι τὸ σκῶμμα πρῶτον κεχρῆσθαι Στράττιν, ἐν Ἀταλάντῳ δράματι. ψεῦδος δέ. πολλῷ γὰρ ὕστερον τῶν Βατράχων ὁ Ἀταλάντος Στράττιδος ἐδιδάχθη. Ζωπυρος περικαιόμενος. Hesychius laudat hanc fabulam, explicans Græcorum prouerbium, οὐ μάλα κικκαῖς, illi Plautino par & geminum, *circum non interduim*, (magnus Erasmus prouerbium affert, nescio vnde, οὐ μάλα κυκᾷς. vnde aliquis putet sic legisse ipsum apud Hesychium: quod mihi non probatur.)

ΙΦΙΓΕΡΩΝ. Huius quod sciam, solum superest nomen apud solum Suidam. qui cùm videatur non aliunde quàm ex vnius Athenæi libris titulos quos commemorat sumpsisse, admonet nos, quanto vberior rerum copia in libris integris Athenæi fuerit, quàm nunc sic in mutilatis & imperfectis. ΚΑΛΛΙΠΠΙΔΗΣ. Athenæus memorat libro 14. & ex Athenæo Suidas. ΚΙΝΗΣΙΑΣ. Athenæus lib. 12. ἦν δ' ὄντως μακρότατος καὶ λεπτότατος ὁ Κινησίας, εἰς ὃν καὶ ὅλον δρᾶμα γέγραφε Στράττις. De hoc Cinesia & hac fabula Stratidis plura Harpocration. Meminit & scholiastes Aristoph. ad Plutum. item Pollux lib. 10. cap. 52. & lib. quarto, cap. 23. vbi minus rectè ἐν τῇ Κινησίᾳ. pessimè verò qui apud Athenæum emendant ἐν Κυνηγεσίᾳ, & vertunt *in venatione*, vide in Μακεδόνες. Aristophanis vetus interpres ad Aues, Μέμνηται αὐτοῦ, Laspodiæ, Φιλύλλιος (ita scribendum) ἐν ταῖς Πλυντρίαις (meliùs Πλυντρίαις) ὡς βλαυτία· ἔχει δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας τινὰς αἰτίας vel αἰκίας) ὥς φησι Στράτων ἐν Κινησίᾳ. legendum Στράττις. Λιμνομέδα. Athenæus hoc loco. Suidas tamen Λιμνομέδων. quasi *princeps lacus*. apud alios per η in prima, Λημνομέδα. vt apud Harpocrationem in ἀσπάλας. In vndecimo Athenæi etiam vetustissimi codices, Στράτων ὁ κωμικὸς ἐν Λημνομέδᾳ. duplici errore.

ΜΑΚΕΔΟΝΕΣ. Athenæus libro septimo, duobus locis. & ex Athenæo Suidas. iterum Harpocration in τοπεῖα. & Etymologus in eadem voce. At in nono Athenæi scriptum est, ὁ Στράττις εἶπεν ἐν Μακεδόσιν ἢ Κινησίᾳ. quod si mendum non continet, de diuersis titulis duarum comœdiarum acci debet, non de vna binomine. sed fortasse locus est corruptus: nam libro 13. ita legitur, Στράττις ἐν Μακεδόσιν ἐν Παυσανίᾳ Κεφαλῆθεν αὐτὴν φησί. *Cinesias, Macedones*, & *Pausanias*, trium diuersarum comœdiarum nomina sunt, auctore Suida, atque ipso Athenæo. ΜΗΔΕΙΑ. Athenæus lib. 11. & 15. item Suidas. Meminére grammatici in explicatione prouerbij Μυσῶν λείαν. Nemo autem existimet, quia Medeam scripserunt plures tragici, & quia tragœdiæ conueniunt quæ de illa narrantur, alienum penitus à comœdia id argumentum esse: ac propterea fabulam hanc Strattidis, non comœdiam, sed tragœdiam fuisse. Sanè videtur Suidas non alia ratione ductus, vt Strattidem faceret de comico tragicum, quàm consideratione huius in speciem tragici lemmatis, & aliquot aliorum: sed nihili hoc argumentum est, atque omnino fallax: cùm certum sit, plurimos antiquorum comicorum tragicis argumentis comicos soc-

cos

cos aptasse. Quid τραγικώτερον Oreste? hoc tamē titulo fabulā docuerat Alexis comicus, non minus quàm Euripides tragicus, *Cyclopem* scripsit Epicharmus, *Athamantem*, Sophocles tragœdiarum poëta; sed & Amphis comœdiarum, *Septem* ἐπὶ Θήβας, Æschyleam legimus etiā hodie. Amphidis *Septem thebanam* laudant veteres. *Persas* Æschylus docuit: *Persas* item Pherecrates. *Nioben* Sophocles & Aristophanes. *Lemnias* incertum est plures tragici docuerint an comici. *Medeam* quoque tragici diuersi: & comici pariter diuersi: in his Strattis, & Eubulus. Possem, si operæ esset, alia hoc genus innumera exempla in medium afferre.

Παυσανίας. Athenæus lib. 14. & inde Suidas, vide etiam in Μακεδόνες. Μυρμιδόνες. Pollux libro nono, ὅθεν καὶ ἐν τοῖς Στράττιδος Μυρμιδόσιν εἴρηται. Πιτύσος. Aristophanis interpres Vesperam commentario, postquam recitasset quosdam versus è *Troilo* Strattidis subiicit, ἀλλὰ καὶ ἐν Πούτσῳ. ἐγὼ δ᾽ ἀεὶ ἐπὶ νῆκες ὀργισθεὶς ἔφη τοῦ σωμάτιον μου δράσω πιαυτ᾽ ἀπὸ τοῦ αἰσχροῦ ζητεῖται, Forte ἐν Πιτύλῳ. Saltem Græca vox ea fuerit. Nauticæ turbæ ἀταξίαν videtur exagitasse, vel fuit similis argumenti, *Monotropo* Anaxilæ, nam πίτυλον interpretātur veteres etiam φαυλοπονηρόν. Τρῳίλος. Athenæus libro tertio. Suidas & comici interpres ad Vespas. Φιλοκτήτης Athenæus hoc loco, & Suidas. Φοινίσσαι. Athenæus libro quarto, κατὰ τὴν Στράττιδος τοῦ κωμῳδοποιοῦ Ἰοκάστην, ἥτις ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Φοινίσσαις φησί, παραινέσαι σφῷν τι βούλομαι σοφόν, ὅτ᾽ ἂν φακῆν ἕψητε μὴ 'πιχεῖν μύρον. Etiam in hac fabula Euripidem ridendum propinauerat. Aristoteles de Sensu & sensili, ἀληθὲς γὰρ ὅπερ Εὐριπίδην σκώπτων Στράττις, ὅταν φακῆν ἕψητε μὴ 'πιχεῖν μύρον. Iterum meminit Athenæus lib. 14. & post illum Suidas. Pollux lib. nono, ἔστιν καὶ Στράττις ἐν Φοινίσσαις, εἶθ᾽ ἡλίους μὲν πείθεται τοῖς παιδίοις, ὅταν λέγωσιν ἔξεχ᾽ ὦ φίλ᾽ ἥλιε. meminit & lib. 10. c. 47. & Erotianus explicans dictionem λεβήρις apud Hippocratem. Nec præteriit Suidas, qui auctor est, Stratonem comicum de quo antè diximus scripsisse fabulam, cui esset nomen Φοῖνιξ. Eius facit mentionem Athenæus libro octauo: sed Φοινικίδην nominans. Φορτικός. Inuenio in Glossis Hesychij citatum Strattidem ἐν Φορτικῷ δερματίῳ. Locus est in κολεκάνοι. Χρύσιππος. Athenæus lib. 4. necnon Suidas. Iulius Pollux lib. 10. cap. 13. ὁ γοῦν Στράττις ἐν Χρυσίππῳ λέγει, Πρόσαγε τὸν πῶλον ἀτρέμα προσλαβὼν τὸν ἀγωγέα βραχύτερον. οὐχ ὁρᾷς ὅτι ἄβολος ἐστι.

Ψυχασταί. Athenæus lib. tertio, nono & vndecimo, quo ex loco de ratione nominis licet facere coniecturam. Ibi namque agitur de vocabulo ψυκτήρ. quod ex affine verbo ψυχάζειν *frigus captare*: vnde ψυχασταί. Meminère Suidas & Pollux lib. decimo, capite 24. cap. autem 28. scribit idem, Στράττις ἐν Ψυχασταῖς προσθεὶς πον ῥιπίδα, ἐπήγαγε σκιάδειον. quę etiā verba titulū nobis aperiūt.

CAPVT XXIV.

χαλκίδες & χαλκεῖαι. chrysophrys & ionīscus, trichides & thrissæ. thannides & trichiades πριμάδες Nicocharis Lemnis: ἀφύας ἰχθύς. apathiæ cides, Archippi locus obscurus. τριχίδας Aristotelis super chalcide pisce incōstantia. alia itē multa.

XANNAI. In libris antiquis cōstātissimâ incōstātiâ modò χαλκίδας, modò χαλκείας. De Numenij versu antè diximus. Epicharmi etiam proximè sequētem locum in Χρόμις, emendauimus capite sexto. Distingue verba Archestrati, & scribe, τὸν χρύσειον ἐν Πύλῳ λήψῃ μεγάλην πίων ἄν τις ἢ κακός. καὶ ἐν Ἀμβρακίᾳ χρύσοφρυς. Ἀρχιππος in Ἰχθύσιν. ἱερεὺς Ἀφροδίτης χρύσοφρυς Κυθηρίας sine caussa docti corrigunt κυθηρίας: & Veneris cognomen omnibus notissimum mutant in piscis appellationem ineptam & parum analogam. *Chrysophryn* Ephesi esse appellatum *Ioniscum*, clarè testatur Archest. χρυσόφρυν ἐξ Ἐφέσου τὸν πίονα μὴ παράλειπε, ὃν κεῖνοι καλέουσιν ἰωνίσκον. sed poëta vt metro consuleret, diminutiua formā vsus, cùm vulgò Ἴων ille piscis diceretur auctore Hesychio. In Excerptis ἰωνίσκον, nō rectè. In χαλκίδες. verba sunt Numenij, qui *Halieuticon* scripserat, - - σὺ δ᾽ ἂν καὶ χαλκίδ᾽ ἐκεῖνος αὐτὰς ἂν πείροιο καὶ ὀλίγην μαινίδα. scribendum, Αὐτὰς ἀμφοτέρας καὶ ὀλ. μ. pro ἀμφοτέρας. *Chalcidem*, inquit, *iam facilè transfixeris atque mænidem paruam.* Ex ipso libri titulo diuinare licet, locutum Numenium de variis piscandi generibus. Cùm igitur alij pisces aliter capiantur, negat fuscina posse capi paruos pisciculos, vt sunt mænis & chalcis. Sic apud Strabonem κεστρέας περόναις πείρειν, lib. quarto Τριχίδας & Θρίσσας diuersi generis pisces quidam faciunt, quidam eosdem. Aristophanes auctor est, trichidas si maiore copiā edātur, tussim ciere. in concionantibus, - - ὁ δ᾽ αὖ ῥ τῶν νυχθ᾽ ὅλων ἔντε, τριχίδων ἐμπέπληςμ᾽ ὢν. Enarrator τριχίδων: λέγει νῦν τὰς καλουμένας θρίσσας. αὗται ἰσχυρῶς βῆχα ἀπεργάζονται. At autor idē commentario in Acharnenses, de eodem solum dubitat, nec quicquam statuit. Aristoteles, Athenæus, Eustathius, aliique diuersos pisces pronuntiant, vterque piscis à tenuitate aristarum nomē inuenit. In tertio versu Eupolidis, ὅτε τ᾽ ἂν Σαμίοις ὦν τριχίδας κρέα, omnes codices distinguunt post τριχίδας, posita ὑποστιγμῇ. quare ita possumus interpretari, semel in vita ante bellum contra Samios, pisces emit: & quidem trichidas, non magni pretij, at quamdiu res Samiorum steterunt, qui rebellione suā, vt esset Athenis annona arctior fecerunt, iste solitus in opsonium carnes emere semiobolo. Samiorum ἀπόστασιν ab imperio Atheniensium narrant Thucydides & alij historici. Sequuntur hæc. Νικοχάρης Λημνίαις, τριχιάδας ἢ καὶ τὰς πριμάδας ἃς θυννίδας ἔλεγον: quæ verba si rectè capiunt, qui hinc colligūt & θυννίδας & τριχιάδας appellatas fuisse πριμάδας ponenda est τελεία στιγμὴ post vocem Λημνίαις: & vacuum

vacuum spatium relinquendum, vt deesse appareat Nicocharis locum integrum. Sed nos *Lemnidas* vocatas fuisse *trichiadas*, non assentimur doctissimis viris. Quare totum locum ita concipiedum censemus. Νικοχάρης Λημνίαις τριχιάδας, ἢ καὶ πρημάδας. πρημάδας δὲ τὰς θυννίδας ἔλεγον. Nicocharem laudat auctor πρηγ[...]ας, quia τριχιάδας nominauerat, de quibus sermo erat institutus: sed cùm fecisset Nicochares πρημάδων simul mentionem, inde occasione sumptâ, eam vocem exponit hic Athenæus. Quare ita legendũ vt scripsimus: repetita dictione πρημάδας, quæ incuria librariorum semel tantum posita est. Fauet huic emendationi auctor Excerptorum, qui ex hoc loco retulit in σημειώσεις suas, ὅτι πρημάδας τὰς θυννίδας ἔλεγον. quòd si aliorũ vera esset sententia, scribendum ei fuit, ὅτι τριχιάδας καὶ πρημάδας τὰς θυννίδας ἔλεγον. Sunt qui trichiadas aliud interpretentur, quàm trichidas: quod ex Athenæi verbis non potest colligi: & promiscuè vsurpari eas formationes ex aliis multis nominibus constat. Aliter tamen nonnullis visum, vt Heracleoni, qui τριχιάδας putavit esse membradas: nã quod in Hesychio scribitur: τριχιάσεις mendosũ puto ac lego, τριχιάδες. αἱ χαλκίδες ἢ σαρδῖνοι ἢ μεμβράδες. Vocem πρημάδες alij scripserũt cum litera vna amplius, πρημνάδες. neque aliter Vindeliciana Excerpta. Hesychius, Πρημάδες καὶ πρημναι, εἶδος θυννώδες ἰχθύος. Porrò *Lemnias* Nicocharis & noster laudat alibi, & Pollux lib. 10. cap. 24. minus rectè apud Etymologum in κάδιον, Νικοχάρης Λημνία. In testimonio ex Europa comici Platonis, ἁλιευόμενός ποτ' αὐτὸν εἶδεν Ἀνθεχθῆ μὲ πρημνάδων, κἀπειτ' ἀφῆκεν ἐπὶ τὸν βυθόν laudo quod in Excerptis offendi, αὐτὸν εἶδεν Ἀνδραχθῆ. Quantũ diuinare possum, loquitur de præcone, aut alio qui Mercurium impensius colebat. Hunc ait piscantem aliquando vidisse, & captum intra retia boacem piscem Mercurio sacrum: (vt dictum est paulo antè) quem statim superstitiosus ille dimiserit. ἀνδραχθὴς, *magnus, & qui hominis iustum sit onus.* De trichide narratur ex Aristotele, ὅτι ἥδεται ὀρχήσει καὶ ᾠδῇ quod Eustathius confirmat addens solitos suæ ætatis piscatores modulatis saltatoriubus (κρότους ipse vocat) hunc piscẽ capere. Mox de ERITIMIS scribe, ἰδίως δὲ εἶναι καὶ ἐν Πλατείας μάλα, & statim corrige locũ Epæneti, γαλῆν, σμαρίδα, ἢ νέας καλῶ κυνὸς τινὰς, quãquã vide c. 18. Addit, Ἀρχέστρατος δ' ἐν τῷ πρώτῳ ζωοτροφείας. Scribendum, ἐν Ὀψαρτυσία πρώτων μορίων. fide membranarum, quod tamen meminerim, philosophus neq; in illo libro, neque in vllo alio sardini fecit mentionem. Quod ait, τὰς γὰρ εἰς τὸ ἀπαν[...]ρανιζῶν ἐπιτηδείους ἰχθῦς εἰς ἀυλῶν ἀπεπέμψατο, de ea re lege quæ scribit eruditissimus interpres Aristophanis, ad hos versus Acharnensibus.

ἡνίκ' ἐπαλοσαμιδεως. [...]ρανισμένας,
οἱ δ' ὄψα σαρδαινας ἀλλὰ [...]αμπυκα.

Quæstio deinde tractatur ab Athenæo hæc, quinam pisces illi sunt, qui in Archippi dramate *Pisces* inscripto, nominãtur *thratta*. Varie agitatam hanc quæstionem fuisse ab antiquis criticis & philologis, ex iis quæ Athenæus narrat, satis liquet: maxime cum scribit, librum integrũ à se editum hoc argumento. Hic vero eius commẽtarij solum τὰ κεφάλαια recitantur. In quo sermone, ait, κατὰ τὰς συγγραφὰς γὰρ τῶν ἰχθύων καὶ τῶν Ἀθηναίων, hoc est, *in ea fabulæ parte quâ continentur fœdera inter pisces & Athenienses*, vel *inter pisces & homines*: nam pro Ἀθηναίων suadẽt scribi ἀνθρώπων sequẽtia ista, ἀποδοῦναι τοῖς ἀνθρώποις συντιθέντ, nisi ibi legendũ τοῖς Ἀθηναίοις. Vocem autem συγγραφὰς, ita accipiendã esse vt exposuimus, manifestò arguit proximum συντιθέντ. De eo fœdere recitantur verba Archippi, ἀποδοῦναι δ' ὅσα ἔχομεν ἀλλήλων. ἡμᾶς μὲν τὰς Θράττας καὶ Ἀθερίνην τὴν αὐλητρίδα. καὶ σηπίαν τὴν Θύρσου, καὶ τοὺς τριγλίας, καὶ Εὐκλείδην τὸν ἄρξαντα, καὶ Ἀναγυροῦντόθεν τοὺς κορακίωνας, καὶ κωβιοῦ τοῦ Σαλαμινίου τόκον. Comici poetæ figmentum ex tam paucis verbis superstitibus augurari velle nimia fuerit temeritas. Apparet attendenti ludere poëtam in appellationibus quarundam Athenis notarũ personarum, quæ communia cum piscibus nonnullis nomina habebant. Lex initi fœderis proponitur hæc: vt redderent piscibus homines quicquid ab iis accepissẽt, & similiter pisces hominibus. Deinde quædam nominantur quæ restituti erant pisces mortalibus. Θράττας in his primo loco recensentur. pisces nimirum eo nomine quosdam Archippus nouerat; sed viles & parum in vulgus notos: hinc illæ antiquissimorum criticorum variæ de loco Archippi sententiæ: aliis corruptos eius codices affirmantibus: aliis aliud pronunciantibus. Mirum est fuisse, qui aliud hic legi vellent, quàm τὰς Θράττας. Thrattis autem piscibus commune nomen inter homines habebant mulieres Thressæ, vel oriundæ è Thracia, quales multas semper fuisse Athenis scimus ex veterum scriptis. Ἀθερίνη notum est piscis nomen: sed fuit Athenis, cùm doceretur ea fabula, *Atherina* quædam tibicen. *Sepia* item aliqua tum vixit, cuius patri nomẽ fuit Thyrso. Erant & *Triglæ* quidam, ἀπὸ τῆς τρίγλης ita dicti. In *Euclide* hæremus: nam prætorem quidem Euclidem satis notum habemus, vt libro primo dicebamus, capite secundo: sed inter piscium nomina, nullum nouimus huic affine: nisi fortasse allusum est ad illas quas vocabant κλεῖδας inter salsamenta. Frigidiusculum hoc, fateor, & longiùs arcessitum, sed meminerimus hunc esse Archippum, quem veteres critici pronuntiant omnium comicorum ψυχρότατον, & cuius facetias sæpe infacetas fuisse testantur Aristophanes, & eius antiqui interpretes. *Coraciones*, fratres vidẽtur fuisse, aut sodales ex Anagyrunte pago, quibus nomen à piscatione aut venditione κορακίνων. Lego enim cũ Excerptis, καὶ τοὺς Ἀναγυρουντόθεν Κορακίωνας. non κορακινας. Κωβιοῦ τόκον interpretor filiũ cuiusdã vel piscarij, vel salsamentarij, qui vulgò, dicebatur *Gobio*, & filij eius *Gobionis*

nis filij, aut fortaſſe Κωβίωνες. viſitatâ in nonnullis patronymicâ formâ. βάτραχος, & ranam ſignificat, & nomen eſt alicuius, qui cum odio multorum Athenis tum paredri vices fungebatur: vel eò minus vulgo gratus, quòd non Athenis natus erat: ſed in Hiſtiæa ſiue Oreo Eubœæ. ideò ait poëta τὸν ἐξ ὠρεοῦ. Scribe paulo pòſt Anaxandridæ verba, καὶ συμπαίζειν κορακινιδίοις μετὰ πρεσβυδίων καὶ θεραπαινιδίων. ſic enim alibi in his libris: meliùs quàm vt hîc συμπλήσαζειν. Quis autem ille δῆμος ἁλιεύς, *populi piſcator*, in primo Antiphanis verſuum è *Thyrrenico*? Ego verò ſuſpicor, iſtud δῆμος aliter exponendum eſſe: ſic nempe, vt cùm ait Diogenes Socratem fuiſſe τῶν δήμων Ἀλωπεκῆθεν. Xenophontem τῶν δήμων Archienſem. Quare ſcribo è libro præſtantiſſimi Meſſæi, Δήμου δ' Ἁλαιεὺς ἐστι. *eſt e pago qui dicitur Halæ.* Duo fuerunt in Attica δῆμοι nominati *Halæ*: ſed cognominibus diſtincti & tribubus: Halæ Araphenides tribûs erant Ægeidis: Halæ Æxonides, tribûs Cecropiæ. Vtriuſque gentile nomen erat Ἁλαιεύς, vt legitur hic in illo MSS. vel Ἁλαεύς abſque ι, vt dilertè docemur a Stephano. In ΨΗΤΤΑΙ meliùs ſcribas, παραπλήσια φησιν εἶναι ψῆτταν, βούγλωσσον, ταινίαν. Locum philoſophi qui dicitur eſſe ἐν τέταρτῳ ζώων μορίων, lege quinto Hiſtor. cap. nono. ibi rectiùs ſcriptum τῶν ἰχθύων, quam ἰχθυδίων, vt hîc. nam thunnus certè & mugil piſciculis annumerari non debent. Porrò de chytis piſcibus Ariſtotelis verba ſunt, καλοῦνται δὲ χυτοὶ οἱ τοῖς δικτύοις περιεχόμενοι, θύννος, πηλαμύς, κεστρεῦς, χαλκίδες, κοχλίαι, χρόμις, ψῆτται, καὶ τὰ τοιαῦτα. Non multum differunt apud philoſophum piſces χυτοί, ῥυάδες & ἀγελαῖοι. In ſuperioribus verbis Ariſtotelis, quidam nomen χαλκίδες cenſuerunt inducendum: quos refellit Athenæus hoc loco. etſi miramur nos quoque ſummi viri inconſtantiam: qui in ſexto Hiſtoriarum ſcribat, χαλκὶς δὲ τίκτει τρίς. quod ex ipſo refert & Plinius. adeò nemo homo eſt, cui non aliquando ſomnus obrepat. Ait, ἐσχάραν ἐν καλύμμασι καὶ κόρεις. Heſychius, ἐσχαρος, ἰχθύς. Libro tertio in Archippi verſu ἐσχάραι recenſentur inter conchylia. An autem ſint idem *eſcharus & eſchara*, non facile dictu eſt. Alterius appellationis κόρεις, alibi fieri mentionem non memini. Eruditiſſimus Geſnerus horſum trahebat verba Heſychij κωλιδιστάς, ζῶον θαλάσσιον. emendabátque κόρεις, ἔσχαρος. probabili nimis coniecturâ: niſi literarum ſeries repugnaret. Non video quid hîc faciant illa verba, βουγλώσσους δ' ὀνομάζει καὶ Ἐπιχ. & ſequentia: cùm totidem verbis eadem ſuo loco ſint ſcripta. Archeſtrati verſum ſcribe vt antè, βούγλωσσον, ταύτην ἦρος δεῖ χαλκίδα κεδνήν. Chalcis non eſt Eubœa, vt temerè ſcribunt: ſed vrbs Eubœæ ad Euripum ſita. Nauſicratis verſiculi iam antè eodem hoc libro deſcripti habentur. hîc autem eâ ſolùm fine recitantur, vt probetur ψῆτταν piſcem, etiam ῥόμβον fuiſſe vocatum Græcis, non Romanis tantùm. hoc igitur ex poſtremis huius ῥήσεως verbis neceſſariò nobis eliciendum eſt. Quare niſi paratum habemus credere Athenæum nugatorem egiſſe hîc inſigniter, corruptiſſima verba hoc ſimiliue modo emendabimus, ---γαλακτοχρῶτα Σικελὸς ὃν ὄχλος ὀνομάζει ῥόμβον, ἢ ψῆτταν λέγεις: Ex hac lectione diſcimus, quam ψῆτταν interior, vt ita dicam, Græcia appellabat: Siculos, (quorum idioma fuit ab antiquo deprauatum, vel Plauto teſte) vocaſſe ῥόμβους. à Siculis Romani, & hoc, & alia multa vocabula acceperunt.

ISAACI CASAVBONI
ANIMADVERSIONVM
in Athenæi Dipnoſophiſtas.

LIBER OCTAVVS.

CAPVT PRIMVM.

Cohærentia libri octaui cum ſeptimo. Σπανία, *pro Hiſpania: & regionis eius felicitas.* σίκλος *&* σίγλος. ὗς δείπνων. ἀλλαγὴν ποιοῦσα λογαρια. *Tios & Cromna. Piſces vocales.* Ladon, Clitor, Aroanius *fl. Piſces manſueti.*

EXPOSITA ſunt libro ſuperiore, pleraque genera piſcium, quorum præſertim veteres comici & poëtæ alij feciſſent mentionem: octauo iſto referuntur varij ſermones à dipnoſophiſtis habiti ſuper piſcibus, aut occaſione piſcium. Initio dilaudatur conuiuator Larenſis: qui nullis parcens ſumptibus, eam dicitur Romæ ſuis conuiuiis fœlicitatem & mirabilem omnium rerum copiam præſtitiſſe, quam in Luſitania prædicabat Polybius. Multa de fertilitate eius regionis, & aliarum aliquot Hiſpaniæ partium, varij ſcriptores iam olim memoriæ prodiderunt: ſed nemo aut vberius aut maiore fide quàm ille nobilis hiſtoriarum conditor Megalopolitanus: quod ex Strabone, Diodoro Siculo, Plinio, Athenæo hodie cognoſcimus. Ἰσπανία quæ dicitur in vulgatis libris, Σπανία eſt in antiquis membranis Athenæi: ſicut apud Paulum Apoſtolum

stolum in ea ad Romanos, & apud [Theophilum libro altero ad Autolycum, & in MSS. codice Commentariorum Chrysostomi in acta Apostolorum, hom. 5. κ' ἂν εἰς Σπανίαν ἔλθῃς. & apud alios. Etiam in antiquis Iuuenalis scholiis, *Spanæ vestis* legas de veste Hispana & Bætica.] Non est vox Græc. a σικλος, sed Græcis Barbara. Polybius, qui in rebus Hispanorum explicandis eâ vtitur, docet nos in communi vsu eam fuisse apud illos. Ait enim, ὁ τῶν κριθῶν σικλ☉, (μέδιμνος ἐστὶ) δραχμῆς *siclum* interpretatur medimnum siue modium, vt puto, Atticum. Ita videntur Carthaginenses eam dictionem vsurpasse: vnde Hispani multa sumpserunt & locorum & aliarum rerum vocabula. Hebræis, à quibus cæteri omnes acceperunt, שקל est mensuram pondere examinare: & *secel* pondus. Ab eadem origine σίγλ☉ in Perside genus nummi est appellatum, teste Xenophonte. Addit Polybius, ὡς δίπτων εκατι μνᾶς αγων, ποτε δραχμῶν. Ne errent hîc tyrones, doctorum virorum interpretatione decepti, negamus Græcum loquendi genus esse, ὡς δίπτων scribendum est, ὡς ᾗ πιων. quamuis reclamantibus antiquis exemplaribus, & Excerptis. Verte illa, τὰ ᾗ τῶν ἀγρίων ζώων κρέα σχεδὸν οὐδὲ καταξιοῦται τιμῆς, ἀλλ' ἐν ἐπιδόσει κ̀ χάριτι τὴν ἀλλαγὴν ποιοῦνται τούτων. *ferina pretio nullo habetur: sed vel auctarij loco eam tradunt, vel gratis largiuntur.* ἀλλαγὴν ποιεῖσθαι dicuntur, qui emptiones & venditiones contrahunt, vt fit in foro & macello: hîc verò etiam qui donãt aliquid. In vniuersum omnis contractus est ἀλλαγή, ex antiqua permutandi consuetudine. Corrupta mox sunt grati conuiuæ de splendido conuiuatore hæc verba, ἐμπίπλησι παντίων ἀγαθῶν ὁσημέραι, τοῦ ἡδέ☉ κ̀ μεγαλόφρον☉ φιλοτιμούμεν☉ οὐδὲν φερομένοις οἴκοθεν, ἢ λογάρια. manuales Athenæi codices nihil nos adiuuant; at iuuant Excerpta, ex quorum fide scribendum: ἐμπίπλησι παντίων ἀγαθῶν ὁσημέραι μὴ τοῦ ἡδέ☉ κ̀ μεγαλοφρόνως φιλοτιμούμεν☉, οὐδὲν φερομένους οἴκοθεν ἢ λογάρια. id est, *non solùm suauem nobis se præbens, sed etiam magnificè liberalem ac munificũ, quotidie omne genus bonis nos replet, qui domo nihil afferimus nisi dissertatiũculas.* Appellat λογάρια, recitatiunculas, ex vetere lectione, quas libro primo vocabat τὰ ἀπὸ τῶν γραμματιδίων χρήματα: & libro septimo τὰς ἐκ τῶν βιβλίων συμβολάς. λογάρια hîc *oratiunculas* interpretari nolim. In Glossis legitur, λογάδιον, *ratiuncula*. malim λογάριον aut λογίδιον, nam λογάς est aliud. Scribe deinceps, ἀλλὰ μὴν, ἄνδρες ἰχθύες, κατὰ τὸν Ἄρχιππον, παραλιπεῖν τι. *etenim ô viri pisces, vt est apud Archippum, aliquid est à vobis prætermissũ.* Archippi nihil est præter illa, ἄνδρες ἰχθύες: quæ & infrà non longè repetuntur. Sunt autem ex Archippi fabula, quam *Pisces* inscripserat, ex qua multa libro superiore. Deinceps narrantur aliquot piscium miracula. Ac primùm de piscibus terrenis agit: δεῖ γὰρ, inquit, κ̀ ἡμᾶς μικρὰ προσφωνῆσαι τοὺς ὀρυκτοὺς ἰχθύας. Interpretes ὑμᾶς: libri, vt est editum. De piscibus fossilibus Aristoteles in libello de Miraculis auditis, & Strabo lib. quarto, ac 12. Ætatis quoque nostræ viri docti, ad Albim in Germania atque alios fluuios, pisces effodi obseruarunt, ac monumentis suis prodiderunt. Ait, κ̀ περὶ Τίον τοῦ Πόντου τὴν Μιλησίων ἀποικίαν, ἱστορεῖ τ☉ περὶ αὐτοῦ Θεόφραστος *narrante id Theophrasto.* sed malo, ἱσ. περὶ αὐτῶν τοῦ Θ. *commemorante eos Th.* In fragmento libelli Theophrastei. De piscibus inscripto, Τί☉ non nominatur, sed simpliciter regiones Ponticæ. Plinius ex eodem pro Tio, *Cromnam* habet. Fuit is pagus Tio vicinus. Ex his & aliis itẽ duobus, Amastris vrbs in Põto nobilis, fuit composita. Ait, ὀρυκτοὺς γὰρ κατὰ βάθ☉ πλεῖον εἰς τοὺς τόπους. Lege κατὰ βάθους πλεῖ☉, &c. Plinius idem tradit, *In Paphlagonia effodi pisces gratissimos cibis terrenos, altis scrobibus in his locis vbi nullæ restagnant aquæ. miraturq; & ipse gigni sine coitu.* Videamus, quid sibi illa velint, οὔτε θερμῶν ναμάτων nam quorsum aquæ Herculaneæ ad piscium generationem? sed neque Plin. harũ meminit, Theophrasti hunc locum interpretans: neque illarum vlla in Theophrasti codicibus mentio: vbi scribitur, τὸν ᾗ τόπον οὔτ' ἐπικλύζειν ποταμῷ λαμβάνειν, οὐθ' ὑδάτ☉ σύστασιν. Sine dubio scripserat hîc Athenæus, ὀρυκτοὺς γὰρ κατὰ βάθους πλεῖονος τόπους οὔτε ποταμῶν ἐπιχύσεις ἐχόντας, οὔθ' ἑτέρων ναμάτων. Eandem sententiam magnus præceptor iam antè aliis verbis ita expresserat. οὔθ' ὑδάτων φανερῶν πλησίον ὄντων, οὔτε ποταμῶν ἐπιρρεόντων. Inueni in optimis Excerptis sic, οὔτε ποτ. ἐπιχ. ἰχ. οὔτε θερμῶν ναμάτων τὸ καινότατον. sed postrema verba neque Theophrasti sunt, neque Athenæi. quanquã illa habet etiam Eustathius, quem sæpius lapsum hoc duce, initio ostendimus. Sequitur iam aliud miraculum de piscibus vocalibus. Ait, Μνασέας ὁ Πατρεὺς ἐν τῷ Περίπλῳ, τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι φησὶν ἰχθῦς φθέγγεσθαι. In eodem Arcadiæ tractu, tres vicini fluuij sunt, Ladon, Clitor, & Aroanius. In quo ex istis tribus amnibus pisces vocales fuerint, magna inter veteres dissensio. Mnaseas ait in Clitore: Philostephanus mox in Aroanio: Clearchus paulo pòst in Ladone. Eustathius vt Mnaseam & Clearchum conciliaret, scribit, τοὺς ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ Ἀρκαδίας περὶ τὸν Λάδωνα ἰχθύας. meliùs paulo pòst Athenæus: περὶ Κλείτορα τῆς Ἀρκαδίας, ἐν τῷ Λάδωνι καλουμένῳ ποταμῷ, id est, *in Ladone fluuio Arcadiæ circa vrbem Clitorem.* Errat auctor Epitomæ, si modò illa ita scripsit, vt noster liber habet, ἐν τῷ Κλείτορι ποταμῷ Ἀρκαδίας, ἐν τῷ Λάδωνι ποταμῷ. In verbis Philostephani, pro ἐν Ἀοανίῳ τῷ ποταμῷ, scribendũ est ἐν Ἀροανίῳ τῷ π. quod & Dalecãp. venisse in mentem video. Philostephani & Mnaseæ sententias non difficilè composueris. Clitor enim & Aroanius fluuij, è diuersis locis orti, in vnum postea conueniunt, illo in hunc influente. Itaque ex duobus fit vnus binominis. Pausanias auctor: qui istos pisces nominat pœcilias, & addit, se captos quidem pœcilias vidisse, at sonum illorum non audisse: cùm tamen capiendi experimenti caussa ad amnem hunc accessisset, atque in

in ripa ad vesperā vsque esset præstolatus: quòd eo maximè tempore dicerentur audiri. Plinium qui vocalem facit exocœtum Clitoris fluuij piscem, non dubito pœcilias cum exocœto confudisse, vt dicemus sequente capite. Hic autem ex Aristotele refertur, solos ex omnibus piscibus φθέγγεσθαι κάπρον καὶ τὸν ποτάμιον χοῖρον: vbi nos editum voluimus σκάρον, non κάπρον. edebatur antè σκάφον. Eustath. ad Ὀδυσσ. μ. disertè scribit σκάρον. quam lectionem confirmat, quod de lingua scari ex eodem Aristotele superiore libro narrabatur. vide caput 20. Ex quo autem philosophi opere hæc describat auctor, nescio: In quarto certe Historiarum cap. 9. vbi hoc argumentum accuratè tractatur, longè docemur aliter. Tertij miraculi loco sunt pisces mãsueti, quorum nonnulla proferuntur exempla. Possunt iis addi quę de aliis mansuefactis piscibus scribit Lucianus in libello, de Syria dea, quorum & Plinius meminit. Varro, Rei rusticæ lib. 3. *Hi loculatas habēt piscinas, vbi dispares disclusos habent pisces, quos proinde vt sacri sint, ac sanctiores quam illi in Lydia, quos sacrificanti tibi Varro ad tibicinem Græcum gregatim venisse dicebas ad extremum littus atque arā quod eos capere auderet nemo.* [Martialis, lib. 4. de lacu Baiano: *Sacris piscibus hæ natantur vndæ, Qui norunt dominum, manúmq; lambunt Illā, qua nihil est in orbe maius. Quid quod nomen habent, & ad magistri Vocem quisque sui venit citatus?*] Possent etiam veteribus his exemplis recentia addi nō minus mirabilia. Recta scriptura est, τά τε ἀπὸ τῶν ἱερῶν σπλάγχνα. neque audiendi qui faciunt ἱερείων. Portento illi quo maris imperium Atheniensibus promissum, simile illud quod bello Siculo Augustum erexit in spem potiundi maris, vt narrant historici, & Plinius lib. 9. c. 16.

CAPVT II.

Pisces terreni ad Pyrenæos. Indici pisces miraculosi. μάζοι vel μαξενοί. Exocœtus fluuialis an marinus fl. Plinij hallucinatio. τράγος piscis. Aues παρωδίσκοι. pisces nec guttur habent, nec sonum edunt. τρισμὸς quorundam piscium. Πολυμεανῖς. πλωσίαλος & ἀγχίαλος. Neptunus Τροπαῖος. δίνα τὸ ὁρῶν. τὰ πράγματος. Breuitas figurata. Prou. ficus edere.

ITERVM de terrenis piscibus ex Polybio. Narrat à Pyreneis ad Narbonem fluuium planitiem quandam porrigi, pérque eam φέρεσθαι ποταμοὺς Ἰλλέβεριν καὶ Ῥόσκυνον. in huius tractus cāpis passim effodi pisces. De hoc plura olim ad quartum librum Strabonis: qui magnus auctor rem eādem ex eo Polybio ibi commemorat. Itaque scribe hic ex illo loco, ποταμοὺς Ἰλλέβιρριν καὶ Ῥοσκίνονα. Scribe etiam, ὑπὸ δὲ ταύτην, διάμμου τῆς γῆς οὔσης. ὑπὸ δύο καὶ τρεῖς πήχεις ὑπορρέειν τὸ πλαζόμενον ἀπὸ τῶν ποταμῶν ὕδωρ. Non ὑπὸ sed ἐπὶ & sensus postulat & Hellenismus. Nam aqua illa quæ per obscuros terræ meatus penetrat, dicitur πλάζεσθαι ἀπὸ τῶν ποταμῶν, id est, *fluuis relictis errare.* In Excerptis non malè, πλαζόμενον τὸ ποτάμιον ὕδωρ. at interpres τὸ πιλαζόμενον: sanè quam absurdè. Inter miraculosos pisces referuntur non iniuria Indici illi, quos auctor est Theophrastus ranarum instar in siccum salire solitos. ἐν Ἰνδοῖς δὲ, inquit, φησὶ Θεόφραστος τοὺς ἰχθῦς ἐκ τῶν ποταμῶν ἐξιόντας καὶ πηδῶντας πάλιν εἰς τὸ ὕδωρ ἀπιέναι, vt sunt Athenæi verba, credas omnibus piscibus omnium Indiæ fluuiorum, hanc esse naturam communē. Theophrastus ait esse quosdam in India pisciculos hoc ingenio. Astringamus igitur laxam nimis orationem, & scribamus, τινὰς ἰχθῦς. Plinius vertit, *Quin & in India fluminibus certum genus piscium* exit in terram, *ac deinde resilit.* Isti autem de saliorum prosapia pisces, similes dicuntur esse τοῖς μαξενοῖς καλουμένοις ἰχθύσιν. In Theophrastis codicibus hodie, τοῖς μαζίναις καλουμένοις. & quærunt docti quinam sint isti mazinæ quorum alius nemo fecerit mentionem. Libro tamen septimo in Epicharmi versu nominantur μάζοι pisces, sed μαξενοὶ disertè libr. eodem ex Dorione de piscibus: ἐν αἰγιαλοῖς τινας ὀνίσκους τε καὶ μαξενούς. Et fortasse vera vbique scriptura μαξενοὺς aut μάξενος, vel certè μυξῖνος ex Aristotele & membranis, vt dicebamus libro superiore, cap. 18. Exilientium nobilissimus piscis est exocœtus, qui & adonis. Plinius hunc facit Arcadiæ proprium libro nono, cap. 19. fluuialis igitur. Arcadia enim in Peloponnesi meditullio sita, nulla ex parte mare contingit, & vt cum Plinio dicam, vndique à mari est remota; quin manifestò fluuialem esse exocœtum indicat, scribens: *Miratur & Arcadia suum exocœtum, ab eo quod in siccum somni caussa exeat: Circa Clitorim vocalis hic traditur & sine branchiis: idem aliquibus adonis dictus.* Græci scriptores consentiunt marinum esse hunc piscem, Clearchi clarissima hic verba, quibus nihil potest opponi: similiter Oppianus, Ἄλλοι δ' ἐξώκοιτοι ἐφύμισαν, οὕνεκα κοίτας Ἐκτὸς ἁλὸς τίθενται. Fallitur igitur Plinius in hac historia, & duo genera piscium, pœciliarum & exocœtorum, vnius loco accepit, non simplici errore. Porrò exocœtum pronuntiat Clearchus τὸ σύνολον ὁμοιότατον τῷ καλουμένῳ τράγῳ ἰχθυδίῳ. mænam marem dici τράγον quo tempore dat operam soboli, auctor est Aristoteles libro octauo Historiarum; an eundem piscem Clearchus Solensis intellexerit, quæri potest. Placet enim doctis viris τράγον hic esse gobionem nigrum, non Aristoteleum tragum. sed cum ἰχθύδιον hircum istū Clearchus appellet, mænam potius quàm gobionem, nisi fallor, designat: est enim mæna re vera pisciculus Gobione minor. Accedit quod Clearchus Aristotelis fuit discipulus inter primos & γνησιώτατος: à quo didicerat & res, & proprias rerum appellationes. Probo scribi, φυλάττεσθαι τῶν ὀρνίθων τοὺς παρωδίσκους καλουμένους potiùs quàm παρωδισκάς. nam παρωδιάζειν dicitur, non παρωδίζειν Eleganter autem

παρανδιάζω illæ aues dicútur, quæ alcyonia studiose captant, vt per littora vagantes aliæ pisciculis, alga aliæ se satient, aut similibus quisquiliis, quæ inter maris eiectaméta habentur. Consideremus verba Clearchi de piscibus vocalibus: ἐπεὶ τοὺς τῶν ἰχθύων οὐκ ἔχοντες βρόγχον φθέγγονται τοιοῦτοι δ᾽ εἰσὶν οἱ περὶ Κλείτορα τῆς Ἀρκαδίας ἐν τῷ Λάδωνι καλουμένῳ ποταμῷ φθέγγονται γάρ, καὶ πολλὴν ἦχον ἀποτελοῦσιν. Aristotelis sententia est, quæcunque animalia vocem edunt, aut φθόγγον, ea φωνεῖν τῷ ἄλλων μορίων οὐδενὶ πλὴν τῷ φάρυγγι: *vocem edere non alia corporis parte quam gutture*; guttur autem piscibus nullum est, qui neque pulmonem habent, neque respirant. Quare & voce carent iidem, neque aut φωνεῖν aut φθέγγεσθαι possút. Ex his intelligimus, cur dicat hic Clearchus οὐκ ἔχοντες βρόγχον, appellat βρόγχον, quem Philosophus φάρυγγα & λάρυγγα, etsi aliud propriè φάρυγξ, aliud βρόγχος. Tacitè igitur Clearchus præceptoris sui placitum conuellit: qui διαρρήδην negauerat, animalia gutture carentia posse edere aut vocem aut sonum. Sed ex Plinij verbis de exocœto quæ paulo antè recitauimus, suspicio est scripsisse Clearchum, οὐκ ἔχοντες βράγχια. Non habere bronchon siue guttur, omnium prope piscium commune πάθος est: at branchiis carere, & tamen sonum edere, planè rarum & miraculosum. Nam quod aliis animantibus in edenda voce est guttur, id piscibus sunt branchiæ in formando eo stridore quem vocat Philosophus τρισμόν. Clearchum tamen puto falsum animi: & pisces istos vocales non penitus carere branchiis existimo, sed ἔχειν μὲν, ἔχειν δὲ ἀμυδρῶς, vt de talibus loqui solet Philosophus, habét, inquã, vel minus perspicuas, & quasi imperfectas branchias: vel aliquid intus ἀκανθῶδες, cuius attritu fit ille qui dicitur stridor, quem nominat Clearchus ἦχον. Quod subiicitur miraculum ex Nicolao Damasceno, illustrari debet ex similium casuum historiis quę apud Strabonem libro primo. De piscium & ranarum pluuia, quærendum alibi accuratius. In ea historia quæ refertur ex Posidonio, scribe, ὡς ὁ Σαρπηδὼν λειφθείς, *victus*, non ληφθείς. Sarpedonem & Strabo nominat paucis hanc historiam ex eodem Posidonio describens: sed cuius auspiciis bellum gereret Sarpedon, non dicit geographus. Ex historia illorum temporum facile cognitu est, ducem egisse hunc copiarum Demetrij regis Seleuci F. qui in expeditione cõtra Parthos periit. Errant qui Demetrium hunc putant esse Demetrium Poliorceten, cuius vitam scripsit Plutarchus, errant inquam tota via. Malè etiam accipiunt verba Strabonis qui ex iis eliciunt Ptolemæo Sarpedonem militasse οἱ Πτολεμαεῖς, inquit Strabo loquens de Ptolemaide Syriæ, μάχην συνάψαντες πρὸς Σαρπηδόνα τὸν στρατηγόν. boni viri transformarunt Πτολεμαεῖς qui sunt Ptolemaidis oppidi ciues, in Ptolemæi regis duces: multa iam incredibilis cuiusdam incogitantiæ argumenta habuimus. μέγα καὶ τόδε τοῖσι γένοιτο. [At apud Aristeam & scriptum & interpretatum perperam obseruauimus de Iordane qui mare ingreditur in littore Ptolemaensium, sic. ὃς εἰς ἕτερον ποταμὸν ἐκβάλλει τὸ ῥεῦμα, κατὰ τὴν Πτολεμαίων χώραν. scribe, Πτολεμαέων.] Victus igitur eo prælio Sarpedon pro Demetrio pugnans, à Ptolemaensibus qui tum stabant à Triphonis partibus. De his accipienda sunt hæc, οἱ δὲ τοῦ Τρύφωνος ὤδευον κατὰ τὸ πλησίαλον νικήσαντες τῇ μάχῃ. restitue scripturam veterem, & Athenæi ipsius, ὤδευον κατὰ τὸ πλησίαλον νικήσαντες τὴν μάχην. Eustathius, ὁ δὲ αἰγιάλος τόπος καὶ ἀμφίαλος δυσωποῦσι τὸ μέσον κατὰ τοὺς παλαιοὺς ὅτω δὲ καὶ ὁ πλησίαλος, ὃ χρῆσις κατὰ τὸν Ἀθήναιον παρὰ Ποσειδωνίῳ, ἐν τῷ. ὤδευον, &c. Cum autem repentina inundatio Ptolemaenses obruisset, & mortuos in littore destituisset, Sarpedonis milites reuersi τοῖς τῶν πολεμίων σώμασιν ἐφήσθησαν, *hostium strage visa lætati sunt*. Dalecamp. emendat ἐφείσθησαν aut ἐφείσαντο, & vertit *pepercerunt*, nihil potè inconsultiùs nisi hoc fortasse, quod mox pro, ἔθυσαν ΠΟΣΕΙΔΩΝΙ ΤΡΟΠΑΙΩ, reperti sunt qui corrigerent scilicet & ἔστησαν Ποσειδῶνι τρόπαιον. Posidonius hoc voluit ad Ptolemaïdis portas fuisse facta sacra Neptuno Tropæo cognomine, quasi dicas hostium auersori, vel *Stratori*, etsi aliud propriè vox sonat. Ac videtur, ad memoriam eius casus fanum ibi à Sarpedone statutum Neptuno, eo cognomine posthac colendo. Assentior doctis qui sequẽtem historiam sanè mirabilem περὶ ἰχθυομαντείας τῆς ἐν Λυκίᾳ, de diuinatione illa accipiunt, quam Myrensis lacus pisces in Lycia soliti edere. Æliano teste libro duodecimo de animal. quamquam eius narratio si cum Polycharmea hac conferatur, non parum diuersa inuenietur, verum is est mos auctorum, vt res easdem non eodem modo narrent. Ait, ὅταν γὰρ διέλθωσι πρὸς τὴν θάλασσαν, melius ὅταν γὰρ διέλθωσι. nulla hic loci designatio, sed hoc ideò, quia ante nominatim indicatus fuerat à Polycharmo: quod non erat Athenæo prætermittendum. Ait, ἐν ᾧ ἐστιν ἡ δίνη ἐπὶ τῆς ἀμάθου. appellat δίνην *vorticem* quam Ælianus πηγήν, *fontem*. Artemidorus δινάζοντα τόπον. Fons fuit altus & vorticosus. Ait, ἔχοντας, ὑφ᾽ ἑκατέρῳ σάρκας ὀπτάς, scribe. ἐφ᾽ ἑκατέρῳ. Ait, ὁ δὲ μαντευόμενος ἐμβάλλει τοὺς ὀβελίσκους εἰς τὴν δίνην: inepta res, nisi commodè accipiatur, *qui consultum venit pisces, inquit, veruta aqua iniicit*: cedo, cur veruta potius quam extractas verubus carnes, aut quomodo verubus carnes eximere pisces poterant? Quare arbitrabar per ὀβελίσκους intelligi frusta carnium quæ fuerant in obeliscis assatæ, sed obstant nostræ sententiæ Artemidori mox verba de re eadem, οἱ θυσιάζοντες ἐμβάλλουσιν ἀπαρχὰς τῶν θυσιαζομένων ἐπὶ ξυλίνων ὀβελίσκων. Ælianus multò clarius, & ὁ τοῦδε τοῦ ὅτε χρείους κρέα μόσχεα διαπείρας τὸν τῷ θεῷ τεθυμένων. planè dicit idem, sed aliter. Ait, ὡς ἐκπλαγῆναι τὸ ὁρατὸν τοῦ πράγματος. Breuiator, ὡς ἐκπλαγῆναι τὴν ὅρασιν & profectò insolens genus loquendi est, τὸ ὁρατὸν τοῦ πράγματος.

πράγματ⊕ pro τὸ ὁρώμενον πρᾶγμα. Ait, φαίνονται δ' ὀρφοὶ, γλαυκοὶ, ψῆσσαι δ' φάλαιναι ἢ πρίστις. Simplicius multo Ælianus, ὀρφοὶ δ' οἱ ἰχθύες ἀθρόοι προσνεῖ. In proxima historia quæ ex Phylarcho narratur, insigne est ἀνανταπόδοτον. Nam ista verba, ἀλλ' ὅγε πάτροκλ⊕, nullam habent constructionis conuenientiam neque cum præcedentibus, neque cum sequẽtibus: sed ita accipi debent, quasi auctor diceret, *verum vt ad Patroclum redeam & missum ab illo munus*. Amat has, βραχυλογίας καὶ ἀνανταποδότους λόγους, vnus omnium maximè Ælianus. Ait autem Phylarchus, Antigonum regem missum ad se munus à Patroclo, quod constabat ex magnis piscibus & ficis recẽtibus sic esse interpretatum, ἢ θαλαττοκρατεῖν φησὶν ἡμᾶς Πάτροκλ⊕, ἢ τῶν σύκων τρώγειν, id est, *ait Patroclus vel imperium maris obtinere nos debere, vel ficus edere*. Videtur Patroclus de Ptolemæo cui militabat prodendo cogitasse, & tacitè cum eius hoste conspirasse, quem quidem tanquam ænigmate monet vt rei nauticæ curam capessat, ac classem instruat: aut sciat paratam sibi ignominiam quæ victos sequitur. *Ficus edere* παροιμιακῶς de iis dici solitum qui mollius & delicatius viuerent. Vide quæ scribit Aristophanis enarrator ad illa è Vespis, σὺ δὲ νῦν σῦκα μ' αἰτεῖς.

CAPVT III.

Καμασῆνες *pisces*. Cypriorum *poëta*. *Photij locus*. *Nemesis Helenæ mater*, νέμεσις, ἀποπνεῖδες, *&* ἀπόπνευις. *Apollonia Chalcidica. Ichthyas Megaricus.* Brizo *dea, siue* Brizomátis, βρίζειν, *&* καμβρίζειν λάθη. Ζεῦν. *Sardanapalus* ἀδιανοητότερ⊕ κατὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρός. *Idem dictus &* Conoscõcolorus, θυμὸν ἀΐξων. *Fabularum mediæ comœdiæ numerus. Athenæi* πολυπραγμοσύνη *& diligentia in conficiendis Excerptis Sophistarum* πύλαι. Manes, τυρβάζειν. *Prou.* χελώνης ἢ δεῖ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν, σφαγιάζεσθαι.

Οἱ ἰχθύες καμασῆνες ὑπὸ Ἐμπεδοκλέους ἐλέχθησαν, non solus Empedocles ea voce vsus, sed alij quoque poëtæ Græci antiquarij & κακόζηλοι Antipater,

> Φεύγεθ' ὅσοι λόκκας, ἢ λοφνίδας, ἢ καμασῆνας,
> Αἵ δ' εἰσὶ ποικίλων φῦλον ἀκανθολόγων.

ὁ τὰ Κύπρια ποιήσας ἔπη εἴτε Κύπριός τίς ἐστιν ἢ Στάσιν⊕, ἢ ὅστις δήποτε χαίρει ὀνομαζόμεν⊕. Operis huius antiquissimi, & in multos libros tributi (vndecimus eorum vltimo libro laudatur) auctor iam olim incertus. Homerum quidam putarũt, alij Cyprium nescio quem, alij Stasinum, nonnulli Hegesiam. Libro 15. leguntur hæc, αἰθῶν στεφανωματικῶν μέμνηται ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκὼς Ἡγησίας ἢ Στάσιν⊕, Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσι⊕, ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ Κύπρια Ἁλικαρνασσέως δ' αὐθὲ εἶναι φησὶ ποιήματα. Locus vitij suopte indicio manifestus, sensus enim ex istis elici potest nullus. Videtur scribendum, Δημοδάμας δ' ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσι⊕, ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια τὰ μὲν Κυπρίου γενομένου, Ἁλικαρνασσέως δὲ, αὐτὰ εἶναι φησὶ ποιήματα. *Cyprius* & *Cyprias* idem, vt *Hegesias*, & *Hegesinus*, sic *Hegesinus* in Excerptis Photij MSS. qui Athenæo *Hegesias*. Qui Homerum faciebant auctorem τῶν Κυπρίων ἐπῶν, addebant, pium parentem pro dote filiæ poëma illud Stasino Cyprio genero suo dedisse: & de ipsius patria appellasse Κύπρια ἔπη. Refellit horum sententiam Photius in Eclogis suis: Ratio Photij est, quia si ab insula Cypro esset illis nomen inditum, non κύπρια, cum accentu in antepenultima, sed κυπριακὰ fuerant inscribenda: hanc sententiam elicio ex istis Photij verbis, μηδὲ γὰρ Κύπρια προπαροξυτόν⊕ ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα, id est, *neque enim* Κύπρια *cum accentu in antepenultima inscripta fuissent ea poëmata*, ἐπιγράφεσθαι interpretor, ἐπιγράφεσθαι ἄν, nisi voluit hoc Photius nõ Κύπρια sed Κυπρία ἔπη, id est, *Cypria versus* pro Cyprij vt ante diximus, veram esse tituli huius scripturam.

Νέμεσιν ποιεῖ διωκομένην ὑπὸ τοῦ Διὸς καὶ εἰς ἰχθὺν μεταμορφωμένην. Post hæc verba adiicit auctor Epitomæ, ἣ Διοσκούρους καὶ Ἑλένην, ἔτικτε. De Nemesi Helenæ matre habes apud Lycophronis interpretes. Scribe mox, ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ,

> Καὶ Νεμέσει κατὰ γῆν τε καὶ ἀτρύγετον
> μέλαν ὕδωρ φεῦγεν,

ita malo quam vt diu placitum. — ἐτείρετο γὰρ φρένας αἰδοῖ, Καὶ νεμέσει. καὶ τὸν δὲ κατ' ἀτρύγετον μέλαν ὕδωρ φεῦγεν, id est, *cruciabat illi animum pudor & vindictæ metus, itaque Iouem fugiens in mare irruit*, νέμεσις non malè accipi potest de metu ab indignatione Iunonis cuius pellex esse ista verebatur. Scribe etiam, Ἄλλοτ' ἀν' Ὠκεανόν, & sequente versu, ἀν' ἄπειρον.

> οἶδα δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόπνευιν καλουμένην.

Vt ἑψητοὺς Græci dixerunt pisciculos quosdam à genere cocturæ: item alios φρυκτοὺς, alios ἀπανθρακίδας: sic & ἀποπνείδας appellarunt minutos pisces super pruna torreri solitos, neque multum differunt ἀποπυρίδες & ἀπανθρακίδες, nam ἄνθραξ & πυρία fermè idem. Sic accipit paulò post Athenæus cùm ait, super tumulo tibicinis Charmi, qui viuus plurimum pisces amauerat, alium tibicinem ἐναγίσαι ἀποπυρίδας, libro superiore in Epicharmi versu legas ἀποπυρίζειν ἀφύας. Hic verò ἀπόπυρις aut ἀποπυρεὶς, vox est Apolloniatarum propria. Sic enim illi appellabant illam pisciculorum ingentem copiam, qui statis temporibus in Olynthiaco flumine reperiebantur. ... περὶ τὴν Βολυκὴν λίμνην. Scriptura vetus quorundam librorum, Βόλβην, est autem Bolbe lacus in Macedonia ex Thucydide, Stephano aliisque notus, sed an is sit de quo sentit Athenæus, hoc verò quærendum. Mox legendum, περὶ Ἀπολλωνίαν τὴν Χαλκιδικὴν. δύο ποταμοὶ ῥέουσιν, multæ olim erant Apolloniæ, quę cognominibus distinguuntur. *Chalcidica* ista fuit in Macedonia. Scribo etiam, καὶ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, vel κατὰ γὰρ τὸν καιρὸν τοῦτον. Multa hoc loco ex antiquis membranis adiecimus in nupera editione, antè inedita. Verte autem,

Atque eo tempore infinitam piscium multitudinem è lacu in Olynthiacum fluuium conscendere. Is paruus est, vt vix talum tegat, nihilo tamen minus tanta piscium copia venit, vt ex iis omnes qui circumiacent populi salsamenta in vsus suos abundè parent.

Τοσαῦτ' ἀπόντες ἃ ὑσ' ἰχθύας ὁ μεγαρικὸς φιλόσοφος. Scribe; τος, ἀπόντες ὅσα ὑσ' ἰχ. & Μεγαρικὸν caue interpreteris *Megarensem*, id enim sectæ nomen est. Laërtius in historia philosophorum Megaricorum, Τῶν δὲ ἀπὸ Εὐκλείδου ἐστὶ καὶ Ἰχθύας Μεταλλου, ἀνὴρ γενναῖος, πρὸς ὃν & Διογένης ὁ κυνικὸς διάλογον πεποίηται. δι' ὑμᾶς δὲ & τῷ παιδὶ παρακαλέσομαι, significat, se dum sermones audit de piscibus longos & prolixos, in eius opsonij venisse fastidium, & esse factum ἀπηχθῆ, δι' ὑμᾶς *propter vos, aut per vos, non vestra omnium gratia.* ὅταν θύωσι τῇ Βριζοῖ, αὕτη δὲ ἐστιν ἡ ἐν ὕπνοις μάντις, ideo hæc dea aliis dicta *Brizomantis*. Hesychius, Βριζόμαντις, ἡ ἐνυπνιόμαντις, neque censeo corruptum. Βρίζειν quod interpretatur Athenæus καθεύδειν, propriè esse volunt meridiari, & à cibo dormire, quasi βορίζειν, hoc est, ἀπὸ τῆς βορᾶς ἵζειν. Homero βρίζειν est, νυστάζειν, *cessatorem agere instar dormitantium*, vt ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον: vbi tamen legunt alij, ἔνθ' οὐ καμβρίζοντα ἴδοις, ita Hesychius, pro καταβρίζειν. χλεύην τε ποιῶ καὶ γέλωτα & λάσθην. Vox est Ionica λάσθη, irrisio & contumelia. Iungi amat cum γέλως. Herodotus Eratone, πέμψας τὸν θεράποντα ἐπὶ γέλωτι καὶ λάσθῃ, εἰρώτα τὸν Δημάρητον ὁκοῖόν τι εἴη τὸ ἄρχειν μετὰ τὸ βασιλεύειν. Vetus scriptor apud Suidam, οἱ δὲ Μεσσήνιοι σὺν λάσθῃ καὶ γέλωτι ὥσπερ ἄθυρμα τῶν Σπαρτιατῶν τὰ πρῶτα τοῦ Διὸς ἀναθήματα διέπασαν. οὐ γὰρ μὰ τὸν Ζηνῦν. Rara vox & quam temerè non legas alibi. Respiciebat hunc locum Eustathius commentario primo in Vlyxeam, ὅτι τοῦ Ζηνὸς ἐστι & αἰτιατικὴ παρὰ Πολυκράτει τῷ σοφιστῇ μονοσύλλαβος, τὸν Ζῆν, παρασημειοῦν. ὃν ἀδιαγνωστότερον εἶναι κατὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ πατρὸς Ἀριστοτέλης φησί: *quem obscuriorem fieri cum de nomine patris appellatur, scribit Aristoteles*, ἀδιαγνωστος, qui difficile dignoscitur. Patrum nomina adiiciebant Græci ad faciliorem notitiam, atque vt facilius animo conciperetur is quem designarent: quod verè dicebat Aristoteles non habere locum, quando aliquis ad Sardanapali nomen patris ipsius appellationem adiiciat. Sed erat & alia caussa cur de patris nomine aliquem vocarent Græci, nam in eo fuit aliquod honoris specimen. Ælianus Ποικίλης libro sexto, cap. 11. ψιλαῖς ταῖς χερσὶ πρὸς καθωπλισμένους ἀγωνιζόμενος, εὐκλεῶς τὸν βίον ἐτελεύτα, πατρόθεν οὖν τὸν ἄνδρα προσεῖπον, κυδαίνων αὐτὸν Ὁμηρικῶς. At Sardanapalo etiam aliud fuit nomen, paucis hodie notum, Κονοσκογκόλερος.

ἐφ' οὗ τῷ τάφῳ ἐπιγεγράφθαι φησὶ Χρύσιππος τάδε. Inscriptio hæc literis Assyriacis, quemadmodum & Strabo scribit, fuerat concepta. Græci eam variis modis expresserunt, prosa alius, alius versu: item alius totam, alius ex parte: prout nempe argumento suo quisque conuenire iudicabat. Sic lib. 12. vt probaret Athenæus non penitus otiosum vixisse Sardanapalum, profert ex illa inscriptione verba quibus dicebatur Tarsum & Anchialam die vna condidisse. Chrysippus verò, vnde ista nunc describuntur, de luxu illius tantum agebat. Quare fallitur Dalecamp. qui ex Strabone & libro 12. vt ait, huc sine ratione infercit, quæ sunt prorsus aliena huic loco. Vt taceam de libris antiquis: per quos illi non licet esse liberali, θυμὸν αὔξειν poëtica phrasis est, pro genio indulgere, & animo suo morem gerere, non aliter debuit accipi in epitaphio Sardanapali, εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς σὸν θυμὸν ἄεξε, τερπόμενος θαλίῃσι. Familiare poëtis verbum αὔξειν vt lib. quarto dicebamus, paulò aliter in epigrammate Bacchidæ, πάντα τῇ ψυχῇ δόμεν, sententia eadem, at diuerso sensu συμφράδμονα θυμὸν ἀέξειν alius poëta, vt libro superiore dicebamus capite septimo. Quinto versu scripsimus cum antiquis, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται, alij libri λέλοιπται quod videtur ab iis profectum qui putabant fuisse dicendum λέλυνται: cum tamen probissimum sit λέλυνται, vt apud poëtam, & ἄρτα λέλυνται *corrupta sunt, perierunt*, tamen in parodia Chrysippi est λέλοιπται.

τὴν ἡμέραν ζῆν ἡδέως. Scrib. τὴν ἡμέραν, & verte ista. Μικρὸς δὲ βιότου ζῶντ' ἐναπολαύειν χρεών, *vita quæ sit tam breuis, dum viuimus frui oportet*, ἐκ θεῶν δυστυχὴς in versiculis Amphidis, dicitur homo diis exosus, & diuinitus infelix ᾧ πως συμβαίνει συμφορὰ βεβλαμμένος. Prior Bacchidæ versuum malè vulgò scribitur, πιεῖν, φαγεῖν, & πάντα τῇ ψυχῇ δόμεν, restitue Doricam scripturam, πιὲν, φαγὲν pro πιεῖν & φαγεῖν. πλείονα τῶν μέσης καλουμένης κωμῳδίας ἀναγνοὺς δράματα τῶν ὀκτακοσίων; & τούτων ἐκλογὰς ποιησάμενος. Magnæ diligentiæ exemplum. Ait legisse & excerpsisse se plures octingentas fabulas mediæ comœdiæ, non existimandum est negligentius versatum fuisse in aliis fabulis, quà nouæ, quà antiquæ comœdiæ. Adde his tragicorum dramata: item alios omnis generis poëtas, & illorum interpretes veteres criticos. Taceo historicos & philosophicos, quorum omnium scripta legisse, vel sola, improbus sit labos. Athenæus verò cum ex horum libris, tum ex aliis omnibus sibi lectis, excerpta confecerat viatica, vt sæpe dictum nobis. Cæterùm in numero hic posito hæremus: quia legere meminimus mediæ comœdiæ fabulas fuisse solùm DCXVII. Auctor προλεγομένων in Aristophanem. τῆς μὲν οὖν μέσης κωμῳδίας εἰσὶ ποιηταὶ νζ. & τούτων δράματα χιζ. [Potest tamen ratio afferri huius diuersitatis apprime probabilis: nam criticus ille eorū Prolegomenon auctor de iis tantum dramatis videtur sensisse quæ fuerant producta in scenam & Didascaliis inserta. Athenæus tam de iis quæ adnotata fuerant in Didascaliis quàm de aliis: vide quæ scripsimus libro sexto, capite septimo, sub finem. Fortasse etiam in illis Prolegomenis pro

pro χιλ' DCXVII. scribendum est χιλ' MXVII.] ἀλλὰ ὅδε οἱ τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγραφὰς ποιησάμενοι, concisè dictum τὰς ἐν Περγάμῳ ἀναγρ. pro, τὰς ἀναγραφὰς τῶν ἐκ τῆς βιβλιοθήκης τῆς ἐν Περγάμῳ, eos enim intelligit: qui indices collegerant & conscripserant librorum qui erant Pergami in Bibliotheca regum Attalicorum. Nebulonis illius mens qui in Alexis Asotodidascalo pronuntiabat ista

Τί ταῦτα ληρεῖς φληναφῶν ἄνω κάτω
Λύκειον, Ἀκαδήμειαν, Ὠιδεῖον, πύλας,
Λήρους σοφιστῶν;

fuit hæc: sapientiam & sapientium scholas omnes præ luxu & voluptuaria vita, meras nugas esse. Itaque non possumus πύλας interpretari de Thermopylis & Amphictyonum consessu, quid enim illis cum sapientiæ studiis? Si vera ea scriptura, referam ad mendicabula Philosophorū & aretalogos, qui passim per vrbium portas, per plateas, per angiportos, & publica omnia loca oberrantes, de virtute multa declamitabant. Viderint tamen eruditi num sit potius legendum, Λύκειον, Ἀκαδήμειαν. Ὠιδεῖον, Ποικίλην. MSS. quod nunc primum obseruo, præferunt, ὠδεῖον πύλας. Πίνωμεν ἐμπίνωμεν...... σικῶν. Malè affectus versus in omnibus libris. In quibusdam ἐμπίνωμεν, & in extremo συκῶν, nihil excogito: nisi cui non displiceat, ἐκ κυλίκων συχνῶν. Sed veram huius versiculi lectionem imputat nobis codex Huraldinus, ille quidem corruptus: verū ita, vt ad veram scripturam nos ducat quasi manu. Ita ille, πίνωμεν, ἐκπιπωμένῳ σικῶν, luce clarius scribendum esse, Πίνωμεν, ἐκπίνωμεν ὦ Σίκων, Σικων. Proprium viri nomen fuit apud Græcos, Sicon, vt obseruabamus lib. nono, cap. 6. Seruile, opinor, nomen id erat, vt pleraq; Græcorum duûm syllabarum, aut vnius. Τύρβαζε μανῆ, γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον. Aio scribendum vel inuitis libris, Τύρβαζε Μάνη, γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον. *O Manes, dede te voluptati: ventre nihil suauius.* Manes seruile nomen, vt sciunt omnes: quod autem seruos alloquatur iste, testantur verba superiora, οἰκέτην πιπαιδευμένον προτρεπόμενον τοὺς ὁμοδούλους. At τυρβάζειν id esse quod expressimus, non quod interpretes, ex Suida potest probari: qui τύρβην interpretatur ἀπόλαυσιν, *vitam voluptuariorum*, & eorum quos vocat Philosophus ἀπολαυστικούς, inde igitur τυρβάζειν, viuere eam vitam.

ἀπεσχεδίασεν καὶ ἐκεῖνα τε τὸν Τερψίωνα καὶ περὶ τῆς χελώνης ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Explicatur hoc prouerbium à Zenobio, & eius auctor Terpsion dicitur etiam illi. Apponam eius verba & simul emendabo Ἢ δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν. Τῆς χελώνης ὀλίγα κρέα βρωθέντα στρόφους ποιεῖ, πολλὰ δὲ καθαίρει, ὅθεν ἡ παροιμία; ἕτεροι δὲ ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ὁρμᾶν ἐπί τι, στραγγευομένων δὲ, φασὶ δὲ αὐτὴν Τερψίωνος εἶναι. *Testudinis carnes si intra modum edantur generant tormina: si maiora copia, purgant, vnde natum prouerbium*, Testudinis carnes aut comedere oportet, aut non comedere. *Alij putant dici de iis, qui magno impetu rem aliquam inchoarunt, sed postea languidos se præbent. auctor dicitur esse Terpsio.* In Zenobij libris pessimè scriptum, στραγγευομένων δὲ. atque idem error etiam apud Suidam, fecimus στραγγευομένων, quæ emendatio fideiussorem, credo, non desiderat. [Vtitur eleganter hoc prouerbio Actuarius initio libri 4. Ἡ μὲν παροιμία φησίν, ait, χελώνης κρέα ἢ φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν: ἐγὼ δὲ μικρόν τι τὴν παροιμίαν, παρῳδήσας φαίην ἂν τῆς ποικίλαις καὶ πολυειδέσι τῶν ὑποθέσεων, ἢ μὴ ἐγχειρεῖν προσῆκον, ἢ τοὺς ἐγχειροῦντας ἀνάγκη καὶ συμπληροῦν. In editione Græcolatina Prouerbiorum Zenobij & aliorum, quàm infeliciter superior locus sit expressus, intelligent, qui nostra cum illa versione contendent.]

CAPVT IV.

Dorion συγγραφεὺς ὀψολόγος & κρουματοποιός. Mylon oppidum Ægypti: Zenoposidon, *æquitas animi sapienti est pro condimento. Dorionis dictum de locusta marina. Nicocreon tyrannus. Lepidi versus de mente tibicinum explicantur, pisces Dorioni dicti* θοοί. *Timothei poëtæ* Nauplius, ἑψητός. *Epicharmi* λόγος ἢ λογίας, νότος λαμπρός. *Alexidis* Demetrius *versa à Turpilio. Antiphanis* Ἀλειφομένη, καλλιμέδων *pro locusta*, γόγγρος. Smisgolas *Atheniensis*, ἐγρίζειν *sine* ἐγρίζειν ᾠδὴν, *&* ἐγρίσματα.

LIBRO superiore sæpissimè vsus est auctor testimoniis Dorionis, in explicanda piscium historia. Is auctor obscurus fuit & paucis cognitus: ideo miratur Democritus, inter ὀψολόγους, & eos qui de piscibus scripserunt, eum censeri, qui in eruditorum vulgus non aliter innotuerit quàm ceu κρουματοποιός, id est, magister symphoniæ, aut nescio quorum musicorum instrumētorum pulsator. Πόθεν δ' ὑμῖν ὦ σοφώτατοι, inquit, ἐπῆλθε, καὶ ὁ ὀψολόγος Δωρίων, ὡς καὶ συγγραφεύς τις γινόμενος, ὃν ἐγὼ κρουματοποιὸν οἶδα ὀνομαζόμενον καὶ φίλιχθυν, συγγραφέα δὲ οὔ, clarissima verba obscurant interpretes, dum ὀψολόγος aliter vertunt quàm oportuit, sed & corrumpunt iidem, cum temerè emendant, cum hic, tum aliis etiam in locis, χρωματοποιὸν, pro κρουματοποιόν: meminerant videlicet inter modulationum genera quæ à musicis explicātur *chromata* nominari, ceu verò non & κρούματα sint musicorum: de quibus tam multa Plato, Aristoteles, Plutarchus. Illud potius meminissent in Plutarchi commentario. De musica, κρουμάτων ποιητὴν dici, quem vna dictione κρουματοποιὸν vocat auctor. Minus autem mirandum est, de hoc Dorione quædam Athenæo fuisse comperta, quæ vulgo doctis essent incognita, nam & Athenæus Ægyptius fuit; & Dorion quoque, aut in Ægypto certè vixit; quod docent nos Machonis de Dorione verba, Ὁ κρουματοποιὸς Δωρίων ποτ' εἰς Μύλων' ἐλθών, nam Mylon Ægyptiaci oppidi nomen teste Hermolao Byzantio. Quintum versum Machonis, ἰδὼν τ' ἐπιδοῦναι τὸν πονηρὸν: malim

ita scribi, ἰδὼν τ' ἐπείγα θύοντα τὸν νεωκόρον. In octauo facit poëta mentionem fani cuiusdam Ζηνοποσειδῶνος, id est, *Iouineptuni*. Nam interdum veteres duo numina in vno signo coluerunt: vnde illa nomina apud M. Tullium, *Hermathena*, *Hermeracla*, & hic *Zenoposidon*. Egregium est Dorionis apophthegma quod statim commemoratur. ἐπαινοῦντος ἄλλου τινὰ τῶν ὄψων ἀγοράσαντα, καὶ μάλα ἔφη δεῖ μέντοι γε τὸ ἴδιον αὐτὸ ὥσπερ ἐγὼ ἴδιον, ἀνάγκη ἦ, πῶς; ὁ ἦ, πῶς; ἀνέως, ἔφη. Omnia quibus vescimur, atque adeò quæcunque in longa vita mortalibus eueniunt, vel per se & natura sua nobis grata sunt, vel possunt fieri. Nam qui sapienter vitam instituunt, si non possunt quod volunt, id volunt quod possunt. Dorionis hæc mens fuit, cum diceret, probari sibi thunnorum abdomina, & bonum cibum videri: non quod talis esset natura sua: sed quia ipse talem efficiebat, æquitatem animi pro condimento adhibens, & moderationem, per quam vel mali saporis cibi palato comedentis sapiant. Hoc voluit Dorion: neque obstat quod Archestratus & poëtæ alij quorũ in his libris verba recitantur, laudare hypogastria thunnorum videntur: nam si deterioribus comparentur, laudem mereantur non iniuria: si cum aliis non contendantur, & illa & omnia alia salsamentorum genera beatorum mensis parum digna. Ideo dicebat Galenus in tertio de facult. alim. pisces τοὺς ταριχευομένους καὶ ξηραινομένους, ἐδώδιμ εἶναι, ἀνθρώπων τῶν ἐπιτυχόντων. Aiebat idem Dorion, τοὺς καράβους τρία ἔχειν, διατριβὴν, καὶ ψυχαγωγίαν καὶ θεωρίαν, *locustas marinas tria habere*, (id est, ad hæc tria esse commoda) *oblectationem, escam, & contemplationem*, non intellexerunt hunc locum qui verterũt, διατριβὴν *exercitationem*. Iocundas occupationes ad tempus fallendum, & otium oblectandum, διατριβὰς vocant Græci. Locustæ verò marinæ ea compages ac fabrica est, vt pægnij & ludicri cuiusdam loco haberi queat, θεωρίαν appellat, opificij diuini in natura huius aquatilis sedulam considerationem. Quando vixerit Dorion non est difficile cognitu ex sequentibus, ἐν Κύπρῳ παρὰ Νικοκρέοντι δειπνῶν, ἐπῄνεσε ποτήριόν τι, & ὁ Νικοκρέων ἔφη, ὃ ἂν βούλῃ ὁ αὐτὸς τεχνίτης ποιήσει σοι ἕτερον, σοὶ γε ἔφη, ἐμοὶ δὲ τοῦτο δὸς: *cœnans in Cypro apud Nicocreontem, laudauit poculum quoddam: tum Nicocreon, Quod volueris cunq; inquit, idem artifex simile alterum tibi conficiet, at Dorion, Tibi quidem, ait: mihi vero da tu nunc istud.* Nicocreon hic Cypri tyrannus vixit Isocrati æqualis. Melius autem & vberiore sententia MSS. ὃ ἂν βούλῃ: quàm interpretes, ἐὰν βούλῃ, quasi dicat Nicocreon, ex omnibus generibus poculorum quæ vides in cylicio apposita, elige quod maximè probaueris, & simile illi alterũ conficiet tibi. De more apponendi cyliciũ, libri vndecimi initio. Non carent difficultate versiculi lepidissimi, quibus negatur mens inesse tibicinibus. Sunt autem hi.

Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν.
Ἀλλ' ἅμα τῷ φυσᾶν χ' ὠ νόος ἐκπέταται.

posteriore istorum versuum dicuntur tibicines dum tibias inflant mentem amittere, si amittũt, ergo habent, quare falsum illud in priore, θεοὶ νόον οὐκ ἐνέφυσαν. Aut igitur commoda interpretatione molliendum quod dictum videtur est duriuscule: & accipiendum quasi diceret, datam quidem & tibicinibus menté a diis: sed non firmam nec perpetuam: verum quæ tunc illis adimatur, cum tibias inflant: aut legendũ, Ἀνδρὶ μὲν αὐλητῆρι θεοὶ νόον ἀσνέφυσαν. Stant ab hac emẽdatione, non codices quidem, in queis vulgata lectio habetur: sed particulæ μὲν & ἀλλά: si volumus earum vim recta ratione expendere. Iusserat Dorion puerum opsonatorem pisces emere: cum ille non fecisset, herus flagris eum cecidit, atque inter vapulandum iussit optimorum piscium nomina recitare, morem gerit misellus, & orphum, glauciscum, congrum & similes his alios nominat; tum Dorion, *Ego*, inquit, *piscium nomina iussi dicere, non deorum*, cur pisces illos appellat Deos? an hæc acciderũt cum adhuc in Ægypto esset Dorion? ibi enim plerosque pisces pro numinibus fuisse cultos, testantur veteres comici, vt libro septimo legere est. Verius censeo, Dorionem cum esset insigniter piscium amans, (vnde illi Philichthys cognomen) & de eo genere hominum quibus venter Deus est, vt Beatus Paulus ait, piscium illos qui palato suo maximè saperent, appellasse deos. Notamus tale quid & libro 14. cap. duodecimo. Ait, ὁ αὐτὸς Δωρίων καταγελῶν τ' ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλου χειμῶνος. Lego Ναυπλίου. Non enim *Nautilum* sed *Nauplium* fecerat poëta Timotheus. Suidas nominat Πέρσας ἢ Ναύπλιον. De Nauplio quod facit huc leges in Apollodori Bibliotheca libr. 11. Lasi Hermionensis vetustissimi sapientis, & vt quidam arbitrati sunt, vnius è septem, iocus, dicentis, τὸν ὠμὸν ἰχθὺν ὀπτὸν εἶναι, specie analogiæ ludit nos, nam vt dicimus τοῦτο ὅ ἐστι νοῆσαι, & ἀκουστὸν ὅ ἐστιν ἀκοῦσαι, sic prorsus ὅ ἐστιν, ὄψασθαι τοῦτό ἐστιν ὀπτόν. Athenæus dum scribit, & ὅ ἐστιν ἰδεῖν, τοῦτό ἐστιν ὀπτόν, manifestissimam analogiam fecit esse obscurissimam, corrupta argumentatione quæ ducitur à coniugatis, sed vitauit obsoletum verbum ὄπτειν, pro ἰδεῖν *videre*: extat in vetere senatusconsulto Lacedæmoniorum de Timotheo, quod recitamus capite 11. huius, nisi malumus ex glossemate τὸ ἰδεῖν in contextum irrepsisse. Verum est autem, ab ὄπτειν fieri ὀπτός *visibilis*, [vnde ἐνόπτος freques verbum etiam optimis scriptoribus,] at ὀπτός *assus*, contractum est ex ὀπτητός. Addit dipnosophista, τοιαῦτα ἦν καὶ Ἐπίχαρμος παίζει, ὥσπερ ἐν λόγῳ & λόγον εἶναι, hæc sunt corrupta sine dubio: etsi conatus est eruditissimus Dalecamp. sensum commodum reperire aliquem. Ego memini reperire laudatam Epicharmi fabulam cuius titulus scriberetur Λόγος ἢ λογίνα: quod etsi non satis assequor, & suspectum etiam habeo: tamen certus sum eius comœdiæ indicem hoc loco restituendum esse: plura diximus de illius Epicharmeæ fabulæ titulo, libro

bro tertio, capite 33. Vide quæ ad illum locum nunc addidimus. Cæterùm de eo dramate & cæteris eius poëtæ dicendum nobis alibi accuratè. λαμπρὸν ἄνεμον Græci appellant vehementem & σφόδρα πνέοντα. Synesius, ἐπειδὰν καὶ νότος συνεπιλαμβάνῃ λαμπρὸς, ὑφ᾽ οὗ ταχὺ τὴν γῆν ἀποκρύπτομεν. Ita accipi debuit ea vox in his Alexidis, πρότερον μὲν εἰ πνεύσειε βορρᾶς ἢ νότος. Ἐν τῇ θαλάττῃ λαμπρὸς, ἰχθὺς οὐκ ἐνῆν, nam qui aliter distinguunt in errore versantur. Cæterum Alexidis *Demetrium* vnde erant superiores versus, Turpilius verterat Barbare, vt ait Plautus; nam inde citat Nonius, *Antea si flabat aquilo aut auster, inopia, Erat piscati*, quæ est verborum Alexidis interpretatio pœnè ad verbum, imò ad literam. Antiphanis Ἀλιευομένην memorat Pollux libro nono. In ea fabula inducebatur quidam pisces emens à piscatore, vel à piscario. Ac primùm sepias dari sibi postulat, vt more emturientium dispiciat quàm bonæ sint. Poëtæ verba videamus: quæ quidem ita scribuntur,

Τὰς σηπιάδας πρῶτον Ἡράκλεις ἄναξ,
ἃ πάντα τεθολώκασιν, οὐ βαλεῖς πάλιν
Εἰς τὴν θάλατταν, καὶ πλυνεῖς, μὴ φῶσί σε
Δωλίας ἀλλ᾽ οὐδὲ σηπίας εἰληφέναι.

Primus versus sic emendandus, Τὰς σηπίας δὸς πρῶτον. Ἡρακ, similiter versu sexto ἀπόδος. Videntur fuisse viuæ sepiæ de quibus hic poëta, quas cum prehendit emptor: illæ atramento suo & illum & se inquinant, quod poëta dixit, ἅπαντα τεθολώκασι. Ideò petit emptor à vẽditore vt ipsas in mare proiiciat abluendas: ne, inquit, cepisse dicaris non sepias, sed δωλίας: sed hæc vox corrupta alterius locum occupat, nam interpretum somnia vigilantibus non possunt placere. Sententia hanc aut similem huic scripturam flagitat, Σκῶρ μιαρὸν οὐχὶ σηπίας εἰληφέναι, vel Ἀποπατὸν οὐχί σ. Sequentia ita concipi debent:

Τὸν κάραβον δὲ θὲς πρὸς τὰς μαινίδας
Ἀπόδος, παχὺς γὰρ ναὶ Δί᾽, ὦ Ζεῦ· τίς ποτε
Σὺ καλλιμέδων σὺ χαῖρε δ᾽ ἄριστε τῶν φίλων.

Scripsimus minuscula litera initiante nomen καλλιμέδων. Nam ea vox hoc loco locustam significat, éstque planè idem ac κάραβος. Callimedum orator fuit Athenis, vt toties dictum, cui cognomen καράβω, comicus alterum nomen alterius loco vsurpauit μεταληπτικῶς. In quo venustatem esse non translatitiam fatebuntur, qui erunt harum rerum idonei iudices. Multa poëtæ interpretes de hoc genere μεταλήψεως, & Strabo etiam aliquid. Aliter longè hic docti: sed non debuerant. Versu 12. scribendum, Καὶ τὸν Σινώπης γόγγρον, ἥδη τραχυτέρας ἔχοντ᾽ ἀκάνθας. Petulantia comica Callisthenem perstringit, vt vetulæ Sinopes amatorem: quam ne in extremo quidem senio artem desiisse, Anaxilæ versus docent libro 13. οἱ Σινώπην δ᾽ αὖ συνόντες οὐχ ὕδρα συνῶσι νῦν; γραῦς μὲν γὰρ αὕτη. In effæta anu γόγγρον appellat eam partem, quam alij poëtæ κῆπον, λειμῶνα, χοῖρον, 15. versum corrige, & scribe, ἀλλὰ κιθάρων, ὅτου ἂν ἴδῃ τὰς χεῖρας οὐκ ἀφέξεται. Smigolas hic, inquit, *quæcumque citharum viderit, in eum manus iniiciet* 19. corruptissimus est, Ἀνθρωπάρεσκον κωβιὸν πιὸν τοῦτ᾽ ἐστι. Vel cæcus, propè dixerim, videat scribendũ. Ἀνθρώπῳ δ᾽ ἀρέσκον κωβιὸν πιόν. quanquam in codd. optimis inuenimus ἀνθρωπάρεσκον, quod minus placet. Ludit poëta, & gobionem piscem non suo nomine appellat, sed cuiusdam Gobionis viri Atheniensis de quo habes non multò post. Hunc aliquando Pythionice amatorem habuit, ideo addit iste, Gobionem hunc Πρὸς Πυθιονίκην τὴν καλὴν πέμψαι με δεῖ, sed meretrix non diu Gobionem amauit: quin mox insuper habuit, & ad diuitis cuiusdam salsamentarij filios animum conuertit. Declarant ista manifestissimè, si modò scribantur rectè: hoc nempe modò, ἀλλ᾽ ὅμως οὐ γεύσεται. Ἐπὶ τὸ τάριχος ἐστιν ὡρμηκυῖα γάρ, quamuis (ait) gobius quem ad Pythionicem mittit est pinguis ac succulentus (errant, qui illa mutant, Ἀδρὸς γάρ ἐστι.) illa tamen, scio, ipsum habebit despicatui: nam ad salsamentum suum iam animum & amorem transtulit. Athenæus ipse explicat statim. Postremò ait poëta.

Ἀφύας δὲ μικρὰς τὰς δὲ καὶ τὴν τρυγόνα,
Χειρὸς Θεανοῦ εἰ εὑρίθη κ᾽ ἀντισήκωσις.

legendum: εἰ εὑρεθῇ γ᾽ ἀντίῤῥοπος, *si inuenietur pastinaca aqui ponderis*. Iocus videtur esse in paruã Theanus staturam. Pœnè præterieram Smigolam de quo hic auctor, & Antiphanes etiam in præcedentibus versibus, corrupto nomine sic nuncupari: nam verum est. Μισγόλας, vt semper in Æschinis libris. Hesychius, μισγόλας, θόρυβος, sed hic proprium est viri nomen, aut vt in Excerptis Σμισγόλας, quod Ἀττικώτερον est: simili errore σμιγολᾶς alio loco offendimus, pro μισγολᾶς aut σμισγολᾶς. De hoc Misgola postquam recitasset dipnosophista Æschynis verba, quibus ait, ipsum circa musicam & citharœdos ἐσπουδακέναι δαιμονίως, subiiciuntur Teleclidis è Phaone versu hi, Ὁ Σμιγόλας (scribe Σμισγόλας) οὐ προσιέμενος φασὶ Ἀνθέσι τοῖς νέοισιν ἦρε θισμένος: vbi si postrema vox nihil aliud significat, quàm quod interpretes exprimunt, qui vertere *irritatus*, nescias quò hic locus pertineat. Enimuero si antecedentia legimus non somnolẽtè, facilè intelligemus probatum isse auctorem Misgolam tibicinibus & instrumentis musicis fuisse deditissimum. Vocem igitur ἠρεθισμένος interpretemur opus est, non *stimulatus*, sed καταυλούμενος καὶ ψαλλόμενος ἢ κιθαριζόμενος, cantu oblectatus, aut tibiarum flatu. Nam & ἐρέθειν ᾠδάν pro *canere* obseruauimus dixisse Theocritum in Piscatoribus: —ἐκ βλεφάρων δ᾽ ὕπνον ἀπωσάμενοι σφετέραις φρεσὶν ἤρεθον ᾠδάν; & ἐρεθίζειν pro *susurro oblectare*, apud Anacreontem. Παρὰ δ᾽ αὐτῷ ἐρεθίζει Πηγὴ ῥέουσα παιδός. Idem poëta vt refert Athenæus, Musicam dixit esse συμποσίων ἐρέθισμα, γυναικῶν ἠπερόπευμα, id est, *conuiuiorum oblectamentum, mulierum deceptionem*, propriè ita vocatur æmulatio plurium musicorum, & ex ea manans voluptas. Chorus apud comicum in Ne-

bulis laudans Athenas, ait, verè ibi esse τῶν κιθάρων χορῶν ἑψθισμάτα, Scholiastes explicat, ἁρμίλλας ἢ ὄργανα μυσικά. Scribe, Τὸν Σμισύλαν ὁ γὰρ κιθάρων δὺς εἰμ' ἐγὼ, vel metri modulus in hoc & superiore senario doceat sic debere scribi hoc nomen [Qui superioribus in locis περιτίσμα & πρίτισμα putant rescribendum, non habent me assentientem.]

CAPVT V.

Nicoclis Acarij. *Pythionicæ amatores cur* Scombri *dicti*, ἅλμη ἀγρία, ὄψον, *piscarium forum*, καταιγίζειν εἰς τὸ ὄψον *vel* εἰς τὴν ἀγορὰν, *pisces oleo* ἀλείφειν καὶ λύειν, ὀρνίθειος ζωμός. *Androcydis* ὀψοφάγου *tabulis de Scylla piscatione. Timothei* Charon ὁ ἐκ Νιόβης. *Charonis* πορθμὸς *aut* πορθμὶς, γαστὴρ ἐπιθυμίας *ex cholera morbo, larus. Syrorum à piscibus abstinentia, alia item multa.*

PYTHIONICEN amasse Chærephili salsamentarij filios, probatur duplici testimonio Nicoclis comici, ex *Acarii*, obscurus hic poëta: drama istud illud obscurissimum: menda codicis, opinor, nó obscura. Suidas qui diligentissimè comicos veteres ex Athenæo commemorauit, & plerasque eorum fabulas, Ἀκαρίων non meminit, ac ne poëtæ quidem huius nomen posuit. Athenæus quoque neque poëtam hunc, neque fabulam hanc laudat alibi. Quid multa? Scribendum censeo, ὡς Τιμοκλῆς ἐν Ἰκαρίοις φησί. Timocles ex hoc scriptore & Suida, notissimus. *Icarios* autem illius & noster citat aliquanto post, & Suidas agnoscit, inter eius fabulas: Anytus cuius in priore testimonio mentionem facit Nicocles, is videtur esse quem accusatio Socratis omnibus notum fecit. Hunc ait ita à Pythionica solitum inuitari ὁπόταν Χαιρεφίλου τοὺς δύο σκόμβρους ξενίον μεγάλους ἀδολέσχ', non sine caussa malit aliquis μεγάλους: sed stare potest quod editur, perpetuum stolidorum conuitium, vt vocentur *magni*. Tales erant isti Pythionicæ amatores: stolidi, inquam, insipidi, insulsi: vnde etiam *Scombrorum* cognomen inuenerunt: quod virus salsamentorum redolerent, salsis muriaticis similes, de quibus Plautus, Pænulo:

Soror cogita amabo, item nos perhiberi
Quasi salsa muriatica esse autumantur:
Sine omni lepore, & sine suauitate.
Nisi multa aqua & diu macerantur,
Olent, salsa sunt, tangere vt non velis: itē nos sumus
Eiusmodi mulieres sunt insulsæ
Admodum atq; inuenustæ sine munditiis & sumtu.

Ex hoc elegantissimo loco intelligimus, cur σκόμβρους poëta hic, atque alij vulgò appellarint Pythionicæ amatores: perinde enim est ac si eos vocarent ταρίχους vel ἅλμην, quemadmodum alibi loquitur Athenæus, & nos suo loco exposuimus, atque adeò hic ipse poëta in versibus qui sequuntur, eosdem illos fratres vocat ταρίχους καὶ ταῦτα ἀνάλτους καὶ πλατυρρύγχους, salsamenta, & quidem insulsa, ac deformia ob nasi latitudiné, τὴν ἅλμην appellat ἀγρίαν Axionicus infra hoc libro: quia muria tetrum virus solet exhalare, vnde etiam dicitur libro tertio τάριχος βρωμώδης. In sexto etiam Cerybion quidam Σκόμβρος nominatur isto versu Alexidis, Ε'πεῖτα Κόρυδος, Κωβιὸν, Κηρυβίων ὁ σκόμβρος, sed Chærephili istius filiis maximè hoc cognomen adhæsit. Alexis in Epidauro.

Τοὺς Χαιρεφίλου δ' υἱοὺς Ἀθηναίους ὅτι
Εἰσήγαγεν τάριχος. ὡς καὶ Τιμοκλῆς
Ἰδὼν ἐπὶ τῶν ἵππων δύο σκόμβρους ἔφη
Εἶναι τοῖς σατύροις εἶναι.

In proxima Nicoclis ecloga, quarto versu scribit Dalec. ὅμως δὲ δύναι συνειλυθὼς σαρδίνας, nihil melius possum excogitare, quanquam & ἀγρίνας inter species mugilum inuenies. Sequuntur ista, εὐπόρως γὰρ τυγχάνει Ε'χουσα, & συνῆσιν ἄχρι τ' δὲ εἰς δυσιν: vnde fecit Dalec. καὶ συνουσίαις ταρίχοις δύσιν, quæ vera lectio est, aut ista certè [quam excogitauit illustris Scaliger è vestigiis corruptæ non longè abiens: & συνουσίαις σαπέρδαις εἰς δύσιν, toto die ad solis vsque occasum rem habuit, cum saperdis, id est, saperdas esitauit, συνεῖναι σαπέρδαις, vt ὁμιλεῖν cibo, quod antè exposuimus.] Mox scribi malim, Α'λεξις ἐν Κρατεύᾳ ἢ Φαρμακοπώλῃ, caussam antè exposuimus. In eo Alexidis loco rectè libri omnes, Α's ἐδεῖ Μελάμπους ὃς μόνος τὰς Προιτίδας: nec scio vnde sit, quod legitur in Latino textu *Melanthus*. Taceo Græcorum de hoc testimonia, adeatur ad Seruium super illo, *Prœtides implerunt falsis mugitibus agros*. Notum est solitos Athenienses varia fora, aut fori partes, de nominibus rerum quæ ibi vænales prostarent, nominare. Sic passim accipi debent apud scriptores Atticos εἰς τοὔλαιον, εἰς τὰς χύτρας, εἰς τὰ σκόροδα, & quod vsitatissimum, εἰς τοὺς ἰχθῦς, hoc est, *forum piscarium*: quod & ἰχθυόπωλις & ὀψόπωλις ἀγορὰ, aut simpliciter ὄψον. Nam omnino interpretari debes ὄψον *forum piscarium* in istis Alexidis, quæ auctor subiicit,

Α'γορανομοῦσιν οἱ θεοὶ βέλτιστοι σὺ
Ἵνα Καλλιμέδοντ' εἰς τὸ ὄψον, εἰ φιλεῖς ἐμὲ,
Παύσῃς καταιγίζοντα, δι' ὅλης ἡμέρας.

breuiter Poëta Callimedontem, magnum gluttonem pisces vorare, procellæ comparat, quæ in forum piscarium incumbens omnia euerrat cū pulusculo, nedum annonam excandefaciat. Ita accipiendum est verbum καταιγίζειν, atque vt καταιγίζειν εἰς τὸ ὄψον Alexis hic dixit, pro *forum piscarium procellæ instar turbare*: sic in Demetrio καταιγίζειν εἰς τὴν ἀγορὰν, poëta idem cuius verba sunt cum superioribus conferenda.

Τούτοις Φάϋλλος προσγίγνεται, χειμὼν τρίτος.
Ε'πὰν γὰρ ἐκπεφίας καταιγίσας τύχῃ
Ε'ις τὴν ἀγορὰν, τὸ ὄψον πριάμενος οἴχεται.

Scribe in Eubuli ecloga, Ε'τεροι δὲ τοῖς θεοῖσι, vel Ε'τεροι δ' ἑταιρεῖοισι, & τιμαχίτας, cum MSS. peri, non π. In iis quæ ex Theophilo τὸ πατρὸς alterius vocis, vt videtur locum occupat. Deinceps enumerantur quidam ὀψοφάγοι, id est, *piscivoris*

quo

quo in catalogo primus recensetur Antagoras. Ἀνταγόρας, inquit, ὁ ποιητὴς οὐχ ὑπὸ τὸν παῖδα ἀλεῖψαι τὸν ἰχθὺν, ἀλλὰ λοῦσαι. Dalec. verba ἀλεῖψαι & λοῦσαι transtulit alterum in alterius locum: non video quid ea ratione vigoris afferatur languenti sententiæ. Quid si ita interpretemur? Antagoram puero suo solitum præcipere, vt pisces quos sibi pararet, non oleo inungeret, vt fieri amat, sed oleo lauaret, λούειν, maius est aliquid, & sumptus certè maioris, quàm ἀλείφειν. An eo modo gratia aliqua pisci concilietur, viderint μαγείρων παῖδες. Si ita est, scribendum, οὐχ ὑπὸ τὸν παῖδα ἐλαίῳ ἀλεῖψαι τὸν ἰχθὺν, ἀλλὰ λοῦσαι quæ subdita est de eodem Antagora & Antigono rege historia extat in Apophthegmatis & Symposiacis Plutarchi. Dein refertur eiusdem Antagoræ dictum, quo negabat se vel matris fidei commissurum iusculum vbi gallina coxisset, ἐγὼ οὖν ἂν τῇ μητρὶ ὀρνίθειον ζωμὸν πιστεύσω id est, *Egóne vt matri mea gallin ceum iusculum credam?* Interpretes ὀρνίθειον putarunt esse idem ac πτηνὸν, & *volucre iusculum* nobis exhibent. O rem ridiculam, & nimis facetam: Secundus inter pisciuoros refertur Androcydes pictor, qui præ amore piscium eximiè ac γραφικώτατα pinxisse dicitur τοὺς περὶ τὴν Σκύλλαν ἰχθῦς. Tabulam hic summo artificio elaborauerat, cuius argumentum sumpserat ex his poëtæ versibus de Scylla.

Αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ σκόπελον περιμαιμώωσα
Δελφῖνάς τε κύνας τε, κἂν ποτε μεῖζον ἕλῃσι
Κῆτος, ἃ μυρία βόσκει ἀγάστονος Ἀμφιτρίτη.

Expresserat igitur in ea fabula Androcydes Scyllam piscantem & variorum piscium effigiē, colorem, & ἤθη, quæ quidem penicillo pote est indicare. Ac scribit etiam Plutarchus, quod piscibus mirificè oblectaretur, eo factum esse, vt ἐμπαθέστατα καὶ ζωτικώτατα piscationem hac repræsentaret. Sed malè accepit Androcydes poëtæ verba: nam etsi vsus est verbo ἰχθυᾷν, quod propriè significat *pisces capere*: tamen apud Homerum Scylla non pisces captat: sed solùm delphinos, canes marinos, & cetos alios, qui appellatione ἰχθύων non continentur. Hæc quorundam ex antiquis criticis sententia est. Tertius in ὀψοφάγων albo est Philoxenus Cytherius: de quo multa in his libris Machonis septimus versus claudit vt vulgò scribitur, Κακῶς σφόδρ' ἔχειν, ἔτ' ἰατροῦ τινός, stabit si scribas planè σφόδρα & ἔτι. In 19. Timothei Charon ὁ ἐκ Νιόβης non illud est, quod docti volunt, πολλοῦ γε καὶ δεῖ, sed est allusio ad locum Timothei *Niobe* inscriptam, vbi erat Charon inter alias tragœdiæ personas. Poëta hic parum habitus ingeniosus, & multū ψυχρός. Ideò certatim illum vrbani scurræ irriserunt. Eiusmodi est Dorionis crumatopœi illud non multo antè, Dorion, ait, καταγελᾶν τῷ ἐν τῷ Τιμοθέου Ναυτίλῳ χειμῶνος ἔφασκεν, ἐν κακκάβᾳ ζεούσᾳ μείζονα ἑωρακέναι χειμῶνα. Tale est etiam quod capite 11. sumus dicturi. Sed Machonem audiamus, qui morientem Philoxenum ita facit alloqui medicum à quo interpellatus fuerat. Ο Τιμοθέου χάρων σχολάζειν μ' οὐκ ἐᾷ Ο ἐκ τῆς Νιόβης, χωρεῖν δὲ πορθμὸν ἀναβοᾷ. Καλεῖ δὲ μοῖρα νύχιος, ἧς κλύειν χρεών. *Timothei*, inquit, *Charon, ex Niobe, otium mihi non concedit: sed ab re suam cymbam inclamat*, πορθμὸν nominat Timotheus quàm alij πορθμίδα, sed vereor vt hoc persuaderi cuiquam possit Græcè docto. Itaque scribendum, χωρεῖν δὲ πορθμίδ' ἀναβοᾷ. Tolle ex isto versu, Η οὐκ ἔχω τριῶν ἔχειν τὸν λάρυγγα πηχέων, voculam τὸν, quæ metrum corrumpit. Elegantissimè dictum est Athenæo, Διογένης ὁ Κύων ὠμὸν πολύποδα καταφαγὼν, ἐπιθυμήσας αὐτῷ τῆς γαστρὸς, ἀπέθανε. Vult dicere quod Sotades: cuius extat de obitu Diogenis Cynici versus. Πολύποδα φαγὼν ὁ Διογένης ὠμὸν τέθνηκεν: & Diogenes Laërtius in eadem historia, Diogenem Cynicum χολερικῶς ληφθῆναι. & Censorinus quoque: *in choleram*, inquit, *solutus est*, quod quid sit, semel experti scimus, antè annos aliquot beneficio supremi numinis præsentissimo vitæ periculo perfuncti. Vim eius morbi appositissimo verbo auctor expressit, ἐπιθυμήσας τῆς γαστρός. Est verò ἐπιτίθεσθαι, *instare & persequi aliquem atque vrgere*, in idiotismo nostro dicimus, *donner la chasse*, ἐπιτίθεται ἡ γαστὴρ dicitur, fluxa aluus quæ quiescere non sinit. Doctorum emendationes huius loci cur simplici huic interpretationi anteponamus caussæ nō est. [Scimus Iosephū Scaligerum aliquando probasse, vt πυθομένης scriberetur, hoc est, ventre corrupto & putrescente, vt apud poëtam ὃ καταπύθεται ὄμβρῳ, & Hesychius πυθομένων exponit σηπομένων, a πύθω pus Sed neque verisimile est Athenæum poëtica illa & obsoleta voce vsurum: & nostra expositio vocis ἐπιθυμήσας, ita cōgruit naturæ morbi quem choleram dicunt, vt neglectio omnium librorum sit sollicitanda: neque eius vocis alia interpretatio sit quærenda. Verbum hoc in genere de his accipitur, quæ molestam habent accessionem, & infestam: sic ignis gehennæ miseris ἐπιτίθεσθαι dicitur. Chrysostomus ad Theodorum lapsum: lib. secundo, οἰμώξομεν μέγα σφοδρότερον ἐπιτιθεμένης ἡμῖν τῆς φλογός.] Etiam illud Timoclis elegantissimum est, nec rectè interpretibus acceptum, de Hyperide celeberrimi nominis oratore Atheniensium,

Τοὺς ἰχθυοπώλας ὅτι ὁ ἡμῶν πλουτιεῖ:
Ὀψοφάγος ὥστε τοὺς λάρους εἶναι Σύρους.

Hyperides, ait, piscarios nostros ditabit: tantus enim piscium vorator est, vt illius caussa piscium prædatrices aues, vt sunt larus, gauia, mergus, & aliæ fiant Syræ: hoc est, piscibus abstinere cogātur vacuefactis maribus: adeò profunda est Hyperidis τοῦ ὀψοφάγου gula. Larum auem esse, quæ captura piscium viuat, quis potest ignorare, qui Homeri saltem illa legerit?

Σεύατ' ἔπειτ' ἐπὶ κῦμα, λάρῳ ὄρνιθι ἐοικώς,
Ὅς τε κατὰ δεινοὺς κόλπους ἁλὸς ἀτρυγέτοιο
Ἰχθῦς ἀγρώσσων πυκινὰ πτερὰ δεύεται ἅλμῃ.

Rectè igitur exponi hic locus potest vt eum sumus interpretati. Si cui tamen fidem veri excedere sententia hæc videatur (quale enim est, ob vnius

vnius helluonis ventrem maria esse exhausta piscibus?) possumus λάρος interpretari de lurconibus aliis Hyperidi similibus: quos omnes ait poëta factos Syros. Abstinuisse Syros piscium esu, si non didicerant interpretes, qui Hyperidem falsò produnt nobis Syrum, ex Diodoro, Strabone, Hygino, & Arati Græcis Latinisque interpretibus: saltem [è Xenophōtis primo Ascensus Cicerone D.] Athenæo discerent, cuius sunt verba hoc ipso in lib. non longe hinc, ὁ Ολυμπιανὸς δὲ τὰ Σύρων πάτρια καὶ ἡμᾶς τῶν ἰχθύων ἀπείργει. Addit, Καὶ ἐν Ικαρίοις ᾗ δ' ὁ αὐτὸς ποιητής φησιν, Τὸν τ' ἰχθυόῤῥουν π. Præferemus quæ ex isto loco scripta offendimus in Excerptis: nam aliud nihil possumus amplius. καὶ ἀλλαχοῦ, Τόν τε ἰχθυόῤῥουν ποταμὸν ὑπερίδων περάσας, ὃς μισθωτὸς ἄρδει τὰ πεδία τοῦ δεδωκότος; cætera quæ in nostris libris habentur, & ille vir pro conclamatis habuit, & nos emendare quiti non sumus.

CAPVT VI.

Κομίξας Doricum. Timæi in Aristotelem calumnia. Atheniensium θαλασσοκρατία. ἀσπλάω. Nesiarchi Atheniensium: παραπομπή. νόμω καταλλάσαι. Euphanes. Leuconis comœdia. φράτερες. Pherecratis Petala. Diocles ὀψοφάγος. Iuba regis epigramma variè emendatum & illustratum.

ΑΛΛΟΝ ἢ ἰχθὺν μεγέθει πίσυνον ἴνα. *alium piscem magnitudine sua fretum*, id est, permagnum & validum, dictio poëtica & Ionica, πίσυνος. at interpres, διωνυχαῖον. κομίξας Γλαυκὸς ἴς γε πόντῳ γαλεός. Probabiliter Dalec. ἐκ πόντω γαλεόν. illud κομίξας, Doricum, vt multa apud Theocritum. φέρω κατ' ὦμον ἴνα. Fortasse, κατ' ὦμον νιν. & pro λιάσμασι lego λιπάσμασιν, in istis, ἢ τῆς ἀγρίας ἅλμης λιάσμασι σῶμα λιπαίνεις. quid enim est λιάσμασι? nam quæ de illa scriptura docti viri scripserunt, non probo ἅλμην ἀγρίαν exposuimus superiore capite. Et pro, κ' ἀμφὶ τάριχος ἀγάλλει, scribendum, ἐμφὶ ταρίχῳ ἀγάλλει. Maledicentissimo hominum Timæo Tauromenitæ qui scriptum reliquit Aristotelem gulæ fuisse deditum & ὀψοφάγον, quantum tribuēdum sit ad Diogenem Laërtium pridem docuimus. Sapientes non dubitabunt scio falsissima esse omnia quæcumque de diuino viro Epitimæus iste muginatus est. ὁ παρὰ τῆς Ἀρχεστράτου λιχνείας ἐμφανίσαι ὑμῖν. Lege ἐκ τῆς Αρ, id est, *quod licet vobis palam facere ex Archestrati cupediis*, sic vocat Archestrati Gastrologiam. In eo libro docuerat poëta inter alia etiā hoc: quæ pars in quoque pisce optimè saperet, qua de re extant libro superiore in glauco, loci aliquot veterum poëtarum. Videtur Athenæus cum hæc scriberet, Archestrati librum non habuisse ad manum, sed excerpta solùm sua: in quibus cum nihil reperiret de capite mugilis, ad ipsos Archestrati libros nos reiicit.

Τῆς μὲν θαλάττης αὐτὶ ποιεῖσθαι τινας ὑμῶν, ὦ, id est, *Indignum facinus esse, quosdam è vobis, ô Athenienses, imperium maris huic ciuitati vindicare, atque in eam rem multos sumptus publicè fieri: & tamen nihil propterea piscium in vrbem importari. Frustra igitur præfectos nostros in insulis habemus*, interp. ἡμῶν pro ὑμῶν, res eodem redit. De Atheniensibus autem poëta loquitur: quos scimus θαλασσοκρατῆσαι, & maris imperium tenuisse annos 75. semper autem conatos id sibi asserere & vindicare. Inter cætera commoda quæ ἡ θαλασσοκρατία afferebat, fuit hæc, τὸ ὄψον ἀσπλεῖν, vt hic dicitur ab Antiphane: hoc est, quod ex subiectis insulis pisces Athenas importabantur. Ita debent illæ voces exponi: ἀσπλεῖν dicuntur non solùm naues cum portum ingrediuntur, sed & merces cum in aliquem locum manibus importantur. Sed deest versui pes vnus. Ὄψον ἢ μηδὲν εἰσπλεῖν μηδ' ἰχθῦν, scribo, ὄψον ἢ μηδὲν γε ἐθέλ' ἀσπλ. Νησιάρχους. Antiphanes vocat insularum præfectos Athenis cò mitti solitos, cum ait, τί ἂν ὄφελος τῶν νησιαρχῶν ἐστιν; viri docti emendant τριηράρχων hoc scilicet mendare est. δεῖ νόμῳ καταλλάσαι τοῦτο, παραπομπὴν τῶν ἰχθύων; verte *Oportet lege cauere vt teneantur qui præerunt cumque insulis, tutam piscium importationem præstare*, παραπομπὴ est propriè deductio vel honoris, vel præsidij caussa. Hac notione accipi potest isto loco: vt ad nesiarchas referatur; sed aliquando παραπομπὴ est idem ac κομιδή, *inuectio alicuius rei*, quo etiam modo accipi hic potest, si ad ipsos insulanos referimus: νόμῳ καταλλάσαι elegantissimè dictum, pro lege comprehendere & sancire.

Εὐφάνης ἢ ἐν μούσαις. Tam incognitus mihi hic Euphanes, quàm ille Aphanes de quo libro superiore, capite sexto.

Τίς φησιν εἶναι δ' αὐτὸς ἐκ κοινοῦ φυγῶν. Ridicula lectio, φαγῶν scribendum, & ita edi volueramus. Parasiti hominis hæc descriptio est. Itaque subiicit poëta conuenienter his, τὸ Κόρυδος ἢ Φυρόμαχος, ἡ κοιλοβία. Parasiti fuerunt Corydus & Phyromachus, de quibus libro sexto: neque assentiendum interpretibus, qui istos putant notari vt μολγοὺς, & fures pecuniæ publicæ, sed huius versus posttema sunt corrupta. Fortè, ἡ κοινοῦ βία: *Phyromachus populi violentia*, id est, qui iura populi cum violentia tutari solet: ex iis quæ de Phyromacho narrantur libro sexto, apparet fuisse hominem impetuosum & violentum. Habuisse autem & populum Atheniensem suos parasitos, satis alibi demonstratum est. In Huraldino codice, superducta virgula voci κοιλο, proprium id viri nomen esse designat. Erit igitur Homerica phrasis, imò periphrasis, ἡ Κοίλου βία, pro Cœlus, vt βίη Ἡρακλῆος, & similia.

Κωμῳδοῦσιν αὐτὸν ἐπὶ ὀψοφαγίᾳ Λεύκων ἐν φράτερσι. Leuconis comœdiam Suidas commemorat, cuius fuit titulus φράτορες, sed scribēdum in Suidā φράτερες, nam in illius commentariis legimus alibi, Πάππος, ἔτος πολέμου ἴνα τοῖς Ἀθηναίοις πέμψαι ἄρα, Λεύκων φράτερσιν. Ἀπὸ τῆς ὁ Μεγακλῆς ἐνίκησε παρὰ τοὺς ὑπερβολ τ' ἀκούσματα κατεδηδοκὼς

φύδαχι. φράμης antiquioribus Græcis idem ac posterioribus φράτωρ. Addit, καὶ Φερεκράτης ἐν Πετάλᾳ. Verte, & *Pherecrates in Petala*. Pollux libro 7. cap. 30. ἀπὸ ϑ πίϑων ὁ πιϑών. Φερεκράτης εἰπόντος ἐν πετάλῃ. κἀκ πιϑῶνος ἤρυσεν ἄκρατον, & lib. 10. cap. 20. ex eadem fabula profert hunc versum, κύλικα τοίνυν μέλανος αἰϑαλείου ἤντλει διὰ χώνης. Priscianus lib. 18. *Pherecrates* ἐν πετάλοις, ὡς τὸ κακὸν ὄζει. Lego, ἐν πετάλῃ. vide Harpocrationem in κωρωνιναι, meminit etiam Hesychius in πετάλλαον. Diocles qui inter piscium auidos nepotes mox nominatur, medicus ille est, opinor, ex cuius scriptis præclara multa in hoc opere descripta, coniecturam facio ex ipsa quæstione quæ illi proposita fuisse dicitur, πότερος χρηστότερος ἰχϑὺς, γόγγρος ἢ λάβραξ, id est, vter piscis est melior, & ad valetudinem conducibilior. Sequitur epigramma regis Iubæ in Leonteum histrionem tragicum, ὅτι κακῶς τὴν Ὑψιπύλην ὑπεκρίνατο, id est, *cum male Hypsipylen saltasset*. Hæc est Hypsipyla Lemni regina, quæ ob pietatem in patrem Thoantem, celeberrimum nomen in fabulari historia nacta est. Porrò pridem factum esse cum deprauatum est regium hoc epigramma, Hœscheliana Excerpta arguunt. Quare dignissimi venia sunt interpretes, qui in his tenebris cæcutierũt, & ab auctoris mente ὡς ἐπιπολὺ τὸ aberrarunt. Non omnibus licet Corynthum adire. Ipsi an fœliciores fuerimus, doctorum iudicium esto. Hoc quidem affirmare non dubitauerim, Iubæ mentem si non peruisam, certè visam esse nobis: licet emendationes nostras pro veris & certis vẽditare nolimus. Verùm ad rem. Facit Iuba Leonteum loqui post infœliciter actam Hypsipylam. Petit autem à spectatoribus qui testes fuerant illius inscitiæ, & viderant ἐν σημηρῶς τα, ne se propter vnam Hypsipylen salta tam infœliciter, tam artis suæ rudem semper fuisse putent: fuit namque tempus, ait Leonteus, cum ego inter histriones qui sunt Διονύσου τεχνῖται excellerem, & Baccho gratus essem: qui profectò de cuiusquam voce & artificio toto histrionico nõ iudicat Midæ auribus, hoc est ineptè & imperitè. At postquam gulæ cepi me dedere, cibi quibus me ingurgitare sum solitus, vaporati & multiplices, vocem mihi ademerunt, quam antè optimam habui. Sic fantem inducit Rex Iuba histrionem suum, & de sua ingluuie ac voracitate fatentem. Qui ad verba Athenæi & scopum illius in describendo hoc epigrammate attenderit, non negabit mihi, aut hoc omnino aut aliud quid parum dissimile Iubam voluisse, sed rationem interpretationis nostræ reddamus. Ac primum ipsum epigramma proponamus vt est à nobis concinnatum.

> Μή με Λεοντῆος τραγικοῦ τὸν ἀράφαλον ἦχον
> Λεύσσων Ὑψιπύλης, εἰς κακὸν ἦϑος ὅρα.
> Ἦν μὲν γάρ ποτ' ἐγὼ Βάκχῳ φίλος. οὐδὲ τινὸς δὴ
> Τῆρας χρυσοβόροις οὔασιν ἠγάσατο.
> Νῦν δέ με χυτρόποδες κέραμοι, καὶ τήγανα ξηρὰ
> Χήρωσαν φωνῆς, γαστρὶ χαριζόμενον.

In primo disticho λεύσσων emendauimus ex libris, pro χλεύσων quod ineptè editum, est autem sensus pro sensu positus, λεύσσων enim est, *spectãs, videns*, atqui sonus non vsurpatur oculis, verùm auribus, τὸν ἀράφαλον ἦχον fecimus ex illis, κωραφάγον ἦχος, quod nihil significat. Illud interpretamur, vocem malam corruptam & interfectã, vt apud Plautum, *interfecta hac res est*, apud Aristophanem, τὸ πρᾶγμα τέϑνηκέ μοι pro κατέαγε fractum est, periit, & in codice Theodosiano *interfectum negotium*, & multa his similia, vel, vocẽ asperam & bello cõuenientiorẽ quàm theatro, nam ita etiam vox ἀράφαλος potest capi: ἦχος Ὑψιπύλης est vox qua vsus histrio cum ageret Hypsipylam, sed fuit cum distinguerem post λεύσσων, & nomen Hypsipylæ ad sequentia referrem, hoc sensu: si malè egit histrio Hypsipylam, noli propterea de nobili heroina male sentire, & ob inepti actoris peccata, illam putare ineptam aut stultam. Quarto versu ἠγάσατο legimus consentientibus membranis pro ἠγόρασε quod versus non capit, χρυσοβόροις etiam pro χρυσοβόλοις emendamus, *auriuoras* Midæ *aures* eleganter, si quid iudico, appellauit, & poëticè, quę propter auri famem illi sunt datæ. Nota Midæ fabula, imperitum autem musicarum rerum iudicem, Midæ aures habere hoc est asininas, venustissimum dictum est: Persius de Nerone, qui nec meliores versus fecit, nec sapiẽtius de aliorum carminibus iudicauit, quàm vixit, *Auriculas asini Mida rex habet.* Quinto versu per χυτρόποδας κεράμους & ollas fictiles, intelligit Iuba cibos elixos: per τήγανα ξηρὰ pisces ταγηνιστὰς, id est, *frictos in sartagine.* In sexto χήρωσαν scribimus auctoribus libris, non χώρωσαν.

CAPVT VII.

Hermippi Μοῖραι. Φιλοπονηρίδης. *Platonis* Syrphax. *epigramma de Cleone piscivora*, κεκλίζειν. *Cephisodori* Sus. προσπεπονϑέναι πειρᾶσϑαι. ἐπάγειν introducere. Νικολαΐδης Μυκόνιος. Μύκων ὁ Μύκωνος. ἡ Πισᾶτις. *Diana Elaphiæa, vel* Alphiæa. *Strabonis locus.*

Ὀυ δυνηϑέντα ὅσον ἤϑελεν ἀφελεῖν τοῦ ἰχϑύος, id est, *cùm non potuisset de pisce id solum carpere quod volebat*, non enim totum piscem initio voluit capere, sed partem tantum: verum cum piscem frangere non posset, à quo fortasse aberat longius, totum ad se traxit ἀπρενγομένως, sed ex occasione, deest μόνον in hac sententia, vt sæpe apud scriptores. At interpretes aliter, sed perperam. Venustissimè autem vsurpatur & in diuersum sensum torquetur hic versus, τὰ δ' αὐτίχειρον' αὐτόπρεμν' ἀπώλλυται. Sophoclis est ex Antigona. Locum discripsimus libro primo. σρείψας καὶ αὐτὸς καὶ ϑαψιλῶς φαγών. Næ scriptura vetus haut paulò melior: σρείψας καὶ αὐτὸς καὶ ἐψιλωμένας, φαγὼν ἐπέπνευ, hoc vult enim: piscem cuius pars superior erat nudata, inuentũ esse à Bione: qui

qui statim id quoque latus in carne nudauerit, & comedere incipiens, tragicum versum vsurpauerit, ἴτω δὲ τ' ἀπὶ θάτ. &c. ἔπειτα δὴ ποιῶν αὐτῷ τὸ περὶ δεῖπνον ὀψοφάγοι Melius ὀψοφαγοῖ, vel ὄψον φάγοι. ἀποπυρίδας ἐπὶ τοῦ μνήματος ἐνήγιζεν αὐτῷ. quod in sacrificiis deorum θύειν, in mortuorum parentationibus dicitur ἐναγίζειν, *adolere, & sacrificare*. quid sit ἀπόπυρις, exposuimus cap. tertio. Μοίρας fabulam Hermippi vnde probatur Nothippi tragici ὀψοφαγία, laudat Pollux libro septimo: τὰς δέ γε βελονοπώλιδας εἴρηκεν Ἕρμιππος ἐν Μοίραις: scribi malim. Βελονοπώλιδας. Multa enim inducunt me vt sensisse putem Hermippum de mulieribus quæ acus ad opera Mineruæ, aut ad ornandum, (Græci βελόνας κομμωτρίας nominant) potius quā de telarum venditricibus, nescio quibus. Iuuant alij ex eadem fabula loci in eodem scriptore, vt libro decimo, capite 31. ἐν Ἑρμίππου Μοίραις, ῥάμμ' ἐπιέλπωσες. & statim, καὶ βελονίδας ὡς Ἕρμιππος ἐν Μοίραις. Qui autem ex ea comœdia hic descripti sunt ab auctore versus, anapæstici sunt, ita digerendi.

Εἰ δ' οὖν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων τῶν νῦν τοιόνδε μάχεσθαι,
Καὶ βάτις αὐτῶν ἦγεν ὀπτὴν μεγάλην, καὶ πλευρὸν ὕειον.
Τοὺς μὲν ἄρ' ἄλλους οἰκτρῶς ἔχειν, πέμπειν δὲ Νόθιππον
Ἑκόντα· εἷς γὰρ μόνος ἂν κατεβρόχθισεν ἂν τὴν
Πελοπόννησον ἅπασαν.

κωμῳδεῖται ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Σύρφακι. *Syrphacem* Platonis comici laudat Harpocration in καταστάσεις. Binominis ea fabula fuisse videtur Σύρφαξ & Μυρμοθήρας Hesychius, πανδοκεία, τὸ σκῦτος. Πλάτων Σύρφακι ἢ Μυρμοθήρᾳ, πανδοκείαν πλέκων σκυτῶν καταβιῶσαι. sed fortasse diuersæ fuerunt fabulæ, quia dicit καὶ non ἤ. Λάμπωνα τὸν οὐ βροτῶν ψῆφος δύναται φλεγυραδύπνου φίλων ἀπείργειν. Nemo hic de menda monendus, quæ soricinæ naturæ est. Ego lubens monear ab aliquo diligentiore quam ipse sim, quo loco legantur alibi in his libris ista verba: legi enim scio, & probè memini, aut fallor egregiè. Inde tollendæ istæ maculæ. Quātum meminisse possum ita ferè scriptum alio loco, τὸν οὐ βροτῶν ψόγος δύναται ἀσυμβόλου δείπνου φίλων ἀπείργειν. Postea scribo, νῦν δ' οὐδ' ἄντικρυς ἐρύγγανει βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· τρίγλης δὲ κἂν μάχοιτο. Lacerum est Hedyli testimonium de Phædone: item illud de Agide. In fine tertij versus scribe, ἀλλ' ἀπόλλει. vt in MSS. Deprauatissimū etiam est epigrāma de Clione pisciuora muliere: quod nos cùm pedibus manibusque emaculare contenderemus, adhuc frustra fuimus, à libris antiquis leue aut nullum auxilium: ab Epitome nihil: cuius auctor primos versus tres, & quarti partem, quia nihil in iis intelligebat, suas res habere iussit. In tertio tamen placet δεσμὸν θεῖν, potius quam, θεσμόν. Postremum distichum fermè caret mendis:

Ἡμετέρη σὺ Μέδουσα λιθούμεθ' ἅπαντες, ὦ πάλαι τοι,
Οὐ Γοργοῦς, γόγγρου δ' οἱ μελίαι λοπάδι.

Scribe in priore versu, λιθούμεθα ὡς τῷ πάλαι τοι. & integrum distichum præstabo sartum tectū. Aiunt gulosæ Cliûs conuiuæ, sibi illam esse instar Medusæ: adeò enim stupere se ad spectaculum voracitatis eius, congrum in patina comedentis, vt iis assimilentur, quos olim visa Gorgo in saxa mutabat. Familiare est poëtis, vt magnū stuporem ita exprimant. Sic initio libri sexti, ait helluo quidam se conspectu piscariorum, carò pisces in foro indicantium, lapideum statim fieri, vt qui olim Gorgones vidissent. Ita verte: *Tu nostra es Medusa: in saxa mutamur, ô miseri, vt olim* factum aiunt, *non quidem Gorgûs* capite, *sed congri patina*. De hoc congruo dixit versu secundo. ὁ μὲν τὸν ὀφθαλμὸν κατελάβετο, in oculum glauci manum iniecit vt caput videlicet illi auferret, ac sibi sumeret: nam glauci optima pars censebatur caput, οἷος ἂν κατεσθίειν. similis erat comedenti. Frequens apud Græcos dicendi genus. Boues qui piscibus vescerentur commemorant præter Athen. alij quoque: vt Strabo lib. 15. item Ælianus lib. 15. cap. 25. de proprietate animalium. Similia etiam quę de Cypriis bobus fabulantur ichthyophagis & scatophagis. Εἴρηται δὲ καὶ ὁ ὀψοφάγος ὡς ἕτεροι, καὶ τὸ ὀψοφαγεῖν. Mirum loquendi genus. Quare etiam docti mutarunt, legerúntque καὶ ἑτέροις. vel καὶ παρ' ἑτέροις. nos putabamus Athenæum voluisse dicere ὀψοφάγος, ita dici vt alia similia vocabula puta, μονοφάγος, κρεωφάγος, τυροφάγος, ἰχθυοφάγος, & similia his. Non displicet tamen altera sententia. Versus Aristophanis in eius libris ita scribitur, Οὐδ' ὀψοφαγεῖν, οὐδὲ κιχλίζειν, οὐδ' ἔχειν τὼ πόδ' ἐναλλάξ. at κιχλάζειν quod in nostris est, Græcis non in vsu; & ita hunc versum Plutarchus quoque in libro. εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή. Scribendum postea, Κηφισόδωρος γε οὐδ' ὀψοφάγος, οὐδ' ἀδολέσχης. *Suem* comici huius Athenæus libro 3. & Suidas nominant. Θεμέλιος ἡμῖν, προσαπτεσθαί ἐστι δεῖ. Coquus loquitur, & se gulæ deditum prædicat: idque affirmat artis totius fundamentum esse. Caussa eius rei continetur verbo προσαπτεσθαι: quod ab interpretibus non intellectum, fecit vt integram sententiam insigniter deprauarent. At poëta hoc voluit debere coquum qui non est cibos corrupturus, sed in arte sua præstiturus, προσαπτεσθαι τι, id est, tangi aliquo affectu erga cibos: vt de eorum bona conditura, nō ex alieno pronunciet palato, sed ex suo ipsius, & affectu proprio. Tum addit hic magister, eum qui rei isti studuerit, nunquam malum coquum fore, atque ita affectum esse, vocat habere καθαρὰ τὰ αἰσθητήρια. Iam intelligimus quid sit προσαπτεσθαι. sic accipitur nomen περιπαθὴς lib. 1. vbi dicitur Philoxenus περιπαθὴς ὢν τοῖς ὄψοις, id est, *piscium auidus vorator*, qui lib. isto paulò antè inter ichthyophagos est commemoratus, & fortasse melius ei loco προσπαθὴς quàm περιπαθὴς conueniat: nam sermonis Græci callentes concedent mihi aliud esse, προσαπτεσθαι τινι, aliud

ἐκπεπαθῶν τοί. ille affectus est auidissimè fruentis, aut frui cupientis; hic cum quadam iunctus est miseratione. Postremo versu huiusce ῥήσεως iocatur cocus, cùm descripto cœnæ totius apparatu, tandem adiicit, εἴσαγε ἐπὶ πασῶν Νικολαΐδας Μυκωνίας. iocus est in διὰ πασῶν, quod genus loquendi est musicorum. sed longè aliter hîc accipitur: Sensus enim est, tot numero introducendas esse meretrices præstantissimâ formâ, quot sunt conuiuæ. εἰσάγειν in ea re signatum verbum: vt apud Latinos *introducere*. vnde apud Ciceronem & Senecam, *introductiones matronarū, & exoletorum. Nicolaidas* vocat mulieres, (si tamen publicæ libidinis victimæ, sunt mulieres) quæ νικῶσι Λαΐδα, Laidem formâ superant & lasciuiâ. ideò vocat Μυκωνίας, faciens allusionem ad prouerbium quo notati Myconij, soliti ad conuiuia venire inuocati. Fuisse eundem morem & iis quæ corpore merebant, testis Plautinus parasitus.

Iuuentus nomen indidit scorto mihi,
Eò quia innocatus soleo esse in conuiuio.

Cæterùm claudentem versum redde ἀρτίποδα, ac scribe Μυκονίας per ο paruum. Scio scribi non semel μυκώνιος, per ω lib. 1. itémque apud Suidā, & in libello Græcorum prouerbiorum: vbi etiam Μύκων ista insula nominatur. sed apud geographos semper Μύκονος. sic etiam in exemplaribus Clementis Alex. atque aliorum. Οἶδα δὲ καὶ τὴν ἐν Πισάτιδι γραφὴν ἀνακειμένην ἐν τῷ τῆς Ἀλφειωνίας Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *Habeo etiam cognitam illam picturam, quæ in regione Pisatide, dedicata est in Dianæ Alphiusæ templo.* Legebatur τὴν ἐπὶ Σάνδη. mendosè. ex re ipsa & antiquis exemplaribus, locum emendauimus. Interpretes vnde suam lectionem exsculpserint, demiror. Erat autem in Pisatide ad Alphæi ostium lucus & templum Dianæ, quam alij *Elaphiaam*, alij *Alphiaam*, vel *Alphiusam* nuncupabant. Docet clarè Pausanias in Eliacis: innuit breuiter Strabo libro octauo. Magni huius scriptoris verba recitare iuuat. πρὸς δὲ τῇ ἐκβολῇ, Alphi nempe, τὸ τῆς Ἀλφειωνίας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφειούσης ἄλσος ἐστὶ (λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως) ἀπέχει τῆς Ὀλυμπίας εἰς ὀγδοήκοντα σταδίους. hæc scriptura est omnium exemplarium. sed cùm *Alphioniæ* Dianæ veterum nemo faciat mentionem: & constet ex Pausania Alphiæam Dianam ab aliis Elaphiæam fuisse dictam: non est dubitandum scripsisse etiam Strabonem, τὸ τῆς Ἐλαφιαίας Ἀρτέμιδος ἢ Ἀλφ. ortum id cognomen vt placet Pausaniæ, à ceruorum venatione: vt maluerunt alij à muliere quadam, cui nomen Elaphio. Alterum ab Alphæo cognomen variè effertur ab auctoribus: aut scribitur certè variè. apud Strabonem Ἀλφειοῦσα. Athenæum, Ἀλφειῶσα. in Pindari scholiis Pythionicarum oda 2. Ἀλφειῶα. Pausaniæ est Ἀλφειαία.

CAPVT VIII.

ὀψωνεῖν, προσοψωνεῖν, *&* ἰχθυολογεῖν. ἕτερ' ἐξ ἑτέρων παρεισφέρων. *Institutum Syrorum abstinere à piscibus.* Gatis *&* Atergatis. Astarte *&* Astarta. ἡ γενομένη ψῆφος. ψελλὸν *difficile ad intelligendum.* λεβητοχάρων. *Stratonici salsè dicta. Prou.* ᾄδεις μέγας σιωπῶν ἰχθύς. δυναστεύει τὸ πολύφωνον. *Formula in sacris familiaris.* Ἀκούετε λαοί.

CVm multa de piscibus esset locutus Democritus, quò satisfaceret Vlpiani Citucitì curiositati, vela iam orationis suæ contrahens, τοσαῦτα inquit, καὶ αὐτὸς ὑμῖν προσοψωνήσας, οὐκ ὀψοφαγήσων παρῆλθον, διὰ τὸν πάντα ἄριστον Οὐλπιανόν, ὃς διὰ τὰ Σύρων πάτρια καὶ ἡμᾶς τῶν ἰχθύων ἀπεστέρησεν, ἕτερ' ἐξ Ἐρετρικῆς παρεισφέρων. Etsi hæc scriptura est omnium exemplarium, deprauatissima tamen est. Prima quidem verba planiora longè fuerint si ita potiùs concipiantur, τοσαῦτα καὶ αὐτὸς ὑμῖν προσωψώνησα. οὐκ ὀψοφαγήσων γὰρ ἦλθον διὰ τὸν πάντα ἄριστον Οὐλπιανόν. Conferenda hæc sunt cum primis Democriti verbis: dixit enim initio, velle se προσοψωνῆσαι τοὺς ὀρυκτοὺς ἰχθύας. vt ποιεῖν λόγους dicimus: sic Democritus ὀψωνεῖν vsurpat pro *sermones habere de piscibus* siue ἰχθυολογεῖν. Infrà hoc libro, ταῦτ' ὦ καὶ παρ' ἡμῶν ἔχετε ἄνδρες φίλοι, ὀψωνήσαντες κατὰ δύναμιν τὴν ἑαυτῶν ὑγιεινῶς. & προσοψωνεῖν, pro *addere iis quæ dicta sunt de piscibus.* Latinè hic locus satis commodè verti non potest, ob paronomasiam in vocibus προσοψωνεῖν & ὀψοφαγεῖν. Sed sensus est. Hæc sunt quæ de piscibus habemus adiicienda ante dictis: nam vti video, pisces esurus huc non veni, propter Vlpianum. Sequentia verba declarant, qua de caussa, & quomodo Vlpianus impedierit cùm hunc, tum alios conuiuas, ne piscibus vescerētur. Caussa fuit, quia homo Syrus ex moribus gentis suæ, alios quoque voluit ab esu piscum auertere, modum impediendi declarant ista, ἕτερ' ἐξ Ἐρετρικῆς παρεισφέρων. *alia ex Eretria clàm inferens.* Mirùm non exposuisse auctorem, quænam istæ fuerint Eretriacæ cupediæ, quæ auidos piscium, fecerint à præsente & oculis illorum obiectâ copiâ piscium abstinere. Ne multis lectorem morer: aio hæc esse corruptissima. Legebatur, ἕτερ' ἐξ Ἐρ. auctoribus chirographis exempl. fecimus ἕτερα. id quidem rectè: sed nondum veram scripturam tenemus: quæ est hæc sine controuersia: ἕτερ' ἐξ ἑτέρων ἀεὶ παρεισφέρων. *alia semper ex aliis inferēs.* hoc est, alias semper quæstiones post alias nectēs & proponens: atque ita sermonibus occupatos nos habens, vt appositis piscibus vescendi non fuerit facultas. quàm bene Citucito ista conueniant, si pluribus dicendum putem, ineptus sim. Deinceps explicat dipnosophista, vnde sit hoc receptum in Syrorum mores, vt piscium esum abominentur. Gatim quandam fuisse reginam Syriæ, quæ hoc prima instituerit, & edicto cauerit. Nam quæ vulgò dicebatur *Atergatis*, ex sententia Antipatri Stoici *Gatim* esse nominandam. Quoniam verò edictum à Gatide fuisset aliquando promulgatum, *Ne quis* ἄτερ Γάτιδος (id est, præter Gatidem) *pisces vellet esse:* ὑπ' ἀγνοίας τοὺς πολλοὺς αὐτὴν μὲν Ἀτεργάτιν ὀνομάζειν,

ἰχθύων ἢ ἀτεχίδος. vulgus veritatis ignarum ipſam quidem Atergatim nominare, à piſcibus verò abſtinere. Hæc Athenæus ex Antipatro Stoico: cuius ſectæ homines nuſquã ineptiores quàm in ſcrutandis antiquorum vocabulorum cauſſis. Tam enim verum etymum iſtud eſt, quàm vera illorũ ſententia, qui Hieroſolyma dicta ſic eſſe tradiderunt, ἀπὸ τοῦ ἱερὰ συλᾶν. Incredibilis ſanè Græcorum hominum in hoc genere ſtupor, incredibilis confidentia. Certum eſt, nomen Atergatis, vel vt alij ſcribunt Atargatis, corruptum eſſe ex Aſtarta. Nam Atargatis eadem quæ Decreto, Strabone teſte lib. 16. Decreto autem & Aſtarte eiuſdem Deæ nomina ſunt. Atharam priùs vocatum ſcribit geographus: ſed fortaſſe ibi legendum Ἀθάρα, non Ἀθάρα. Syrorum pura puta vox eſt עשתרת Ἀθάρα. quanquam in ſacris literis ſemper ſcriptum עשתרות *Aſtaroth*, numero multitudinis: quem & 70. interdum ſeruarunt, vt Iudicum capite ſecundo, ἐλάτρευσαν τῷ Βάαλ καὶ ταῖς Ἀσταρταις, Ephippi ῥῆσιν de piſcibus portentoſæ cuiuſdam magnitudinis, miſſos facio: ſunt enim difficillimi ad emendandum, vt omnia iocularia, & quæ nihil niſi mera figmenta, omni veritate caſſa continent. Mox in iſtis, Τοιαῦθ' ὑθλῶν δήπου καὶ ζῇ θαυμαζόμενος, μὴ μαγειρείων οὐ γινώσκων ψῆφον ἀριθμούς, laudo ſententiam Dalecampij, qui ζῇ οὐ γινώσκοντα ψήφους interpretatur, alieno ſumptu viuere, & impenſarum rationem calculis non putare. Aut igitur ſic accipe, aut interpretare de homine imperitiſſimo. Græci enim de alienis ab omni cultu dicere ſoliti, ἀριθμεῖν οὐκ ἐπίστανται. In Æſchyli verſu è Prometheo vincto. Ταῦτ' ἐστί τι ψελλὸν καὶ δυσδίκαστον, tranſlatione venuſtâ ψελλὸν pro obſcuro ponitur: quia parum intelliguntur qui balbutie laborãt. Quid apud vetuſtum poëtam Cercidam ſignificaret vocabulum λεβητοχάρων, quo nomine hîc à Cynulco afficitur Vlpianus, non facilè diuinatu eſt: neque ſatis ſcio an rectè ita noſtri codices. In Epitoma quidem hæc inuenimus. λεβητοχάρης, φησὶν ὁ σοφὸς τοῦ ἀδελφοῦ τούτου Οὐλπιανός. ſed auctor fortaſſe ſcripſerat λεβητοχάρης, *qui lebetibus gaudes*. ironia eſt Cynulci, ventrem & gulam obiicientis homini, qui toties in hiſce libris dictus eſt cibi non multi, quique ſermones epuletur pro eſca. Sequuntur iam aliquammulta Stratonici citharœdi dicta vrbana: quæ vnius occaſione, in quo piſcium extat nomen, relata omnia ſunt iſto loco. Illud quod cæteris aditum patefecit, & loco principe memoratur, huiuſmodi eſt: Propis quidam fuit Rhodius cithariſta, mole corporis maior, quàm artis ſuæ peritior: de hoc interrogatus Stratonicus quid ſibi videretur, reſpondit. κακός, κακὸς, μέγας, ἰχθύς. Lepos omnis in eo, quòd prouerbium vetus, μέγας κακός, κακὸς, (vel σαπρὸς) ἰχθύς, in diuerſiſſimum ſenſum detorſit, diſtinctè vocem vnamquamque pronuntians: cùm verus ſenſus adagionis, omnes illas vno ſpiritu ſine diſtinctione vlla poſtulet efferri. Nulla hîc eſt difficultas: niſi quòd malè concipiuntur vulgò iſta ab interpretibus, hoc modo: διηλοῦτο τὴν παροιμίαν, μέγας, κακὸς, σαπρὸς, ἰχθύς. Dalec. praua hæc interpunctio impulit, vt παροιμίαν hîc verteret, *ſententiolam*. Sed diſtinctiones omnes tollendæ, & vertendum, *diuiſis* vocibus *prouerbij* huius, *Magnus nullus* eſt *malus piſcis*, δυσώνης τὸ πωλούμενον, de emptore dicunt Græci, qui difficilem ſe præbet in emendo, & iuſtum æquumque rei emendæ pretium venditori denegat. qui ſunt eo ingenio, δυσῶναι nominabantur, vt libro 3. diximus, & ſeptimo. Illo autem verbo vtitur mox Ariſtoteles in ſuperioris prouerbij explicatione. Scribe, ὅτι μᾶλλον ἂν προέλοιτο τελευτῆσαι ὀψωνεῖν, ἢ τούτῳ ἀναδοῦναι. non τούτῳ. Veteres cùm ſacra facerent, præcones adhibere ſoliti, qui vt facerent audientiam, & adſtantium coronam monerent fauere linguis, clamabant, Ἀκούετε λαοί: vel vt dicebant Attici λεώ: & εὐφημεῖτε πᾶς λαός. ſiue λεώς. Ad hanc formulam reſpiciebat Strabonicus, cùm Mylaſſa Cariæ oppidum ingreſſus, templa multa videns, ciues autem raros, clamauit, Ἀκούετε ναοί.

CAPVT IX.

Percurruntur Stratonici apophtegmata, quæ Macho poëta in literas retulerat. Αὐτίκα *&* εὐθέως *initio periodi.* ψαλλόμενος. *Mos, Soli narrabãt ſua ſomnia.* κύαθος. δειπνίσαι. *Anni ratio incerta & perturbata apud veteres.* κήρυκες, murices. *Mos ſacra facientium, linguis fauere.* ἀχορδος λύρα. Paryſades, *&* Beriſades, Nicocreon, Nicotheon, *&* Nicocles. *Græcorum mulieres ventitaſſe ad conuiuia. Biothéa ſubtile commentum ad celandam* ἀποψόφησιν κιθάρι *pro citharâ oblectare aut iuuare. Locus inſigniter reſtitutus.*

IMPENDETVR caput iſtud Machonis elegantibus ſenariis, quibus Stratonici acuta & ſcita quædam reſponſa memoriæ prodidit. Primo verſu, Στρατόνικος ἀποδήμησεν εἰς Πέλλαν ποτέ: legam ἐπεδήμησε. vt paulo antè, εἰς Μύλασα ἐπιδημήσας. at verſu 29. rectè, εἰς Ἄβδηρα ἀποδημήσας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα. non ἐπιδημήσας. In 2. ſcribe ἐμπροσθε metri cauſſa, & in 5. παραὶ non παρά. Nonum & ſequentem ita reſtitue, Τῆς κοιλίας τὸν σπλῆν' ἔχοντας διπλασίω, καθήμενος, φησ', ἐνθάδ' οὗτος φαίνεται τὰ ἱμάτια, &c. alludit ad ſeruos balnearios. qui in apodyterio veſtes ſeruabant. καθήμενος caue iungas cum φησί. debet enim cum οὗτος connecti. Sed quæro, quî potuerit Stratonicus lienis hunc tantum tumorem in homine veſtibus induto, aut etiam nudo, aſpectu ſolo deprehendere? nimis iſtud quidem, ſi quid iudico, nugatorium eſt. εὐθέως vt poſita eſt diſtinctio in editis, iungendum cum λαμβάνων: ſed malim ita, Τηρεῖν ἅμα καὶ τοὺς σπλῆνας. εὐθέως, ἵνα μηδ' ἧττον τοῖς ἔνδον ᾖ στενοχωρία. Eleganter initio ſolet τὸ αὐτίκα pro [*in primis, primò*, ſiue, *exempli gratiâ*,] vel *puta*, aut *fortaſſe*. Macho etiam eodem modo hîc vſurpat τὸ εὐθέως. cuius vſurpationis

vsurpationis non recordor aliud exemplum. 17. ψαλλόμενος ὁ Στρατόνικος οὐκ ἔχων δ' ὅτῳ διαλέξεθ' ἑτέρῳ, συγκατέαξε τὸ ποτήριον. Scribe, διαλέξεθ' ἑτέρῳ. sic metro Excerpta consulunt. ψαλλόμενος vertit Dalec. *auscultãs canentem*. cum auctoris mente pugnat è diametro hęc interpretatio. Nam canebat quidem psaltes: & Stratonicus ἔψαλλεν: sed ipse tamen non auscultabat: verùm occasionem potius quærebat animum ab eius cantu auocandi. Itaque cùm omnibus silentibus, & ad cantorem diligenter attendentibus, haberet neminem quicum colloqueretur, appositum sibi poculum fregit: quasi eo pacto habiturus qui secum sermones sereret, & colloquij vices exciperet. Omnino autem periphrasi vtendum, vt Latinè exprimamus participia ψαλλόμενος, κιθαριζόμενος, καταυλούμενος, & id genus alia. Atque hic iudicium opus est interpretum, vt pro loco vertant commodè: alibi igitur aliter: hic verò sic, *cùm obtunderetur eius cantu Stratonicus*. 20. Τῷ δ' ἡλίῳ τὴν κύλικα δείξας, συντόμως πιὼν ἐκάθευδε. citharœdus imitatur tragicos poëtas: apud quos qui somnia vidére, si neminem habent cui suas calamitates narrent, Soli illas recitant: quia vt verè ait sanctissimus Nazianzenus, φάρμακον ἄλγεσιν ἐστὶ καὶ ἠέρι μῦθον ἐνισπεῖν. Sic Stratonicus, qui neminem habebat cui præbiberet, Soli calycem ostentauit, propinanti similis. nam verbo δείξας exprimitur mos & gestus præbibētium, & quod Homerus dicere solet, δειδίσκετο. Interpres emendauit τὰς κύλικας absurdissimè. verùm hoc ideo, quia superiore versu vocem κυάθοις non intellexit. est verò κύαθος, trulla qua vinum de cratera hauriebant. sed accipitur pro haustu vno. Stratonicus igitur multis trullæ haustibus calycem illum magnum impleuit, atque eo pleno se proluit. 24. Ἐξιὼν ὁ Στρατόνικος ἔπιπτ' εὐθέως. Muta distinctionem & hîc, & in sequentibus, ac scribe,

Ἐξιὼν ὁ Στρατόνικος ἔπιπτ' εὐθέως
Προσπυνθανομένων διότι πολὺ πίνων ἀεὶ
Οἶνον, ἐμεθύσθη· συντόμως ἀπεκρίνατο.

comessatores qui post cœnam aduenerant, & nesciebant magnum vini calycem, illum de quo modò est dictum, extra ordinem à Stratonico esse epotum, mirantur, quòd homo largiter bibere vinum suetus, tam facilè inebriatus fuisset. Hæc omnia corrupére interpretes: nec minùs responsum Stratonici: quod est huiusmodi,

Ὁ γὰρ ἐπίβουλος καὶ ἐν Ἄργει ψάλτης, ἔφη,
Ὡς βοῦν ἐπὶ φάτνῃ δειπνίσας ἀπέκτονεν.

interpretes τὸ δειπνίσας verterunt, *ad cœnam inuitatum*. non intellexerunt Stratonici acumen. verte, *cœnatum*, siue *post cœnam*. vult dicere, iam saturum & vini cibique plenum. alluditur ad cædem Agamemnonis & poetæ verba. Imo verò Stratonicus verba Homeri in hac responsione vsurpauerat: quæ, vt potuit, suis senariis adaptauit Machon. Versus Homeri quem pronunciauit Stratonicus, est: ἐμὲ, dixit, psaltes iste κατέπεφνε

δειπνίσσας, ὥς τίς τε κατέκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ. 32. κηρύττουσι τε ἕκαστοι αὐτῶν ὅτε θέλοι νουμηνίαν. Hæc fuit olim anni confusio & perturbatio, in iis præsertim ciuitatibus, vbi minùs literæ florebant. Similis ferè ἀταξία in annum Romanum inuecta per Pontifices ante Iulium Cæsarem, vt auctor est Suetonius. Malè hæc aliter à nonnullis accipiuntur. 40. τοὺς ὅλους μὲν ἔρρωμαι ξένε. Lego, τοὺς κώλους. κῶλα sunt brachia & pedes. 41. καὶ τῶν κολάκων πολὺ μᾶλλον ἐπὶ δεῖπνον τρέχω. alluditur ad cognomen ioculare parasitorum & id genus gulæ mancipiorum: τρεχέδειπνοι enim vulgò isti nominabantur. 43. Μή ποτ' ἐπιβὰς κήρυκι τὸν πόδ' ἀναστρέφω. In præcedentibus versibus κῆρυξ erat *praeco*: hic est *murex*. In Glossis rectè, *Murices*, κήρυκες, πορφύραι. Inde Latinis in re militari *murices* dicti, qui Græcis τρίβολοι, vel σανίδες κεντρωταί. nec video cur istos *rumices* appellent eruditi. sed hæc ad Polybium, vt speramus, breui. 45. εὐφημεῖν μὲν χρή, σπείσαντες εὐξώμεσθα φησὶ τοῖς θεοῖς. Lego & distingo. εὐφημεῖν γε χρή. Σπείσαντες εὐξόμεσθα φησὶ τοῖς θεοῖς. Acutissimè dictum, sed cuius vim non capiunt omnes. Ritibus sacrorum receptum olim, vt cùm sacra facerent, abstinerent ab omnibus malis verbis, propterea qui aderant monebantur præconis voce, εὐφημεῖν, id est fauere linguis, & verbis parcere malè nominatis. Id verò maximè desiderabatur cùm diis vota facerent. Hinc iocus hic Stratonici. nam cùm inciperet tibias inflare tibicem indoctus & malus, homo facetus significans malum huius sonum non minus quàm mala verba à sacris summoueri debere, *quando*, inquit, *εὐφημία ad preces necessaria, peractis sacris* (hoc valet σπείσαντες) *diis vota nuncupabimus*, hoc est, postquam tibicem ille inflare tibias desierit. desinebat autem libatione & reliquis sacrorum ritibus peractis. 48. Δεινῶς ἀπᾴδων τῇ λύρᾳ τ' οὐ χρώμενος. *qui vocem absonam habebat & citharâ vtebatur non bene*. οὐ χρῆσθαι λύρᾳ Græcum dicendi genus pro nescire lyrâ vti. 51. Στρατόνικος ὁ κιθαρῳδὸς ὡς Βηρισάδην ἔπλευσεν εἰς τὸν Πόντον. Putabam esse Parysadem, quem inter Ponti reges olim ad Strabonem commemorauimus. sed Berisades iste Thraciæ rex fuit: de quo multa Græcus orator in ea contra Aristocratem: & Dinarchus in ea contra Demosthenem. 54. Ὡς δ' αὐτὸν ὡς ἔοικεν οὐ προσίετο. cùm rex Stratonicum sibi valedicere cupientem non admitteret: atque hoc modo illum apud se diutius detineret. vel αὐτὸν οὐ προσίετο, pro τοὺς αὐτοῦ λόγους περὶ ἀπελεύσεως οὐ προσίετο. cùm Stratonici sermonem de reditu ipsius respueret. 56. Εὖ γὰρ διανοεῖ αὐτοῦ καταμένειν. Fortè, Εὖ γ' ὅτι δίκαι. versus est nonnihil obscurus: neque satis capio acumen huius responsionis. Intelligendum autem est, his dictis abiisse Stratonicum, insuperhabita regis voluntate. 62. Διεπέρησα φησιν. illa nempe anus hoc dixit, non Stratonicus. Quare caussæ non erat, cur inter responsa Stratonici hoc referretur, quod dictum est non Stratonici,

 sed

sed de Stratonico. Verùm extat simile huic, vel ipsissimum hoc potiùs, dictum Stratonici de Satyro sophista, non multo pòst Athenæo relatum inter alia huius ἀστεϊσμάτων. 65. Η Νικοκρέοντος κατοῦσα Βιοθέα. Assentior doctis qui cēsent Nicocreontem hunc esse Cypri tyrannum, de quo dicebamus capite 4. Regis huius siue tyranni nomen scriptores variè efferunt: *Nicocreontem* pars maxima nominat: *Nicoclem*, paulo pòst Phanias, & Diodorus Siculus: Macho hîc *Nicothontem*, non enim videtur temere contra antiquissimarum membranarum consensum emendandus hic locus: ne Eclogæ quidem Hæschelianæ constant sibi: nam in Machonis versu Nicocreontem hunc nominant, paulo pòst verò Nicoclem in testimonio Phaniæ peripatetici: De huius vxore scribit Machon,

---- κατοῦσα Βιοθέα
Γυνὴ μετὰ παιδίσκης ἄβρας εἰς τὸν † πότιμον
Ἀπεψόφησε.

Manifesta hîc scripturæ deprauatio. Eruditissimus, & (quæ non multorum laus est) iudicij in literis recti, Paulus Leopardus, emendabat εἰς ἐσπέραν. cui tamen assentiri nequeo. Puto enim veram lectionem esse, εἰς πότον: nam si quis obiiciat ex Cornelio Nepote, fœminas in conuiuia more Græcorum non esse adhibitas: in promptu sunt Græcorum scriptorum testimonia, quæ contrarium sæpissimè factum arguant. Taceo iniuriam fieri vxori tyranni, si æquo iure cum cæteris Græciæ mulierculis censeatur. Ancilla ἄβρα est, quæ honoris caussa nobilem mulierem comitatur. 67. κατὰ τὴν Σικυωνίαν ἀμυγδαλῆν ἐπιβᾶσα συνέτριψεν τύχῃ. Acutè Leopardus: τὴν ἀγκύλην ἐπιβᾶσα, vt de calceorum amento intelligatur. Dextrè hoc & de industria factum à Biothea, vt tegeret τὴν ἀποψόφησιν, de qua dictum est, voluit enim videri, non ventris crepitum eum esse, verùm laceri calcei stridorem. Ingeniosa mulier, ingeniosus etiam Leopardus, qui hoc illius subtile commentum diuinauit, & hunc locum ita constituit. At in Hœscheliana Epitoma hæc historia non hîc, sed aliquanto pòst sic narratur. Βιοθέα ἡ Νικοκρέοντος γυνὴ ἀποψόφησέ ποτε. καὶ τὴν Σικυωνίαν ἀμυγδαλῆν ἐπιβαλοῦσα συνέτριψε. id est, *Biothea Nicocreontis vxor crepitum aliquādo emisit: deinde Sicyoniam amygdalam deiecit, & pede contriuit.* Sanè & nuces & amygdalæ cùm franguntur crepant: neque est à verisimili alienum, quod hæc scriptura continet. Amygdalæ Sicyoniæ hic nominātur, fortasse quòd molliori essent cortice quàm cæteræ. non enim quæuis amygdala pedis pressurâ est fragilis. 69. Στρατόνικος εἰπών, Οὐχ ὅμοιος ὁ ψόφος τὸ πρὸ νύκτα. Infelicem Stratonicum, qui vt sorex indicio suo perit. Nam verbis hisce voluit dare significationem intellecti Biotheæ doli. quam impotentis mulieris offensam morte expiauit. Sed quid significant illa verba ἐπὶ νύκτα? nam equidem illa explicare nō possum. Suspicabar scribendum ἐπεὶ ῥῖνα. hoc sensu: vterque sonus non similis ad nares accidit, siue, posterior sonus non ita ferit nares vt prior, neque idem olet. At Excerpta vulgatam lectionem tuentur: quæ hoc dictum Stratonici referant sic: οὐχ ὅμοιος ὁ ψόφος ὁ ἐπὶ νύκτα. 75. Ὃς αὑτὸς αὑτὸν οὐκ † ἰθελήσεται. Et hic versus portentosè corruptus est: & cæteri qui præcedunt in hac narratiuncula, neque scripti, neque distincti sunt rectè. Totum locum ita concipiat qui nos audiet.

Ἐπιδεικνυμένου ποθ' ὡς ἔοικεν ἐν Ἐφέσῳ
Ἀφυοῦς κιθαρῳδοῦ τὸν μαθητὴν τοῖς φίλοις,
Παρὼν κατὰ τύχην ὁ Στρατόνικος τοῦτ' ἔφη,
Ὃς αὑτὸς αὑτὸν οὐ κιθαρ', ἄλλους κιθαρ'.

id est, *cùm Ephesi ineptus citharœdus discipulum quendam suum amicis ostentaret, Stratonicus casu interueniens dixit: Qui non potest se ipsum facere citharœdum, alios facit.* cætera plana, neque de lectione potest dubitari: pro παρὼν malit aliquis παριών. At postremi versus vulgata scriptura nulli Africæ portento de monstruositate concesserit. Quàm multa de hoc loco ab eruditissimis viris scripta sint, frustra doctos moneam. Omnia tamen, iudicio nostro sunt eiusmodi, vt meritò conatum laudes omnium, emendatione nullius. Quærebant nempe longiùs, quod habebant præ manibus. Nam in vulgata lectione vera latet, ne literâ quidem vnâ addita: sed vnica solùm deperdita quæ geminari debuit, solùm enim in ἄλλους, deest τὸ α: quia dictio præcedens desinebat in α, leue autem est, quod per ὃς perperam scriptum ὡς. Magnum sanè, tot doctissimos viros non vidisse manifestissimam antithesin inter αὑτὸς αὑτὸν, & ἄλλους: quæ vel minimùm attendentium oculis cerni poterat. Sed eorum acumen retulit vox κιθαρ': quam nos putamus lasciuiâ ingenij, vel à Stratonico vel à Machone fictam iocosè, aut ab antiquiore alio poëta, pro *citharâ oblectare*. Primum hoc loci sententia flagitat manifestissimè: deinde certum est, in hac volubili lingua nihil nō sibi licere poëtas præsertim comicos voluisse. quanquam & alij poëtæ non dissimili licentia, δῶ pro δῶμα, ἧλ pro ἧλος, πηδὰ pro πηδάλιον, βρὶ pro βριαρὸς, ἐρὶ pro ἐρίηρος, παῦ pro παῦσαι: λοφᾶν Aristophanes pro λοφοστολεῖν in Pace, [in Equitibus πολῶ pro eo quod κόλοις γάστριζε paulo antè dixerat.] & similia his multa formarunt: de quibus poëtarum interpretes, & Cappadox Geographus lib. 8. [Allusum autem est à Stratonico venustissimè ad prouerbium Græcorum, Ὃς αὑτὸν αὑτὸν οὐ φιλεῖς, ἄλλον φιλεῖς: quod vt scripsimus in Diatriba ad Dionem Chrysostomum εmemate 63. variè mutatum est ab eruditis hominibus, prout variis rebus illud accommodabant. Sic Laco, vt refert Plutarchus in Laconicis apophthegm. de Atheniensibus dixit, ὃς αὑτὸς αὑτὸν οὐκ ἔχει, Σαμίοις ἔθελει. alius de egeno canes alente hanc fecit parodiam. ὃς αὑτὸς αὑτὸν οὐ τρέφει, κύνας τρέφει.]

CAPVT X.

Μοχθηρὸς μόχθηρος. *Cilicum & Pamphyliorum ingenia*

genia. Phaselitæ & Sideta, κτ', & contrà in inscriptionibus. Pœna improborum arguit DEUM *esse. Mos veterum regum, vrbes aut prouincias dare dynastis ad vectigal. ἰλίεια, ludi. Rhodij, Cyrenenses albi. mores Cyrenensium. Heraclea ἀνδρογέωνθος. Byzantium cur μαχάλη τῆς Ἑλλάδος. Leucadij cur πόλει Κορίνθου. Ambraciotæ cur μεμβερκιῶται. μικροπολιτικὸν τὸ μὴ δύνασθαι συμπληρῶσαι, variè expositum. verbi ἐθέλειν vsus Atticus. ῥύμμα. εἰς subauditur. Carcinus poeta.*

MOXΘHPON Græci dicunt, & qui ærumnosam vitam degit, & qui improbis moribus est. Non iniuriâ dubitari potest, vtro modo id verbi acceperit is, qui Stratonico hanc quæstionem proposuit, τίνες εἰσὶν οἱ μοχθηρότατοι τῶν ἐν Παμφυλίᾳ; Et olim & nunc Cilicum atque Pamphyliorum misera & dura vita, inter saxa & cautes degentium. Sed & latrociniis fraudibusque infames iidem. Scire hoc licet ex vetere historia, Græcorum proverbiis, & eorum sermonibus, qui per illorum fines iter aliquando fecerunt. Ferè enim ingenia hominum de cœlo suo & solo mores trahunt, & vt Græcis eleganter dicitur, οἱ τρόποι συνεξομοιοῦνται τοῖς τόποις. Hæc posterior interpretatio potior videatur: quam firmat nonnihil alterum eiusdem dictum de eodē populo, quod paulò pòst commemoratur, etsi ad priorem interpretationem non minùs reluctantem illum quoque locum traxeris. Stratonici responsum ita habet, Φασηλίτας μὲν ἔφησε μοχθηροτάτους εἶναι, Σιδήτας δὲ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ. Quod aliis locis sexcentis accidisse sæpe diximus, idem huic quoque censemus euenisse: vt geminandæ aliquot voces negligentia exscribentium sint prætermissæ. Nā & dixit Stratonicus, & scripsit Athenæus, Τῶν ἐν Παμφυλίᾳ μὲν Φασηλίτας ἔφησε μοχθηροτάτους· Σιδήτας δὲ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ. Interrogatus fuerat de Pamphyliis, respondet de Phaselitis, qui non in Pamphylia erant, sed in Lycia, vel quia finitimorum populorum fines parum discreti: vel iocosè nomen παμφυλίας in alium sensum accipiens, pro vniuersitate mortalium, hoc est, ἀντὶ πάντων φύλων. Tropæorum inscriptiones apud Græcos ferè sine verbo concipiebantur. ΚΑΤΑ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΩΝ. Talis illa nobilis scorti, ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΑΚΡΑΣΙΑΣ. Talis etiam ista hoc loco ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΚΑΚΩΣ ΚΙΘΑΡΙΖΟΝΤΩΝ. Latini pro κατὰ dicunt *contra*, vt Suetonius: vel *aduersus*, vt in antiqua inscriptione pantomimi, CORONATVS ADVERSVS HISTRIONES & OMNES SCENICOS ARTIFICES. θυμελικοὺς ἀγῶνας, qui paulo pòst, in σκηνικοὺς verterant, ridiculi sunt, ne aliud dicam grauius. sed indignor doctos viros errare cum illis maluisse, quàm libros meliores & Eustathium, de quo erat ipsis compertum, sequi. Cùm aliquando trabis ruinâ homo sceleratus esset oppressus, dixit Stratonicus, Ἄνδρες, δοκῶ, εἰσὶ θεοί· εἰ δὲ μὴ εἰσί, δοκοί εἰσι. variè hæc interpretantur: nos ita probamus. *O viri sunt dij, dokû, puto equidem: sed si non sunt dij, sunt dokû, per hanc trabem.* id est, quamuis dij non essent, poterat huius improbi mors persuadere hominibus deos esse. Pœnæ improborum vel perditis & desperatæ audaciæ hominibus confessionem hanc exprimere solent, Deos esse. [Ideò Alagabo occiso exclamat Senatus Rom. *Contaminator honorum iure punitus est: Iudicia Deorum hinc apparent.* Vide versus Martialis lib. 4. de Selio beato homine, scelesto. Lege proœmium prioris lib. in Rufinum apud elegantissimum poetam Claudianum. Contrà, sceleratorum felicitas multos dubitare facit an sit Deus. Tertullianus de Patientia. *Deus suâ sibi patientiâ detrahit; plures enim Dominum idcirco non credunt, quia seculo iratum tamdiu nesciunt.* Notissimi sunt versus,

Marmoreo Licinus tumulo tegitur: Cato paruo:
Pompeius nullo: credimus esse Deos?

Ille qui apud Stratonicum gloriabatur, ὅτι πάντα ὑπάρχει αὐτῷ οἴκοι, hoc voluit. omnia quæ ad vitam rectè, commodè, & iocundè degendam experti solent, sibi esse abundè domi. vitæ commoda præstare poterant quæstus quos redimendis operibus faciebat: honestatem & iocunditatem filij spondebant, quorum alter fuit ludimagister, tibicen alter. Scribe, Ἐρομένου δέ τινος, διὰ τί τὴν Ἑλλάδα πᾶσαν περιέρχεται, ἀλλ' οὐκ ἐν μιᾷ πόλει περιμένει. clarissima ista quidem: at non adeò quæ respondet Stratonicus. Παρὰ τῶν Μουσῶν ἔφη εἰληφέναι τέλος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας, παρ' ὧν πράττεσθαι μισθὸν ἀμουσίας. Magna lux tenebricoso loco accesserit si scribas, εἰληφέναι εἰς τέλος, hoc est, *Dixit Stratonicus, à Musis se accepisse ad vectigal omnes Græcos: à quibus mercedem exigat* ipsorum *imperitiæ.* Salsum & venustum dictum. Respicit Stratonicus ad magnorum principium antiquam consuetudinem: qui Satrapis & dynastis suis, aliisque quibus cupiebant, certas vel prouincias, vel vrbes assignabant, vnde vectigalia in vsus suos exigerent. Sic legimus antiquæ reginæ cuidam Ægyptum datam fuisse εἰς ζώνην à marito: Themistocli Lampsacum εἰς οἶνον, Magnesiam εἰς ἄρτον, Myuntem εἰς ὄψον, Percotam & Palæscepsin εἰς στρωμνὴν καὶ ἱματισμόν. Similia narrantur de Pytharcho, de Alcibiade, de aliis. [Sic etiam legimus, Ægypti reges ab aliis vrbium suarum esculenta, ab aliis poculenta, ab aliis stragula solitos exigere. lege Aristeam.] Eò respiciens homo εὐφυής, Musas quidem monarchæ alicui assimilat; cui omnes mortales non vt subditi, verùm vt ἄμουσοι & indocti, tributum teneantur pendere. Ex omnibus porrò prouinciis vnam sibi concessam, Græcorum nempe, à quibus id tributum exigat: quod vocat ipse μισθὸν ἀμουσίας. de vocula εἰς, quam desiderari diximus, plura sequente capite. *Ilιεα* appellati sunt ludi quos Ilienses agebant: Ἰλιεῖα ab Ilio, vt *ludi Romani* à Roma. Festi celebritas ex eo apparet, quòd etiam ex remotissimis locis scenici artifices eò properarent.

Falluntur qui mutant hanc ſcripturam, *πυθόμενός δ' ἐν Ἰλίῳ ἐπιδημεῖν αὐτὸν ἐν τοῖς Ἰλιείοις, Ἀεὶ, ἔφησεν, Ἴλιοι κακά.* id eſt, *cùm audiſſet Satyrũ Ilium veniſſe, cùm celebrarentur Iliéa, Semper, inquit, Ilio mala.* Ait, *Μινάκου δ' αὐτῷ περὶ μουσικῆς διαμφισβητοῦντος.* Scribendum *Μυνάκου*, ſic enim Pollux hunc ſutorem nominat, & Heſychius: in cuius codices mendi ſuſpicio, hîc quidem, vix cadit. Ait, *τοὺς Ποντικοὺς ἐκ τοῦ πολλοῦ ἥκειν Πόντου, ὥσπερ ἐκ τοῦ ὀλέθρου.* Suſpecta vox *πολλοῦ*: neque mentem ſatis video. Ponti regionem, opinor, vituperat. Ait, *τοὺς δὲ Ῥοδίους ἐκάλει λευκοὺς Κυρηναίους.* ſimilibus moribus fuiſſe Rhodios & Cyrenenſes ſignificat. Simillimè hodie homines ſceleſtos ſunt qui vocent Mauros albos. Qui autem Cyrenenſium fuerint mores, verbo indicat, cùm addit, *καὶ μνηστήρων πόλιν.* erant enim Cyrenenſes ſplendidi, magnifici & *ἁβροδίαιτοι*. & vt mox dicitur, *σπαταλῶντες καὶ θερμοπόται.* de Ariſtippo & Annicceride cæterorum noſce ingenia. & ſunt ad manum teſtimonia poëtarum aliorúmque ſcriptorum. Scribe verò, *καὶ τὴν Ῥόδον, μνηστήρων πόλιν. καὶ τὴν Ἡράκλειαν ἀνδροκόρινθον.* Obſcurum eſt, ecquã è multis Heracléis hîc intelligat. etiã illud, quare vocet *ἀνδροκόρινθον*. an hoc ſignificat? tantam eſſe Heracleæ impudicorum virorum multitudinem, quanta erat Corinthi fœminarum Veneris ſacris operatarum? Ait, *καὶ τὸ Βυζάντιον μασχάλην τῆς Ἑλλάδος.* & iſtud diuersè acceperunt docti. In homine *μασχάλη* eſt ala ſiue alarum cauitas. inde tranſlatum id nomen ad multa. Byzantium Stratonicus vocat *μασχάλην*, hoc ſignificans: ſi quis eam vrbem occupauerit, ſimilem reliquam Græciam fore homini quem aliquis ala prehenſum teneat. ſiue loci naturam conſideres, ſiue hiſtorias conſulas, neque Stratonico viri prudentis, neque mihi fidelis interpretis laudem inuidebis: Si cui tamen hoc minùs arridet, afferemus aliam interpretationem, opinor, haut malam. Poteſt enim Stratonicus eã appellatione aut vrbi immunditias, aut ciuibus ſordidum victum obiecisse. nam cauitati alarum proprius eſt fœtor, qui dicitur *τράγος*: vnde illos *τραγομασχάλους* nominabant, quibus *grauis hirſutis cubat hircus in alis.* Ait, *τοὺς δὲ Λευκαδίους ἑώλους Κορινθίους.* hoc eſt, frigidos & vanos Corinthiorum imitatores. Leucas colonia Corinthiorum fuit, vt ſcribit Strabo, reſtabant igitur in eorum moribus veſtigia quædam prioris patriæ: ſed parum expreſſa & obſoleta: ſicut nec pridianæ reliquiæ ſapiunt idem ac recens cocti cibi. quicquid argutetur deparcus & triſtis Tiberius. Vocem *ἕωλος*, non vno loco expoſuimus. neque nunc repetendum. Ait, *τοὺς δ' Ἀμβρακιώτας μεμβρακιώτας.* haut ſcio an ita ſcripſerit, tamen ita disertè antiquæ fidei exemplaria. alluſit fortaſſe ad membrades piſciculum vilem. ſi ita eſt, cur non dixit potiùs *μεμβραδιώτας*? aut ad nomen *μεμβρακιώτης*. Vtrumque dicunt Græci & *μεμβρακίδας* & *μεμβραδίδας*. Ait, *ἰδὼν ἐν τῷ κύφωνι δεδεμένους δύο, ὡς μικροπολιτικοὺς ἔφη, τὸ μὴ δύνασθαι συμπληρῶσαι.* Quia varijs modis ſolet accipi verbum *πληρῶσαι*, ideò hæremus ad quam potiſſimùm notionem Stratonicus reſpexerit. Proponemus diuerſas interpretationes, vt acutus lector eligat quod amplectatur, *πληροῦν* interdum eſt, quod inſtitueris conſummare. Potes igitur vertere, *cùm in ligneis compedibus duos publicè vinctos vidiſſet. Quàm hoc eſt, inquit, ciuitatis inualidæ argumentum, rem non poſſe perficere.* Non habendos in vinculis diutius, ſed ſupremo ſtatim ſupplicio afficiendo fuiſſe noxios, ſi recta hęc interpretatio eſt, ſignificat Stratonicus. Facit aliquid ſtabiliendæ huic ſententiæ, quòd non ſimpliciter ait vinctos: ſed *ἐν τῷ κύφωνι*. ſic enim videtur innuere, capital ab iſtis fuiſſe admiſſum: ideóque habitos in cyphone, quem fuiſſe ſcribunt veteres, *ξύλον ᾧ κατετείνοντο οἱ θανάτῳ καταγνωσθέντες.* *πληροῦν* etiam dicitur nauis magiſter, qui nauem inſtruit remigibus: *πληρώματα* enim Græcis ſunt remiges ipſi, fortaſſe eò alluſũ eſt à Stratonico: nam in multis ciuitatibus capitis damnati aut bello capti, remis addicebantur. Aliter accipitur idem verbum, quando dicimus *πληροῦν ἔρανον*, pro *ἀποδιδόναι*, vel etiam *εἰσφέρειν*. vnde apud Demoſthenem non ſemel *πληρωτὴς ἐράνου*, Philoſtratus libro ſexto de Vita Apollonij, *οἱ δὲ χρηστοὶ Ἕλληνες, ἢν μὴ ὀβολὸς ὀβολὸν τέκῃ, καὶ τὰ ὤνια αὐτοῖς ἐπιτιμήσωσι καπηλεύοντες ἢ καθειργνύντες, οὔ φασι ζῆν· ἀλλ' ὁ μὲν θυγατέρα σκήπτεται ἐν ὥρᾳ γάμων, ὁ δὲ υἱὸν ἤδη τελοῦντα ἐς ἄνδρας, ὁ δ' ἐράνου πλήρωσιν,* &c. Inter varias cauſſas, quæ prætexi ab hominibus auaris ſolent, cur fœnus & fraudes exerceant. ponit & *ἐράνου πλήρωσιν*, id eſt, collationem eorum quæ vel publicè pendi ſolent à ciuibus: vel quæ priuatim amicis pauperibus & afflictis præſtabãtur nomine erani: vt multis dudum expoſitum nobis ad Theophraſti libellum aureolum Characteres. Hîc igitur *συμπληροῦν* hoc loco interpretari licet, collatâ pecuniâ dependere quod aliud debeat, concise dictum, pro *συμπληρῶσαι τὸν ἔρανον αὐτοῖς*. Ita vertimus: *quàm anguſti animi ciues ſunt, qui nõ poſſunt ſtipe collectâ pro his ſoluere.* Homines auari, illiberales ac deparci, & ſunt, & dicuntur Græcis *μικρόψυχοι*, *μικρολόγοι*, atque etiam, *μικροπρεπεῖς*, vt alibi probauimus: quò alluſum à Stratonico, vocẽ *μικροπολιτικοὺς* in hac re vſurpante. Erani ad diſſoluendum æs alienum collati exemplum habes extremo lib. 13. Mala nomina, aut qui iudicatum non ſoluiſſent, habere *ἐν κύφωνι*, id eſt, ligneis compedibus, antiqui fuit moris. Heſychius, *ἐγκαλεοσκελεῖς, οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα, ἐγκάλοις,* (ſiue *ἐν κάλοις*) *ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας.* Ait, *ἐθέλειν ἔφη γνῶναι, κατὰ ποῖα τόπον ἐστὶ τῆς πόλεως.* *dixit ſe poſſe cognoſcere in qua parte ſit vrbis.* *ἐθέλειν* eleganter, & Atticώτατα pro *δύνασθαι*. ſic in idiotiſmo noſtro, *volo hoc facere*, pro, ſpondeo me hoc poſſe facere. [Sed hanc locutionem penè ſibi propriã habet ſermo Anglicus] tamen Excerptor noſter, *ἔχειν ἔφη γνῶναι.* Ait, *τὸν δὲ Τηλεφάνην ἐπεὶ ἀναφυσᾶν ἤρχετο, ἀνακαγκεχηνὼς ἔφη, ὡς οἱ ἐρυγγάνοντες.* Vindelician. Breuiator. *ἀναπεπταμένος, ἄνω ἔφη, ὡς οἱ ἐρυγγάνοντες.* Ait, *τοῦ δὲ*

βαλανέως

βαλανεὺς ὁ ἐν Κλεωναῖς ῥύμμα γῆν μοχθηρὰν καὶ ὕδωρ ἁλμυρὸν παρέχοντος. ſaponis loco aut κονίας βαλανευτικῆς, id eſt, *cretæ balnearis*. malam terram balneator exhibuerat ῥύμμα, pro εἰς ῥύμμα. ſed præpoſitio interdum omitti ſolet: & ita poſſit defendi fortaſſe vulgata lectio eo loco, παρὰ τῶν Μυσῶν ἔφη εἰληφέναι τέλος τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. vbi ſcribebamus εἰς τέλος. ſanè meliùs. Scribe mox. ἅσαντος δέ τινος, ἤρετο τίνος τὸ μέλος. *Carcynus* quem Stratonicus ridet, is eſt, qui ab Ariſtophane tam acerbe traducitur. apparet autem ex hoc loco, non ſolùm tragœdiarum poëtam fuiſſe, verùm etiam carminum lyricorum.

CAPVT XI.

Timothei carmen, Semelæ partus. *Stratonici de eo dictum. Lacedæmoniorum Senatusconſultum aduerſus Timotheum. Vetus Spartiatarum lingua frequentiſſimè vſa literâ caninâ. exempla huius dialecti plurima.* acus *&* venter *Latinæ voces, vnde. alia multa.*

TIMOTHEVS poëta tragicus, dithyrambicus atque etiam lyricus, quem dicebamus capite quinto, vt frigidum & nimis ſæpe ineptum facetorum riſum ſuſtuliſſe, inter alia multa carmen fecerat, cuius fuit & argumentum & titulus, Σεμέλης ὠδίν. ſed in hoc poëmate Muſæ illi fauoris ſui auram nihilo magis aſpirarant quàm in cæteris: imò, vt exitus probauit, multò etiam minùs in iſto quàm in aliis. De hoc carmine, (quod vidit primus omnium Paulus Leopardus) accipienda, quæ ſcribit Athenæus inter cõmemorãdum Stratonici acutè dicta: ἀκούσας δὲ τῆς ὠδῖνος τῆς Τιμοθέου, εἰ δ' ἐργολάβον, ἔφη, ἔτικτε, καὶ μὴ θεὸν, ποίας ἂν ἠφίει φωνάς; fecerat nempe Semelen in Bacchi partu deformiter & indecorè eiulantem: nullâ habitâ ratione maieſtatis eius dei: quem par erat minore matris cruciatu, & aliis legibus veniſſe in hanc lucem, quàm è vili popello aliquem homunculum. Iure igitur ineptus poëta ineptiarum Stratonico pœnas dedit. At Spartani non vitio tantùm hoc illi verterunt, ſed vt crimen vindicarunt. Nam in Senatusconſulto Lacedæmoniorum, quo vrbe pellitur Timotheus, duo ſolùm illi obiiciuntur, quòd veterem muſicam corrupiſſet nouis inuentis: & quòd indecoris figmentis ſuis de Semelæ partu iuuentutis animos corrumperet. Ipſum conſultum, quia inſigne eſt, ait Boëtius, Spartiatarum lingua, σ literam in ρ vertentium, neque vſquam ſatis emendatè ſcribitur, appoſui. ἘΠΕΙΔΕ ΤΙΜΟΘΕΟΡ Ο ΜΙΛΗΣΙΟΡ ΕΛΘΩΝ ΑΜΕΤΕΡΑΝ ΠΟΛΙΝ, ΤΑΝ ΠΑΛΑΙΑΝ ΜΟΛΡΑΝ ΑΤΙΜΑΣΔΕ, ΚΑΙ ΤΑΝ ΔΙΑ ΤΑΝ ΕΠΤΑ ΧΟΡΔΑΝ ΚΙΘΑΡΙΞΙΝ ΑΠΟΣΤΡΕΦΟΜΕΝΟΡ, ΠΟΛΥΦΩΝΙΑΝ ΕΙΣΑΓΩΝ ΛΥΜΑΙΝΕΤΑΙ ΤΑΡ ΑΚΟΑΡ ΤΩΝ ΝΕΩΝ ΔΙΑ ΤΑΡ ΠΟΛΥΧΟΡΔΙΑΡ ΚΑΙ ΓΑΡ ΚΑΙΝΟΤΑΤΑ ΤΩ ΜΕΛΕΟΡ ΑΝΕΓΚΕ ΠΟΙΚΙΛΑΝ ΑΝΤΙ ΑΠΛΟΑΡ, ΚΑΙ ΓΕΤΑΓΜΕΝΑΡ ΑΜΦΙΕΝΝΥΤΑΙ ΤΑΝ ΜΟΛΡΑΝ ΕΠΙ ΧΡΩΜΑΤΟΡ, ΣΥΝΙΣΤΑΜΕΝΟΡ ΤΑΝ ΤΩ ΜΕΛΕΟΡ ΔΙΑΣΤΑΣΙΝ ΑΝΤΙ ΤΑΡ ΕΝΑΡΜΟΝΙΩ ΠΟΙΩΝ ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΟΝ ΑΜΟΙΒΑΝ. ΠΑΡΑΚΑΛΛΑΘΕΙΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ ΤΑΣ ΕΛΕΥΣΙΝΙΑΡ ΔΑΜΑΤΡΟΡ ΑΠΡΕΠΕΑ ΔΙΕΣΚΕΔΑΣΑΤΟ ΤΑΝ ΤΩ ΜΙΘΩ ΔΙΔΑΧΑΝ. ΤΑΝ ΓΑΡ ΣΕΜΕΛΑΡ ΩΔΙΝΑ ΟΥΚ ΕΝ ΔΙΚΑ ΤΩΡ ΝΕΟΡ ΕΔΙΔΑΣΚΕ. ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥΤΟΝ ΤΩΡ ΒΑΣΙΛΕΑΡ ΚΑΙ ΤΩΡ ΕΦΟΡΩΡ ΜΕΜΨΑΣΘΑΙ ΤΙΜΟΘΕΟΝ ΕΠΑΝΑΚΤΑΣΘΑΙ ΔΕ ΚΑΚ ΤΑΝ ΕΝΔΕΚΑ ΧΟΡΔΑΝ ΕΚΤΑΜΟΝΤΑΡ ΤΑΡ ΠΕΡΙΤΤΑΡ ΥΠΟΛΕΙΠΟΜΕΝΑΝ ΤΑΝ ΕΠΤΑ· ΟΠΩΡ ΕΚΑΣΤΟΡ ΤΟ ΤΑΡ ΠΟΛΙΟΡ ΒΑΡΟΣ ΟΡΤΩΝ ΤΕΤΑΡΒΗΤΑΙ ΕΤ ΤΑΝ ΣΠΑΡΤΑΝ ΕΠΙΦΕΡΕΝ ΤΙ ΤΩΝ ΜΗ ΚΑΛΩΝ ΕΘΩΝ, ΜΗ ΠΟΤΕ ΤΑΡΑΤΤΗΤΑΙ ΚΛΕΟΡ ΑΓΩΝΩΝ.

In ea, decreti huius parte qua condemnatur Timotheus, pro μεμψασθαι ſuſpicabar ſcribendum πεμψασθαι, vt eſſet ſimplex pro compoſito, ἀποπεμψασθαι, *amandare, vrbe pellere*, alioquin ex hoc Senatusconſulto colligi non poteſt, Lacedæmonios Timotheum exegiſſe de Laconica, quod Boëtius ſcribit. Sed idem Boëtius, ſummam proponens huius ſcripti, vtitur verbo *ſuccẽſuiſſe*: quę cauſſa eſt cur mutare auſi non ſimus. Marcus Tullius ſecundo de legibus, *Illa ſeuera Lacedæmõ neruos iuſſit, quòd plures quàm ſeptẽ haberet, in Timothei fidibus incidi*. Expreſſit illa verba, ἐκ τῶν ἕνδεκα χορδᾶν ἐκταμόντας τὰς περιττὰς, ὑπολειπομένας τὰς ἑπτά. [ipſa decreti verba retinet in Tarſica priore Dio Chriſoſtomus ſcribens, Lacedæmonios Timotheum, τήν τε κιθάραν ἀφελέσθαι καὶ τῶν χορδῶν τὰς περιττὰς ἐκτεμεῖν. meminit idem iiſdem ferè verbis, & in ea ad Alexandrinos, necnon] Plutarchus in Laconicis inſtitutis. Non defuerunt qui auctores eſſent, Timotheum, cùm inuidiam nouitatis à ſe depuliſſet, producta in medium vetuſta effigie Apollinis, in ipſa vrbe Lacedæmoniorum inuenta, lyram tenentis quæ nouem neruos haberet, fuiſſe abſolutum. Narrat ex Artemone Athenæus lib. 14. vbi non obſcurè alluditur ad verba huius Senatuscõſulti, cùm ait de Timoth. ἀδικεῖσθαι δοκοῦντος ὡς παραφθείροι τὴν ἀρχαίαν μουσικὴν, καὶ μέλλοντός τινος ἐκτέμνειν αὐτοῦ τὰς περιττὰς τῶν χορδῶν. Quòd autem vetus non ſolùm Spartiatarum, vt Boëtius ſcribit, ſed omnium Dorum atq; Æolum lingua plurimum vteretur τῷ ρ, tam in mediis quàm in extremis dictionibus, præter antiquos grammaticos teſtis Strabo libro decimo: vbi de Eretria Eubœæ ſcribit auctor eruditiſſimus, ἐνοίκους δ' ἔσχεν ἀπ' Ἤλιδος· ἀφ' οὗ καὶ τῷ γράμματι τῷ ρ πολλῷ χρησάμενοι οὐκ ἐπὶ τέλει μόνον τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ καὶ ἐν μέσῳ κεκωμῴδηνται. Plato in Cratylo, οἶσθα οὖν ὅτι ἐπὶ τῷ αὐτῷ ἡμεῖς μὲν φαμὲν σκληρότης, Ἐρετριεῖς δὲ σκληρο-

τήρ.

τήρ. Extant adhuc in antiquorum Glossographorum libris nonnulla vocabula veteris illius Spartiatarum linguæ, quâ scriptum vides antiquissimum hoc & pulcherrimum vetustatis monumentum. Clarè liquet ex illis, caninam literam plurimùm adamatam & frequentatam fuisse à priscis Spartanis. Nam, exempli caussa, ἀβήρ, vetere eius populi dialecto erat *cella penaria*. ἀβωρ, *clamor*: ἀγλωκίρ, *tibia*. ἀδεληφίρ, ἀδελφος *frater*. Αἰγλαήρ, *Æsculapius*. αἰτάρ, *magnum*. ἀκαλανωιρ, auicula *acanthis* dicta alijs Græcis, vel ποικιλίς. ἀκκόρ, aliis ἀσκός. Latini *vtrem*. ἀκχαλιβδρ, *grabatus*. ἀμπιστήρ, pro ἐπιστάτης. præfectus & ἐξέτασις. ἀμπιπ̃δρ Hesychio exponitur παραβαινομένη, *quæ stat in acie*. sic idē ἀναρ explicat ἥκουσα. *quæ venit*, ἀνήρ, hebe nomē. ἀσατήρ, *inguen*, *bubo*. ἀπαβειδορ, *concinnè*. ἀππιρ, *carceres stady*. aliis ὕσπληξ. ἀχυρ, vnde *acus* Latinorum, vulgò ἄχυρον. Sic Κερκυρ Alcmani Spartano poetæ, pro Κερκυραῖος. βελλίρ, *galea*. βίνρ pro ἴσως, *fortasse*. βουαγορ, *dux armenti*. vel is qui postea dictus Spartæ παιδονόμος. ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς, Hesychius. βρετάγορ, *imago*. Γεντερ, locus τοῦ ἐντέρου. τ̃ γ est hîc, digamma Æolicum. inde Latinum *venter*. Γωνορ, pro γωνία, *angulus*. Δαδούχορ, aut δαιδούχορ, *candelabrū*. δειέμορ, *terra* πετρώδης. δάττερίαρ, *lora*. vulgò δάτερίας οἶνος. διασάτηρ, *ludere*. διαφειγόμορ, *dies phiditiorū*. δίκαρ, *iudices*. ἐλίμαρ. vulgò ἔλυμος, panicum vel aliud σπέρμα σιτῶδες milij simile, vt quidam scribunt. ἐνδικαδινορ, vasculi genus. ἐνιχώρ dicebant pro ἐν τῇ χειρί. ἐξαιρίταρ, *instrumentum ad hauriendum*. ζηλιώνηρ, βόες ἐργάται. ita scribendum in Hesychio. quo auctore idem significabat & ζυγώνηρ. ἴδαρ, cibus. poetæ dicunt εἶδαρ. quod vocabulum & similia huic, vt ἄλκαρ, ἄλαρ, & cætera, Laconica sunt, ἴκμαρ, *humor*, *vetis*. ἱμαάτιρ, *claui vestimentorū*. καλαμίνδαρ, πλάτανος, οἱ Δωριεῖς. sic corrigendus codex Hesychij καλλίαρ, *simia*. κίττορ pro κισσός. *hedera*, κόρυρ à κορυφὴ *summitas alicuius rei*. κορυδαρ, *lōganus*. alij Græci, χρόνιος, aut πολυχρόνιος. κραύγαρ, *qui valet viribus*. Homero βοὴν ἀγαθός [κτίτερ, pro κτίστης *conditor*.] similiter λιγαίαρ, *cicada*. poetis ἀχέτης τέττιξ. μαχάταρ, *aduersarius*. pro μαχητής. [μέσορ, pro μέσος, *medius*] μιργαύορ, τὸ λυκόφως, *crepusculū*. cum lux & tenebræ miscētur. est enim dictum quasi μισγάως. inter duas vocales inseritur β, vt in multis Latinis dictionibus τ̃ v, ex dialecto Æolica, ὠόν, *ouum*. αἰών, *æuum*. σκαιός, *scæuus*. μύκορ pro μυχος. μύρβορ, *pileus*. μύμαρ, & μώμαρ, pro μῶμος, propriè *macula*. est enim Hebr. מום sed à corpore ad animum transtulerunt. νέκυρ, pro νέκυς. νῆσορ pro νεοττός. *pullus auis*. νίκορ, *peruities*. παλαίωρ, *stultus*, pro παλαιός. reliqui Græci ἀρχαῖον vocāt. πέλανορ, nummi genus. πάσορ, pro πᾶσος. male in editionibus Hesyc. πάσει. πελλήρ, vide Hesych. at πέλληρ, exponitur *vorax*. πίσορ pro πίθος, *doliū*. πλατῆρ, *expansa manu ferire*. πλατύρ, *seruus*. pro πελάτης. πλιφιλερ, *sesamum frictum*. πωαι, *pater aut auus*. πὸρ pro πῦς. πυήρ, *plenum* ῥιπίρ, pro ῥιπίς, *flabellum*. σαλαβάρ, *coquus*. σαείρ, *palma termes*. alijs Græcis est σπάδιξ. σιορ, pro θεός. vide amplius capite vltimo. σκιλαφίρ, iactus tesserarum nomen. σοορ vel σορορ. pro τυρός, *caseus*. σπαδαξήρ, *discerpit*. σύλλιρ, *saccus*. pro θύλακος. τιορ pro σύ. ψιάδερ, *oliua nucleus*. ψιλάκερ, *coryphæum agere*. postquam hæc à nobis scripta essent, & iam chalcographi typis dudum expressa, perlata ad nos est Manilianí Astronomici noua editio, à præstantissimo viro Iosepho Scaligero eius auctore muneri missa. Quod opus aureum dum auidè statim percurreremus, reperimus doctissimum, acutissimúmque virum hoc ipsum Lacedæmoniorum, siue ψήφισμα siue προβούλευμα, cuius emendationem eramus hîc aggressi, correctum à se publicasse, atque illustrasse. Gauisi sumus nec mediocriter, eodem tempore ipsum quidem Lugduni Batauorum, nos verò Lugduni Segusianorum, idem, οὐκ ἀπὸ παρέργου occasione diuersa aggressos, idem propemodum sensisse, idem scripsisse. Sed nos videlicet πεζοὶ παρὰ Λύδιον ἅρμα θέομεν τὸν ἐκείνου δρόμον.

CAPVT XII.

Dictum Stratonici de Cyrenensibus emendatur. Musicorum διαγράμματα, *siue* tabulaturæ. *Inuentor harum descriptionum Stratonicus.* διάγραμμα συνίστασθαι. *Prouerbiorum*, ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ αὐτὸ ἀποκρίνεσθαι. *Mors Stratonici variè prodita. Vnde didicerit Aristoteles quæ scribit de piscibus.* οἰνὰς *columba. hedera in cerui cornu nata.* νυκτικόρακες, *nycticoraces. Locus Aristotelis animaduersus.* ἀκριτόπυρος *&* δεξιόπυρος.

VERBA Athenæi sunt, quibus explicat nobis cur Stratonicus Rhodios appellarit *Cyrenenses albos*: Rhodiorum vrbem, μυκήτων πόλιν: χρώματα μὲν, inquit, εἰς ἀσωτίαν διαλλάττειν ἐκείνων ἡγεμόνος αὐτούς. ὁμοιότητα δ' εἰς καταφέρειαν ἡδονῆς τὴν πόλιν μυκήτων εἰκάζων. etsi non est obscurum quid sentiat Stratonicus: offendit me tamen oratio hæc. quid enim est χρώματα εἰς ἀσωτίαν διαλλάττειν? & τὴν πόλιν μυκήτων εἰκάζων, vereor vt ferant teretes aures. Omnem difficultatem sustuleris, si hanc scripturam admiseris, χρώματι μόνον, εἰς ἀσωτίαν δ' οὐδὲν διαλλάττειν ἐκείνων ἡγούμενος αὐτούς. ὁμοιότητι δ' εἰς καταφέρειαν ἡδονῆς τὴν πόλιν μυκήτων εἰκάζων βίῳ. Solent musici & harmonici discipulis suis proponere quas *tabulaturas* vulgus nuncupat. Eæ sunt descriptiones phthongorum, ex quibus composita fuerit alicuius cantici harmonia. Res pulcherrima & ingeniosissima: nam ea est quasi scriptura tonorum & soni. Huius præclari inuenti auctorem facit Eresius Phanias nobilis peripateticus Stratonicum citharœdum, & τῆς κιθαριστικῆς διδάσκαλον: illum cuius tot recitantur apophthegmata à Strabone, Plutarcho, Athenæo, & alijs antiquis. Ait autem Phanias. Στρατόνικος ὁ Ἀθηναῖος δοκεῖ τὴν πολυχορδίαν εἰς τὴν ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτος εἰσενεγκεῖν, καὶ πρῶτος μαθητὰς τῶν ἁρμονικῶν ἔλαβε, καὶ διάγραμμα συνεστήσατο.

Appellat διάγραμμα, descriptionem qualem dicebamus: & διάγραμμα συρίσαι est, phthongorum systemata, vt musyci appellant, in tabula describere ad spectanda oculis exhibere. Non clam me est viros doctos aliter hanc vocem esse interpretatos. Sed falluntur profectò eruditi homines: omnium verò longissimè à vicinia veritatis aberrauit Leopardus, qui διάγραμμα συρίσαι vertit, *mercedem instituere*. quod equidem non semel miratus sum: erat enim Leopardus in Græcis scriptoribus apprimè versatus. Atqui certum est quod diximus: neque soli geometræ aut astrologi διαγράμματα habent, verùm etiam musici: à quibus manauit prouerbium de eo qui dicit idem sæpius, & vt poëta ait, eâdem oberrat chordâ, ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ αὐτὸ ὑποκρίνεσθαι. Plutarchus in libro De discrimine adulatoris & amici, ὅθεν ὥσπερ ἁρμονικὸς ὁ φίλος τῇ πρὸς τὸ καλὸν καὶ συμφέρον μεταβολῇ, τὰ μὲν ἐνδιδοὺς, τὰ δ' ἐπιτείνων, πολλάκις μὲν ἡδὺς, ἀεὶ δὲ ὠφέλιμός ἐστιν· ὁ δὲ κόλαξ ἀφ' ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ πρὸς χάριν εἰθισμένος ὑποκρίνεσθαι, οὔτε ἔργον οἶδεν ἀνιαρὸν, οὔτε ῥῆμα λυπηρὸν, ἀλλὰ μόνον παρέπεται τοῖς βουλομένοις, συνᾴδων ἀεὶ καὶ συμφθεγγόμενος. Quod additur ex eodem Phania, Stratonicum quia petulantiùs iocatus esset in filios Nicoclis Cyprij regis, haustu veneni fuisse extinctum in nomine regis, caussa mortis, & genere illius dissentit Macho, cuius versus ante recitati sunt. Quærenti autem Athenæo vnde & à quo didicerit Aristoteles piscium mores: quid agant, quomodo cubent? quam teneant viuendi rationem, responderi potest pro philosopho diligenter ipsum piscatores consuluisse, qui cùm in aquis viuant assiduè, non adeò mirum longo vsu maris talia fuisse ab iis obseruata: multa etiam de piscibus qui in viuariis seruantur potuisse facilè cognosci, quis dubitat? Facit Philosophus non vno loco τῶν περιστερῶν δύω plura genera: φάτταν, οἰνάδα, τρυγόνα. Potest videri οἰνὰς, factum nomen esse ex deprauatione Hebraic, appellationis יון vel יונה *ionah*: Græcos tamen à nomine, οἶνος illud deriuasse, quia videretur hæ columbæ colorē illum referre quem οἰνωπὸν vocant, constanter scribunt veteres grammatici. Quare non debuére interpretes, neglecto exemplarium omnium consensu, scribentium & hîc & apud Aristotelem οἰνὰς, Rhondeletij suspicione merâ freti, emendare ἰνὰς, quam vocem scimus omni vetustati fuisse incognitam. Scribit Athenæus, ἐν τῷ περὶ μακροβιότητος φησὶν, ὅτι αἶπλαι τὶς μυῖα ἔτη ἓξ ἢ ἑπτὰ ζήσασα. In eo commentariolo Aristotelis qui extat hodie eo titulo, ista non reperias: sed in eo de Respiratione inuenias hæc verba, τῶν μελιττῶν ἔνιαι ζῶσι καὶ ἑπτὰ ἔτη, καὶ τ' ἄλλα δὲ ὅσα βομβεῖ, οἷον σφῆκες, καὶ μηλολόνθαι, καὶ τέττιγες. Quærit ampliùs philologus, ποῦ δὲ οἶδεν ἐν κέρατι ἐλάφου κιττὸν ἀναφυόντα; Respicit historiam quæ extat libro nono, capite quinto: neque ego dubium vllum facio, quod ibi scribitur verum esse: captum aliquando fuisse ceruum habentem in cornibus innatam hederā. Sed Athenæus cùm in Excerptis suis hæc legeret, videtur existimasse philosophi mentem esse, occulta quadam naturæ proprietate ex cuiuscunque cerui cornu hederam posse nasci: de quo ille ne per somnium quidem cogitauit vnquam. Subiicitur, γλαῦκες δέ φησι καὶ νύκτακες ἡμέρας ἀδυνατοῦσι βλέπειν. διὸ νύκτωρ τὴν τροφὴν ἑαυτοῖς θηρεύειν. καὶ οὐ πᾶσαν νύκτα, ἀλλὰ τὴν ἀρχίεσπερον. Philosophi verba cum istis componenda: libro nono, cap. 34. γλαῦκες καὶ νυκτικόρακες καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα τῆς ἡμέρας ἀδυνατεῖ βλέπειν, τῆς νυκτὸς μὲν θηρεύοντα τὴν τροφὴν αὐτοῖς πορίζεται. οὐ κατὰ πᾶσαν δὲ τὴν νύκτα τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ἄκρας ἑσπέρας καὶ περὶ ὄρθρον. *Coracas* Athenæus simplici nominis vocat sine exemplo, quos Aristoteles νυκτικόρακας, genere, figura & natura diuersa à coruis. sed fortasse scripserat noster integrum nomen, vt est apud philosophum. tamen aliter omnes veteres membranæ & Breuiator. Cæterùm in superioribus verbis Aristotelis scribitur perperam, & contra eius mentem, ἄχρις ἑσπέρας, *vsque ad vesperam*, Scribendum est, ἀλλὰ τὴν ἀρχίεσπερον, καὶ περὶ ὄρθρον, id est, *sub crepusculum, & sub diluculum*. Vocem ἀρχίεσπερον inuentam in omnibus antiquis codd. non possumus damnare. alioquin verius censeam, τὴν ἀκρέσπερον. sic vocant Hippocrates & Nicander primam vesperam, quando iam est dies creperus, Galenus explicat, τὴν ἄκραν ἑσπέραν, τοῦτ' ἐστι πρώτην καὶ ἀρχομένην. Mox afferuntur exempla hæc eorum animalium, quæ fel habent intestinis coniunctum, vel etiam cohærens, ὡς ἔλλοψ καὶ συναγρὶς καὶ σμύραινα, καὶ ξιφίας καὶ χελιδών. omisit primum & postremum verbum, quæ in Aristotelis catalogo, βάτραχος & σπαθός. Talia multa obseruabit, qui verba auctoris nostri, cum autographo vnde sunt descripta, non negligenter contulerit.

CAPVT XIII.

Locus Aristotelis de propriis cuique elemento animalibus. defenditur philosophus aduersus quorundam criminationē super genitis in igne animalibus. Philonis locus insignis. mundum plenū esse animarum. Epicuri in Aristotelem calumnia. Φορμὸς, σπυρὶς, cesticillus, arculus.

CONSTANT sibi antiqua omnia exemplaria in asserenda falsa scriptura, in istis ex Aristotele petitis verbis: τῶν δ' ἰχθύων τὰ μὲν εἶναι χερσαῖα, τὰ δὲ ἔνυδρα, τὰ δὲ πυριγενῆ. terrestres quidem pisces interpretari licet fossiles, quos Aristoteles & Theophrastus ὀρυκτοὺς, Plinius semper *terrenos* appellat. sed quinam sunt pisces πυριγενεῖς, in igne geniti? Omnino scribendum est cum eruditis viris, τῶν δὲ ζώων. vt non piscium, sed omnium in vniuersum animalium hæc distributio esse intelligatur. Philosophorum placitum est, omnia elementa, sui generis animantia producere, alere, & fouere. Aristoteles in 3. de generatione animalium, terræ tribuit plantas: (nam & hæ sunt τῶν ζώων:) aquæ τὰ ἔνυδρα: quæ impropriè vno piscium

piſcium nomine complectimur: aëri τὰ πεζά. qua appellatione comprehenduntur omnia quæcunque ſuper terram mouentur. De igne ait ibi philoſophus, eſſe quærendum alio loco. Eſt ignis duplex, elementaris, & hic noſter. vtrumque habere ſua animantia placet philoſophis de igne noſtro probatur Hiſtoriarum libro quinto: vbi philoſophus naturam enarrat quorundam animalculorum quæ in niue, & in igne generantur in Cypri inſulæ fornacibus ærariis: eadem quoque Strabo commemorat libro vndecimo. Diogenes Laërtius libro nono, τῶν ζώων τὰ μὲν χωρὶς μίξεως γίνεται, ὡς τὰ πυρίβια, καὶ ὁ Ἀράβιος φοῖνιξ, καὶ σκώληξ. Cicero de natura Deorum lib. 2. *cùm igitur aliorum animantium ortus in terra ſit, aliorum in aqua, in aëre aliorum, abſurdum eſſe Ariſtoteli videtur, in ea parte quæ ſit ad gignenda animalia aptiſſima, animal gigni nullum putare.* Et lib. 1. dixerat idem, *Beſtiarum terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites in vtraque ſede viuentes: ſunt quædam etiam quæ igne naſci putentur, appareántque in ardentibus fornacibus ſæpe volitantes.* In nono autem Hiſtoriarum ait Ariſtoteles, auctores quoſdam eſſe chloriorem auem ἐκ πυρκαϊᾶς γίνεσθαι: *naſci ex incendio*, quod ille tamen fabulam meram cenſet. Quin pronuntiat idem in vniuerſum de hoc noſtro igne, nullum omnino generari ab eo animal: πῦρ, ait, οὐδὲν γεννᾷ ζῷον. οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον πυρουμένοις, οὔτ᾽ ἐν ὑγροῖς οὔτ᾽ ἐν ξηροῖς οὐδέν. Accuſant magni viri inconſtantiæ Ariſtotelem, qui in Hiſtoriis naſcentia in igne animalia narrans, in ſecundo de generatione (inde ſunt quæ modò deſcripſimus) neget fieri id poſſe. ipſi potiùs accuſandi, qui non intelligunt aliud eſſe πῦρ γεννᾷν, aliud γίνεσθαι ἐν πυρί. neque vnquam dixit philoſophus, *ignem generare eos vermes qui in fornacibus Cypri reperiuntur: ſed generari eos in igne.* Præterea etiamſi ob certã cauſam & propriam quandam naturam ſuam, ignis illarum fornacum animalia produceret ac generaret: non ſequeretur tamen, igni per ſe & omni conuenire, vt vim habeat τοῦ γεννᾷν ζῷα, quod in ſecundo de Generatione philoſophus negabat. Quare falluntur, qui ipſum ſibi contraria dicere & ſentire ſcribunt. At Seneca Ariſtoteli planè contradicit. *Ignis*, ait ille, quinto Naturalium quæſtionum, *qui omnia conſumit, quædam etiam creat: & quod videri non poteſt ſimile veri, ſed tamen verum eſt, animalia igne generantur.* De igne elementari accipio philoſophi verba, in libro de ſpiratione, τὰ μὲν τῶν ζώων ἐκ γῆς πλεῖστον συνέστηκε, τὰ δ᾽ ἐξ ὕδατος, τὰ δ᾽ ἐξ ἀέρος, τὰ δ᾽ ἐκ πυρός. ἕκαστα δ᾽ ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις ἔχει τὴν τάξιν αὐτῶν. quæ ait ex igne ζῷα naſci, dæmones ſunt, quibus eas ſedes veteres philoſophi aſſignarunt. Porph. l. 3. de Abſtinentia ab eſu animatorum. οὐ κακῶς δέ τινες κἀκ τῶν τόπων πεπείρανται πολλὰ δικτύων μᾶλλον ἡμῶν ἐμφρονέστερα. ὡς γὰρ τὰ κατὰ τὸν αἰθέρα οἰκοῦντά ἐστι λογικά, οὕτω φασὶ τὰ μετ᾽ ἐκεῖνον ἄχρις τοῦ πλησιάζοντος οἰκοῦντα, ὅσα ἐστὶ τὰ ἐν ἀέρι. εἶτα τὰ ἔνυδρα διαφέρειν. εἶθ᾽ οὕτως τὰ ἐπίγεια, ὧν τὴν ὑπο-στάθμην εἰκάσθην. Philo tamen Iudæus dæmonas in aere collocat, in libro de Gigantibus: οὓς ἄλλοι φιλόσοφοι δαίμονας, ἀγγέλους Μωσῆς εἴωθεν ὀνομάζειν. ψυχαὶ δ᾽ εἰσὶ κατὰ τὸν ἀέρα πετόμεναι. καὶ μηδεὶς ὑπολαβέτω μῦθον εἶναι τὸ εἰρημένον. ἀνάγκη γὰρ ὅλον δι᾽ ὅλων τὸν κόσμον ἐψυχῶσθαι, τῶν πρώτων καὶ στοιχειωδῶν μερῶν ἑκάστου τὰ οἰκεῖα καὶ πρόσφορα ζῷα περιέχοντος, γῆς μὲν τὰ χερσαῖα, θαλάττης δὲ καὶ ποταμῶν τὰ ἔνυδρα, πυρὸς δὲ τὰ πυρίγονα. λόγος δὲ ἔχει ταῦτα κατὰ Μακεδονίαν μάλιστα γίνεσθαι. οὐρανοῦ δὲ τοὺς ἀστέρας. ἔστιν οὖν ἀναγκαῖον καὶ τὸν ἀέρα ζώων πεπληρῶσθαι. deſcripſi pluribus hunc τοῦ ἰουδαΐζοντος Platonis locum, quia viſus mihi inſignis: vel propter alia animalia ignea, quæ naſci ait ſolere in Macedonia, [de quibus etiam in libro περὶ φυτουργίας, ſic meminit: τὰ ζῷα τοῖς τοῦ παντὸς ὁλοσχερεστάτοις προσῆγεν μέρεσι, γῇ μὲν τὰ χερσαῖα, πλωτὰ δὲ ὕδατι, τὰ δὲ πτηνὰ ἀέρι, καὶ τὰ πυρίγονα πυρί, ὧν τὴν γένεσιν ἀριδηλοτέραν κατὰ Μακεδονίαν λόγος ἔχει προσφαίνεσθαι.] Quod ſcribit mundum in omnibus ſuis partibus animas habere, conſentit Philoſophus, qui in tertio de generatione animalium ſcriptum reliquit, τρόπον τινὰ πάντα ψυχῆς εἶναι πλήρη. [Seruius ex veterum philoſophorum placitis, ſcribit ad 3. Æneid. *Manibus*, animas intellige: *plena ſunt loca inter lunarẽ & terrenum circulũ, vnde & deſluũt.*] Cùm iſta mox leges περὶ ὧν ἐλήρησεν ὁ φορμοφόρος Πρωταγόρας, ſcias veriſſimè dictum, *Homine imperito nihil quicquam iniuſtius.* At illud Ἐπίκουρον τὸν φιλαληθέστατον: rectè: modo accipias dictum εἰρωνικῶς. Alibi ſatis iſta ſceleratorum hominum commenta confutauimus. Addit, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τὴν θεωρουμένην ἐξῆλθε. Auctor Epitome cùm hæc, vt videtur, non intelligeret magis quàm nos, ita ſententiam concepit καὶ κατὰ μικρὸν ἡμῖν ὡς ἦν. nobis tam beatis eſſe non licet: qui auctori huic non ſententias tantùm ſuas, verùm & verba etiã ſua reſtituere laboramus. Videamus igitur an aliquis ſit coniecturis locus. Fortaſſe enim ſcripſit Athenæus, aut Epicurus potiùs, εἰς τὴν οἰκουμένην ἐξῆλθε. *prodiit è tenebris prioris vitæ in hanc celebritatem nominis, quam per orbem totũ obtinet.* Epicurum neque optimè, neque elegantiſſimè locutum eſſe, norunt eruditi, vel ex Cleomede mathematico. Poſſumus etiam ſcribere εἰς τὴν θεωρίαν τοῦ ὄντος ἐξῆλθε. ſimile mox de Protagora, ἀφ᾽ ὧν ἐπὶ τὸ σοφιστεύειν ὁρμῆσαι. Sed de hoc ſophiſta præcedunt iſta ex Epicuro, Πρωταγόραν φησὶ τὸν σοφιστὴν ἐκ φορμοφόρου καὶ ξυλοφόρου πρῶτον γενέσθαι γραφέα Δημοκρίτου. Non primus Dalecampius falſus iudicij eſt in voce φορμοφόρος, quàm in φορτοφόρος voluit mutari: repugnant libri, non Athenæi ſolùm, ſed & Diogenis Laërtij in Protagora & in Epicuro: repugnat auctoritas certa Gloſſographorum Græcorum, quibus nihil poteſt opponi, ſed non omnes vident, vnde appellentur baiuli, φορμοφόροι. ſic autem dicuntur à puluillis, quos ſuper capite aut humeris ſubſternunt oneribus. φορμὸς, inter alia & ſtraguli genus ſignificat, vt alibi probamus, quia ſubſternuntur hi puluilli: propterea φορμοὶ Græcè dicti.

Laërtius

Laërtius τύλην, quaſi dicas *culcitam*, appellat in Protagora: quem facit eius inuentorem. à forma alij vocant σπεῖραν, vt Apollodorus de Diis lib. 2 quia rotundi ſunt: imò verò σπεῖρα propriè dicitur pannus in ſpiram tortus, quo hodiéque ancillæ noſtræ loco puluilli vtuntur. ſimiliter Latini à ſimilitudine ceſtuum & formâ rotundâ *ſeſtitillum*, & *arculum* vocarunt. Vbi legimus, τἀγαθὸν Πλάτωνα πανταχοῦ. ante hæc verba deeſſe aliquid Dalecampio facilè aſſentior, & id notâ aliquâ indicari in hac editione volebam. Tres ſecarios qui ſequuntur ita lego,

----Τἀγαθὸν τὸ καλὸν Πλάτωνα πανταχοῦ
ὅπου περιῇ, φὴς ἀγαθὸν εἶναι ῥᾳ μανθάνεις.
Τὸ δ' ἡδὺ πάντως, ἡδὺ πάντως κἀνθάδε.

CAPVT XIV.

Metagenis Mammacythus *vel* Aure. ἰαμβεῖον. *Platonis* Mammacythus. τὰ προσφερόμενα *&* προσάρματα. αἱ σφύραιναι τροφιμώτεραι τῶν γόγγρων. ἀβλεννὴς *&* ἀβλεμὴς. πάλυψ. *pelamys & cobium.* chelidonias *piſcis.* χελιδὼν. coſtæ *piſces.* κόμμαρος. Xanthias *piſcis.* ἐπίφυσις τοῦ δέρματος. ἡδονὴ, *acetum.* κυματοπλὴξ. πυρῶντες *piſces &* ἔμπυροι. ῥοῦς *aquarum.* οὐ συνεῖδά μοι. ἐκφέρεσθαι πότε. διαλαμβάνειν. *Tragicorum & comicorum* πραγματεῖαι *plurium fabularum. Antiphanis* Ruſtici, *&* Ruſticus.

ΕΠΕΙΠΩΝ τὸ ἐκ Μαμμακύθου, ἢ Αὐρῶν Μεταγένους ἰαμβεῖον. Ex libro 13. emendat interpres, τὸ ἐξ Μαμμακύθου Ἀρισταγόρου, ἢ Α. penè illi eram aſſenſus, cùm vulſit aurem Suidas, qui auctor eſt Metagenem quoque *Mammacythum* fabulam edidiſſe: quare emendatione Dalecampij opus non habemus. Imò verò falli interpretes putamus nos, in illius loci interpretatione, vnde hunc emendare conatus eſt vir doctus. quâ de re ad illum locum dicimus. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ. Sed vbi eſt ille quem Athenæus ait, verſus iambicus? ſequentia enim verba in iambicorum legem nunquam coëgeris. libro antem 13. poſt ſimilem auctorum iſtorum laudationem, ſubiiciuntur verſus hexametri. neque obſcurum eſt eius generis eſſe quæ ſequuntur. nam vocula δὴ, nî fallor, excidit, cùm ſcripſiſſet auctor,

---- αὐτὰρ ἐπειδὰν
Δειπνῶμεν τοῦ, δὴ τότε πλεῖστα λαλοῦμεν ἅπαντες.

quid igitur ἰαμβεῖον hîc Athen. appellet, ampliùs quæramus. In Excerptis hoc loco offēdimus, vetus hoc prouerbium eſſe. *In conuiuio plurimū omnes loquimur.* Mammacythus nomen eſt hominis ſtultitiæ notæ. ideò poëtæ comici, ſtultitiam quorumdam pro fabulæ argumento ſumentes, *Mammacythus* illis nomen indiderunt. de Ariſtagora teſtatur Athenæus: ſi tamen ille locus ſic accipi debet. de Platone Heſychius, cuius verba ſunt: Μαμμάκυθος μωρός· ἔστι καὶ δὲ δρᾶμα πεποιημένον Πλάτωνι. ſcholiaſtes Ariſtophanis, ad iſta è Ranis κεχηνότες μαμμάκυθοι. ita ſcribit. Ἀρίσταρχος μέν φησιν ἀνομάτοποιηκέναι· πῶς οὖν, Δημήτριος φησίν, εἰ μὴ συνήθης αὐτοῖς τὸ ὄνομα; ὅπου καὶ δρᾶμα ὅλον οὕτως ἐπιγέγραπται Μαμμάκυθοι· ὃ ἴσως εἶναι Πλάτωνος λέγουσι. de Metagene iam diximus.

Περὶ τῶν προσφερομένων τοῖς νοσοῦσι, καὶ τοῖς ὑγ. τὰ προσφερόμενα, ex vſu Græcè loquentium, ſunt *cibi quibus veſcimur.* Hippocrati προσάρματα, vt dictum alibi προσφορὰ *eſus.* προσφέρεσθαι *edere.* quare interpres non rectè, *De his quæ efferuntur.* ſaltem adderet, *in cibum.* quanquam id quoque non probo. αἱ δὲ σφύραιναι τῶν γόγγρων εἰσὶ τροφιμώτεραι. ſuperiore libro ex Hiſecio idem auctor adnotauit in elemento Σ. Falli doctos qui cenſuerunt corruptum cum eſſe locum, ſatis ibi probauimus. Quare ſi ex eodem Hiceſio ſumit. quæ nunc ſcribit hîc, non dubito rectè legi σφύραιναι. nam ſphyrænam magis quàm congros alere, ſententia Hiceſij fuit vera an falſa. Sed quia paulò antè medicos nominans, vnde hæc ſine dubio ſunt deſcripta, Hiceſium prætermiſerit, ferri poteſt emendatio quam in codice Palatinæ bibliothecæ inuenimus, vbi τῷ φ. in hac voce erat ſuperſcriptum τὸ μ. vt fieret σμύραιναι· quod doctiſſimo Rondeletio videbatur. Mox pro ..... οὐκ ἄπεπτος, τούτων. lego cum interprete, ex doctiſſimi Rondeletij emendatione, ὁ μὲν οὖν ἑφθὸς δύσπεπτος τούτων. teſtor tamen non aliter M S S. habere. Sed quod in his, κοινῶς δὲ πᾶσα αἵματος ἐκκριτική: tollit vocem αἵματος Dalec. & negationem addit, non video quâ ratione fultus ita cenſuerit. Repugnant omnes libri: & confirmat vulgatam, quod paulo pòſt de ſepia dicitur ſimiliter, eam eſſe κινητικὴν τῆς δι' αἱμορροΐδων ἐκκρίσεως.

καλεῖται γε καὶ ἀβλεννής. Epit. ἀβλενής: Rondeletij etymon poſtulat duo νν. à βλέννα. ſi legeretur ἀβλεμής, ferè eadem ratio eſſet huius appellationis, quæ apuarum: nam ἀφύαι, dictæ quaſi ἀφυεῖς, idem ſignificat ἀβλεμής, infirmus, ἀσθενής.

γλαυκίσκοι, κεφαλοι, κεστρεῖς. Lego cum Rondeletio λευκίσκοι. adi ad ſuperiorem librum, qua parte de mugilibus agitur. ὁ δὲ πάλυψ συνεργεῖ μέν. Mirari licet, cur vocem hanc alîus dialecti ſine cauſa vſurpauerit. ita autem & M S S. habent, & Euſtathius legiſſe videtur. Extat ſanè & apud Pollucem, ſed alio ſenſu, libro quarto, capite quo medicinæ vocabula explicat, πάλυψ, ait, σὰρξ ῥινὶ ἐπιφυομένη. τεταχυθεῖσα δὲ καλλιβίῳ ὁμοίως δεῖ. Epit. ſimpliciter, ταριχευθεῖσα δεῖ. Rondeletio viſum, κυβίῳ ὁμοίως. Non ſemel in hoc opere legas. pelamydem ἀναλογεῖν τῷ κυβίῳ. quibus verbis ſeparantur pelamys & cybium: licèt ſcribat Plinius, cybium eſſe pelamydem. Sed accipi variè dictionem cybion, modò pro ſui generis piſce: modò pro parte piſcis ſale indurati, obſeruatum eruditis. Interpretis quidem coniecturam, reſcribentis, ταριχευθεῖσα δὲ κύβιον δὲ κοίλιον καὶ λεπτόκολον, vt longiuſcule ab edita lectione recedentem non probo. Minùs illud: quòd Rondeletij ſecutus iudicium, iſta omnia cenſuit inducenda, ἀναλογεῖν μέν τι ὁ

χελιδο

χελιδονίας τῇ πηλαμίδι, σκληρότερός ἐστι, nam qui existimant Græcis nullum *Chelidoniam* piscem fuisse cognitum, falluntur: cùm etiam Hesych. mentionem eius fecerit. Ergo non temerè antiqua exemplaria spernamus: quæ etiam cum editis mox consentiunt omnia in istis: ὁ δὲ χελιδὼν ὁ τοῦ πολύποδος ἐοικὼς, ἔχει τὸ ἀφ᾽ αὐτῆς ὑγρὸν, δίχροιαν ποιεῖ, καὶ κινεῖ αἷμα: non vt quibusdam placuit, ὁ τοῦ πομπίλου ἐοικὼς. neque vt alij, ὁ ἐλεδώνη ὁ τοῦ πολ.δος. neque etiam vt nobis aliquando venerat in mentem, καὶ καινὸν αἷμα. *Costas* alibi legi negant docti, quàm in subiectis dipnosophistæ verbis, οἱ δὲ κοσταὶ λεγόμενοι, ταριχευθέντες εἰσὶ μέσοι. Nos videmur etiam alibi tenebrionem hunc deprehēdisse latitantem. Scribitur enim in doctissimi Hesychij Glossis, κοσίας, κωλίας, κόμαρος. quæ sic interpretamur: nomine κώσας siue κοσίας piscem significari coliæ similem, aut ex sententia aliorum gammaracei generis esse lego, κολίας ἢ κάμμαρος quanquam inuenias & κόμαρος siue κάμμαρος, pro eodem. *Xanthiam* verò, de quo sequitur ξανθίας δὲ ἐπὶ ποσὸν βρομώδης ἐστὶν, aut βρωμώδης, ne nos quidem vsquam alibi inuenimus, doctis placebat ξιφίας: sed constant sibi omnia exemplaria, & Epitoma. Scio *Xandarum* nominari antiquis inter Atlantici maris cetos, facie bouis: sed de eo non sentit dipnorhetor. ἐπίφυσιν τοῦ δέρματος eleganter nominat auctor, corium quod cæteris omnibus supercrescit, τὰ δὲ καλούμενα δαρτὰ, inquit, τὸ μὲν ὅλον ἐστὶν ὅσα τραχεῖαν ἔχει τὴν ἐπίφυσιν τοῦ δέρματος. sed non negligendum quod inuenimus in Excerptis, τὴν ἐπίχυσιν τοῦ δέρματος. Græci ἐπίχυσιν appellant τὴν κονίασιν, *parietū dealbationem*. hîc simpliciter pro superficie. Cur dicantur τὰ πετραῖα esse εὔογκα, iam exposui eius libro tertio, capite quinto. ἡδύολιν veteres vocabant acetum: neque aliter interpretamur sequentia verba, τὰ δὲ πετραῖα καὶ τῇ ἡδυόλῃ ἁπλῶς ἐνδιαθέντα. de quibus libro secundo, capite vigesimo sexto. Scribe mox. ἐν δὲ πελάγει μεγάλῳ, καὶ κόλποις θαλάττης. non autem πελάγη. &, σκληροὶ καὶ λεπτοὶ καὶ κυματοπλῆγες εἰσὶν οἱ πλείους. sic in Excerptis, non κυματοπληγεῖς. κυματοπλὴξ, vt οἰνοπλὴξ, ἐκπλὴξ, & apud Archestratum, νεοθὴξ μάχαιρα. Lege cum Excerptis πρὸς δὲ, εὔπεπτοι καὶ πολλοῦ εὐχυλοί εἰσι. elegantius quàm vt editum est. & statim supple ex iisdem, καὶ πρὸς ὑδερικοὺς, καὶ πρὸς δυσπεψίαν, καὶ πρὸς τὴν τροφὴν τοῦ σώματος. Non assequor mentem auctoris, cùm de fluuiatilibus piscibus scribit, τῶν ποταμίων βελτίους εἰσὶν οἱ ἐν τοῖς ὀξυβάτοις τῶν ποταμῶν ὄντες, οἷτε πυρῦντες. Fallor aut scribendum, οἷτε ἐπὶ ῥοῦν ἰόντες. sed non fallor profectò, neque aliter legendum. ῥοῦς in flumine est, quà maximè vergit aquarum impetus, ea pars rapidissima. ibi igitur optimi pisces: quemadmodum docere auctor hic voluit, & toties apud Galenum, aliósque medicos legere licet. Poteramus *pyruntas* pisces interpretari empyros, de quibus vltimo capite dicturi sumus: sed id non probatur nobis. Habentur deinceps versus Antiphanis, quos ita nobis exhibent edita exemplaria simul & manu exarata.

Ἐγὼ περὶ τὴν ὀψωνίαν μὲν οὐ πάνυ τι
Ἐσπούδακ᾽ οὐδὲ νῦν συνέτεμον λίαν πάνυ,
Ὥς αὖ τις ἄλλως ἐξεταχθεῖσιν,
Ὅπως. τοῦ διαλαβεῖν κεφάλαιον Ἑλληνικῶς.

quod ex præcedentibus Athenæi verbis liquet, & parasitus ille qui apud poëtam illa loquebatur. & Cynulcus qui nunc istos versus vsurpat, nihil significare aliud volebant, nisi cupediarum & delitiarum gulæ esse se rudes. Hæc in summa horum versiculorum mens. Planissima sunt prima verba. *Ego in arte obsonandi rectè, non multum opera posui.* In magnatum familiis erant qui dicebantur *obsonatores* siue ἀγορασταί. horum fuit propria τέχνη ὀψωνητική, quæ dicebatur lib. septimo. Parasiti, vt docebamus ad Theophrastum, vbi deerant obsonatores, eas partes subire soliti. Ex quo intelligimus, cur neget hic parasitus se eius artis esse callentem. Cætera deprauata iuxtà sunt & obscura. Experiamur an hîc quoque sit aliquis nostris coniecturis locus: fortasse enim non longè abieris à vera lectione si scribas.

Ἐγὼ περὶ τὴν ὀψωνίαν μὲν οὐ πάνυ
Ἐσπούδακ. οὐδὲ νῦν σύνοιδά μοι λίαν πάνυ
Ὡς ἂν τὰς ἄλλων ἐξεταχθέντων πότε
Αὐτὸς διαλάβοιμι κραιπάλην Ἑλληνικῶς.

Ego rationes obsonandi non teneo. neque mihi nota sunt illa per quæ aliquis possit sublatis de triclinio cæteris, ipse crapulā impedire: quod plerique Græcorū faciunt. Poeticum est, οὐ σύνοιδά μοι, pro οὐ δύναμαι. Conuiuiorum Græcanicorum τὸ κεφάλαιον fuit in potatione positum. Ideò plurimùm illa expetebantur, quæ impediendæ ebrietati valere credebantur. Ideò etiam solita parari illa amethysta, & μέθης φάρμακα, de quibus libro 1. capite vltimo. Porrò temulenti proprium est, ἐκφέρεσθαι ποτὸν, siue vt scribit Tullius, de conuiuiis auferri. διαλαμβάνειν est intercipere medium, & impedire malum iam inchoatum. Aliud excogitare sanando huic loco nihil potui. Moris fuit & comicis & tragicis poetis idem argumentum in plures fabulas diuidere, quas vno communi nomine inscribebant. Sic laudatur Sophoclis Ὀρέστεια vel Ὀρεστιάς: item ἡ περὶ Ὀδύσσεια πραγματεία. Similiter Antiphanes comicus plures fabulas affines argumento docuerat, titulo Ἀγροίκων. sed præter hunc communem titulum, proprium comœdiæ singulæ habebant. Sic accipimus verba Athen. cùm ait, Ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ οὕτως εἰμὶ φίλιχθυς, ὡς ὁ παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ ἐν Βουταλίωνι: ὅπερ δρᾶμα τῶν Ἀγροίκων ἐστὶν ἑνὸς διασκευή. id est, *neque porrò ita sum piscium auidus, vt ille apud eundem Antiphanem in Butalione: quæ fabula editio altera est, & emendatio vnius è Rusticis.* De voce διασκευὴ satis disputauimus lib. 3. cap. 26. vnde licet intelligi, quantum à vera sententia absint, qui *apparatum conuiuij* ea dictione putant significari. Quemadmodum autem in philosophia idem sæpe est & generis vniuersi, & speciei vnius è pluribus nomen: sic horum Ἀγροίκων vni peculiare nomen fuit Ἄγροικος. nam subiicitur mox, ἐν δὲ τῷ

Ἀγροίκῳ

Ἀγροίκῳ. Hæc ita interpretamur, quia vulgatam lectionem nostrorum librorum in omnibus manuscriptis inuentam sollicitare religio nobis est. alioquin poteramus ex lib. 7. suspicari, non hic τ Ἀγροίκων vel legi debere: sed τ Ἀγροίκων ἐστὶ διασκευή. nam id drama, cuius posterior cura fuit Butalion, illud fuit ipsum quod Ἄγροικος dicebatur, vel Ἄγροικοι. Principium Antiphaneæ eclogæ multimodis corruptum est. Lege, & corrige.

—καὶ μὴν ἐλπίσασα γε τημερον
Ὑμᾶς ἐγώ. σὺ δ᾽ ἀγοράσῃς νῦν λαβὼν
Τοδ᾽ ἀργύριον. ἄλλως γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι
Χορηγεῖν ἀγοράζειν. φράζε δὴ φίλημμα
Ὄψων τί χαίρεις;

Sequentes versus habes & libro septimo.

CAPVT XV.

Philippus, Ephippus; & Eubulus comici. Suidæ locus. ἀγυρτεὺς ἀγείρων. Mes stipem sub alieno nomine colligendi. Coronistæ. λάχος πυρῶν. γυρὸς, manipulus. χεῖρ χόνδρος. ἀγκαλίς. *[illegible]* Chelidonistæ ἐγκυκλίων, ἐκκυκλεῖν, siue ἐγκυκλεῖν. Æliani locus emendatus insigniter.

NVMERO Græcorum comicorum Philippus & Ephippus fuerunt, mediæ comœdiæ poetæ duo. Recitantur autem illo loco versus quidam sub Philippi nomine, qui non longe post Ephippi esse dicuntur. Ac cùm illi versus promantur ex *Phi yra & Obeliaphoris*, sub quibus titulis alibi horum librorum Ephippum inuenire est laudatum: non sine caussa censeas scribendum hic, ἐκ Φαυλίζων δὲ καὶ Ἔφιππος τοὺς μικρὰς τῶν ἰχθύων ὁ φιλύρα φησί. sin hic retinemus φίλιππος, mox etiam scribendum ita fuerit non Ἔφιππος. Res sane difficilis ad affirmandum: cum libro septimo ex Eubuli *Nutricibus*, iisdem verbis quædam proferantur, atque hic ex *Obeliaphoris* Philippi. Auctor est Suidas, in Athenæi dipnosophistis laudatum inueniri Philippum Comicum in *Cedontastis*. hoc falsum est hodie: nam *Cydonem* quidem Ephippi Athenæus nominat libro septimo & 14. *Cedontastas* vero Philippi, quod sciam, nusquam. Coniicimus fortasse non vanè, Suidam legisse hic φίλιππος, non Ἔφιππος, ac quoniam *Coronistarum* fit hoc loco mentio, scripsisse per incogitantiam, Philippum in *Coronistis* siue *Coronistis* laudatum fuisse ab Athenæi dipnosophistis. Si igitur ita videatur, scribamus in Suida, φίλιππος κωμικός. τ δράματα αὐτοῦ ἐστὶ Κορωνισταί, vel Κορωνιστοῦ, ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς. Porrò non hic solum Eubuli & Ephippi nomina inuicem confusa animaduertimus. Vide libro nono capite secundo. Huius igitur siue Philippi, siue, vt puto verius, Ephippi, malè scribitur hic versus, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι τ᾽ ἀργύριον ἐστ᾽ εἰς ἀγυρμόν. neque certò scio qui illum constituam. Scribebamus tamen, οὐκ οἶδα ὅ, τι ἀργύριόν ἐστ᾽ ἀναγυρος. locus comicus haud illepidus: vt si dicas, *opes nostræ sunt inopes*. Locum ex *Obeliaphoris* ita digere,

—ἀλλ᾽ ἀγόραστον ἐντελῶς.
Ἀπαντα γὰρ ὄψον ἱκανά γ᾽ ἐστί. φράζε δὴ ποτε,
Μὴ πολυτελῶς. ἀλλὰ καθαρείως ὅτι ἄν.

vnde libro superiore, capite 27. Quintum hunc versum, καὶ καρπὸς τις ἢ λαβεῖν, εἰς δεξιόν, scribi malim, καὶ κάρυκον τι λαβεῖν, εἰς δεξιόν. [etsi non damno quod est editum.] Corruptus etiam septimus: & scribendum vel, Θηβης μὲν ἐστι γε χεῖ σε τῆς λαοῦ. vt sit proprium viri nomen Thebas; vel Θήβη, & ἐκ ἑαυτῆς. Decimum & reliquos ita scribe,

Πῶς μικρολόγος εἶ. σὺ δ᾽ ἦ γε λίαν πολυτελής
Πάντως. κεκάκηκεν ἐστὶ ποτερ᾽ ἔπεμψέ τις;
Οὐκ᾽ ἀλλ᾽ ἰφησιν ἡ γυνή, τ μοιχιεν
Τοῦ Κορίννης αἰγιλον διαπιπόμην.

In iis autem qui proferuntur e *Dyscolo* Mnesimachi, scribo sic hos duos versus, Μετρία γὰρ τῷ σαυτῷ σεαυτὸν. πῶς ἐπὶ μετρία μετρ᾽ ὦ δαιμόνιε; πῶς συντιμᾶν καὶ F. Adiecimus verba ista è MSS. ὄψον δ᾽ ἂν λέγῃς ἕτερον καλεῖ ὀψάριον. *si de alio obsonio loquaris, voca id mihi obsoniolum*. Deest mox aliquid vt plena sit sententia, cum ait, ἐπεὶ γὰρ κατὰ πόρον ἐκ θεοῦ ἐσκεμμένοις fortasse, ἐντυχεῖν τῆς προκειμένοις. id est, *quandoquidem, Deo ita volente, incidimus in recitatos modo versus*. Fuit olim veteribus in vsu mendicandi quida honestus modus: cum non sibi qui mendicabant, sed alij se stipem cogere dicerent Erant igitur qui matri Deûm, siue Pessinuntiæ Deæ, stipem cogentes, singula oppida lustrarent: alij aliud quid prætexebant. In his fuerunt *coronistæ* & *chelidonistæ*, de quibus deinceps tractant docti conuiuæ. ἴδια δὲ, ait auctor, φοινικα. τ Κολοφώνιον ἰαμβοποιὸν μιμησάμενον τινῶν ἀνδρῶν, ὡς ἀγειρόντων τῇ Κορώνῃ. quia sine causa maiuscula litera adhibita fuit initio vocis Κορώνη, putauerunt interpretes proprium id fœminæ esse nomen: tum illi nescio quas nugas ex Pausania de Coronide hoc loco effutiuerunt. Atenim κορώνη hic aliud nihil nisi cornix. Quare Eustath. hunc locum describens, vt ne locus dubitationi relinqueretur vllus, addidit τῷ ζώῳ. Cornicem videlicet circumferebant agyrtæ isti, doctam, vt videtur, conari nostra verba Huic se stipem cogere dicebant non sibi Quod autem in versibus Phœnicis dicitur cornix filia Apollinis, allusio est ad fabulam. Stipem petere, Græci dicunt ἀγείρειν. & ἀγερμὸς id mendicationis honestæ genus Primo versu petunt coronistæ dari sibi χεῖρα κριθῶν, id est *plenā volam hordei*: vel, *manipulum hordei*: non enim inepta est Dalecampij sic vertentis sententia Altero versu poscunt λάχος πυρῶν, id est, Dalec interprete, *ad subtile stratum è tritico*. Nimium vero delicati isti frugiperdæ, si non nisi super frumenti palea cubare se postulāt. Ne quid dissimulem, aliud poëtam scripsisse censeo, ac lego, ἢ λάχος πυρῶν, id est, *portionē aliquā frumenti*. Noli dubitare hanc esse veram scripturam: πυρὸς enim interpretari paleam frumenti, absurdum nimis fuerit. Auctor Epitomæ, vt

emendandi labore ſeſe liberaret, ſimpliciter ſcripſit ἢ πυρῶς. Idem ſequente verſu omiſit vocem quam non intelligebat, ἢ ἡμαίθον. Scimus nos ex Heſychio ἡμαίθον ſiue ἡμαθον, nūmi paruæ æſtimationis nomen apud quoſdam Græcorum fuiſſe. dimidio oboli quidam æſtimabant: alij duobus obolis. De hoc coroniſtæ ſentiunt: nam quare emendemus ἢ ἱμάτιον, cauſſæ non eſt. Addunt, καὶ ἅλα λήψεται χονδρον. metri lex coëgit poetam ἅλα χονδρον dicere pro ἅλας χονδρον, granum ſalis. aut dixit ἅλα χόνδρον pro χονδρίτιν: vt ταύτης δεσπότου, pro νάυκλης: γυνὴ μάζος pro γυναικεῖος, & ſimilia, de quibus ad Theocritum. Dalec. ſpretâ lege verſus, ἅλα καὶ χονδρον. pari iudicio ac verſu proximo κηρίον, fauum, mutauit in κηρον, ceram. Etiam iſta peſſimè accipiunt interpretes, ὦ παῖ θύρας ἄγκλινε. πλοῦτος ἤκουσε. O puer portam aperi. Plutus audiuit noſtram petitionem. Priore parte huius verſus petunt coroniſtę, qui ceu mendici ad beatorum fores ſuam cantilenam decantabant, vt ſibi ianua aperiatur, ἀνακλίνειν aperire eſt. Homerus — θαλάμοιο πύλας πυκινῶς ἀραρυίας Καλλιπὸν ἀγκλίνας. Fingunt deinde coroniſtæ, vota ſua iam eſſe exaudita, ac bene ſibi ominantur. Ecce, inquiunt, iam admiſerunt noſtras preces qui nos poſſunt ditare: πλοῦτος, ipſi diuites ſunt. Non poteſt negari hęc eſſe elegantiſſima. Ita ſolēt qui aliquid vehementer aut cupiunt aut metuunt fieri, factum putare. Ab eadem mente ſunt iſta in Apollinis hymno apud Callimachum,

Καὶ δή που τὰ θύρετρα καλῷ ποδὶ Φοῖβος ἀράσσει.
Οὐχ ὁράᾳς; ἐπένευσεν ὁ Δάλιος ἀδύ τι φοῖνιξ.

& in Palladis lauacris, τυρῶν ἀιω φθύγιον ὑπαξόνιον. item iſta Catulli in Epithalamio Aurunculeiæ, Virgo adeſt. Viden' vt faces Splendidas quatiunt comas? 10. verſum, Θεοὶ γένοιτο μεῖζον ἐμπλεος ἡ κόρη. ſcribe ex libris melioribus, quos Schottus conſuluit, Θεοὶ γένοιτο πάντ' ἄμεμπτος ἡ κόρη &, Καὶ μήτερ' κυρίαν εἰς τὰ γενεὰ καὶ θήη θαλος. non θαλες. Homerica dictio θαλος, pro liberis & ſobole. vt λιπόντων τιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν. Poſtremo verſui deeſt à fine aliquid. Καὶ δόντι καὶ μὴ δόντι πλεῖστα τ̃ γε. melius, τ̃ πεδίον, aut quid ſimile. Μυχὸς coroniſtis eſt locus, in quo opes & cimelia ſeruantur, τὸ θησαυροφυλάκιον. ſic enim aiunt, ἀλλ' ὦ γαθοὶ ἐπορέξατ' ὧν μυχὸς πλουτεῖ. At, ô boni, porrigite aliquid eorum quibus apotheca veſtra abundant. Homerus μυχὸν δόμου eam partem appellat, non ſimpliciter μυχὸν, vt in coroniſmate. Sed fallimur profectò: nam poëta eam vocem non prætermiſerat, verùm initio ſequentis verſus collocauerat: vnde quia abeſt hodie, relictus eſt verſus imperfectus. Ita ergo ſcribere debes,

Ἀλλ' ὦ γαθοὶ ἐπορέξατ' ὧν μυχὸς πλουτεῖ
Δόμου. Δὸς ὦναξ καὶ σὺ πολλά μοι νύμφη
Δὸς μοι Κορώνη.

Sic μυχὸς πόλεως, pro ærario vrbis & publicis opibus dixit Xenophanes: cuius extat libro decimo his verſus, Οὐ γὰρ πιαίνει ταῦτα μυχοὺς πόλεως.

Legebatur νέμος κορώνη: quod cùm interpretationem nullam admittat, fecimus δός μοι κορώνη. Sequentia ſuſpicione mendæ non carent. Quemadmodum coroniſtæ cornici, ſic hirundini, id eſt, χελιδόνι Chelidoniſtæ ſtipem cogebant. Sed non vbique Græciæ ea conſuetudo obtinuit: verùm apud Rhodios, vt videtur, aut ſolos, aut cum paucis. Diſertè enim ſcribitur, χελιδονίζειν ἡ καλεῖται παρὰ Ῥοδίοις ἀγερμός τις ἄλλος. Facto errore apud Euſtathium ſcripſerunt librarij, παρὰ Ῥωμαίοις. In chelidoniſmate quod ex Theognide affertur, obſcura ſunt iſta, παλάθαν σὺ πρoκυκλεῖς ἐκ πίονος οἴκου, οἴνου τε δέπαστρον. Euſtathius breuiter expreſſit & ἐν συνόψει, vt ait: ὁ παλάθαν ζητοῦμεν, οἴνου τε δέπαστρον. Legendum προκυκλεῖν, vel προκυκλεῖς. eſt autem προκυκλεῖν, in medium proferre: ſic etiā ἐκκυκλεῖν ſolet accipi. Trāſlatio ducta eſt à theatrorum pegmatis, in quibus verſatione machinæ res oculis ſpectatorum vel admouebantur, vel amouebantur. Clemens Alexandrinus in Protreptico. καὶ αὐτοὺς γε τοὺς καλουμένους ὑμῶν θεοὺς, ὧν αἱ τελεταὶ μυστικαὶ, οἷον ἐπὶ σκηνῆς τοῦ βίου, τοῖς τ̃ ἀληθείας ἐκκυκλήσω θεαταῖς. rurſus ibidem, γυμνῇ τῇ κεφαλῇ ἐκκυκλεῖ τῷ θεάτρῳ τοὺς θεούς. Epiphanius in Ancyroto, Chriſtianæ pietatis doctores vocat τοὺς τ̃ ἀληθείας ἐκκυκλητάς quāquam editiones vulgatæ ſcribunt ἐγκυκλητάς. vt in vtroque loco Clementis ἐγκυκλεῖν pro ἐκκυκλεῖν. Eadem vox apud ſuauiſſimum ſcriptorem Ælianum: ſed olim: nam hodie gloſſema locum occupat genuinæ vocis. Ποικίλης lib. 2. capit. 11. Docet ibi Socrates, non eſſe cauſſæ cur tenuis conditionis homo principibus viris inuideat, ſi attendamus, quales exitus faciant apud tragicos, Atrei, Thyeſtæ, Agamemnones & Ægiſthi. οὗτοι μὲν γὰρ, inquit, ἀποσφαττόμενοι καὶ ἐκτραγῳδούμενοι, καὶ πονηρὰ δεῖπνα δειπνοῦντες, καὶ ἐσθίοντες ἑκάστοτε ἐκκαλύπτονται. Lege ἐκκυκλοῦνται. Sunt multa in eo ſcriptore ab imperitis librariis mutata: & deprauata. ſæpe quidem admodum ridiculè. Velut quod ſequitur, οὐδεὶς δὲ οὕτως ἐγένετο τολμηρός, οὐδὲ ἀναίσχυντος τραγῳδίας ποιητής, ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενον χοῖρον. Quid audio? regibus & principibus viris ex aduerſo ponuntur porci? poſthac igitur corrigamus cenſeo vetus dictum, aut rex aut fatuus, & dicamus aut rex aut porcus. Sed miſſo ioco, corruptum affirmamus hūc eſſe locū, ab iis qui antiqui libri compendium non aſſequebantur. Scribendum, ὥστε εἰσαγαγεῖν εἰς δρᾶμα ἀποσφαττόμενον χειρώνακτα. regibus opponit τοὺς χειρώνακτας, eos qui manuum operâ aut labore victum quæritāt. Sæpè inculcāt nobis Seneca & ſapientes alij, non fieri tragœdiam niſi de rege aut magnate: de paupere quidem nunquam. Hoc ipſum & Socrates voluit. Poterâmus aliter emendare corruptam lectionem in eandem ſentētiam: ſed nemo qui manuſcriptorum exemplarium vſum aliquem habuerit, dubitabit de ſuperiore emendatione. Verùm hæc obiter. Scripſimus ex Epitoma, Euſtathio & MSS. ἁ χελιδὼν καὶ λεκιθίτας οὐκ ἀπωθεῖται. chelidon ne lecithitā

quidem

quidē placentam respuit. λεκιθίτης πλακοῦς, ab ouorum vitellis immixtis dictus: de hoc suo loco. Venusta & Attica ellipsis est in proximo versu, Εἰ μέν τι δώσεις. εἰ δὲ μὴ οὐκ ἐάσομεν. Nam post illa, εἰ μέν τι δώσεις: *si quid dederis:* supplendum, vt sit plena sententia, & læti gratias agentes abibimus: de ista figura satis dictum lib. 5. c. 2. Simillimè Homerus in cantico ærufcantium in Samo insula.

Εἰ μέν τι δώσεις. εἰ δὲ μὴ, οὐχ ἑστήξομεν.
Οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ᾽ ἤλθομεν.

CAPVT XVI.

Adrianus Imp. μουσικώτατος. ὑληία. Subura. Sophronis Νυμφοπόνος. Eranus, συνάγειν. θιασοι. quasi σιασοι. Σεῖος, vox Laconum. ἀλλαχῆ vnde λαγὼν, κενεών. ὀχή. ἀνέχειν, & εὖ διατίθεσθαι ἑαυτόν. ἵλεως & ἱλαρός.

Οἱ περὶ Φάλανθον ἐν τῇ Ἰαλύσῳ πόλιν ἔχοντες. Ialysus in Rhodo insula vrbs est: in vrbe autem vrbs haberi non potest. Sed medentur docti, πρὸς τῇ Ἰαλύσῳ. rectè. ni seruare malis antiquam lectionem, & interpretari, *in ea parte insula vbi nunc est Ialysus.* Pro τὴν Ἀχαΐαν καλουμένην: Excerpta Ἀχαΐδα. In Stephani de Vrbibus scriptum est, multos fuisse olim locos, qui Ἀχαΐαι appellarentur. Eorum vnus iste est. ἐάσειν ἐξάγειν ὅ, τι κατὰ γαστρὸς αἴρονται. Hanc conditionem fœderi adscribi fuerat Iphiclus, existimans hoc velle Phalanthum, vt sibi & suis liceret edere prius quàm exirent quantum vellent, & si possent, quicquid alimentorum erat reliquum absumere. De fonte Hypelæo lege Strabonem initio lib. 14. In mirabili historia de pisce, qui è prunis exiliens cum viuo carbone syluam incendit, scribe, καὶ ἀφθῆναι ὑπ᾽ αὐτοῦ λόχμην. Deinde scribe, ἔτεσι καὶ οἰκήσαντες, τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ κτίζουσι Τραχῖνα. Imperatorem Adrianum appellat auctor μουσικώτατον. interpretes, *humanissimum.* meliùs dixissent *literarum amantissimum*, vel *doctissimum.* Vtrumque significat Græca vox: vtrumque Adriano scimus conuenire. Vlpianus Cynulcum vituperans, quòd voce βαλλισμὸς esset vsus, σὺ δὲ ἡμῖν, ait ἐκ γῆς Συβύρας ὄνομα πεπαιδευμένος, Ἀπαλλάσσεις τοῦ οἴνου ἐπιχεῖς ὕδωρ. Græcè docti non agnoscent pro vocabulo Græco τὴν συβύρα. Interpretes qui vertunt *è terra subulca*, quam scripturam aut coniecturam sint secuti nescio: nam si volumus id Græcè dicere, quod illi in animo habuerunt, ἐκ τῆς ὑηνίας erit dicendum. ὑηνία est vrbs porcorum vel hara: atque eâ dictione etiam τὴν ἀμαθίαν (vt docemur è veteribus) significarunt. [Simile apud Plutarchum, cōtra Epicurum, τὴν ψυχὴν ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς καταβυθῶντα. Hic verò legendum est, ἐκ τῆς Συβύρας. quemadmodum apud Eustathium inuenimus nos: & ita etiam emendat in ἀνεκδότοις elegantissimi vir ingenij, & eruditissimus Muretus. Subura vicus Romanus, infamiâ solâ nobilis, ex Horatio, Martiale, aliis. Ait igitur Vlpianus, id verbum canibus Suburanis potiùs conuenire quàm viro erudito. Sequens versus Aristij poëtæ est: pronuntiatus à Polyphemo in fabula *Cyclope*, Scribe statim, ἀποδώξω σοι τὸ ὄνομα ᾧ ἀλλιτμᾶς, vel ἐπεὶ ἐπιτιμᾶς. Locus Epicharmi è *Thearis* siue *Theoris* (nā vtroq; modo scribitur) vbi meminit βαλλισμοῦ, sic scribitur in editis scriptisque libris λέβητες χάλκεοι κρατῆρες. ὁ δὲ λοιπὸς † γάμων ὑπαυλοῖς & λωτὶ βαλλίζοντες ὅσον χρῆμα ἦν. Sunt ista corruptissima. Possumus probabiliter recoquere, & facere vt sit aliqua sententia: λέβητες χάλκεοι, κρατῆρές τε. οἱ δὲ λοιποὶ γὰρ μαὶ ὑπὸ δαΐδας καὶ λωτῷ βαλλίζοντες ὅσον χρῆμα ἦς. *lebetes anei, crateraque: cateri autem praelucentibus facibus, & pracinente tibiâ saltantes, quàm erat res mira.* sententia non est plena: pendet enim ex superioribus. Protulinus autem hanc ex coniectura lectionem, non quòd affirmemus ita scripsisse Epicharmum: sed vt ostendamus, propiùs ad veram lectionem accedi posse, quam factum esset ab interpretibus, quorum absurdas sententias nemo sanus admiserit. Addit, Σώφρων δ᾽ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Νυμφοπόνῳ φησί. νυμφοπόνος est ancilla ornatrix, vel alia mulier cui cura ornandæ sponsæ. Pollux. lib. 10. ἐν Νυμφοπόνῳ Σώφρονος εἴρηται παλάθη αὐτοποίητος. Non solùm autem eo loco quem Athenæus affert, βαλλισμοῦ meminerat Sophrō: sed & aliis. Demetrius Phalareus, vel quicunque est auctor libelli de Interpretatione, loquens de venustate quæ orationi conciliatur ex similium cōparatione: Σώφρων, ait, καὶ αὐτὸς ἐπὶ τοῦ ὁμοίου εἴδους φησί. Θᾶσαι, ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες τὼς ἄνδρας βαλλίζοντι. οἷόν περ φασὶ φίλαι τὼς Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ πάλῳ. Pro ἀναπεμπασάμενος, in Excerptis ἀναπεμπασμένος. cui similia alibi notauimus. Epicharméa quæ sequuntur: τὰ πρὸ τοῦ. δύο ἄνδρες ἔλεγον εἷς ἐγὼν ἀποχρέω, exposuimus lib. 7. cap. 16. Quod genus conuiuij *eranus* fuerit, his verbis declaratur, ἐρανοὶ εἰσιν αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαί. Putabam συναγωγαὶ scribendum esse: ab ea videlicet verbi συνάγω significatione, quâ sumitur pro *vnà esse & epulari.* vel auctore Athen. extremo hoc lib. & ita συνάγειν ἀπὸ συμβολῶν, libro superiore exponebamus. συναγώγιμα δεῖπνα leges aliquanto pòst. Sed aliter omnes MSS. & Eustath. qui descriptis verbis hisce obseruat, ὅρα καὶ τὸ ὅτι αἱ ἀπὸ τῶν συμβαλλομένων εἰσαγωγαὶ ὅσης ἐστὶ περίφρασις τοῦ, αἱ συμβολαὶ αἱ συμποσιακαὶ δηλαδή. Ex hac interpretatione nihil aut parū erit discriminis inter eranum & conuiuium è symbolis. Eranum verò dictum scribit, ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ συμφέρειν ἕκαστον. *ab eo quod mutuò ament, & conferant singuli.* Ita exponimus. τὸ συνερᾶν: cuius loco est apud Eustathium συνεράζειν. Sed τὸ συνερᾶν possumus aliter interpretari: ita vt posterior vox sit prioris interpretatio. Nam vt ἐξερᾶν, frequens apud oratores verbum, significat *eiicere*: sic συνερᾶν potest verti *conijcere, conferre.* verùm hoc fortasse subtilius. Vocis θίασος veriloquium ita explicatur, Τοὺς μὲν οὖν θιάσους ἀπὸ τοῦ θεοῦ πρ-

στηγόρευον. καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς σιοὺς φασι. quorsum pertineat illud γὰρ, nemo intelligat, nisi post verbum προσηγόρευον aut addas, aut ἔξωθεν suppleas εἶον σιάσους. nam mens ea est: θιάσους quasi σιάσους esse dictos, quia, inquit, deos vocant Lacones σιούς. Ideò scribunt antiqui, σίασος, καὶ τροπῇ θίασος. καθὰ καὶ ὁ βρυχησμὸς ὡς μυκησμός. καὶ τροπῇ ὁμοίᾳ βρυχηθμός. Quod autem σιὸς dicerent Spartani pro θεὸς, multi veterum testantur: inde etiam σεῖος apud eosdem pro θεῖος, *diuinus*. Plato in Menone, καὶ οἱ Λάκωνες ὅταν τινὰ ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα. Σεῖος ἀνὴρ, φασὶν, οὗτος. minus rectè eduntvulgò apud Platonem, θεῖος. præter grammaticorum testimonia, scribit philosophus in Nicomachëis lib. 7. οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν, ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, σεῖος ἀνὴρ, φασίν. At vetustior Spartiatarum lingua dicebat σιὸρ & σεῖορ. Hesychius, σιὸρ, θεὸς, Λάκωνες. De vocabulo εἰλαπίνη, scribitur deinceps inter cætera, τὰς δὲ πιαρωτάτας εὐωχίας Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης εἰλαπίνας ἀπὸ τοῦ λελαπάχθαι. & hîc aliquid ἔξωθεν supplendũ reliquit. nam εἰλαπίνη non fit à λελαπάχθαι. esset enim λελαπίνη: sed ab Attica formatione eius vocis. Nam vt dicunt Attici εἴληφα pro λέληφα, εἴλεγμαι, pro λέλεγμαι, εἵμαρμαι pro μέμαρμαι: sic εἰλαπάχθαι pro λελαπάχθαι. Inde est εἰλαπίνη: vt quidem explicatur etymum istud hoc loco: nam poëtæ interpretes longè aliter. Mox: λαπάξαι δὲ, τὴν τροφὴν ἐκπέψαι. id est, *cibum facilè cõcoquere*, lib. 11. explicatur, ἀθρόως πιεῖν, *ingurgitare se poculis*. Vtrumque verum est: sed ex consequenti vtrumque: nam propriè λάπτειν ficta vox est, exprimendo sono quem tuburcinatores edendo edunt. Vocem λαγαρὸς exposuimus lib. 3. & 7. Inde est λαγὼν, inquit noster: locus infra costas ita dicitur: quasi laxus & vacuus, quia caret costis: quam ob caussam κενεὼν quoque Homero dicitur, & λαπάρα, ab eadem origine. & λάγανον, placentæ aut libi genus quoddam: à figuræ proprietate, quòd caua fingerentur lagana. εὐωχίαν negat auctor dici ἀπὸ τῆς ὀχῆς: quæ tamen sententia est multorum ex antiquis grammaticis: qui ὀχὴν, *alimentum*. Argiuis propriam dictionem fuisse volunt: ipse vult dici ἀπὸ τοῦ εὖ ἔχειν. sic pro conuiuari & epulari lautiùs, dicebant εὖ διατιθέναι ἑαυτόν. Verum est quod statim obseruatur, ὅτι τὸ αὐτὸ ἵλεων καὶ ἱλαρὸν ἔλεγον. propriè ἵλεως is dicitur, qui Romanis *propitius*: quâ notione vsurpatur in superûm supplicijs. sed interdum idem est atque *hilaris*. Plutarchus in Æmilio Paulo, τό τε δὴ πρὸς τοὺς μαχομένους ἐπιδεικνύμενος ἵλεων καὶ φαιδρὸν ἑαυτὸν & sæpius idem alibi. Plato autem lib. septimo de legibus, ἵλεων opponit τῷ δυσκόλῳ, quem ille ait esse θρηνώδη. è contrario eum qui dicatur ἵλεως, & voluptatibus frui decenter, & labores, si opus sit, non refugere, atque hanc διάθεσιν voce ἵλεως significatam, dijs inquit Plato, tribuunt homines κατά τινα μαντείας φήμην. Ælianus libro 14. cap. 6. Πάνυ σφόδρα ἐῤῥωμένως ἐῴκει λέγειν ὁ Ἀρίστιππος, παρεγγυῶν, μήτε τοῖς παρελθοῦσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόντων προκάμνειν. εὐθυμίας γὰρ δεῖγμα τὸ τοιοῦτο, καὶ ἵλεω διανοίας ἀπόδειξις. *Empola* Ephippi vnde habuerit nomen, dicebamus ad Suetonium.

CAPVT XVII.

Καλαμυρίζειν τοὺς οἰκέτας. ἐν οἴνῳ in vino. τὸ κατὰ λόγον. Cœna ἐπιδόσιμος. τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, & Romana sportula. *συμβολαί. Mos in conuiuiis ἀπὸ συμβολῶν. χοῦς. ἔμπυρος, piscis*

NON memini legere alibi, ac ne extare quidem vsquam censeo, verbum καλαμυρίζειν, nisi in sequentibus istis, καταρῶνται μὲν τοῖς τέκνοις, λοιδοροῦνται δὲ ταῖς γυναιξί, καλαμυρίζουσι τοὺς οἰκέτας, ἀπειλοῦσι τοῖς πολλοῖς. Confert reuerentiam quam sacris faciendis adhibebant veteres, cum irreuerentia tunc hominum Nihil autem religiosiùs cauendum monebant sacrorum antistites, quàm ne verbis malè ominatis inter sacrificandum vterentur: qua de re conuenientissimum huic loco Platonis testimonium proferebamus ad Theophrasti caput περὶ δυσχερείας: vbi hunc ritum pluribus exposuimus. In Excerptis & multis MSS. offendimus, πλήττουσι τοὺς οἰκέτας. Sed vulgatam χαφλὼ à quo principio dicemus ortam? non enim sine caussa in plerisque scriptum. Fortè erat priùs, καλαμυκληρίζουσι καὶ πλήττουσι τοὺς οἰκέτας. Noli dubitare scripsisse Athenæum, κλαυθμυρίζουσι τοὺς οἰκ. Verbum κλαυθμυρίζειν, vtroque modo accipiunt Græci, & pro eiulare, aut flere, & pro in fletũ aliquem adducere. [vel potiùs scriptum initio fuit κλαυθμυρίζουσι, *faciunt flere*. vt plurimùm de infantibus flentibus vsurpatur id verbum: sed norunt Græcè periti, etiam transitiuè legi apud Plutarchum & alios κλαυθμυρίζειν, pro adigere ad lachrymas.] In illis hexametris qui afferuntur ex Hesiodi *Eœis*, defectûs nota etiam in antiquis apposita est sexto versui. Frustà, vt videtur: nam integraueris vnum versum in duos perperam diuisum, si ita scripseris, Οὐχ ὑπολύσεις αὐτὸν ὁ δ' ἄχθεται αὐτὸς ὁ θύων τοῦ καταλύοντος. Adijcit verò auctor horum versuum,

— καὶ εὐθὺς ἔλεξ' ἐλεγεῖα.
Μηδένα μήτ' αἴτει μήθ' ἕνα κατέρυκε παρ' ἡμῖν,
Μηθ' ἑδόντ' ἐπέγειρε Σιμωνίδη. οὐ γὰρ ἐπ' οἴνοις
Τοιαῦτα λέγομεν δειπνίζοντες φίλον ἄνδρα.

Describit poëta mores sordidi & μικρολόγου: qui si casu aliquo amicos ad cœnam vocauerit, tamen neque ipse eos ad bibendum inuitabit, neque feret si è conuiuis aliquis id fecerit. Hoc dixit poëta præcedentibus verbis: nunc addit, loco illius amicæ inuitationis quæ in compotationibus locum habere solet, durum istum hominem vetus dictum vsurpare: quo admonemur, ne abiturientem hospitem retineamus: néue ad bibendum stimulemus eum qui biberit quod sit satis. Ita accipimus ille, μηθ' εὕδοντ' ἐπέγειρε. Atque hæc præcepta, quæ suis conuiuis soliti cantare

præparci

Præparci conuiuatores, vocat ἐλεγεῖα: quia antiquissimus poëta Theognis elegiaco carmine, & ista & alia his similia est complexus. Integer parænetici poëtæ locus ita habet.

> Μηδένα μηδ' αἰτοῦντα μένειν κατέρυκε παρ' ἡμῖν,
> Μηδ' εὕδοντ' ἐπέγειρε Σιμωνίδη, ὅν τινα ἡμῶν
> Μηδὲ θύραζε κέλευε οὐκ ἐθέλοντ' ἰέναι.
> Θωρηχθέντ' οἴνῳ μαλθακὸς ὕπνος ἕλοι.

Postrema verba cum interrogatione legi debent. nónne verum est, inquit, solere nos inter pocula hæc dicere, cùm amicos inuitauimus? quasi dicat: hi sunt sermones, quibus hodie vtuntur auari homines, si quando conuiuia agitent, ἐπ' οἴνοις, vt apud Aristophanem & alios sæpe, ἐν οἴνῳ Latini etiam, *in vino*. Quod additur, ἔτι δὲ καὶ ταῦτα ποιοῦμεν, connecti debet cum præcedentibus, in hanc sententiam: nos hodie & illa facimus, ac dicimus, quæ ille poëta in suis hominibus reprehendebat: & insuper alia addimus paribus inciuilitatis similiúmque sordium. Subiecti versus Hesiodi sunt. De vilitate rerum quæ diis, velut dicis caussa, afferebantur alio loco diximus. Menandri super hoc præclaram ῥῆσιν describit hoc loc. Athenæus. Primus versus ita habet, εἶτ' οὐχ ἅπαντα πράττομεν καὶ θύομεν. nos hæc non intelligimus: scribimus, εἶτ' οὐκ ἄτοπα [(Scaligero placebat, οὐκ ἄκαιρα, vt sit vox poëtica de re absona & absurda:) πράττομεν καὶ θύομεν;] Quis neget ait, aliena rationi esse quæ in sacrificiis vulgò facimus? qui quidem in illa omnia quæ diis offerimus, vix drachmarum decem sumptum faciamus; cùm interea cœnarum nostrarum apparatus, dum tibicinas & saltatrices conducimus, vnguentum emimus, & id genus alia, Μικροῦ ταλάντου γίνεται τὸ κατὰ λόγον: propè talenti summam conficiunt istæ impensæ. τὸ κατὰ λόγον, (sic enim scribendum) appellat omnia æra in vnam summam collecta. Scribe deinde,

> Δραχμῶν μὲν ἀγαθὸν ἄξιον λαβεῖν δέκα
> Ὑμᾶς, ἐάν γε καλλιερηθῇ τοῖς θεοῖς.

par est vt qui deûm cultui decem drachmas impēdatis, paris ast mattonis bonum aliquod ab iis recipiatis, si quando litare contingat vobis. Omnino ἀγαθὸν legendum, non ἀγαθῶν. & ὑμᾶς non ἡμᾶς. deus enim erat qui ista loquebatur, vt dicitur versu vndecimo. Sequente versu scribo, Τούτων δὲ δεῖ πρὸς ταῦτ' αἰτεῖν τὴν ζημίαν. sed non videtur perfecta satis sententia. Ἐπιδόσιμα δεῖπνα, de quibus postea tractatur, conficiebant ex ea pecunia quam conferebant sodales, vltra id quod tenebātur ex pacto, vel ex infelici iactu aleæ. notum quid sit ἐπιδόσιμα & ἐπίδοσις. De his adiectitiis cœnis recitantur versiculi quatuor Crobyli veteris comici: in quibus interpretandis singularis vel negligentia vel infelicitas viri docti. Primùm igitur ita eos scribe.

> Λάχης, ἐγὼ δὲ πρὸς σε. πρόαγε. ποῖ;
> Ὅποι μ' ἐρωτᾷς; ὡς Φιλουμένην. παρ' ᾗ
> Τἀπιδόσιμ' ἡμῖν ἐστι. ἦγε χθὲς πιεῖν
> Κυάθους ἕκαστον ἐβιάσω σὺ δώδεκα.

Mens quidem ex superioribus pendens, subobscura: cæterùm verba hoc sonant. A. *Laches ego verò ad te venio præcede* B. *quò?* A. *Quò, me rogas? ad Philumenam*: (vel *amicam*) *apud quam cœna adiectitia nobis est constituta. cui heri prabibere vnumquemque cyathos duodecim coegisti tu.* τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, cœna est quam aliquis in sportula fert à se ad amicum, vt cœnet quidē cū ipso, sed suomet cibo. Huius quoque generis conuiuia agitasse veteres Græcos, probat doctè eruditissimus Athenæus testimonio Pherecratis. Συσκευασάμενος δεῖπνον ἐν τῇ σπυρίδι. Ἐβάδιζεν ὡς πρὸς Σίφελον. Multa poëtæ interpretes de hoc Græcorum more, ad illa Odyss. θ. παρ δὲ τίθει κάνεον, καλήν τε τράπεζαν. Caue cum huiusmodi cœnis Græcanicis è sportula, confundas Romanas sportulas, quarum mentio in historiis Impp. & apud Martialem: nam etsi rerum Romanarum scriptores Græci, ista quoque nominant ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνα, res tamen planè alia est, & diuersa. Hesychius doctè & breuiter: ἀπὸ σπυρίδος δειπνεῖν ἢ δειπνίζειν, τὸ ἀντὶ δείπνου ἀργύριον ἢ μέρη ἐν σπυρίδι λαβεῖν ἢ δοῦναι. hæc interpretatio Romanæ consuetudini potiùs quam Græco mori conuenit: sed de Romanis sportulis plura, cum Deo, alibi. Superius Pherecratis testimonium ex ea fabula sumptum dicebatur, cui titulus Ἐπιλησμὼν ἢ Θάλαττα. non semel miratus sum, diuersa adeò eiusdem fabulæ nomina. Libro septimo laudatur hic comicus ἐν Ἐπιλήσμονι. In Græcis verò commentariis Vesparum Aristophanis, ἐν Ἐπιλήσμονι duobus locis scribi scimus. Ait, σύνδειπνον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου φόνῳ. Sicilissat hæc oratio, non Atticissat. Lego, ἐν τῷ κατὰ Μικίνου λόγῳ: aut κατὰ Μ. φόνου λόγῳ. ita soliti orationem tituli concipi: vt apud Demosthenem, κατὰ Ὀνήτορος ἐξούλης λόγος. & κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν λόγος. Scribo, καὶ συναγώγιμον συμπόσιον ἐπιπληροῦσι: non ἐπικληροῦσι. Sequitur ex Menandro, ἐπλήρωσεν τε τὸ συναγώγιον. quibus verbis describi, quod vocabant τὸ ἀπὸ συμβολῶν δειπνεῖν, neque ait Athenæus, neque negat. Et sanè patet latiùs τὸ συνάγειν, aut πληροῦν τὸ συναγώγιον, quam ἀπὸ συμβολῶν δειπνεῖν, vel ἀπὸ συμβολῶν συνάγειν, quod libro septimo exponebamus. Non est prætermittendum quod de illis symbolis scribitur: τίνες δέ εἰσιν αἱ συμβολαί, αὐτὸς Ἄλεξις ἐν Μανδραγοριζομένῃ σημαίνει διὰ τούτων,

> Ἥξω φέρουσα συμβολὰς τινὰς ἅμα.
> Πῶς συμβολάς; τὰς ταινίας οἱ Χαλκιδεῖς,
> Καὶ τοὺς ἀλαβάστους συμβολὰς καλοῦσι γάρ.

Vt doceret nos quid Græci συμβολὰς appellarent, locū Alexidis recitat: ex quo intelligimus, Chalcidensibus dictas fuisse συμβολὰς, tænias, coronas, vnguenta, aliáq; parui pretij, quæ inuitati ad regem conuiuij conuiuæ deferebant. Videtur qui ista loquebatur hoc caussatus seu verè seu falsò, vt pro veris symbolis quæ maioris sumptûs erant, minus penderet. Sane Athenis & in reliqua, vt existimo, Græcia, conuiuiorum è symbolis contraria fuit ratio consuetudini

Chalcidensium: nam corollas & vnguenta dare munus erat conuiuatoris, siue illius in cuius ædibus cœnabatur: cætera afferebantur à singulis conuiuantium in commune. Scholiastes Aristophanis, οἱ καλοῦντες ἐπὶ δεῖπνον, στεφάνους καὶ μύρα καὶ τραγήματα, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα παρετίθεσαν, οἱ δὲ καλούμενοι ἔφερον ἑψήματα, καὶ κίστην (ita scribendum: hæc est cista ὀψοφόρος siue δειπνοφόρος vulgo è re nuncupari solita) καὶ χοᾶ. Sequitur, Ἀργεῖοι δὲ ὡς ἐν τοῖς ὑπομνήμασί φησιν Ἡγήσανδρος, χράφει δὲ οὕτως Manca oratio est: scribendum, Ἀργεῖοι δὲ ὡς ἐν τοῖς ὑπομνήμασι φησὶν Ἡγήσανδρος, χῶν ἐκάλουν. γράφει δὲ οὕτ. De ea voce scribit Eustath postquam Athen sequẽtia verba adduxit. καὶ ἔστι τὸ χῶν ἐκ τοῦ χοῦν, ὅπερ ἐστὶν ἀχρεῖον συμπτωτικόν. ὁ καὶ χοεὺς Ἀττικῶς λέγεται, οὐ κλίσις χέως χοῶς, ὡς Πειραιεὺς Πειραιῶς. ἀναλογία δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ βῶν. ὡς γὰρ βῶς Δωρικῶς, οὕτως καὶ χοῦς χῶς. In Empedoclis versibus, quibus se quondã piscem fuisse profitetur.

> Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρος τε,
> Θάμνος τ' οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπνοος ἰχθύς.

secuti sumus veteres codices. antè scriptum erat ἔμπυρος. apud alios ἔλλοπος. quorum hoc nullo modo conuenit: illud non iniuriâ tueamur, fortasse etiam aduersus librorum auctoritatem: nam apud Laërtium in Empedocle ita legitur: & empyri piscis etiam beatus pater & facundissimus scriptor Gregorius Nazianzenus mentionem facit istis versibus.

> Ἰχθὺς δ' ἔμπυρός ἐστι, καὶ οὐ πυρὶ δάμνατ' ἄπιστος
> Ἔμπυρος. αἴθυγμος δὲ μέσης διαλάμπεται ἅλμης.

[Sed multa secula sunt, ex quo diuersè legi cepit superior Empedoclis locus: scribentibus aliis καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπυρος ἰχθύς. aliis ἔμπνοος. aliis εἰν ἁλὶ νηχυτὸς ἰχθ. Inueni & ἄμφορος ἰχθ. sed vt existimo mendosè pro ἔμπυρος. Sic autem scriptum offendimus in manu exaratis Olympiodori commantariis in Phædonem.

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONVM IN ATHENÆI DIPNOSOPHISTAS, Liber nonus.

CAPVT I.

Nexus & argumentum libri noni. κωλῆνες, κωλεαὶ, & κωλεοί. Sales ἡδυσμένοι. ἅλς θυμίτης. De voce ταχερός. νάπυ. σίναπι, & σιναπίζειν.

LAVTARVM cœnarum mensæ primæ variis constabant diuersorum eduliorum ferculis. Cœnæ, quam dipnosophistæ cœnarunt, prima παράθεσις post gustationem fuit piscium omne genus. Is missus duobus ipsis libris septimo & octauo materia sermonum fuit, vt antè dictum. Nonus liber reliqua omnia primarum mensarum fercula continet. Olera hic habes, & omnis fermè generis carnes, putà porcellinam, porcinam, aprugnam, leporinam: item phasianorum, perdicum, gallinarum, & cæterarum volatilium quibus vesci mos est. Ac præcipua quidem libri capita hæc sunt. Sed Athenæus solens more suo, τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἀναπληρῶσαι τὸν λόγον, vt ait Philosophus. Semper autem in principio & in extremo cuiusque libri Timocratem suum compellat auctor. Hunc igitur librum ita orditur Homeri verbis,

> Δόρπου δ' ἐξαῦθις μνησώμεθα. χερσὶ δ' ἐφ' ὕδωρ
> Χευάντων. μῦθοι δὲ καὶ ἠῶθέν περ ἔσονται.

ἐμοί τε καὶ σοὶ ὦ Τιμόκρατες. apud poëtam est, Τηλεμάχῳ καὶ ἐμοὶ διαειπέμεν ἀλλήλοισι. non est dubiũ τὸ ἠῶθεν positum esse pro ἠοῖ, vel αὔριον ἠοῖ. vult enim Menelaus dicere, differamus sermones in crastinum manè: nunc edamus, neque hîc aliter exponi hæc debent: nam δόρπος Athenæo est edere, & verba facere de cibis relictis aliis omnibus sermonibus. Primum apponuntur κωλῆνες. Quæ vocantur in viuis animantibus κῶλα, extantes è corporis trunco partes, in mactatis victimis sunt κωλῆνες vel κωλεοὶ, aut κωλεαι: tot enim modis effertur illud nomen. Hesychius κωλῆνας idem vult esse atque ἀκρόκωλια: de quibus dictum nobis libro secundo, capite 23. sed hæc vox extremas partes τῶν κώλων propriè designat: κωλῆν integrum membrum: putà, pedes, crus, & femur totum. Argumento est vel hic locus, libri quarti, παρατεθέντων κωλήνων τὸ μεῖζον ὁ κράτιστος ἐλάμβανε. Ac propriè quidem nullo discrimine cuiuscunque victimæ partes illæ quas diximus, κωλῆνες sunt & dicuntur antiquis scriptoribus: vsus tamen recentior obtinuit, vt κωλῆνα ἁπλῶς cùm dicimus, pernam suillam aut petasonem intelligamus: ob singularem videlicet suillæ carnis præstantiam: nam etiam in idiotismo sermonis vernaculi, idem licet obseruare.

Cùm

Cùm igitur appositi essent κωλῆνες, & quæsisset aliquis εἰ τακεροί εἰσι, nata inde est occasio dicendi de voce τακερός. Περιενεχθέντων, inquit, κωλήνων, καὶ λέγοντός τινος εἰ τακεροί εἰσι· ταῦτα δὲ τίνι κεῖται τὸ τακερόν; ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη. In Excerptis, εἰ τακεροὶ εἰσι. neque aliter potest: nisi πρὸς τὸ σημαινόμενον, potiùs respexit, quàm ad vocem κωλήνων quæ præcessit. Κωλῆν semper masculinum: κωλεός, apud Athenienses fœmininum, apud alios masculei generis. Sic Epitoma, & Eustathius Athenæi sequentia verba capiunt: ὁρῶ γὰρ ἐν παροψίσι περιφερομένων μετὰ τῶν κωλήνων· οἶδα γὰρ καὶ οὕτως λεγομένους κωλεὸν ἀρσενικῶς, καὶ οὐχ ὡς οἱ ἡμεδαποὶ Ἀθηναῖοι μόνον θηλυκῶς. Nobis quædam videntur animaduertenda in verbis hisce: quorum pleraque antiquis membranis debet recens editio. Ante omnia scribendum μετὰ τῶν κωλεῶν, non κωλήνων. nisi volumus sine caussa vlla & ineptè vsurpatas auctori voculas γὰρ & οὕτως. Deinde Athenæi verba intelligo aliter, quam Eustathius vel Breuiator. Putamus enim Vlpianum de industria vsum voce κωλεὸς: cùm dixit, μετὰ τῶν κωλεῶν: vt ei præberetur ansa subiectæ ab illo obseruationis, quæ hæc est: reperiri apud probatos auctores vocem hanc ἀρσενικῶς formatam ὁ κωλεός: non solum θηλυκῶς ἡ κωλῆ, vt semper eã dictionem efferunt Attici. Postremò nihil librorum consensũ moratus in quibus ἡμεδαποί. exaratum lego ὑμεδαποί. Vlpian. loquitur homo Tyrius, ad illos è conuiuis sermonẽ conuertens, quos notat esse Athenienses. In Epicharmi loco è Megaride, ὄρια minùs rectè libri omnes, pro ὄρνα vel ὄρμα, vt dictum libro 3. cap. 14. Beatorum mensis olim sal inferri solitus non merus, & qualem natura edit: verùm aliquo artificio mangonizatus. De eo genere salis Athenæus: καὶ ἅλας δὲ ἡδυσμένους ὁρῶ ἐν ἄλλαις παροψίσι. Salis conditi speciem esse arbitror, quos vocat Aristophanes ἅλας θυμίτας, salem cum thymo tusum & suaueolentem: in Acharnensibus: Αἰ λῆς πρίασθαι νῦν μοι περὶ θυμιτᾶν ἁλῶν. vetus interpres. οἳ ἦν μετὰ θύμου τετριμμένοι, καὶ ὁ τέρμινθ. Ἅλας θυμίτας δὲ λέγει καὶ χρώμενα. His opponit dipnosophista ἅλας ἀνηδύντους, sales insulsos, quibus ait Cynicos abundare. Deinde recitat ex Antiphane nõ vno loco deprauatos versus. Eos hîc subiiciemus emendatos ex animi nostri sententia.

— τὸ θαλάττιον δ' ἀεὶ
ὄψον ἔνεχ' ὁ μὲν διὰ τέλους ἅλας. ἐπὶ δὲ
Τούτοις πιομὲν οἰνάριον, ὄξος τὸν Δία.
Ποσειδον, οἷον τοῖς παροῦσι συμφέρεις
Ἀπαξάπασιν ὀξυβάφῳ ποτήριον.
Ὁρῶ δὲ καὶ μετ' ὄξους ἀναμεμιγμένον γάρον.

Tertio versu ὄξος est acetum, hoc est, vinum aceto simile, & corruptum: vide libro secundo cap. 16. Ad propositam super voce ταχερὸν quæstionem, ita respondet Zoilus grammaticus: Ἀριστοφάνης, ὦ οὗτος, ἐν Λημνίαις τὸ ταχερὸν ἔταξεν ἐπὶ τοῦ τρυφεροῦ. Primariâ notione ταχερὸν dicitur quod quasi liquescit, adeò molle & tenerum est: sic vulgò dicimus *in ore liquescere*, quæ tenerrima esse volumus indicare. Hippocrati in libro de morbis muliebribus ἀκροκώλια ἑφθὰ ταχερὰ dicuntur, quæ Pherecrates libro sexto vocabat διεφθὰ ἀκροκώλια. [Aretæus de acutorũ morborum curatione, lib. 1. cap. 10. κρεῶν ἀκροποδίς, ἐν χυλοῖσι ταχεροῖ πέλειαι, ἀλεκτρυόνες ἑφθοί. pro ταχερὸν, dixit τετηκὸς Euripides in Cyclope, τάδ' ἐκ λέβητος ἑφθὰ καὶ τετηκότα.] Galenus τῶν κατὰ τόπους libro secundo: οὐκ εὐθὺς τοῦ ἑψήματος ἐν ἀρχῇ, ἀλλ' ὅταν ἤδη πως γίγνωνται ταχερά. paulo pòst opponit Athenæus, τὰ ταχερὰς ἑψημένα τοῖς κριμβαλίοις, id est, *iurulenta iis quæ assando tosta sunt*. Hîc verò κωλῆνες ταχεροὶ dicuntur, probè saliti, & delicati. Ita enim Græci ταχερὰ appellant quæ sale sunt macerata, vt ταρίχη & ἁλιστὰ κρέα: quæ Artemidorus ait, ὑπὸ τῶν ἁλῶν τετῆχθαι. lib 1. c. 73. Similiter & legumina εὔτακτα vocabant, quæ facilè coquantur. Lucian. Hermotimo, οἱ ἐρέβινθοι καθαροὶ καὶ οἱ φακοὶ εὔτακτοι. Nicandri mox recitatur versus e Georgicis, Κάρδαμον ἀρρινόν τε μελάμφυλλόν τε σίνηπι. Fortasse scribendũ, ἄρρινον *naribus molestum*. vel, Κάρδαμ' ἀνάρρινόν τε, μ. anarrini paulo pòst Speusippus meminit, ῥάφανις, γογγυλίς, ῥάφυς, ἀνάρρινον, ὅμοια. Quod Latini Græcâ voce dicunt sinapi, trifariam enunciant Græci, νάπυ, σίναπυ, & σίνηπι. Negat autem Athenæus extare vsquam in scriptis eorum qui Atticè locuti sunt, vocem σίναπι. οὐδεὶς Ἀττικῶν, inquit, σίναπι ἔφη. In Epit. σίναπυ: & Eustathius, qui solùm νάπυ relinquit Atticis. νάπυ, ait, Ἀττικὴ λέξις. τὸ μέντοι σίναπυ οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν ἔφη, ὡς ἐν τοῖς τοῦ δειπνοσοφιστοῦ κεῖται. οὐ μὴν οὐδὲ τὸ σίνηπι. A nomine σίναπι fit verbum σιναπίζω, *vultum adduco*. quod proprium indignantium: Xenarchus in Scythis, Τοῦτο τὸ κακὸν οὐκ εἰς ἐπὶ κακόν. τὸ θυγάτριον τί μου σεσινάπικεν διὰ τὸ ξένης. vbi fortasse scribendum, εἰς ἐπὶ πλατύ. reperti sunt qui iuberent rescribi per ι, σεσινάπικεν. errarunt. Eustathius, ἐκ τοῦ σίναπι καὶ ῥῆμά ἐστι κωμικὸν σιναπίζειν, τὸ θυγάτριόν μου σεσινάπικε διὰ τὸ ξένης. ἤγουν ἐσύμμιξαν.

CAPVT II.

Antiphanis Bœotica. Magnes *comicus*. paropsis. παραχεκατέσθιεν. αἰτίαν ἔχειν. *Theopompi* Irene, *Aristophanis* Πελαργοί. *Platonis* Grypes. πίποι, *pipiones*. Ἀπελλᾶς. ζαχελπίδες. ἐπιχωριάζειν *de peregrinis feminibus*. Κύμη *pro* Κυμαίη. *Crambe cur sacra*. *Teleclidis* Πρυτάνεις. Empodus *scriptor*. *Polyzeli* Μουσῶν γοναί. πεπτασμένης σπερμάτων φύσεις. σκιὰς ἢ καὶ μηκωφόρον.

Ἐπὶ τοῦ σκελοῦς εἴρηκεν Ἀντιφάνης Βοιωτίῳ. Legendum Βοιωτίᾳ, ex Polluce lib. 10. cap. 12. Καὶ ἐν ταῖς Μάγνητος αἰαφερομένα ποιήσας. Magnes hic ille est antiquus comicus, quem auctor est Aristophanes in senectute ἐκ σκωμμάτων ἀπελαθῆναι, pastoritiâ fistulâ solitum in theatro Athenis excipi. cùm antè primas semper tulisset. Locus est in Equitibus. Sub huius nomine circum ferebantur fabulæ duæ, Διόνυσος ὁ πρῶτος, cuius hic

mentio: & Διόνυσος ὁ δεύτερος, de qua libro 14. Inter exempla quibus probatur *paropsidem* vas significare mensarium, afferuntur Sotadis duo versus.

Παροψὶς εἶναι φαίνομαι τῷ κρωβύλῳ.
Τοῦτον μασᾶται, παραμασᾶται δὲ με.

mihi videtur hæc locum potiùs habere debere inter præcedentia testimonia, quibus altera probatur dictionis παροψὶς notio: cùm pro opsonio accipitur, quod alij additur instar condimenti. Vt pani adiicitur opsonium: sic opsonio paropsis, siue ea fuit maza, siue iusculi genus quoddam, siue aliud εὐτελὲς ἔδεσμα, ait Pollux, quod & παροψημάτιον vocabant, quasi dicas secundarium quoddam opsonium: de hoc accipiendum censeam Sotadis verbum. παραμασᾶσθαι, *cum alio & quasi obiter aliquid comedere.* μασᾶσθαι de præcipuo opsonio dicitur. Sermo est tropicus, de eo qui duobus incommodet: alteri quidem προηγουμένως, & consulto consilio: alteri verò, per occasionem, & quia res ita tulit. Athenæi aliud agentis culpâ, an librarij scelere, posita sint hoc loco Sotadis verba, non pronuntio. Αἰτίαν ἔχειν, Græcis significat nonnunquam, idem ac *dici, nominari*, & κατηγορεῖσθαι, vt cùm scribit Plutarchus de musica, τῆς δευτέρας δὲ καταστάσεως τῆς περὶ τὴν μουσικὴν, Θαλήτας ὁ Γορτύνιος καὶ Ξενόδαμος μάλιστα αἰτίαν ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι. *dicuntur esse auctores,* [vel *imputatur illis inuentio.* [Athenæus lib. 12. αἰτίαν ἔχων ὡς τὰ Ἐπιφάνια τοῦ ἀδελφοῦ θύων, *cùm diceretur sacra facere quæ appellabat fratris sui Epiphania.* lib. 13. ἐτύγχανε δὲ αἰτίαν ἔχουσα λιθιᾶν. *dicebatur calculo laborare.* Non aliter locutio hæc debuit accipi in istis versibus ex *Chirone* fabula incerti auctoris, sed quæ Pherecrati vulgò tribuebatur, vt dicitur hîc, & libro 14. Priscianus lib. 18. Χείρωνας inscribit. Versus hi sunt,

Νὴ τὸν Δί' αἵ γ' οὖν αἱ παροψίδες
Τὴν αἰτίαν ἔχουσ' ἀπὸ τῶν ἡδυσμάτων.
Οὓς ὁ Καλλίας ἀξιοῖ τοῦ μηδενός.

ait paropsidas elogium consequi à condimentis. nam provt illa sunt bona aut mala, sic dicuntur paropsides bonæ aut malæ. quâ de re loquatur poëta ex adscriptis verbis non potest sciri. Initio tertij versus deest aliquid, vt lex metri arguit. Stabit versus per hanc scripturam ὡς ὁ καλὸς οὗτος ἀξιοῖ τοῦ μ. Theopompi *Irenen* laudat & Pollux libro tertio capite secundo: & lib. 10. capite 26. & 27. Σκέλη δὲ καὶ κωλῆνες ἄδου τοῦ ῥόθου. Plenus versus, sed non sententia plena. Qui emendant τοῦ ὄρθρου, quin fallantur non ambigo. Εὐριπίδης Σκείρωνι οὐδ' οἱ κωλῆνες νεκρῶν. Legendum νεβρῶν. idem mendum non vno loco in superioribus indicauimus. Οἴμοι δὲ κωλῆς ἧς ἐγὼ κατήσθιον. *Hei mihi propter pernam quam comedebam.* cùm diues eram nempe: quod seruant ad hunc locum, οἴμοι lætitiæ signum esse, falsum est. præcedit apud comicum versus hic, πρὸς ταῖς τε τοῦ παρόντος, καὶ μάτην κακῶς. qui hunc explicat. Cur Aristophanis fabulam appellet Πλοῦτον δεύτερον, diximus libro tertio, cap. 26. eiusdem comici. Πελαργοὺς qui hîc laudantur, nominat & Pollux libro septimo, cap. 24. item Harpocration in οἰκισμῷ. Platonis comici Γρῦπας Harpocration in ἐκκηρυκεύσαντες. Perperam interpretes capiunt Xenophanis versiculos, malè vulgò interpunctos.

Πέμψας γὰρ κωλῆν ἐρίφου, σκέλος ἤραο πῖον
Ταύρου λαρινοῦ, τίμιον ἀνδρὶ λαχεῖν,
Τοῦ κλέος Ἑλλάδα πᾶσαν ἀφίξεται, οὐδ' ἀπολήξει
Ἔς τ' ἂν ἀοιδάων ᾖ γένος Ἑλλαδικῶν.

misso hœdi mébro, crus tauri larini & præpinguis reportasti: quod quidem consequi pro magno duxisset, sibique honorificum iudicasset vir ille, cuius gloria Græciam vniuersam peruagabitur, neque desinet dum erunt Græcorum poëtarum carmina. Paulo pòst, ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν νεοσσῶν ὀρνίθων ὡς ἵππους λείους καλοῦσι. Mirum extare hanc lectionem in omnibus antiquis: an ἵππους alicubi Græciæ appellarunt ab ἵπτασθαι, pullos auium volare incipiẽtes? Sed assentior lubens doctis viris, & scribo πίππους. sic vocat noster quos Latini *pipiones*. Græcis eam vocem ignotam fuisse non dubito: etsi πιππίζειν scimus Græcum & Aristophanéum esse verbum. ΓΟΓΓΥΛΙΔΕΣ, ταύτας Ἀπολλᾶς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων. Puto esse eum scriptorem, cuius Delphica laudantur: quamquam is Clementi Alexandrino Ἀπελλᾶς nominatur in Protreptico. Placeat Ἀπολλᾶς, quod est ὑποκοριστικὸν nomen τοῦ Ἀπολλώνιος vel Ἀπολλόδωρος, vt Δημᾶς τοῦ Δημήτριος, & similia. ταύτας δὲ γογγυλίδας ζεκελτίδας. Scribo etiam hîc, vt paulo pòst, ζακελτίδας. Hesychius, ζακελτίδες, κολοκύνται ἢ γογγυλίδες. complexus est paucis & Amerix & Nicandri glossas. idem scribit alibi, olera dici Phrygibus ζέλκια. ῥαφανίς, φησι, γογγυλίς, ῥάφυς, ἀναῤῥινον, ὅμοια. Nihil censeo mutandum: ita enim libri omnes. *anarrhinum* & *antarrhinum*, esse nomina herbarum constat.

Γογγυλίδας σπείροις δὲ κυλινδρωτῆς ἐφ' ἀλωῆς. Lege, κυλινδρωτῆς ἐφ' ἅλωος. pro ἅλω: vt κάλως pro κάλω. ὄφρ' ἂν ἴσαι πλατάνοισι χαμηλότεραι θαλέθωσι. *vt pares platanis sed humiles vireant.* Platanis comparat rapinas, propter vbertatem foliorum longe latéque fusorum.

ἀλλ' εἴσω ῥαφάνοις εἴσω λαθαρωνο. Scribo vt sit aliquis sensus, ἀλλ' εἴσω ῥάφανοι, κ' εἴσω θαλέθωσι γογγυλίδες. Sequentia, δισσὴ γάρ τ' ἐκ ῥάφ. &c. paulò aliter lib. 4. vbi pluscculi deinceps versus leguntur. καὶ μάλιστα ἡ διὰ νάπυος γινομένη. apud Hesychium lego, ἁλμάδες, αἱ διὰ σινάπεος γογγυλίδες. τῆς δὲ ῥαφάνου (λέγω δὲ τὴν κράμβην) ἡ μέν ἐστιν οὐλόφυλλος, ἡ δὲ ἀγρία. Inclusa notis parentheseos neque in Theophrastéis codicibus leguntur, neque sunt Theophrasti: sed ea putauit auctor inserenda, ne falleremur in voce ῥάφανος, quæ apud Atticos brassicam significat, apud alios rhaphanum. Itaque scribendum λέγε. non λέγω. Supple etiam membrum quod deest hîc ex libris Theophrasti: ἡ δὲ λειόφυλλος, ἡ δὲ ἀγρία. μεθ' ὃν χρόνον πάλιν ἐπιχωριάζει. Theoprastus auctor est, peregrina semi

ſemina aſſumere naturam loci in quem ſunt tranſlata, anno ad ſummum quarto: hoc vocat ille μεταβάλλειν εἰς τὸ ἐπιχώριον. Athenæus eleganter vno verbo ἐπιχωριάζειν. Theophraſtum lege libro ſeptimo Hiſtoriarum, cap. 4. & libro octauo, cap. 8. Ἡ ὕλη καὶ τυφλός ὁ † θαμίτης πτελέοισι. Si fas ducerem deprauatę lectionis veſtigia floccifacere, dicerē legendum ἡ ὕλη σελίνοισ ἰνδεδμένη πτελέοισι. videtur enim ſelinuſiam braſſicam deſcribere, quam dicebat modò Athenæus, διὰ τὴν ὁλότητα ἐμφερῆ εἶναι τῷ σελίνῳ. Sed aliò nos vocat ſcriptura edita & librorum: qui habent θαμμίτης. puto verius θαμνίτης. cætera emendare non poſſum: nunc quidem certè, cùm animus curis æger ſarcoboris, aliò auocatur. *Tyrius color* hîc interpretis ſomnium eſt, aliud nihil. Ex libris emendatum eſt, verſu ſequente, καὶ αὐχμηρῇσιν ὁμοία. alij, ἀλμυρῇσιν. Proximo verſu, Βατράχιν τε Κύμη τε καὶ ἄγριος, prior dicta eſt à colore quem Βατράχιον Græci dicunt: de quo diſputamus accuratè in commentario noſtro de Doloribus. poſterior à loco, vbi pluſima reperiebantur. Κύμη pro Κυμαίη, vt Πέρσης, & Σκύθης, pro Περσικὸς & Σκυθικὸς, atque his ſimilia apud poëtas paſſim: In eo qui ſequitur verſu, πέδιλα παλίμβολα ſunt calceamēta vetera & trita. Μή ποτε δ' ὁ Νίκανδρός μάντιν κέκληκε τὴν κράμβην ἱερὰν οὖσαν; Genus loquendi grammaticis frequens, quoties dubitanter aliquid pronuntiant, Nam ita Athenæus hoc loco: fortaſſe, inquit. Nicander braſſicam vocauit μάντιν, id eſt, diuinam, quia ſacra habetur. Id autem probat ille teſtimoniis Hipponactis, Ananij, Teleclidis, Epicharmi & Eupolidis: qui homines induxerunt per braſſicam iurātes, ναὶ μὰ τὴν κράμβην: aut illi ſupplicantes. In verbis Hipponactis ſcribe, ἢ θύεσκε Πανδώρῃ Θαργηλίοισιν ἔγχυτον πρὸ φαρμακοῦ. Sed dictio poſtrema non poteſt menda carere: reliqua ex MSS. certa: *cui pro ſacrificio offerebat Pandora Thargeliorum feſto enchytū* Teleclidis πρυτανεῖον inuenio mentionē apud Pollucem libro ſeptimo, cap. 10. *Empodum* nuſquam inuenio: & ſuſpectum nimis, quod hîc legitur de formula iuriſiurandi Zenoni Stoico familiari, per capparim, ὡς Ἐμπεδοκλῆς φησιν ἐν Ἀπομνημονεύμασιν, & fors fuat legendum, ὡς καὶ ὁ Ποσειδώνιός φησιν. errorem pepererit compendium ſcripturę: vt aliis locis infinitis. Quæ mox pro Ephippéis recitantur è *Geryona*, in libri ſecundi Excerptis tribuebantur Eubulo: ſed *Geryonem* Ephippi ſæpius laudatum inuenias: de hoc autem errore diximus libro ſuperiore, cap. 15. Lego ex lib. 2. ἴψαι τ' ἐλαίῳ ῥάφανον ἠγλαϊσμένην. expoſuimus libro 2. cap. 42. ibi meliùs, ὁμοῦ σὺ χναύων τὰς θρίων σηπίδια. In ecloga Antiphanis neſcio quid ſint πράγματα ἐλλήνεια τὰ ἀρχῆς. ſed meliùs MSS. τίμματ' Ελ. ſuſpecta item alia nonnulla. Cùm autem ſcriberetur, ἐτι γὰρ θαυμ' αὐτοῖς πίνειν; fecimus, ἔτι γὰρ θ' ἅμ' αὐτοῖς πίνειν. perſpicuè, verè, & rectè. In primo verſuum Diphili, Οἴσει φερομένην ſcribo, non Ἥκει φερομένη. cætera auxilium flagitant librorum, Polyzeli comici Μουσῶν γοναί, à Muſarum natiuitate ſunt appellatæ, γοναί, *partus*. natiuitas. [mentio huius Polyzeli fabulæ, apud parœmiographos in prouerbio, εἴσω τῆς χαλκιδικῆς τέττιγα ἡμῖν γυνή.] Docuerat idem poëta & Διονύσου γονὰς, & Ἀφροδίτης γονάς. quo titulo fabulam ediderat & Nicophron poëta antiquus. ſicut Araros Ariſtophanis F. Πανὸς γονάς. In Stobæi marginibus notare memini Ἑρμοῦ γονὰς Polyzeli cuius dramatis meminit aliquot locis Iulius Pollux. Alius ab iſto eſt Polyzelus hiſtoricus. καὶ ἐπίτιμα τοῖς καλῶς λέγουσι, καὶ τὰ τεῦτλα τεῦτλίδας καλῶν. Volui editum καλοῦσι. Teſtificor tamen, fidei meæ cauſſa, legi in quibuſdam optimis etiam MSS. vt fuit priùs editum, καὶ τὰ σεῦτλα τευτλίνας καλῶν. Mox betarum genus vnum ex Eudemo appellatur πασὸν, imò verò σπασὸν, vt in omnibus antiquis. In ΣΤΑΦΥΛΙΝΟΣ, deprauatum Numenij verſum ſcribe, ῥάφυν τ' ἐμπίδιον, καὶ καυκαλίδ' ἀγροιῶτιν. caucalis ab aliis vocatur δαῦκος ἄγριος, teſte Dioſcoride, eadem ſententia olim Geſneri. Nicandri primum & ſecundum verſum ita ſcribo.

Ἐν δ' ἄρα τι καὶ μάραθον καυλὸς βαθὺς, ἠδ' ἐπὶ ῥίζαι
Πετραίου, σὺν δ' αὐτοῖς ἔτ' αὐχμήεις σταφυλῖνος.

hoc eſt, *cum iſtis erat feniculi caulis profundus, & radices petroſelini*, (ſic interpretor hîc πέτραιον) *& cum his ampliùs ſqualida paſtinaca*. Scribe etiam Ἠδ' ὅσσ' ἐριθός κλύεται γάλα. non καλεῖ).

καὶ τὸ ἤ. τὴν αὐτοῦ τοῦ σπέρματος φύσιν ὁ καλούμενος σὴψ, καὶ τὸ τοῦ σταφυλίνου σπέρμα. Iam antè libro 2. cap. 12. prædiximus, Phaniæ Peripatetici pleraq; omnia, quæ ſunt in hos libros relata, aut ſuapte ſponte obſcura eſſe; aut vitio librariorum, ſæpe etiam vtrumque. Idem dixerim de verbis hoc loco deſcriptis: ſunt enim & difficilia ad intelligendum, & vt arbitror, corrupta. Quid enim ſignificant verba quæ adſcripſimus? nam vt eliciatur ex iis ſententia quam interpretes expreſſerunt, multâ mutatione opus: nec tamen ea ſententia placet. πιθανώδης σπερμάτων φύσις, eſt illud quod ſolent σκιάδιον appellare rhizotomi in fœniculaceis. At illa quis intelligit? σκιὰς ἣν ἔνιοι μυοφόνον. Ex veterum monumentis qui plantas nobis deſcripſerunt, aconiti ſpeciem nouimus, cui è re nomen indidère Græci *myophono* vel *myoctono*, an hæc alio nomine σκιὰς fuerit appellata, neſcio: hoc quidem Phanias dicere voluit, niſi eſt hîc mendum: vt mox, δεκάφυλλον, ὃ ἔνιοι ἄρον δρακόντια. poſtrema vox tollenda, aut certè emendanda. [Ioſephus Scaliger ſuperiora verba ita emendabat: σκιὰς, ἣν ἔνιοι μυοσίδιον. acutè & verè, vt equidem cenſeo.]

CAPVT III.

Καρωτὸν paſtinacæ ſpecies. καρωτὸν, carotæ γογγυλίδες. Phrynichi Κρόνος. Theoxenia, feſtum omnium deorum. Athenienſium πολυθεΐα, & deus ignotus ab ijs cultus. Ariſtophanis Ὧραι. Attica aër temperatiſsimus. ὡραιότης. rapa καρῶ dicta. σιλφίνια. ἀπολαύειν. alia quadam.

IN tractatu de pastinaca post alia omnia scribit dipnosophista, τὸ δὲ καρτὸν καλούμενον, μέγας δ᾽ ἐστὶ καὶ διαυξὴς σταφυλῖνος, εὐχυλώτερόν ἐστι τοῦ σταφυλίνου. ex quibus verbis liquet nobis, pastinacæ speciem aliquam, aut aliud quoddam affine genus φυτοῦ, cognitum fuisse antiquis sub καρτοῦ vel κάρτου appellatione. Viri docti qui sciebant *carotas* dici hodie nobis satiuæ pastinacæ speciem quandam, coniecturà ducti, scripserunt hîc καρωτόν. quam scripturam nos quoque inuenimus in quibusdam veterum exemplarium. Esse tamen eam veram & antiquissimam γραφὴν, vix adduci possum vt credam: nam *carotum* in tractatione plantarum, neque Latinus, neque Græcus, si hunc solum excipias. auctor vllus nominat. *cartum* inuenio etiã alibi. velut apud Galenum Methodi lib. 12. vbi ceparum ita cognominatarum clara mentio κρόμμυα inquit, τὰ καρτὰ καλούμενα μετὰ ἄρτου ἐδίδου ἐσθίειν. Memini etiam legere hac verba in Geoponicorum libro secundo, κυπεῖροι, ἣν τινες ζειρὰν καλοῦσι, φύλλα ἔχει ὅμοια κάρτῳ, δὲ φυεῖ ἰσχνὰ καὶ καυλίον ὥσπερ σχοίνου ἰσχνότερον. Græci καρτὸν vocãt, quod fuerit detonsum. Solent olitores quarum plantarum radices aut bulbos optant fieri grandiores, has sæpe tondere. Vni harum videtur nomen pluribus commune adhæsisse ceu proprium: quod in multis factum ignorat nemo. [Porra, τὰ κειρόμενα, quæ tondentur, commemorat Artemidorus libro primo, capite 69.] Verùm de hac re censeo referamus ad rhizotomorum & botanicorum senatum. Qui καρωτὸν scribunt, quomodo eam dictionem interpretabuntur? Fortasse aliquis dicat καρωτὸν idem esse ac κεφαλωτὸν *capitatum*: quia κάρα Græcis vsurpatur pro κεφαλή. Id verò locum nullum habet: cùm statim κεφαλωτὸν & κάρτον, vel vt ipsis placet καρωτὸν, separentur, vt non parum differentia. Et verò poëtica dictio ac vulgo incognita, qui potuit in vulgi vsum hoc verbi parere? est quidem in libris medicorum frequens vox καρωτικός: sed quæ originem aliam habeat, & significationem ab hoc loco alienissimam: ne pernegemus tamen posse etiam sic accipi vocabulum καρωτὸν, faciunt quæ dicemus paulo pòst de rapa, quæ dicebatur *caro* [& multò magis quòd in Apitij Κηπουρικοῖς, siue lib. tertio, carotarum expressa mentio. cap. enim vltimo docetur præparatio carotarum & pastinacarum.] Quare, vt diximus, de hoc loco Crateuarum iudicium esto. [apud Artemidorum eo quem modò indicaui loco, κεφαλωτὰ καὶ σταφυλῖνος, capitata & pastinaca recensentur inter illa quæ sunt τρόφιμα, & alendi vim habent.] Auctor est Athenæus, Didymum scripsisse, *gethyum* herbam ampelophraso similem, etiã ἀνθυλλίδα fuisse vocatam, sed iure docti eam vocem damnarunt, & scripserunt τὰ δ᾽ αὐτὰ καὶ γηθυλλίδας λέγεσθαι. quanquam reclamant. MSS. Phrynichi fabula, vbi γηθύων fecerat mentionem, Κρόνος hîc inscribitur: apud Hesychium in στελλίσαι, est Κρόνος. sed Pollux, libro.7.cap.30. Φρυνίχου, ait, ἐν Κρόνῳ καὶ ἀλεκτρυοπωλητήριον εἴρηκε, In Aristophanéis verbis, ἰχθύας σκοροδομήτου φύσιν, scribo, σκοροδομήτου, vel σκοροδοσμήτου. quidam σκοροδομιμήτου.

Τήγανα τῷ Θεοξενίων. In multis Græciæ locis festum celebrabatur nulli priuatim Deo sacrum, sed in vniuersum omnibus: *Theoxenia* eum diem vocabant. Hesych. Θεοξένια κοινὴ ἑορτὴ πᾶσι τοῖς θεοῖς. Athenis autem potissimum videntur Theoxenia celebrata, nam inter propria Reipublicæ illius instituta hoc fuit, quòd θεοὺς ξένους colerent quàm plurimos Hesychius, Θεοὶ ξενικοὶ παρὰ Ἀθηναίοις τιμῶνται, ὡς καὶ λέγει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησίν. Inde illa ara θεῷ ἀγνώστῳ, de qua Paulus Apostolus in Actis. Sed videntur Theoxenia, quorum hîc mentio, Apollinis honori peculiariter fuisse consecrata. Apollo enim Delphorum summum erat numen, & alibi quoque Theoxenia eidem Deo sacra. vt apud Pellenenses, de quibus in Achaicis Pausanias, ἔστι καὶ Ἀπόλλωνος Θεοξενίου Πελληνεῦσιν ἱερόν. τὸ δὲ ἄγαλμα χαλκοῦ πεποίηται. καὶ ἀγῶνα ἐπιτελοῦσι Θεοξένια τῷ Ἀπόλλωνι. Sequitur non longè, καὶ ὑπερμνησθῶμεν μεθ᾽ ὧν ἐν Πέρσαις ὁ χαρίεις Ἀριστοφάνης εἶπεν, ἐπαινῶν τὰς καλὰς Ἀθήνας. Argumentum fabulæ huius ex titulo apparet: continebat enim encomium agri Attici, à situs commoditate, & optimo frigoris & caloris temperamento: item à præstantia & copia optimarum frugum. Similiter eandem vrbem laudauit Euripides.

Εἰ δ᾽ αὖ πάρεργον, inquit, χρή τι κομπάσαι γυναῖ,
Οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ συγκεκραμένον,
Ἵν᾽ οὔτ᾽ ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπίτνει.

Aristides in Panathenaico, ἀλλὰ μὴν τόνγ᾽ ὑπὲρ γῆς ἀέρα, καὶ τὴν τῶν ὡρῶν κρᾶσιν οὕτω σύμμετρον εἴληχεν, ὥστ᾽ εἰ τῷ λόγῳ μετρίως εἰπεῖν ἦν, εὐκτὴν αὐτὴν εἶναι. ἴσον γὰρ ἁπάντων ἀπέχει τῶν δυσχερῶν, καὶ μετέχουσα τῶν ἀγαθῶν τῆς δυνάμεως ἑκάστης, ἃ λυπηρὰ ποιεῖ τὸ ἱκανῶς ἑκάσταις πέφευγε. τεκμαίρεσθαι δ᾽ ἔξεστιν οὐ μόνον τοῖς ὥραις, νικῶσι καὶ παρὰ τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ τοῦτο τοῦ παντὸς ἔτους κατέχουσι χρόνον. Postrema verba summatim id aiunt, quod pluribus persequitur Aristophanes hoc loco. Ex hac fabula sunt duo hi versus quos profert Pollux libro septimo, capite secundo, explicans quid sit πρᾶσιν αἰτεῖν.

Εἰ μὴ κράτιστον ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν
Ἐκεῖ δ᾽ ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν, μένειν.

Meminit & aliis locis: item Harpocration, aliique veterum, & Hesychius in Ἀρὰς ἱερόν. Ait comicus, τέττιγας, ἐμβρύα. De cicadarum esu diximus multa in superioribus libris: sequentem vocem mutare possumus cum Dalecampio in νεβρία. supple, κρέα, quæ vox omitti solet. Addit. ὑελοτὰς δ᾽ ἰδεῖν ἀνεφομένους. Hesych. ὑελοτὰς. Φορμός. alii ὑερίσκος vel συρίσκος: quas voces explicamus libro tertio, capite quarto. Videtur durè dictum quod sequitur, ἐπὶ τὰς κολοκύντας ὁμοῦ ταῖς γογγυλίσιν ἀροῦσι. durum inquam, *cucurbitas & rapas arare*, pro aruum arare vbi cucurbitæ & rapæ serantur. Videamus num aliud hic lateat. Atque adeò forte an poëta scripserat, ταῖς γογγυλίσι καρποῖ. *Videas*, ait, *eodẽ tempore, & cucurbitas, & rapas*

quæ

quæ capitata dicuntur. Καρῦς quasdam rapas olim dictas fuisse, testis Galenus libro de bonis & malis succis: μέσαι ῥίζαι εὐχύμων καὶ κακοχύμων, αἵ τε τῶν ἄρων εἰσὶ καὶ τῶν γογγυλίδων, ἃς καὶ βουνιάδας ὀνομάζουσι, καὶ τῆς καλουμένης καρῦς. Sed cogitemus amplius de hoc loco: nam quid opponi possit non ignoro. Subiicit comicus, ὥστ' οὐκ ἐπ' εἰδῆς οὐδ' ὁπηνίκα ἐστὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ. *nemo sciet quænam sit anni tempestas*, tanta cœli clementia est, vt perpetuum ver agi Athenis videatur, πηνίκα & ὁπηνίκα de anni parte vsurpatur, vt hic: vel diei, vt in Auibus eiusdem poëtæ,

—πηνίκ' ἐστὶν ἄρα τῆς ἡμέρας;

Ὁπηνίκα; σμικρόν τι μετὰ μεσημβρίαν.

Porrò ait, μέγιστον ἀγαθὸν εἴπερ ἐστὶ δι' ἐνιαυτοῦ ὅτου τις ἐπιθυμεῖ λαβεῖν. Antè μέγιστον collocanda interpunctio: postquam prior qui in his verbis loquitur, felicitatem Agri Attici descripsisset, subiicit alter, *Maximum id quidem bonum est, si liceat toto anno ea quæ optes consequi.* δι' ἐνιαυτοῦ pro δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ. de quo genere loquendi Athenæus ipse nos monuit libro septimo. Ait alter, κακὸν ὂν μέγιστον, Scribe κακὸν μὲν οὖν μέγιστον. *Imò verò magnum id malum est.* Additur, ἐγὼ δὲ τοῦτον ὀλίγον χρόνον φθάσας ἀφηλόμην ἄν. In Aristophanis Ὥραις fabula, vnde hæc sunt, dij inducebantur tempestatum anni auctores: in his erat vt videtur, Æolus, aut quicumque alius ista proferebat verba, quibus hoc ait: posse se, breue tempus flantem, adimere Atheniensibus descriptam modò felicitatem & εὐδαιμονίαν. Legimus autem, ἐγὼ δὲ τοῦτον ὀλίγον χρόνον φυσήσας ἀφηλόμην ἄν. Qui deinceps sequitur versus habet hanc sententiam: atque adeò id facio in omnibus vrbibus præter Athenas: vbique enim asperatur aër, & immitis hiems sentitur. scribo verò πάλιν γε ταῖς ἄλλαις πόλεσι δρῶ ταῦτα πλὴν Ἀθηναίων. Vbi docet poëta, ἀπολαύσαι ἄρα σέβοντες ὑμᾶς. interpres ἀπηλάσαι legit: vel ἀπελαῦσαι putauit esse ab ἀπελαύνω. vtrumque tantidem facere debemus. Errat enim: nam vertere debuerat, *Ergo illi hoc suæ in vos pietatis fructum perceperunt, vt ais?* ἀπολαύειν & poëtarum ἀπαυρᾶν, vno verbo Latino exprimi non possunt multis locis, vt cùm ait idem poëta in Auibus, Ἀπέλαυσα γ' ἡ τῆς Διὸς ἐλθὼν ἐνθάδι. quod vernaculo sermone eleganter dixeris. *I'ay bien gaigné d'estre venu icy.* Αὐγὰς μὲν σικύας τμητῶν ἀνὰ κλάσμασι πείραις. Lego, τμητῶν ἀνὰ κλάσμασι πείραις. pro ἀναπείραις, vt κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. Vult Nicander, cucurbitas transfigi fractorum lignorum acutis surculis: interpres absurdè emendat σπείραις. si putarem aliquid mutandum esse, scriberem, Αὐγὰς μὲν σικύας γε μίτων ἀνὰ κλώσμασι πείραις. μίτου κλῶμα fili est periphrasis, vel sic, τμητὰς ἀνὰ κλώσμασι πείραις. & fortasse hæc vera lectio, nam paulo pòst σικύης ὄρνις vocat frusta cucurbitæ, per quæ filum transmissum. Τῇ ἐνὶ μὲν σικύης. figura est in τῷ quam πρὸς τὸ σημαινόμενον vocant: nam præcessit χυτρῶν. nisi legas, πολυχανδέα χύτρην, aliter tamen MSS.

CAPVT IV.

Olera κνηστὰ *&* κνιστά. *Menandri* Epiclerus. *&* Didymæ. κρέκες. *gallus gallinaceus* ἡμερόφωνος *&* ὀλόφωνος. *Cratini* Ὧραι. *locus Alcmanis.* ἀδελφὰξ. ἀμνή. *Sacerdos Mineruæ Athenis à quo caseo abstineret.* χοῖρος *de porca.* ἀθηλήμων. ἀφεύειν. σφίγγες. *notatus Scholiastes Apollonij.* πελαλίδες. *alia multa.*

DEINCEPS commemorantur gallinæ cucurbitis impositæ & κνηστοῖς λαχάνοις. Scribebam κνιστοῖς cum Epit. & Eustathio, cuius sunt verba: ὅτι δὲ καὶ λάχανα κνηστὰ ἐκαλοῦντο τὰ σύγκοπτα, ἐκ τοῦ κνῶ κνήσω τὸ κόπτω. καὶ κνηστὸς δὲ ποιός τις ἄρτος παρ' Ἴωσι, διὰ τὸ κνᾶσθαι ὡς εἰκὸς καὶ οὕτω διαδίδοσθαι, ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου δηλοῦται. sed & κνιστὰ olera per ι, in Hesychio nominatim exposita inuenias; & extat verbum κατακνίζεσθαι eâ notione positum paulo pòst in isiciorum descriptione. Addit, ὧν ὀρῶ περιφερομένων πλῆθος. Meliùs, περιφερόμενον. Citatur mox Menander ἐν Ἐπικλήρῳ πρώτῃ. Docuerat is poëta & priorem & posteriorem *Epiclerum*, illius mentio hîc, posterioris apud Harpocrationem: ὅρος, inquit; σκεῦός τι γεωργικὸν παρὰ Μενάνδρῳ ἐν δευτέρῳ (scribe, δευτέρᾳ) Ἐπικλήρῳ. Sequitur deinde, Μένανδρος Διδύμαις. Harpocration. ἐκωμῳδοῦντο αἱ Πολέμιον, ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τὰς παραγγελίας. ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι καὶ Μένανδρος ἐν ταῖς Διδύμαις.

οὐ δεινὸν ἂν κρέκας μὲ ἐκγονεῖν τέκνα; Athenienses κρέκας vocabant conchas asperas: ita autem videtur Eupolis adolescentem quendam appellasse, à morum asperitate, & insuauitate. Eius pater est qui ista pronuntiat. In sequenti versu, non rectè ὄρνεις θ' ὁμοίως. Scribe, ὄρνεις δ' ὁμοίας τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρί. Λήδα σὸν ἔργον δεῖ. distingue, Λήδα, σὸν ἔργον. δεῖ τ' ὁπ. *Leda, tua nunc sunt partes: faciendum tibi vt decenter gallinæ mores assumas.* De Ledæ partu nota fabula.

Ἐπὶ τῷδ' ἐπαίζε. Versus pede vno longior est, quàm oportuit. Scibe, Ἐπὶ τῷδ' ἐπαίζουσαν ἐκλίπειν καλόν. μὴ κεκλημένοι ἐν τοῖς πρώτοις. hoc est, vt paulo pòst loquitur, μὴ τυχὸν νίκης. *quam fabulam cùm docuit poeta iudicum sententiâ victus est: aut primâ palmâ excidit.*

καὶ ἄλλα δράματα τῶν ὁμοίως τοῦ αὐτοῦ. Deesse aliquid videtur: sententia talem aliquam lectionem desiderat, καὶ μὴ ἡ φάνισμα, ὥσπερ ἄλλα δρ.

Σιμωνίδης, ἱμερόφωνος ἀλέκτωρ. Censeo verius, ἡμερόφωνος, *diei nuntius.* Vocem ἱερόφωνος legas apud Alcmanem, eo in loco quem paulo pòst describimus. Κρατῖνος Ὥραις, ὥσπερ ὁ Περσικὸς ὥραν πᾶσαν καναχῶν ὀλόφωνος ἀλέκτωρ. scribe ὀλόφωνος. *qui totus vox est, præterea nihil*, vt de luscinia dixit olim Spartanus quidam; vel *qui toto veluti corpore cantat.* attollit enim se gallus gallinaceus cantaturus. Cratini hunc locum puto Hesychium respexisse, cùm scriberet, ὀλόφωνος, ὁ ἀλεκτρυών, ἢ ἀπὸ τοῦ λόφου, ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκ τοῦ ᾄδειν ὅλον αἴρεσθαι καὶ μετεωρίζεσθαι. Cratini fabulam Ὥρας non semel auctor laudat: citatur ab

auctore

auctore, & Harpocratione in descriptione ξενίδος: necnon Hesychio in κηπον & μυστικαρφι. Polluce libro sexto, capite secundo, & libro septimo, capite trigesimo, & sæpius alibi: sed videtur fabula hæc fuisse inscripta Πυλαιαι ὧραι, si recte capio verba Aristoph. scholiastæ, qui ad Aues, Κρατῖνος, inquit, ἐν ταῖς Χάρισιν (και Πυλαιαις ὥραις. Quod ad sequentia Alcmanis verba, ἁλιπόρφυρος ἱαρὸς ὄρνις, an hæc vera lectio esset, aliquando dubitaui: memineram enim scriptisse alicubi eundem Alcmanem ἁλιβατος πορφυρέ ὄρνις. Hesychius, ἁλιβάτιοι πορφυρᾶν ὄρνιν Ἀχαιὸς καὶ Ἀλκμαν. Sed commodùm venit postea in mentem loci cuiusdam Antigoni, quem hic adscribam. Historiarum enim mirabilium tmemate 27. postquam dixit alcedonum mares cerylos vocari: atque hos vbi consenuerint, solere fœminas in alas receptos gestare: addit, καὶ εἶναι τὸ ὑπὸ τοῦ Ἀλκμᾶνος λεγόμενον τούτῳ συνῳκειωμένον. φησὶ γὰρ ἀσθενὴς ὢν διὰ τὸ γῆρας, καὶ τοῖς χοροῖς οὐ δυνάμενος συμπεριφέρεσθαι, οὐδὲ τῇ τῶν παρθένων ὀρχήσει,

> Οὔ μ' ἔτι, παρσένικαι μελιγάρυες ἱερόφωνοι,
> γυῖα φέρειν δύναται· βάλε δὴ βάλε κηρύλος εἴην,
> ὅς τ' ἐπὶ κύματος ἄνθος ἅμ' ἀλκυόνεσσι ποτήται,
> νηλεὲς ἦτορ ἔχων, ἁλιπόρφυρος εἴαρος ὄρνις.

Sequitur, καὶ τὴν ῥηματικὴν, οἶδα δὲ ὀρνίχων ἐμῶς πάντων, scribo mutata distinctione, καὶ τὴν ῥηματικὴν οἶδα, οἱ ὄρν. Epicharmi locus in ΔΕΛΦΑΞ admodum corruptus. In vltimo versu τοῖς Ἀχαιοῖς προδιδόμεν τε, scribe, προδιδόμεναι τε. Anaxilas, ait, vocem δέλφαξ posuit καὶ ἐπὶ τοῦ τελείου. quod non est mirum: cùm exponat Hesychius τὸ δελφακῶδες, τελειώδεις ὗς. At pro ποιηοὶ δέλφακας ἀλιβάτους: scribe ex Epitome ὑλιβάτας. libro nono, τράγος ὑλιβάτης. τὸ ὀλιγοντι ἕνεκα τὸ ἑκατὸν θρεμμάτων. Dele τὸ ἑκατὸν. nam ex Eustathio & Epitom. superesse eam vocem constat planissimè. id vt non esset, cæcus sit qui non hoc videat. de vetero illa lege satis in superioribus libris. Quod autem addit, διὸ (ὰ ἤδη τελεια ἤσθιον: verum est, & in genere de omnibus acceptum, & priuatim ad Homerici versus interpretationem relatum. Nam facit Homerus Vlyßis famulos edere χοίρες, id est, porcos τελείους. sic enim accipiendum Athenæus docet, & ex eo repetit Eustathius. Mali critici sunt, qui sequentia poetæ verba inutiliter hoc loco inserta pronuntiant. Eustathius ex isto loco, εἰ ἀμφὶ τε ἐμμαιον οὐ σιαλως ἀλλὰ σιτιζομενον. neque aliter antiqua exemplaria omnia Scribe statim, καὶ νῦν δὲ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱέρειαν ἔθος οὐ θύειν ἀμνὴν. Vocem ἔθος quæ abest ab editis, ex Eustathio & Excerptis supplemus, & addit eruditissimus Eustathius, καὶ ὅρα ἀμνὴν: admonens nos, minus eam vocem esse vsitatam: sic autem appellari agnum anniculum auctor idem alibi. Sed quod addit dipnosophista, Atticam sacerdotem Mineruæ τυροῦ καὶ γάλακτος, *caseo abstinere*, si vt verba sonãt accipias, falsũ est. Strabo libro nono, de Salamine loquens Attici littoris insula: πῶς δὲ ἀπὸ τοῦ τὴν ἱέρειαν τῆς Πολιάδος ἀθηνᾶς χλωροῦ τυροῦ τοῦ μὲν ἐπιχωρίου μὴ ἅπτεσθαι, ξενικὸν δὲ μόνον προσφέρεσθαι, χρῆσθαι δὲ καὶ τῷ Σαλαμινίῳ, ξένην φασὶ τῆς Ἀττικῆς τὴν Σαλαμῖνα. οὐκ εὖ. καὶ γὰρ τὸ ἀπὸ τῶν ἄλλων νήσων τῶν ὁμολογουμένως τῇ Ἀττικῇ προσχώρων προσφέρεσθαι. ξενικὸν παῖδα τῶν μετοικούντων τῶν δεξαμένων τὰ ἔθη ταῦτα. non igitur in totum caseo abstinuit Mineruæ sacerdos: sed tantum recente, qui quidem in Attica pressus fuisset. Corruptissime aliquanto post scriptum etiam in membranis, vbi poetarum testimonia afferuntur, qui vocem χοῖρος de sue fœmina posuerunt, καὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ Ταιναρίοις τριγαρλωδη φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν. De tragœdia Sophoclis quæ hic nominatur, diximus libro septimo. poetæ verba sic possunt concipi,

> —τριγαρὸν
> ἰδεῖν φυλάξαι χοῖρον ὥστε δεσμίαν.

postrema sane quin ita debeant emendari, ex ipso Athenæo dubitare non possumus: generis enim fœminei vsurpationem solum probare voluit. Sequitur ex Ptolemæi regis Commentariis, ἕως Ἀσσῶν ἐπιδημήσαντι μοι οἱ Ἄσσιοι παρέστησαν χοῖρον υἱονεχῖνα, τὸ μὲν ὕψος δύο καὶ ἡμίσεος πηχῶν. ἔλεγον δ' ἀριθμοὶ πρὸς τὸ μῆκος τῇ χρείᾳ χρονικόν non clam me est quomodo viri doctissimi exposuerint χοῖρον υἱονεχῖνα. sed non adducar vnquam vt existimem eruditissimum regem appellare voluisse in soluta præsertim oratione, porcellum υἱὸν χοῖρον. Lego verò mutata distinctione, παρέστησαν χοῖρον ὗς aut ὕειον. vel simpliciter χοῖρον. nam in Excerptis non comparet vox υἱον, neque alia vlla eius loco. In iisdem est χρονικὸν non χρονικον. Subiunguntur ex Æschylo versus tres: quorum duo priores scribuntur in antiquis variè, Ἐγὼ δὲ χοῖρον καὶ μάλ' εὐθηλούμενον τουδ' ἐνοδοῦ θεῖναι κρίβανον ὄπτω, in aliis εὐθηλούμενον. nec peccauerit fortasse qui εὐθηλημοσία, vt in illo veteris poetæ apud Suidam, ἀρκῦν κατεδηδοκυῖα τὰ εὐθηλήματα μόσχων. inuenimus etiam in optimis codicibus, εὐφυλασμένον. quod non est absurdum, si leuiter emendatur: nam εὐφυλαγμένον fuerit scribendum, vt in aliis horum librorum non paucis locis. Vide libro primo, capite quarto. vix putem ἐνοδοῦ dixisse Æschylum pro ἐνδοῦ. quod tamen si admittimus, τουδ' ἔνοντα κρίβανον tueri licet sequente versu, & interpretari *salsum furnum*, vas testaceũ, quo mucido vsus erat loco furni, sic videtur appellare ἰπνον sine ἰπνον, nouè pro τοπον. sed vocem hanc pro deprauata habuit auctor Epit. cum cætera describeret. antiquam veteris codicis manum, assequi hic non sumus quiti. Proximos duos eiusdem tragici versiculos sine controuersia debes ita concipere.

> λευκὸς. τί δ' οὐχί; καλῶς ἠφευμένος
> ὁ χοῖρος. εὖ ὑμῖν ἢ λυπηρὸς (aut λυπηθῆς) πυρὶ.

Errant magnopere, qui offensi voce probâ ἠφευμένος nihili verbum ἠψημένος, eo quidem sensu quem afferunt scribi voluere: notissima Græcis vocabula εὕειν & ἀφεύειν, pro *igne torrere*. Est & hic eiusdem tragici versus, de sue malefica, δεινῶσα καὶ τρέπουσα τυρβ' ἄνω κάτω. vbi videtur poeta

poëta φιλόκαπρος, pro eo quod est aliis τυρβάζειν, dixisse τρέχειν τύρβα. aduerbium τύρβα non memini equidem legere alibi: Græcum tamen & δόκιμον videtur, eadem analogia qua κρύβδα & μίγδα formantur. Post ista narrant docti conuiuæ, suem apud Cretenses habitum animal sacrum, & illorum ritibus religiosè cultum fuisse. Ridiculæ adeò superstitionis caussâ ex antiquo scriptore Agathocle Babylonio afferunt hanc: μυθολογοῦσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθαι τὴν Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς Δίκτης, ἐν ᾗ καὶ ἀπόρρητος γίνεται θυσία. λέγεται γὰρ ὡς ἄρα Διῒ θηλὴν ὑπέσχεν ὗς. καὶ τῷ σφετέρῳ χρεμετισμῷ περιοιχνεῦσα τὸν κνυζηθμὸν τοῦ βρέφους ἀνεπαΐστον τοῖς παριοῦσιν ἐτίθει. διὸ πάντες τὸ ζῷον τοῦτο περισσῶς σέβονται, καὶ οὐκ ἄν τις τῶν κρεῶν δαίσαιτο. *Iouem in Creta natum fabulantur, in monte Dicta, vbi etiam arcana quædam sacra agitantur. Aiunt enim suem illi sugendam mammam præbuisse: & circumcursantem grunnitu suo impedisse, ne illius vagitus posset intelligi. ideo omnes animal hoc summâ veneratione dignum censent: neque eorum quenquam adduxeris vt suillâ vescatur.* Malè editum vulgò περιχνίσα pro περιοιχνεῦσα. ita legunt Excerptor & Eustathius. Ionica vox est, quâ dialecto plurimum vsus Agathocles, vt ex reliquiis apparet. Scripti quidā περιχνεῦσα, quod minùs placet. Scripsimus etiam ex iisdem κνυζηθμὸν, non vt vulgò, κνυζησιν. Obserua damnatam locutionem nonnullis veterum criticorum, τῷ σφετέρῳ χρεμετισμῷ, pro ἑῷ. de vnica enim sue loquitur, non de pluribus. Notatus hoc nomine Apollonius Rhodius non semel ab antiquo interprete, magnæ doctrinæ viro: vt lib. 3. ad ista, Τόνδ' ἀπαμειβόμενος σφέτερον κλέος: οὐκ ὀρθῶς, ait, τὸ σφέτερον. ἔστι γὰρ τρίτον προσώπου πληθυντικόν, καὶ ἁμαρτάνει. sic & alibi sæpius. Sed hunc quoque canonem grammaticorum optimi auctores interdum migrarunt. Polybius in quinta historia, ὁ βασιλεὺς ἤθροιζε τάς τε τῶν Ἀχαιῶν νῆας, καὶ τὰς σφετέρας. sic alibi σφέτερος simpliciter pro ἴδιος, vsurpatum inuenias. Præterea scribit Eustathius τοῖς παριοῦσι non παρεῦσι. Cùm ait Athenæus, Πραίσιοι δὲ καὶ ἱερὰ ῥέζουσιν ὑΐ, καὶ αὕτη προτελὴς αὐτοῖς ἡ θυσία νενόμισται: appellat προτελῆ θυσίαν, hostiam præcidaneam, quæ ante alias cedebatur. erant enim aliæ præcidaneæ, siue præcidariæ; aliæ succidaneæ. Legimus & in Romanis ritibus *porcam præcidaneam*. Sed aliud est θυσία προτελὴς ὑὸς Præsiorum in Creta, de qua loquitur hic Athenæus: aliud *præcidanea porca*, quæ describitur in Festi reliquiis. Simillimè apud Græcos προτελὴς θυσία diuersè accipitur: interdum eâ notione quam expressimus: interdum peculiare sacrificij genus est, quod ante nuptias faciebant. vnde est προτέλεια θύειν, & προτελὴς ἑορτή. Subiicit auctor, τὰ παραπλήσια ἱστορεῖ καὶ Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς, ἐν δευτέρῳ Περὶ τελετῶν. hic est Neanthes, quem in explicandis veterum superstitionum ritibus Clemens Alexandrinus, aliique laudant. Harpocrationis in Ἄττις verba sunt. ὁ δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκεν ὁ Ἄνθης. μυστικὸς δὲ ὁ λόγος. Scribendum, δεδήλωκε Νεάνθης. Adultas porcas & iam grandiores, πεταλίδας Græci vocabant: sicut testimonio Achæi poëtæ probat dipnosophista. Propriè non suibus ea appellatio conuenit: sed vitulis aut bobus, qui patentia cornua habeant. hos enim Græci πετάλους siue πετήλους: Latini *patales* dixerunt. Ait, πεταλίδας δ' ὗς σῦς ἐόρκει, Achæus, μεταφέρων ἀπὸ τῶν μόσχων. ὅτι γὰρ πέταλα λέγονται ἀπὸ τῶν κεράτων, ὅταν αὐτὰ ἐκπέταλα ἔχωσιν. In Excerptis non πέταλα scriptū sed πέτηλοι. ita etiam Hesychius, πεταλίδων ὑῶν. μετῆκται ἀπὸ τῶν μόσχων. πέτηλοι γὰρ οὗτοι λέγονται. non dubito & Athenæum & Hesychium, ab eodem auctore, vetere nimirum Achæi interprete, hæc sumpsisse, & vsum pro suis. Atque hoc eò notaui, vt alterum eiusdem Glossographi locum emendarē, qui doctissimis viris fraudi fuit. Ait enim, σῦς πετῶνες, ὁ ἀναπεπταμένα τὰ κέρατα ἔχων. Scribendum, πέταλοι. Quemadmodum autem patalium boum appellatio ad sues translata est: sic & Latinorum boum. his enim non illis primò tributum est hoc nomen. Eratosthenes tamen, vt hîc obseruatur, τὰς σῦας λαρινοὺς προσηγόρευσε, μεταγαγὼν καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν λαρινῶν βοῶν, οὕτως ἐκλήθησαν ἀπὸ τοῦ λαρινεύεσθαι, ὅπερ ἐστὶ σιτίζεσθαι. Σώφρων, βόες δὲ λαρινεύονται). Græcis λαρὸν & λαρινὸν dicitur τὸ ἡδὺ, quod placet ac gratum est, inde λαρινεύειν dictum: quod non simpliciter σιτίζεσθαι significat: vt Athen. interpretatur: sed *habere molliter & delicatè*. Epirotici boues larini dicti, quos ad victimas impinguabant, vt docet Varro libro secundo de re rustica. At valentes boues, qui facilè proscindunt glebas, non λαρινοὺς, sed χαμινοὺς vocabant. Hesychius, χαμινὰς, εὐπλεύρους βόας, ἰσχυροὺς, καὶ εὐοχεῖς. Latinis *glebarij*.

CAPVT V.

Porcellus simul assus & elixus: idémque fartus, & tamen integer. Ilicet. τί ποτ' εἶ. ἀληθινὸς μάγειρος. τόπον διδόναι τῷ κενῷ. πέρας ἀρετῆς. ἦμμα. τὸ πρᾶγμα δείξατε. ἐξαίφνης. παίζειν. *alia item non pauca.*

Elegans fuit illius coqui artificium, qui dipnosophistarum mensæ porcellum intulit ab altera parte ὀπταλέον καὶ κεκραμμένον, *assatum & probè tostum*: ab altera verò, ὡς ἂν ἐξ ὕδατος ἑφθὸν ... id est, *surul... elixum, vtpote in aqua coctum*: tot hisce verbis nihil aliud significatur, nisi quod vnâ dictione paulo pòst dicitur, ἑφθόν. Accedebat aliud subtile commentum: quòd erat ἄσφακτος hic porcellus, vt loquitur coquus: neque vllum exhibebat vestigium letalis sui vulneris, aut vllius apertionis: cùm tamen non solùm exenteratus, verùm etiam impensâ multâ fartus & oppletus esset. Quod ad farturam attinet, similem habes narrationem libri quarti initio: sed sine vlla subtilitate: de isto autem fusè paulo pòst idem qui parauerat coquus. Lege, ἐμπυγαστρίαν τε μέρη χορδῶν: sic meliùs libri: non χοιρων. videntur autem petita hæc ex aliquo

poëta: nam integros aliquot senarios hîc facilè deprehendas. ταγγυρὰ τῶν ὠῶν, vitelli ouorum nominantur, cum hîc, tum infrà in descriptione patinæ rhoduntiæ, Inter cætera autem quæ dicuntur in porcelli ventrem condita, nominantur & τὰ ἐκ τῶν σαρκῶν εἰς λεπτὰ κατακνιζόμενα (malim κατακνιζομένων) καὶ μετὰ πεπτέων συμπλαττόμενα. tot Græcis dictionibus περιφράζει Leonides siue Athenæus, quæ vno verbo Romani appellabant *isicia*. quare additur: ἰσίκια γὰρ ὀνομάζειν αἰδοῦμαι τὸν Οὐλπιανόν. vel vt alij libri, διὰ τὸν Οὐλπιανόν. Romanam esse vocem constat ex Arnobio, Apicio & Macrobio libro septimo, cap.8. Alexander Aphrodisæus vnde illam disputationem mutuatus videtur Macrobius, ἴσικον nominat problemate 22. libri primi. Paxamus, quem dicit Leonida isiciorum fecisse mentionem, is est quem de paratu ciborum, déque agricultura & tincturæ arte scripsisse testatur Suidas: quémque etiam in Græcorum comment. de re rustica laudatum offendimus. Recitatur deinde prolixa ῥῆσις è Posidippi comici *Choreunsis*: vbi postquam dixisset culinariæ rei doctor, optimum artis coquinariæ condimentum esse τὴν ἀλαζονείαν, hoc est, si nôrit aliquis probè se venditare: addit, τὸ καθόλου δὲ τῶν τεχνῶν ὄψεις δ' ἔχοντι ταῦθ' ἡγούμενον. Lego, vt versum & sententiam expleam. ὄψει σχεδὸν γ' ἔχοντι ταῦθ' ἡγούμενον: id est, non in nostra tantùm arte, verùm in omnibus, cernas eos qui plurimùm sapiunt, ostentatione ac iactantia plus præstare quàm vllâ re aliâ. tum quid ἀλαζονείαν vocet, clarè & sub exemplo docet. Ait,

Ξεναγὸς, ὡς τις αὖ τὸν θώρακ' ἔχῃ
Φολιδωτὸν ἢ δράκοντα σεσιδηρωμένον,
Ἐφάνη Βριάρεως. ἂν τύχῃ δ' ἐστιν λαγώς.

dux militum, ait, *si loricam gestauerit squameam, & draconem in clypei ferrea lamina sculptum habuerit, apparet Briareus: cùm tamen fortasse sit lepus.* deinde arti suæ hoc exemplum applicat. Sic autem legendum.

Ὁ μάγειρος ἐὰν μὲν ὑποδιακόνους ἔχων
Πρὸς τὸν ἰδιώτην καὶ μαθητὰς εἰσίῃ,
Κυμινοπρίστας πάντας, ἢ λιμοὺς, καλῶς
Ἔπτηξ' ἕκαστος εὐθύς. ἐὰν δ' ἀληθινὸν
Σαυτὸν παρεμβάλλῃς, καὶ περισκιδαρεῖς ἄτει.

Sensus est: si coquus ministratum alicui veniat habens famulos dicto sibi audientes, & discipulos arti suæ conuenienter moratos: tum silent omnes, & ne γρὺ quidem aduersus coqui voluntatem mutiunt. (hoc significat ἔπτηξ' ἕκαστος εὐθύς) sin verus coquus accesserit, id est, sine vlla pompa & specie inanium, non solùm contemnitur: sed & flagris sæpe cæditur priusquàm discedat. Legebatur in quarto versu ὀπίπτηξ' ἕκαστος, quod leniculum mendum quàm atras tenebras huic toti loco intulerit, scient qui nostram interpretationem cum interpretum somniis contulerint. ἔπτηξε autem id est quod diximus: item ἀληθινὸς is quem expressimus. non enim ita accipere debemus, vt cùm paulo pòst Sosipater coquum ἀληθινὸν appellat; τὸν ἐκ παιδὸς ὀρθῶς εἰς τὸ πρᾶγμ' εἰσηγμένον. Coquorum discipulos λιμοὺς appellat, quia integram famem in ædes alienas afferebant. κυμινοπρίστας autem, vt omnia etiam minima arrodentes, & sibi rapientes de singulis aliquid. Pergit coquus in eandem sententiam, ὥσπερ οὖν ὑπεθέμην τῷ κενῷ χώραν δίδου. *Igitur*, ait, *sicut initio dixi, da locum vanitati.* hoc ἀλαζονεύου καὶ περπερεύου. esto vanus, & vt Tertulliani verbum vsurpem, pompaticus, χώραν διδόναι τῷ κενῷ, siue τῇ ἀλαζονείᾳ, non est *cedere*: vt cùm dicimus, *cedere suo iure alicui*, sed est *dare locum & in se admittere.* non multò aliter Paulus Apostolus, δότε τόπον τῇ ὀργῇ. quod interpretatur Chrysostomus, συγχωρήσατε τῷ θεῷ ἐπεξελθεῖν. Proximus versus aliud præceptum continet, Καὶ τὰ στόματα γίνωσκε τῶν κεκλημένων. malim στόματα. sic semper alij poëtæ, & ita necesse. Hoc præceptum optimus magister simili hoc illustrat,

Ὥσπερ γὰρ εἰς τὰμπόρια τῆς τέχνης πέρας
Τοῦτ' ἐστιν, ἐὰν δὲ προσδεχόμενος πρὸς τὸ στόμα.

Hoc ait, quemadmodum ei qui nundinas petiturus est, illud ante omnia fuerit conducibile, scire quid libenter empturi sint ij, ad quos merces delaturus est: ita in arte ganeæ præcipuum est, vt cibi congruant cum palato conuiuarum. Appellat πέρας artis, quam ἡγεμονίαν dixit Diphilus in simili sententia: nam apud illum de sua arte loquens coquus.

Ἡγεμονία τις αὐτῆς ἐστὶν, ὦ πάτερ,
Τὸ τῶν ἐδομένων τὰ στόματα προειδέναι.

Versu 19. τὸ θῦμα βοῦς, inquit coquus, hoc est, victima quæ propter solennitatem nuptiarum mactatur, bos est: quare cibi parandi sunt, quales possunt ex eo carnium genere parari optimi. θῦμα idem atque ἱερεῖον: quam vocem exposuimus libro 1. cap. 11. Sequente versu, ὁ διδοὺς ἐπιφανὴς, ἐπιφανὴς ὁ λαμβάνων, de patre sponsæ loquitur, & sponso. ὁ διδοὺς, is qui filiam suam nuptam collocat: ὁ λαμβάνων, sponsus qui vxorem ducit, 21. Τούτων γυναῖκες ἱέρεαι τῇ θεᾷ. Huius solennitatis pars potior fœminæ sunt: quare probi coqui officium est, illa potissimùm parare, quæ fœminis plurimùm solent esse grata. Sed quænam illa dea est quæ hoc versu nominatur? Præterea versus proximus hypermeter est, Θεαὶ, κορύβαντες, αὐλοὶ, παννυχίδες, ἀναστροφή. Ne multa, scribendum censemus.

Τούτων γυναῖκες ἱέρειαι. τῇ θεοὶ
Κορύβαντες, αὐλοὶ, παννυχίδες, ἀναστροφή.

Sequitur, ἱππόδρομος οὗτός ἐστί σοι μαγειρικῆς. Venusta translatio. Plautus milite, *Iam est ante ædes circus, vbi sunt ludificandi mihi.* Subiicitur & alia eiusdem poëtæ μαγειρικὴ ῥῆσις: in cuius quarto versu, ὁ βαθὺς τῇ φύσει Στραβιγγὸς ἔστηκεν, καὶ τὸ πρᾶγμ' ἰδὼν ἔξαρ: pro βαθὺς emendarunt εὐθὺς, qui ignorabant Græcis & Latinis vsitatam locutionem, quam ad Suetonij Vitellium exponebamus. at pro ἔστηκε, postulat lex metri potiùs ἐστι. vel sine copula, ἔστηκε, τὸ πρᾶγμ' ἰδὼν ἔξαρ. *alti animi dux stabit, & molem belli sustinebit.* Famelicum

& cum cui longa est cœnæ expectatio, pulchrè describit Posidippus, cùm ait, Τηρῶν ποτ' ἐπὶ τὰς χεῖρας οἰσ' τι: *expectans quando aqua afferetur lauandis manibus*. eam aquam Græci vocant ὕδωρ ἐπιχεῖρας. Notanda etiam & etiam vox rara, & alibi quod sciam, non lecta, ῥακάα, pro re vili & abiecta. *ros*, inquit, σχλν τιντυ ῥακέαν τύρισμένω. *cogita talis turbæ farraginem conuenisse*. sed nos de eo vocabulo ampliùs cogitemus. sermo Gallicus Græcam vocem si modo legitima est, integram retinuit, *racaille*. Euphron mox in simili sententia συρφετὸν pro eo dixit. Posidippum excipit Euphron: ex cuius Synephebis affertur similis superioribus ῥῆσις μαγειρική. Sic autē incipit, Ὅταν ἐργολαβῇς Καρίων διακονῶν Οὐκ ἔστι παίζειν, ὡς ἃ μεμάθηκας ποιεῖν. Cocus discipulum alloquitur, & præcepta ei dictat. *cum pauperibus*, ait, *operam locaueris, cuiusmodi qui ex symbolis vna sunt, nō licet ludere, neque ea facere quæ soles*. Honeste vocat παίζειν, furta committere, vt fieri solitum à famulis coquorum, sed meliùs Gallicè vertas τὸ παίζειν, *il ne s'y faut pas iouer*. q.d. seriò in te animaduertetur, si quid furto abstuleris. Tū autē adiicit, hūc pridie ob furta quæ tentauerat, valde periclitatum: sed locus est maculosus. nam ita scribitur, Ἐχθὲς κεκινδύνευκας, οὐδεὶς οὐχὶ σοι Κωβιός. ὅλως γὰρ ἧπαρ, ἀλλ' ἦσαν κενοί. Doctus interpres violentā iter sibi patefecit, vt ad sententiam perueniret quam putabat esse verā. Illa vero sententia tam est falsa quàm inepta. Is igitur pro ἧπαρ scribit παρῆσαν, securus, vt fere vbique, de versu. Quid nos? vtemur nempe ingenio, & eā quam tantopere miramur semper lenitate. Apex vnus mutādus non est: sed interpunctio solum corrigenda.

Ἐχθὲς κεκινδύνευκας. οὐδεὶς ἤχισοι
Κωβιὸς ὅλως γὰρ ἧπαρ. ἀλλ' ὦσαν κενοί.

Heri in magno periculo versatus es: gobionū enim, qui tibi traditi fuerant ad coquendum, *nullus habuit iecur: sed omnes inuenti sunt vacui*. Cōiunctio γὰρ transposita in alienum locum, vt sæpe. octauo versu, μισθὸν δίδοντας ὅσον ἂν αἰτήσαις ἁπλῶς Εἶναι δίκαιον. potest ferri hæc lectio vtcunque. malim tamen, διδούς, ✠, *si mercedem persolueris* qui te locauit, *esto iustus*. ὁ δ' ἢ νῦν βαδίζομεν. Εἰς τοὺς γάμους, ἀνδροφόνος. *apud illum verò qui hodie operā nostrā est vsurus ad curandas nuptiales epulas, nullum fraudis genus est prætermittendum*. quo sensu hic accipiatur vox ἀνδροφόνος dictum iam lib. 6. c. 9. In fine dictum elegantissimè, ὡς δ' ἢ καὶ γλισχρὸν βλέπει *videri vt parcum cernit*. hoc est, de parci & sordidè auari vultum præ se fert.

CAPVT VI.

Πέπραται τὸ πρᾶγμα Sicon & Æolosicon. κατέφην & καταφέπειν. Ἡφαίστου κύνες. φέρειν. θέρον. Chariades vel Charinades. Ζωμὸς μέλας. λαμβάνειν. *Nautarum sacrificia ex voto*. πεμπάδων ἡμέραν pro πέντε ἡμερῶν ἡμ. *Vnde fieret olim, vt victima sine corde aut sine iecore aut renibus inuenirentur. alia multa*.

NVLLVS fermè fuit Græcus poëta nouæ comœdiæ, qui communem locum de cocorum arrogantia non attigisset. Inde illa tam multa, quæ tot locis in eam sententiam recitantur ab eruditis conuiuis hisce, sicut libro sexto obseruabamus, capite 11. Ac de aliis quidem alibi. nunc autem sequitur ex Sosipatri (vel fortasse Sopatri) *Catapseudomeno*, prolixa coqui oratio iactātiæ & vanitatis plena, in qua nōnulla sunt digna quæ nos aduertant. Initio postquam dixit artem μαγειρικὴν, magnam artē esse & magni faciendam, addit, Ἀλλὰ πέπαυται τὸ πρᾶγμα, καὶ πάντες σχεδὸν Εἶναι μαγείρους φασὶν. οὐδὲν εἰδότες [Vitium in priore versu metri modulus arguit. Suspicor glossam irrepsisse in locum vocis légitimæ: quum esset prius, Ἀλλ' οἴχεται τὸ πρᾶγμα] Restituendus nobis ex coniectura hic locus versu 10. ---Τρεῖς ἡμεῖς ἐσμὲν ἔτι λοιποὶ Βοίδιον καὶ Χαριάδης. scribo, ---τρεῖς ἡμεῖς μόνοι ἐσμὲν ἔτι λοιποί. In 13. malim abesse interrogationis notam post ἐγώ. & vertam. *Ego vero hoc aio*. respondet illis, τί φῄς; In 14. *Sicon*, prpprium est viri nomen quod qui cēsent mutandū in Sicyon, errant. inde est Æolosicon Aristophanis fabulæ titulus: de Siconis cuiusdam leuitate & stultitia, quod & Adrianus Turnebus ad hunc locum notauerat. Mutilus est versus 15. Ἐδίδασκεν ἡμᾶς πρῶτον ἀστρολογεῖν. explueris si addas à fine, καλῶς, aut tale quid. 20. Ἆρα σύ με κόπτειν οἴει ὦ γε φίλτατε melius ἄρα. *ergo tu me loquacitate obtundere paras*. qui accingunt se ad faciendum aliquid, Græcis dicuntur οἴει ἄγειν ποιεῖν. Dalec. κόπτειν vsu tritissimum hac notione, vt libro 7. ἢ γίγνωσκ' φαίνει τι μοι Καινὸν παρὰ τοὺς ἔμπροσθεν, ἢ μὴ κόπτε με. mutat in κρήπτειν, fallaci & absurdā coniecturā. Idem interpres in simili dissertatione coqui alius ex Anthippo comico, postea hoc libro descriptā, καταχόπτειν, *obtundere* vertit isto versu, Ἐμὲ καταχόψεις. οὐχ ὁ θύειν μέλλομεν. sed meliùs ibi vertisset, *enecabis*. propter sequentia verba. iocatur enim poëta in ambigua significatione τοῦ καταχόπτειν: quam Latinè non minore elegantiā expresseris, si vertas, *Tu quidem me enecabis, non victimam quæ parata est*. at in isto Alexidis qui sequitur non longè, Μὴ κόπτε μ' ἀλλὰ τὰ κρέα παῖδες φάγετε. aliter interpretandum, vt cap. 8. dicetur. Faciunt mihi negotium hi duo versus. Ego, inquit iste artis suæ encomiasta, dum puer venit è foro:

Μικρὰ διακινήσω σε περὶ τοῦ πράγματος,
ἵνα τι λαλεῖν λάβωμεν εὔκαιρον χρόνον.

Non est obscurum ex superioribus, quam sententiam ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου postulet: sed διακινεῖν τινὰ, pro *sermonem habere cum aliquo*, quale est loquendi genus: præterea non ἵνα λάβωμεν, verùm ἐπεὶ λάβωμεν videtur fuisse dicendum. 24. scribe, Ἀπελθὼν ὡς ἐργώδης! ἄκουσον ὦ 'γαθέ. In 39. scribendum, τὸ τάχιστον, non τὸ ταχινόν. & λαβεῖν in proximo, non λαμβάνειν. In 44. Τί οὖν ἔτι σοι δίειμι τὰ στρατηγικὰ Ἔχειν γε τὸν μάγειρον, πῶς δ' ἔτι

σοι δ᾽. Lacunam fequentium verborum, ἡ τάξις. . . . . Σοφὸν μὲν ἀπεργάζῃ σὺ κἀν πάσῃ τέχνῃ : expletimus infertâ voce σαφῶς, non minus verè, opinor, quàm aptè. ἡ τάξις σαφῶς σοφὸν μὲν ἀπ. Vltima verba ita fcribe, --- σὺ δῆτα παραδείξας ἐμοὶ τὰ δέοντ᾽ ἀπελθών, αὐτὸς ἡσυχίαν ἄγε. qui cocum in foro conduxerat, vexatus ab eo longis fermonibus, quibus fuæ artis myfteria illi pandebat, bellè fe nunc vlcifcitur : negans opus fibi effe ampliùs coqui operâ, pofteaquam tam benè fuerit in ea arte inftitutus : quare eum iubet faceffere, & alia curare. Infequens Alexidis ecloga tota eft plana, vfquè ad illa fub finem,

Εἰς τοὺς σοφιστὰς τὸν μάγειρον ἐγγράφω
Ἐστὶ καθ᾽ ὑμᾶς· καίεται δέ μοι τὸ πῦρ
Ἤδη, πυκνοὶ δ᾽ ἄπεισιν Ἡφαίστου κύνες
Κοῦφοι πρὸς αἰθέρα, οἶσθ᾽ ὁ γίνεθ᾽ ἅμ᾽ ἅμα
Καὶ τὴν τελευτὴν τοῦ βίου συνηψέναι
Μόνοις ἀνάγκης θεσμὸς οὐχ ὁρᾶταί πως.

Vulcani canes eleganter appellat, è crepitante ligno volantes huc illuc fcintillas. Eubulus in Orthana, vt narratur lib. tertio & lib. 6. Ῥιπὶς δ᾽ ἐγείρει φύλακας Ἡφαίστου κύνας. Pro ἄπεισι videtur fcribendum ἄττουσι, propter fequentia verba, κοῦφοι πρὸς αἰθέρα. Si legamus ἄπεισι, canes Vulcani erũt coqui difcipuli, quod optimè cum fuperioribus conueniet : nam quantum fufpicari licet, quinque poftremi verfus continent ἐπεξεργασίαν eius quod præcedente dixerat, coquos & fophiftas in eadem lance ponendos effe. Probat hoc duobus argumentis, nam & coqui & fophiftæ difcipulos habent quibus imperent, quíque fibi fint obfequentes : & vtrifque eorum illud proprium, vt præ timiditate âtque ignauia à morte violenta nihil metuendum habeant. Prius argumentum elicitur ex hac lectione antepenultimi verfus, quam excogitauimus, Κοῦφοι πρὸς αἰθέρ᾽. ἅμ᾽ εἶπα, γίγνεται θ᾽ ἅμα. Familiare Græcis prouerbium, ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον. Pofteriorem rationem eliciebamus ex fequẽtibus duobus verfibus. Ait auctor: δικαστὴς γὰρ ὑμᾶς οὐκ ὀκνήσαιμ᾽ ἂν καλεῖν, ἀναιρεθέντων τὴν ὑμετέραν τῶν αἰσθητηρίων κρίσιν. memineris qui hæc legis, fub perfona coqui ifta dici : nam fi accipias vt ab auctore dictum, res eft inepta; de literis enim non iudicamus per fenfus, etfi non fine fenfibus. Hoc moneo, quia Dalec. aliter accipiens malè mox interpretatur ifta, οὐδενὸς ἐμνήσθη τοιούτου ὧν ἐγὼ πολλάκις ὑμῖν τυγχάνω παρασκευάζων. quæ fimiliter vt à coquo profecta capi debent, & verti: *nullius talis paratus ciborum Euphron meminit, quales ego fæpe vobis paro*. Percurramus nunc ipfa Euphronis verba, πολὺ νεώτατος, verfu quarto. *omnium meorum difcipulorum natu longè minimus*. Scribe quintum verfum, Ἄγις Ῥόδιος ὀπτήσει ἰχθὺν μόνος ἄκρως. Νηρεὺς δ᾽ ὁ Χ. Verfu fexto, ὄρειον τὸ λευκόν, ἐξ Ἀθηνῶν Χαριάδης. Pofterius hemiftichium emendabat Dalecamp. τὸ ζωμὸν Χαριάδης. fanè quam ἀτέχνως: nam macula huius verfus in prima voce cõfpicitur, ὄρειον enim perperam legitur pro θρῖον. edulij genus apud Græcos fuit τὸ θρῖον. parabatur variis modis, vt docemur ab Hefychio atque aliis. ideò additur λευκόν, ad diftinctionem plurium modorum, quibus thria conficiebant. *Chariades* Athenienfis fuit, etiam alibi nominatus in hoc libro, [vt capite fequente,] fed *Charinades* fortaffe melius. Ariftophanes, Χαρινάδην τις βωσάτω. Etiã cæteros qui hîc nominantur, *Lampriam, Aphthonetum, Euthynum*, & alios Athenienfes fuiffe, aut artem fuam in ea vrbe exercuiffe exiftimo. Nugatur enim hîc cocus, iuris nigri inuentum Lampriæ tribuens. ζωμὸς μέλας ηὑρέθη πρώτῳ Λαμπρίᾳ. cùm Lacedæmonios ab antiquiffimis temporibus eo vfos conftet. Aut ita accipe hunc verfum: excelluiffe Lampriam in parando eo iufculo, & primas tuliffe. Cùm ait, Ἀλλᾶντας Ἀφθόνητος, Εὔθυνος φακῆν, fic accipe : Aphthonetus allantes (εὗρε fupple, *inuenit* :) *Euthynus lentem*, hoc eft, rationem parandæ lentis quàm optimè. Errant qui aliter accipiunt verfum hunc, & fuis emendationibus illum deprauant. Addit, Ἀπὸ συμβολῶν συνάγουσιν Ἀρίστων πόρους. hîc quoque fupplendum ἐξεῦρεν, verbum εὗρε. *iis qui volunt ex fymbolis vnà effe*, inuenit *Arifton rationes compendiarias*. Superioribus aliquot locis teftatus eft Athenæus, conuiuia è collatis fymbolis fuiffe ἀπὸ & frugi. in his igitur oportuit cocos inuenire πόρους : hoc eft, varias rationes conficiendi cibos diuerfos ex eadem materia. Ita interpretamur πόρους hoc loco. Quid fit συνάγειν, quid συμβολαί, fuperiore libro, & fæpe alibi dictum. Interpretes hîc οὐδὲν ὑγιές. Poftquam autem priorum inuenta prædicauit hic fapiens : ego verò, ait, cæteris artis noftræ partibus occupatis, inueni τὸ κλέπτειν πρῶτον, ὥστε μηδένα μισεῖν με διὰ τοῦτ᾽, ἀλλὰ πάντας λαμβάνειν : furta facere, adeò fuccenfente nemine, vt contrà omnes operâ meâ vti præoptent. λαμβάνειν eft, *conducere ad opus faciendum*, & vt veteres loquebantur, *emere*. peccata aliorum piget perfequi. 17. Πέμπτην ἔθυον ἡμέραν οἱ Τήνιοι. Tenij quidam nautæ, cùm vix quinto die Athenas appulerint, diis vota reddunt, defuncti periculofa nauigatione. De hoc more diximus ad librum feptimum. Ita autem neceffariò exponimus πέμπτην ἡμέραν θύειν. *Tenus* Cycladum vna eft, non ita longo interuallo Athenis diftans, vt quinque dierum effet nauigatio: fed ifti tempeftatem paffi videntur. Quid fi compendio fermonis dictum putemus, pro πέμπτην ἀγορὰν ἡμέραν ἐξ οὗ ἔθυον οἱ Τήνιοι, vel πέμπτην ἡμέραν pro περὶ πέμπτην ἡμέραν, *quinto abhinc die*. fic ferè paulo pòft τὸν ὄρθρον, pro περὶ τὸν ὄρθρον. Porrò qui ex hac cauffa facra faciebant, quàm minimo poterant fumptu pietatis officio defungebantur. Diphilus de naufrago vota foluente, Ἀφῆκα τὸν πιστὸν οὐδὲν ἥδιον Ποιεῖ γὰρ οὗτος ἀλλ᾽ ὅσον νόμου χάριν. Propterea fubiicitur hoc loco, nautas Tenios mactaffe hœdum paruum & λεπτόν, macilentum & exfuccum. nulla poteft cauffa afferri, cur λευκὸν pro λεπτὸν emendari voluerint viri docti. Sed hunc locum ita fcribe,

Λεπτὸν ἔριφον καὶ μικρόν. οὐκ ἦν ἐκφερεῖ

Τότε τῶν κρεῶν σοι οὐδὲ τῷ διδασκάλῳ.

monstrum est, non Græca vox, τό τε λελοχκρίον, quod omnibus hactenus placitum. cùm erat magna ciborum copia, facile erat coquis suffurari aliquid. Hic famulum suum laudat, quòd etiam in eo sacrificio vbi præter hœdum nihil dabatur parandum, ingeniosa furta sit primus omnium commentus. Ita verte, *nihil tum poterat carnium auferri furto, neque tibi, neque etiam mihi, qui tuus sum præceptor*: sequitur, Ἑτέρους περιέσπασας δύ' ἐρίφους ἠνάγκασας. tu verò, ait, subtilibus cōmentis tuis *vt alteros duos hœdos pararent, vel mactos adegisti*. Interpres ἠνάγκασα. contra poëtæ mentem planissimè. nam huius inuenti palma ad discipulum pertinet, non ad magistrum qui loquitur. Sed videamus quæ sequuntur: Τὸ γὰρ ἧπαρ αὐτῶν πολλάκις σκεπτόμενον, Καθεὶς κάτω τὴν χεῖρα, &c. Stratagemata famuli exponit, quibus ille vsus effecerat, vt miseri nautæ pro hœdo vno tres mactarent. Hîc verò interpretum me miseret. Res ita habet: Mactato primo hœdo, dum curiosiùs ex perpetuo ritu, iecur spectant nautæ, nebulo iste manum vlteriùs promouet, renem magnâ audaciâ aufert, iacitque in propinquam foueam: quem vbi animaduersum est deficere, tumultuari nautæ & sibi timere, quibus hoc portentum esset oblatum. Quando igitur non litarant hac primâ victimâ, succidaneā præcidaneæ substituunt. sed hoc quoque frustra: nam & hæc sine corde reperitur, fraude simili eiusdem hominis sacerrimi. Ita opus est tertio hœdo. Narrationis hæc summa. Atque ex his discimus qui factum sit olim, vt toties hostiæ parte aliqua intestinorū detectæ reperirentur: cuius rei testis tot locis Græca & Latina historia. Ego non dubito popas & victimarios, sui compendij caussa, sæpe iis artibus vsos quas coqui frequentabant, vt docet hoc loco poëta. Versum hunc ita scribe, Τὸ γὰρ ἧπαρ αὐτῶν πολλάκις σκεπτομένων. nisi malis, αὐτὸς πολλάκις σκοπούμενος. res eòdem redit. Ait, οὐκ εἶχε νεφρόν, ἔλεγον. ἐκτέθεν οἱ παρόντες ἀπεβόησαν. dixerunt omnes, *non habuit* hæc hostia *renem: tum qui aderant, caput demiserunt propter hanc iacturam*. Sine caussa emendant ἔλεγες. iidē absurdissimè versu 30. scribunt, ἐγὼ μόνος εὕρηκα τέχνην cùm & sententia, & metrum postulent quod editur, σὺ μόνος εὕρηκας τέχνην. pari errore in 33. ἐπερέπιζον scribunt pro ἐπερέπιζες. Eo loco ludit venustè poëta in voce χορδή, quæ & intestinorum partem significat, quibus vescimur. & fidem lyræ. Narrat magister de suo discipulo, fecisse illum χορδῆς furtum: & postea cato aliquo vafr amento, quod equidem non satis capio, adstantium animos alibi occupasse, vt sibi daretur χορδῆς deuorandæ facultas. Lego donec aliquid melius doceat,

Χορδὴς δ' ὀβελίσκω δι ἡμισεας ζητουμένης

Ιχθὺς δύ' ὠμοὺς εἰς τὸ πῦρ ἀπεσβέσας.

sequitur iocus de quo diximus, Καὶ πρὸς τὸ δίχορδον ἐπερέπιζες. *atque interea strepebas ad dichordum instrumentum* sensum iam expressimus.

CAPVT VII.

Platonis Lacones. περίκομμα. λαφυροπώλης. Coræbus *olympionica*. ἀνδράποδα τὸν ἀγῶνα, *vel* πῆλυν. ἄγγος. *pro* ἀλβὸς δ' ὄχος λέγ. *perspicuus & clarus*. ἀνθρωπίνως λαλεῖν, humanè loqui. *illustrata multa & emendata*.

ΣΩΦΡΩΝ δ' ἐν Γυναικείοις. *nimis* nempe: quoties iam facta mentio μίμων γυναικείων & μίμων ἀνδρείων Sophronis?

Περίφερε κύκλῳ τὸν σκύφον μεσόν.

Sic edimus hunc Sophronis ex Italicis exemplaribus: quorum ferè secuti sumus fidem, cùm nuperam editionem adornaremus. Veteres editiones ita habuerunt, περίφερε † κυνὸς μεστὸν τὸν σκύφον quam scripturam inuentam à nobis etiam in Huraldino MS. neutiquam esse aspernandam, iure nunc censemus. Lego igitur, Περίφερε Καισία (vel Κοισύρα) μ. τ. σκ. *Caesia*, siue *Coesia*, mulieris nomen, cuius non semel in eo opere fecerat Sophron mentionem. Athen. sub finem libri huius, Καὶ Σώφρων ἐν Γυναικείοις, Τάλαινα Καισία, κατὰ χειρὸς δίδου ἀποδόμενος πόθ' ἡμῖν τὴν τράπεζαν.

Καὶ Πλάτων δ' ἐν Λάκωσιν. Ob sē, uo dubitasse veteres cuius esset hoc drama. Harpocration, Ἐκωμῴδει Σθένελον ὁ τοῦ. Πλάτωνος Λάκωνας χάψας, εἰς τ' ἀλλότρια ἀποσφετεριζόμενα.

Εἰσηγόρευτι, περίπαλαι ἐν τοῖς σφάγαις. Fuere qui scriberent, εἰσηγόρευτι. Si quid mutandum probarem, Ἀνάφαινε ἐν Διδύμοις, ἀγόρευτι περίπαλαι ἐν τ. σ. nam x fine præcedentis vocis videntur temerè aliquot literæ repetitæ. Περὶ ἡμίσεος καὶ ἡμίσεος καὶ ἀσφάκτου γεμιστοῦ χειρός. Vt libro septimo singulorum piscium nomina, & lib. 11, poculorum: sic hæc verba tanquam inscriptio capitis, sequenti narrationi præscribuntur. dubitet aliquis an sint Athenæi: puto tamen esse. ἐκασα καὶ τ' ἄλλας μερίς ἔψησα. non malè qui legunt ἄλλα. Τὰ κρέα ποιήσας ἔαστα καὶ ζέσας σφόδρα. Nullus sensus ex primis verbis potest elici ita scriptis: emendemus igitur, & scribamus Τακερὰ ποιήσας ζέσας. posterior versus pars priorem explicat. Nam ζέσας valet hîc, *faciens feruere*, τακεραὶ autem fiunt carnes coctura diuturnâ. Sensus est. vt fallas eos qui numerata carnium frusta tibi tradiderunt, fac tamdiu coquantur donec d ssoluantur: ita enim numerus iniri nullo modo poterit. ἰχθὺς ἀδρὸς παρέσται σοι: ἐπιτηδειός. an & hic legi potest, ζακόρος ἔστι σοι. si eum vehementer c q ias, tuus est: non quidem totus, sed pars illius. Ideò adiicit, quasi explicans se, καὶ τεμάχιον ἐκκλίνης τι. *frustum saltem aliquod eius aucres*. περικομματίοις ἡ τέχνη ἡ ποιεῖ φύσει edu'ij facti è paruis carnium frustis nomen est περίκομμα. Latinorum *minutal*, res non admodum diuersa. Hîc verò pericommatis loco esse dicuntur particulæ è singulis cibis decerptæ & furto ablatæ. Εἰς ἀγελον σε ἡ ἀμὶ τοῦτ' εὔφρανα. Lege, εἰς ἀγελόν

ἐν χύτραις ταυτά γ' εὐφραίνω. Τῷ λαθυρεπάλῃ· παντάπασι μὲν οὖν. appellat autem λαθυρεπάλην, ianitorem foribus appoſitum, vt exeuntes coquos & alios ſuſpectæ fidei, excuteret. Poteſt legi & εὐφρανῶ. vel τούτοις εὐφρανῶ. εἰ δ' ἡμέτεροι εἰσιν ἅμα ἴσως ταῦτα ἐκμεμαθήκοτες. Videtur corruptum aliquid. Fortaſſe ſcribendum εἰ δ' ἡμέτεροι οὗτοι μάγειροι ταῦτα ἐκμ. Mox autem pro, ἢ ἐπὶ μετρίοις ἐμαυτὸν ἐγὼ οὐ μεγαλαυχούμενος ἐπ' ἐμαυτῷ, ſcribendum paret, ἢ ἐπὶ μετρίοις ἐμαυτὸν ἐγὼ μεγαλαυχούμενος ἐπαινῶ: *an illa ſunt mediocria, propter quæ elato ſpiritu me ipſum laudo?* ὁ πρῶτος τὸν τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα ἀναδησάμενος Κόροιβος ὁ Ἠλεῖος. Pauſanias Eliacorum libro priore, ἐξ οὗ γὰρ τὸ συνεχὲς ταῖς μνήμαις ἐπὶ δρόμου μὲν ἆθλα ἐτέθη πρῶτον, καὶ Ἠλεῖος Κόροιβος ἐνίκα. teſtatur idē & in Arcadicis. Interpreti multum debet hic Corœbus, qui de coquo & curſore poëtam eum facit. Sed eo miſſo vertamus, *primus eorum qui ex Olympiaco certamine coronati ſunt, vicit Corœbus Eleus.* ἀναδησάμενος ἀγῶνα, pulcherrimum dicendi genus, de eo qui ludis fuerit coronatus. Sic dicunt Græci ἀναδεῖσθαι νίκην. Zoſimus libro primo, Ταῦτα δὲ διαθεὶς τὸν εἰρημένον μοι τρόπον, καὶ κατὰ βαρβάρων ἀναδησάμενος νίκας, δύο πολέμους ἀγωνισάμενος. Contrà, qui aliquâ ignominiâ fuerit affectus, dicitur is αἶσχος ἀναδήσασθαι. Procopius, αἶσχος ἀναδησάμενον οὕτω μέγα πρὸς πάντων ἀνθρώπων. Quamobrem fruſtra ſunt eruditiſſimi viri, qui Euſtathium emendant ſcribētem, ὅτι δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ καταλόγῳ μνημονευθέντα Ὀλύμπια οὐκ ἀεὶ μεγάλους τινὰς εἶχεν ἀγωνιζομένους, δηλοῖ ὁ πρῶτος τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀναδησάμενος ἀγῶνα Κόροιβος ὁ Ἠλεῖος, οὐ μεγάλης τέχνης ἄνθρωπος ὤν, ἀλλὰ μάγειρος, ὡς ἐν τοῖς Ἀθηναίου κεῖται. ipſa ſunt, vt vides, Athenæi verba.

Σφόδρ' ἀγανακτῆσ' ὡς περ ἠδικημένος. Scribo, ἠγανάκτησ' ὥσπερ. pro ἠγανάκτησεν. ille vero indignari cœpit, & ſuam iniuriam interpretari, quod nullum vocaſſem ad cœnam dætymonem. Malè acceperunt pro ἠγανάκτησα. nec rectè diſtinxerunt. Οὐδέτερον αὐτῶν προβάτιον δ', οὐκοῦν ἔφη. Et hæc, & quæ ſequuntur peruerſe ſcripta. Lego,

α. Οὐδέτερον αὐτῶν, προβάτιον δ'. β. οὐκοῦν, ἔφη,
Ἐστὶν τὰ μῆλα πρόβατ', α. ἔφην, οὐ μανθάνω
Ἔγωγε τούτων οὐδέν, οὐδὲ βούλομαι.
Ἀγροικός εἰμ' ὥσθ' ἁπλῶς μοι διαλέγου,
β. Ὅμηρον οὐκ οἶδας λέγοντα μῆλα σύ;
α. Ἔχλει ὁ βούλετ' ὦ μάγειρ' αὐτῷ λέγειν.

multa hîc fecimus meliora. itaque omnia iam ita plana, vt vel mediocriter verſati in literis interpretē non ſint deſideraturi. penultimi verſus ſententiam ita excerpſit Breuiator, Οὐκοῦν τὰ μῆλα πρόβατα; Ὅμηρον οὐκ οἶδα λέγοντα: quod noſtram emendationem ſtabilit. Πηγὸς πάρεστι· πηγός; οὐχὶ λευκὰς ἦ. Inuenimus hanc lectionem οὐχὶ λευκὸς εἶ: ſanè venuſtam & acutam: nam quia πηγὸς exponitur apud poëtam μέλας videtur ita accepiſſe eâ notione, qui quærentem coquum audiuerat, an aliquis adeſſet πηγὸς quare vt ad eam interrogationem reſpondens, πηγός; ait: οὐχὶ λευκός: *nigrum* quæris aliquem? *num tu vero albus es?* Hic ſenſus eſt huius lectionis: quam equidem ambabus, quod aiunt, manibus amplecterer, niſi impedirent ſequentia. ſed eâ ſcriptura admiſsâ, quid fiet ſequente voce ἐρεῖς? præterea in antiquis membranis locus ſimiliter ſcriptus vt in editis: quare earum auctoritate nobis commendare ſe ea lectio non poteſt. Excerptorum auctor, quæ videbat maculoſa, tangere noluit. Coniicimus ſcribendum eſſe,

Πηγὸς πάρεστι· πηγός; οὐχὶ λευκὰ σύ
Ἐρεῖς, σαφέστερόν θ' ὃ βούλει μοι λέγειν;

minus vulgo nota ſignificatio vocis λευκόν, quādo orationi tribuitur perſpicuæ & claræ, fecit vt corrumperetur ab imperitis hic locus. atqui οὐχὶ λευκὰ ἐρεῖς, elegantiſſimè dictum, pro, *non tu ea dices quæ poſſint intelligi?* Euſebius Προπαρασκευῆς libro 11. καὶ τοῦτό γε λευκότερον διασαφήσας ἐν τῷ φάναι, μηδὲν ἄλλο εἶναι τὸ ὄν, ἢ τὸ οὐ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενον, νῷ δὲ καταλαμβανόμενον ibidem τὴν δὲ διὰ τοῦ δόγματος διάνοιαν ὁ Φίλων ὁ Ἑβραῖος λευκότερον ἑρμηνεύων, τόνδε παρίστησι τὸν τρόπον. Sic lib. 15. λευκοῖς τοῖς ἐλέγχοις ἀπογύμνωσα. ſic & alij auctores. [& διαλευκαίνειν pro interpretari. Nicephorus Gregoras lib. 8. τὰ τῶν ὕθλων καὶ ἡμετέραν βιβλίων αἰνιγματώδη καὶ χεῖρα διαλευκαίνειν, καὶ τὴν ἐκείνων γνώμην πρὸς ἡμέραν μεθαρμοζόμενος.]

Μισύλλα, μοίρας, δίπτυχ', ὀβελός. Voces Homeri ſunt: quibus facit poëta iſtum vti, ad oſtentationem eruditionis. Sic legendum μίστυλλε, & metri cauſſa, & Homeri: cuius eſt verſus quem reſpicit, vel ex Martiale omnibus notus μίστυλλόν τ' ἄρα τ' ἄλλα. μιστυλλᾶν Atticorum, hic nō habet locum. μοῖραν Homero, quæ aliis μερίδες etiam δίπτυχα Homericum vocabulum, ex his illius exponendum, κατὰ δὲ κνίσῃ ἐκάλυψαν δίπτυχα ποιήσαντες. indidem eſt ὀβελός. nam ait poëta, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν. Atque hæc ſunt illa verba, ἃ οὐδὲ εἷς ἤκουσεν ἄν, inquit hic paterfamilias. id eſt, *quæ nemo poſſit intelligere*: ſic malo quàm vt alij, *inaudita*: propter particulam ἄν. ἀκούειν pro *intelligere* ſæpe inuenie. Τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίον. Malo, & præſtat, τὸ τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίον Gloſſas Philetæ intelligit, quas ille verſibus ſcripſerat, vt alibi diximus. Ἀνθρωπίνως λαλεῖν. Arbiter in Satyrico, *Rogo inquam, quid tibi vis cum iſto morbo? Non minus quam duabus horis mecum moraris, & ſæpius poetice quàm humanè locutus es*: prorſus conuenienter huic loco. [Ariſtophanes Ranis ἀνθρωπίνως λαλεῖν, oppoſuit τῷ γλωττοστρεφεῖν, & ea loqui, quæ mirentur qui audiunt potius quàm intelligant.] Sic apud Hieronymum accipe *humanum ſonum*, cùm in Apologia aduerſus Rufinum φράσιν hanc illius exagitans, *quæ mihi ad ſuſpicionem veniebant*, ita loquitur: *compeditam putes linguam eius, & inextricabilibus modis ligatam, vix in humanum ſonum erūpere.* [Auſonius in epiſtola ad Symmachū *Perſuaſiſti mihi quod epiſtola mea cōſummatio inhuma-*

na non esset] Galen. in libello εἰ κατὰ φύσιν αἷμα ἐν ἀρτηρίαις περιέχεται, disputans aduersus Erasistrateos, ταῦτα τοῖς αὐτοῦ, μόγις αἰσθόντες, ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἐγερθέντες, οὐκέτ' ἀγροίκως τε καὶ ἀγρίως, ἀλλ' ἤδη λογικῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως ἐπιστρέψαντες ἐπιχειροῦν διαλεγεσθαι. Libro autem secundo, περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν, studium suum purè loquendi & intelligibiliter, appellat παιδείαν μετρίαν καὶ φιλάνθρωπον. At in illa mirabili D.Pauli ad Romanos epistola, ἀνθρώπινον λέγω, B.Chrysost. interpretatur, ἀπὸ ἀνθρωπίνων λογισμῶν, ἀπὸ τῶν ἐν συνηθείᾳ γινομένων. τὸ γὰρ σύμμετρον τῆς παρηγορίας τοῦ ἀνθρωπίνου δηλοῖ.

CAPVT VIII.

Οἰνέα Πηλέα ποιεῖν. Commentum artis μαγειρικῆς. κρεάδια δροσώδη τὴν χροιάν. tenera rori assimilata. iecur anseris. Eubuli Stephanopolides. *Anticlidis* Nosti. *ἀναβράστια & ἀνάβραστα κρέα. Testiculi in cibum. iidem dicti νεφροὶ & παραστάται.* Oxyliparum. *ἀκρολίπαρος. ἀπόξυλες & κατάχρυσος. Metagenis* Auræ. *Platonis* Pisander. *Menandri* Carthaginenses. *Ἀπολλων. alia nonnulla.*

ΕΠΙΤΙΜΩΝΤΕΣ δέ τινι φασὶν, μὴ δεῖν τὸν Οἰνέα Πηλέα ποιεῖν. Eustathius ita interpretatur: Oeneus & Peleus personæ heroicæ positæ sunt pro οἶνος & πηλὸς, vnde ortæ videntur. Reprehenditur autem his verbis pincerna, qui vinum in cyathum sic fundit, vt effundat: vinum humi cadens fit πηλὸς *lutum*. Scimus etiam πηλὸν dictum veteribus fuisse vinum: vt ego arbitror non merum & syncerum, sed mixtum aut mangonizatum: inde κάπηλος, qui tale vinum vendit. Quare possumus etiam sic exponere, non oportet οἰνέα facere πηλέα, id est, *bonum vinum malum facere, & corrumpere*. Quis primus hoc dixerit, non nunc memini. Vetustissimum quidem dictum est: cuius etiam facit mentionem Demet. Phalereus, vel quicumque est libri eius auctor.

πεῖρα τῆς τέχνης ἧς ἡγήσατο ἀπολαύσας. *cùm mihi experienti bene cessisset ars, quam ille primus docuit.* Ars autem illa est, peritia corrigendi retorridas & κραμβαλέας iam nimiâ cocturâ carnes. Id πάθος esse ait ἰάσιμον: si olla in qua torrendo corruptæ fuerint carnes, immittatur bene calida in peluim aceto frigido plenam. Prima Alexidis verba opem desiderant meliorum librorum: quos dum expectamus, rectâ saltem interpunctione ea illustrabimus:

> α. † ὄψι μοι δοκεῖ
> Πινικτόν τι ὄψον δελφάκιον. β. πάνυ γε.
> α. Ἔπειτα προσκέκαυκε. β. μηδὲν φροντίσῃς
> ἴασιμον γὰρ τὸ πάθος ἐστί. β. τίνι τρόπῳ;

Proximum versum ita scribo, ὄξος λαβὼν, εἶτ' εἰς λεκάνην ἐπ' ἐγχέας. In eo qui sequitur, non concoquo τὸ ξυνεὶς, nec scio qui emendem. Postea lege, καὶ ζυμωθεῖσαν ὥσπερ κίστρας λαμβάνει διεξόδους ἁρμφάς. Malè in 11. Τὰ κρεά δ' ἴσως scribendum, τὰ κρεάδι' ἴσως. vt mollitiem carnium indicet, non κρέα appellat, sed κρεάδια. Propterea addit, fieri illa δροσώδη τὴν χροιάν. hoc est, vt vulgò etiam loqui solemus, *tenera instar roris*. Quia ros est ἁπαλὸς καὶ ἀδρανὴς ὑγρὸς, ideo rori comparantur quæ sunt tenera & mollia. Alciphron in epistolâ quadam, Στέφανα πεπλεγμένα τοῖς γὰρ ἄλλως ὕλαρ καὶ μιγῆναι, καὶ ἔναρ δρόσῳ προσεοικὸς, διὰ τὴν ἐκ τῆς ποτνίας λειμῶνος, παρίστησι. ἡμῖν δ' ἔστω ἐν τὸ βρῶμα. Æschylus quoque in Agamemnone δρόσους nominat teneros auium pullos. Anacreon, ἁπαλὸν δὲ καὶ δροσῶδες Στεφάνω μέτωπον ἔφυσε. Ab eadē mente, ποντίας ἔρσας Nenniconicarum odâ septimâ, quidam è veteribus exposuerunt, condimenti quod lene et adhuc. Sed primus omnium pater elegantiarum Homerus ἔρσας, id est, rores tenellos agniculos vocauit, in 1. Vlyssiæ, χωρὶς μὲν πρόγονοι, χωρὶς δὲ μέτασσαι, χωρὶς δ' αὖθ' ἔρσαι quasi dicas, tenera. hinc ἐρσήεσσα. Tempestas etiam dicitur veris ἀὴρ μαλακὸς καὶ δροσώδης mollis ac tener, etsi aliter ibi possemus eam vocem interpretari.

ἀλλ' ἀπαλὸν καὶ ζητοῦσαν. Scripsi quidam, ἀναμασᾶσθαι. nihil hic intelligo. Scribe πολλῷ γ' ἀμείνων, ὡς ἔοικας, ἦσθ' ἄρα λόγων. Χειρίδια περιφέροντα κεκαλυμμένας ὅλας. Hæc ego non intelligo. Coniectabam] χειρίδια περιφέρουσιν ἀκρα κραμβαλέα, paulo antè, καὶ τὰ φορέοντας χαιμένας κραμβαλέας [sed non satisfacio mihi in hac coniectura. Pro κραμβώσας, quod nihil significat, Scaliger substituebat θρομβώσας agnosco vocem probam θρομβοῦν, pro cogi in grumos, apud Nicandrum & alios. sed eget adhuc medicinæ hic locus] Δώσειν ἐπάγω χῆνα τοῦ φυσήματος. Plinius de iecore anseris, *Fartilibus in magnam amplitudinem crescit: exemptum quoque lacte & mulso augetur.* Nota res ex poëtis Latinis, lis autem quæ differuntur hoc loco de altilibus anseribus, adiice quæ libro decimo quarto appinguntur, hîc prætermissa. σιδηρᾶς πόνου ἐπεὶ ὃν ἁπλῶς καὶ τὰ. melius ἐπεί.

αὐτὸς δὲ τὴν ἄρνα φέρων. Edebatur ἄρτον. fecimus ἄρνα. nam ἄρτος nihil ad rem. ἄρνα autem etsi dicitur quibusdam ζῶον ἄναιμον, multo tamen propior quàm aquila: neque hîc locū habet eā significatione. est verò Homeri versus Ὀδυσσ. ο. πίονα χῆνα δ' ἀετὸς κατὰ τὴν αὐλὴν. Plinius libro decimo, capite vigesimo secundo De anseribus, *Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitate nouère.*

Εὔπολις ἐν Στεφανοπώλισι. Lego Εὔβουλος: cuius poëtæ *Stephanopolidas* siue *Coronarias* laudat libro decimo quinto, non semel. at Eupolidis eo lemmate fabulam quis veterum nominauit?

λέγειν δέ, οὕτως Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς Ἀχαιῶν, ὁ Μυρτίλος ἔφη. Deest verbum φησί, post nomen Ἀριστοφάνης. nam vertendum, *Myrtilus tum dixit scribere Aristophanem grammaticum, κραμβαλέα esse vocem Achiuorum.* Myrtilus vnus fuit è conuiuis. Interpres sustulit hæc verba, ὁ Μυρτίλος ἔφη. sed bene est, quod non datum ei fine

prouocatione imperium. Ἀνακλάσας οἱ ἐν ἐλδόμενοι καὶ ὁ τῶν Νόστων. De hoc & aliis *Nostorum* poetis diximus in superioribus libris. Sed cogitemus de hoc numero: nam quale id poema fuit, quod libros contineret 78. aut etiam plures? Ἀναβράσων ἢ κρεῶν μιμνησκόμενος Γόητι. Aristomenis poëtæ comici, cognomento θυρεπανοίκτου, & fabulæ illius Γόητες inscriptæ, meminit non semel hic auctor. Hîc verò deest illius poëtæ testimonium. Possumus Aristophanem loco Aristomenei substituere. Ait enim comicus in Ranis, Καὶ κρέα γε πῶς τέμνων ἀναβράσας ἄστυ ἀνημιμελίμαια. vetus interpres exponit, ζέσας ἑψήματα, *quæ feruendo cocta fuerint*, in caccabo nempe. At in Acharnensibus ait idem poëta, ἀναβράσατε, ἐξοπτᾶτε, στρέφετε, ἀφέλκετε τὰ λαγῷα ταχέως. Athenæi sunt, non Aristomenis sequentia verba, καὶ ὄρχεις ἤσθιεν, ὡς καὶ νεφροὺς ἐκάλουν. ac miror potuisse in hoc decipi viros eruditos: verùm hoc ideo, quia deesse Aristomenis verba non cogitabant. Quòd autem etiam testiculis vesci solerent antiqui, probatur auctoritate Philippidæ comici, cuius sunt verba:

> Ἔπειτ' ἐπὶ τούτοις πᾶσιν ἧκ' ὄρχεις φέρων
> Πολλούς· τὰς μὲν οὖν γυναῖκας τ' ἄλλ' ἠκκίζετο
> Ἡ δὲ ἀνδροφόνος Γνάθαινα γελάσασα,
> Καλά γε, φησὶν, οἱ νεφροὶ, νὴ τὴν φίλην
> Δήμητρα. καὶ δύ' ἁρπάσασα κατέπιεν
> Σίδ' ὑπτίους ὑπὸ τοῦ γέλωτος καταπεσεῖν.

Secundum versum deformiter immutat Dalecampiùs: qui est vel Crotone sanior. Verte, *Venit tandem aliquis multos afferens testiculos: ac cæteræ quidē mulieres iis vesci recusabāt: Gnathena verò scelesta ridens. Eccere, inquit, pulchri hi renes sunt: & simul duos rapuit ac deuorauit* &c. Νεφροὺς autem appellarunt testiculos illi quos ὀνομάζειν ἀπρεπὲς pudebat. Latini veteres *polimenta* vulgò. Græci περιφέρεια. Sequitur post paginas aliquammultas, παρέθεσαν ἡμῖν πολλάκις ἡμῖν καὶ οἱ καλούμενοι περίσσοι· & statim, εἰσὶ δ' οἱ ὄρχεις οὕτω καλούμενοι. melius fecisset auctor, si hæc iunctim non separatim posuisset. Tertius versus tibicine fulciendus, ne claudat, Ἡ δ᾽ ἀνδροφόνος αὕτη Γνάθαινα γελ.

ὀξυλίπαρον ἢ τί ἐστι: De oxyliparo dictum aliquid libro septimo. ex nomine ipso patet natura condimenti: quod pingui constabat & aceto, aut rebus aliis acidis. Sed id vocabulum parum vsu receptum fuisse indicat Vlpianus, cùm addit, πλὴν εἰ μὴ καὶ κόππαρα καὶ λεπίδιν (vel potiùs λεπίδιον) τὰ παρὰ μὴ νομιμα βρώματα ἐπιτάξειν μέλλετε. quasi dicho oxyliparum, non minus esset Græci Barbara, quam *coccaria* & *lepidium*; quæ sunt Syriacarum rerum Syriacæ appellationes, vt expositum est libro tertio, cap. 32. Ἀκρολίπαροι τὸ δ' ἄλλο σῶμα ὑπόξυλοι. Habitus corporis in quibusdam hic est, vt cùm faciem spectes succulentos & pingues putes: qui tamen reliquo corpore sint exsucci, macilenti. & solum ossa ac pellis, quod aiunt. De istis videtur Alexis nomen ἀκρολίπαρος vsu passe: vt colligi potest ex illius versu, ἀκρολίπαροι τὸ δ' ἄλλο σῶμ' ὑπόξυλοι. *in summo pingues sunt: at reliquum corpus est instar ligni aridum* Elegans vox ὑπόξυλος, cuius translatio longius etiam ab optimis scriptoribus extenditur. vt cum ieiunos & elumbes oratores vocat Hermogenes ὑποξύλους σοφιστὰς, in libro περὶ ἰδεῶν. vbi scholiastes vetus doctè. ὑπόξυλα, ait, κυρίως καλεῖται τὰ ἀγάλματα, εἰς ἐκ ξύλων καὶ ποικίλας σμήψεις, ἐπὶ πολλοῖς i scribe ἐπιπολῆς, ἐπεληλάσαι ἄργυρος ἢ χρυσὸς κεῖται ἢ ἐπὶ τῶν λαμπρῶν μὲν ἔξωθεν καὶ ἐπιφανῶν, πονηρῶν δὲ τὰ ἔνδον. καὶ Μένανδρος Χερμηθᾳ (scribe Περινθίᾳ) φησιν. Οὐδ' αὐτὸς εἰμι σοῦ θεοῖς ὑπόξυλος, ἀλλὰ τοῦ κιβδήλου καὶ οὐ γνήσιος. huic contrarium est διάχρυσος simili translatione. Diphilus, εὐγ' ὁ διάχρυσος ἐπὶ τὸ ἐκ Εὐριπίδης. ὄψάριον ἢ παρ' οὐδενὶ τῶν ζώντων λεγόμενον ᾆδε. Si hoc dicit Vlpianus, se in nullius eorum qui tunc viuerent scriptis, reperisse vocem ὀψάριον, nihil habeo quod ei succenseam: sin de vniuersis scriptoribus sensit, memoriam accuset suam: cùm in præcedentibus ea vox habeatur tot locis. Rectè autem monemur ab auctore Excerptorum, ὀψάριον in allatis Athenæo locis esse *piscem* [illegible] ἐξ Αὐρῶν Μεταβῶς. Potest videri Ἀρῶν scriptum pro Αὐρῶν. vt καλαῦροψ pro καλαβρόψ, & hoc genus alia. quin ipsum αὔρα pro ἄβρα legimus apud Aristænetum libro priore, epistola 22. tamen & libro 13, & apud Suidam, itemque in scholiis *Aurum* Aristophanis semper Αὖραι. Restitue poëtæ huius & fabulæ istius nomen apud Harpocrationem in οἰκίσκῳ, vbi reperies vtrumque fœde corruptum. ἐπὶ ὄψαλος μοι ἁπάντων. Emenda ex hoc loco Pollucis codices libro sexto, cap. decimo.

Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ Fabulæ huius Plutarch. meminit in vita Antiphontis: sed locus hodie corruptè editur. κεκωμῴδηται δ' εἰς φιλαργυρίαν ὑπὸ Πλάτωνος σὺν Πεισάνδρῳ. scribendum ἐν Πεισάνδρῳ. Μένανδρος Καρχηδόνιος. Alij numero multitudinis inscribunt. Scholiastes Aristophanis ad Vespas, μισεῖ γὰρ αὐτὰ τοῦ μισεῖς, καὶ Μένανδρος Καρχηδονίοις. Ex ea comœdia afferuntur hæc, Ἐπιθυμίας τοὺς ἱερεῖα ἰδίων ὀψάριον οὐδὲ ἐν ἔλαβεν ἥψησεν φακῆν. quæ nihil significant ita scripta. Lego,

> --- ἐπεὶ ἢ θύσας τοῖς Γερέχ ὕδει
> ὀψάριον οὐδὲν ἔλαβεν, ἥψησεν φακῆν.

Inter præcipua piscatoris incommoda est ventorum flatus vehementior:

> Χαλεποὺς γὰρ, ait verè Oppianus, ἀνέμοισι καὶ ἰχθύας
> ἀλγεῖν ἄητας
> Ἰχθῦς, οὗ σφίλλουσιν ὑπείρ ἅλα δινεύοντες.
> Γηραιοὶ δ' ἀνέμων περιώσιος ἵσταται ἀχή.

Ideò Boream impensiùs colebant, quorum viuendi rationes in piscium captura erant sitæ. Hoc pietatis officio functum se ait iste piscator, frustra tamen: nihil enim piscium capere quitum esse. quare sibi rem rediisse non ad restim quidem, sed ad lenticulam. εἰ μὴ περὶ

παραμύθημ' ὀψαρίοις ἑκάστοτε. Scribe: παραμυθήσομαι atque in hoc loco, ait, vocem ὀψαρίοις, ἀντὶ τῶ προσοψήμασιν ἀκούομεν. *accipimus pro pulmentis*, non pro piscibus. ἄπελλον σκεῦ. τὸ μέσον ἴσως δηλαδή. Distingue ista. α. ἄπελλον. β. οὐκοῦν τὸ μέσον ἴσως δηλαδή. Interrogatus an vellet frigidos sibi apponi cibos, dixerat μηδαμῶς. idem postea rogatus an vellet feruentes, respondet: ἄπολλον, quæ abominantis exclamatio est. pro ἄπολλον ἀποτρόπαιε. sicut etiam dicebant, Ἡράκλεις ἀλεξίκακε, Lat. *dy auertant*. Cùm igitur iste neque feruentes neque frigidos cibos probaret: infert alter rectè, οὐκοῦν τὸ μέσον ἴσως δηλαδή. *ergo medium erit videlicet aliquod*. Ita probatum est quod primis versibus ridebatur.

Σὺ πρὸς θεῶν ἰθύνας τὸν ἱέρακα. Debilis vno pede hic versus. Potes Σὺ πρὸς θεῶν μεγάλων &c. Proximum ista distingue, Μὴ κτεῖνέ μ', ἀλλὰ τὰ κρέα. παῖδες παράγετε. *Heus tu ne occide me, sed has carnes concede*. ita exprimenda hoc loco elegantia verbi κτεῖνειν, de quo plura capite sexto,

Οὐ ζῶντες. οὐχ οἷόν τε γὰρ. τί ἄλλ. καὶ Interpunge, Οὐ ζῶντες. οὐχ οἷόν τε γάρ. τί ἄλλο; καὶ Ἡπάτων ὄπιον προσειλαβόν. ἐγὼ σοι ἤρεμ' ἀλλ' οὐχ ἑλλήσποντον πλεύσας, ἀλ. Alludit Vlpianus ad Homeri locum Iliadis libro nono.

> Ὄψεαι αἴ κ' ἐθέλῃσθα, καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ,
> Ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντον ἐπ' ἰχθυόεντα πλεούσας
> Νῆας ἐμάς.

CAPVT IX.

Theophrasti opus Περὶ ζώων. *Actio* ἐξαπατήσεως *quomodo* δημοσία. *Ister* ξυγγραφεὺς Καλλιμάχειος. *Attagen* ὑποπυρρίζων. *Socratis liber*, Περὶ ὄρνιθ. &c. πολεμὸς κοῖλος φυάς. κοιλαίνειν. *Athenæus memoriâ lapsus*. ἀτταγᾶς, *Canon de accentu τῶν εἰς ας*.

IN sermone eo quẽ de phasianis habet, editũ est, ἐν ᾗ κατακλείουσιν ἀπεσχημένα. Scribe ἀπεσχημένοι, de duobus loquitur. In sequentem autem locum è comici Nebulis, τοὺς φασιανοὺς οὓς τρέφει Λεωγόρας, non debuit inseri vox ὄρνις. quæ neque est apud poëtam, neque potest. alioquin illi quæstioni non erat locus, quæ iactata est inter philologos super voce φασιανοὺς, vt narratur hîc. Sequitur statim, κωμῳδεῖται γὰρ ὁ Λεωγόρας ὡς γαστρίμαργος ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Περιαλγεῖ. Platonis locus quem intellexit Athenæus, nec tamen apposuit, hic est:

> Εἶθ' ἦν Μόρυχε· νῦν γὰρ εὐδαίμων ἔφυς.
> Καὶ Γλαυκέτης ὁ ψῆττα, καὶ Λεωγόρας
> Οἱ ζῆτ', ἀτερπεῖς οὐδὲν ἐννοούμενοι.

Extat apud comici veterem interpretem, sed deprauatus. *Morychum* & *Glaucetam* Aristophanes quoque in Pace ganeones fuisse testatur. *De Leogora* addit Scholiastes Aristophanis, Εὔπολις ἐν Αὐτολύκῳ β. ὡς καὶ διὰ Μυρρίνας ἑταίρας τὰ χρήματα ἀποβάλλοι φησί. Sextus liber Theophrasti De animalibus, qui statim citatur, in chirographis est decimus tertius. sic enim præferunt, Θεόφραστος δ' ὁ Ἐρέσιος Ἀριστοτέλους μαθητὴς, ἐν ιγ' Περὶ ζώων. Alteram lectionem firmat Diogenes, qui Theophrasti illud opus, sed librorum facit, non plurium. Pergit auctor, Ἀριστοτέλης δ' ἐν ζ' Ζώων ἱστορίας. Occulti libri nec publici, ἐν ὀγδόῃ. neutra lectio vera. Vide nonam historiam, capite quadragesimo nono. Callixeni qui mox indicatur locus, fusè descriptus est libro quinto. De illis, οὓς ἐγὼ διὰ σὲ αὐτὸς οἱ πυριστεύοντες περιφερομένους εἶδον. satis libro quarto, capite decimo quarto. Scribe mox, σὺ δ' ἢ κατὰ τὰς συνθήκας ἂν μὴ ἀποδῷς τὰ ὡμολογημένα, οὐκ ἐξαπατήσεως δημοσίᾳ σε γράψομαι. Atque hic vocem δημοσίᾳ cautè accipe. nam actio quam aduersus Vlpianum ait se non suscepturum Myrtilus, pacti non seruati videlicet, neque publica est, neque popularis, sed prætoria. Itaque δημοσίᾳ non potest verti, *apud populum*, sed *publicè*: & hoc interpretare, in iure vel apud prætorem. Non attendunt ad vocem συγγραφέα, qui Ἴστρον Καλλιμάχειον συγγραφέα vertunt, *Istrum Callimachi interpretem*. quis nescit συγγραφέα esse *historiæ conditorem*? neque porrò ignorat quisquã in Græcorum libris vel mediocriter versatus, Istrum libros historiarum edidisse, non in poëtas commentarios: sed errarunt, quia *Callimacheus* appellatur, quod quam vim habeat, dicebamus libro sexto capite quinto. Non est autem putandũ, quia dicat, Πολέμων ὁ περιηγητὴς Ἴστρον τὸν Καλλιμάχειον συγγραφέα εἰς τὸν ὁμώνυμον κατεπόντου ποταμὸν: reuera Istrum à Polemone in Danubiũ fuisse demersum: sed κατεπόντου vertendum *demergebat*. per iocum nempe, in aliquo suorum scriptorum loco. Sensus igitur est: quemadmodum Polemon Istrum historicum in Istrum fluuium demergendum dicebat: sic ego te nisi præstas quod pollicitus es de phasiano, ad Phasim te amandabo. Attagenem inter delicatissimos cibos habitum, argumento est versiculus Aristophanis, Ἀτταγᾶς ἥδιστον ἐν ἐπινικίοις κρέας. Hieronymus in eadem libra ponit cum accipensere: de cuius præstantia inter pisces dictum est. Sic ille in epistola ad Asellam, *Tu attagenem ructas & de comeso accipensere gloriaris: ego fabâ ventrem impleo*. Poëtæ interdum per simplex τ, nomen hoc scribunt. Phœnicides, ---κ' οὐδὲν ἦν τούτων ὅλως Πρὸς τὴν ἀταγῆνα συμβαλεῖν τῶν βρωμάτων. Colorẽ auis huius ita describit nobis philologus, ὅλος δ' ἢ καλάγραφος τὰ περὶ τὸ νῶτον, κεραμοῦς τὴν χρόαν, ὑποπυρρίζων μᾶλλον. *toto dorso varius notis est compunctus, colorem habet fictiliũ, sed magis subrufus*. Lego enim ὑποπυρρίζων, vt erat emendatum in Excerptis. Verum quidem est, ignis similitudinem interdum assumi ad coloris sanctificationem: qua de re plura alibi: sed πυρρίζειν pro *coloris ignei esse* nemo dixit. πυρρότης sitne fuluus color an ruffus, non est loci huius quærere, fecimus alibi in commentario de Coloribus: vbi etiam exponimus, quis sit κεραμεοῦς color, quis ῥυπαροκέραμος, de quo aliquid capite duodecimo. Sequitur historia de translatis in Ægyptum ex Lydia attagenibus, pulchra & digna quam

pensi cu

pensiculatiùs consideremus. Auctor illius dicitur Socrates quidam in libro Περὶ ὅρων καὶ τόπων καὶ πυρὸς καὶ λίθων. Cogitemus de hoc lemmate. non enim librum aliquem, sed Nestoris cocetũ hic promittit titulus: quo nihil magis contrarium rectè docendi rationi. Pro ὅρων, scribunt nonnulli ὡρῶν. sanè probabiliùs. Ita fuerit vniuersus liber physico argumẽto: quod per alterã lectionẽ vix licet suspicari. Nobis placebat. Περὶ ὡρῶν καὶ τόπων. vt intelligamus actum eo libro de rerum varietate pro anni tempestatibus, & locorum diuerso ingenio, sic Hippocrates ὥρας καὶ χώρας solet coniungere. vel, Περὶ ἀέρων καὶ τόπων. vt in lemmate commentarij eiusdem senis, Περὶ ἀέρων. ὑδάτων καὶ τόπων. Ait igitur Socrates: recitabo enim eius verba, quia sunt in illis quædam animaduertenda nobis, Ἐκ τῆς Λυδίας μεταχομισθέντες οἱ ἀτταγαι, καὶ ἀφεθέντες ἐς τὰς πύλας, ἕως μὲν τινος ὄρτυγες φωνὴν ἀφῆκαν. ἐπεὶ δὲ τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥυέντος, λιμὸς ἐγένετο, καὶ πολλοὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἀπώλλυντο, οὐ διέλιπον σαφέστερον τῶν παίδων τῶν τρανωτάτων, ἕως νῦν λέγοντες, Τρὶς τοῖς κακούργοις κακά. συλληφθέντες δὲ οὐ μόνον οὐ τιθασσεύονται, ἀλλ᾽ οὐδὲ φωνὴν ἔτι ἀφιᾶσιν· ἐὰν δ᾽ ἀφεθῶσι, φωνήεντες πάλιν γίγνονται. Hæc lectio est nõ solùm editorũ librorum, sed omnium etiam MSS. de quibus compertum nobis. Nunquam tamen dubitauimus, pro ἀφεθέντες εἰς τὰς πύλας, scribendum esse εἰς τὰς ὕλας: sempérque mirati sumus doctissimos viros in ea scriptura explicanda operam & oleum perdidisse. Postea coniecturam nostram apud Ælianum reperimus, qui totidem verbis ex eodem Socrate, dissimulato tamen auctoris nomine, historiam hanc refert, libro 15. capite 17. Obseruemus in proximis verbis genus loquendi, cuius ignoratio etiam peritissimis linguæ huius fuit fraudi, τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥυέντος. & Æliani & Athenæi interpretes, & alij multi, *Cælum* fluuiũ ex his verbis commenti sunt, qui in rerum natura nullus vnquam fuit. Absurdissimum verò quod somniant quidam, de *Olyra* fluuio Pylas siue Thermopylas præterlabente. Heus vir optime, ποῖ παρεπλάγχθης φρενῶν ἀγαθῶν; Nos olim quia de Ægypto est sermo, callidè emẽdabamus, Νείλου οὐ ῥυέντος: sed frigidam suffudit Æliani librorum & omnium exemplarium in hac scriptione consensus: Quare ita legamus, & quæramus quid sit, fluuium κοῖλον ῥεῖν. Puto autem de flumine dici quod alueum suum non implet, nec ripas attingit: sic enim relinquitur inanis & vacuus fluuij lectus. Illud inane non malè κοῖλον appellaueris. Sic κοίλην aut κοιλαινομένην θάλασσαν dicunt scriptores, cùm turbato mari *vnda dehiscens Terram inter fluctus aperit*. & in vniuersum τὸ κοιλαίνειν, pro detrahere & minuere accipitur, contrarium τῷ ἐξαίρειν. Agathias libro quinto, δέον προσεξαίρειν καὶ συναυξάνειν τὸ περιεστὸς καὶ τεθυμωμένον. ἀλλ᾽ ἔγωγε κοιλαίνω ταῦτα τοὐναντίον καὶ περιαιρῶμαι. Hæc vera interpretatio est huius locutionis. Cæterùm ad loci istius sententiam nihil refert, siue ita accipias, siue è contrario de flumine cuius aquæ intumuerint. Nilus enim, quẽ ποταμὸν vocat per excellentiam, siue intra legitimum staret modum, siue vltra illum se efferret, æquè famem Ægypto indicebat. dico famem: probo enim Athenæi lectionem λιμὸς ἐγένετο: quam & Excerpta Hœscheliana, & omnes MSS. stabiliunt: nec moror quod præferunt Æliani publica exemplaria, λοιμὸς ἐγένετο. Verba Socratis ita verte: Ex *Lydia in Ægyptum translati attagenes, ac deinde in syluas dimissi: coturnicis vocem aliquandiu ediderunt: sed cùm aliquando fluuius humilior fluxisset, fames secuta est, quæ multos in ea regione perdidit: ex eo non cessarunt attagenes illi clariùs dicere quàm qui vel planissimè loquantur pueri:* Ter maleficis mala. *Hi si capiantur, non solum non cicurantur, sed ne vocẽ quidem ampliùs edunt: sin dimittantur, iterũ fiunt vocales.* Illa verba ἕως νῦν, Ælianus non agnoscit, qui Socratis sententiam ita extulit, οὐ διέλιπον ἂν οἱ ὄρνιθες ἔτι πολλῷ σαφέστερον καὶ ἐναρθρότερον παιδὸς μεῖζον (lego μείζονος) φθέγμα ἀφιέντες Idem pro φωνήεντες πάλιν γίνονται, maluit πάλιν γίνονται ἔμφωνα. sed noster etiam alibi vocem φωνήεντες vsurpat hoc libro. Memoriæ lapsus est in proxima dipnosophistæ obseruatione: Attagenum, inquit, meminit Aristophanes in Acharnensibus, ὡς παρασκευάζοντων αὐτῶν ἐν τῇ Μεγαρικῇ, dicendum erat, ἐν τῇ Βοιωτικῇ, Bœotus namque est, non Megarensis, qui apud comicũ sic loquitur, ---φέρω ὅσ᾽ ἐστὶν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς Ὀρίγανον, γλάχω, ψιάθους, θρυαλλίδας, Νάσσας, κολοιούς, ἀτταγᾶς, φαλαρίδας, Τροχίλους, κολύμβους. similis in Pace locus: etsi attagen ibi non nominatur: Κἀκ Βοιωτῶν γε φέροντας [illegible], Χῆνας, νήττας, φάττας, τροχίλους. Porrò qui v[illegible] dicebatur Græcis ἀτταγήν, Atticis erat ἀτταγᾶς. de cuius vocis accentu scribit philologus, aduersus normam cæterorum similium nominum, vltimum huius dictionis circumflecti ab Atticis: tum canonem adiicit, qui est huiusmodi: τὰ εἰς ας λήγοντα ἐκτεταμένον ὑπὲρ δύο συλλαβάς, ὅτε ἔχει τὸ α παραλήγον, βαρύτονά ἐστιν, οἷον ἀκάδας, ἀδάμας, ἀκάμας. *quæ desinunt in* ας *longum vltra duas syllabas, cùm in penultima habent* α, *graui notantur: vt* ἀκάδας, ἀδάμας, ἀκάμας. Interpretes, pro otiosis illa verba habuerunt, ὅτε ἔχει τὸ α παραλήγον, & sustulerunt. haud oportuit. meliùs Eustathius, qui vndecimo in Iliadem commentario eundem canonem totidem verbis descripsit: vno excepto quod sine dubio est corruptum, ἀκάδας. neque auctor Epit. eam dictionem agnoscit. tollatur igitur vt cœlo Græco incognita. aut mutetur in Ἀκράγας. quod & melius.

CAPVT X.

Ambulationum varia species. ῥύγχος *pro* ῥάμφος. κάψα πίνειν, morsu bibere. κάπτειν *pro bibere Ibyci locus animaduersus.* περσὶς *pro astuto & libidinoso,* κάκκαβος *pro perdice.* λαβεῖν σώσασιν. Corydallus δρυμός. otus *&* otis. πεπεραστικῶς. στώπτειν. καταπροχαλιζόμεναι τοῦ σκωπομένου. βαλλειν ἔπεσι. *animalia* ἐγγλωττα. *Locus*

Ale

Alexandri Myndij. Galli gallinacei consecrati. passeres Veneri sacri.

ΠΟΡΦΥΡΙΩΝ· ὅτι καὶ τούτου Ἀριστοφάνης μέμνηται. Sic loquitur, quia inter Aristophanéas fabulas notissima est *Aues*: vbi porphyrionum non semel fit mentio. ἀγχόνῃ τὸ ζῆν περιγράψας. vitam suam laqueo circumscribens ac terminans. Ælianus libro tertio cap. 42. καὶ ἐὰν καταγνῷ μοιχείας τῆς οἰκίας τὴν δέσποιναν, ἀπάγχει ἑαυτόν. εἰ μὴ περιπατήσῃ τόπον τινὰ ἐξ ἐδρῶν ἑαυτῷ ἐπιτήδειον. Nihil erat caussæ cur hac lectione quisquam offenderetur, nisi aurem velleret Ælianus. Ex eo intelligimus scribendum τρόπον τινά, non τόπον. Neque enim hoc voluit Polemon, vnde habent & Athenæus & Ælianus, porphyrionem quærere locum in quo ambulet prius quàm lauet: sed inuenisse illum conuenientem sibi deambulationem. Quàm multas ambulationum species notas habuerint veteres, Hippocrates, Galenus, & vniuersus Medicorum grex docent. Verba sunt Æliani: πρὶν ἂν βαδίσῃ τινὰ ῥυθμὸν βαδίσεως ἀρκοῦντα οἱ. vbi non sine caussa aliquis scribat, τινὰ ῥυθμόν. nihil tamen censeo mutandum. nam & numerus passuum imitatur à gymnastis. ῥύγχος ἠρυγμένον ἐκ τῆς κεφαλῆς φοινικοῦν. *rostrum illi, incipiens à capite puniceum esse*. id est, non extremum tantùm illi rostrum puniceum est, sed totum omnino. ἠργμένον, probum verbum Græcum: quod cur mutandum interpretes censuerint, vellem nos docuissent. De voce ῥύγχος notat Eustathius ex hoc loco, poni etiam pro ῥάμφος: aduersus eorum sententiam, qui suillo generi proprium ῥύγχος esse voluerunt. Aristoteles sic στόμα δ' οἱ ὄρνιθες ἔχουσιν, ἴδιον δὲ οὔτε γὰρ χείλη οὔτ' ὀδόντας ἔχουσιν ἀλλὰ ῥύγχος. διὸ τὸν μασσώμενον εἰς τὸν πόδα τέμνεται μικρὰς τὰς ψωμίδας. Mirabar quorsum istud *ideò* spectaret. propterea codices inspexi diligentiùs: cùm nihil nos iuuissent membranæ, in doctissimi Hœschelij Excerptis reperi quod quærebam. ibi enim ante διὸ habentur hæc verba: στόμαχον δ' ἔχει λεπτόν: *habet meatum ventriculi angustum*. Iam ergo eius libri beneficio caussam tenemus, cur bucceas paruas deglutire hæc auis dicatur. κάπτων δὲ πίνει. Huius quoque loci emendationem imputat nobis Epitome. nam priores editiones σκάπτων inepte: membranæ βάπτων, haut multo meliùs. Magni doctoris scitum est, solum porphyrionem ex omnibus animalibus bibere κάψει: cætera vel σπάσει vel λάψει. Plinio interprete κάψει πίνειν est, *morsu bibere*. Poetæ pro bibere posuerunt τὸ κάπτειν. vt Timocles in *Porphyra*, μὰ τὸν Διόνυσον ὃν κάπτεις ἴσον ἴσῳ. ἐχθραίνει γὰρ τοὺς προσιόντας αὐτοῦ τῇ τροφῇ. Ælianus, καὶ σημεῖον δ' ἐπὶ μαρτύρων ἄγεται. Ἴβυκος δέ τινας λαθιπορφύρας ὀνομάζει διὰ τούτων. Quàm magis cogito de hoc loco, tam magis quid pronuntiem incertus sum. membranæ omnes corruptæ: Epitome silet. Auctor ipse, vt quidem hæc lectio est, sibi contradicit, nam lathiporphyræ aues in sequente Ibyci loco nullæ sunt. Esset emendatio in promptu, vt ex subiectis verbis legeremus, πορφυρίδας ὀνομάζει. Sed ex verbis Athenæi adducor, vt credam Ibycum aliter scripsisse. satis enim clarè patet ex voce τινάς, alias quàm porphyridas intelligi, siue diuersas reipsa, siue nomine solùm. Lego igitur totum hunc locum ita, Ἴβυκος δέ τινας ἁλιπορφύρας ὀνομάζει διὰ τούτων, τοῦ μὲν πετάλοισιν ἐπ' ἀκροτάτοισι ἵζανον ποικίλαι, ἁλιπόρφυραι ..... πανέλοπες, αἰολόδειροι, &c. in lacuna præter vocem ἁλιπόρφυραι quam inseruimus, desunt similia his: καὶ Ἀλκαῖος δὲ πορφυρίδων μνημονεύει. Verba quæ sequuntur, esse Athenæi non Ibyci, docuit nos scholiastes Aristophanis, qui ad comici Aues hæc profert ex Alcæo: ὄρνιθες τίνες οἵδε; τίς ὠκεανῶ γὰρ ἀπὸ περάτων ἦλθον, πανέλοπες, ποικιλόδειροι, τανυσίπτεροι. τὸ δὲ ζῷον ἐπὶ λαγνείας συμβολικῶς παραλαμβάνεται. hoc est, Phrynichus in allato loco Perdicis filium vocat Cleombrotum, notans hoc symbolo eius libidinem. In perdicis ingenio duo obseruantur, libido & astutia: propterea comici & libidinosos vocabant Perdices, vel Perdicis filios, vt Phrynichus: & astutos ac vafros, vt proditores & id genus pestes. Aristophanes in Auibus:

> Εἰ δ' ὁ Πεισίας προδοῦναι τοῖς ἀτίμοις τὰς πύλας
> Βούλεται, πέρδιξ γενέσθω τοῦ πατρὸς νεόττιον.
> Ὡς παρ' ἡμῖν οὐδὲν αἰσχρόν ἐστιν ἐκπερδικίσαι.

Ἐπίχαρμος δ' ἐν Κωμασταῖς, βραχέως συστέλλει. Distingue meliùs. Ἐπίχαρμος δ' ἐν Κωμασταῖς βραχέως, συνίας. &c. nam hoc vult, Epicharmum corripuisse τὸ ἰῶτα in voce πέρδικας. Lege præcedentia. ζῇ δὲ ἔτη πέντε καὶ δέκα. Ita pronuntiat philosophus in nono Historiarum: id nimirum spectans quod plerumque fieri amat. in sexto verò etiam vltra annos sedecim quasdam viuere scribit. ὅταν δὲ γνῶσιν ἐπιθηρευόμενοι. Leuiter immutat verba Aristotelis Histor. lib. 9. cap. 8. Vide, lege, & confer: non sine fructu feceris & voluptate. Nam philosophi oratio longè floridior atque elegantior. καθίζοντας ἐπὶ τῶν κεράμων. Aristoteles καὶ πολλάκις καθίζουσιν ἐπὶ κεφαλάς. membranæ & Epit. cum nostra lectione consentiunt. τούτου δ' αἴτιον ἡ τῇ ψυχῇ γινομένη φαντασία. Hæc eadem vel præcipua caussa est τῆς ἐξονειρώξεως, quæ maribus fœminisque solet accidere. καλοῦνται δ' ὑπ' ἐνίων οἱ πέρδικες κακκάβαι. Et κακκάβη & κάκκαβος, perdix est Hesychio. Aristoteli κακκαβίζειν & τρίζειν propriæ voces sunt ad exprimendum perdicum sonum. ὧν καταμιγνύουσιν λαβεῖν φύσιν τὴν μουσικήν. Malim, λαβεῖν σύνεσιν. periphrasis est verbi συνιέναι vel συνιᾶναι. ἐπὶ τὰς δὲ τοῦ Κορυδαλλοῦ πρὸς τὸ ἄστυ. Corydalus, siue, vt alij scribunt Κορύδαλλος, pagus fuit tribôs Hippothoontidis, est viâ quâ in Bœotiam ibatur: quod etiam declarant sequentia non longè. μεμνῆσθαι δ' ἐστὶ

δ᾽ ἐςι τὸ ζῶον τοῦτο ὁ ὦτος. manifestissimè confundit otum & otidem: quæ tamen duo sunt diuersarum auium genera: quod doctis viris dudum obseruatum rectè.

ἐκ τῆς λιτανείδος. apud Eustathium, λεκανίδων, modò vocabat λεκανίσκας. τὸ ῥύγχος οὐχὶ κυνάκαρον ἴσχει. Excerpta οὐ κινάκαρον. retenta negatione quam tollit interpres.

τὰ ζῶα (βλέποντα) εἰς τὸν ὀρχούμενον νευροσπαστεῖται) *aues intuentes eum qui saltat mouentur ad instar sigillariorum quæ neruis agitantur.* hoc significat verbū νευροσπαστεῖσθαι. non quod absurdè putauit interpres. Elegantissimè autem hac voce vsum Athenæum intelligent, qui meminerint quid sit apud Græcos philosophos νευροσπαστεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. sed de neurospastis multa olim diximus ad illa Persij, *nec quicquam extrinsecus intrat, Quod neruos agitet.* cum in poëtam illum præstantissimum commentarios scriberemus: quos edemus, vbi erit occasio, σὺν θεῷ. σκώπτειν χαλεπὸν τὸ συνήθης... vult dicere, σκώπτειν significare non simplicem irrisionem quæ verbis solitur: sed quæ gestu quoque formato ad instar eius quem irridere volumus. Latini *sannam* & *subsannare* dicunt. addit in eandem sententiam, καὶ κατὰ τὰ σχήματα τῶν σκωπτομένων, vel vt legit Eustathius τῶν σκωπτομένων. Significat eos qui subsannantur, velut scopū esse expositos irrisoribus suis: vnde illæ locutiones, βάλλειν ἔπεσιν, & βάλλειν ἔπη. Latinè, *iacere in aliquem dicta.* & conuitia poëtis dicuntur ἐπεσβόλιαι. non igitur audiendi qui emendant εἰκάζειν. πάντα δὲ τὰ ζῶα εὔγλωττα, καὶ διηρθρωμένα ἐστὶ τὴν φωνήν, καὶ μιμεῖται τὰς τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ὀρνίθων ἤχους. hoc est, *omnia animalia quæ linguam bene formatā habent, & articulatam vocem edunt, & cum hominum tum aliarum auium sonos imitantur.* Quod de omnibus animantibus in totum dicitur, ex ipso argumento, & sequente voce ἄλλων, restringi debet ad auitij genus. εὔγλωττα autem appellantur, quæ habent linguam humanæ linguæ similem. homo enim est, ad cuius formam omnes omnium animantium partes exigi debent. nam id perfectissimū animal est. Ita exponi potest vox εὔγλωττα. ne temere discedamus à vulgata & omnium librorum lectione. alioquin legi poterat ex Aristotele πλατύγλωττα. quod & fecerunt interpretes. ὁ Μύνδιος δὲ Ἀλέξανδρός φησι τοὺς παρ᾽ Ὁμήρῳ χωρὶς τοῦ σ, κῶπας εἶναι. Homeri versus est Ὀδυσσ. ε. Σκῶπές τ᾽ ἴρηκές τε, τανύγλωσσοί τε κορῶναι. Sed non defuere critici, qui κῶπες emendarent pro σκῶπες. Itaque ait Athenæus, probatum Alexandro Myndio fuisse κῶπες sine σ. Plane contrarium tamen scribit Theocriti vetus interpres: cuius sunt hæc ad idyllium primū, Ἀλέξανδρός φησι, τὰς σκῶπας οὐκ ἐπιπρεπεῖς τῇ φωνῇ, διὸ καὶ παρ᾽ Ὁμήρῳ φησὶν ὀρθῶς δεῖν γράφειν σκῶπές τ᾽ ἴρηκές τε. οὐ δεῖ γάρ φησι γράφειν χωρὶς τοῦ σ. Non laborabo in tollenda hac contrarietate: neque dicam de alio Alexandro loqui hunc grammaticum, non de Myndio. nam id falsum iudico. Dicerem potiùs, corrigendum Athenæi librum, & scribendum, τοὺς παρ᾽ Ὁμήρῳ οὐ χωρὶς τοῦ σ, σκῶπας εἶναι. nisi cum edita lectione consentirent, & MSS. omnes & Eustathius. Firmat etiam quod vulgatum est, Athenæus ipse, paulo pòst scribens, etiam Speusippum κῶπας legisse in illo poëtæ loco. nā τὸ καὶ indicat clarè, Alexandrum de quo erat dictum, κῶπας probasse. Sed mirum etiam illud, quod subiicitur ex eodem Alexandro, καὶ Ἀριστοτέλης οὕτως ὠνόμασεν. nam falsò dixit hoc Alexander. locus, quem citat ex Historiis est, libro nono, capite vigesimo octauo:

τῶν ἀνατεθειμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀλεκτρυόνων.

Gallos gallinaceos variis numinibus consecrauit antiquitas: Marti præsertim & Æsculapio: de quorum templis sensisse Aristoteles videtur. Ait igitur philosophus de his sacris gallis, τὸν ἀνατεθέντα οἱ πρεσβύτεροι ὀχεύουσι, μέχρις ἂν ἄλλος ἀνατεθῇ. hoc est, galli gallinacei prius consecrati, cum qui nouissime accessit cohorti suæ, ineunt, donec alius offeratur, qui tanquam nouissimus gallinæ loco ab his habeatur. Hæc philosophi mens: quam in contrarium vertere interpretes absurdissimè. Perplacet verò quod in Excerptis inuenimus, οἱ πρόοντες, non οἱ προσιόντες. nisi ita maluimus, οἱ πρόοντες, προσιόντες ὀχεύουσι. elegantiùs etiam scripseris, τὸν ἀνατιθέμενον ἀεί. de quo loquendi genere antè diximus. In iis quæ hodie extant Aristotelis, hunc locum haud inuenias, si satis memini: sed habetur huic simillimus alius in nono Historiarum, capite octauo. ἐν τοῖς ἱεροῖς, ait, ὅπου ἄνευ θηλειῶν ἀνάκεινται οἱ ἀλεκτρυόνες, τὸν ἀνατεθέντα πάντες εὐλόγως ὀχεύουσι. id est, *In templis vbi absque fœminis consecrantur galli gallinacei, vt quisque dicatur, eum omnes seruato ordine ineunt.* εὐλόγως, si mendum non est, neque ὡς λόγος scribendum, interpretor ἐφεξῆς, & vt poëtæ dicunt, ἐπισχερώ, alius post alium, primas tenente eo qui primus fuit consecratus. Quia Venere plurimum vti passeres, proditum est ab historiæ naturalis auctoribus: ideò fortasse, καὶ ἡ Σαπφώ, inquit Athenæus, ἀπὸ τῆς ἱστορίας τὴν Ἀφροδίτην ἐπ᾽ αὐτῶν φησιν ὀχεῖσθαι, *Sappho hanc historiam de salacitate passerum secuta, Venerem illis vehi ait.* Extat hodiéque suauissimæ poëtriæ locus, quem respiciebat auctor hæc scribens. Nam ait in hymno Veneris, qui apud Dionysium Halicarnasseum,

---πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα
χρύσιον ἦλθες
Ἅρμ᾽ ὑποζεύξαισα· καλοὶ δέ σ᾽ ἆγον
ὤκεες στροῦθοι, πτέρυγας μελαίνας
Πυκνὰ δινεῦντες ἀπ᾽ ὠράνω αἰθέρος διὰ μέσσω.

Notemus etiam de passeribus vsurpari vocem πρόσωπον, cùm ait Alexander Myndius, de illis loquens, τὸ δὲ πρόσωπον οὔτε λίαν λευκὸν ἰσχούσας οὔτε μέλαν. Dura sanè κατάχρησις.

CAPUT XI.

Eupolidis Πόλεις. *Prasinæ* Lacænæ aut Caryatides.

Coturnices

Coturnices ἡδύφωνοι. σαλὶς *& sialēdris auicula. Ortygometra Ithacensis. Cratetis aut Pherecratis* Γείτονες. Chennia *cibus vilis apud Ægyptios. Zythus Ægyptiorum. Ægyptij* πυροφάγοι. Bœonis *liber* περὶ ὀρνιθογονίας. Φὰψ *&* φάττα. *Æschyli* Proteus. *Differentia colorum* ῥοδίνου *&* τεφροῦ. νῆσαι. congerere. Catagogia *&* Anagogia. *columba pro nuntiis. alia item multa.*

COTVRNICEM fœminam his Alexādri Myndij verbis describit Athenæus: ὁ θῆλυς ὄρτυξ λεπτοτράχηλός ἐστι τοῦ ἄρρενος, οὐκ ἔχων τὰ ὑπὸ τῷ γενείῳ μέλανα. ἀνατεμνομένης δὲ πρόλοβον οὐχ ὁρᾶται μέγαν ἔχων· καρδίαν δ' ἔχει μεγάλην, καὶ ταύτην τρίλοβον. Scribendū, λεπτοτραχηλότερός ἐστι τοῦ ἄρρενος: vel μᾶλλον λεπτοτράχηλος. Restituimus autem hic duas dictiones πρόλοβον & τρίλοβον: cùm earum loco ederetur priùs τρίβολον. ineptissimo aut nullo potiùs sensu. Phanodemum ait dipnosophista, scripsisse aliquid in secundo rerum Atticarum, de generatione coturnicum: deinde eius historici verba quædam recitantur. sed nihil in illis inuenias de eo quod fuerat propositum. caussam putamus esse, quòd hodie in nostris libris non integer locus Phanodemi habeatur, quem Athenæus descripserat. Scribo, ὡς κατεῖχεν Ἐρυσίχθων Δῆλον τὴν νῆσον. non vt habēt libri omnes, κατιδεῖν. Vel scribe καθῆρεν. Ex historia Thucydidis nota est Deli ἡ κάθαρσις. Scribe etiam, ἔχαιρε γάρ φησι καὶ περιὼν τῷ ζώῳ τούτῳ. *nā etiā cùm esset in viuis, eo animali gaudebat.* malè περιών. Eupolidis comici Πόλεων, (quæ fabula mox laudatur,) meminit & Pollux cùm alibi, tum lib. 7. cap. 2. vbi scribe ita hæc verba, Κακὰ τοιάδε πάσχουσι, οὐδὲ πρᾶσιν αἰτοῦσι. Quid significet πρᾶσιν αἰτεῖν, quod proprium est seruorum, alibi est expositum. meminit etiam Harpocration in ἀποκηρύσεως. Multas aues alibi mutas esse, alibi vocales, aut sonum mutato loco mutare, nō ignorant periti rerum naturalium. Quare non est quod miremur nimis sequentē philologi obseruationem: Πρατίνας, ait, ἐν Δυμαίναις ἢ Καρυάτισιν ἀδύφωνον ἰδίως καλεῖ τὸν ὄρτυγα. πλὴν εἰ μή τι παρὰ τοῖς Φλιασίοις ἢ τοῖς Λάκωσι φωνάεντες, ὡς καὶ οἱ πέρδικες. Rectè iudicauit Dalec. lemma tragœdię Pratinæ quæ hîc nominatur, esse corruptum: rectè pro Καρύπτοι, emendari ab illo censemus Καρυάτισι. Legimus enim, Πρατίνας ἐν Δυμαίναις ἢ Καρυάτισι. Lacænæ virgines annuas choreas Dianæ Caryatidi agitarunt. Hinc videtur natum huius fabulæ argumētum. Phliasius autem fuit Pratinas. Phliûs in Peloponneso vrbs fuit non procul Sicyone. Ait igitur Athenæus: quòd coturnices appellauerit vnus Pratinas Phliasius ἀδυφώνους: ideò factum esse fortasse, quoniā in agro Phliasiorum essent vocales coturnices, non minus quàm perdices. Quæ sequuntur de appellatione cuiusdam auiculæ, quæ σαλὶς diceretur, nec satis manifestam cohærentiam habent cum præcedentibus: neque agnoscuntur ab auctore Epitomæ, *sialendris*, ex Hesychio saltem nota auis: *sialis*, incomperta nobis alibi Certum autem est, Athenæum totam istam obseruationem ex Didymi commentariis in Pratinæ superiorem locum hausisse. Quare illius ἀπὸ τούτου expositio pendet è præcedentibus: non hîc quidem apud Athenæum, sed olim apud Didymum. Ortygometra, quæ Italis *qualiarum rex* nominatur, in Ithaca insula frequentiùs spectata olim videtur, quàm in aliis Græciæ partibus. non enim temerè Ἰθακησίαν ὀρτυγομήτραν dixit vetus poëta μνημονεύει, ait Κράτης ἐν Χείρωσι λέγων, Ἰθακησία ὀρτυγομήτρα. Suspicor legendum Φερεκράτης. quia semper alibi eius fabulæ auctor nominatur Pherecrates. Aut scribe, Κράτης Γείτοσι. Potest etiam ita, Κρατῖνος Χείρωσι. vide ad librum 11. Censeo legamus mox, Περὶ τῶν ἐν τῇ Πλάτωνος πολιτείᾳ μαθηματικῶς εἰρημένων. ita enim concipi debet lemma libri à Clearcho editi. & mutilam periodum quæ statim sequitur, de infelici gracculorum amore aduersum sui generis aues, ita exple, καὶ τοῖς κολοιοῖς δὲ διὰ τὴν ψυχικὴν φιλοστοργίαν ἁλίσκεσθαι συμβαίνει. εἰ γὰρ καὶ τοσούτῳ πανουργίᾳ διαφέρει, ὅμως, &c. Ex iis quæ scribuntur de chenniis, duo cognoscimus: solitam inter vulgares aues chennium haberi. quæque etiam inter salitas carnes in familiæ vsum asseruaretur: & Ægyptios plurimùm hoc cibo esse vsos. Patet illud prius ex Cleomenis verbis in epistola ad Alexandrum M. vbi inter ciborum quisquilias nominantur χέννια ταριχηρὰ μύρια. Extat etiam elegantissimum veteris poëtæ epigramma in sordidum quendam, solitum suis conuiuiis minimi pretij dapes apponere: in queis chennia salsa numerantur:

Ἡμεῖς δ' ἐσθίομεν κεκλημένοι ἁλμυρὰ πάντα,
Χέννια, καὶ τυρὸς, χλωρὸς ἁλιστὰ λίτη,
Ὄρνια, καὶ μόσχεια. μίαν δ' ἐπιπίνομεν αὖτις:
Πάσχομεν οὐκ ὀλίγου σοῦ, Τάνταλε, πικρότερα.

Quod autem propria Ægyptiis fuerint chennia, probant liquidò Hipparchi versiculi, quos ex Iliade Ægyptia, poëmate illius, descripsit Athenæus. Eos describemus & nos, vt medicinam, si possumus, aliquam faciamus eorum vulneribus. Sic ergo Hipparchus.

Οὐ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν, οἷον ἔχουσιν
Χέννια τίλλοντες † καλκαλιάδει σαλεύοντα.

Si licet hiscere in tantis tenebris, legam χέννια τίλλοντες καὶ ἄλφιτα αἰεὶ ἀλέοντες. vel καὶ αἰεὶ κριθὰς ἀλέοντες. Libro decimo. Αἰγυπτίους Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι, κυλλήστιας ἐσθίοντας. τὰς δὲ κριθὰς ἐς ποτὸν καταλέοντας. vides eadem prope verba de zytho Ægyptiorum ex hordeo. præter historicos & medicos, Æschylus quoque in Supplicibus, Ἀλλ' ἄρσενας τοι τῆσδε γῆς οἰκήτορας Εὑρήσετ' οὐ πίνοντας ἐκ κριθῶν μέθυ. Nemo mihi negauerit, coniecturam hanc plurimùm cōtinere probabilitatis, quia tamen velut in biuio hæremus ductu librorum destituti, tentemus aliam quoq; viam, si fortè quam quærimus veritatem inueniemus. Nam quia valde paupertatem Ægyptiorum extenuare voluit poëta, scribi forte an potest, καὶ βίβλον αἰὲν ἀλέοντες. esum byblici panis

exprobrat Ægyptiis. quorum tenuiores pane è papyro se sustentasse obseruauimus. Apud Æschylum Danaus rex Argiuorum ita consolatur puellas, quas vi infestâ Argiuis eripere manus Ægyptia parabat: βύβλου δὲ καρπὸς, ait, οὐ κρατεῖ στάχυν. Scholiastes, παπυροφάγοι οἱ Αἰγύπτιοι εἰσί. Rara apud Scriptores Græcos mentio est Bœi vetusti auctoris, qui Περὶ ὀρνιθογονίας scripserat. De eo noster, Βοῖος δ' ἐν ὀρνιθογονίᾳ, ἢ Βοιὼ, ὥς φησι φιλόχορος, ὑπὸ Ἄρεως τὸν κύκνον ὀρνιθωθῆναι. non satis capio illa verba, ἢ Βοιώ. nam absurdum est quod suadet hæc lectio, titulum editi à Bœo libri fuisse Βοιώ. Βοῖος. puto verius, Βοῖος ἢ Βοιώ. sicuti postea liquidò scriptum inuenimus in Huraldino. videntur dubitasse veteres, vir fuisset an femina auctor poëmatis illius. Βοιὼ, vt Δηὼ, Μυρὼ, Θεανὼ, & similia mulierum nomina. Citatur Βοῖος ἐν ὀρνιθογονίᾳ ab Antonino Liberali in Metamorphosi. Cygnum in auem sui nominis esse mutatum à Marte, quod ait Bœus, non assentiuntur alij. Ouidius Neptunum αἰτιᾶται. *corpus Deus æquoris albam Contulit in volucrem: cuius modo nomen habebat.* Liberalis Apollinem. καὶ ἐποίησεν βουλῇ Ἀπόλλωνος ὄρνιθες ἀμφότεροι ἐν λίμνῃ. historiâ duodecimâ. Miratur scriptor cœnarum Aristotelem in enumerandis auibus columbini generis, τὴν φάβα præterimisisse: cuius tamen alij meminerint, vt Æschylus. ἐν πέμπτῳ, ait, ὅτι ζῷον μοχλὸν τὴν φάβα οὐκ ὀνομάζει. locum philosophi respicit; Historiarum libro quinto, capite 13. De errore huius citationis, septimo libro satis, illo in loco nulla phabis mentio: sæpe tamen in Historiis φαβὸς & φάττας distinctim habetur mentio. Versus Æschili sic scribuntur. Σιτουμένην δυσμενοῦς ἀθλίαν φάβα Μέσαις πλευραῖς πρὸς σπονδοῖς πεπληγμένην. pendet sententia ex præcedentibus apud poëtam. sed posterior versus ità scribendus, Μέσαις ταῖς πλευραῖς πρὸς πόνοις πεπληγμένην. citantur hæc è *Proteo* Æschyléa. Ea fuit fabula satyrica, vt cognouimus ex Hesychio in ἰτάσω. tamen in membranis hic inuenimus, Αἰσχύλου ἐν τῷ τραγικῷ Πρωτεῖ. Columbini, & vt loquitur philosophus περιστεροειδοῦς generis, species sunt phatta & trygon, siue turtur: de quarum differentiis scribit Athenæus ex Aristotelis non extantibus libris: ἡ δὲ φάσσα ἀλεκτρυόνος τὸ μέγεθος, χρῶμα δὲ σποδιόν. ἡ δὲ τρυγὼν πάντων ἐλάττων, χρῶμα δὲ τεφρόν: duabus notis phattam à turture separat: à magnitudine & à colore. illam gallinæ parem facit: hanc, cæteris omnibus quæ ad columbinum genus referuntur minorem. præterea phattam, viuum cinerem similitudine coloris referre: turturem verò cinerem extinctum. Ita interpretamur σποδιὸν χρῶμα & τεφρόν: nam doctissimorum virorum acquiescere sententiæ non possumus, qui nullum discrimen statuentes inter eas voces, sola magnitudine diuersas faciunt turturem & phattam. Sunt sanè res affines σποδὸς & τέφρα: sed tamen diuersæ, sicut accuratè docemus in commentario de coloribus. Ibi explicatum est, quid differentiæ sit inter τεφρὸν colorem, & eum qui σποδιὸς Athenæo & Eustathio, σποδὸς Hesychio, σποδοειδὴς Hippocrati & Aristoteli dicitur. Τίκτειν pro nidificare, translatitium non est. Sic autem vsurpatur, cùm hîc dicitur. τίκτουσι δὲ πᾶσαν ὥραν τοῦ ἔτους. διὸ δὴ καὶ δεκάκις καὶ ἑνδεκάκις τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτουσι. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ δωδεκάκις. sic Latini *cōgerere* vt, *aerìa quo cōgressere palumbes*. Arist. vnde noster, visus verbo τίκτειν, Historiarum libro sexto, capite 4. τίκτουσι δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ δεκάκις καὶ ἐν δεκάκις. αἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ καὶ δωδεκάκις. Diffudit philologus βραχυλογίαν philosophi: solitus sæpe verbis suis alienas sententias referre. Errant qui repugnantibus libris & Excerptis Athenæum hîc censent emendandum: imò verò deprauandum. Ælianus Variæ hist. lib. 1. cap. 15. pro τίκτειν posuit ᾠδίνειν. vide locum. Tollenda mox lacunæ nota, sine caussa istis impacta: ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι ὁ περιστερὰ ἕτερον, πελειὰς δ' ἔλαττον, &c. nihil enim deest: sed locus illustrandus è lib. 5. Histor. cap. 13. vnde est descriptus. Scribe mox. ἴδιον δὲ λέγει τὸ περιστερᾶς τὸ κύειν αὐτὰς, ὅταν μέλλωσιν ἀναβαίνειν, ἢ οὐκ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας. cum Epit. non τὸ θηλείας. Locus est libro 6. cap. secundo. philosophi quidem non sunt hæc verba, tamen etiam Ælianus, quasi ex Aristotele, μὴ γὰρ ἀνέχεσθαι τὰς θηλείας τὴν τῶν ἀρρένων ὁμιλίαν τοῦ φιλήματος ἔρημον. Scribendum etiã, ὁ Μύνδιος δὲ οὐ πίνειν φησὶ τὴν φάσσαν ἀνακύπτουσαν ὥσπερ τὴν τρυγόνα. non ἀνακύψασαν. Aristotelis obseruatio est, Histor. lib. 9. ἴδιον δὲ τοῖς περιστεροῖς δοκεῖ συμβεβηκέναι, καὶ τοῖς φαβὶ καὶ τρυγόσι, τὸ μὴ ἀνακύπτειν πινούσας, ἐὰν μὴ ἱκανὸν πίωσι. Bello Persico, quod duce Mardonio gestum est, albas primùm columbas Græcis esse visas, non hîc solùm legas. Dodonæarum tamen columbarum historia lōgè antiquissima est: verùm nigro colore illas fuisse, disertim testatur Herodotus in Euterpe. Proximus locus Aristotelis, hodie aliter in nostris libris legitur. Sic enim Athen. ὁ Ἀριστοτέλης φησὶν, ὡς αἱ περιστεραὶ γιγνομένων τῶν νεοττῶν, τῆς ἁλμυρωδεστέρας γῆς διαμασησάμεναι, ἐμπτύουσιν αὐτοῖς διοιγνύουσαι τὸ στόμα. διὰ τούτου παρασκευάζεται αὐτοὺς πρὸς τὴν τροφήν: at hodie sic, γινομένων δὲ τῶν νεοττῶν φροντίζει ὁ ἄρρην τῆς ἀμυντέας τροφῆς, γῆς διαμασησάμενος, εἰσπτύει τοῖς νεοῖς, &c. ne existimemus ignaui librarij figmētum esse, quod habet Athenæi lectio: περὶ τῆς ἁλμυρωδεστέρας γῆς: quod nobis quidem perplacet. Eryx in Sicilia oppidum fuit, vbi præcipuo cultu Venus Erycina colebatur, de qua, vt Græcos omnes taceam, multa Cicero in libris contra Verrem. Duæ autem in anno solennitates ab Erycinis & aliis Siculis obseruabātur, quarum alteri *Anagogia*, alteri *Catagogia*, nomē è re fecerant. Caussam appellationis vtriusq; festi, planissimè explicat hîc Athenæus. *Anagogia*, inquit, dixerunt illum diē quo credebant Venerem è Sicilia in Africam ἀνάγεσθαι: id est, *sublatis anchoris enauigare*. illum verò diem quo redire Venerem, & in portum Erycinum κατάγεσθαι pro certo habebant, *Catagogia*. Mendosè scriptum in Athenæi libris, τὸ δὲ Σικελίας ἐν Ἐρυκι ἱερὸς τῆς ἐσ⸗

τί ἐστιν, ὃν καλοῦσιν ἀναγωγάς. Lege, ὃ καλοῦσιν ἀναγώγια. Ælianus primo Variæ histor. lib. ἑορτή ἐστιν ἣν καλοῦσιν ἀναγώγια. Scribe, μιᾶς περιστερᾶς οὔσης ἐκ τοῦ πελάγους περιστερᾶς. non περιστερᾶς οὔσης. ita Epito multa: Ælianus de huius columbæ colore & præstanti forma. Recitatur paulò pòst hic versiculus è Pherecratis Pictoribus, ἀπόπεμψον ἀγγελλοῦσαν τὸ περιστερον: quo versu tangitur mos antiquorum, vtentium sæpe columbis internuntiis: sicut Romæ fieri solitum in Theatris. Sed & in historia seria inuenias huius rei exempla: vt apud Plinium libro decimo, cap. 38. Vide etiam Ælianum libro nono Ποικ. cap. 2. [Arnoldus Abbas Lubecensis in historia Slauorum. *Volens res Antiochiæ suos præscire quod factum esset, dimisit columbam. Solent enim exeuntes ad qualibet negotia secum asportare columbas, quæ domi pullos habent nuper creatos: & si in via forte accelerare volunt nuntium, scriptas literas sub vmbilicos columbæ subtiliter ponunt, & eã auolare permittũt: quæ cùm ad suos fœtus properat, celeriter amicis desideratum nuntium apportat.* Iacobus Vitriacensis de historia Orientali. *Sunt præterea columbæ quæ nuntiorum fungentes officio litteras dominorum sub alis deportant, hora aut tempore modico multa terrarum spatia transeũtes: sunt autem valde vtiles, maxime quando per terras inimicorum alij inimici transire non audent.*] Nostrâ quoque memoriâ idem factitatum in obsessâ quadam Belgij vrbe, & audiui sæpius & legi. περιστέριον, blandientium vox est: vt in proximo Pherecratis loco, ἀλλ' ὦ περιστέριον ὅμοιον Καλλισθένει πέτου. ô colũbula, vola similis Callisthenι. at περιστερίδιον non columbulam, sed pullum columbæ significat: vt apud 70. Leuitici capite 1. ἐὰν δὲ προσφέρῃ ἀπὸ τῶν τρυγόνων, ἢ ἀπὸ τῶν περιστεριδίων τὸ δῶρον αὐτοῦ. In textu Mosis est, מן בני היונה.

CAPVT XII.

ῥυπαρονίκοσμος. παραστάται testiculi. παροψίδων συρφώματα, patinarum strutes. γαλαθηνὰ κρέα. Heniochi Polyeuctus. Suidæ suspecta fides. κεφάλαια ἐλαφου. Cratetis comici Γείτονες. δορκάδες, δορκωνες, ζόρκωνες. dorcades, dorcones & zorcones. Demus Pyrilampis F. Platonis locus illustratus. Ταῶς Atticorum.

ΤΩΝ ἢ Βοσκάδων καλουμένων, ὁ μὲν ἄρρην κατάγραφος νήττης. In Excerptis hoc solùm ἐστὶ ἢ ὁ ἄρρην ἥττων νήττης. incertum est, vtro potiùs modo legendum an ἥττων νήττης, *minor anate*: an κατάγραφος ἧττον νήττης: *minùs varius quàm anas.*

ῥυπαρομέλαινα δὲ χροιάν. Scribendum vt in Epit. ῥυπαρομέλαινα. Offendimus in scripta lectione quòd hîc expressum est, τὸ ῥύγχος ὀξὺ ἔχει, σκεπέσται τὰ ὄμματα. vulgò σκεπόνται: quorum hoc absurdum, illud suspectum, τῷ χρώματι ἢ ῥυπαροκόσμος ἐστι. Excerpta, ῥυποκόσμος. Eustathius ad secundam Odysseam. ῥυποκόσμος. Vulgatam explicat simul & tuetur alius locus eiusdem Alexandri paulò pòst de tetrace. τέτραξ τὸ μέγεθος ἴσος σπερμολόγῳ, τὸ χρῶμα κεραμεοῦς, ῥυπαραῖς στιγμαῖς καὶ μεγάλαις γραμμαῖς ποικίλος.

καὶ Σίμαρος ὁ τρίτος Συνωνύμων. Scribendum Σιμμίας ex aliis multis Athenæi locis.

καὶ οἱ καλούμενοι παραστάται. ratio nominis, quia gemini sunt. vide Hesychium, & corrige ex medicorum libris. de horum esu, cap. 8. huius libri.

καὶ πινάκια Σικελικά παροψίδων συρφώματα. Iusseram, παροψίδων. βαψίδων & παροψίδων, idem. Sed hoc σικελικώτερον. vnde Latinis patina. & παροψίδων συρφώματα, Plauto *struices patinarum* in Menæchmis. *Tentas struices concinnat patinarias.*

Δημήτηρ Βρεμίου χάρμα δωρεῖται φίλον. Prima & postrema vox in medio cubant. Scribendum omnino, — ἢ; Φερέ. ὦ Δημήτηρ Βρομίου χάρμα δωρεῖται φίλον. Τί λέγεις; Τραγῳδίαν παραινῶ Σοφοκλέους. Repone loco inepti hoc loco verbi παραινῶ, περαίνω: quo nihil conuenientius. Sic περαίνειν ῥῆσιν, & περαίνειν νόμον κιθαρῳδικόν. Γαλαθηνὰ ἐναλλάξ ὡς τέλεια. opponit γαλαθηνοῖς, id est, subrumis, τὰ τέλεια, quæ perfectæ sunt ætatis. Sic apud Hippocratem τὰ γαλαθηνὰ κρέα τοῖς ἰσχυροτέροις opponuntur. neque solùm porcellos γαλαθηνοὺς dixerunt, sed & agnos, hœdos, hinnulos, catulos, & omnes alios fœtus teneros qui lacte nutriuntur, mox etiam γαλαθηνὰ βρέφη, quæ dicitur esitasse immanis & illaudatus tyrannus Phalaris. Alcæi corruptissima verba sunt, ex quibus duos hosce faciebamus senarios, non vana fortasse cõiectura.

Οἴει δ' ἀκούειν αὐτόν, εἰ μὴ γρύξομαι,
Ἅ σοὶ λέγω πλέον ἢ γαλαθηνὸς ὗς;

censen' istum quæ dicam tibi intellecturum magis quã porcellũ, nisi grunniã? videtur in aliquem dictum, cui obiiciebatur ὑηνίας & suillum ingenium.

κομψός γε μικρὸς κρωμακίσκος, ὅτος γαλαθηνός. Quid est κρωμακίσκος, aut quomodo interpretabimur? si quis me hoc roget, iubebo, ἄλλον ἐρωτᾶν βαλανίζειν. nam mihi barbarum id verbi est. Sed puto verius; esse scribendum aliter. putà, κομψός γε μικρὸς τὸ σῶμα μειρακίσκος ὅτος γαλαθηνός: *venustus sanè & paruo corpore adolescẽtulus hic subrumus?* aut sic κομψός γε μικρός τε σῶμα, οἷος ὅτος γαλαθηνός.

Ἡνίοχος Πολυεύκτῳ. Suidas præit nobis ad diuersam admodum lectionem: Scribit enim Polyeuctum comicum fuisse, cuius fabulam *Heniochos* laudet in dipnosophistis Athenæus. nempe ita legit: ἐν Ἡνιόχοις Πολυεύκτης. Ego falli Suidam non ambigo: nam vel ipsius testimonio rectum esse quod editur, probare possumus. Scribit ille alio loco, Heniochum veterem comicum, inter cæteras fabulas edidisse & Polyeuctum. Porrò Heniochi comici non hîc solùm Athenæus meminit in Polyeucto, neque Athenæus vsquam alibi, neque vllus alius. In posteriore versuum Heniochi, scribe ex membranis, τίθησι τὸν χοῖρον λαβών. non τίκτει, quod nimis absurdum.

ὅστ' ἐν ὕλῃ κεραὸς ἀπολειφθεὶς ἀπὸ μητρὸς ἐπτοήθη. Non dubiè vera est scriptura antiqua, κεραὸς: vt mater cornuta dicatur, non hinnulus. Sed hoc mutarunt, qui absurdum putabant,

ſi ceruæ cornua tribuerentur. ceu verò Græcos poetas verſantibus frequentius quicquam in oculos incurrat, quàm κερόεσσα ἔλαφος: qua de re multa vetus Pindari interpres, aliique viri naturalium rerum periti, κεράτης γάτρ. Verum vtrumque nomen, & poetæ & fabulæ. Vtriuſque teſtis Iulius Pollux libro ſeptimo ſub finem, & libro decimo, capite 26. Crateris verba ita habeant meliùs, νῦν γὰρ ὑμῖν παιδικῶν δαίσομ' αὐτοῖς δ' ἐστιν ἔτι γαλαθηνῶν τε καὶ χοίρων.

Σιμωνίδης δ' ἐπὶ τῷ Περσέως τὴν Δανάην ποιεῖ λέγουσαν. De hoc Simonidis cantico lege Dionyſium Halicarnaſſeum extremo libro Περὶ συνθέσεως ὀνομάτων. Quæ inde afferuntur hîc verba ſunt inquinata mendis: ὦ τέκος οἷον ἔχω πόνον, σὺ δ' αὖτε ἐν γαλαθηνῷ δ' ἤτορι κνώσσεις. Reſtitue poëticum & Homericum verbum, ac lege, ὦ τέκος οἷον ἔχω πόνον· σὺ δ' ἀωτεῖς, γαλαθηνῷ τ' ἤτορι κνώσσεις. *O fili, quantos ego cruciatus fero! at tu interea dulcẽ ſomnũ carpis, & infanti animo ſtertis.* ἀωτεῖν eſt ἀπαυθίζειν τὸν ὕπνον, quod vulgò dicimus, primum ſomnum dormire. Homerus, Μηνάει νῦν εὕδοντες ἀωτεῖτε γλυκὺν ὕπνον. Neque alter qui ſequitur locus Simonidis de Archemoro caret menda: ἰοστεφάνῳ γλυκεῖαν ἐδάκρυσαν ψυχὰν ἀποπνέοντα γαλαθηνὸν τέκος. Archemorum Hypſipilæ filium, infantem periiſſe teſtis Apollodorus, & quicunque de Neméorum inſtitutione aliquid ſcripſerunt. Vox ἰοστεφάνῳ neque Archemoro conuenit, neque ſententiæ horum verborum. Non auſim dicere ſcripſiſſe poëtam, τότε σύγ' ἄνθρωποι γλυκεῖαν ἐδάκρυσαν, &c. ſed ponamus ita eſſe donec proferatur aliquid melius. Itaque verte, *cùm quidem omnes te flebant, tener fili, dulcem animam efflantem.*

καὶ ὁ τίτθης ἐσθίονδε, διὰ τὸ ἐστιῆσαι τὰς θηλάς. à verbo θῆσαι, nõ ſolùm θηλὴ deducitur, verùm etiam τίτθη: vtraque vox mammam ſignificat. ex MSS. adiecta periodus. Lege Euſtathium. ſequens verſus & laceri, & fortaſſe perturbati codicis argumentum eſt. μόνως δορκάδες λέγονται, δέρκωνες δ' οὔ. accipe λέγονται pro dici debent. aut, à probatis auctoribus nominatæ reperiuntur. nam *dercones* non dici omnino, falſum eſt. cum & *dorcades, & dercones, & zorcones* legãtur.

ΤΑΩΣ. ὅτι σπάνιος ἦν ὁ ὄρνις δηλοῖ Ἀντιφάνης. Videtur melius, ὅτι σπάνιος ποθ' ἦν ὁ ὄρ. nam ex ſequentibus Antiphanis verbis non colligas rectè, raros pauones fuiſſe temporibus ipſius: ſed aliquando fuiſſe raros. Poëtæ verſus, vt ex libro 14. patet, ita ſunt diſtinguendi,

Τῶν ταῶν μὲν ὡς ἅπαξ τις ζεῦγος ἤγαγεν μόνον
Σπάνιον ὄν (vel ἦν) τὸ χρῆμα· πλείους δ' εἰσὶ νῦν τῶν ὀρτύγων.

Trochaïci ſunt tetrametri catalectici. At Breuiator longè hæc accipit aliter: nam illa, σπάνιον ὂν τὸ χρῆμα. πλείους δ' εἰσὶ νῦν τῶν ὀρτύγων, pro Athenæi verbis habet, eáque ſubiicit ſequenti teſtimonio Eubuli: nam Antiphanéum, vtpote mendoſum, omittit. καὶ ταῦτα οὐκ ἐφεξῆς. ἀλλὰ παρ' ἡμέρας δύο. Ariſtoteles, καὶ οὐκ ἐφεξῆς, ἀλλὰ διαλιπὼν δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας. libro ſexto Hiſtoriarum capite nono.

μή ποτε θρέψω τοῦδ' ἐγὼ Περσεφόνη πίονδε ταὼν, ὃς τοὺς εὕδοντας ἐγείρει. Verba ſunt cuiuſdam ingrato pauonum clamore plurimùm offenſi, quòd is ſæpius ſe excitaſſet. Ait igitur, vereri ſe ne moleſtam adeò auem cogatur alere etiam apud Proſerpinam, id eſt, in orco, cùm fuerit mortuus: vt, *Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci Deſcendunt Reges.* Viri docti aliter: ſed error eſt, quemadmodum etiam grauiter iidem errant, cùm iſta, ὄρνεις δὲ ποικίλας πολλάκις ἐν αὐτῷ ὀνομάζει, φάσκων τούτους τρέφειν Δῆμον τὸν Πυριλάμπους. interpretantur ſic vt dicant, populum Athenientium pauones ſplendidos aluiſſe. Vertendum erat, *In ea oratione Antiphon pauones nunquam nominat: ſed ſemper* aues varij coloris, *dicens, Demum Pyrilampis F. has alere.* Demus hic ille eſt φιλόκαλος & comtulus iuuenis, quem vt mollem & formæ ſtudioſum comici perſtrinxerunt. Ariſtophanes Veſpis.

Καὶ νὴ Δί' εὗ ἴδη γέ που γεγραμμένον
Τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν.

vbi vetus interpres, μέμνηται τούτου καὶ ἐν Πόλεσιν Εὔπολις. Καὶ τοῦ Πυριλάμπους Δῆμος ἆρα κυψέλη ἐστιν· ἦν δὲ καὶ εὔμορφος ὁ Δῆμος. Ex iſtis lucẽ afferes loco Platonis in Gorgia, vbi ait Socrates de ſe & Callicle, ambos ſe duorum amore teneri: ipſũ quidem Alcibiadis & philoſophiæ: Calliclem verò δήμου Athenienſium, & Δήμου Pyrilampis, id eſt, populi & Demi qui erat filius Pyrilampis. Philoſophi verba ſunt, λέγω δ' ἐννοήσας ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταὐτόν τι πεπονθότες, ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος· ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου καὶ φιλοσοφίας, σὺ δὲ δυοῖν, τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου, καὶ τοῦ Πυριλάμπους. ſcribẽdum, καὶ τοῦ τοῦ Πυριλάμπους. non enim Pyrilampem amabat Callicles iuuenis, ſenem, & ἀπὸ τοῦ ἐρωτικοῦ alienum: ſed illius filium, cui erat nomen Demo, vt diximus. Subiicit Socrates non multo pòſt, καὶ πρὸς τὸν Πυριλάμπους νεανίαν τὸν καλὸν τοῦτον τοιαῦτα ἕτερα πέπονθας.

ταὼς δὲ λέγουσιν Ἀθηναῖοι. Apollonius grammaticus lib. 4. ἐπεὶ δεῖ κωλύει τοῖς σεσημειωμένοις ὅμοια αὐτὰ καθίστασθαι τῷ εὐ εἰ, ἢ τι (hæc vox eſt corrupta) καὶ ἔτι τῷ παρ' Ἀττικοῖς ταῶς. Scribit Heſychius, ταῶς Cretenſium vocem eſſe, pro τέως: at pro pauone, ſcribi ταῶς. ſic in multis aliis dictionibus ſpiritum medium notabant; vt in ἀὼρ cùm eſt ab ἀείρω, & in ταλαὸς ἄλος, ac ſimilibus, de quibus libro ſuperiore. Emenda ex Ariſtophanis codicibus ſubiectum hunc illius verſum, Τηρεὺς γὰρ εἶς ἀπόπληκτος ὄρνις ἢ ταῶς. nam rectum eſt, Τηρεὺς γὰρ εἶ σύ· πότερον ὄρνις ἢ ταῶς; ſequentia verba non leguntur apud comicum eo quidem loco: neque hîc in Exceptis. Iam pro ἐν ἐν τῷ αὐτῷ Ἀριστοφάνης, inuenimus ſcriptum ἐν τῷ ἀγήρῳ. itaque lego, ἐν τῷ Ἀναγύρῳ. de ea fabula diximus alibi. Exempla tenuis ſpiritûs cum eius nota ſuperſcripta habet Euſtath. νεώς, Τυνδαρεώς, & reliqua ad hunc modum. Ex eodem Euſtathio

Eustath. scribendum mox in disputatione de spiritus natura. ἢ ἐσχυδι. προάγουσα. (nō προάγουσα) ἢ, ἔχων ἐκθέουσα, δι ὅπαιλης ἐπὶ τῶν λέξεων. vulgò δι ὅπαιλῆς nullo sensu. Significat aspirationis hanc naturam esse, vt in dictionibus simplicibus initiales vocales semper occupet: quò sese proripiens. & velut cursu anteuertens ipsam dictionem. non pars illius censeri debeat, sed aliquid illi insistens. Quod de H Græco. & H Romano subuciatur, huiusmodi fix omnes intelligunt.

CAPVT XIII.

De antiquis auium & plantarum appellationibus. Diuersa studia philologorum & philosophorũ. De tetrage aue: ea duplex fuit. σπερμολόγου item vocis duplex notio. Φοινικοείμων. Κάθοδος Ἡρακλειδῶν. ψύη, φόα, ψεία. psœradici. Clearchi liber Περὶ σκελετῶν. τιθρομήτραι, siue νεφρομήτραι. ψύα, vnde dicta.

AVIUM & cæterarum animantium, itemque plantarum nomina, quæ apud vetustos scriptores leguntur, reuocare ad vulgares appellationes, iocundus quidem & vtilis, sed oppidò difficilis labor est. Id enim commodè præstare queat nemo, quin rei qua de agetur, & τὸ τί ἦν εἶναι αὐτῆς certam notitiam habeat. Atqui pleraque illorum quæ diximus. vix cognitione τὸ ὅτι, & solo nomine sunt nobis nota. cùm in libris Hebræorum, Græcorum & Romanorum ea legimus. Cùm autem duplex hoc modo sit omnium naturalium rerum cognitio: philologi & veterum scriptorum interpretes, hac ferè quæ leuior est, necessariò contenti, illam philosophis relinquunt. Ea namque vera & γνησιωτάτη philosophia est, quæ Naturæ, hoc est, Dei OPT. MAX. opera scrutatur, & solidam perfectámque eorum intelligentiam gradum facit ad illius notitiam, quem vnum nosse vera est sapientia, & verè, vt aiebat Plato, πάντων τῶν μαθημάτων θριγκός. Ad hanc rerum naturalium intimam, vt sic dicam, cognitionem cùm non aspiret professio philologorum, quos vulgò etiam Græci grammaticos vocarunt, mirum non est, si illis vsuuenit, quod hoc loco. eruditissimus conuiuator Larensis eleganter ait. τίς, inquit, χαμαιπετῶν ποιεῖ περὶ πάντων τῶν προβαλλομένων λέγειν, οἷον φυτῶν, οἷον ὀρνέων, οἷον λίθων. Quid miraris Larensis? χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Λυδῶν ὁρίσματα. aliud inquam philologus profitetur, aliud philosophus: neque vnquam illum puduerit ea fateri se parum intelligere, quæ in veterum scriptis parum dilucidè explicata inuenerit. Talis illa confessio est ingenui pudoris plena doctissimi Hebræorum Rabbini Aben Ezræ: scribentis in secundum Mosaicæ Geneseos caput, de nominibus fluuiorum qui in libris nominentur: item familiarum, regionum, auium, & cæterorum animalium, necnon lapillorum, non posse cui quam constare, nisi quis, ait, in somnis viderit κατ᾽ ὄναρ χρηματισθείς. Ipsa verba sapientissimi viri lubet ascribere: ושה ואין ראיה על פשט שהוא היאור רק שהוא החוילה כפי צרכו כי אין לנו קבלה ... במשפחות ובמדינות ובחיות ובעופות ובאבנים אלי בחלום ראם Quòd si vnquam venia digna in homine docto ignorationis confessio, tum certè dignissima est, cùm de re agitur non translatitia, sed cuius nomen paucissimis tantùm locis vsurpatum ab antiquis inueniatur. Sunt autem huiusmodi quàm plurima, vel potiùs, propè infinita, quæ semel aut non multò sæpius nominata offendas, cùm omnia vetustatis monumenta diligenter excusseris. In hoc album vox τέτραξ referri debet: de qua eruditissimus vir Larensis disputat hoc loco. Nota erat doctissimis illius conuiuis *tetrax* auicula, & spermologo similis, ex Alexandri Myndij libris de Animalibus, & poetis qui eius meminerant. sed fuit eodem nomine diuersa alia auis, vni vt videtur, Aristophani nominata, ac propterea neque Larensis conuiuis, neque aliis eius sæculi doctis cognita. Vetus sanè comici interpres, homo magnæ & reconditæ doctrinæ, quod genus auis esset *tetrax*, satis apertè indicat se nescire, cùm ad eos qui de animali historia scripserunt reiicit nos, vt quæramus ipsi ἀποκείσθω, ait, ἐκ τῆς τῶν ζώων ἱστορίας τίς ὁ τέτραξ. Tetragem Aristophanis non esse illam minutam auem quam diximus, pro certo & confesso sumit Larensis: credo, quia comicus eam Porphyrioni coniungit, pelecano, & pauoni, quæ sunt non mediocris magnitudinis aues. Describit deinde Larensis τέτραγα Aristophanéam, vt quidem ipse existimauit, veris & certis notis: id seriò triumphans, quòd rem doctissimis viris incompertam ipse comperisset primus, & illos docuisset. Cæterùm an hæc Paeonum, vt ait, & Mysorum tetrax ea ipsa auis sit, de qua sensit Aristophanes, non sine magna ratione aliquis dubitauerit. Quod autem dicebamus de Alexandri Myndij tetrage, clarum ex eius verbis quæ affert Larensis: τέτραξ τὸ μέγεθος ἴσος σπερμολόγῳ. Dalecampius enim dum putat se hunc locum corrigere, ille verò corrumpit. τέτραξ namque vera lectio est, non τέτριξ, vt illi placitum contra librorum omnium & Eustathij auctoritatem. quo autem consilio vertitur ab eodem, ἴσος σπερμολόγῳ, *frugum semine vescitur?* Obseruaret potiùs nomen σπερμολόγος, & generis, & speciei nomen esse. Interdum sic generatim vocantur omnes aues, quæ id faciunt, quod nomen sonat: frugum inquam semina legunt & comedunt: & interdum spermologus propria & sui generis auicula est, de qua loquitur hîc Alexander Myndius, & mox Epicharmus. De eadem & Philosophus, cùm lib 8. Historiarum, cap. tertio, vermiuoras aues enumerans, tandem scribit, ἔτι βασιλεὺς καὶ σπερμολόγος. Semper autem verum est, quod dicebat philosophiæ dictator, ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος alios errores necessariò consequi. Vir doctus qui malè acceperat in Alexandri testimonio

verba de quibus modò dictum, in eadem deſcriptione pro καρποφάγος ſcribēdum cenſuit σπερμοφάγος: ne videlicet cogeretur fateri bis idem dictum eſſe; quod cùm ſemper in philoſophi oratione vix tolerabile ſit: in rerum vtique deſcriptionibus, aut definitionibus prorſus eſt intolerabile. Hoc metu liberat nos recta interpretatio; quæ hoc dicit tetragē magnitudine parem eſſe ſpermologo, καρποφάγον, id eſt, quæ frugibus veſcatur, quod omnes σπερμολόγοι faciunt, In Epicharmi ecloga perperam ſcribitur, φοινικοείμονας τίτραγας. Tolle ſuperfluam literam, & ſcribe, φοινικοείμονας. ſpondeo nō aliud ſcriptum, à poëta. φοινικοείμων, vt μελανοείμων, *puniceâ veſte indutus*, id eſt, puniceus. Longiùs petitum quod placitum Dalecampio, φοινικοκνήμονας, neque verum cenſeo. At illud verum quod ſubdit Larenſis, Ariſtotelem tetragis nuſquam feciſſe vllam mentionem. Eſt quidem inter aues Ariſtoteli dictas, *tetrix* quædam: verùm ea longè diuerſa ab Ariſtophanis & Larenſis tetrage, atque addit philoſophus, Athenienſibus non *tetrigem* eam auiculam fuiſſe appellatam, ſed ὄργα cenſeo faciendum, vt de hac voce cogitemus, quam alibi, opinor, non eſt reperire, ac fieri poteſt, vt τίτραγα ſcripſerit. neque tamen propterea minùs erit verum quod affirmatur à Larenſi. nam ſiue *tetrigem* appelles ſiue *tetragem* auem illam de qua loquitur Ariſtoteles, ſemper verum erit, diuerſam eſſe eam de qua Ariſtophanes & Larenſis. Scribe in extremo ſermonis huius, καὶ τὰ κρέα αὐτοῦ ἦν παραπλήσια τοῖς τῆς μεγάλης στρουθοῦ. Poſtea ſequuntur hæc: ΨΥΑΙ. ὁ τὴν τῶν Ἀτρειδῶν κάθοδον πεποιηκώς, ἐν τῷ τρίτῳ φησίν, ἶσον δ' Ἑρμιονεὺς ποσὶ καρπαλίμοισι μεταστών, ψύας ἔγχει νύξε. Quæri poteſt, quorſum iſta hoc loco de *pſyis*. Sed ratio eſt, quia in coquinis vſitatum id fuit vocabulum, non quatenus pars corporis humani ſic vocatur: verùm pro ferculi appellatione, quod ex carnibus τῶν ψυῶν victimarum aut auium parabatur. Exempla tamen quæ ab Athenæo afferuntur, propriam eius vocis ſignificationem potiùs reſpiciūt. Porrò Atridas fuiſſe patriâ expulſos, inque eam poſtea rediiſſe, nemo veterum, quod ſciam aut meminerim, tradidit. at reditum in Peloponneſum Heraclidarum, anno poſt euerſam Troiam 80. quis veterum non celebrauit? Καθόδου namque Ἡρακλειδῶν inter alios meminére Strabo, Pauſanias, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Velleius Paterculus, atque vno verbo omnes veteres Chronologi. Quare legendum hîc quoque autumo, ὁ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον πεποιηκώς. fortaſſe vnus hic fuit de Cycli epici poëtis. Puto etiam ſcribendum, retractâ in locum ſuum fugitiuâ litera, φησὶ Νῖσον δ' Ἑρμιονεὺς: & μεταστών, non μεταστῶν, quod ferri non poteſt, id eſt, *Niſum Hermioneus celeripede conſecutus*. quæ hîc adnotātur de Hermione & Pyrrho, arbitror aliena eſſe hoc loco. Præterea videtur hic poëta ſcripſiſſe, ψοίας ἔγχει. vt quodam loco apud Hippocratem. ψύη, ψόα, & ψοία idem. Inde apud Cælium Aurelianum *pſoadici*, qui clunium dolore afficiuntur, Chroniôn lib. quinto capite primo. Sic Leuitici cap. 3. 9. priores editiones habent, καὶ τὴν ὀσφὺν ἄμωμον, σὺν ταῖς ψοίαις περιελεῖ αὐτό. in nupera ſine cauſſa fecerunt ψόαις. Sic autem vocant 70. quam Moſes עצה. Dubitabam de fide noſtrorum librorum in ſequentibus iſtis, Κλέαρχος δ' ἐν δευτέρῳ Περὶ σκελετῶν οὕτως φησίν: & ex libello Rufi Epheſij de appellatione partium corporis humani, legebam κλείταρχος: ſed didici poſtea Rufum non Athenæum emendationis indigere: nam apud Pollucem, qui totum ferè Rufi librum in ſuum ſecundum tranſtulit, κλέαρχος ſcriptum, & de anatomicis rebus ſcripſiſſe Clearchum Solenſem Ariſtotelis diſcipulum, teſtantur Pollucis verba è libr. ſecundo, τὰς μὲν ὅλης χειρὸς ὀστᾶ ἓξ καὶ εἴκοσι εἶναι φησὶν ὁ Σολεὺς Κλέαρχος, εἷς τῶν Ἀριστοτέλους μαθητῶν. *Pſyas* alio nomine appellari ſcribit Clearchus νευρομήτρας. vbi nos ex Suida iudicamus rectum eſſe, νεφρομήτρας. Ait ille, ἐν ψόαις ἐγκεῖνται οἱ νεφροί, δι' ὧν αἱ ὀρέξεις κινεῖσθαι πεφύκασιν. Idem conſtare poteſt tum ex Hippocrate, qui νέφρον & ψοίην iunctim nominare ſolet: tum ex interpretatione Rufi: quanquam in huius editionibus Clearchi hic locus ita ſcribitur: κλείταρχος τὰς ἔξω κατὰ τῆς ῥάχεως μύας ψόας καὶ νευρομήτρας φησὶ καλεῖσθαι, οὐκ ὀρθῶς, ſed & κλέαρχος emendari debet hîc, & νεφρομήτρας, aut νεφρομήτρεις. Veriloquium vocis huius ſic traditur ſtatim, ὠνομάσθησαν δ' οὕτως διὰ τὸ ῥᾳδίως ἀποψᾶσθαι, οἷόν τις οὖσα ἐπιψαύουσα σάρξ, καὶ ἐπιπολῆς τοῖς ὀστέοις ὑπάρχουσα. *nomen inuenerunt* ψύαι, *quòd facilè poſſint*, ἀποψᾶσθαι, *id eſt, radi: vt quarū tacta obnoxia ſit caro: ſuper oſſa eminēs.* ἀποψᾶν eſt *radere*, vt in Characteribus Theophraſti, σφόδρα ἀποψᾶν. facilè autem pſyas poſſe radi, clara res & αὐτόπτης. nam id commune omnibus partibus quæ protuberant, & κοῖλαι non ſunt, ſed potiùs κυρταί. Quare non diuino quid ſibi velit Etymologici auctor, cùm ſcribit, ψύην dici quaſi ξύην: ſed per antiphraſim, ἣν διχηρῶς ξύσαι οὐ δυνάμεθα. In Gloſſis Heſychij ψύαι & variè interpretantu. Nam prætermittam dicere, in verbis Athenæi videri diuerſas ſententias ſuper origine huius nominis in vnam confundi. nam alij à ψᾶν deduxerunt, alij à ψαύειν. quare ita ſcribi malim, διὰ τὸ ῥᾳδίως ἀποψᾶσθαι, ἢ οἷόν τι οὖσα ἐπιψαύουσα σάρξ. Auctor Etymologici, ψύη, παρὰ τὸ ψαύω, ἡ ἐπιψαύουσα σάρξ καὶ ἐξ ἐπιπολῆς οὖσα τοῖς ὀστέοις.

CAPVT XIV.

Teleclidis Στερροί. οὖθαρ, ſumen, ὑπογάστριον, ὑπογάστριον λαγῷα κρέα. *lepores* hirundinini. *Apri integri ſoliti apponi.* σῦς *dictus quaſi* θῦς. ὁ καλλίμυθος ψευδολόγος τῶν λόγων. περιπονεῖσθαι & ἀποπεριστασιεῖσθαι ἀχίδωρος. ὀστός. *caſei varia differentia.*

Ait.

AIτ, οὖθαρ. Τηλεκλείδης Στεῤῥοῖς. Verisimilitudinem habet quod legitur libro decimoquarto. (vbi sine causa hæc repetuntur) Ἑταίροις pro Στεῤῥοῖς. non tamen id verum est. *Sterrhos* Teleclidis & noster laudat alibi, & Suidas ex Athenæo fabulæ eius meminit. Ait *σπανίως δὲ ἐστιν εὑρεῖν τὸ οὖθαρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων λεγόμενον raro inuenias οὖθαρ vsurpatum de aliis animalibus*. imperfectè concipitur hæc obseruatio: non docet quid rectum sit. non enim ex his discas, quibus animalibus propriè conueniat. Scribunt alij, οὖθαρ esse *μαζὸν τῶν προβάτων*. id quoq; parum satisfacit: nam οὖθαρ in vniuersum appellatur mamma in homine & quadrupedibus: aut pars illa tota vbi sunt mammæ: *τὸ ζώνη τὸ κατὰ τοὺς μαστούς*, inquiunt veteres. Sed hanc vocem ganea sibi vindicauit, & οὖθαρ appellauit edules mammas: vel partem illam corporis vbi mammas habent porcæ & alia bruta. Latini *sumen* vocant: De his igitur οὖθαρ propriè vsurpatur: interdum non *κυρίως*, sed *ἀναλόγως* de aliis quoque dicitur: puta de piscibus aut cetis: sed hoc rarò & contra vsum rectè loquentium, vt obseruatur hîc. cùm ὑπογάστριον potiùs de illis dicatur. ὑπογάστριον autem & ὑπογάστριον in re culinaria idem esse, etiam Hesychius scribit. Verba Theopompi è *Callæschro*, suspecta nobis meritò: de ea fabula diximus alibi de *Sirenibus* eiusdem. Pollux libro septimo, capite vltimo. In ΛΑΓΩΣ perperam scribuntur verba Archestrati. Τῦ δὲ λαγω πολλοί τε τρόποι, πολλαί τε θέσεις Σκευασίας εἰσί. Lego, παμπολλαί τ' εἰδη Σκευασίας εἰσί. minus rectè etiam ista Aristophanis, λύσας ἴσως ἂν τὸν λαγῶν συναρπάσειεν ἡμῶν. nã videtur sententia postulare λυθείς. Mox scribe. ἵνα δὴ παρὰ μὲν βατίδας, &c. vt libro septimo in similibus locis. Rectè autem scripsimus, καὶ, καλῳ. nam Atticum κάλῳ non fit à καλὸς, *pulcher*, sed à κάλῳ, *funis*. Ait, τὸ μὲν τι, ἣ πῦκα λαγωόν id est, apud Homerum in illo versu Iliadis ῥαψ. χ. Ἁρπάζων ἢ ἄρν' ἀμαλὴν, ἢ πτῶκα λαγωόν. Statim, λαγῷα δὲ λέγεται κρέα. Dalecampius doctè. *Leporinam τὰ λαγῷα vocant*. Hippocrates quidem τὰ λάγωα: sed Attici τὰ λαγῷα. Aristophanes Equitibus, Ἀλλ' ὦ λαγῷ ἔχεις ὅθεν δίως. Quemadmodum autem κρέα aut κρεάδια dicebant τρία vel τέτταρα, pro frustis carnium tribus aut quatuor: sic λαγῷα similiter. Idem in Pace,

> Ἦν δὲ καὶ πυοῦς ἔνδον, ἐς λαγῷα τέτταρα
> Εἴ τι μὴ ξήνεγκεν αὐτῶν ἡ γαλῆ τῆς ἑσπέρας.

& sæpius alibi idem poeta. vbi tamen λαγῷα sunt qui scribant παρ' αὐσαν, ἢ κατὰ αὖσαν. Ait, καλῶνται δὲ τινες καὶ χελιδόνιαι λαγωοί. Hi lepores dicti *hirundinini*, propter aliquam coloris similitudinem. Eustathius ita explicat, τοῦτο δὲ ἴσως οἱ αἰωμὲν μέλανες, τὰ δὲ κάτω ὑπόλευκοι, ὁποῖαι καὶ αἱ χελιδόνες, κατὰ τὸ εἰπόντα τὸ, χελιδὼν ἐπὶ γαστέρα λευκὰ, ἐπὶ νῶτον μέλαινα. Athenæus, libro decimoquarto, ficus quoque chelidonias ita dictas innuit à colore quia sint ἐρυθρομέλανες. Vt fuerunt Romanorum mores, parum lautus conuiuator habitus fuisset Larensis, si conuiuis suis aprugnam non apposuisset: ille verò, sicut fieri tum solitum, aprum integrum mensæ inferendum curauit: de cuius magnitudine narrat dipnosophista. Συὸς δὲ ἀγρίου εἰσφερομένου, ὃς κατ' οὐδὲν ἦν ἐλάττων τοῦ καλοῦ γραφομένου Καλυδωνίου. sonant hæc verba, *aprum in triclinium illatum esse, & dipnosophistis appositum, nihilo minorem Calydonio, qui pulcher pingi solet*. ferat fortasse aliquis hanc lectionem: qui teretes habeat aures nemo ferat. Pro καλοῦ scribi potest κάπρου: verùm ne id quidem satis explanat quod salebrosum est. Historiam Calydonij apri à Meleagro occisi narrat poëta in nona Iliadis, & præter alios poëtas Philostratus in Imaginibus. Paulò mox scribe οἱ δὲ συν αἱρῆσθαι οἰονεὶ θύω, τὸ εἰς θυσίας εὐθετεῖν. Varro libro secundo de re rustica, *Sus Græcè dicitur* ὗς: *olim thys* (malè editum *thysus*) *est dictus ab illo verbo quod dicunt* θύειν, *quod est immolare. Ab suillo enim genere pecoris immolandi initium primum sumptum videtur.* Lege Porphyrium, περὶ ἀποχῆς. Ouidius, libro primo Fastorum,

> *Prima Ceres auida gauisa est sanguine porcæ,*
> *Vlta suas meritâ cæde nocentis opes.*

Sophoclis versus ex *Achillis amatoribus*, sic scribitur in Epitoma, & apud Eustathium, Σὺ δ' ὦ σύαγρε πελιδνὸν βρέφος. In historia de morte Philetæ, ὁ καλούμενος ψευδολόγος τῶν λόγων est id sophisma, quod *pseudomenon* omnes Græci & Latini appellant. mutandum tamen nihil censeo in hoc librorum consensu. sicut nec paulò pôst, ἐπεὶ δέ σου καὶ τὸ προβληθὲν σοι ἀποπεποίησαι περὶ τῆς χροιᾶς τοῦ Καλυδωνίου συός. est quidem in promptu vsitatior vox, quam isti.us loco substituamus ex ipso auctore. ἀποπεποίησαι: respicit enim superiora hæc, ὁ δὲ σφόδρα φροντίσας, καὶ τὸ προβληθὲν ἀποδιοπομπησάμενος. sed temerè quod editum est, & exaratum in omnibus mutari nolim, προσποιεῖσθαι est, *sibi asserere & vindicare aliquid*. huius contrarium verbo ἀποπροσποιεῖσθαι, significat auctor, *negare nẽpe, ad se aliquid pertinere*. Græcos Siceliotas aprum appellasse ἀχίδωρον probat auctor. non soli Siculi ea voce vsi: sed vniuersa ora illa Italiæ, quæ Magna Græcia dicebatur. quare ita accipe quod Hesychius scribit: ἀχίδωρος ὁ σύαγρος παρὰ Ἰταλοῖς. nã emendare quidem nihil necesse, cùm etiam apud Eustathium alius grammaticus tribuat hoc verbum τοῖς Ἰταλιώταις. esse tamen vocabulum Græcæ originis, veriloquium arguit. quod rectè explicant γραμματικῶν παῖδες. HOEDI deinceps commemorantur. variè parati: quorum erant quidam, πολὺ τοῦ ὀποῦ ἔχοντες. sic scribe non πολλοῦ. laser autem intelligo, & Cyrenaicum succum, quem Græci κατ' ἐξοχὴν dicunt ὀπόν. Docti viri cùm hunc locum interpretarentur, obliti erant eius discriminis, quod statuit Theophrastus, & omnis medicorum schola inter χυλοὺς vel χυμοὺς, & ὀπούς. Quoties autem dictum in his libris de laserpitij in condimentis vsu? Non malè fortasse scribas aliquanto pôst, verba Antiphanis ex *Acestria*,

ſicut ea Breuiator nobis exhibet. *Κρέα δὲ τίνος ἥδιστ᾽ ἂν ἐσθίοις; προβάτου μὲν οἷς ἔνι μήτ᾽ ἔρια μήτε τυρὸς φιλῶ. τῶν δ᾽ αἰγείων κατὰ ταὐτά, ἃ μὴ τυρὸν ποιεῖ. διὰ τὴν ἐπικαρπίαν γὰρ τῶν αἰδοίων, ἐπὶ τὰ φαυλότατ᾽ ἀνέχομαι.* interrogatus aliquis, quibus carnibus libentiſſimè veſcatur, reſpondet; ex ouibus quidem ſibi eas probari, quibus neque vellus adhuc ademptum, neque preſſa vbera ad caſeum; è capris ſimiliter, quæ caſeum adhuc nullum dederint. Non eſt obſcurum, agninam & hœdinam hiſce verbis intelligi: quod etiam vulgata lectio palàm ait, quæ dictionibus *ἀρνὸς* & *ἐρίφου* eſt auctior. Idem poëta cùm in Cyclope, facit hæc illum loqui: *τῶν χερσαίων δ᾽ ὑμῖν ἥξει παρ᾽ ἐμοῦ ταυτὶ βοῦς ἀγελαῖος, τράγος ὑλιβάτης, αἲξ οὐρανία*: quærendum reliquit nobis, quid appellaret *capram cæleſtem*: ſed & cōtradicit ipſe ſibi Cyclops: qui poſtquā *χερσαίους* cibos promiſiſſet *οὐρανίαν αἶγα* exhibeat. An igitur ſcripſerat comicus, *αἲξ δὲ Σκυρία*. vel cum negatione, vt in ſequentibus multis, *αἲξ οὐ Σκυρία*. de capris Scyriis res vulgata. Iam verò cùm ait Cyclops, *ὑμῖν ἥξει παρ᾽ ἐμοῦ τυρὸς χλωρὸς, τυρὸς ξηρὸς, τυρὸς κοπτὸς, τυρὸς ξυστὸς, τυρὸς τμητὸς, τυρὸς πηκτός*: laſciuiā comicā ad copiæ oſtentationem ſpecies fingit, quæ nullæ ſunt: nam *χλωρὸς* quidem caſeus eſt recens: *ξηρὸς* ſiccus ac durus: *ξυστὸς* raſilis, cuius ramentis cibi aſperguntur: *πηκτὸς* recentiſſimus, & tantum quod coagulatus: at *κοπτὸς* & *τμητὸς*, non veræ vt puto differentiæ, ſed fictæ ſunt à poëta. Quare in illis explicandis operam abuti non debemus.

CAPVT XV.

Mneſimachi Hippotrophus. thalamus κυπαριττοτρόφος, ſiue κυπαριττοφόρος. Hermæ Athenië ſium φύλαρχοι. μελετᾶν, meditari. διαλαιμοτόμησις. κρατὴρ ἐξερροίβδηται. λείπεται κόρδαξ. Formula paranda attentioni, ὕπες, βλέψον δεῦρο. φυξήλιος piſcis. ἀπία γῆ. μάραι.

REFERENS Athenæus aliquot veterum comicorum locos, quibus cœnarum deſcriptio continebatur, longam *ῥῆσιν* affert ex *Hippotropho* Mneſimachi: quâ vniuerſum cuiuſdam conuiuij choragium luculenter & *κατὰ λεπτὸν* facetus poëta deſcripſerat. Nemo qui iſtam Mneſimachi eclogam legerit, cauſſam rēquiſiturus eſt, cur Ælianus, ſicut libri ſeptimi, cap. 7. dicebamus, inter *δειπνολόγους* poëtas, hunc præcipuum faciat cum Epicharmo. Inducitur initio aliquis vel cocus vel architriclinus, qui Manem ſeruum iubet conuiuas è foro arceſſere, aliiſque locis, & paratam cœnam illis nuntiare. *Βαῖν᾽ ἐκ θαλάμων*, inquit, *κυπαριττοτρόφων ἔξω Μάνη. στεῖχ᾽ εἰς ἀγορὰν πρὸς τοὺς Ἑρμᾶς. οὗ προσφοιτῶσ᾽ οἱ φύλαρχοι.* thalamūs *κυπαριττοτρόφος* ferri poteſt, ſi ſcimus *θάλαμον* pro amplæ domus ambitu, vbi horti ſint & viridaria: ſin hoc durum, non aſpernanda coniectura noſtra, quæ eſt, vt literā vnicā demptā ſcribamus, *ἐκ θαλάμων κυπαριττορόφων*. è *thalamis quorum cupreſſina lacunaria*. non debet vox *θάλαμος* aliter hîc accipi quàm in nota ſignificatione: ac videntur epulæ nuptiales à poëta hîc deſcribi quod etiam illa mox verba confirmant, *ἀκολασταίνει νοῦς μειρακίου*. de ſponſo enim videtur loqui. ſequentibus verbis deſignatur ea pars fori vbi reperiri queant inuitati. *ito in forum ad Hermas: vbi ſolent frequentes eſſe tribuum magiſtri.* Diuerſorum morum homines diuerſis in locis & vrbis aut fori partibus ſoliti conuenire: quod docet eximiè Plautus in Curculione, ſcena *Ædepol nugatorem lepidum.* Non autem ſunt Athenienſium Hermæ, & ſtatuæ illæ *ἄχειρες*, quas in foro, aut non procul neque à foro neque à gymnaſio fuiſſe poſitas, ex Pauſania diſcimus. Ad Hermas ventitaſſe ait inuitatos, quos appellat *φυλάρχους*, quaſi præfectos tribuum. vel quod nunc primulùm venit nobis in mentem, *φιλάρχους*, vt ſignificet primores ciuitatis eſſe, qui honores ſoliti petere & gerere. Verùm quia per υ ſcribunt exemplaria omnia, *φύλαρχος*: id potiùs ſequamur. Athenis id fuit non contēnendæ dignitatis nomē Ariſtoph. Auib. *Ὥς δ᾽ εἰ τριβόλῳ γε χιλιάδα μόνον ἔχων πτερὰ ἱππέων φύλαρχος, ἱππάρχος.* Addit poëta, *τοὺς τε μαθητὰς τοὺς ὡραίους, οὓς ἀναβαίνειν ἐπὶ τοὺς ἵππους μελετᾷ Φείδων καὶ καταβαίνειν.* Malim, *τούς τε μαθητὰς ὡς τοὺς ὡραίους. οὓς ἀναβαίνειν.* vnde etiam ad formoſos illos diſcipulos: id eſt, ad illud gymnaſium vbi exercentur adoleſcentes delicati. *vbi diſcit Phidon in equos aſcendere, & ex iiſdē deſcendere.* In vulgata lectione *μελετᾶν* accipitur pro *docere*: quod inſolens planè; nam *μελετᾶν* eſt *diſcere, meditari.* vnde apud Plinium in Paneg. *Meditatio campeſtris turmarum.* Itaque non *οὓς ἀναβ.* ſed *οὗ* lego vt in præcedenti periodo. *οὗ προσφοιτῶσιν εἰς.* [Fortaſſe Phidon hic eius artis erat magiſter, quæ docet in equos conſcendere, ex iiſdem deſcendere, & variè agitare. Senſus igitur fuerit, illuc eundum eſſe, vbi Phido ſuos diſcipulos docet ſeſe exercere in exercitiis rei equeſtris: quorum duas commemorat ſpecies præcipuas. vide Xenophontem *περὶ ἱππικῆς*. Sed huiuſmodi ſententia verbum deſiderat, quod videtur excidiſſe, *διδάσκει*, aut ſimile.] Ait *σπλάγχνα ὠπτᾶται χάσκω*. Scribēdum *σπ. ὤπτηται χάσκω*. vel mutata diſtinctione hoc modo, *σπλάγχνα ὤπτηται χαυνῶν τ᾽ ὀπτᾶται κρέας ἐξ ἅλμης*. Addit, *διαλαιμοτομηθ᾽ ὑπὸ τῶν ἔνδον*. Malim, *διαλελαιμοτόμηθ᾽ ὑπὸ τῶν ἔνδον*. *qui intus ſunt omnes victimas iugularūt, quæ ad epulas neceſſariæ.* *διαλαιμοτόμησις* magni conuiuij deſignationē habet: cuiuſmodi eſt quod Hebræi vocant כרוּ quaſi dicas *exciſionem*. Affine & proprium coquorum verbum eſt *διαρταμεῖν*. Anaxandrides, *Ἀρτίως διηρτάμηκα, καὶ τὰ μὲν ὀπτηκτὰ σώματος μέρη δαμάζεται ἐν πυριλύμασι γῆς*. Eodem ſequentia ſpectant malè accepta interpretibus, *κρατὴρ ἐξερροίβδητ᾽ οἴνου, πρόποσις χωρεῖ. cratera largitur impleta eſt vino.* id eſt, crateri vinum è cado infuſum eſt abundè: *iam incipiunt* conuiuæ *poculis ſe inuitare.* *ῥοῖζος* (ſiue *ῥοῖβδος*) exponitur à veteri-

bus

bus ῥεῦμα ϖφοδρὸν: quia vſurpatur etiam ad ſoni eius ſignificationem, quem edit fluens aqua vehementiùs: hîc verò κεράμῳ ἐπιρροιβδῆσαι dicitur, qui largiore fluxu vini è cado fluentis fuerit impletus. Pergit qui Manem alloquitur. λοιπὸν κόρδαξ. ἀπολαχεῖν τὰς μαγαρίδας, παῖδες δ' ἔνδον ϖὰ κάτωθεν ἄνω. Sunt qui emendent, ἐλλεῖπει κόρδαξ. quæ & nobis placeret emendatio, niſi λοιπὸν mordicus defendant libri omnes, neque cauſſa eſt cur mutemus. Nam vt ἐναργέστερον exprimeret omnia pridem parata, & dudum in mora eſſe conuiuas ad quos Manes mittebatur, cùm iam epulis ſe accinxiſſent qui domi erant, λοιπὸν κόρδαξ, inquit: quaſi hoc dicat, id ſupereſſe vnum, vt menſis remotis ſaltatio inſtituatur: non enim ſaltare incipiebant, niſi finitis epulis. Pro ϖὰ κάτωθεν ἄνω, placeat magis: nec opinor ſine cauſſa, ϖὰ κάτω θέσαι ἄνω. ſyllaba αι, quæ fuerat geminanda, ſemel ſcripta, deprauando loco fuit. Quàm variè accipiant Græci ſuum illud ἄνω κάτω, alibi multis docemus. Scribe deinde elegantiſſimum locum hoc modo. μέμνησ' ἃ λέγω. πρόσεχ' ὦ. φράζω. χάσκεις οὗτος, βλέψον δεῦρ' ὅπως ϖοιεῖς. ϖὰ φράζεις. memento eorū quæ dico: attende iis quæ loquor. oſcitas? heus tu, huc aſpice, vt ſi fieri poteſt eadē illis dicas. ſcribebatur χάσκεις αὐτός. corruptâ venuſtate huius loci οὗτος pro ὦ οὗτος initio periodi frequens apud Atticos. Elegans formula eſt βλέψον δεῦρο, q. â etiam vulgo vtimur cùm pueros noſtros ad ea quæ dicimus iubemus attendere. Sic apud Sophoclem Deianira Licham compellat, οὗτος, βλέφ' ὧδε. πρὸς τίν' ἐννέπειν δοκεῖς. & in Oe lipo tyranno. οὗτος σὺ πρόσελθ'. δεῦρό μοι φώνει βλέπων ὅσ' ἄν σ' ἐρωτῶ. Plautus in Amphitruone. *Soſia age: me huc aſpice.* in Capteiueis *quæſo hercle agedū aſpice ad me.* in Moſtellaria, *Quæſo edepol huc me ſpecta, & reſpōde mihi.* paulò poſt, *Surge, ne negare: aſpice dū contra me.* Sequitur, αὐτίκ' ἐρῶ σοι πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἥκει ἤδη καὶ μὴ μέλλειν. τοῦ τε μαγείρου μήτι λυμαίνεσθε. non malè vocem αὐτίκα præcedentibus connectas, mutatâ interpunctione. omnino autem μὴ τι ſcribendum, non μήτι. dic illis, videant, ne quid ſuâ morâ coco noceāt. perit enim multis cibis ſua gratia, niſi opportunè comedantur. Lege deſcriptos antè hoc libro Alexidis ſuper hoc verſus, ex eius *Mileſiis.* Inter alios piſces Mneſimacho hic nominatos, φυξίνιος quidam eſt, quem alibi non reperimus. Græcis φυξανὸς idem ac *meticuloſus.* an aliquem piſcem ita nominauerint piſcatores, queis nota eorum ingenia, neſcio. Lege mox, θυννος, κωβιός, ἠλακατῆνες. vt lib. ſeptimo. & de iſtis, κυνὸς οὐραῖον τὲ κεχαρίων, vide libro eodem, in σαῦρος. inde emendabis & aliâ nōnulla piſcium nomina, quæ in hoc laterculo minùs rectè ſcribuntur. Non damnē mox, καὶ μετὰ δεῖπνον θαυμασίων ὅσ' ἐς ἀγαθῶν πλῆθη. magis tamen ex vſu ſit, θαυμαστὰ γ' ὅσ' ἐς ἀγαθῶν πλῆθη. Subiicit, σεμναὶ δ' αὐλῶν ἀγαυαὶ φωναὶ μολπᾷ, κλαγγᾷ. Scrib. μολπαὶ, κλαγγαί. in proximis verbis non pauca corrupta. nam quid eſt hic τί ἐστι? quid, κνίσαι καιίας ἀπὸ γᾶς ἁγίας? interpres non malè, quod ad ſententiam καίουσι κασίας ἀπὸ γᾶς Ἀσίας. aut ſcribe, ἀπὸ γᾶς ἀπίας. Homerus, τηλόθεν ἐξ ἀπίης γαίης. Deinde, ὀσμὴ σεμνὴ μυκτῆρα δονεῖ λιβανώματος. ſcribo, μακρόθεν. *procul nares ferit odor thuris:* Heſychio auctore μάρον herbæ cuiuſdam nomen eſt: id ſi huic loco velis accommodare, quod fecit interpres, per me licet. minùs tamen probo. proxima his non vno modo poſſis ex libro vltimo concinnare: ſed quod admodum placeat nihil dum excogitaui. Quare vtemur comperendinatione. Atque hæc ad Mneſimachi ῥῆσιν.

CAPVT XVI.

Sophon *proprium nomen.* φλεδόνες. χορὸς Ἀσπένδιος. *Prou. Aſpendius citharædus.* πῶς τινι γίγνεσθαι. *Dionyſij tyranni fabula.* θεσμοφόρος. *diſcrimen inter* μάγειρον *&* ὀψοποιὸν, *ſiue* διάκονον. ἡ μαγειρικὴ κατηκολουθημένη τυραννίς. *Mos aſſumendi veſtes diis proprias.* ἐξινιάζειν.

ΣΟΦΩΝ in primo verſu ex Anthippi *Encalyptomeno*, parum Græcis vſit. tum viri nomen eſt. Σόλων fortè an verius. [aut Σώφρων.] tamen & verſu 18. *Sophon* & rectè. Sic libro 14. coqui cuiuſdam meminit Athenæus, qui Sophon nominabatur. In ſexto ſcribe, καὶ τὴν θυείαν ἠφάνισαν ἐκ τοῦ μέσου. Inter præcipua culinæ inſtrumenta eſt mortarium, ad intrita & condimenta. Sed Labdacus nouis inuentis ſuis effeciſſe dicitur, ne eo opus eſſet ampliùs. deinde poëta ſe ipſe explicat. Octauum verſum ſic libri nobis exhibent, —οἷς ὁ Κρόνος ἀρτύμασιν ἐχρῆτο, παῖδας φίλων † τὸ εἶναι δ' ὑπέλαβεν. Si aduertimus animum, non eſt obſcura loci huius ſententia, vtut inquinatæ hominum infrunitorum manus omnia corruperint. Hoc autem ait generoſus iſte orator, cocos illos de quibus initio dixit, omne priorum artificium ſuperaſſe, & vanitudinis atque ineptiarum arguiſſe: quaſi illi nugas egiſſent, non coquos peritos ſuæ artis. Scribo igitur, ſeruatis veſtigiis corruptæ lectionis: —οἷς ὁ Κρόνος ἀρτύμασιν ἐχρῆτο, παῖδας φλεδόνας εἶναι δ' ὑπέλαβεν. φλεδόνες, *nugæ*, λῆρος. Timō in Sillis, Ἀλλ' οὐδὲν τούτων φλεδόνων μέλει. potes & φλήναφον, aut φλυαρίαν ſcribere. 22. Ἐμὲ χαλεπανεῖς, οὐχ ὁ θύειν μέλλομεν. *enecabis me nimirum, non hoſtiā quā facere volumus.* Expoſuimus iā capite ſexto, apage doctorum emendationem, οὐχ ὃ θύειν μέλλομεν. 24. ἔχοντα, καὶ ζητοῦντα κατὰ τὴν τέχνην. Scrib. ζητοῦντα ϖὰ κατὰ τὴν τέχνην. *ea veſtigantem quæ ad artem pertinent.* 45. Οὐδὲν χορδῆς σοι διαφέρει τ' Ἀσπενδίου. Mendum palam faciunt metri lex & ſententia, quæ nulla eſt: nam de interpretatione viri docti quid aliud dicas, niſi quod olim de Menecle? Emendemus igitur quod corruptum eſt, vt ſententia ſit aliqua, & ſtet verſus. Lego, Οὐδὲν χοροῦ σοι διαφέρει τ' Ἀσπενδίου. per Chorum Aſpendium intelligo citharœdum: de quo extat prouerbium Ἀσπένδιος κιθαρῳδός: ac fortaſſe ſcribendum, Οὐδὲν κιθαρῳδοῦ διαφέρει τ' Ἀσπ

Eo pro

Eo prouerbio vtebantur, quoties de eo loquerentur, qui ſua ſibi commoda non aliorum ſectaretur: cuiuſmodi ſunt auari & quæſtûs cupidi, ὁ γὰρ φιλοχρήματος, ait Zenobius, exponens hoc prouerbium, οὐδὲν τῶν φίλων ἕνεκα οἰκονομεῖ, ἕλκει δ' ἐφ' ἑαυτὸν πάντα. hæc ille. ſed non minus venuſtè de alio vſurpaueris, qui ſibi, non aliis, laborem ſuum vult eſſe vtilem. Sic igitur & cocus hic ſimilem ſe ait eſſe Aſpendio citharœdo: vel ad cocorum rapaciſſimas manus alludens, quæ ſexcentis locis materiam præbuére, apud Plautum & Græcos comicos: vel potiùs hoc ſignificans: ſe libenter veſci eo quod parauerit, ſi fiat modò copia. Atque hanc interpretationem proximus verſus cõfirmat. Γεύσομαι δ' ἐὰν βούλησθε τῶν εὑρημένων, *meis inuentis fruar lubens ſi per vos liceat*. 36. Πρὸς τὸ φιλεῖν ἢ τὴν διάνοιαν ἰσ' ἔχων Scrib. πρὸς τῷ φιλεῖν. ſic loquuntur Græci. Ariſtotel. 8. Polit. ὅταν ἤδη ἔτη τρία πρὸς τοῖς ἄλλοις μαθήμασι γένωνται. Sic lib. ſequente, οἱ πρὸς ταῖς ὑπηρεσίαις ταύταις. *qui in eo miniſterio occupantur*. 40. principium repete ex ſuperioris fine, ac ſcrib. ὅλως ἰχθὺς ἦν δ' οὐδ' ὕστερος, ἄριστος φανείς. In 44. tranſpoſitis vocibus malim ſcribi, ἕνα τὸ ῥύτης παρατίθημι, καὶ ποιῶ χυλ. Anthippi μαγειρικὴν ῥῆσιν excipit alia poetæ neſcio cuius. Nam ait, καὶ παρὰ Διονυσίῳ δ' ἐν Θεσμοφόρῳ ἄνδρες δαιταλεῖς τί φησι; quis autem hic *Dionyſius*, dramaticus poëta? Lego Διονυσίῳ, & hanc quoque fabulam Dionyſio tyranno tribuo: certum eſt aliquot comœdias ab hoc editas. *Adonidem* illius paulo antè laudauit auctor: nunc Θεσμοφόρον! quam vocem vtro genere accipiamus, viriline an fœmineo, & quâ notione: incertum. Totum huius eclogæ principium corruptum eſt. Apponemus aliquot verſus, ita vt legendi videntur nobis.

—σφόδρα

Μικρὰν γε χάριν αἰεὶ, μίαν, ἵν τις θεὸς
Ταύτῃ προσθῶμεν τὸν μάγειρον εἰδέναι.
Πολὺ δεῖ γὰρ αἰεὶ πρότερον οἷς μέλλει ποιεῖν
Τὸ δεῖπνον, ἐγχειρεῖν, ποιεῖν πολλ' εἰδέναι.
Ἂν μὲν γὰρ ἕν τις τοῦτ' ἐπιβλέψῃ μόνον,
Τοὔψον ποιήσει κατὰ τρόπον πῶς δεῖ τινα
Τρόπον δὲ παραθεῖναι, πότ', ἢ πῶς σκευάσαι,
Ἂν μὴ προσίδῃ τε τοῦτο, μηδὲ φροντίσῃ,
Οὐκ' ἔστι μάγειρος, ὀψοποιὸς δ' ἔστ' ἴσως.

qui antè locutus erat, coquum aliquem laudauerat, eo vnico nomine, quòd cibos optime condiret. At ille cuius hæc ſunt, negat coqui eam eſſe laudem: ſed vilis ὀψοποιοῦ. Artem enim coqui maius aliquid eſſe, & ex pluribus obſeruationibus collectum. Sic alij poetæ in recitatis alibi teſtimoniis diſcrimen ſtatuunt inter μάγειρον & ὀψοποιόν, ſiue διάκονον, vt Nicomachus libro ſeptimo. Quod dixerat de differentia inter μάγειρον & ὀψοποιόν, pulchro ſimili ſequentibus quatuor verſibus illuſtrat: quibus hoc ait: vulgò quidem ductorem quemcumque exercitus στρατηγὸν dici: cæterùm ſi rei veritas ſpectetur, aliud eſſe στρατηγὸν, aliud ἡγεμόνα: hanc enim appellatione dicatus militum functionẽ ſolummodo deſignari: illâ, vniuerſam totius imperatoriæ artis notitiam. Scribe ſic hunc verſum, Καὶ τὸν στρατηγὸς πᾶς καλεῖ, ὃν ἂν λαβῇ δύο. Mox ait, Πάντα μὲν λήψει σχεδὸν, ἀεὶ γὰρ οὐκ ἀεὶ δὲ τὴν τούτων ἀρχὴν ἕξεις ὁμοίαν, οὐδ' ἴσην τὴν ἡδονήν. Sententia horum verborum eſt, poſſe quidem omnia omnibus anni tempeſtatibus reperiri: at non omnia ſemper æquè emi commode: cùm alia aliis anni tempeſtatibus ſapiant magis, & ſint palato gratiora. Prior horum verſuum eſt hypermeter. Sed legendum.

—ἅπαντα μὲν

Λήψει σχεδὸν γ' ἀεὶ γάρ. οὐκ ἀεὶ δὲ τὴν
Ἀκμὴν ἕξεις ὁμοίαν, οὐδ' ἴσην τὴν ἡδονήν.

more ſuo Athenæus quædam non deſcripſit, quibus loquẽtem cocum erat aliquis interfatus: qua de re lectorem monebamus libro ſecundo cap. 15. Ab iſtis ſeparari ſequentia debent, quorum hæc eſt ſententia: credi vulgò artis μαγειρικῆς doctorem magnum eſſe Archeſtratum: cùm è contrario multa ille ignorauerit, & omnino nihil in eo argumento laude dignum præſtiterit. Porrò errare eos grauiter, qui putent ex ſcriptis aut dictatis magiſtrorum τῆς μαγειρικῆς, artem adiſci & perfectè cognoſci poſſe: nam illius hanc eſſe naturam, vt ſcriptis eam complecti queat nemo. dominari enim in hac re, τὸν καιρὸν: cuius nulla poſſunt certa præcepta dari. Hæc quidem ſententia eſt iſtius loci: ſed in viceſimo ſeptimo verſu. τὴν βιαίαν ἐσθ' ἕνεκα τὰ γεγραμμένα, & tribus ſequentibus, hæremus. 30 fortaſſe ita concipiendus: Αὐτὴ δ' ἑαυτῆς ἐστὶν ἐπιστάτης. Sanè duos proxime ſequentes ſcribere ſic debes.

Ἂν δ' αὖ σὺ μὲν χρῇσαι τέχνῃ, τὸν τῆς τέχνης
Καιρὸν δ' ἀπολέσῃς, παραπόλωλεν ἡ τέχνη.

Poſtremi verſus huius ῥήσεως melioribus libris opus habent: At Hegeſippei, quos ſtatim pronuntiat Æmilianus ex *Adelphis*, debuerant interpretibus emendari ex libro ſeptimo. Ibi eos lege capite 11. Mutila eſt coqui reſponſio ad Æmilianum, κατὰ φρενὸς ὅτι μάγειρος; εἰμι... ἀπὸ τῆς τέχνης ἐργασμ' ἐγὼ κα... κωμικὸν δημιουργιον. vt ſit perfecta ſententia, videtur aliquid deſiderari: Hoc vult enim: contemnis me, quia ſum coquus: atqui eruditio tua (erat Æmilianus grammaticus) non attulit tibi tantum compendij, quantum ego lucri ex hac mea arte feci. Eleganter in tertio ſubiectorum è Demetrio verſuum dicitur ἡ μαγειρικὴ eſſe καπνιζομένη τυραννίς, *tyrannis fumo obnoxia*: appellat *tyrannidem*, honoris cocorum cauſſa; quia in aulis principum & tyrannorum nunquam non ſunt coqui: addit καπνιζομένη, vt faciat diſcrimen inter veram tyrannidem ſiue potentiam, & eam coquorum, qui imperium habent culinæ parietibus circumſcriptum. Deinde magnates commemorat quibus miniſtrauerit: Seleucum nempe Syriæ regem, & Agathoclem Siculum tyrannum. Verſu ſexto fulci labans metrum. τῷ Σικελιώτῃ, τὴν τυραννικὴν φακῆν. Sequentes vel ſummis

mis ingeniis faciant negotium, nedum nobis. Sic enim ſcribuntur in omnibus exemplaribus.

> Τὸ μέγιστον οὐκ εἴρηκα· Λαχάρης πρὸς
> ὅτ' ἦν ὁ λιμὸς ἑστιῶν τοὺς φίλους
> † Ἀνάλημψιν ἐποίησ' Ἀθηνᾶν Λαχάρης
> † Οὐδὲν ἐνοχλοῦσαν δ' ἐνοχλοῦντα νῦν ἐγώ.

Non verebimur ſuſpiciones noſtras in medium proferre etiam hîc: neque enim ceu κυρίας δόξας illas haberi volumus, ſed vt coniecturas meras. Videtur autem poëta Lacharem Athenienſem ducem, cuius in Atticis hiſtoriis mentio, in Attico theatro more comico proſcindere: quòd in ſumma annonæ caritate, cum pars magna ciuiũ fame periret, cõuiuium lautiſſimum celebraſſet, cui meretrix aliqua amata ipſi, Mineruæ cultu ornata intererat. Id aliquando factitaſſe homines diſſolutos & luxu diffluentes, teſtis ſit vel Augusti cœna illa δωδεκάθεος, de qua Suetonius libro ſecundo. cap. 70. Quare ita lego,

> Ἅμ' αὐδραίαν ἐποίησ' Ἀθηνᾶν Λαχάρης
> Δῆτ' ἐνοχλοῦσαν, Δί' ἐνοχλοῦντα νῦν ἐγώ.

Quod maximum eſt, inquit, nõ dixi vobis: nam Lachares quidem cùm aliquando tempore famis amicos cõuiuio exciperet, effecit vt in mortalium conuiuarum turba cenſeri Minerua non recuſaret: ego verò nunc faxo vt etiam Iupiter vocatis ad cœnam accenſeri velit. ἐνοχλεῖν hîc turbæ intereſſe ſignificat: etſi aliud vulgò ſonat. In manu exaratis vox ἐγὼ cum ſequentibus iungebatur: puto fuiſſe bis ſcribendam: neque enim parum elegantiæ acceſſerit ſequenti apoſiopeſi Æmiliani, ſi ſcribas: Ἐγὼ, ὁ Αἰμιλιανὸς ἔφη, εἰ μὴ δείξεις ὃ, τι φέρεις. Ait coquus, ῥόδα τε διεσμόταλα ἐν ἴγδει τρίψας. Libri meliores, ἐν ἴγδη. rectè. nam ἴγδις pro pila & mortario non dicitur: ſed ἴγδη. In pilam hanc iniecisse ſe narrat iſte, ἐγκεφάλους ὀρνίθων τε καὶ χοίρων σφόδρα ἐξινωθέντας. Dalecam. *cerebra diligenter commixta, & ad vnitatem redacta.* mirum verbũ finxit, videlicet ἐξενοῦν. Meliùs Excerpta ἐξινιασθέντας. interpretamur autem ἐξινιάζειν fibras ſiue fibrillas adimere: quod puto factum tranſmiſſis per colum cerebellis. Affines ſunt apud alios voces ἐξινοῦν & ἐξινᾶν, quæ ſumuntur ſimpliciter pro *vacuare*.

CAPVT XVII.

Αὐταῖς χύτραις. locus Euripidis. ἔτνος & ἔψημα ἐτνηρὸν λεκίθου. Eupolidis χρυσοῦν γένος, vel χρυσογένης. λαβάργυρος ὡρολογητής. Serui qui horas obſeruabant. τηνικάδε καὶ δίκαι, alia nonnulla.

SEQVITVR, μετὰ ταῦτα δὲ περιενεχθεισῶν ὀρνίθων τε ὀπτῶν, φακῆς τε καὶ πισῶν αὐταῖς χύτραις. Malim πίσων. nam πίσον dicitur. ſequitur tamen ex Phania πισός. ſignificat fuiſſe dipnoſophiſtis oblatas aſſas gallinas, & lentem ac piſa, cum ipſis in quibus coxerant ollis. ita accipiendum erat τὸ αὐταῖς χύτραις. vt cùm dicunt paſſim hiſtorici, periiſſe naues αὐτοῖς ἀνδράσι. Reſtitue loquendi hoc genus Euripidi, in extremo Cyclope: vbi ait furens Cyclops,

> Οὐ δῆτ' ἐπεί σε τῆσδ' ἀπορρήξας πέτρας
> Αὐτοῖσι συνναύτῃσι συντρίψω βαλών.

ſcribendum, αὐτοῖσι συνναύτῃσι. nam plenum eſt, σὺν αὐτοῖς τοῖς συνναύταις. Mox narratur ex Ereſio Phania, fabam & piſum ἑψήσεως ἕνεκα σπείρεσθαι: quod cùm obſcuriuſculè dictum ſit, additur ἐτνηρὸν γὰρ ἐκ τούτων ἕψημα γίνεται. id eſt, *fit namque ex iſtis ius denſum pultaceum.* Videtur Phanias differentiam aliquam ſtatuere inter pultem, & id quod vocat ἕψημα ἐτνηρόν. Ex leguminibus vtrumque parabant: & pultem, ſiue ἔτνος, & ἑψήματα, de quibus libro quarto, capite ſexto. Interpres longè hæc aliter. ſunt ſanè quæ deinceps habentur Phaniæ verba, cæteris illius quæ in his libris, ſimilia: obſcura inquam, & ab imperitis hominibus malè accepta, quod ſæpe iam queſti ſumus. meliùs autem ſcribas, τὰ δὲ πάλιν αὖθις λεκιθώδη, quàm vt editum per υ, λεκυθώδη leguminis ſpecies eſt λέκιθος. Ait dipnoſophiſta, ποῦ (vel πίσου) τοῦ ὀσπρίου μνημονεύει καὶ Εὔπολις. ἐν Χρυσῷ γένει: In comici ſcholiis ad Ranas, fabula hæc Eupolidis laudatur, & Polluci libro ſeptimo, cap. 22. at in eiuſdem libro nono, & iterum libro decimo. cap. 17. & 31. ἐν Χρυσογένει ſcriptum offendes, pro χρυσῷ γένει. eadem ſcriptura apud Harpocrationem, in σιπύα. An igitur duas fabulas Eupolis docuerat, alteram Χρυσοῦν γένος inſcriptam, alteram Χρυσογένης? Cùm dixiſſet Vlpianus per iocum, ſe de Eleuſinia balletye (id feſti nomen) quæ ſciret non dicturum, εἰ μὴ παρ' ἑταίρου ἑκάστου μισθὸν λαβόντα: ſubiicit Democritus, ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ὢν λαβάργυρος ὡρολογητὴς κατὰ τὸν Τίμωνος πρόδειπνον, λέξω τὰ περὶ τοῦ Ἡγήμονος: quæ ita vertenda fuerant, *Ego verò qui non ſum mercenarius horarũ nuntiator, vt ille apud Timonẽ, qui horas ante cœnã obſeruat, de Hegemone dicã quæ habeo cõperta.* Veteres cùm horologiorum vſum ignorarẽt, diei tempus ex vmbra in foro aut alio patente loco coniiciebant. Quare illuc ſemper eundum erat, vt ſcires πηνίκα ἦν τῆς ἡμέρας, ſicut loquuntur Attici. Propterea in beatorum ędibus, vnius ſeruorum propria & peculiaris cura fuit, horas obſeruare & nuntiare: quod ex Heſychii commentariis diſcere eſt. [Seneca de Breuitate vitæ, oſtendit ſimilem conſuetudinem fuiſſe ſeruatam ſuo etiã tempore. *Nec illos quidẽ* ait, *inter otioſos numeraueris, qui ſellâ ſe & lecticâ huc & illuc ferunt, & ad geſtationũ ſuarũ, quaſi deſerere illas non liceat, horas occurrunt: quos quãdo lauari debeant, quando natare, quando cœnare, alius admonet: & vſque eò nimio delicati animi languore ſoluũtur, vt per ſe ſcire nõ poſſint, an eſuriãt.*] Horam verò cœnæ paraſiti vt plurimùm nuntiabant, curioſi talium obſeruatores. Plutarchus de Diſcrimine inter paraſitum & amicum. ὃν οὐκ ἔστι λαβεῖν περὶ τὸ πλουτεῖν, οὐδὲ ἁλίσκεται σκιὰν καταμετρῶν ἐπὶ δεῖπνον. Videtur itaque Timon in Sillis ſuis, quibus omnes priores philoſophos proſciderat, paraſiticum ingenium alicui illorum iſtis verbis obieciſſe:

obiecisse: aut vilis cuiusdam lucelli ignominiam nescio cui impegisse: quia dicat λαβάργυρον. Non est περίδειπνος titulus carminis Timonei. Scimus fecisse illum Ἀρκεσιλάου περίδειπνον: sed nihil hoc ad rem. Quia cœnæ potissimùm gratiâ horas scire cupiebant: ideò ὡρολογητὴς hic, Timoni dicitur περίδειπνος, qui horas adnotaret ἐπὶ δεῖπνον, vt Plutarchus loquitur. Eustathius vltimo in Iliadem commentario, Ἡ δὲ τοιαύτη ὥρα: καὶ τὸ ὡρολογεῖν ποιεῖ, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ ὡρολογητὴν ἐν ῷ παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Τίμων λαβάργυρον ἔφη, ὡς ἐπὶ μισθῷ ὡρολογοῦντα. In tertio versu parodiæ Hegemonis offendit me elisa contra morem diphthongus in istis, χαῖρ' ἐς τὸν ἀγῶνα. ac scribebam magis ex vsu χαίρει ἐς τὸν ἀγῶνα, vel etiam χαίρει ἐς τ. ἀ. nam huiusmodi coalitiones frequentes poëtis: sed cum vulgatis scribunt membranæ, & Eustathius ad ῥαψ. φ. Iliadis. Plures versus cum istis cohærentes legas libro vltimo. Pergit auctor narrare de eodem parodo, Εὐδοκίμει δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος μάλιστα ἐν ταῖς παρῳδίαις, καὶ περιεῖναι τὰ ἔπη πανούργως καὶ ἐπιτεχνικῶς. etsi nulla hic designatio temporis, ex sequentibus tamen apparet, de certa die loqui Athenæum, quâ plurimùm Athenienses oblectauit Hegemon, recitandis parodiis suis. nam sequitur, καὶ διὰ ταῦτα σφόδρα τοὺς Ἀθηναίους ἐπήλησεν· ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πλεῖστον αὐτοὺς γελάσαι. Sed aliquid libris nostris deesse, docet Excerptor. scribens sic, ἐν δὲ τῇ Γιγαντομαχίᾳ οὕτω σφόδρα τοὺς Ἀθηναίους ἐπήλησε. obserua genus loquendi, haud scio an Athenęi, ἐν τῇ Γιγαντομαχίᾳ, pro *quãdo recitata est ab Hegemone Gigantomachia.* τὰ περὶ Σικελίαν ἀτυχήματα Atheniensium, nota satis ex Thucydide, Diodoro, & Plutarcho in Nicia. Cùm diu potestatem habuissent Atheniensium Nesiarchi de litibus insulanorum statuendi: postea hoc illis ius ademptum est, quãdo Athenienses ἀνῆγον εἰς ἄστυ τὰς νησιωτικὰς δίκας, id est, *in vrbem traduxerunt insulanorum lites.* Hoc voluit Athenæus, qui verbis hisce caussam indicat, cur Hegemo Thasius Athenas se sistere ad litem disceptandum fuerit coactus. Sciunt eruditi, quid appellet νησιωτικὸν κλητῆρα Aristophanes in Auibus. Eleusinia balletys, de qua bis interrogatus Vlpianus ne semel quidem respondere sustinuit, auctore Hesychio, solemnitas quædam fuit, Athenis celebrari solita in honorem Demophontis Celei filij. Tantum nobis de ea compertum.

CAPVT XVIII.

Timocles duo, comicus & tragicus. τὸν δῆμον. *Timoclis fabula* Icarij satyri. χερνίβιον *&* χέρνιψ. Κωκύα. *Aristophanis* Heroës. τὰ ἀειδῆ. *apomagdalia* κυνάδες. *Clidemi* Ἐξηγητικόν. *item aliorum eodem argumento & titulo.* πάτρια θυγατριδῶν. χειρόμακτρον *de homine.* χειρόμακτρα παλαμήδους. *nomen pueri à poculis ab Hercule occisi.*

Ἀλλ' ἀ μὲ ἀτίμησας, καλὸ Δημόνεικε, μισθοῖς χύτρας. respicit ea verba quæ initio superioris capitis sunt exposita. Τιμοκλῆς ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής, (...... τραγῳδίας.) Sic edidimus fide membranarum, vnde multa adiecimus antè inedita. Suppleo autem quæ deesse hîc vides, ἦν δὲ καὶ ἕτερος ποιητὴς τραγῳδίας. Timocles dramatici poëtæ plures fuerunt. duos Suidas commemorat, ambos comœdiæ poëtas: Athenæus hîc clarè alterum facit comicum, tragicum alterum, ὅτι δὲ καὶ τὸν δῆμον Ἀχαρνεὺς ὁ Τηλέμαχος. Restitue ex Epitoma genus loquendi Atticissimum, τὸν δῆμον, de quo sæpe diximus: nam ineptissimè vertunt, *natione gentéque Acharnensem.* Θανατηγὸν καλῶ χύτραν φέρει. Et mutilus hic versus est, & corruptus. Fortasse allusio hîc aliqua fuit ad mancipiorum πωλητῶν καταχύσματα: de quibus Demosthenes, & Aristophanes, & huius veteres interpretes multa. Sed cùm cogito, penè videtur certum, ex iis quæ de Telemacho isto mox dicuntur, scripsisse poëtam, Ἔτνος κυαμίνης γὰρ καλὸν χύτραν φέρει. sententiam quidem poëtæ confido non tenere: de verbis non idem affirmauerim. ἐν διδύμοις Σατύροις φησίν. Dalec. *Idem in Satyris bicipitibus.* imò verò, *in Icariis Satyris.* nam omnino legendum, ἐν δ' Ἰκαρίοις Σατύροις. Firmat correctionem vetus Messi, vbi sic clarè legitur. Hæc est illa Timoclis fabula *Icarij*, de qua dicebamus libro superiore, capite quinto. sæpe illam laudat noster: sed neque ex ipso, neque ex Suida discas, quod discere est ex hoc loco: integrum lemma eius fuisse *Icarij Satyri.* Δημοσάτυρος quidem Nicoclis in Suida legas: sed alterius, non huius comici.

Οὐδὲ Παύσωνι φῆς τὸν δεῖνα περιπελαλακέναι.
Scrib. Παύσωνι φῆς τὸν δεῖνα περιπεπλανηκέναι.

Καί τις αὐτῶν ἀπώτερον, λέγων τὸ ἐν Ἰλιάδι. Obseruant veteres, semel omnino extare apud poetam vocem χερνίβιον: cùm alibi semper λέβητα hoc vas appellet. Locus est Iliadis vltimo libro. At χέρνιψ legas alibi apud summum vatem; sed notitione diuersa, pro ipsa nempe aqua lauandis manibus effundenda.

λοιβιλέβητες χαλκοῖ. Fortasse verum erat, λοιβίδες, λέβητες χάλκεοι. Etiam illud statim non rectè, λυκνίας σφενδόνη. melius libro sexto σφενδόνη. sed & φιάλην esse scribendum potest videri, ex lib. 10.

ἐν τοῖς πρὸς τοὺς Καλλιμάχου πίνακας. id est, *in iis quæ scripsit super scriptorum indicibus quos ediderat Callimachus.* De Callimachi in hoc genere diligentia & scriptis, libro sexto satis, capite decimo. Ait, autem πίνακας, non πίνακα: quia diuersa genera auctorum in diuersas tabulas Callimachus coniecerat. Cæterùm obseruationem Aristophanis grammatici, quæ hîc commemoratur paulò pòst falsi conuincit Athenæus.

τῇ μὲν φησι νίψασθ. Hęc distinguuntur non rectè. nam νίψατο principium est Homerici versus.

Sio

Sic enim poëta non vno loco, χέρνιβα δ' ἀμφίπολος πρόχῳ κατεχεύε φέρουσα χρυσείῃ. & alibi. In Sophronis testimonio, Τάλαινα Καικόα κατὰ χερὸς δίδου ἀπόδος ποθ' ἡμῖν τὴν τράπεζαν: fieri potest, vt proprium barbaræ ancillæ nomen sit *Cacoa*: sed & corruptum ac corrigendum videri potest, ex idiomate Dorico: αἱ κοᾷ, vel κοάσῃ *an-scultas*, si vis tandem ad ea quæ dico animum aduertere. ἐστὶ δ' ὕδωρ εἰς ὃ ἀπέβαπτον δαλὸν ἐκ τοῦ βωμοῦ λαμβ. Lustralem aquam intelligit, de qua olim nonnulla ad Theophrastum. Ἀνεψιᾶς ἐν Ἥρωσι χερνίβων εἴρηκεν. Eius fabulæ mentio apud Pollucem libro 7. cap. 2. sic enim concipienda ista illius, τούτων δὲ, (mercantium) καὶ θεοὶ ἴδιοι, ὁ ἐμπολαῖος Ἑρμῆς, καὶ ὁ ἀγοραῖος. καὶ ἐμπόλαν Διοσκόρων ἐν Ἥρωσιν Ἀνεψιᾶς. meminit & capite sequenti, & alibi sæpius: itémque Harpocration in πυελίδα. Etiam Menander *Heroëm* docuerat. οἷς δὴ καὶ δώδεκα τὰς χεῖρας κατεχεῖτε, τὰς ἀπομαγδαλιὰς ἡμᾶς ἀπμάσαντες. Ait δώδεκα: nempe σμήγμασι, vel χρίσμασι. & deest fortasse, non solùm abesse alterâ harum dictionum. sed apparet studio breuitatis ita esse locutos: nam & paulo pòst iisdem verbis vtitur Athen. & mox quoque in Antiphanis versu, δώδη λαβών, simpliciter. Sed quinam illi fuerunt, obsecro, *magdaliarum honores*? fictitij nempe & nugatorij: imò nugatoris alicuius figmentum. Legendum aio, τὰς ἀπομαγδαλιὰς ἀπομάξαντες. oscitans librarius bis scriptis aliquot literis, bellam istam lectionem peperit. Addit, ἃς οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐκάλουν κυνάδας: ex re ipsa nomē: nam apomagdalias canibus proiiciebant. etiam fuêre qui κυνὰς appellarent, non tantùm κυνάδας. τὰς χεῖρας δώδη λαβὼν τὴν γῆν. Potes explere versum, δώδη λαβὼν, τὴν γῆν θ' ἅμα. Tolle notam defectus sine caussa iniustam huic Dromonis versui, ἐπεὶ δὴ δεῖπνον ἦμεν ἠρηκότες. Sed recitabimus & reliquos, sunt enim corruptissimi. Eos autem hoc modo concinnamus,

> Γεμίλε πάσας τὰς τραπέζας, νίμματα
> Ἐπέχει τις, ἀπονιζόμεθα, τοὺς στεφάνους πάλιν
> Τοὺς ἱερέας λαβόντες ἐστεφανούμεθα.

ὥσπερ δὴ καὶ μὴν λεκανίαν οὕτως ἔλεγον, ἐν ᾧ τρόπῳ καὶ χειρόνιπτρον. Totidem literis hæc descripsit auctor Epitomæ, præter morem suum ille quidem: non enim magis ipse hæc, opinor, intellexit, quàm nos facimus, ὡς καὶ Κλείδημος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ, Ἐξηγητικῷ. Clidemus antiquissimus scriptor, obscuras voces collegerat & exposuerat, libróque suo titulum indiderat Ἐξηγητικόν: non vt posteri eius, qui commentarios eius argumenti vocarunt Λέξεις. [non etiam γλώσσας vocauerat, vt ferè antiqui omnes, qui in eo argumento versati, sicut dicebamus lib. 3. cap. 6. Hebræi antiquissimi מלים quasi dicas στοιχεῖωσιν, propter digestas κατὰ στοιχεῖον dictiones. De hoc libro censeo loqui auctorem Etymologici, cùm in τελεσπάτρης ita scribit, ὁ δὲ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιήσας, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησὶν αὐτοὺς εἶναι. Laudatur & Anticlidis Ἐξηγητικὸν, itémque aliorum: sed cum adiectione auctoris quem sunt interpretati. Cæterùm ex subiecto Clidemi loco duo colligimus: non vocum tantùm antiquarum expositionem continuisse id Exegeticon: sed etiam morum priscorum, & institutorum ac rituum. Deinde autem non solutâ oratione id scriptum fuisse, verùm numeris adstrictâ: quomodo & Philetas & Nicander idem argumentum tractauerant. Scribo sic Athenæi verba, προθεὶς γὰρ περὶ ἐναγισμῶν, γράφει τάδε: non προσθεὶς, vt editum est. nam illa περὶ ἐναγισμῶν, sunt tanquam lemma & inscriptio subiiciendæ tractationis. De hoc vsu verbi προθεῖναι in libris cōmentariis, dictum antè non vno loco. Clidemi verba ritum parentationum & formulam veterem complectuntur. Postea additur, παρέθετο ταῦτα καὶ Δωρόθεος φάσκων καὶ ἐν τοῖς τῶν θυγατριδῶν πατρίοις τάδε γεγράφθαι. Græci πάτρια appellant antiqua instituta, & ferè publica ciuitatis alicuius & populi. Ita dixit lib. octauo, τὰ τῶν Σύρων πάτρια Athenæus: [Proclus in Phædonem Platonis: τίνων σύμβολα τὰ περὶ τοὺς ἀποιχομένους πάτρια Ἀθηναίων; & mox, ἀλλ' ὅτι μὴ ἐμμένειν τοῖς πατρίοις; Obseruamus etiam, priui hominis institutum ac consuetudinem, πάτρια appellari. Philostrati enim de Proclo Naucratite verba sunt, τὰ δὲ τῆς μελέτης πάτρια τῷ ἀνδρὶ τούτῳ διέκειτο ὧδε. id est, *in declamationibus hic sophista tenuit hanc rationem*, siue mos illius fuit hic] deest vox νόμιμα in hac locutione, vt sæpe in hac lingua. At πάτρια θυγατριδῶν quomodo interpretabimur? Liquidò constat nobis corruptam lectionem esse. Existimo corrigendum, ἐν τοῖς τῶν Θυατειρηνῶν πατρίοις *in libro De institutis & moribus Thyatirenorum*. Σοφοκλῆς Οἰνομάῳ. Pollux libro decimo, capite 14. Σοφοκλῆς ἐν Οἰνομάῳ, διὰ ψήκτρας σε ὁρῶ ξανθὴν καθαίροντα ἵππων αὐχμηρὰν τρίχα plura lib. septimo. Caue autem emendes versum inde hic allatum, Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος. Hæc vera lectio. non ἐκκρεμάμενος. appellat χειρόμακτρον hominem propiùs cutem detonsum: quæ dicebatur Scythica tonsura vel Thracica. Theocrit. ὡδε Θρακιστὶ κέκαρμαι. Demonici locus aliquanto pòst mutilus est. ἀποδάκνει δ' ἑκάστος ὡς ἂν ἰδίαν ἅμα τ' ἐξόπτεως αἴθρα καὶ Βοιώτιον. Vbi in istis est τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ, quod solùm iuit demonstratum? mutilus nempe hic locus: neque hoc solùm: etiam corruptus. Nam ἐπιών scribendum: si id agimus vt sit oratio Græca. De Bœotorum voracitate multa libro sequente Athenæus. ὠμολίνοις κομᾷ βρύσσ' ἀτιμίας πλέως. Mirum loquendi genus. nam intelligit aliud nihil, nisi caput hirtum instar lintei è materia crassiore & parum polita. ὠμόλινα. Hesychius interpretatur τὰ ἀργὰ ὀθόνια. sed obseruant alij Græci, sic vocatum esse linteum, quo solent tonsores humeros eorum tegere qui sibi dant operam, vt ne vestem inquinent: atque ita Plutarchus accipit. Plautus alibi vocat *linteum*, alibi *inuolucre*. χειρόμακτρα δὲ καλχέναι πορφυρᾶ. Lego πλαγγόνια. nam illud

alterum nihil ſignificat. Dalec. vertit, *temporum*. Voluit nempe ſcribi κροτάφων: aut λαγόνων, nouo ſenſu: nulla omnino ductus veriſimilitudine. Appellat Sappho χειρόμακτρα πλαγόνων, ornamenta capitis, non ſui, ſed pupparum: quæ quidem ornamenta ſimul cum ipſis puppis Veneri conſecraſſe ait, more veterum virginum. Perſius, *Nēpe hoc quod Veneri dicata à virgine puppa.* Vel χειρόμακτρα πλαγόνων, periphraſis eſt reticulorum, quibus vtebantur virgines. Heſychius, πλαγόνες, κεκρύφαλοι. Totus locus ſic poſſit non abſurdè neq; ineptè cõcipi, χειρόμακτρα δὲ πλαγόνων πορφυρᾶ, καὶ ταῦτα μάλα τιμάσεις γ' ἔπεμψα Σαπφοῦς τιᾶς δῶρα τίμια. ſequitur iam Athenæi interpretatio: κόσμον λέγει κεφαλῆς τὰ χειρόμακτρα. Quod ait, χειρόμακτρον præter notam ſignificationem etiam ornamenti genus ſignificare, confirmatur ab Heſychio; qui interpretatur μανδύλιον. Mandylium ſiue mãtelium, non ſolùm fuiſſe mantile ad tergendas manus: verùm etiam genus amiculi, conſtat vel è verſu Plauti: *Neque fallaciis vllum eſt mantelum meis.* Scribe, δι' ὃν καὶ ἐξεχώρησε Καλυδῶν@, non δὲ ὤν. Pueri à poculis ab Hercule occiſi, nomina quæ hîc commemorantur, *Archias, Cherias, Eunomus, Cyathus*, error vetuſtorum librariorum, niſi fallor multiplicauit. Nam *Cherias* apud Helianicum, videtur παρεφθορὲ nominis *Archias*: quo ille hiſtoricus eum puerum alibi nominauit. In vetere argumento Trachiniarum dicitur *Eunomus Architelis F.* Apollonij ſcholiaſtæ *Cyathus Architelis F. Oenei pincerna.* De eodem puero adducit Athen. ᾧ καὶ αἰτίᾳ θαί φησι τέμενος ὑπὸ τῦ Ηρακλέους ἐν Προσχίῳ: *fuiſſe ei conſecratum ab Hercule lucum in Proſchio.* ἀνεῖσθαι non eſt *relinqui*. & mali critici ſunt qui olim emendarunt ἐν πυρασίῳ: vt legimus in quibuſdam M S S. quíque nuper correxerunt ἐν πρωνίῳ. Proſchium loci cuiuſdam in Ætolia nomen fuit. auctor Stephanus περὶ πόλεων.

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONVM in Athenæi Dipnoſophiſtas,

LIBER DECIMVS.

CAPVT I.

Nexus libri huius cum ſuperioribus: eiuſdem argumentum. Prolixitatis excuſatio quâ vſus Athenæus initio iſtius libri. Epicharmi Buſiris. *Aures hominis immobiles. Aliquando tamen motitantes viſa.* ἀδηφαγία *ſiue* ἀδηφαγία. *Larus auis Herculi ſacra.* Lepreas.

QVEMADMODVM poſt guſtationem pauſa edendi facta, & locus datus variis colloquiis quæ tribus libris recitata ſunt, quarto, quinto, & ſexto: ſic etiam legitimæ cœnæ pars prior & poſterior ſiue prima & ſecunda menſa, inſititiis diſſertationibus diffinduntur: quibus referendis ſeſe pariter & lectorem ſuum occupatum habet dipnologus hic, totis 10. 11. 12. & 13. etiam libris. Quin & decimi quarti pars magna iiſdem ſermonibus impenditur, vſque ad illa: Τοσαῦτα τῦ Μασυρίυ διεξελθόντ@, πολλοὶ ἐπεθύμησαν καὶ αὐτοὶ ἕτεροι καλύμβοις τερετίζαι. inde principium habet vniuerſi operis pars vltima. Ac de cæteris quidem libris alibi. Decimus autem hic velut præparatio quædam eſt ad liberaliorem vini potum, cui de more locus erat ſub cœnæ finem. Initium totum, imò verò pars libri maxima in commemoratione vel ſingulorum hominum, vel populorum vino deditorum verſatur: non ſine graui & erudita vitij eius deteſtatione. Hîc etiam explicantur varij modi temperandi vinum aqua, quorum extabat in priſcorum libris mentio: itémque alia nonnulla ad potum ſpectantia. Poſtremò griphi quidam, ænigmata, & id genus aliæ quæſtiones proferuntur, quibus ſoliti olim homines eruditi in conuiuiis ſeſe oblectare. Inter comedones principem locum iure ſuo Hercules obtinet: de quo dicturus auctor, Timocratem ſuum initio libri, vt ſemper, affatur his verbis. Ἀλλ' ὥσπερ δείπνῳ γλαφυρῶ ποικίλην εὐωχίαν τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν, ἵνα πίῃ τις τοῦτο λαβὼν καὶ φαγὼν, ὥσπερ πιὼν χαίρει, καὶ σκευασία μὴ μία ᾖ τῆς μουσικῆς, Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ σατυρικῷ, ἑταῖρε φησὶ Τιμόκρατες, φέρε εἴπωμεν ἐνταῦθα τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ηρακλῆς ἀδηφάγ@. [Etſi non eſt difficile intelligere, quid ſibi Athenæus velit hæc ſcribens: veram tamen iſtius loci lectionem conſtituere, difficillimum eſt. Nos olim exiſtimabamus verſus hic latére Aſtydamantis poëtæ, cuius facit auctor mentionem. Hæc ſententia magnam habet probabilitatem, neque aliter vulgata lectio poteſt exponi, quàm vt exiſtimetur

metur Athenæus, vel superiora omnia, vel quædã ex illis mutuatus esse ab Astydamante. Adde quòd & sententia primorum verborum videtur petita ex aliquo poeta, & verba, si diligenter attendas, poëticum aliquid sonant. Nos quidem de illis ita censemus: sed non esse tamen illa Astydamantis iudicamus. Nam ista omnia, Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ ἑταῖρε φησὶ (vel potiùs φησὶν ἑταῖρε) Τιμόκρατες, alieno loco sunt posita, neque vllam rectam admittunt interpretationem ita vt sunt hodie digesta. Quid multa? Aio locum integrum ita concipiendum. Ἀλλ' ὅτι ὥσπερ δεῖπνον γλαφυροῦ ποικίλην εὐωχίαν τὸν ποιητὴν δεῖ παρέχειν τοῖς θεαταῖς τὸν σοφὸν, ἵνα πίῃ τις τοῦτο λαβὼν καὶ φάγῃ, ὅπερ φαγὼν καὶ πιὼν χαίρει. καὶ σκευασία μὴ μία ἦν τῆς μουσικῆς. φέρε εἴπωμεν ἐνταῦθα τὰ τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα. Ἀστυδάμας ὁ τραγικὸς ἐν Ἡρακλεῖ Σατυρικῷ φησὶν ἑταῖρε Τιμόκρατες, ὅτι ἦν καὶ ὁ Ἡρακλῆς ἀδδηφάγος. hoc est, *Sed quoniam poetã sapientem oportet suis spectatoribus prabere quasi cœnæ splendida varias epulas, (lautitias) vt sumat quisque bibat comedátq; id quod edisse aut bibisse illi gratũ erit, neque debet esse musica vnius duntaxat apparatus: age dicamus hoc loco ea quæ antè dictis congruant, & subiici illis debeant. Auctor est Astydamas tragicus in Hercule Satyrico, ô Sodalis Timocrates, etiam Herculem fuisse gulosum.* Omnia iam planissima sunt & perspicua, quæ erant perturbatissima. Non est dubium prima verba ex aliquo dramatico poeta esse deprompta: sed quæ Athenæus more suo leuiter immutata, sibi & susceptæ à se tractationi accõmodat. It enim auctor obuiam fastidio lectoris ἀψικόρου [prolixitatem operis huius excusans: debere namque eum qui philologiam & πολυμάθειαν profiteatur, adeò refertum esse eruditione variâ, & multiplici rerum atque historiarum cognitione, vt omnibus discendi cupidis possit facere satis. Itaque mirandum Timocrati non esse, quòd historiam δειπνοσοφιστικὴν, nouas narrationes prioribus subinde connectens, tot iam libris persequatur. Solet enim in hoc literarum genere vsuuenire, quod de alia re dicit pater sanctissimus Basilius: ἀεὶ, inquit, τὸ προστιθέμενον οὐχὶ τὴν ὁρμὴν ἵστησιν, ἀλλ' ἀναφλέγει τὴν ὄρεξιν. Quare nullum hîc locum habet illud satyrici, *depinge vbi sistã*. Τοῖς προειρημένοις τὰ ἀκόλουθα appellat, argumento quod suscepit & tractauit hactenus conuenientes sermones. Complectuntur autem titulus & argumentum operis, omnia illa quæ ad esum potúmve, & conuiuiorum vsum aut oblectamenta vllo modo spectant: cuiusmodi sunt manifestò quæ hoc libro contineri diximus. Hæc præfatus, ad rem accedit: & Herculis voracitatem [primò simpliciter proponit, ex Astydamantis Hercule Satyrico: deinde eandem confirmat auctoritate Epicharmi,] recitatis quibusdam versibus ex eius *Busiride*. Mentionem eius fabulæ inuenio factam Polluci lib o nono: vbi postquam dixit σιροὺς Siculis esse horrea, vbi frumentum conditur: καὶ ἔστιν, ait, τοὔνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίριδι. Pingit autem Epicharmus χαφιμώτατα Herculem tuburcinantem, qui præ vorandi auiditate faucibus, maxilla, dẽtibus omnibus & naso quoque sonũm edat. Sed notemus quod ait, postremò: κινεῖ δ' οὖατα τὸ τετρακόδων οὐδὲν ἦττον: nam reliqua plus ἀηδίας habent quàm miraculi: istud verò planè communi hominum naturæ contrarium est: quibus [solis ex omnibus animantibus (nisi fortè simias excipias)] dedit aureis ἡ πολυποίκιλος τοῦ ΘΕΟΥ σοφία moueri suapte sponte nescias. [Nam quod scribit Martialis, Cinnæ cuidam natum filium *auribus longis, Quæ sic mouentur, vt solent asellorum*: poëtica sine dubio licentia est, non rei veritas.] Narrat tamen Eustathius sacerdotem fuisse quendam aúreis motitantem. Accepimus etiam à viris fide dignis, visas manifestò aures moueri viro cuidam eruditissimo, cùm per Allobrogum fines transiens, viuicomburij periculum sibi à magistratu imminere intellexisset: quòd diceretur nefandi criminis reus Tolosa in Italiam fugere. Epicharmi versibus subiicitur testimonium Ionis ex Omphala, quod ita scribitur: ὑπὸ δὲ τῆς δυσφημίας κατέπινε καὶ τὰ κᾶλα καὶ τοὺς ἄνθρακας. etsi retinent omnes membranæ hanc lectionem, non tamen ambigo deprauatam esse vocem δυσφημίας, & alterius locum occupare: putà εὐφαγίας, quæ erit poëtica vox pro πολυφαγίας: vel εὐστομίας. sicut Latinè dicimus *bonum os habere* eum, qui facilè quiduis comedat. Excerptor pro deploratis hæc habuit, ac κῶλα malè scribi pro κᾶλα, ex eo didici. Ita igitur scribe, ac verte, *deglutiebat ligna & carbones*. Obseruat dipnosophista, Ibycum à Pindaro sententiam hanc esse mutuatum. Sed locus Pindari turpissimè deformatus est. παρὰ Πινδάρου δὲ ait, τοῦτ' εἴληφεν, αἰτοῦντος, Διὰ βοῶν θερμὰ εἰς ἀνθρακιὰν στέψαν, πυρεπνέων τε σώματα. καὶ τότ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἠδ' ὀστέων στοναγμὸν βαρὺν ἦν ἰδόντα διακρῖναι, πολλὸς ἐν κοινῷ χρόνος. Nullum hîc nobis à membranis subsidium: nullum ab Epit. vbi nihil horum. Qui ex ingenio sic emendauerit, vt doctorum mereatur assensum, virum putabo. Mens quidem Pindari ex superioribus Ibyci captanda nobis, sicut ab Athenæo monemur. Vulnera verbis imposita, vtcunque sic possunt colligari. βρίθει δὲ βοῶν θερμὰ εἰς ἀνθρακιὰν στέψας πυρεπνέοντα σώματα καὶ τό τ' ἐγὼ σαρκῶν τ' ἐνοπὰν ἠδ' ὀστέων στοναγμὸν βαρύθειν ἰδεῖν. τὰ διακρῖναι πολλὸς ἐν κοινῷ χρόνος. Ait, vorasse Herculem boũm integra membra penè cruda, & ardentium carbonum plena. sic ex Ibico interpretor πυρεπνέοντα. [Non indicat autem Athenæus, quo ex libro Pindari sit hic locus desumptus. Videntur autem facere huc quæ scribit Philostratus in Thiodamantis tabula explicanda. Ἡρακλεῖ που παρὰ Πινδάρῳ ἐπέτυχες ὁπότε εἰς τὴν τοῦ Κορώνου στέγην εἰσαφικόμενος, σιτεῖται βοῦν ὅλον, ὡς μηδὲ τὰ ὀστᾶ περιττὰ ἡγεῖσθαι.] Iure igitur, subdit Athenæus, larum Herculi dicauit vetustas, cognomine βουφάγον, quod idem est ac πολυφάγον, vel ἀδδηφάγον. Co-

mici interpres ad Aues, τὸν λάρον διὰ τὴν ἀδηφαγίαν τῷ Ἡρακλεῖ παρεικάζει. Sequitur, Εἰσάγεται δὲ ὁ Ἡρακλῆς καὶ Λεπρεῖ περὶ πολυφαγίας ἐρίζων. Narrat Pausanias, Eliacorum libro priore, vocatque Λέπρεον: at Callimachi interpres Λεπρέα. Ancipitis sententiæ est, quod ex Matride mox affertur: καὶ εἰς πολυποσίαν τὸν Ἡρακλέα προκληθῆναι ὑπὸ τοῦ Λεπρέως, καὶ πάλιν νικηθῆναι, *etiam ad bibendi certamen prouocatum esse Herculem à Lepreo, & iterum victum esse*: hoc Græca verba sonant, sed aut diuersus abiit ab aliis in hac narratione Matris, aut scribendum, καὶ πάλιν νικηθῆναι τὸν Λεπρέα. Secundus in numero τῶν ἀδηφάγων, censetur Vlysses, ex poëtæ testimonio: iure an iniuriâ mitto quærere: quæri certè potest.

CAPVT II.

Theagenes athleta. Θασιγένης. ἐπαιτεῖν. Titormus. διερίζεσθαι βοῦν. item συνδιαρεισάσθαι βοῦν. Astydamas Mylesius. Φακὸς τῆς κλίνης. & de voce Φακὸς multa. lenticulæ. *sceptrorum κονδυλώματα & κομβώματα. Euripidis* Autolycus. Τρίβωνες ἐκλάπτοντες κρίκας. σιτεῖν δημοσίων κλεάνων. *multa emendantur & illustrantur.*

EX antiquis hominibus voracitatis insignis, Theagenem tertio loco Athenæus commemorat. Hic est ille athleta nobilis, quem ornarunt variis certaminibus quæsitæ palmæ mille & ducentæ, vt in Politicis narrat Plutarchus, vel mille & quadringentæ, vt auctor est Pausanias libro posteriore Eliacorum. πολυφαγίας Theagenis testis Posidippus, in Epigrammatis. cuius tamen non integrum affertur epigramma: sed quatuor hi tantùm versus,

Καὶ περὶ συνθεσίης ἔφαγόν ποτε Μῄόνιον βοῦν.
Πάτρη γὰρ βρώμην οὐκ ἂν ἐπέσχε Θάσος
Θευγένει, ὅσσα φαγὼν ἔτ' ἐπήτεον· οὕνεκεν οὕτω
Χάλκεος ἵστημι χεῖρα προϊσχόμενος.

Ita scribitur & distinguitur hoc tetrastichum in editis: nisi quòd in tertio versu minus rectè Θευγένει, mutato accentu, pro Θευγενεῖ. vt Θεύγνιδος ἴσον ἴσῳ. pro *Theognidis*. pessimo consilio emendandum censuerunt interpretes in εὐγε ὅς. At in primo legendum, Καί γ' ἐκ συνθεσίης. [vel Καὶ περὶ σ.] Videtur Posidippus hoc epigrammate, quicquid in variis locis fecerat Theagenes, vt virium suarum specimen spectatoribus præberet, commemorasse. Hoc versu ait, venisse eum in Lydiam, (Mæones enim sunt Lydi) & bouem ibi comedisse, die vno videlicet. ita enim intelligendum: ἐκ συνθέσεως, inquit, id est, de quo pactus erat, ni eum voraret. Sequentibus versiculis caussam reddit poëta, cur Theageni posita esset statua, quæ cauam manum porrigeret: qui gestus est mendicantium, vt dicebamus ad Suetonium, & ratio affertur: quod cùm non posset explere eius profundam gulam patria Thasus, ille ἐπεπήτεεν, id est, *mendicabat*, & ἐπαίτης esse sustinebat.

Quod autem die vno taurum absumpserit, etsi disertè non dicitur, neque à poëta, neque ab Athenæo: necessariò tamen ita exponendum: si volumus esse in hac narratione aliquid παράδοξον, quæ dempta circunstantia temporis adeò breuis, aut non multò certè longioris, iacet planè ac friget. Sic mox de Milone, μόνος ταῦρον κατέφαγεν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Si quis duabus hisce historiis fidem abroget, meminerit illius phagonis de quo Vopiscus in Aureliano. In albo voracium fuit & Titormus bubulcus, quem de robore certasse cum Milone narrant Græci, vt Ælianus Ποικίλης libro 12. capite vigesimo secundo, certauit cum eodem & περὶ πολυφαγίας: Nam subiicit Athenæus, Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς διηρίσατο αὐτῷ (Miloni) βοῦν. non queas aliter interpretari διερίζεσθαι βοῦν, nisi certare cum aliquo de boue: videlicet edendo, sed insolens hoc genus dicendi, nec satis Græcum. nam saltem fuerat dicendum, διηρίσατο αὐτῷ βοῦν φαγεῖν. At in Excerptis pro διηρίσατο legimus διηρείσατο: quæ perplacet lectio: sed adiuta leuiter. Scribo, Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς συνδιηρείσατο αὐτῷ βοῦν. *Titormus Ætolus bouem cum eo prandens absumpsit*: hoc est, ambo simul comederunt bouem. [Sed Excerptorum lectionem refert Eustathius hoc modo. Τίτορμος ὁ Αἰτωλὸς διηρείσατο ἑαυτῷ βοῦν. hoc est, *bouem sibi ad prandium apposuit*. in quo mirus est planè vocis διαρείσασθαι vsus.] Sequitur de Milone, ταῦρον καταφαγεῖν κατακλιθέντα πρὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διός. Meliùs antiquæ manus codices κατακλιθέντα. id est, *accumbentem mensæ in conspectu Iouis*. Doriéus in sequente epigrammate. Πρόσθεν Πισαίῳ ξείνη θυηπολίῃ. Placebat eruditis, Astydamantem Milesium trisolympionicam, de quo statim auctor, eum esse nobilem pugilem, qui in Theocriti scholiis nominatur Astyanax Milesius. Fieri potest, vt sit ita: nihil tamẽ afferri video cur id credamus. Ne imponat rudioribus praua interpunctio, quæ fraudi fuit interpretibus: continuanda enim hoc modo sententia, Ἀστυδάμας δὲ ὁ Μιλήσιος τρὶς Ὀλύμπια νικήσας κατὰ τὸ ἑξῆς παγκράτιον, κληθεὶς id est, *Astyd. Mil. qui ter Olympia vicit continuis vicibus in certamine Pancratij*. Iste igitur Astydamas, inquit auctor, iussus à Persa edere aliquod specimen sui illius decantati roboris, Φακὸν τῆς κλίνης περιχάλκον ὄντα κλάσας ἐξέτεινε μαλάξας. Turbauit interpretes vox Φακὸς. Dalecampius *vinculum*, nescio quid secutus, vertit. Quod Plinius ait lib. 18. capite 12. *lentis suam esse figuram: vnde vario vsu translatum est in lenticulas nomen*, rectè intellectum, planum nobis faciet hunc locum. Vult autem Plinius, *lenticulas* appellari, varij vsus vascula pressulæ rotunditatis, quæ est sua lenti figura. Hoc verum est non minùs in Græca quàm in Latina lingua, nam Φακὸν Græci vocant, non *lentem* solùm, sed quicquid est φακωτὸν, & formam lenticularem habet. In medicorum libris: Φακὸς est πυριατήριον κεράμεον, vasculum fictile quod cineribus calidis refertum, aut alia re, teneri inter manus solebat,

vitandi

vitandi frigoris caussa: interdum etiam aliis partibus imponi. Iustinus Martyr Φακὸν vocat lenticulam siue vrnam lenticulari formâ ex ære factâ, in qua Sibyllæ Cumanæ reliquias sibi ostensas narrat. Verba sunt illius in oratione priore ad Græcos. ἡμῖν ὑποδειξάντων καὶ φακόν τινα ἐκ χαλκοῦ κατεσκευασμένον ἐν ᾧ τὰ λείψανα αὐτῆς σώζεσθαι ἔλεγον. Athenæus Φακὸν hic appellat ornamenti lectorum genus, lenti simile. Vt in sceptris torno factis, sunt bullæ & nodi, & quæ vocant Græci κονδυλώματα, κομβώματα & κονδύλους: sic in lectorum pedibus ac columnis sunt φακοὶ lenticulæ: quas veteres laminis æreis vel argenteis tegebant, propterea ait auctor hunc φακὸν fuisse περίχαλκον, ære circumtectum. sed laminas non admodum tenueis fuisse opus est: quando miraculi instar habitum, quòd athleta hic manibus suis potuerit frangere primùm eam lenticulam, deinde æs extendere, de rigido flexile & molle reddens. id enim est ἐξέτεινε μαλάξας. Eustathius describto hoc loco, addit, Καὶ τιμιωτέον ἐν τούτῳ τήν τε ἐν χερσὶ ἐργασίαν τῆς τοῦ μόρους, καὶ ὅτι ὁμώνυμοι καὶ ὁ φακὸς, οὗ ὅπερ ὀσπρίου ὑπηλλαγμένος. neque plura ille de hac voce. Lectorum lenticulis simillima erant quę vocat Hieronymus, *mala*, cap. 25. Prouerbiorum. vbi tamen Hebraica veritas aliter habet sed de hac alibi. Scribe, μόνον καὶ ἄμαχον φασί. postrema vox excidit, ob similitudinem soni cum fine dictionis antecedentis. A singulis personis ad genera transit Athenæus, & omnes generatim athletas plurimum edidisse, aliquot veterum testimoniis demonstrat. Recitantur primo loco versus Euripidis planè in eam sententiam insignes: quos neque Galenus prætermisit, neque vllus alius eorum qui athletas exagitarunt. Ait, διὸ καὶ Εὐριπίδης ἐν τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ λέγει. Satyricum fuit hoc drama. Docuit nos Iulius Pollux libro 10. capite 46 Εὐριπίδης ἐν Αὐτολύκῳ σατυρικῷ εἰπόντος, χειρῖδες γὰρ ἐκ ποδοῖν φλοιῶν μιᾶς πλέκει. Euripideæ ῥήσεως versus sextus ita editur in libris nostris, κτησάμενος ἂν ὁλοὶ εἰς ὑπερβολὴν πατρός. neque variat scripta lectio. Placet tamen nunis quod est apud Galenum, εἰς ὑποκτησίαν πάτρας. *ad alendā necessario tēpore patriam*. probo etiam versa quod præferunt nostri mox, ἐθισθέντες γὰρ οὐκ ἔθεσι καλοῖς σκληρῶς διαλλάσσουσιν εἰς τ' ἀμήχανα: quod interpretor, *rebus dubiis ægrè possunt sibi consulere*: at Galeni codices, μεταλλάσσουσι [malè pro διαλλάσσουσι.] ἐς ἀμηχανίαν. ΙΙ. ὅταν δ' προσπαίσῃ γῆρας πικρὸν, τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας. Diogenes Laertius in Solone, de hoc ipso hominum genere loquens, γέροντες τε γινόμενοι κατὰ τὸν Εὐριπίδην, τρίβωνες ἐκλιπόντες οἴχονται κρόκας. Est autem venustissima translatio. Vestimenta habendo amittunt κρόκας, & contrahunt sordes. Eupolis in Tribunis militum, de veste veteri, ὅτι ἦν μὲν ὦ πονηρότερος κρόκης πέντε στατῆρας εἶχε [vel potius εἷλκε] καὶ μὰ τὸν Δία τὼ δ' εὖ πάνυ γε δύο διέλαθε ῥᾳδίως. Persius in eadem sententia, contrarium dixit Euripidi, —*mihi trama figuræ. Sit reliqua: ast illi tremat omēto popa vēter.* videntur contraria, κρόκας ἐκβαλεῖν, & *tramam solam habere reliquam*. ambo tamen de obsoleta veste dicuntur. Scribe deinde, Εμεμψάμην δ' καὶ τὸν Ελλήνων νόμον, Οἳ τῶνδ' ἕκατι συλλ. Ex eo quod ait, Græcorum panegyres τιμᾶν ἀχρείους ἡδονὰς δαιτὸς χάριν, non malè colligas, sacrorum ludorum agonistas partâ victoriâ solitos conuiuio excipere omnes spectatores, qui vndique conuenissent. & de multis hieronicis clarum hoc ex historia. Fuit diu suspectus grauioris mendæ posterior versus distichi huius in sequente Xenophanis elegia,

> Καί κε προεδρίην φανερὴν ἐν ἀγῶσιν ἄροιτο.
> Καί κεν σίτησιν δημοσίων κτεάνων.

sed non videtur quicquam mutandum: nisi vt σιτείη scribatur pro σῖτον. eleganter dixit σιτῶν δημοσίων κτεάνων. pro δαπάνῃ τοῦ δημοσίου. intelligit enim τὴν ἐν τῷ Πρυτανείῳ σίτησιν. Priorem versum illustrāt quæ de iure προεδρίας obseruamus ad Theophrasti Characteres, capite Περὶ ἀρεσκείας. Hæc scripseram, cum venit in mentem sententia doctissimi viri, qui scribendum ita iudicat, mutata distinctione, Καί κέ τι οἱ εἴη δημοσίων κτεάνων. Ex πόλεως. Turnebus, εἴτ' εἴη. Quod subiicit Athenæus elegis Xenophanis, Πολλὰ δ' καὶ ἄλλα ὁ Ξενοφάνης κατὰ τὴν ταυτοῦ σοφίαν ἐπαγωνίζεται διαβάλλων, ὡς ἄχρηστον καὶ ἀλυσιτελὲς τὸ τῆς ἀθλήσεως εἶδος· sine dubio non planè ceperunt interpretes: verbum enim ἐπαγωνίζεται non expresserunt. Sed desino mirari. Locus enim deprauatus est: sententia mutilata: oratio hiulca, neque Ελληνίζουσα. Scribo, Πολλὰ δ' καὶ ἄλλα ὁ Ξενοφάνης κατὰ τὴν ἑαυτοῦ ποίησιν τῇ σοφίᾳ (vel etiam, τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ) ἐπαγωνίζεται, διαβάλλων ὡς ἄχ. id est, *multa alia in poëmatis suis dicit Xenophanes ad defensionem sapientiæ, vituperans artem athleticam.* πολλὰ ἄλλα ἐπαγωνίζεται, pro ἐπαγωνιζόμενός φησι. familiare magnis scriptoribus. Quare hoc dicat noster, clarum ex præcedētis elegiæ verbis, vbi infit poëta,

> Οὐκ ὢν ἄξιος ὥσπερ ἐγώ. ῥώμης γὰρ ἀμείνων
> Ανδρῶν ἠδ' ἵππων ἡμετέρη σοφίη.

& similia his alia. Scribe statim, Καὶ ὁ Αχαιὸς δ' ὁ Ερετριεύς: non autem, Αχιλλεὺς ὁ Ερετριεὺς, vt editum, exaratumque est in omnibus. Sæpe in his libris citatum videas Achæum hunc Eretriensem: Achillæum nusquam vnquam. Paulo pòst, Αχαιὸς δ' ἐν Αθλοις. Verte hæc, Ηρακλείτης δ' ἐν τῷ Ξενίζοντι, Ελένην φησί τινα γυναῖκα πλεῖστα βεβρωκέναι. *Heraclitus in Hospite ait, mulierem quandam nomine Helenam omnium plurimum edisse.* ita distinguit Epitoma, alij sic, ἐν τῷ ξενίζοντι Ελένην, *in fabula cuius index, Hospes Helenæ* corrupta sententia punctorum collocatione praua. Nam verum est, illi estrici mulieri, nomen fuisse Helenæ, Ptolemæus Hephæstionis F. Historia noua: in recensione plurium Helenarum, quæ nomen, alia alias artibus, clarum sibi pepererunt, καὶ ἡ τρεῖς ἰχθῦς ἐσθίουσα καθ' ἡμέραν, Ελένη ἐκαλεῖτο. Ηρακλείτης porro libri omnes antiqui, non Ηράκλειτος.

CAPVT III.

Poſidippi epigramma de Phyromacho exponitur & emendatur. ὀρυγὰς καπετός. *Expenduntur Athenæi & Pollucis verba de Herodoro tubicine.* αἰγανά. περίοδον νικᾶν. Periodici agones. *Neſtor* θεατρικῶν *ſcriptor. item alius Neſtor poeta.* σαλπίζειν τὸ πομπικόν. *Æliani & Pollucis codices non ſemel corriguntur.*

IN antiqui æui guloſis, & Phyromachus quidam nomẽ ſuum profitetur: εἰς ὃν, Athenæus inquit, καὶ τόδε Ποσειδίππος ἐπιγράφει. vulgo τῷδε. MSS. τόδε. id eſt, *in quem* mortuum *Poſidippus hoc epigrãma fecit.* Id epigramma corruptiſſimum hodie extat in Athenæi codicibus. Sic enim editur.

> Φυλόμαχον τὸν πάντα φαγεῖν βορὸν, εἷα κορώνην
> Παννυχικὴν, αὕτη ὀρυγὰς ἔχει καπετός,
> Χλαίνης ἐν τρύχει Πελλην.δος. ἀλλὰ σὺ τούτου
> Καὶ χρεία εἰς τηλὴν Ἀττικὲ κακοστεφαίη
> Εἴποντες οἱ πρόκυνον σωνεκωμασαν. ἦλθε δ᾽ ἀμαυρὰ
> Βλέψας ἐκ πελιῶν νωδὸς ὑποσκυνιων.
> † Ὁ τρύχει κἀνθήλινας μονόληκυθος. ἐκ γὰρ ἀγώνων
> Τῶν τότε λιναικὴν ἦλθ᾽ ὑπὸ καλλιεπήν.

Quantum ex iſtis imperitiſſimarum harpyarum reliquiis coniecturâ licet aſſequi, Philomachus hic gurges atque helluo, pugil athleta fuit, qui & vixiſſe dicitur miſerrime in ſumma paupertate: & mortem obiiſſe triſtiſſimo caſu, cùm è certamine quodam reuerſus eſſet otocatacta, & pugnis probè contuſus. In primo verſu Φυρόμαχον verius cenſemus, quàm Φυλόμαχον, fidem habentes antiquiſſimis libris, & Breuiatori, qui valere iuſſis Poſidippi verſibus iam tum corruptis, hoc ſolùm in Excerpta ſua retulit, Ποσείδιππος δὲ Φυρόμαχον πάντα φαγεῖν βορὸν φησι. Sic igitur & in Athenæi verbis paulò antè corrigendum. Appellat poëta ὀρυγάδα καπετὸν, ſcrobem male cauatum & aptum, & parum altam: in qua eum projectus videri poterat hic ganeo potiùs quàm honeſtè conditus ac ſepultus. Non per contemptum iſta dicuntur. Tertiò verſu pro ἐν τρύχει, quæ vox nihil ſignificat, ἐν τρύχει emendauimus & hoc fide membranarum. τρύχος eſt fruſtum veſtis lacerę. ῥάκος. Solebant olim mortui efferri in quàm honeſtiſſima veſte. Iuuenalis: *Pars magna Italiæ eſt, ſi verum admittimus, in qua Nemo togã ſumit niſi mortuus.* non ſolis Italis, de quibus ſatyricus loquitur, ſed vulgò etiam Græcis Latiniſque moris fuit, vt comptiores efferrentur quàm vixiſſent. erant enim καλῶν ἐνταφίων ſtudioſiſſimi. ideò Poſidippus vt extremam paupertatẽ Phyromachi indicaret, elatum ait, ἐν τρύχει χλαίνης Πελληνίδος, fruſto Pellenicæ chlænæ tectum leuiter, & ſolùm dicis cauſſa. Proxima verba ſic contorta, vt mentem eorum capere nequeamus. Etiam quintus eſt corruptus: ſed videtur hoc dicere: cùm veſpillones hunc efferrent, non abiiſſe comitatiorem quàm cane vno, qui ſolitus illi præire. Deinde ait veniſſe in Orcum Phyromachum oculis ſuggillatis, liuentibus ſupercilus, edentulum. Penultimo verſu lego, ὠτοκατάξας, μονολήκυθος. *fractis auribus, nullam aliam ſuppellectilem ſecum vehentem quàm ampullam.* Non auſim ſpondere veram hanc coniecturam eſſe: ineptam quidem non putamus. Poſtrema ita emendamus, ἐκ γὰρ ἀγώνων τῶν τότε Ληναικῶν ἦλθ᾽ ὑπὸ καπετόν. nihil ante dictis conuenientius poterat excogitari. Quod ita coopertus plagis ad plures ſe penetrarit Phyromachus, cauſſam affert his verbis: quia è Lenaicis ludis rectà in foueam deſcenderit. Subiungitur huic epuloni accuratior narratio de Herodoro Megarenſe tubicine. Dicitur hic ſtaturam habuiſſe cubitorum trium ſemis: ita noſter ex Amaranto: alij dicunt quatuor ipſorum cubitorum. in his Pollux lib. 4. cap. 11. Sic & in cæteris multum diſcrepant Amarantus & Iulius Pollux. Verbi gratiâ: ait Amarantus comediſſe Herodotum κρεῶν λίτρας εἴκοσι. *carnium libras vicenas.* ille duodecim minas: ὀκτὼ δὲ μνᾶς κρεῶν. Amarantus. πίνειν δὲ χόας δύο. *bibiſſe congios vini binos.* Apud Pollucem ita ſcriptum, οἴνου δὲ ἐκπιεῖν χέας. corrige, δύο χοας. Amarantus, κοιμᾶσθαι δὲ ἐπὶ βύρσης λεοντῆς μόνης. & hoc Iulius aliter. Solitum nempe pro culcita pellem vrſi habere: pro veſte ſtragula quâ tegeretur, pellem leonis. ὑποστρωννύναι δὲ ἄρκτου δορὰν, καὶ λεοντῆν ἐπιβάλλειν. Quod addit Amarantus, Demetrio Argos obſidente, cùm ad trahendam helepolin machinam robur militibus deeſſet, per Herodorum duabus ſimul tubis canẽtem, rediiſſe illis virtutem in præcordia: de eo notanda Pollucis verba: Machinæ, inquit, contumaces erant, & moueri recuſabant: ibi tum Herodorus δύο αἰγανὰ λαβὼν, στερεὸν ἐνέπνευσε τοῖς ὀργάνοις τοῖσδε. hoc eſt, *duo caprina* cornua *arripit, atque ea ſuper illis machinis inflat.* αἰγανὰ appellat τὰ αἰγανὰ κέρατα. & fortaſſe αἰγεῖα ſcripſerat. Pergit Athen. ἐνίκησε δὲ τὴν περίοδον δεκάκις. Dalec. *Decies in canẽdi certamine fuit aliis ſuperior.* Hoc quid ſit. Nam vnde illud de canendi certamine? verte, *vicit perihodum decies.* Feſtus: *In gymnicis certaminibus perihodon viciſſe dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit: à circuitu eorũ ſpectaculorũ.* Eſt igitur περίοδον νικᾶν, orbem implere ludorum ſacrorum: qui in Græcia erant quatuor. Notiſſimus verſus eſt: Τέσσαρες εἰσὶν ἀγῶνες ἀν᾽ Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί. hinc etiam periodici agones dicti, iidem qui & ſacri. Ita accipe Plutarchi verba de Theagene Phaſio, οὐ μόνον τὴν περίοδον νενικηκὼς, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἀγῶνας. id eſt, *cùm non ſolum è ſacris ludis omnibus victoriam reportaſſe, verùm ex multis quoque aliis.* Similiter Arrianus in Diſſertationibus Epicteti lib. 3. c. 34. οὐ λοιπὸν, ὡς καλὸς ἀθλητὴς περιέρχῃ νικήσας τὴν περίοδον. ἐμοὶ ὅμοιος τοῖς ἀποφυγοῦσιν ὄρτυξι. quibus in locis etiam eruditiſſimi viri lapſi grauiter: quòd non veniret illis tum in mentem, ludos ſacros etiam *periodicos*, & *periodum* eſſe dictos: cuius rei Pindaricus ſcholiaſtes non ſemel nos admonet. Cæterùm

Pollucì

Polluci cum Athenæo ne hîc quidem conuenit in numero: sic enim ille, ἐπακαίδεκα δὲ πεζόδους ἀνῆλεν τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων. Quòd autem in illis ludis etiam præconio & contentione vocis certaretur, satis ad Suetonium probauimus. Vide Pollucem libro quarto, capite duodecimo. Nestorem, ex cuius Θεατρικῶν libris proximè dicta de Herodoro sumpta dicuntur, non memini reperire alibi citatum. Non dissimili argumento libros duos Suetonius ediderat: quos inscribit Suidas, περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωρικῶν καὶ ἀγώνων. *De spectaculis & ludis Romanorum.* Alium cēseo fuisse Nestorem Larandensem, poëtam, cuius Suidas meminit. De eo Menander rhetor eruditissimus, capite περὶ λαλιᾶς. Δεῖ δὲ ζητεῖν καὶ τὰς μεταμορφώσεις καὶ ὀρνίων καὶ δένδρων γεγραμμένας δὲ καὶ Νεστορι πεποίηται, ἐν στιχοῖς μεταμορφώσεις φυτῶν καὶ ὀρνίων. vixit principe Seuero. Post tam multa de Herodoro tubicine, mentionem inicit de Aglaide muliere tubâ canere docta, cuius etiam Ælianus meminit: Καὶ γυνὴ δὲ ἐσάλπισεν Ἀγλαῒς ἡ Μεγακλέους ἐν τῇ πρώτῃ ἀχθείσῃ μεγάλῃ πομπῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὸ πομπικὸν περιθετὴν ἔχουσα, καὶ λόφον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Lege & interpunge, ἐσάλπισε, &c. τὸ πομπικὸν περιθετὴν ἔχουσα. id est, *tubâ cecinit pompæ conuenienter personā habens.* σαλπίζειν τὸ πομπικὸν: vt τὸ πολεμικὸν, τὸ ἀνακλητικὸν, & similia. vocem περίθετον explicat ibidem Pollux. Lego mox, λέγει δὲ περὶ αὐτῆς Ποσί[illegible] ὁ τραγῳδοποιὸς, ἐν δράματι Δαφνὶς ἢ Λιτυέρσης. caussam exposuimus dudum in lectionibus Theocriteis, capite duodecimo: vbi multa de hoc Lityersa. Placet edita lectio in istis versibus Phœnicidæ comici, de lurcone Chærippo. Ille ait, ἰδοὺ μέχρις γ' ἑνὸς δίδωσι τις, ἢ λάθη διαφέρειν. Τοῦτ' ἔχει ταμιεῖον αὐτῆς οἰκίας. Ingeniose quidem in priore versu, ἢ λάκη διαρραγείς. vt in Euangelio de proditione Iudæ, ἐλάκησε μέσος. sed λάθη verum arbitror. omnino autem in altero versu, οἶον οἰκίας. qualem penuariam cellam singulæ domus habere solent. non vt emendarunt, ὡς πρὸς οἰκίας. Non prætermittendum est Cambletem Lydorum regem inter phagones hîc nominatim, apud Ælianum Ποικίλης libro primo, capite vigesimoseptimo, dici κάμβητα. virum voracissimum. itémque Θύον τὸν Παφλαγόνα, qui hîc meliùs & libro quarto Θύς. malè etiam Καλαμόδρυν. Æliani codices indigetant, qui rectè in nostris est Καλαμόδρυς. ibidem Χαρίδας nuncupatur is, qui in Athenæo Χηρίλας. de quo suum cuique permitto iudicium.

CAPVT IV.

Timocreontis responsum ad Persam. Erysichthon dictus Æthon. *Hellanici* Deucalionéa. *Alcmanis loci quidam restituti insigniter.* πίδα *pro* μελί τετυγμένα διαπράξ κοινώνια τις φίλοις. ἀειλινόν. ἐπὶ τριπρχυ. Lamia *fabula Crateris.* καταπυκνότερα. *Ægypty* ἀρτοφάγοι *multa corriguntur & illustrantur.*

Versabatur in aula regis Persarum Timocreon Rhodius, non obscuri nominis vir, cùm propter facultatem poëticam, tum etiam ob robur athleticum & gulam profundam. Hunc cùm Rex animaduertisset ingentem copiam ciborum in ventrem condere. *Dic sodes*, ait, *hisce tam multis cibis, quid facturus es?* cui Timocreon *Ego verò Persas concidam innumeros.* Idem postridie multis victis qui singulari certamine cum ipso pugnauerant, gesticulari cœpit: miratus Rex cur Timocreon aerem pugnis verberaret, caussam percontatur. Ille respondens, sicut narrat noster. ἀπολείπεσθαι ἔφη, τοσαύτας εἰ προσίη τις πληγάς. interpunctiones minus rectè collocatæ in istis verbis, viris doctis oculorum vsum ademerunt: nihil enim hîc vidére qui verterunt, *animo se defectū iri dixit, si plagas aliquis tot infligeret.* Distingue, ἀπολείπεσθαι ἔφη τοσαύτας, εἰ προσίῃ τις, πληγάς, *respondit, sibi* post adeò multos victos, *superesse tot plagas, si quis accedat* secum certaturus, *inferendas.* Ingeniosum Timocreontis hoc cōmentum fuit: qui vt probaret Persæ, superesse adhuc sibi integras vires, postquam multos qui secum in arenam descenderant superasset, χειρονομεῖν, & gestus agere manibus pedibúsque instituit. Significabat hoc pacto, paratum se plagis contendere omnes qui secum vellent congredi, & plagipatidarum cognomen quærere. Pergit auctor, & refert ex Hellanico, Erysichthonem Myrmidonis F. cuius nota ex Callimacho & Ouidio βουλιμία, quia cibis expleri non poterat, Æthona dictum esse, Eustathius. ἐρρέθη δὲ ἰδίως Αἴθων καὶ Ἐρυσίχθων ὁ Μυρμιδόνος. διὰ τὸ εἶναί φασι βορὰς ἄπληστος. παρὰ τὸ αἴθειν, ὅ ἐστι καταναλίσκειν. ὅθεν καί τις ἕτερος πολυφάγος Κεραυνὸς ἐκαλεῖτο. ἐπεὶ καθ' ἃ πνα περιπτῶν ἀδάτως ἐπεῖνε τὰς τραπέζας, κατεσκήπτετο αὐτὰς τῇ γνάθῳ. quod ait Eustath. de cognomine fulminis, ex sequentibus sumptum est. Rectè autem scribi ἐν πρώτῳ Δευκαλιωνείας, non vt priùs fuit editum, en testem idoneum: Clemens Alexandrinus libro 6. Pædagogi, Διδυχίδας ὁ Μεγαρικὸς τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου ἐκ τῆς Ἑλλανικοῦ Δευκαλιωνείας μετέλαβε. Sequentia verba de Cerere Himalide, explicabimus, σὺν θεῷ, libro 14. At proxima his, καθάπερ ἐν Δελφοῖς Ἑρμοχῦ, non agnoscit Breuiator. Putauit nempe corruptam vocem Ἑρμοχῦ: quod & mihi videtur, ad antecedentia & consequentia attendenti. Quid si Σιτομοχῦ esset certè cōuenientius. Ait de Alcmane, καὶ Ἀλκμὰν δὲ ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν ἀδηφάγον εἶναι παραδίδωσι. Ælianus, ὁμολογεῖ δὲ καὶ Ἀλκμὰν ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν πολυβορώτατον γεγονέναι. Ipsum Alcmanis de sua voracitate testimonium recitat noster: cuius sunt prima verba, Καί ποκά τοι δώσω τρίποδος κύτος ᾧ ἔνι καὶ Νηλέα τελήεις. ἀλλ' ἔτι νῦν γ' ἄπυρος. quid sibi velit poeta, nō assequor: & puto locum non esse sanum. Fortasse ὡς καὶ Πηλείων Ἀτρείδης. Dabo tibi tripodem, sicut olim Agamemnon Achilli, quando in gratiam cum eo rediit. Alludit ad Homeri locum de muneri

muneribus, quibus Achillem sibi voluit conciliare Agamemnon. Iuuat quod ait, esse eum tripodem de quo loquitur, ignis expertem. Nam & Agamemnonei erant ἄπυροι. Homerus vocat ἕπτ᾽ ἀπύρους τρίποδας. Subiicit Alcman, ὧχα ζ πλεῖος ἔτνεος. οἷον ὁ παμφάγος Ἀλκμὰν ἠράσθη τ χαιρον παῖδα τὰς τροπάς. Egregia hîc nostra (absit verbo inuidia) emendatio. Nam *Chaerus Alcmanis puer delicatus*, meræ nugæ. Scribendum, οἷον ὁ παμφάγος Ἀλκμὰν ἠράσθη χλιερὸν πέδα τὰς τροπάς. id est, *qualem pultem amat vorax Alcman bene calidam, post solstitium hibernum*, siue, tempore hiemis. Non omnium eduliorum eadem semper est gratia. Testantur hæc verba, solitum Alcmanem hiberno tempore pulte calida se oblectare. πέδα Doricum est pro μετὰ pridem à nobis restitutum in multis diuersorum auctorum locis. Quemadmodum autem multi cibi se fuisse ingenue fatetur Alcman superioribus verbis: sic cupediarum & λιχνείας inuidiam deprecatur, cùm addit statim; οὔτι γὰρ οὐ τετυγμένον ἔσθει. ἀλλὰ τὰ κοινὰ γὰρ ὥσπερ ὁ δᾶμος ζατεύει. Ita quidem leguntur ista in omnibus exemplaribus: sed nullo plane sensu. Is enim quem docti eliciunt, & absurdus est, & ridiculus. Affirmamus in eam quam diximus sententiam locum emendandum: οὔ τι γὰρ οὐ τετυγμένον ἔσθει. ἀλλὰ τὰ κοινὰ γὰρ ὥσπερ ὁ δᾶμος ζατεύει. Dixerat Alcmanem plurimùm pulte delectari: quod erat vile & tenuiorum edulium: nunc ait, *Nihil enim Alcman elaboratum diligentiùs comedit: sed vulgares cibos, vt plebs, quærit.* Quid hac emendatione similius vero? τετυγμένα Græci appellant, quæ sunt arte elaborata & multa industria. omnino autem κοινὰ scribendum, non καινά. pultem vocat κοινὴν & plebeiam. sic Lycophron vnica voce elegantissime ἔτνος vocauit δημοκοινον, de quo libro 2. cap. 14. Alter locus Alcmanis de ipsius polyphagia, sorticina nænia confessior est: ita enim scribitur. ὥρας δ᾽ ἔστηκε τρεῖς θέρος, καὶ χεῖμα, κὠπώραν τρίταν, καὶ τέτρατον τὸ κρονας. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἔσθει ἐν ἄδαν οὐκ ἔστι. Tentemus an ex ruderibus hisce aliqua sententia possit ædificari. Lego, ὥρας δ᾽ ἔσηκε τρεῖς, θέρος καὶ χειμῶν᾽ ὀπώραν τε τρίταν, καὶ τέτρατον τὸ ἦρ. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἔσθεις ἐνθάδε, ἐν Ἅιδου οὐκ ἔδῃ. *per continuas anni tres tempestates edere potes, æstatem, hyemem, & tertiam autumnum; quartam quoque, ver nempe. Sed si hîc ita edis, at in Orco non edes.* Ctesiæ helluonis etiam Ælianus ex Anaxila facit mentionem. Anaxilæ versiculos de phagone Damippo, cui, *Ceraunno* cognomen, sic scribo:

ὁρῶ γὰρ ἐκ παλαίστρας τν φίλον
Πρεσπευτα μοι Δάμιππον. εἰ τοῦτο λέγεις
Τὸν πτερινον; τὸν οἱ φίλοι καλοῦσι σὺ
Νυνὶ δι᾽ ἀνδρείαν Κεραυνόν. εἰκότως.
Ἀβάτους ποιεῖν γὰρ τὰς τραπέζας οἴομαι
Αὐτὸν, καταστράπτει γ᾽ αὐτὴ τῇ γνάθῳ.

vel vt apud Eustathium αὐταῖς *mensis*. In primo versu e *Pancratiasta* Theophili, operarum peccatum emenda, & scribe, λιγ᾽ ἄλλο ψυχῆν. In vltimo pro Ἀπολλόδωρε καὶ Σαβάζιε: quarum vocum altera manifestò corrupta, scribi potest, Ἄπολλον, Διόνυσε καὶ Σαβάζιε. sed quærendum aliud moneo, quod propiùs veritatem accedat. Vox ἀκράτου ad superiorem versum pertinet. Aliquanto pòst scribe, Ὡς οὐδὲ δειπνῶν. ὡς λέγουσ᾽, ἐμπίπλαται. ita recte Dalecamp. In altero versuum è *Cercopibus* Eubuli, —κ. κότυλος γ᾽ ἔχει ἐπὶ τοῖς θύραις ἑκάστης. malim, κοτυλαῖ᾽ ἔχει. & omnino id rectum est: extat vox eadem in sequente testimonio eiusdem poetæ ex *Mysis*. In tertio, πλήρει βρετῶν, suspicione mendæ non caret: potest tamen ferri, exponique homini pleno & probe farto. pro πλήρει βρετοῦ. In vltimo scribe, παχυλαρὸς ἔστ᾽ ἰδεῖν. In proximæ eclogæ isto versu, ὅλας τραχήλους καὶ κοτωνίας πλησίον. habet Huraldinus, ὅλης. idque perplaceret, vt iungeretur cum superiore versu hoc modo: —ἄριστον ἐσθίειν δι᾽ ἡμέρας ὅλης. sed ea scriptura admissa, de voce τραχήλους querendum superest. Mnesimachi verba e *Busiride*, —εἰμὶ γὰρ Βοιωτὸς, ὀλίγα μὲν λαλῶν, ταῦτα πολλὰ δ᾽ ἐσθίων, sonát hoc: *Ego sum Bæotius: qui de aliis quidem pauca comedam: hæc vero multa.* videtur dicere, Bœotos pani, & carnium fuisse voraces, cætera quæ delicatuli expetunt, non multum curasse. Huraldinus Mss. vna voce auctior: ὀλίγα μὲν ἄλλων δυνάμει ταῦτα πολλὰ δ᾽ ἐσθ. sed non video qui sententiam aliquam hac ex scriptura eliciam: quam & metri lex aspernatur. Mox lege versum Alexidis. ὡς ἀνικητοι νῦν εἶναι βοᾶν καὶ πιεῖν μόνον. cum eruditissimo Sylburgio. Pempeli responsum de Bœotis, cùm fuisset interrogatus quid ipsi viderentur esse Thebani? salebrosum est. licèt cum editis scripti omnes consentiant. Scribit Polybius & refert Athen. ὡς Βοιωτοὶ μεγίστην δόξαν λαβόντες μετὰ τὰ Λευκτρικά, κατὰ μικρὸν ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς καὶ ὁρμήσαντες ἐπ᾽ εὐωχίας καὶ μέθας, διετίθεντο καὶ κοινώνια τοῖς φίλοις. appellat κοινώνια, conuentus ea fini solitos agi, vt amici vnà essent. & διατίθεσθαι κοινώνια τοῖς φίλοις, est reditus in eam rem assignare, & locum prouidere. Addit Polybius, πολλοὶ δὲ τῶν ἐχόντων γενεὰς ἀπεμέριζον τοῖς συσσιτίοις τὸ πλεῖον μέρος τῆς οὐσίας· ὥστε πολλοὺς εἶναι Βοιωτῶν οἷς ὑπῆρχε δεῖπνα τοῦ μηνὸς πλείω τῶν εἰς τὸν μῆνα διατεταγμένων ἡμερῶν. Verbum ἀπεμέριζον *diuidebant*, interpretor de vltimis voluntatibus: quasi scriptum esset, ἀπέλιπον. Et nota sis stultitiam horum hominum immanem: qui non solùm dum viuerent soliti bona sua in conuiuia illa prodigere: sed & morientes pecuniam amicis relinquerent, perdendam ἐν τοῖς συσσιτίοις: quæ hestiatoria quædam erant. Hæc fuere Græcorum ingenia, cuius rei clara testimonia in testamentis veterum philosophorum, quæ recitat Laërtius Diogenes. Quare aliter Polybij verba non debuerant accipi. Δειλινὸν (videlicet βρῶμα) est cibus promeridianus, siue merēda: nā veteres interpretātur, τὸ μεταξὺ δείπνου καὶ ἀρίστου. Ita vocabant Thebani κοινωνικὰς suas illas epulas: vel propter diei tempus, quo soliti conuenire ex sodalitij instituto: vel imminuendæ rei inuidiæ, quasi esset aliquid leuius

leuius δειλινὸν, quàm vel prandium, vel cœna. Sic hodie solent frugiperdæ homines extraordinarias epulas suas appellare merendas: quæ tamen cœnæ sunt quantumuis dapsiles & lautæ. Cùm autem morituriences Thebani tanto studio ornandorum cœnonéorum ducerentur: non mirum est, euenisse quod scribit Polybius: vt multi merendas haberent sibi ab amicis legatas, plures numero in singulos menses, quàm dies essent in mense. Simile ex parte quod narrat Strabo de Tarentinis: plures illis fuisse in anno festos dies, quàm essent ipsius anni dies. Deinceps probaturus auctor omnes in vniuersum Thessalos plurimum comedisse, ait, Κράτης φησὶν ἐν Λαμίᾳ, ἔπη τριπήχη Θετταλικῶς τετμημένα. Lego, ἔπη τριπήχη, vt, *sesquipedalia verba*. non videtur hinc posse colligi quod voluit probare Athenæus: sed scire licet Craterem, cùm ita loqueretur, allusisse ad frusta carnium, quæ incidi solita à Thessalis: ideò addit Athenæus, vice fungens interpretis. τῶν δ' ἄλλων, ὡς τῶν Θετταλῶν μεγάλα κρέα τεμνόντων. alioqui poterat dici scripsisse poëtam κρέα τριπήχη. sed verum est quod dixi. *Lamiæ* Cratetis meminit Pollux libro 9. vbi ex hac fabula versum affert, vt doceat ἡμίεκτον, & octo obolos tantidem valuisse Eum versiculum ita concipe: ἡμίεκτόν ἐστι χρυσοῦ, μανθάνεις, ὀκτὼ ὀβολοί. Thessali propria suæ dialecti voce καππανικὰ κρέα vocabant magna, & quæ plaustrum possint onerare singula. Auctor Athenæus his verbis. Ταῦτα δὲ καππανικὰ εἴρηκεν Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς. Τί πρὸς τὰ Λυδῶν δεῖπνα καὶ τὰ Θετταλῶν; Καὶ Θετταλικῶν μὲν πολὺ τὰ δεῖ καππανικώτερα· οἷον ἁμαξιαῖα. Θετταλοὶ γὰρ τὰς ἀπήνας καππάνας ἔλεγον. Non sunt comici, sed Athenæi illa: οἷον ἁμαξιαῖα: quæ & distincta, & versa sunt perperam. familiare grammaticis verbum, οἷον. hoc sensu Aristophanis versum respiciens Hesych. καππανικώτερα, inquit, ἀπὸ τῆς φάτνης χορταστικώτερα. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ μείζονα. καππάνας γὰρ ἀπήνας λέγουσι. Ægyptij mox non simpliciter voraces: sed panis tantùm scribuntur fuisse: *cyllestim* eum panem vocabant: de quo habes apud Herodotum, & suprà libro tertio, ἀρτοφάγους hîc interpretamur, qui multo pane vescantur, quoniam de polyphagis hîc sermo est, alioquin videri potuit Hecatæus Ægyptios appellasse artophagos, ad Græcorum differentiam: qui erant vt plurimùm mazophagi: sicut Pœni, & quondam Romani pultiphagi. sed prior interpretatio non solùm instituto sermoni conuenientior: verùm etiam ad proximè sequentia propè necessaria. Διὰ ταῦτα καὶ Ἄλεξις ἐν τῷ περὶ αὐταρκείας ἔφη μετρίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι τὸν Βόκχοριν. quare διὰ ταῦτα? quia in populo edaci rex sobrius non aliter notabilis, quàm cocles inter cæcos. Bocchoris ille est Ægypti rex, de quo Diodorus Siculus libro primo.

CAPVT V.

Ostenduntur & emendantur maculæ multorum locorum. ἔχων ἡδέως ἑαυτῷ, Lycophronis Satyri. τὰ ἐκ τῶν τρύγα. τὰ Σαμοθρᾴκια. Dij Potes ventorum promicondi olim crediti. Duo principia generationis terra & aqua. Clementis Alex. locus. διελέγχειν, verbis obiurgare.

'ΑΛ' ἔγωγε τοῦ τῶν δίοντ' ἔχων. non est principium versus: sed de initio quædam prætermissa.

Ὡς ἡδὺ πᾶν τὸ μέτριον. Ita verte & distingue. *Quàm suaue est omne mediocre! ego nunc neque supra modũ cibo onustus abeo, neque inanis: sed suauiter me habens.* farto nimia ciborum copia ventriculo opponit stomachum qui λαγαρὸς quidem est, at non inanis. id vocat ἔχων ἡδέως αὑτοῦ. Timotheus mox καλῶς γίνεσθαι Pusillus error paulò pòst interpretibus fraudi fuit in hac pulcherrima sententia: μᾶλλον γὰρ ἡμᾶς τῇ μεθ' ἡδονῶν συνουσίᾳ προσῆκόν ἐστιν εὐεργετεῖν, ἢ τῷ πλήθει τῶν παρατιθεμένων οἱ διακονοῦντες τὰ δεῖπνα δυνάμεσι. scribe, ἢ τῷ πλήθει τῶν παρατιθεμένων, ὡς οἱ διακ. τὰ δ. [illegible] εἰσῄεσαν εἰς τὸ ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένον οἶκον. *in triclinium ingrediebantur ei rei paratũ.* non semel exposuimus vocem οἶκος, μαρτυρεῖ περὶ τούτων Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς γράψας Σατύρους. Μενέδημον, ἐν οἷς φησὶν ὁ Σ. scribe, γράψας Σατύρους εἰς Μενέδημον, ἐν οἷς φ. vocat Satyros, drama Satyricum ad irrisum Menedemi compositum. Libro secundo, Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ἐν σατυρικῷ δράματι, ὃ ἐπὶ καταμωκήσει ἔγραψεν εἰς Μενέδημον. In Lycophronis versibus quid sit κατέχω, dictum est libro primo: & pro δημόκρατος; meliùs lectum iri δημόκοινος, ostendimus libro secundo Ἀνάστηθι σὺ Ἀρίδικε, σὺ δὲ ἀπελθὼν, τὰ ἐκ τῶν τρύγα. Iusserat Arcesilaus Apellem, pro ea quæ inter ipsos fuit familiaritate, vt vinum per colum traiiceret: ille eius ministerij imperitus conturbauit etiam magis: vertit Arcesilaus huius imperitiam in occasionem ioci: & conuersus ad Aridicum familiarem alterum, qui inter conuiuas accumbebat mensæ: *tu verò*, ait, *surge Aridice*. supplendum est, & vinum cola. deinde Apellem affatur, & ait, σὺ δὲ ἀπελθὼν τὰ ἐκ τῶν τρύγα. continetur his verbis sine dubio, vrbani hominis iocus aliquis: ridiculum enim vt videtur ministerium imperat. Sed locus est correptus etiam in Excerptis: quod satis miror: nam ille auctor, quæcunque inuenit in suis libris mendosa, omnia ferè prætermisit. Existimamus fuisse aliquod prouerbium illi simile, quod est apud Galenum, κίγχεσι τρυγᾶν, de inani labore & vano conatu. Pro Ἀρίδικες, scribo Ἀρίδικε cum Excerptis.

οἱ δὲ νῦν συναγαγόντες περὶ τὰ δεῖπνα, κ. de sui temporis philosophia Athenæus loquitur: & quod addit, καὶ μάλιστα οἱ ἀπὸ τῆς καλῆς Ἀλεξανδρείας, de iis debet intelligi, qui publico sumptu alebãtur in Muséo & Claudio Alexandriæ: de quibus ad Suetonium nonnulla. Τῷ γὰρ πιόντι ὁ οἶνος ὅμοιος μὲν θυμὶ αἱμάτων γίνεται. Malè digesta, malè versa hæc. Locus est Sophoclis, qui ita habet initio Oedipi tyranni.

πόλις

πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει·
ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

Athenæus οἶκος posuit pro πόλις. hoc enim voluit: ei qui tantâ immodestiâ vtatur in conuiuio, triclinium abundare gaudio simul & mœrore.

εὐτελὲς γὰρ δεῖπνον οὐ ποιεῖ παροινίαν.

Transpositione aliquot vocum senarium integrum feceris: δεῖπνον γὰρ εὐτελὲς οὐ ποιεῖ παροινίαν.

ὡς ἀληθῶς κατὰ τὸν χαριέστατον Ξενοφῶντα πολέμου ἐργαστήριον. Locus Xenophontis est in Agesilao: vbi scribitur de Epheso. ὥστε τὴν πόλιν ὄντως ἡγήσω πολέμου ἐργαστήριον.

ὥστε πολλάκις αὐτὸν κεκληκὼς Σαμοθρᾶκι εὔχεται λῆξαι πνεοντα, καὶ γ. Quæ ad hunc locum scripsére viri docti, nihil ad rhombum: Nam sensus hic est: adeò vt sæpe qui eum vocauit, oret, desinant flare venti Samothracij, & vt tranquillior tandem fiat tempestas. hic enim adoloscens Telephus, amicis à quibus inuitatur, hiems est, & procellæ instar. sequentia namque sic scribenda:

—καὶ γαλήνισαί ποτε, χειμὼν ὁμηρικός ἐστι τοῖς φίλοις. cætera vt superflua in spongiam digna incumbere. τὰ Σαμοθρᾴκια intellige πνεύματα. Sic vocabant Græci boream, quem ex eius tractus regionibus in suam flare videbant. Etiam apud philosophos θρακίας ventus non aliunde nomen habet. Sed videntur veteres credidisse, ventorum flatus in potestate esse Cabirorum, siue Potium deorum: qui in Samothracia colebantur. Nam in tempestate deprehensi, illis potissimùm vota faciebant, & seruati reddebant, vt ait vetus scriptor apud Suidam. Diodorus quoque Siculus libro quarto narrat, Orpheum petiisse tranquillitatem maris turbati & agitati à diis Samothracibus. ἐπιγενομένου δὲ μεγάλου χειμῶνος καὶ τῶν ἀρίστων ἀπεγνωκότων τὴν σωτηρίαν, φασὶν Ὀρφέα τῆς τελετῆς μόνον τῶν συμπλεόντων μετεσχηκότα ποιήσασθαι τοῖς Σαμοθρᾷξι τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχάς. εὐθὺ δὲ τοῦ πνεύματος ἐνδόντος, &c. Mox, τοὺς Ἀργοναύτας περιπεσεῖν χειμῶνι παντελῶς ἐπικινδύνῳ· τοῦ δ' Ὀρφέως εὐχὰς ποιησαμένου τοῖς Σαμοθρᾷξι, λῆξαι τοὺς ἀνέμους. non parum ista Alexidis hunc locum illustrabunt.

Τόν δ' οὐδὲν ἀγὸν τοῦ ἀσίνου μᾶζαν. Versus quidem stabit si ita scribas, Τόνδ' οὐδὲν ἀγὸν ἀσίνου μείζονα. de sententia verò nihil pronuntio.

Ἐῤῥυσίας οἶον σύμ. an ἐῤῥύσας?

Τὴν δὲ μήτηρ ἡ πεδοστιβὴς τροφὸς Θάλασσα. Verte: *nostra est nutrix mater humida, non illa quæ calcatur pedibus, Mare*, inquam. Homerus duo principia agnoscit creationis animalium, aquam & terram: vt cùm ait: Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε. Homerum secutus est Xenophanes Colophonius, & duas illas πρώτας ἀρχὰς esse, ac solas pronuntiauit. Euripides quem veteres scenicum philosophum non sine caussa dixerunt, eiusdem fuit sententiæ: quod non obscurè significant hæc verba sic exposita, vt nos illa vertimus. *Mater* Euripidi appellatur τὸ γεννητικὸν στοιχεῖον, vt loquuntur φιλοσόφων παῖδες. atque hanc matrem poëta duplicem manifestò statuit: alteram πεδοστιβῆ: terram nempe, quæ pedibus calcari & perambulari potest: alteram ὑγρὰν: mare videlicet: quod explicat ipse subiiciens, Θάλασσα, τὴν δ' ἀέρα μὲν. Seiunge ab Euripidis versiculis illa verba, Μέγα γὰρ ἀνθρώποις κακὸν ἡ γαστήρ. non enim poetæ verba sunt, sed Athenæi. In tertio versuum Alexidis scribe, Εἴ τις ἀφέλοι τοῦτ' ἀφ' ἡμῶν τὸ μέρος.

Νικᾷ δὲ χρεία μ' ἡ ταλαίπωρος.

Locus Euripidis quem suis versibus inserit Diphilus, extat apud Clementem Alexandrinum ita ferè scriptus: certè ita scribendus. Νικᾷ δὲ χρεία μ', ἡ κακῶς τ' ὀλουμένη γαστήρ, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίγνεται κακά.

εἰς ἣν πεσὼν πάντ' ἂν ἐμβάλλοις. Hæc prima ventris incommoditas: qui non vnius certæ rei sit capax, sed omnium: quod secus est in omni propè vasorum genere, quibus aliquid continetur. Ad proxima verba, Ἀλλ' οὐχ ἕτερον ἀγγεῖον, repetenda ex superiore versu præpositio εἰς: quod si cuius teretes offendit aures (est enim duriusculum) legendum, Ἀλλ' οὐκ ἐς ἕτερον ἀγγεῖον. Cùm addit poëta, in ventrem coniici rectè posse, Τὰ πάνθ' ἑαυτοῖς μηδὲν ὁμολογούμενα: res diuersi generis intelligit, & quæ nullâ societate iunguntur: eleganter περιφράζει ingeniosus poëta, τὰ μὴ ὁμογενῆ, vt loquuntur philosophi. Talia sunt, exempli gratiâ, carnes, pisces, legumina & fructus: malè referunt ad noxia & salubria. Subiungit Diphilus: Καὶ οὐ προστίθημι τἄλλα. quasi dicat, taceo quod ait ibidem Euripides, ventrem omnium malorum esse caussam. more autem vsus oratorum, quod fingit se prætermissurum, disertim dixit. sequitur enim: διὸ πάντα χοῦ διὰ τὴν γάλακταν πάντα ταῦτα γίγνεται. Legendum, πάντα τὰ κακὰ γίγνεται, nam Euripides dixit, ἀφ' ἧς δὴ πάντα γίγνεται κακά.

ἐπεῤῥάπισε Δημήτριον τὸν Φαληρέα, σὺν τῇ πήρᾳ τῶν ἄρτων, καὶ λάγυνον πέμψαντα οἴνου. Absurdum est hoc quidem loco, ἐπιῤῥαπίζειν de inflicto colapho interpretari: nam etsi impudens Crates fuit, ut Canis: nunquam tamen virum tanta auctoritate percutere esset ausus, & Diogenes Laërtius in eadem re vsus verbo ὀνειδίζειν. Verte igitur, *Demetriū Phalereum obiurgauit, quòd simul cum pera panis, vini lagenam misisset.* Sequitur Crateris apophthegma tunc temporis pronūtiatum: εἴθε γὰρ ἔφη τὰς κρήνας καὶ ἄρτους ἦν φέρειν. *Vtinam inquit, fieri posset vt fontes etiam panes producerent.* Supple quod deest perficiendæ sententiæ: nam si id fit, ego nemini de pane supplicem: quemadmodum à nemine quod bibam peto. Planiùs aliquanto Diogenes, εἴθε γὰρ αἱ κρῆναι καὶ ἄρτους ἔφερον. At interpres quàm errat?

CAPVT VI.

Καλέσταν. σεμνὴ θεὰ Atheniensium, & σεμναὶ θεαί. Mos libandi principibus διμερῆ ζωρότερον. Antiphanis Milanion, Iapyx. *ζῶον in cōpositione pro magno. μανθάνειν pro solere.* di ticisse *pro eodem. Hyperidis oratio Deliaca, & collecta quadā eius fragmenta, Chori puerorum, & virorum. vestes* Thera

Theraicæ. φυλῆσι. *Tabula quibus depicta solennitates sacrorum aut ludorum. Romani Æolas imitati.*

LONGO hyperbato obscurat dipnorhetor seriem orationis, cùm mox scribit, Ἐπὶ τούτοις ὁ Οὐλπιανὸς ἔφη, ἐπεὶ διδείπνιαμεν ὥσπερ ἡ λέξις ἐν Κυρήνῃ. oratio manet suspensa vsque ad illa paginæ sequentis initio: Τοῖς οὖν θεοῖς κατὰ τὸν Πλάτωνα, ὥς ἐν Φιλήβῳ φησὶν, ἀλλήλοις κεραννύωμεν. Vlpiani oratio debuerat in hunc modum continuari, ἐπεὶ διδείπνιαμεν, τοῖς θεοῖς, κατὰ τὸν Πλάτωνα, κεραννύωμεν. Sed de industria vsus est voce διδείπνιαμεν, vt de ea & affinibus aliis obiter dicendi nasceretur occasio. Καθαριστεύειν est absumere prandendo, siue in prandia. vsus hoc verbo Antiphon orator, siue rhetor, non vt putauerunt interpretes, poëta. Scribe eius verba, ὅταν τις πράγματα τὰ αὑτοῦ ἤδη τῶν φίλων κατηρίστηκεν. Adiecimus è membranis, quæ sequuntur de verbo ἐπιδεδειπνηκὼς: quod ad Theophrastum exposuimus dudum, Varro dixit in primo De re rustica, *comesa cœna venire.* Antiphanis versum hunc ita scribam, ne sit inepta sententia. Ἐπισχειάμην ἄκρατον. ὦ παῖ, λοιπὸν οὐκ *ita est, ô puer?* Cùm ait, se libasse Κυάθους θεῶν τε καὶ θεαινῶν μυρίους· εἶτα ἐπὶ τούτοις πᾶσι τῆς σεμνῆς θεᾶς, hoc significat, post libationes sexcentis diis deabúsque factas, postremo loco Mineruæ sacrum cyathum effudisse: Quis dubitat σεμνὴν θεὰν, *deam venerandam*, Athenis esse Palladem? At σεμναὶ θεαὶ sunt Eumenides, Furiæ: quibus nihil commune cum vini libationibus: erant enim sacra illarum νηφάλια & abstemia. Interpretibus aliter visum: qui etiam versum vltimum, καὶ τοῦ γλυκυτάτου βασιλέως διμοιρίαν, corrumpunt, dum emendant nescio quomodo. non viderunt perstringi à comico fœdam quorumdã adulationem: qui singulos cyathos singulis diis libantes in conuiuiis, in honorem regis duos cyathos effunderent. Ita soliti Athenienses regibus adulari, vt dicebamus libro 6. cap. 16. *διμοιρία, est dupla portio.* Non sunt Antiphanis quæ sequuntur verba. Homeri locus e nono Iliadis, ζωρότερον δὲ κέραιρε, quàm variè expositus sit à veteribus, sciunt eruditi etiam ex Plutarcho & poëtæ interpretibus. Apud Hippocratem libro Περὶ γυναικείων φύσιος, legas κεράσαι ζωρότερον pro eodem. At in libro De natura muliebri dixit idem, ζωρότερον πίνειν, pro πίνειν οἶνον ζωρότερον κεκραμένον. Et tamen Ephippus poëta videtur quasi propriam Homero facere hanc vocem, isto qui sequitur versu; Δῶκεν κεράσας ζωρότερον Ὁμηρικῶς. malè enim postremam eius versus vocem capiunt interpretes. Antiphanis Μειλανίων, displicuit interpretibus: qui fecerunt vt esset Μελάνιον, *Nigrinsculus.* mirum commentum! nam id verbi pro Græco non agnoscent Græci. At Milanion & Atalanta ex fabulari historia cui non sunt noti? Iulius Pollux libro septimo in ipso fine, Μειλανίωνα fabulam Antiphanis nominat. an aliam ab ista? an hanc ipsam? sed locus corrigendus. Ἰάπυξ mox seruile nomẽ est, à patria, vt *Misus, Dauus, Geta.* Sine ratione discedunt ab edita lectione in istis, ἄλλοι δὲ τὸ ἄκρατον: & scribunt ἀκρατὲς refragantibus membranis, Epitome & Eustathio. ὥσπερ τὸ δεξιτερὸν ἀντὶ δεξιοῦ, ita accipe: sicut vox δεξιτερὸς per paragogen quandam producta est pro δεξιὸς non autem συγκριτικὸν est id nomen: sic ζωρότερον pro ζωρὸς vsurpatum. Scribebam cum Dalecampio, καὶ τὸ ζα ὅτι μέγεθος ἢ πλῆθος σημαίνει. non vt editum est, τὸ ζῶον vel τὰ ζῶα. sed euntem pedibus in eius sententiam prehendit laciniã Eustathius, & ire iussit in alia omnia. Sic ille, Σημείωσαι ὅτι ζωρὸν οἶνον τὸν πολυετῆ ἐνόησάν τινες, οὐκ ἀπὸ τοῦ ζῆν ὁ ζῆθι, ἀλλ' ἐκ τοῦ ζάω καὶ τὸ ὧρος ὢν ὧρος μὲν ὁ ἐνιαυτὸς, ἤτοι ἔτος· ζῶον δὲ ἀντὶ τοῦ μέγα καὶ πολὺ, ὃ δὴ σημαίνεται φασὶ διὰ τῶν ζώων. Sequitur, Δίφιλος δ' ἐν Παιδερασταῖς φησὶν, Ἔγχεον σὺ δὴ πιεῖν, Εὐζωρότερον γὴν δίω παῖδες. Restitue mirè deformatam lectionem sic.

—ἔγχεον σὺ δὴ πιεῖν
Εὐζωρότερόν γε νὴ τὸν Δί' ὦ παῖδες. τὸ γὰρ
Ὑδαρὲς ἅπαν τοῦτ' ἐστὶ τῇ ψυχῇ κακόν.

In Empedoclis isto versu Αἶψα δὲ θνητὰ φύοντο τὰ πρὶν μάθον ἀθάνατ' εἶναι, Græcanica elegantia est quam non cepére interpretes: quibus τὸ μάθον prima persona est singularis: cùm reuerà tertia sit pluralis, sed μάθον positum pro εἰώθεσαν aut ἐπεφύκεσαν. *Et statim facta sũt mortalia quæ erãt naturâ suâ immortalia.* μάθον εἶναι, *didicerũt esse* pro erant: vel, solebant esse. Æschylus, Ἔχει, πενίας δ' οὐκ ἐπίσταται δόμος. id est, οὐ πένεται. *Nunquam eget.* Plautus, *Nõ didici hariolari gratis.* Idem, *Cur negas? quia vera didici dicere.* alibi *excidionẽ facere cõdidici oppidis.* Ait, τοῦτόν ἐστι καὶ τὸ ἐν Εἰρήνῃ Ἀριστοφάνους ἀπωτασμέναι. Poetæ verba sunt,

Καὶ ταῦτα δαιμονίως ἀπωτασμέναι
Ἀπαξάπασαι, καὶ κυάθοις προσκείμεναι.

Pro φοινικὸς Παιωνίας, placitum interpreti Παισρία. sine caussa, opinor: at non sine caussa nos libro 3. cap. 27. Πεισρίας scribebamus. Sequitur, ἔλεγον δὲ καὶ ἰφηβὸν ῥυτόν τινα δι'ἕτερον. Vide scholia Aristophanis ad Vespas. Libro autem 11. poculi id nomen est. Inter exempla συγκριτικῶν in ἕτερον, affertur ex Epicharmo ἀνιαρέστερον. in apocryphis libris & vetustis est ἀωρέστερον. quod fuerit ἀωρότερον, siue ὠρότερον. sed Eustathius firmat quod est editum. Laudatur deinceps Hyperides *in Deliaca.* Ὑπερείδης, ait, Δηλιακῷ, καὶ τὸν κρατῆρα τὸν πανιώνιον κοινῇ οἱ Ἕλληνες κεραννύουσι. hæc oratio, cum cæteris huius oratoris, diu factum est cùm periit. Sed reperio eius mentionẽ apud Hermogenem. Argumentum eius orationis vtcunque potest percipi ex reliquiis, quæ hodiéque extãt apud veterem Hermogenis interpretem ad librum de Ideis, capite περὶ σεμνότητος. Verba illius, quia non omnium manibus teritur ille liber, lubet hic adscribere. Sic igitur interpres ille. Διόπερ ἐστὶν ἐν Δηλιακῷ Ὑπερείδου προοίμιον τούτων ἐστίν φησι (nempe τῶν ἐννοιῶν τοῦ Πλάτωνος περὶ θεῶν) βουλόμενος γὰρ ἐκεῖνος ἐξ ἀρχαίας δόξας, τοὺς Ἀθηναίους

Ἀθηναίοις τὰ ἐν Δήλῳ ἱερὰ πεποιηκότα, πολλοῦ κέχρηται τοῦ μύθου, λέγων οὕτω. Λέγεται γὰρ τὴν Λητὼ κύουσαν τοὺς παῖδας ἐκ Διὸς ἐλαυνομένην ὑπὸ τῆς Ἥρας κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. ἤδη δὲ αὐτὴν βαρυνομένην καὶ ἀπορούσαν, εἰς τὴν γῆν ἐλθεῖν τὴν ἡμετέραν, καὶ λῦσαι τὴν ζώνην ἐν τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ Ζωστὴρ καλεῖται. Sed videtur iſta velut ἐν παρόδῳ in ea oratione dicta eſſe: nam ad præcipuum ipſius argumentum, nihil hæc de Latonæ partu narratio ſpectabat. Sopater in Hermogenem. Ἔχεις δὲ διπλοῦν σχηματισμὸν περὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐν τῷ Δηλιακῷ. ἐκθησόμεθα δὲ τὰ εἰρημένα, ὑπὲρ τοῦ γενέσθαι σαφὲς τὸ λεγόμενον. Ἀφίκοντό τινες εἰς Δῆλον ἄνθρωποι Αἰολεῖς, πλούσιοι, χρυσίον ἔχοντες πολὺ, κατὰ θεωρίαν τῆς Ἑλλάδος, ἀποδημοῦντες ἐκ τῆς ἑαυτῶν. οὗτοι ἐφάνησαν ἐν Ῥηνείᾳ ἐκβεβλημένοι. τοῦ δὲ πράγματος περιβοήτου ὄντος, ἐπιφέρουσι Δήλιοι τοῖς Ῥηνεῦσι αἰτίαν ὡς αὐτοῖς ταῦτα πεποιηκότων. καὶ γράφονται τὴν πόλιν αὐτῶν ἀσεβείας. οἱ δὲ Ῥηνεῖς ἠγανάκτησαν τε τῷ πράγματι, καὶ προσκαλοῦνται Δηλίους τὴν αὐτὴν δίκην. οὔσης δὲ τῆς διαδικασίας ὁπότεροί εἰσιν οἱ τὸ ἔργον πεποιηκότες, ἠρώτων οἱ Ῥηνεῖς τοὺς Δηλίους, δι' ἣν αἰτίαν ὡς αὐτοὺς ἀφίκοντο. οὔτε γὰρ λιμένας εἶναι παρ' αὐτοῖς, οὔτε ἐμπορίαν, οὔτε ἄλλην διατριβὴν οὐδεμίαν. πάντας τε ἀνθρώπους ἀφικνεῖσθαι πρὸς τὴν Δῆλον ἔλεγον· καὶ αὐτοὶ τὰ πολλὰ ἐν Δήλῳ διατρίβειν. τῶν δὲ Δηλίων ἀποκρινομένων αὐτοῖς, ὅτι ἱερεῖα ἀγοράσοντες οἱ ἄνθρωποι διέβησαν εἰς τὴν Ῥήνειαν. διὰ τί οὖν, ἔφασαν οἱ Ῥηνεῖς, εἰ ἱερεῖα ἦκον ὠνησόμενοι, ὡς φατὲ, τοὺς παῖδας τοὺς ἀκολούθους οὐκ ἤγαγον τοὺς ἄξοντας τὰ ἱερεῖα ἀλλὰ παρ' ὑμῖν (manuſc. ἡμῖν) ἐν Δήλῳ κατέλιπον, αὐτοὶ δὲ μόνοι διέβησαν; πρὸς δὲ τούτοις τεττάρων καὶ τριάκοντα σταδίων ὄντων ἀπὸ τῆς διαβάσεως πρὸς τὴν πόλιν Ῥηναίων τραχείας οὔσης ὁδοῦ δι' ἧς ἔδει αὐτοὺς πορευθῆναι ἐπὶ τὴν ἀγορασίαν ἄνευ ὑποδημάτων διέβησαν· ἐν Δήλῳ δὲ τῷ ἱερῷ ὑποδεδεμένοι περιεπάτουν. Scripſimus cum antiquis Athenæi membranis, ὠρχοῦντο δὲ οὗτοι περὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος νεὼν τοῦ Δηλίου, τῶν πρώτων …… τες Ἀθηναίων καὶ καταδύοντο ἱμάτια τῶν Θηραϊκῶν. ſed nullum eſt dubiũ, quin ſuppleri quod deeſt ſic debeat: τῶν πρώτων παῖδες Ἀθηναίων. Chorus duplex erat: alter è viris, alter è pueris. Hinc illa diſtinctio frequens in libris Græcorum, vt Demoſthenis, Plutarchi, & aliorum. χορὸς παίδων, & χορὸς ἀνδρῶν. In ſequentibus hæret aqua nobis. nam & καταδύοντο pro ἐνδύοντο, nouum atque inſolens: & veſtes *Theraica* mihi quidem obſcuræ. tamen ita Mss. omnes, nõ Θηραϊκῶν, vt aliàs editum. An ſcribendum θηρεϊκῶν vt è pellibus confectæ veſtes intelligantur, quales Romæ geſtabant luperci per vrbem currentes ac ſaltantes: quas Hippocrates δερμάτινα ἱμάτια nominat, in libro Περὶ φύσιος τοῦ παιδίου. Subditur his. ὁ δὲ Ἀπόλλων οὗτός ἐστιν, ᾧ τὰ Θαργήλια ἄγουσι, καὶ διασώζεται Φύλησιν ἐν τῷ δαφνηφορείῳ γραφὴ περὶ τούτων. Scribendum, Φυλῆσιν. *in pago Phyla.* errant omnino qui accipiunt pro φυλαῖς. Adi ad Stephani ἐθνικά. Neque probo quod γραφὴν, *literas publicas* verterunt. De pictura accipimus nos: cuius erat argumentum ſaltatio orcheſtrarum circa Apollonis Delij templum, & quidquid ad ritum illum pertinuit. De huius generis tabulis antè dictum libro quinto, capite ſeptimo. Veriſſimum eſt quod ſcribit aliquanto pòſt Athenæus: Romanos & in moribus inſtitutiſque multis, & κατὰ τὰς τῆς φωνῆς, Æoles potiſſimùm ex omnibus Græcis eſſe imitatos. Vtriuſque linguæ periti fatebuntur ita eſſe: ac memini Dionyſium Halicarnaſſeum, & Priſcianum aliquot locis diſertim huius nos admonere.

CAPVT VII.

Philinus vetus orator. Ταῦροι vox Epheſiorum. κήρυκες, ἡβητήρια. Hebe diis à poculis. Dioclis Meliſſæ. Prou. ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. Hermippi Θεοί. Epichyſis genus ποτηρίου. Superſtitio veterum, mortuis conſecrandi quæ de mẽſa caderent. Tragicorum τετραλογίαι, & ſatyrica fabula. Sophoclis Σατυρικὸν δρᾶμα. item Æſchyli. Vinum Samagoreum. *alia non pauca.*

NON temerè laudatum inuenias Philinum oratorem Atticum, quem ſuper *ænoptis* citat noſter. Facit illius mentionem Clemens Alexandrinus in eo tractatu, quo de Græcorum furtis agit. Ibi vir diligentiſſimus, prima verba orationis, De corona, cum ſimillimis Philini componit. Eius antiqui oratoris facit mentionem Harpocration, duobus, opinor, locis, in θεωρικά, & in Κοιρωνίδαι. Epheſiis ταῦροι dicebantur, qui per Neptuni feſtum vina miniſtrabant iuuenes inueſtes, & integri. Hoc refert Athenæus ex Ameriæ Gloſſis. Inde & Heſychius ſumens, ταῦροι, ait, οἱ παρ' Ἐφεσίοις οἰνοχόοι. Sapphûs locum de Mercurio diis vinum fundente emendamus libro ſecundo, capite ſecundo. Veteres, inquit, τοὺς πρὸς ταῖς ὑπηρεσίαις ταύταις κήρυκας ἐκάλουν: *eos qui pincernarum officio fungerentur, vocabant κήρυκας.* Imò notant Græci, & verum eſt, antiquiſſimis temporibus eo nomine omnes qui in ædibus miniſtrabant, ſic fuiſſe vocatos. κήρυκες, aiunt, οἱ διάκονοι οἱ τὰς ὑπηρετικὰς ἐπιτελοῦντες πράξεις. Notemus locutionem, καὶ τὴν Ἥβην δέ τινες ἀνέπλασαν οἰνοχοοῦσαν αὐτοῖς: Ait, τινές. miror equidem. nam Homeri ipſius hoc commentum eſt. Iliadis ραψ. δ.

—μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη
Νέκταρ ἐῳνοχόει.

Magis miror quod addit, ἴσως διὰ τὸ ἡβητήρια καλεῖσθαι τὰ συμπόσια. Quòd Heben finxerint diis eſſe à poculis, hæc fortaſſe, inquit, ratio eſt: quia conuiuia vocabant ἡβητήρια. appellat ſympoſia œcos vbi conuiuabantur, & triclinia. Heſychius quoque ἡβητήρια interpretatur ἑστιατήρια & καταλύσεις. Alij inter ædilem metuentia loca referunt: neque aliter auctores eâ voce vtuntur. Sed friget omnino, me iudice, Athenæi ratio. Acutiùs & veriùs comici interpres: ἥβην, inquit, appellant veteres voluptatem quæ ex conuiuiis capitur: quam ob cauſſam poeta Heben finxit, & ei conuenientiſſimum nomini ſuo miniſterium præbuit, vt eſſet diis à poculis. hæc doctiſſimus ille grammaticus ad Veſpas. cui & Heſychius

ſubſcribit obcurè: ἦθλω interpretans ἀκολασίας. Clearchi verſus è Citharœdo, qui leguntur mox interciſi, apud poetam ita continuabantur.

—τὴνδ' ἐγὼ
Μεςὴν ἅπασιν ἐπονομάζας προπίομαι
Τοῖς συγγενέσι, πίσωμά γε Φιλίας ποιῶν
Ἔρωτα μικρόν. πνίγομαι γάρ. ἀλλ' ἐπιῤῥέφει.

Quæ ſequuntur de variis vini temperamentis, conferant ſtudioſi cum iis quæ de eadem re & Athenæus ſcripſit alibi, & Iulius Pollux aliique. ſtatut non longè Διοκλῆς ἐν Μελίσσαις. cuius & poetæ & fabulæ Pollux meminit libro 10. cap. 24. Scribe autem Dioclis locum hoc modo. Πῶς δὲ καὶ κεκραμένον πίνειν τὸν οἶνον δεῖ με; δ' τέτταρα καὶ δύο. *Quomodo temperatum vinum bibere me oportet? quatuor* aquæ, *vini duo*. hanc fuiſſe antiquiſſimorum Græcorum vini temperaturam, auctor Heſychius. τὸ πάλαι, ait, ἐκίρνατο τρία ὕδατος λαμβάνειν, τὸ δὲ τέταρτον οἴνου. Diſertim Athenæus hic contrarium ſcribit: qui ſubiicit Dioclèis verbis, ὅδ' ἂν κράσις αὕτη παρὰ τὸ ἔθος οὖσα, ἐπίμησε (ſcribo ἐφήνησε) τάχα καὶ τὴν θρυλλουμένην παροιμίαν, Ἢ πέντε πίνειν ἢ τρία, ἢ μὴ τέτταρα. quæ ita verte: *Ab hac igitur temperatura quæ præter conſuetudinē erat, natum fortaſſe prouerbium vſu tritum, aut quinque bibe, aut tria: non autem quatuor.* Idem tantùm paulo antè de hac craſi locos recitauit antiquiſſimi poëtæ Heſiodi, & Anaxilæ comici. Sed certiſſimum eſt, nullam fuiſſe communem omnibus Græcis certam κρᾶσιν. Ariſtophanes in Equitibus temperamenti meminit, quod ait eius interpres habitum omnium optimum: cùm quinque partium tres aquæ, duæ erant vini. Habent & medici ſuas κράσεις. Hippocrates quidem plurimis locis meminit τῆς ἴσον ἴσῳ, alibi aliarum. Admodum paulò pòſt deprauatus eſt hic locus Ἑρμίππου Θεῶν,

Ἔπειθ' ὅταν πίνωμεν ἢ διψώμεθα,
Εὐχόμεθα πρὸς τοῦθ' ὁ οἶνος ὑγιεινὰς † φύει
Οὐκ ἀστοῦ καὶ πηλοῦ 'γω Φέρω παίζων ἅμα,
Κ' αὖθις γεγένηται τῶν πέντε καὶ δύο.

præſtare hæc ſarta tecta non poſſumus, & fortaſſe aliquid deeſt. In ſecundo verſu, οἶνος ὑγιεινὰς μοι φύει ſcribendum, vel vt ferè habent membra πεδινὰ ὑγιεινὰς φύει, vel γίνεθ'. In tertio verò ſcribimus abſque controuerſia, Οὐκ τοῦ καπηλοῦ 'γω Φέρω. [*quod à caupone ego affero.*] Hermippi autem Θεῶν meminit Pollux libro nono in deſcriptione luſionis, quam πενταλιθα vocant. & comici interpres ad Veſpas & Aues: item Heſychius in μιλαξ & ἡλικία. Corruptus eſt & inſequens Anacreontis locus,

Ἄγε δὴ, φέρ' ἡμῖν ὦ παῖ κελέβην
Ὅπως ἄμυστιν προπίω,
Τὰ μὲν δέκ' ἐγχέας ὕδατος,
Τὰ πέντε δ' οἴνου κυάθους·
Ὡς ἂν ὑβριστιῶσαν ἀνὰ δηὖτε βασσαρήσω.

Fortaſſe ita corrigas non malè, τὰ πέντε δ' οἴνου κυάθους ὡς ἂν ὑβριστὴς ἀν Φρένα δῆθεν βασσαρήσω. vel, Φρέν' ἀναδείσας βασσαρήσω. vt cùm laxarian-

tē animū cyathis rigauero, furere incipiā. Scribe, Ἀχαιὸς δ' ἐν Αἴθωνι, σατυρικῷ, τοὺς σατύρους ποιεῖ δυσχεραίνοντας. negligentia operarum excidit vox ποιεῖ. Quænam erant illæ auditorum libationes, de quibus legimus hic. ἦσαν δὲ τῶν ἀκροατῶν ἐπιχύσεις, ὥς φησι Θεόφραστος ἐν τῷ Περὶ μέθης, παλαιαί. Eruditiſſimus Dalecampius, vt expediret ſe, mirificam interpretationem attulit: ſed enim libationes quas diſcipuli doctoribus facerent, nullas nouimus ex antiquorum monumentis. Exiſtimamus legendum, ἦσαν δὲ αἱ τῶν ἀκρατῶν ἐπιχύσεις. Tangit auctor morem aliquem diſſolutorum & ſtrenuorum potatorum. narrat ex Theophraſte eum morem antiquum non eſſe: quippe priſcis temporibus, nullam in vſu fuiſſe ἐπίχυσιν, niſi cùm diis libabant, vel cottabo ludebant. Ex iſtis intelligi vtcunque poteſt, epichyſim genus παιδιᾶς fuiſſe, cùm madidi conuiuæ cyathos in caput mutuò ſibi inuergerent: petulanter ſanè, & nimis improbè. Sed quid tumulentia non auſit? Non diſſimilia his ſunt quæ referimus libro primo, capite 14. Simillimum verò & fortaſſe hoc ipſum παιδιᾶς genus eſt, quod de temulentis Thracibus infrà non longè ſcribitur, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νομίζοντες. Quid ſi ſcripſit Athenæus, ἦσαν δὲ τῶν ἐρώντων αἱ ἐπιχύσεις? Nam ſoliti amantes in honorem & recordationem τῶν ἐρωμένων vinum ἐπιχεῖν. Suſpectum mox eſt δαίζειν verbum, cùm ait de cottabiſmo, ὄντος τοῦ παιγνίου Σικελικοῦ, καθάπερ καὶ Ἀνακρέων ὁ Τήιος πεποίηκε· Σικελικὸν κότταβον ἀγκύλῃ δαίζων. & cohærens huic ſententia parùm plena, διὸ καὶ τὰ σκολιὰ καλούμενα μέλη τῶν ἀρχαίων ποιητῶν πλήρη ἐστί. deeſt αὐτοῦ, vel ſcribēdum, ὧ δὴ καὶ τὰ σκ. In ſcholio Pindari. Ἀγάθωνι δὲ καλῷ κότταβον, poſitum καλῷ, pro ἐπικαλῷ, ſiue ἐπιφημίζω· *Agathoni cottabum hunc nuncupo*. vel ſcribe. Ἀγάθωνι τῷ καλῷ κότταβον. vt in Sympoſio Xenophontis, Ἀλκιβιάδῃ τῷ καλῷ. Quæ de menſa inter epulandum caderent, mortuis conſecrauit antiquitas, illa verè ἀρχαία & βασιλικῶς postquam id nos docuit Athenæus, ſubiicit, διὸ καὶ Εὐριπίδης περὶ τῆς Σθενεβοίας φησὶν, ἐπειδὴ νομίζει (malim, νομίζοι aut νομίσῃ) τὸν Βελλεροφόντην τεθνάναι.

Πεσὸν δέ νιν λέληθεν οὐδὲν ἐκ χερός·
Ἀλλ' εὐθὺς αὐδᾷ τῷ Κορινθίῳ ξένῳ.

Athenæi ſunt, non Euripidis, omnia quæ præcedunt verbum πεσόν. Sēſus eſt ſolitos veteres quæ de menſa cadunt amicis defunctis aſſignare. ideò Sthenebœā apud Euripidem, Bellerophōtis audita morte, quicquid ſub menſam, vt fit, caderet, illi ſtatim nuncupaſſe. Græca ita expone. *ideò etiam Euripides ait de Sthenebœa, poſtquam illa Bellerophontē mortuum putauit, Nihil eam quod manu cadat latet, Sed ſtatim id nuncupat Corinthio hoſpiti*. vel, *Sed ſtatim dicit, Corinthio hoſpiti.* factum eſto, videlicet, quod cecidit. Bellerophōtem Corinthium fuiſſe & in ipſius amorem incidiſſe Sthenebœam, Prœti vxorem, nemo neſcit. Scribe, καλῶς οἱ προσειμιαζόμενοι λέγ. Satis conſtat,

& nos alibi pluribus docemus, tragicos poëtas in Attico theatro non ſingulis fabulis: ſed quaternis ſolitos cum antagoniſtis de palma contendere. hæ quatuor fabulæ tetralogia dicebantur: quæ conſtabat è tribus tragœdiis, & ſatyrica fabula vna. Semper autem in tetralogia drama vnum fuit, quod σατυρικὸν & eſſet & diceretur. Exemplum σατυρικοῦ δράματος habemus hodiéque in Euripidis Cyclopibus: quam ex omnibus omnium poëtarum tragicorum eius generis fabulis, iam ſuo tempore extitiſſe vnicam ſcribit Euſtathius ad Odyſſeæ ῥαψ. σ. Athenæi ſeculo multæ adhuc fuerunt ſuperſtites: nam Æſchyli, Euripidis & Sophoclis plures ſatyricæ fabulæ, ab eo, & Polluce, atque aliis laudantur. Cùm hæc ita habeant, quomodo accipiemus quod legitur poſt aliquammulta? Καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐν δράματι σατυρικῷ φησὶν ὡς ἄρα — τὸ πιεῖν βίᾳ πίνειν, ἴσον κακὸν πέφυκε τῷ διψῆν βίᾳ. Sic loquitur, quaſi vnam aliquam ſolùm ſatyricam fabulam Sophocles feciſſet: quod ex ante dictis falſum patet. Nempe ita res habet: vel deeſt hîc proprium dramatis nomen: vel fuit inter Sophocléas olim quædam fabula, SATYRVS aut SATYRI inſcripta. Hoc putamus verum eſſe: nam & libro ſeptimo, capite quarto, inter eius poetæ dramata, titulum vnius commemorauimus, Σατυροι κωφοι: & memini Heſychium laudare Sophoclem in *Satyrico* vel *Satyriſco*. Sic ille, ἀῤῥαγὲς ὄμμα, οὐ δακρύον. ὡ τρόπῳ φαμὲν, κατεῤῥάγη μὴ δακρυον. Σοφοκλῆς Σατυρίσκῳ. Si cui placeat ita potiùs interpretari, *Sophocles in vna ſuarum ſatyricarũ fabularũ*, non nimis refragabor: cùm præſertim ita interdum loqui grammaticos recordetur Heſychius, ἀποφύλιοι ξένοι, οἱ μὴ ἔχοντες φυλήν. Αἰσχύλος Σατυρικῷ. Porrò inter alia Sophoclis ſatyrica dramata *Hercules* fuit: vt cognoſcimus ex Polluce libro 7. capite 25. De progreſſu vitiorum, & publicorum morum deprauatione loquens dipnoſophiſta, inter cætera ſcribit: ἐπεὶ δὲ τρυφᾶν ἤρξαντο, καὶ χλιδῶσι, κατεῤῥύησαν ἀπὸ τῶν δίφρων ἐπὶ τὰς κλίνας, καὶ λαβόντες σύμμαχον τὴν ἀνάπαυσιν καὶ ῥαστώνην, ἀνειμένως ἤδη καὶ ἀτάκτως ἐχρῶντο τῇ μέθῃ, χορηγούσης τῆς παρασκευῆς εἰς τὰς ἡδονάς. malè iſta capit eruditiſſ. Dalec. ita meliùs: *poſtea quam delicatè viuere ceptum, & homines luxu diffluunt, de ſellis in lectos* tricliniares *ſunt delapſi: atque ita vbi comes acceſſit quies & commoditas, remiſſo animo & diſſoluto ebrietati ſe dediderunt: fomites miniſtrante apparatu illo ad voluptates.* In nupera editione Athenæi ita ſcribitur hoc diſtichum Theognidis:

> Πρὶν μεθύειν δ᾽ ἄρξῃ γ᾽ ἀπανίστασο μή σε βιάσθω
> Γαστήρ, ὥστε κακὸν λατρεῖν ἰφη μορίον.

Quis malum hanc monſtroſam lectionem excogitauit? nam rectè quantum eſt librorum, ἐφημέριον. Sed aliquem ad iaculum huius editionis παραδιορθωτὴν impulit, vt ita ſcilicet emendaret, ineptiſſima verſio interpretis. Theognidis clara mens: Noli, inquit, venter te ſeruire tanquam aliquis vilis mercenarius, qui in dies ſingulos operas ſolent locare. Scribe in Crobyli verſu ἀπεστερῆσθ᾽ ἐμαυτὸν τοῦ σωφρονεῖν. non σωφρ. quod lex metri reſpuit, ſed φρονεῖν. quod extat paulo pòſt, vbi iterum hic locus. Sētentiam verò illam ſanè quā pulchram, quæ ſequentibus Alexidis verſibus continetur, aliis verbis Clearchus comicus expreſſit, ſtudioſi verſiculos vtriuſque poetæ comparent inter ſe. habentur Clearchéi initio libri 14. Quid ſignificetur illis verbis, ἐν τῇ διασκευῇ τοῦ φρυγός, ſcire licet ex [iis quæ ſcripſimus] lib. 3. cap. 26. Vinum quod in publicis Athenæi libris Σαμαγορειον ex Ariſtotele nuncupatur: in membranis eſt Σαμαγοιειον: in Excerptis Σαμόγηρον. nullus locus mihi notus vllo horum nomine.

CAPVT VIII.

Criticorum varia ſentētia de Alcæi loco. Alcæi alij loci variè illuſtrati & emēdati. ἀμφικύπελλον *& ἀμφικύπελλος* περίεργος. *Sophili comœdia* Ἐγχειρίδιον. *itē Menādri. Suidæ locus.* καταστάζω, ἐνστάζω, ἐπισοβεῖν. *vinum* ὑδαρὲς *&* κεκεραμένον.

REDITVRVS Democritus ad inſtitutum paulo ante ſermonem de variis modis temperandi vini, quorum mentio apud veteres extabat, Ἐγὼ δέ, inquit, ἐπεὶ παρεξέβην περὶ τῶν ἀρχαίων κράσεων διαλεγόμενος, ἐπαναλήψομαι τὸν λόγον. Ὁ (ita ſcribēdum) γὰρ τοῦ Ἀλκαίου τοῦ μελοποιοῦ λεχθεῖσα ἐπὶ τοῦ βαλλόμενος φησὶ γάρ που οὗτος, Ἔγχεε κίρνα εἷς καὶ δύο. Digreſſio quæ tractum περὶ κράσεων interrupit, inde cepit, ἤνεγκε δὲ τῶν ἀκρατῶν αἱ ἐπιχύσεις, ὥς φησι Θεόφ. &c. Locus Alcæi qui hic proponitur, & deinceps explicatur pluribus à Democrito, ita legendus, Ἔγχεε κιρνὰς ἕνα καὶ δύο. neque aliter paulo pòſt ſcriptum inuenias. Athenæi ſententia eſt, iubere Alcæum his verbis, vt puer à poculis vinum de more in cratera miſceat, eo κράσεως genere quod vocabatur εἷς καὶ δύο, cùm infuſis in craterem cyathis duobus vini, aquæ vnus infunditur. Alij Critici aliter cenſuerunt, vt Chamæleo Ponticus: qui negans de temperatura vini locutum eo verſu Alcæum, ſignificari à ſobrio poëta voluit, ſe in compotationibus vnum primò poculum meri ſolitum educere, deinde duo, non amplius. Hic ita Athenæus: ἐν τούτοις γάρ τινες, οὐ τὴν κρᾶσιν οἴονται λέγειν αὐτὸν ἀλλὰ σωφρονικὸν ὄντα, καθ᾽ ἕνα κύαθον ἄκρατον πίνειν καὶ πάλιν κατὰ δύο. Auctorem huius interpretationis, & ſuum de illa iudicium proximis verbis aperit Democritus. τοῦτο δὲ ὁ Ποντικὸς Χαμαιλέων ἐνδέδυκται τῆς Ἀλκαίου φιλοινίας ἀπείρως ἔχων offendit hæc oratio aures noſtras: & videtur τούτῳ ſcribendum. *Hac interpretatione*, ait, *demonſtrauit ſe Chamæleon Ponticus temulentiæ Alcæi ignarum.* Hic eſt Chamæleon Heracleota, qui de Ebrietate opus conſcripſerat: cuius facta eſt paulo antè mentio. meminit eius libri etiam Clemens Alex. Stromat. libr. primo. In eo commentario locum Alcæi tractauerat. Sed parum fuiſſe

fuisse versatum Chamæleontem in Alcæi poësi, probat mox Democritus. κατὰ γὰρ inquit, πᾶσαν ὥραν, καὶ πᾶσαν περίςασιν πίνων ὁ ποιητὴς οὗτος εὑρίσκεται. id est, *nam quacunque anni tēpestate, & quocunque suarū rerum statu sine tristi sine læto*, (hoc significat κατὰ πᾶσαν περίςασιν,) *poeta hic bibens reperitur*. deinde quod ἄθρους hic dicitur, sigillatim probatur à Democrito. Profert Alcæi testimonia de suis potationibus primùm hibernis, æstiuis, & vernis: deinde in rebus aduersis, & rebus secundis. De hyeme verba Alcæi sunt:

Ὕει μὲν ὁ Ζεύς. ἐκ δ' ὀρανῶ μεγας
Χειμών. πεπάγασι δ' ὑδάτων ῥοαί.
Κάββαλε τὸν χειμῶνα, ἐπὶ μὲν τιθεὶς
Πῦρ. ἐν δὲ κιρναὶς οἶνον ἀφειδέως
Μελιχρὸν αὐτὰρ ἀμφὶ κόρσᾳ μαλθακὸν
Ἀμφι γνόφαλλον.

In quarto versu tmesis poëtica est ἐν δὲ κιρναὶς, pro ἐγκιρναὶς δὲ. hoc verò Doricum pro ἐγκιρνάς. sic ὀλέσαις apud Pindarum pro ὀλέσας, & similia alia. Sequentia exprimit Dalecampius sic: *Mellitum vinum largius tempera: sed capiti lene, obsecro ū vtrinque*. Censuit nimirum legi debere ἀμφικνέφαλον: quā vocē restituebat idem in ænigmate de ichneumone, quod recitatur ab Athenæo infra hoc ipso libro sub finem. Nobis videbatur restituenda hoc loco dictio ἀμφικεφαλον. vt sit mens Alcæi: præsidium aduersus hyemem petēdum esse ab his tribus: igne luculento: optimo vino: & molli lecto. Genus lectorum fuit quos ἀμφικεφάλους vocabant, auctore Polluce lib. 10. capite 6. plura de ea voce infrà, capite 18. Sed hanc interpretationem vix admittāt poetæ verba. Nam qualis esset hypallage? *circa caput lectus esto*. Quare de emendatione quidem nihil muto: verùm ἀμφικεφαλον hîc *puluinum* interpretor, non *lectum*. Sequitur, θέρους δὲ, τέγγε πνεύμονας οἴνῳ. Ita exarati manu: pro τέγγε vel τέγγε, vt scriptum referunt alij. De tempestate verna, sic ex Alcæo Athenæus: τοῦ δὲ ἔαρος, ἦρος ἀνθεμόεντος ἐπάιον ἐρχομένοιο. Dalecamp. emēdat ἐπᾴειν. vt id probetur, quod instituit docere: similis est vero hæc correctio, non vera, iudice me. nam rectum est ἐπάιον. Principium est odæ: quo ait poeta, iam ver aduenisse: & statim vinum sibi misceri iubet in cratera. Audiamus Athenæum: καὶ προελθών, ἐν δὲ κίρνατε τὸν τῶ μελιαδέος ὅττι τάχιστα κρατῆρα. id est, *& postea ait Alcæus in eo carmine, misce quantocyus in cratera vinum suauissimum*. Quod modò dicebamus, κατὰ πᾶσαν περίςασιν significare, *quocunque rerum suarum statu, læto aut tristi*, certissimum est ex creberrimo auctorum vsu. Dalecampius tamen vertit, *quouis statu cæli*. Itaque non mirum malè cepisse eum postea Athenæi verba, quibus probat quod antè dixerat: Sunt autem hæc: ἐν δὲ τοῖς συμπτώμασι. id est, *bibisse Alcæū rebus aduersis*, patet ex istis: sequuntur verba Alcæi: οὐ χρὴ κακοῖσι θυμὸν ἐπιτρέπειν. προκόψομεν γὰρ οὐδὲν ἀσάμενοι ὦ Βακχί. φάρμακον δ' ἄριστον οἶνον ἐνεικαμένοις μεθυσθῆναι. Legendum θυμὸν non μῦθον. *haud par est malis animū permittere*: hoc est, cogitationi aduersorum casuum se dedere, & luctui indulgere:) *proficiemus enim nihil, cum nos cruciauerimus: ô Bacchi: remedium verò optimum est, si vino huc allato ad ebrietatem vsque biberimus*. Sequuntur verba Athenæi: ἐν δὲ ταῖς εὐφροσύναις: id est, *rebus lætis bibisse Alcæum* constat ex his. tum recitantur Alcæi hæc, νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν πονεῖν, ἐπεὶ δὴ κάτθανε Μυρσίλος. Lego καί τινα πρὸς βίαν πίνειν. *Nunc oportet ebrium fieri, & vel inuitū bibere: quando Myrsilus obiit*. In primo sequentis ῥήσεως Antiphaneæ versu, habent omnes etiam M S S. Ἀπόθες ὦ γλυκυκυδαρίων ἐοίχειν σοι. Variè possis concinnare. Ἀπόθες ὦ Γλύκων. ὕδαρῆ γ' ἐοικέν σοι. nempe εἶναι aut πόσιν. vel ὦ Γλαῦκε. siue, ὦ γλυκύτης, ô *mea dulcedo*. De ea mixtione quæ vocabatur ἴσον ἴσῳ, recitantur hæc Alexidis è Dorcide, —τῆς φιλοτησίας ἐγὼ Μέσως προπίνω ἴσον ἴσῳ κεκερασμένας. Lege [illegible] τῇ. *cui ego prabibo amoris pocula temperata par pari*. Citatur etiam comicus Sophilus ἐν Ἐγχειριδίῳ. haud scio an verè. nam Suidas olim scriptum reperit in suo codice, ἐν Χειριδίῳ: sicut testatur ipse in iis quæ scripsit de Sophilo. Fecerat sanè & Menander *Enchiridium* inscriptam fabulam: cuius mentio hoc ipso libro, & alibi. In ecloga ex Alexidis *Tocista*, sic ista distingue.

Ἡδύ γε τὸ πῶμα. π. [illegible] ὁ Βρόμιος τρυφῇ.
Θάσιος. ὅμοιον καὶ δίκαιον, τοὺς ξένους.

Illud τρυφῇ, insertum orationi præter rem, accipio pro *delicias facis: rides*. Cautè accipe verba Athenæi: quibus explicat verbum καταβαίνειν in istis Menandri.

Ὀκτὼ λαβὼν ἐπιχῶν ἀνεβόα καὶ δώδεκα
Κυάθους, ἕως κατέσεισε φιλονεικούμενος.

Subiicit his Athenæus καταβαίνειν δὲ ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς ποτοῖς καταπιπτόντων. postremum verbum interpretes impulit, vt crederent καταβαίνειν, in Menandri similibúsque locis, de iis dici qui vino graues caderent. falluntur autem: nam contrà de iis vsurpabant hoc verbum, qui sobrij ipsi alios cogebant bibere ad ebrietatem vsque, & donec caput declinarent, & puluino fulcirent, si mensæ accumberent: aut humi caderent, si ingredi conarētur. Cautè igitur capiendum τὸ καταπιπτόντων. nam si volumus accuratè loqui, non ἐπὶ τῶν καταπιπτόντων vsurpabatur verbum καταβαίνειν. verùm de iis qui facerent alios καταπίπτειν. propterea addit: τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν κληρτικῶν καταβαινόντων. Nemo dixerit fructus qui cadunt καταβαίνειν: sed saltuarium qui perticā eos decutit. Etiam pro *inuergere vas in aliquē* καταβαίνειν posuerunt Philemon in Phasmate, ἐπεὶ δὲ ἡ Ῥόδη κυμβίον ἀκράτου κατέσεισεν ὑμῖν ἄνω, vel ἐσέσεισεν. Philetærus, ἐνσείσας μεστὴν ἴσον ἴσῳ μετανιπτρίδα μεγάλην. idem significat interdum & ἐπισείειν Alexidis, ἅτα τετράκοτύλον ἐπισείσῃ κυάθοις μέσαι. Diodori Sinopensis versus peruersè scripti editi quisunt. Nescieuerunt discrimē facere inter vinum ὑδαρὲς & κεκραμένον, qui in lepida historia de Lysandro scripserunt contra librorū fidē, οὐ κεκραμένον ἐκέλευσεν αὐτὸν πωλεῖν. res ita habet: animaduerterat

Lysander caupones qui suum sequebátur exercitum, vinum ὑδαρὲς vendere: hoc est, immixtâ aquâ corruptum pro mero. ille vt eorum fraudi obuiam iret, iussit temperatum vendere, non aliter. Duo inde necessariò sequebantur: vt nemini dilutum vinum pro mero posset obtrudi: nam lex merum emere non sinebat: & vt caupones cogerentur vinum sincerum emere, vt posset ab iis vendi temperatum. nam vappa aut lora, vel sine vlla generositate villum, cuiusmodi fuit illud cauponeum ὑδαρὲς vinum, emptorem vix ac ne vix quidem inueniat, si temperatum vendendum sit. Legendum hoc modo: τὸν οἶνον ὑδαρῆ πωλούντων τῶν καπήλων ἐν τῷ στρατοπέδῳ, κεκραμένον ἐκέλευσεν αὐτὸν πωλεῖν. ἵν' αὐτὸν ἀκρατέστερον ὠνοῖντο. In tertio Alexidis melius est, ἐν τοῖς συμποσίοισιν οὐ πίνεται ἄκρατον.

CAPVT IX.

Vinum ἠλφιτωμένον. Δημήτερος ἀκτή. κυκλῶν θίασον. λῆσις. Lacedæmoniorum sobrius victus. Nestoris poculum Ἄρεως φιάλη. Poculum datum muneri, vt symbolum ἀνδρείας. Siti nihil πολυποθητότερον. Restituuntur multi loci Æliani, & vnus Epiphanij. Ἀλεξάνδρου πότον. alia multa.

AIT dipnosophista, ἐν Θάσῳ ἢ μᾶλλον τοῦτον ἔπινον οἱ πολλοὶ καὶ ἄλφιτα ἐπιβάλλοντες τῷ οἴνῳ. Libri primi capite octauo mentionem vini faciebamus, cui esset aliquid σιτῶδες admixtum: idque plus virium habere quàm simplex & planè merum dicebamus. An ij de quibus hîc scribitur, eò respexerint, non facilè dixerim. In Excerptis scriptum est ex hoc loco, ὅτι πολλοὶ ἀπαλφιτίζοντες τὸν οἶνον ἔπινον. non ineptum verbum finxit ἀπαλφιτίζειν, pro *farina bordeacea vinum respergere*. Athenæus mox ἀπαλφιτοῦν. In primo Mnesimachi versu Ἐπαλφίτου πίνοντα τοῦ θέρους ποτὲ ἰδὼν Σελεύκου, non abest quin sit mendum. Fortè, Ἐπ' ἀλφίτοις π. In septimo, Ἑσμὸν μελίσσης τὸν ἀκρολόχου γλυκυῶν, non concoquo vocem ἑσμὸν: non enim apes, sed mel videtur intelligere. eâ voce seruatâ γλυκυὼ scribendum, non γλυκύ. & ita Excerpta: vbi est ἀκρεγχόλου pro ἀκρολόχου. In penultimo, Δημήτερος ἀκτῆ πᾶν γεφυρώσας ὑγρόν. non damno penitus γεφυρώσας: sed neque displicet coniectura nostra, γὲ φυρώσας. Est autem Δημήτερος ἀκτὴ periphrasis farinæ, poëtis familiaris, vt iam alio loco diximus. In vltimo Κατησίμωσα πῶμα καύματος λύσιν, nouè καθισιμοῦν pro *conficere, parare*. nam αἰσιμοῦν est consumere. Nemo, cui in literis cor sapiat, dubitabit corrupta esse quæ sequuntur, ὁ δ' αὐτὸς ἱστορεῖ καὶ Θηράσι ταῖς νήσοις ἐπιτακτόντα λεκιθον ἀντὶ ἀλφίτου πίνειν. deest nempe proprium alicuius viri nomen: si quidem rectè scriptum ἐπιτάκτοντα. Legebam, ἱστορεῖ καὶ Ἀνθέαν τὸν ταῖς νήσοις ἐπὶ τ. id est, *narrat idē de Anthea, qui à Seleuco rege fuerat in-sulis præfectus* Sed reperi postea in Excerptis ita scriptum, ἱστορεῖ τινὰς ἐπιπάττοντας λέκιθον ἀντὶ ἀλφίτου πίνειν. Quare ita fortè locus concipiendus. ὁ δ' αὐτὸς ἱστορεῖ καί τινας τοῖς οἴνοις ἐπιπάττοντας λέκιθον. id est, *narrat idem quosdam farinæ loco vinum aspergere vitello oui. & ita bibere* In quarto Critię versu, Μήδ' ἐπὶ δεξιτερὰν χεῖρα κυκλοῦν θιάσου: meliùs θιάσοις. Est autem κυκλοῦν θίασον, in orbem per singulos conuiuas poculum ducere. respicit enim ad morem τοῦ περιφέρειν τὸ ποτήριον: quod à dextris fieri incipiebat. Scripsimus in 12. λῆσις δ' ἐκλήκει μνημοσύνην πραπίδων: *obliuio delet memoriam ex animo*. λῆσις idem est ac λήθη: sic Epit. rectè. priùs erat λῆσις. quod non probo. Scribi deinde debet, Τέρψασαί σε λυποῦσ' εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. Postea lege ac distingue.

Ἡ Λακεδαιμονίων δὲ δίαιθ' ὁμαλῶς διάκειται:
Ἔσθειν καὶ πίνειν σύμμετρα πρὸς τὸ φρονεῖν,
Καὶ τὸ πονεῖν εἶναι δυνατοὺς εἰς ἅπαντα
Ἡμέρα οἴνωσαι σῶμ' ἀμέτροισι πότοις.

In secundo versu negotium facessunt postrema verba quid si ita scribamus? σύμμετρα πρὸς τὸ φαγεῖν Καὶ τὸ πιεῖν εἶναι δυνατούς. Spartanorum diæta est, sic edere & bibere, vt cùm recedunt de mensa, adhuc possint edere & bibere. Sapientum est præceptum fugi. ndam esse πλησμονήν, & nunquam ad satietatem vsque bibendum aut edendum. Etiam magnus medicorum Apollo iubet ἀσκεῖν ἀκορίην τροφῆς. Ait de Agamemnone, ὃν οἷς πολυποτίην ἐπιπλήσσει Ἀχιλλεύς. respiciens hunc poëtæ versum: Οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο. Ait de Nestore, & eius poculo illo nobili, ἐστρατεύετο μετ' αὐτοῦ. interpretes, *siquidē cum poculo is prælibabatur*. confundunt στρατεύεσθαι & μάχεσθαι res diuersissimas. nusquā in Homero leges Nestorem cum poculo pugnantem. Sed facit eum poëta in expeditionē profectum cum suo poculo. id autem est στρατεύεσθαι, *obire militiā*. Non absurdè autem dicit Athenæus, Nestoreum istud poculum, Ἄρεως φιάλην posse dici, κατὰ τὸν Ἀντιφάνους Καινέα. vnde discimus, Antiphanem comicum in *Caneo* ita locutum: sed quid appellauerit poëta *phialam Martis*, nescimus: quia corrupta sūt illius verba quæ descripserat auctor hoc loco. Aristoteles libro de Poëtica: ὁμοίως ἔχει φιάλη πρὸς Διόνυσον, καὶ ἀσπὶς πρὸς Ἄρην. ἐρεῖ τοίνυν καὶ τὴν ἀσπίδα φιάλην Ἄρεως, καὶ τὴν φιάλην ἀσπίδα Διονύσου. Eadem penè verba in Rhetorica ad Theodecten, non vno loco, sine vlla Antiphanis aut alius poëtæ mentione. [Eustathius in Ερωτικοῖς libro secundo imitatus est, cùm hastam vocat *graphiū Martis*. Sic ille in ecphrasi Fortitudinis, ἀσπὶς τῇ λαιᾷ τῇ δὲ δεξιᾷ εἰς βέλος τῇ στρατιώτῃ τῇ δ' αὖ ἑτέρᾳ δόλιχον ἔγχος γραφεῖον Ἄρεος. cui simile est, quod dixit idem libro 4. stimulum quo boues vrgentur ab aratoribus, esse γηπόνων ἀνδρῶν γραφεῖον, ὃ βάπτεται, οἷον τοῖς βοῶν τοῖς αἵμασι, καλλιγραφεῖ δὲ τὴν γῆν.] Sequitur de alio Nestoris poculo, quod dono datum ei est ab Achille Ἀλλὰ μὴν καὶ διὰ τὴν φιλοποσίαν ὁ Νέστωρ καὶ παρ' Ἀχιλλέως λαμβάνει δῶρον φιάλην ἐν τῷ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἐπιτελουμένῳ ἀγῶνι. οὐχ ὅτι καὶ οὐχὶ τῷ νικηθέντι, ἔδωκε δέπας ὁ Ἀχιλλεύς

Ἀχιλλεύς. τοῖς γὰρ φιλοπόταις ἡ παρίσταται τὸ νικᾶν διὰ τὸ ῥᾳθυμεῖν. Leuiter corrupta est penultima periodus, mens tamen clara, si vel mediocriter attendissent interpretes. Caussam affert dati poculi ab Achille Nestori. fortasse, ait, ratio fuit, quòd id munus erat symbolum ἀδρανείας, & effœtarum virium. Quare etiam alij, qui victus in eo funebri spectaculo fuerat, datur itidem poculum ab Achille agonotheta. Respicit illum versum eiusdẽ libri, Τῷ δ' ἄρα νικηθέντι τίθει δέπας ἀμφικύπελλον. auctoris verba fingi variè & reformari possunt: simplicissimum fuerit, ὅτι καὶ τῷ νικηθέντι. id. ὁ Ἀχ. Quod autem addit, ὁ δ' Εὔμηλος λαμβάνει θώρακα δραμὼν ἄθλον ἐπισφαλῶς καὶ ἀμοχθεὶ ἀσφαλείας ὅπλον. id eò spectat, vt probetur Achillem apud principem vatem iudicio diuisisse munera, & id cuique attribuisse quod ei erat conuenientissimum. Eumelo igitur, qui in curruli certamine periculosè cucurrerat non sine labore, dat thoracem: quod armorum genus tutamen corpori præstat. Sententia auctoris hæc est: sed pro καὶ ἀμοχθεὶ, scribendum omnino καὶ οὐκ ἀμοχθεί. vel ita potiùs, ἐπισφαλῶς καὶ ἀμυχθεὶς. nam Excerpta optima habent καὶ δὲ μυχθεὶς. quod quia Græcum non est, scribendum ἀμυχθεὶς, id est, *periculosè & leuiter etiam læsus*. Homeri de Eumelo versus istos respicit.

> Αὐτὸς δ' ἐκ δίφροιο παρὰ τροχὸν ἐξεκυλίσθη,
> Ἀγκῶνάς τε περιδρύφθη, στόμα τε ῥῖνάς τε
> Θρυλίχθη δὲ μέτωπον ἐπ' ὀφρύσι.

Cùm scribit, τὸ δὲ δίψης οὐδὲν ἐστι πολυποθητότερον, significat, nullum esse affectum qui acriora aut plura desideria in nobis excitet, quàm sitis faciat. desiderium intellige liquoris. vocem πολυποθητον actiuè accipit, quæ propriè passiuè sonat. atque ita sumitur statim in proximis verbis, quæ contra auctoris mentem capiunt interpretes: διὸ καὶ τὸ Ἄργος πολυδίψιον ὁ ποιητὴς ἔφη, πολυπόθητον διὰ τὸν χρόνον. hoc est, *propterea poëta appellat Argos πολυδίψιον, multum desideratum propter longi temporis absentiam.* Frequens est apud Homerum, πολυδίψιον Ἄργος ἱκοίμην: sed id epithetum variè antiqui sunt interpretati. In posteriore Sophoclis senariorum,

> Διψῶντι γάρ τοι πάντα προσφέρων σοφὰ,
> Οὐκ ἂν πλέον τέρψειας ἢ πιεῖν διδούς.

Scribendum suadente metro, τέρψειας, ἢ πιεῖν διδούς. *sitientem nullâ orationis elegantiâ ita oblectaueris, ac si dederis quod bibat.* vel τέρψειας, ἢ πιεῖν διδούς. *frustra tentes sitientem eruditis sermonibus oblectare, si potum non dederis.* Ἐρῶ an Græcum sit, pro *amo* aut *cupio*, admodum dubito. sic tamen in subiectis hisce Archilochi, μάχης δὲ τῆς σῆς ὡς διψέων πιεῖν, ὡς ἐρῶ. sed arbitror scribendum, ἐρέω. Platonis locus extat in octauo de Republica. inde rescribe, κακῶν οἰνοχόων προστατούντων τῇ πόλει. etsi iterum aliquanto post προστάντων. De Alexandri M. temulentia, & ephemeridibus in queis dies fuerãt adnotati, per quos ille crapulam edormiebat; Plutarchus quoque facit mentionem, & Ælianus ποικίλης libro tertio, capite 23. in extremo eius capitis scribe, ὡς καὶ Εὐμένης ὁ Καρδιανὸς καὶ ἐκ πιεῖς ἔστι. clarum & certum ex hoc Athenæi loco. in omnibus editionibus, ὡς καὶ δὲ μὲν ὁ Καρδ. simili errore soluta, & corrupta nomina propria inuenias plurima. In Ancyroto Epiphanij, ὁ δ' ἐφ' ἡμῶν ἕτερος κωμικός φησιν, οἱ θεὸν σέβοντες, ἐλπίδας ἔχουσι καλὰς εἰς σωτηρίαν. ineptissimè. Scribe, ὁ δὲ Φιλήμων ἕτερος κ. Theophilus ad Autolycum libro tertio, τίνι οὖν αὐτῶν πειθόμενοι Φιλήμονι τῷ κωμικῷ λέγοντι. οἱ γὰρ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλὰς ἔχουσιν εἰς σωτηρίαν. Sed potest vnus Ælianus plura exempla similium errorum nobis suggerere. Vt cùm libro eodem cap. 20. ita scribitur, ὁ δὲ Λύσανδρος, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἶπε δότε τοῖς εἰδόσιν. ἐλευθέρῳ γὰρ οὐκ ἔστι βρῶμα. Legendum est, τοῖς Εἵλωσι. Liberis hominibus, ait, non conuenit hic delicatus cibus: date igitur Eilotibus. Nota est historia. Item cùm libro secundo, vbi vinosos enumerat, postquam in id album Agronem regem Illyriorum retulit subiicit: καὶ ἕτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς Γραιὸς πίνειν καὶ οὗτος ἐστ' ἑαυτῷ ἀκρατῶς. restituendum, καὶ ἕτερος Ἰλλυριῶν βασιλεὺς Γέντιος, πίνειν καὶ οὗτος ἔσχε ἀκρατῶς. hic est Gentius Persei compotor, qui bello Macedonico implicitus, mox Anicio Romanorum Imperatori triumphum de se peperit. Athenæus quoque aliquanto pòst inter πολυπότας istum recensuit, Gentionem nominans, vt dicemus. Libro eodem, capite 33. Ψωφίδιοι Arcadiæ populus nominantur, qui Ψωφίδιοι erant dicendi ex libris geographorum. ibi etiam scribitur, Χερρονήσιοι δὲ εἰδοῖ Κνίδου. καὶ αὐτοὶ τὸν αὐτὸν ποταμὸν ὅμοιον, humanâ videlicet formâ effingunt, quis ille αὐτὸς fluuius? interpretes Alpheum significari putarunt, cuius proximè facta ibi mentio. non videtur recta hæc sententia: & omnino falsa est. Lego, καὶ αὐτοὶ τὸν Κνίδον ποταμόν. Cnidus fluuius inter nobilissimos nominatur etiam Aristidi, in laudatiuncula putei Æsculapij. capit. autem 31. inter antiquos atheos clari nominis, *Sosias* quidam recensetur: qui in rerum natura nunquam fuit: sed vel Ἱππίας, vel Γοργίας scribendum, inducto seruili nomine. Libro sexto, capite 13. memoratur ἡ Λευκανίου περὶ Βόσπορον τυραννίς: cùm Λεύκωνος sit verum nomen. Leuconem tyrannum & eius posteros intelligit: quorum nota ex historia Græca & oratoribus tyrannis. Similia his sexcenta in eo scriptore aliisque, nobis pridem obseruata. Verùm ad institutum. Menandri locum hic recitatum ita scribe, κοτύλας χωροῦν δέκα ἐν Καππαδοκίᾳ κόνδυ χρυσοῦν Στεφάνια, τρεῖς εἶπον μεστόν γε. De condy poculo adi librum sequentem, vnde hæc correximus. Verte ista, Νικοβούλη δὲ ἢ ὁ ἀναθεὶς τοῦτο τὸ συγγράμμα, φησίν. *Nicobula, aut is qui huius nomine scripta illa edidit.* Nicobulam hanc & libro duodecimo in simili sermone laudat. Circumferebatur in Alexandri conuiuio meri poculum omnibus conuiuis educendum: cùm ad Callisthenem id peruenisset, homo tristis & liberi spiritûs accipere recusauit. Quærenti deinde cur non biberet, respondit, οὐ δεῖν δέομαι,

Ἀλεξάνδρου ποιῶν, τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖ. *Faciendum non est, vt ego cùm Alexandri* poculum *bibero, Æsculapio opus habeam.* Ita emandaueramus hunc locum è membranis. Quid profuit? Ἀλεξάνδρου ποιῶν: pro τὴν Ἀλεξάνδρου ποιῶν. Loco eorum verborum quæ referuntur ex epitaphio Darij apud Strabonem libro 15. hoc tantùm, ΠΑΝΤΑ ΠΟΙΕΙΝ ΗΔΥΝΑΜΗΝ.

CAPVT X.

Charidemus Orita. χανδὴ κύλιξ. μουσικὸς ἀγὼν ἐγκώμιον. *Æliani locus animaduersus. Mos diis consecrandi coronas conuiuiales. Simulacra Deûm pro foribus.* γεραραὶ *sacrorum ministræ quæ Baccho fiebant in Limnis. Dionysius Metathemenus.* παιδοκτόνοι.

CTESIAS *narrat*, inquit, παρ' Ἰνδοῖς οὐκ ἐξεῖναι τῷ βασιλεῖ μεθυσθῆναι. vel τὸ ἐξεῖναι positum pro ἐξεῖναι. vel deest vox νόμιμον: aut scribēdum ἐφεῖσθαι vt statim, παρὰ δὲ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐφεῖσθαι μεθύσκεσθαι. Mox de impotentia temulentorum ad generationem: ἐξυδροῦσθαι γάρ φησιν Ἀριστοτέλης τῶν πινόντων τὴν γονήν. scribe ἐξυδαροῦσθαι familiare philosophis verbum: quo tamen non vtitur Aristot. hanc quæstionem tractans, in iis quidem problematis quæ hodie extant. Ait de Philippo Macedone, Φίλιππος ἦν τὰ μὲν φύσει μανικὸς, καὶ προπετὴς ἐπὶ τῶν κινδύνων, τὰ δὲ διὰ μέθην. ἦν γὰρ πολυπότης, καὶ πολλάκις μεθύων ἐξεβοήθει. non displiceat ἐπὶ τὸν κίνδυνον. at qui scribunt ἐξεβόησε non sunt ferendi. minùs cùm neglectis vocibus τὰ μὲν & τὰ δὲ, sententiam philosopho dignam, messore indignam reddent. Est autem hæc: *Philippus partim naturâ furiosus erat, & temerarius in obeundis periculis, partim ob temulentiam: plurimum enim bibebat: ac sæpe vino madidus vt suis opē ferret, in hostes iuit.* Iterum de eodem, πιὼν δὲ τὴν νύκτα πᾶσαν καὶ μεθυσθεὶς πολὺ, καὶ παίξας. Lege cum Hœschelianis Excerptis, πολλὰ καὶ παίξας, *cùm multum lusisset.* Deinde ait auctor, φιλοπότας δὲ καὶ μεθύσους καταλέγει Θεόπομπος. Cōfer hunc vinosorum catalogum cum eo qui apud Ælianum libro secundo Variæ historiæ, c. 41. & disce hinc vnde ille habeat. De adulatoribus Dionysij iunioris tyranni satis libro sexto. Scribendum, vt alibi monebamus, διὸ καὶ κληθῆναι Διονυσοκόλακας. non autem Διονυσιοκόλακας. *Hipparinus* in nostris libris rectè, qui *Hipparion* in Æliano. Qui in hoc albo sextus nominatur tam Athenæo quàm Æliano, Charidemus est Orita Euboeensis, Scellij F. Cotyis Thraciæ regis gener, & ducum Chersobleptæ regis vnus. Ciuitate donatum esse, fauēte & adnitente Demosthene, calumniatur Dinarchus. Extat tamen Demosthenis oratio quam contra eos scripsit, qui nimiis honoribus eum publicè affici studebant. De hoc etiam accipiendum quod narrat Polyænus lib. 3. Nam fuisse ab Orita Charidemo Ilium captam, testis etiam Demosthenes, in ea contra Aristocratem. An hæc sit tertia Ilij ἅλωσις quam apud Lycophronem deflet Cassandra: imò an ita debeat ille versus accipi, alibi disputamus. Epigramma quod narrat dipnosophista tumuli potatoris Arcadionis fuisse insculptum quatuor versibus, Excerptorum auctor in duo contraxit, hoc modo:

Τοῦ πολυκώθωνος τοῦτ' ἠρίον Ἀρκαδίωνος.
Ὃς ζάνεν ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος.

non est autem χανδὴ κύλιξ, *poculum ore hiante haustum*, vt fingit vir doctus, sed magnum & capax. Hesychius χανδὸν explicat πολύ. eidem χανδὸν πιεῖν dicitur esse, bibere ἀθρόως ὅλῳ τῷ στόματι. *vno spiritu ore toto.* Octauus in albo polypotarum & Æliano & Athenæo est Erasixenus. vel, vt habēt M S S. Erysixenus, de quo recitatur hic epigramma istud,

Οὐ βαθὺ οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἐφεξῆς
Ἀκρήτου φαιρεῦς ᾤχετ' ἔχουσα κύλιξ.

Dalecampius legit τὸν βαθὺν οἰνοπ. & habet hæc emendatio manifestam rationem: quia tamen omnes libri habent οὐ βαθὺ, possumus ex ea lectione hanc sententiam elicere. Erysixenum, qui non erat strenuus potator, neque altus vini gurges, rapuit alterum meri poculum. Scrib. Χάρης ὁ Μιτυληναῖος ἐν ταῖς τῶν περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίαις. Ex hoc auctore scribit, ὅτι καὶ ἐπὶ τῷ μνήματι τοῦ Καλάνου διέθηκεν Ἀλέξανδρος γυμνικὸν ἀγῶνα καὶ μουσικὸν ἐγκώμιον. Postremam vocem præter aliorum consuetudinem adiecit siue Chares, siue Athenæus. Ælianus sic narrat ex eodem, ἀγῶνα μουσικῆς καὶ ἱππικῶν καὶ ἀθλητῶν διέθηκε. Pergit dipnosophista, & narrat ex Timæo, ὡς Διονύσιος ὁ τύραννος τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ τῷ πρώτῳ ἐκπιόντι χόα ἆθλον ἔθηκε στέφανον χρυσοῦν. καὶ ὅτι πρῶτος ἐξέπιε Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος, καὶ λαβὼν τὸν χρυσοῦν στέφανον, καὶ ἀναλύων τῷ Ἑρμῇ τῷ ἱδρυμένῳ ἐπὶ τῆς αὐλῆς ἐπέθηκεν. Meminēre huius historiæ duo scriptores alij, Ælianus & Diogenes Laërtius: omnes ex Timæo sumpserunt dubio procul: etsi solus Athenæus auctorem illum laudet. Est verò quod in vtriusq; illorum narratione lectorem moneam οὐδὲ πάρεργον. Ait enim Ælianus, Καὶ ἐν Διονύσου δὲ τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ προὔκειτο ἆθλον τῷ πιόντι. Nulla factâ mentione Dionysij tyranni, apud quē ista acciderunt. sed videtur scripsisse Ælianus. Καὶ ἐν Διονυσίου δὲ τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ. id est, *etiā apud Dionysiū in festo Choûm.* Corrupēre illius verba qui putabant Athenis hoc factum: quòd scirent eo nomine festum Baccho sacrum in ea vrbe celebrari. Diogenis autem Laërtij verba sunt lib. quarto, καὶ χρυσῷ στεφάνῳ τιμηθέντα ἐπ' ἆθλῳ πολυποσίας, τοῖς καταχυσὶ παρὰ Διονυσίῳ, ἐξιόντα θεῖναι πρὸς τὸν ἱδρυμένον Ἑρμῆν. non video quid sibi illa velint τοῖς καταχυσί. Ex ipso argumento historiæ lego, τοῖς Χουσί, *festo Choûm.* Quod autem dicitur Xenocrates discedens è conuiuio coronam ibi acceptam diis consecrasse: narrat simile factum legatorum Romanorum apud Ptolemæum Ægypti regem Iustinus libro 18. *Missi à Senatu in Ægyptum legati, cùm ingentia sibi à Ptolomæo rege missa munera spreuissent, interiectis ad cœnam*

inuitatis

inuitatis, aureæ coronæ missæ sunt, quas illi honoris caussa receptas, posterâ die statuis regis imposuerût. Moris autê fuit veteribus habere præ foribus ç'ium suarum alicuius numinis simulacrum: vt plurimùm Mercurij: quem positum fuisse ait Athenæus ἐπὶ τῆς αὐλῆς, id est, in primo domus aditu sub dio. Ælianus simpliciter, πρὸ τῶν θυρῶν. Manifestum est anacoluthum: cùm de solemnitatis Choûm institutione scribit, πρὸς ἣ τὰ ἱερὰ ἐ ... αὐτῷ ... : nam erat dicendum ... , vt superioribus congrueret. sic autem Homerus sæpe: sic optimi quique auctores. *Limnæ* loci nomen fuit Athenis: vbi in honorem Bacchi Lenæa agitabant, vt libro sexto dictum cap. 15. Sacra etiam ibi fiebant à mulieribus quatuordecim, Bacchi sacerdotibus, quas vocabant γεραιάς. Hesychius, γεραιραί, ἱέρειαι κοινῶς. ἰδίως δὲ αἱ τοῦ Διονύσου τοῦ ἐν Λίμναις τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τὸν ἀριθμὸν δεκατέσσαρες. Interpres qui in hac historia vertit ista, πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμενος, *In eo nemore quod lacus ambit*, pluribus castigandus non est: sicut nec cùm paulò pòst Διονύσιον Ἡρακλεώτην τὸν ἐπικληθέντα Μεταθέμενον, interpretatur, *Heracleotis Dionysij, quem Transpositorê cognominabât.* pro *Heracleota Dionysij, qui appellatus est Metathemenus*, hoc est, immutatus. fuit enim repens huius morosophi mutatio, & à virtute ad vitia inclinatio. fusè Diogenes Laërtius. Refert auctor, hunc Dionysium, cùm in summa senectute die festo oblata esset illi meretrix alicui sodalium eam tradidisse, ac dixisse, Οὐ δύναμαι ἐντείνειν· λαβέτω δὴ καὶ ἄλλος. nõ animaduerterunt interpretes inesse hîc elegantem parodiam Homerici versus, ὀδυσ. φ. vbi Leodes frustra conatus arcû Vlyssis tendere, ait, ὦ φίλοι, οὐ μὲν ἐγὼ τανύω· λαβέτω δὲ καὶ ἄλλος. Non sunt δημόσιαι παιδίσκαι, *plebeiæ ancillæ*, sed infelices puellæ publicæ libidinis victimæ. neq; παιδισκεῖον rectè exponunt *ancillarũ ædes.* sic appellat lupanar aut pergulã, in qua prostabant apud lenonem, quę corpore merebant. Consentiunt omnes codices in scriptura istorum: Ἀνάχαρσις ὁ Σκύθης παρὰ Περιάνδρῳ τεθέντος ἄθλου περὶ τοῦ πίνειν, ᾔτησε τὸ νικητήριον, πρῶτος μεθυσθεὶς τῶν συμπαρόντων. ὡς ὄντος τέλους τούτου καὶ τῆς ἐν τῷ πότῳ νίκης, ὥσπερ καὶ τῆς ἐν τῷ τρέχειν. atqui sententia est imperfecta, nisi aliquid adiicias, vt vidit eruditissimus Dalecampius: puto tamen non aliter scripsisse Athenæum: nam & facile est quod desideratur intelligere: &, vt dixi, sic omnes libri veteres. deest autem tale quid, τὸ πρῶτον διαδραμεῖν τὸ στάδιον. Vt in cursus certamine præmium refert is qui primus ad metam peruenit: sic cùm poculis certamen instituitur, victorem renuntiari voluit Anacharsis eum, qui primus fieret ebrius: non eum qui plurimo vino cutem intenderet: quod tamen vulgò apud Græcos habebatur τέλος νίκης. Non longè ab his, pro Σκόπας & Σκόπα, legendum esse Σκόπας & Σκόπα. pridem à doctis obseruatum est. Scopadæ in Thessalia diu floruerunt, vt inter alios docet Theocritus idyllio 17. In membranis tamen Σκόπας. in Excerptis Κόπας. Mox scribas nõ malè, ᾧ τινι ἡ τύχη δίδωσι, λαβέτω. tamen etiam Excerpta, ᾧ τινι τύχη δίδωσι, λαβέτω. Quare autem petulantiam & lasciuiam Antiochi regis furiosi, descriptam vbertim lib. quinto, hîc iterum totidem verbis commemorandam auctor censuerit, ipse viderit. At nos si quid ibi adnotauimus, hoc loco non repetimus.

CAPVT XI.

Agron & Gentius *reges Illyrici.* Ὀροφέρνης. Ἰακὴ ἀσωτία. *Matronas Romanas abstinuisse temeto, non omni vino.* Passim, κυρεῖα. *Matronas Romanas non habuisse claues cellæ vinariæ. Antiphanis* Mystis. *Conuiuium in temulentum*, vas vini. *Prou.* Mulierum mens in caupona. παραφρονεῖται. Κίβδασος. Δάρδαν.

INTER vino deditos, de quibus ex veteri historia verba faciunt docti conuiuæ, duo sunt Illyrici reges. Agron horum prior: quem referunt ex Polybio, insigni clade affecisse τοὺς μέγα φρονοῦντας Αἰτωλούς. ex MSS. sunt illa per nos adiecta τοὺς μέγα φρονοῦντας. Ætoli ferox populus fuerunt, & inuictos sese appellare soliti, vt testimoniis Liuij & Iustini cognoscimus. præterea apud Polybium, vnde mutuatur Athenæus, sic est, περιχαρὴς γενόμενος ἐπὶ τῷ δεινῶν Αἰτωλοὺς τοὺς μέγιστον ἔχοντας τὸ φρόνημα, νενικηκέναι. De altero rege scribitur statim, ὁ αὐτὸς Γενθίωνα φησὶ τὸν τῶν Ἰλλυριῶν βασιλέα, διὰ τὴν πολυποσίαν πολλὰ ποιεῖν ἀσελγῆ κατὰ τὸν βίον. Hic est Gentius rex, de quo capite nono etiam Athenæus libro decimoquarto Γέντιον vocat, non *Genthionem*. quidam Græcorum Γένθιον: & ita fortasse hîc fuerat scribendum. vulgo tamen, etiam in membranis Γενθίωνα. Qui autem Ὀροφέρνης hîc dicitur, in codice Excerptorum est Ὀλοφέρνης, vt in Apocrypha historia. in Æliano Ὀρροφέρνης. non rectè. Dicitur autem hic satrapa in Cappadociam, quæ fuit illius prouincia, εἰσαγαγεῖν τὴν Ἰακὴν καὶ τεχνητικὴν ἀσωτίαν. Dalecampius scripsit Ἰαχχικήν. Id enim non sine ratione videbatur sequenti voci meliùs conuenire. libri chirographi omnes τὴν Ἰακήν, & nota est mollities Ionum, vel ex Latinis poëtis, vt, *Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo.* nihil ergo mutandum. Scribe, γυναῖκά τινα ἀναγράφει πολυπότιν, Κλεὼ ὄνομα. & in altero Phalæci versu, Τόνδε Διωνύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ. Cùm ait poëta, ἴσα δὲ πίνειν Οὔτις οἱ ἀνθρώπων ἤρισεν, οὐδ' ἅμα πολλ. videtur esse sensus, neque singulos, neque plures vnà ausos esse in πολυποσίας certamen cum Cleone descendere. Iusiurandum illud φερκέλατι, quod apud Xenarchum iurat multibiba quædam anicula, exposuimus libro tertio, cap. 34. Romanas matronas vino abstinuisse olim, vulgò notum est. Eã autem de re scribit Athenæus ex Polybij sexta historia, παρὰ Ῥωμαίοις ἀπείρηται γυναιξὶ πίνειν οἶνον. τὸν δὲ χαλούμενον πάσσον πίνουσι. ex quibus verbis intelligimus,

mus, non prorſus abſtemias fuiſſe Romanorum mulieres: non enim ab omni vino abſtinebant, ſed tantum à temeto: quam vocem in antiqua Romuli lege ea de re lata, poſitam fuiſſe coniicimus ex A. Gellio libro decimo, capite vigeſimo quarto. Paſſum inter vinorum dulcium genera cenſeri, dubitare non poſſumus: cùm auctorem habeamus Plinium libro 14. cap 9. Varro, De vita populi Rom. libro primo, *Paſſum nominabant, ſi in vindemia vuam diutius coctam legerēt, eamque paſſi eſſent in ſole aduri.* Quare etiam Vlpianus Iuriſconſultus in lege nona Dig. *De tritico, vino, oleo legato*, vini appellatione & paſſum poſſe intelligi, docet diſertè. Vnde fieret paſſum ita explicat dipnoſophiſta, τῦ δὲ ποιητέου μὲν ἐκ τῆς ἀςαφίδος ἢ ἰςὶ παραπλήσιος πινομένου τῷ Αἰγοσθενεῖ τῷ γλυκεῖ, ἢ τῷ Κρητικῷ, Scribe, τῷ Αἰγοσθενιῷ γλυκεῖ. Gloſſarium, *Paſſum*, ςαφυλίτης. Lege, ςαφιδίτης, vel ςαφίτης. Ait ampliùs de matronis Romanis, ὐδ᾽ ἔχει οἴνε κυρίαν ἡ γυνή. Libri veteres & Suidas, κυρείαν: rectè: pro ἐξουσίαν, poteſtatem & liberam adminiſtrationem. Claues cellæ vinariæ non habebant matresfamiliarum. Nota hiſtoria eius matronæ, quæ vt refert Plinius ex Fabio Pictore, *quòd loculos in quibus erāt claues vinariæ cellæ reſignauiſſet, à ſuis inediâ eſt mori coacta.* Addit, τὸ πρᾶγμα κἂν γεύσηται μόνον, ὐ προσδεῖ διαβολῆς, id eſt, *ſi qua fœmina vel guſtauerit vinum, nullâ opus criminatione.* quippe cùm ipſum crimen inter oſculandum ſe prodat. In iſtis, ὃν ἐκέλευσεν αὐτὸν παρελθόντα εἴσω σκοπεῖν τὸν πίθον. libri habent ὃν καὶ ἐκέλευσε παρ. ſed retinendum eſt τὸ αὐτὸν, poſitâ ſubdiſtinctione poſt ἐκελ. *cum iuſſit, vt ipſe ingr.* Diſtingue verſiculos Antiphanis,

—γείτων ἐςὶ τίς
Κάπηλος. οὗτος εὐθὺς ὅταν ἔλθω ποτὲ
Διψῶσα, μόνος οἶδ᾽ ὥςγε μοι κεράννυται Οὔθ᾽ ὑδ.

Myſtidem Antiphanis reperies Polluci laudatam libro 10. cap. 19. vbi non diſſimilis ſententiæ locus, ἢ τὸ ἐν Ἀντιφάνους Μυςίδι ἐξ ὀξυβαφίων κεραμίων ἐπινομένων. Non caret mendâ quintus Alexidis verſus, ex Orcheſtride, Λέγων γέρων γε δαιμονίως ἀσπάζομαι. Poteſt ſcribi, Ἄγαν γέρων γε. vel Οἶνον γέροντα δαιμονίως ἀσπάζομαι. Dubitabam quò pertinerent proxima verba, ἐν δὲ Δὶς πενθοῦντι. Ζωπύρος φησὶ ἢ ζώπυρα οἰνηρὸν ἀγγεῖον: donec inſpectâ Epitoma, reperi ſic ibi ſcriptum, ὁ αὐτὸς Ζωπύρας τινὸς μνησθεὶς, λέγει, Ζωπύρα οἰνηρὸν ἀγγεῖον. id eſt, *Antiphanes idem Zopyræ cuiuſdam multibibæ facit mentionem, his verbis, Zopyra vas vino plenum.* Ita ergo ſcribamus in Athæneo, ἐν δὲ Δὶς πενθοῦντι, Ζωπύρας τινὸς μνημονεύει, καὶ φησὶ, ζωπύρα, οἰνηρὸν ἀγγεῖον. *Zopyram* meliùs legi quàm *Zopyrum*, ex præcedentibus certum: nam de fœminis hîc agit. venuſtè autem multibibam & merobibam appellat vas οἰνηρόν: ſicut alij potores dicti *Cotylæ*, aut *Chonæ*, aut *Choës*. Platonis comici ῥῆσις multifariam eſt corrupta. Primo verſui deeſt pes vnus. Εἶεν γυναῖκες ὡς ὑμῖν πάλαι. puto, ὡς ὑμῖν ἴσθι πάλαι. Secundus, Οἶνον γενέσθαι τὴν ἄνοιαν εὔχομαι, quem ſenſum habeat non video. Dalec. ἐννοίαν. quam emendationem ſi ſequamur, vertendum, *pridem eſt cùm cupio vos de vino cogitare.* ſed aliò nos vocat metrica lex. Quid ſi Γενέσθ᾽ οἴνε τὴν ἄνοιαν εὔχομαι? videtur enim ad temulentiam fœminas hortari. Tertio & ſequenti verſu, Ὑμῖν γὰρ ὕθεν, καθάπερ ἡ παροιμία, Ἐν τῷ καπήλῳ νῦς ἐν εἶναί μοι δοκεῖ. ſignificari videtur fuiſſe apud Græcos prouerbium, Γυναιξὶν ὁ νοῦς ἐν καπηλείῳ. *mulierū mens eſt in caupona.* eo obiicitur vinoſitas ſequiori ſexui, notata etiam Latina parœmia, *Anus ad armillum.* Sed ἐν τῷ καπήλῳ pro ἐν τῷ καπηλείῳ aut καπηλίῳ, vix putem Græcam eſſe orationem. nihil autem vetat καπηλίῳ ſcribi, coaleſcentibus duabus ſyllabis in vnam, vt paſſim apud poëtas. vel ἐν τῷ καπήλε. vt ἐν ᾅδε. Quintum ita diſtingue, Εἰ γὰρ φανῶμεν δεῦθ᾽ ἰδεῖν, περίτελεια δεῖ τμ. In octauo ſcribit interpres, ἄμυλος ἐγκύμων κίχλαις. ſed reſpuit eam correctionem ſequens verſus. Scrib. ἄμυλος ἐγχυτὸς, κίχλαι. Nonus, Ἐκκαίδεχ᾽ ὁλόκληροι μέλιτι διαμεμιγμέναι, eſt hypermeter. Scribe, Ἑνδεχ᾽ ὁλοκλήρει. In decimo, λαγῷα δώδεκα ſunt, *duodecim fruſta carnis leporinæ.* expoſuimus eam vocem libro nono. ſed cur addit ἐπὶ τελήνα? vix tamen probem ἐπὶ σελήνα. Claudicat & vndecimus, Ἡ δὴ ταῦτ᾽ ἐπιτελεῖςαι. ἄνευ δὴ. poteſt impleri, Ἡ δὴ τοιαῦτά γ᾽ ἐπιτελεςαι. emenda etiam 12. & ſcribe, Βολβῶν μὲν ὀρθιον περὶ ἡμιεκτέα. In 13. παρασιτεῖ, vel teſticuli ſunt, vel de eorum nomine ſic appellata numina. In 16. legunt interpretes, Πυρῶ τέταρτη & ſequente verſu, Κυβδάσου τριώβολον. *Cybdaſus* ſiue *Cibdaſus* contumeliæ cauſa nomen inditum videtur. nam κίβδης eſt homo vafer & ſceleris plenus. & fortaſſe Λόρδωνι initio verſus, præſtat quàm Δόρδωνι. nam λορδοῦν & λορδὸς Græca ſunt vocabula. Δόρδων, quod ſciam, Græcam originem habet nullam. Scrib. Γυναικὶ δὴ πίςευε μὴ πίνειν ὕδωρ.

CAPVT XII.

Βημᾳτίζειν & Βηματιςής. Itinerariorum veteres ſcriptores. Menandri Ἀῤῥηφόρος. Theopompi Philippicæ hiſtoriæ. Ariæi *populi. horum* πολλάκις. *differentia inter* παροινίαν *&* μέθην. μεθύειν, οὐδὲν ἕτερον. ὁ ἕτερος, *pro quod ad alterum attinet.* ἄκρατος ἐλευθερία. ἄγειν τι εἰς τὸ πρόσθεν τινός. *emendata multa.*

POSTQVAM de ſingulis vinoſis egit, de populis integris vino deditis quædam commemorat. *Tapyri* in his principem locum obtinent: cuius gentis φιλοινίαν commemorans Ælianus Variarum lib. 3 non ſolùm, ait, ad potum vino abutuntur, ſed & vngunt ſe vino ſic, vt alij oleo. ὐ μόνον εἰς πόμα καταχρῶνται αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ χρίσμα τὸ ἐςὶν αὐτοῖς ὁ οἶνος, ὥσπερ ἄλλοις τὸ ἔλαιον. Eadem Athenæus, indicatis auctoribus primis eius hiſtoriæ. Βαίτων, inquit, ὁ Ἀλεξάνδρου βηματιςὴς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας. Vox

eſt

est Macedonicæ dialecti βηματίζειν, significans *pedibus metiri*. Inde βηματιστὴς, *metator itinerum*. Affine ministerium in iisdem castris Alexandri, eius quem σταθμοδότην vocat Plutarchus: sed huius opera ad militiæ vsum spectauit: illius ad locorum & geograpgiæ cognitionem. Multos autem è veteribus libros eius argumenti edidisse, ex Strabone scimus & Plinio. Athenæus Bætoni adiungit Amyntam, qui Σταθμοὺς conscripserat. Eusebius quoque libro nono Præparationis euangelicæ, inter cæteros auctores laudat τὸν τῆς Συρίας σχοινομέτρην, id est, eum qui Syriæ per schœnos dimensionem fecerat & ediderat. Tapyros sequuntur *Phigalenses*: hos *Byzantij*: quorum vinositas etiam Æliano descripta libro tertio ποικίλης, capite 14. ex iisdem scriptoribus. Menandri Ἀρρηφόρος laudat Pollux libro decimo, capite 45. & Ælianus dicto loco, sed non adiecto fabulæ nomine. Versus qui inde recitantur hoc loco, ita scribas rectiùs.

Πάντας μεθύσους τοὺς ἐμπόρους ποιεῖ βυζάντιον
ὅλην ἐπίνομέν γε τὴν νύκτα διὰ σε,
καὶ σφόδρ' ἄκρατον εἶναι ὥς γε μοι δοκῶ.
Ἀνίσταμαι γοῦν τέτταρας κεφαλὰς ἔχων.

Lege mox, ἐπὶ ἣ τοὺς πότους καὶ ῥαθυμίαν καὶ πολλὴν ἀκολασίαν ὡρμηκότας. ἐπιεικῶς δ' εἰσὶ πάντες οἱ Θρᾷκες πολυπόται. & statim de Cleomene tyranno, ὁ καὶ τὰς μαστροπὰς τὰς εἰθισμένας προαγωγεύειν τὰς ἐλευθέρας γυναῖκας, τρεῖς ἢ τέτταρας τῶν ἐπιφανεστάτων ἐμπορευομένας ἐνδήσας εἰς σάκκους καταποντίσαι προσέταξε. vt sit sensus, non omnes lenas à Cleomene fuisse sublatas: sed eas solùm fuisse in maris profundum coniectas, quarum extiterat notabilior in lenocinio opera atque industria. Cleomenis egregium adeò facinus longo pòst tempore renouauit Caius princeps, vt narrat Tranquillus. In hoc vinosorum albo legis hic Argiuos, Corinthios, Thraces, & Illyrios: de quibus omnibus simul Ælianus l. 3. c. 15. Illyriis subiunguntur statim *Ariæi*. de vtrisque agit Athenæus, ex eodem scriptore, Theopompo nempe historico. nam falluntur interpretes, qui ista verba: ἐν ἣ τῇ δευτέρᾳ τῶν φιλιππικῶν, Ἰλλυριοὺς φησὶ, accipiunt de Hermippo, quem Philippicas fingunt scripsisse instar Demosthenis & Ciceronis: nugæ! auctor loquitur de Theopompo, cuius facta mentio paulo antè. Quis nescit editum à Theopompo historiæ corpus ingens, *Philippica* inscriptum? de eo Suidas, ἔγραψε φιλιππικὰ ἐν βιβλίοις νβ'. librum quinquagesimum modò laudauit Athenæus Ex iis libris desumpta sunt, quæ de Illyriis & Ariæis hîc recitantur. Sed *Ariæos* populos nusquam in libris veterum geographorum inuenias. neque enim assentiendum est doctissimo illi viro, qui Ariæ regionis, in Asia celeberrimi nominis incolas putauit intelligi, nam ab Aria hac deductum gentile, Ἄριος est, vel Ἀριεύς, vt disertim Hermolaus Byzantius docet, probátque vsus omnium scriptorum. Quis verò ferat Theopompum, si de eo populo sentiebat, bella Gallorum & Ariæorum nobis commemorantem? mirum sanè quid potuerit populos ita dissitos committere. Non est dubitandum, iudicio meo, corruptos hîc esse omnes codd. cùm & Theopompus, & Athenæus, Ἀρδιαίους scripsissent. inter Illyridis barbaras, & agrestes nationes, Ardiæos nominant geographi omnes, & Aristoteles etiam in libello De miraculis auditis. Hi igitur, possedisse aliquando dicuntur προσπελατῶν ὥσπερ εἱλώτων τριάκοντα μυριάδας. Athenienses πελάτας & προσπελάτας vocabant, quos ferè Romani veteres dicebant *clientes*: & προστάτης iisdem est *patronus*. Ardiæorum πελάται isti, similes videntur fuisse Gallorum soldutiis. Cùm ait mox Pontianus in temulentiæ criminatione, διὰ τὸν οἶνον καὶ τὰς μέθας, καὶ τὰς μανίας, ἐν ἣ καὶ τὰς παροινίας γίγνεσθαι, nisi rectè accipias vocem παροινία, frigebit gradatio hæc, quæ tamen est elegantissima. nam μέθη & μανία, mentis deprauationem significant: παροινία verò eius deprauationis est effectus: cùm non ebrius tantùm est aliquis: sed hoc ampliùs propter ebrietatem facit alicui contumeliam. non est παροινία *amentia*, vt vertit vir eruditus, ne *temulentia* quidem aut *vinositas*: verùm ex temulentia nascens ὕβρις, petulantia, & iniuria. Doctè, vt semper Hesychius, παροινία, inquit, ἡ ἐκ τοῦ οἴνου ὕβρις, καὶ εἰ τι δήποτε ἁμαρτία. & in eam sententiam plura. Athenæus ipse post pauca, τὸ παροινεῖν ἐκ τοῦ μεθύειν γίνεται. Post verbum γίγνεσθαι ponenda στιγμὴ τελεία: deinde scribendum fide Excerptorum, οὐ τοὺς ἐκ παθῶν μεταλαμβάνοντας, ὡς καλῶς ὁ Χαλκοῦς ἐπικαλούμενος Διονύσιος ἐν τοῖς ἐλεγείοις, κυλίκων ἐρέτας ἔφη. deinde sequuntur Dionysij versus duo: & statim, Περὶ τοῦδε (τὸ γὰρ φίλον οὐκ ἀπόλωλε) Ἄλεξις δ' ἐν Κρατεία. & cætera. ante Ἄλεξις erat distinguendum maiore distinctione. præcedentia verba corruptæ sunt reliquiæ versus aut distichi è Dionysio allati. In Alexidis ecloga interpunge sic, μεθύει γὰρ, οὐδὲν ἕτερον. *ebrius est, nihil aliud*: quasi dicat, hoc vnum & solum nouit, vinum bibere ad ebrietatem vsque: aliud nihil. Simile est libro vndecimo, Πετήρ' ἢ χαῦς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν βλέπω & apud Aristoph. μηδὲν ἀλλ' εἰ μὴ ἴσθι. Distingue etiam, ὁ δ' ἕτερος τί ἂν τύχοιμι ἱεμάσας, βωλός, ἀφ. Græcanica elegantia est, ὁ ἕτερος, pro, quod ad alterum filiorum meorum attinet. Obiicit autem pater iste huic suo filio vitæ rusticæ nimium studium. Malè hæc mutabat vir doctus. Ælianus in Varia historia: ὁ Ἀντισθένης πολλοὺς προὔτρεπεν ἐπὶ φιλοσοφίαν. οἱ δὲ, οὐδὲν αὐτῷ προσεῖχον. & ita sæpius in his libris. De Platonis loco diximus capite nono. Sed scribe ἀκράτου αὐτῆς μεθυσθῇ, non αὐτῇ. vocat Plato ἄκρατον ἐλευθερίαν, libertatem non temperatam legibus: quæ non libertas est, sed licentia. breuiùs hoc ipsum Aristoteles, velut ex tripode, non Apollinis, sed rectæ rationis pronuncians in Politicis, ἡ ἄγαν ἐλευθερία εἰς δουλείαν τελευτᾷ. Antiphanis versus ita distinxeris meliùs, & legeris.

—οὔτε γὰρ νήφοντα δεῖ τὸν ὕδαμοῦ
πάτερ πολιτικῶν, οὐδ' ὅταν πίνων δίῃ.

Δεῖ νομοῦ ἔχειν . . . .
Ὅστις ᾖ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον φρενῶν,
Μικρῷ πεποιθὼς ἀθλίῳ νομίσματι.
Εἰς ἄφοδον ἐλθὼν ὅμοιον αὑτὸν ὄψεται,
. . . . ἐὰν σκοπῇ
Τὰ τῶν ἰατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια·
Τὰς φλέβας ὅσαι φέρουσ' ἄνω τε καὶ κάτω,
Δι' ὧν ὁ θνητὸς πᾶς κυβερνᾶται βίος.

Elegantiſſimi ſanè verſiculi : quos proferebat filius cum patre auſteritatis & tetricitatis nimiæ viro diſputans. Solens autem Athenæus more ſuo quædam omiſit, quæ ad perficiendam ſententiam nullum habebant momentum, & fortaſſe ab alio interpellante pronuntiabantur. Eos autem potiſſimùm reprehendit hic cenſor, qui opibus tumentes, ſupercilium adducunt, & ſeparant ſe ab aliis, affectata quadam grauitate. Sic dicebat Theophraſtus in Characteribus, hominis αὐθάδους notam eſſe, quòd in conuiuiis neque canere, neque ῥῆσιν εἰπεῖν, neque ſaltare dignetur. Fruſtra igitur laborant docti de interpretatione illius verſus, μικρῷ πεποιθὼς ἀθλίῳ νομίσματι. eſt enim manifeſta deſcriptio hominis propter diuitias ſuperbientis. Proximorum verſuum ſententiam, vitio librariorum imperfectam & mutilam, ita explemus ingenij coniectura.

Εἰς ἄφοδον ἐλθὼν ὅμοιον αὑτὸν ὄψεται
Τοῖς εὐτελεστάτοις, ἐὰν γ' ὀρθῶς σκοπῇ
Τὰ τῶν ἰατρῶν τοῦ βίου τεκμήρια.

Ἄγειν δὲ εἰς τὸ πρόσθεν τινὸς, loquendi genus eſt, quod de eo vſurpatur, qui anteponat aliquid alij rei. Antiphanes in ea quæ ſequitur apud Athenæum ecloga,

—εἶθ' ὑπολαβὼν πάλιν
Οἶνον στρατηγὸν (ὃς μόνος θνητοὺς ἄγει
Τὴν τόλμαν εἰς τὸ πρόσθε τῆς εὐβουλίας)
Νύκτωρ ἀναστὰς ἔτυχεν ὧν ἠβούλετο.

Incluſa notis parentheſeos hoc ſonant: *quod ſolum mortales* impellit, *vt audaciam anteponant recto conſilio.* id eſt, vinum reddit homines audaciores quàm prudentiores. Sic ὄπισθεν ἱστάναι, pro contemnere & inſuper habere. Sophocles, γνώμης πατρῴας πάντ' ὄπισθεν ἑστάναι. Vocem ἔξοινος, quæ deinde adnotatur ex Hegeſandro, & libro primo legitur, & alibi in hoc opere. plura de ea dictione libro decimo quarto. Verſus in Rhodophontem aleatorem, Ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι κυβευταί. parodia eſt illius Homerici, Ὦ γέρον ἦ μάλα δή σε νέοι τείρουσι μαχηταί. Scribendum, οὐκ ἔχοντος ἀξίωμα παρὰ τοῖς Ῥοδίοις. non ἰδίωμα.

CAPVT XIII.

Errores in nominibus propriis: σύμβακχοι. *Perſeus* καμμύσας ἔκπιε. λογισμὸς εἰς μέσον παραξάτω. *Vinum* ἀρχεσίγυιον. *Platonis fabula*, Λίαφ' ἱερῶν. Πίνειν τὴν ἐπίστιν. *menda multa indicantur & tollantur.*

MAGNA vbique in propriis nominibus diuerſitas veterum librorum. *Antheas* Lindius Cleobuli συγγενὴς in Excerptis eſt *Andreas*, & qui dicitur hîc *Philodemus*, auctor libri Περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ σμινθίων, libro tertio erat *Philomneſtus*. Ibi expoſitus capite tertio, eius libri titulus. Antheas, inquit auctor: πάντα τὸν βίον ἐδιονυσίαζεν, ἐσθῆτα Διονυσιακὴν φορῶν, καὶ πολλοὺς τρέφων συμμάχους. Perplacet quod extat in Excerptis, συμβάκχους. nam & Antheas Bacchum ſimulabat, ac cultu vitæque genere imitabatur: & ſodales ipſius Βακχεύοντι αὐτῷ συνεβάκχευον, veri ſymbacchi & ſyndionyſiaſtæ, β, & μ, paſſim ſedes permutarunt, vt ſæpe dictum. Quæri poteſt, quorſum illa mox ſpectent de Perſeo: ἀλλ' ὁ Περσεὺς ὁ ὑπὸ Ῥωμαίων καθαιρεθεὶς, & quæ ſequuntur. Nam ſi Perſeus temperans fuit, & vini parcus, quid attinebat eius iſto loco meminiſſe? Sed videntur de hoc rege diuerſa ſcripſiſſe veteres : aliis temperantiam illius laudantibus : aliis eum vinoſitatis arceſſentibus; quos obiter refutare auctor inſtituit. Liuius ſanè libro quadrageſimo primo, ita vario ſcribit Perſeum fuiſſe ingenio, vt mirum non ſit de eo non conſentire hiſtoricos. Non tres, ſed duos ſolùm Antiphanis verſus recitat Vlpianus: iſtos nempe.

Ὅλην δὲ καμμύσας ἔκπιε. μέγα τὸ φορτίον.
Οὐχ αὐτῆς ἐστιν ἐμπείρως ἔχων.

qui habitus eſt tertius Antiphanis verſus, metri nihil habet. Sic autem interpretare quos adſcripſimus: *totum* calycem *oculis connuentibus ebibe. Magnum onus eſt. Minimè verò ſi quis ſit bibendi peritus.* Καμμύσας, valet, ſine mora & cunctatione, non attendens ad poculi magnitudindm, qua terreri poſſet aliquis. Sic ſolemus eos, qui difficilè pharmaca bibunt, hortari ne intueantur, ſed ſtatim vt in manus ſumpſerint, hauriant. Non probo tolli negationem ex iſtis: πόθεν ἂν ὦ ἑταῖρε, καὶ μὴ μεστὸς ἀλλ' ἔλκων ὤν. & omnino tollenda non eſt. Antiphanis *Traumatias*, citatur Polluci, libro quarto, capite vigeſimo quinto, & libro decimo, capite decimo. Inde ſunt iſta, quibus Vlpianus ad hilarem vitam ſodales hortatur,

—Ἀλλὰ καὶ λογισμὸς εἰς μέσον
Παραξάτω τις, καί τι καὶ μελίσκιον,
Στροφὴ παρελθέτω τις ἢ αὐτὴ λεγων
Ἔστιν μεταβολὴ παντὸς ἔργου, πλὴν ἑνός.

Pronuntiabat iſta aliquis apud poëtam ſub cœnæ finem, conuiuas ſtimulans, vt poſtquam eſſet edendo exempta fames, ſcitis ſermonibus, aut recitationibus tragicarum ῥήσεων, ſeſe oblectent. Primus verſus obſcurus non eſt: *Age*, inquit, *Prodeat in mediũ ſubtile aliquid & ſolerter excogitatum*: παραξάτω eleganter pro erumpere per vim. dicitur de omni re quæ ſtudio magno fiat: [Addit poſtea, *prodeat in medium aut delicatulũ aliquod melos, aut Stropha aliqua.* Alludit ad morem recitandi in cõuiuiis ſcholia ſententioſa, aut lyricorum tragicorúmve ῥήσεις aut ſententias. Sed legendum in tertio verſu. —γλυκὺ λέγουσα.

Ἔστιν μ

ἔστι μ.] Recitemus agit, tragici alicuius versus præclaros, qualis est ille Euripideus, Γλυκὺ μεταβολὴ πάντων ἔργων πλὴν ἑνός. *rerum omnium mutatio grata est, vnâ exceptâ.* Notissimus est versus Euripidis: quem Antiphanes suis integrum inseruit. [Vltimam versus syllabam elidi per apostrophen ob sequentem vocalem initio versus proximi, poëtis, præsertim dramaticis, res est familiaris.] Insignior fuerit huius loci deprauatio, an eiusdem restitutio, non facilè dixerim. Dubitari potest an etiam sequentia sint Antiph. παράδιδου δ' ἑξῆς ἐμοὶ οἶνον ἀρκεσίγυιον, ὡς ἔφασκ' Εὐριπίδης. Εὐριπίδης γὰρ τοῦτ' ἔφασκεν, ἀλλά τις Φιλόξενος δήπουθεν. οὐδὲν διαφέρει. ὦ τὰν ἐλέγχεις μ' ἕνεκα συλλαβῆς μιᾶς. & verius est, aut Antiphanis, aut alius poëtæ ea esse. Sic autem hæc digerimus.

—παράδιδου δ' ἑξῆς ἐμοὶ
Τὸν ἀρκεσίγυιον, ὡς ἔφασκ' Εὐριπίδης.
Εὐριπίδης γὰρ τοῦτ' ἔφασκεν; ἀλλὰ τίς;
Φιλόξενος δήπουθεν. οὐδὲν διαφέρει.
Ὦ τᾶν ἐλέγχεις μ' ἕνεκα συλλαβῆς μιᾶς.

Apud poëtam vnde sunt ista, poscebat aliquis dari sibi vinum: sed ille non οἶνον appellat, verùm ἀρκεσίγυιον. vt comico more Philoxenum rideat, qui sic erat locutus. at de industria ignorantem fingit qui loquitur, & Euripidi tribuit quod erat Philoxeni verbum: cuius insolens sermo ex iis notus est nobis, quæ prolixè libro quarto & decimo quartò recitantur. In ea voce illud nouum, quòd epitheton vini pro appellatione vini vsurpat: deinde ἀρκεσίγυιον vinum appellans, Homero contradicit, qui contrà ἀπογυιῶν, id dixit. μή μοι οἶνον ἄειρε μελίφρονα, πότνια μῆτερ, μή μ' ἀπογυιώσῃς. vtraque sententia vera est, pro modo vini quod bibitur. Interrogatur deinde Vlpianus, vbi legeretur vox πῖθι: ille respondet, ἀπεσκοτώθης φίλτατε, αὐτὰς οἶνον ποτόν. παρὰ Κρατίνῳ ἔχεις ἐν Ὀδυσσεῦσι, τῇ νῦν τόδε πῖθι λαβὼν ἤδη. Breuiator dictioni ἀπεσκοτώθης, interpretamentum adiicit: αὐτὸ τοῦ ζοφώδης τὸν νοῦν, *mens tibi caligine obducta est.* Cratini prima verba sunt imitata ab Homero: Κύκλωψ, τῆ πίε οἶνον. In quarto versu subiectæ eclogę Antiphanis, Τῷ τῆς ἑορτῆς οὐ μέμνημαι. ἄρτι γὰρ. Ἐξ ὀξυβαφίων κεραμέων ἐπίνομεν. libro vndecimo sic legitur, Τῷ τῆς ἑορτῆς οὐ μὲν ἀρτίως γὰρ οὖν. probo vt hîc: si pro μέμνημαι scribas μεμνήμεθα, μεμνήμεθα. Fabula Amipsiæ, quæ mox Φείδων inscribitur, in Huraldino est Φείδων. Verum nomen est Σφενδόνη: vt rectè scriptum aliquot locis Athenæi & Pollucis. error est si quando aliter scribitur hoc nomen. [Vltimum Antiphanis versum ita scribe, Τῆς συμμετρίας, τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα, in proximis è Menandro verbis βάλλ' ἐς κόρακας, figura est comica præter expectationem, dicta, pro eo quod erat dicendum βάλλ' ἐς κόρακας. at fortasse ita etiam scribendum.] Pro πίομαι dixisse veteres πίομαι obseruat dipnosophista, & exemplis probat. Quod affertur ex Aristophanis Equitibus; multum est voce illâ cuius vnius gratiâ recitatur. Scribe, καὶ Ἀριστοφάνης ἱππεῦσι, οὔποτ' ἐκ ταὐτοῦ πίεται ποτηρίου. ex ipso poëta, & statim. καὶ ἐν ἄλλοις, πικρότατον οἶνον τήμερον πίομαι, probant insequentia [Placet autem nobis vulgata lectio in hoc loco. πίομαι αἰδὼ τοῦ υ λεκτέον, *verbum* πίομαι *offerri debet sine ypsilo,* non vt voluit aliquando vir doctissimus αἰδὼ τοῦ υ *sine litera* υ. cui coniecturæ repugnant omnes codices etiam Excerptorum.] Laudatur mox Plato comicus, ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν. Dalec. *Inuictimis quæ sacrificantur.* Legi nempe voluit, ἐν τοῖς ἀφιερωμένοις. vel ἐν τοῖς ἱερείοις. vtrumque tantundem à veritate abest, quam lectio vulgata continet. Pollux libro septimo, capite decimotertio, Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν καὶ μαλλωτὰς χλαμύδας εἴρηκε. Hesychius, λῖνον, ἡ ὁρμιά, ὡς Πλάτων ἐν ταῖς ἀφ' ἱερῶν, πόθεν λίνον καὶ κάλαμος. Fabulæ titulus fuit, αἱ ἀφ' ἱερῶν, id est, *mulieres deo sacra,* vnicâ voce Græci ἱεροδούλους vocant. vel, *redeuntes è sacris fœmina.* Ait, καί, τῆ πίε, καὶ πῖνε. mira breuitas. sed πίε scribendum. priora exemplum habent τῆ πίε priore correptâ Homeri sunt τῆ πίε οἶνον. docet non solùm πῖε dici, sed etiam πῖνε. Velim considerent studiosi proxima Athenæi, καὶ σὺ δ' ὦ ἑταῖρε κατὰ τὸν Ἄλεξιν, ὅς ἐν Διδύμοις φησί, τούτῳ πρόπιθι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἄλλῳ, καὶ γίνηται ἡ παρ' Ἀνακρέοντι καλουμένη ἐπίσιος. φησὶ γὰρ ὁ μελοποιός, μηδ' ὥστε κῦμα πόντιον λάλαζε τῇ πολυκρότῃ σὺν Γαστροδώρῃ καταχύδην, πίνουσα τὴν ἐπίσιον. τοῦτο δ' ἡμεῖς αἴσιον φαμέν. Nisi scribendum κατὰ τὸν Ἄλεξιν ἐν Διδύμοις, τούτῳ πρ. fatendum erit excidisse versum Alexidis: quem appositum fuisse arguit illud φησί. arguūt item similes alij multi loci in præcedentibus. Atque hoc clarum est: illud obscurissimum adhuc mihi: quid sit apud Anacreontem πίνειν τὴν ἐπίσιον. fuerat quidē ab Athenæo adiecta interpretatio, quæ id nos doceret quod quærimus. nam ita accipi debent illa, τοῦτο δ' ἡμεῖς αἴσιον φαμέν. sed & huius corrupta ante multa sæcula interpretatio: & vnde lucem afferam tenebricosis verbis Teij poëtæ, nihildum aut inueni in libris veterum: aut excogitare ipse potui. Apparet tamen ex illis Athenæi, τούτῳ πρόπιθι, ἵνα καὶ αὐτὸς ἄλλῳ, genus inuitationis intelligi, cùm ordine calycem propinabant alius alij, donec à summo ad imum compotorem peruenisset poculum. Diuersa fuit ab isto more, quam vocabant περιφέρειν τὸ ποτήριον, de qua alibi.

CAPVT XIV.

Βρύτον. βλύζειν αὐλῷ βρύτον. κυκεὼν βύδαυα. *Hellanici* Κτίσεις. Ἔλαιον ἀπὸ γάλακτος. *pro butyro. De butyro quadam* ἔλαιον ὑός. oleum ex adipibus. θυλίαι ἀπάκτων. *alia nonnulla.*

AIT, Τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρῦτον τινὲς καλοῦσιν, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Τριπτολέμῳ, βρῦτον δὲ τὸν χερσαῖον οὐ δυεῖν. sunt qui βρῦτον scribant pro βρῦτον: vt Hesychius. In Sophocleo versu plerique libri præferunt οὐ δυεῖν iunctim. Lego igitur οὐδ' ἐῶν. & videtur ita explendus versus, βρῦτον δὲ τὸν χερσαῖον οὐδ' ἐῶν χαμαί.

Adiungit.

Adiungit dipnoſophiſta, καὶ Ἀρχίλοχος, ὥσπερ αὐλῷ βρῦτον ἢ Θρᾲξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδ' ἦν πονουμένη. obſcuriſſima hæc, & quæ opinor intelligat nemo. Cenſemus poſſe non ineptè emendari hoc modo, ὥσπερ αὐλῷ βρῦτον ἢ Θρᾲξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβλυζε κυβάβδ' ἡ πονουμένη. Significat Archilochus, ægrotam quandam fœminam ſic ſanguinem reieciſſe, vt cùm bryti vel zythi ſalientẽ ex ore mittit Thrax aut Phryx aliquis. αὐλὸν accipe vt apud Homerum, quando κρουνὸν ſignificat. βλύζειν αὐλῷ βρῦτον. poëticâ elegantia pro βλύζειν αὐλὸν βρύτου, Pro κύβδα, quod quid ſit non ſcio, ſcribo κυβάβδα: quod *ſanguinem* deſignare ſcio. Amathuſiorum (is Cypri inſulæ populus) dialecti id verbum eſſe diſcimus, Heſychio doctore: quem fatebuntur eruditi in Lexicon ſuum id vocabulum non fuiſſe relaturum, niſi eo vſus eſſet aliquis ſcriptor Græcus. nos illum ſcriptorem putamus eſſe Archilochum: & hunc eius locum ab illo critico eſſe ſpectatum ἀναλεγόμενον. [Illuſtris Scaliger quum noſtra hæc legiſſet, neque omni ex parte probaſſet, adſcripſerat margini lectionem huiuſmodi atque interpretationem: ὥσπερ γὰρ αὐλῷ βρῦτον ἢ Θρῆιξ ἀνὴρ ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδα γ' ἦν πονουμένη. *Cõquiniſcebat eo modo ſatagẽs mulier, quo ſiphone haurit cereuiſiã Trax aut Phryx, ipſa quoque ſugens.* Vt non ſint veræ hę coniecturæ ſiue mea, ſiue Scaligeri, probabiles tamen ſunt:] non abſurdæ neque ineptæ, vt illorum, qui ſtatim pro Ἑλλάνικος ἐν Κτίσεσι, ſcribunt κτήσεσι, & vertunt, *Hellanicus in Prædiis.* atqui verum erat ἐν Κτίσεσι. Gręci κτιστὰς nuncupant primos vrbium conditores, & populorum antiquiſſimos principes, qui ferè coloniarum duces fuerunt, vt Moſes, Archias, Phereclus, alij ſexcẽti. de his & de vrbibus quas condiderant, eo libro egerat Hellanicus auctor antiquiſſimus: titulus operis ab Hellanico editi vberior apud Stephanum in Ethnicis, voce Χαιρώνεια. ibi namque laudatur hic ſcriptor, ἐν Κτίσεσιν ἐθνῶν καὶ πόλεων. nam perperam vulgati codices ἐν Κτήσεσι. Citatur & Dionyſius Chalcidenſis ἐν Κτίσεσιν, vt ab Ariſtophanis interprete ad Nebulas, & aliis. Auctor Etymologici in Βρεικέννησος. Διονύσιος ὁ Ἀθηναῖος ἐν ταῖς Κτήσεσιν οὕτω λέγει τὰς ἐλάφους πρόκας. Scribendum, ἐν ταῖς Κτίσεσι. Sed quod Athenienſem vocat hunc ſcriptorem, falſum eſt: Chalcidenſis enim fuit, vt rectè comici interpres. Harpocration in Ἡραιῶν τεῖχος, quintum eius operis librum laudat, qui fuit poſtremus: non enim pluribus conſtabat. Periegeta vetus iamborum poëta.

Ἐρατοσθένει μάλιστα συμπεπεισμένος,
Ἐφόρῳ τε, καὶ τῷ τὰς Κτίσεις εἰρηκότι
Ἐν πέντε βιβλίοις Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ.

Scripſerant eodem titulo hiſtorias & alij: quidam etiam ἱερῶν κτίσεις: vt Heraclides, quem in Protreptico laudat Clemens Alexandrinus. Expoſuimus iam capite quarto, Hecatæi de Ægyptiis repetita hîc verba, ὡς δὲ ἀρτοφάγοι εἰσίν: deinceps verò ſcribe, ἀποτρίβεσθαι, τὰς κριθὰς εἰς τὸ πόμα καταλέουσι. vel vt ſcriptum in quibuſdam antiquis, καταγνῦσι. id quoque expoſitum eſt libro octauo, capite vndecimo. Subiicitur ex eodem Hecatæo de Pæonibus, ἀλείφονται δ' ἐλαίῳ ἀπὸ γάλακτος. recte quidem viri indicant butyrum hac periphraſi denotari: ſed neque cauſſam aperiunt, cur Hecatæus appellet oleum, quod omnes alij butyrum: neque vertunt rectè, *oleũ quod à lacte ſeparatur.* ἀπὸ hic non eſt nota differẽtiæ: verùm materiam declarat, vnde id oleum fiat: vt cùm dicimus, οἶνος γίνεται ἀπὸ τῶν βοτρύων. Obſeruent igitur ſtudioſi, antiquiſſimis Græcis Latiníſque, nullum aliud pingue curando corpori, aut parandis cibis, fuiſſe in vſu, præter oleum quod propriè ita dicitur, quia ex oliuis exprimitur. Butyri rem noménque diu ignorarunt Græci, nec Romani minùs. Non enim adhuc nouerant diuerſas ſubſtantias in lacte comprehenſas ſeparare. Sunt in lacte tres οὐσίαι: ἡ τυρώδης, ἡ ὀρρώδης, & ἡ λιπαρά· atque hæc poſtrema eſt, quæ à cæteris ſeparata, butyrum vulgò dicitur: quod nomen didicerunt Græci, vt ex Ariſtotele etiam conſtat, à vicinis populis, qui etiam rationem eius conficiendi ipſos tandem docuerunt. Qui Thraciam, Pæoniam, Scythiam, aliáſque nationes barbaras adierant, cùm earum περιήγησιν ederent, primi id nomen in Græciam inuexerunt. At propriam appellationem eius pinguis ſubſtantiæ, quæ habetur in lacte, ſola Hebræa lingua nouit חמאה. Græca Latináque nullam habent. Quemadmodum igitur primi Græcorum, quibus ſaccarum eſt cognitum, propter ſaporis & vſus ſimilitudinem mel arundinum dixerunt: ſic butyrum qui nouére primi, oleum ex lacte nuncuparunt, vt hoc loco Hecatæus. Plinius oleoſum eſſe naturâ ſcribit, & barbararum gentium: etiam Galenus, ἐλαιώδες τι εἶναι butyrum. Aug. *oleũ ex adipibus* in epiſtola ad Deo gratias. *Poſſunt*, inquit, *tales putare, oleum ex adipibus non debere natare ſuper aquã, ſicut quod ex oliua eſt: quoniam longè eſt vtriuſque origo diſſimilis: quãdo illud ex ligno, hoc ex carne profluxerit.* [Vetus Perſij interpres: *Solent ruſtici cùm oleum defuerit, adipe pecudũ in pultem miſſo pro oleo vti.*] Similiter Hippocrates ſuillam pinguedinem, ſiue vt loquitur Erotianus, τὸ ὕειον στέαρ appellat ἔλαιον ὑός. Sed obtinuit apud Græcos Romanoſque butyri appellatio: quæ inde orta eſt, quia ferè ex vaccarum lacte, non ouium aut caprarum fit butyrum; tamen & ex ouino, caprino, atque etiam equino & aſinino cogi butyrum à nonnullis, nemo dubitat: etſi videtur Galenus id ignoraſſe, libro tertio, Περὶ ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, capite de Butyro. Quod vſitatiùs dicunt Græci καθ' ἡμᾶς, auctor τῷ ἡμετέρῳ χρόνῳ. ſcribens hoc modo: τῷ δ' ἡμετέρῳ χρόνῳ εἶν φίλος οἶν θυρσοφόρος, μέγα πρεσβεύων Διόνυσος φησὶν Ἴων ὁ Χῖος. ſignificat, ſua ætate præcipuam hominum oblectationem fuiſſe vini potum. Lego θυρσοφόροις. Verſus Ionis Chij ſequentibus cohærens ita concipiendus, οἶνος θυρσοφόροισι φίλος

φίλ☉, μέγα πρεσβεύων Διόνυσ☉. Tertium Ionis versum, ἄτε πανηγύρεων ἀγοραί, θαλίαι τε ἀνάκτων, sic interpreter, *conuentus omnium Græcorum, & solemnitates deorum*, siue quæ in honorem deorum instituuntur: supple ceperunt ἐξ οὗ, &c. θαλίαι sunt conuiuia sacrorum caussa fieri solita. In quinto scribe, θαλερῷ ἐπύξαν πύχει, per υ non η. Sextum habeo mendæ suspectum : non sanè intelligo quid velit. In septimo, Παῖδες φανέντες ὄξαν πεσῃ ἄλλ☉ ὑπ' ἄλλῳ, loqui videtur de strepitu quem edunt vuæ, cùm in torcular coniiciuntur calcandæ. In nono, Νέκταρ ἀμέλγονται μόνον ὄλβιον ἀνθρώποισι, non est ἀμέλγονται *emulgent*: sed *mulgentur*, hoc est, pressæ reddunt: sicut iis exprimitur. Decimo, Ξυνὸν τοῦ χαίρειν φάρμακον αὐτοφυές, alluditur ad Ægyptiacum nepenthes, de quo pharmaco Helenæ apud poëtam in Odyssêa. τὸ μόνον præcedentis versus, iungendum cum φάρμακον. *Stillant* ait, *vuæ nectar, quod solum est mortalibus commune remedium ad lætitiam, ingenuum, & nullâ arte compositum.* In vndecimo, τοῦ θαλίαι φίλα τέκνα, φιλοφροσύναι τε, χοροί τε, eleganter vini filias appellat conuiuia quæ deorum caussa celebrantur, & quæ ad voluptatem hominum agitantur, & fouendæ inter ipsos amicitiæ. Non cepére hanc elegantiam, qui φίλα τέκνα putarunt esse vocandi casus. Fingit vinum patrem esse omnium lautitiarum & hilaritatum : quia vt ait versu proximo, τῶν ἀγαθῶν βασιλεὺς εἶν☉, ἴσχει φύσιν.

CAPVT XV.

De griphis antiquorum. Expenditur griphi definitio ex Clearcho allata ab Athenæo.

PERVENIMVS ad libri huius partem vltimam, quæ est de veterum griphis. Hæc tractatio media collocatur inter sermones de vino potúque, qui præcesserunt, & eos qui sequuntur toto libro vndecimo, de poculis. propterea sic loquitur Æmilianus hoc loco. ὥρα ἡμῖν ἄνδρες φίλοι, ζητεῖν τι καὶ περὶ γρίφων, ἵνα κἂν βραχὺ διαπνεύσωμεν ἀπὸ τῶν ποτηρίων. Vt haberemus in his libris perfectam omnibus suis numeris ἱστορίαν δειπνολογικήν, neque silendum erat de griphis, neque alio loco de iis agendum. Mos antiquorum fuit, vt in conuiuiis post epulas, oblectamentis omnigenis sese recrearent. Eâ fine multæ diuersæque (proüt sunt hominum diuersa ingenia ac studia) rationes excogitatæ & in mores receptæ, honestarum voluptatum : de aliis enim non loquor, quarum vtinam extincta esset omnis memoria. Erant quos canere iuuaret, vel assa voce, vel ad lyram. erant quos ἔπη εἰπεῖν, & veterum poëtarum versus recitare. quidam sermonibus serendis tempus transigebant. alij proponendis soluendisve quæstionibus sese occupabant, non ex penetralibus quidem philosophiæ petitis : sed in quarum tamen solutione, aut acuminis, aut eruditionis specimen appareret. Huius generis sunt sirpi, siue griphi, de quibus dicere aggreditur Æmilianus dipnosophista. Præclara res profectò, & quæ fidem faciat sapientissimi viri dicto, πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει. Insita enim à natura omnibus hominibus scientiæ cupiditas, effecit, vt etiam inter epulas libenter aliquid aut docerent aut discerent, aut didicisse se ostenderent. Hoc verum est principium sympofiaci moris huius : cuius inuentum antiquissimum est : sicut fere omnium rerum ad quarum desiderium & amorem naturâ duce ferimur. Priscos mortales rudi adhuc & impolito seculo, solitos sua conuiuia quæstionibus huiuscemodi atque ænigmatis condire, testis est historia sacra : quæ Samsonem hominem Mauortium, in epulis nuptialibus, suis conuiuis crucem fixisse narrat, proposito ad soluendum ænigmate sanè quàm obscuro. Reperiuntur & alia in Hebræorum libris exempla, in queis cum antiquitate certat elegantia. Porrò hæc Æmiliani de griphis tractatio, siue πραγματεία, vt appellatur extremo libro, ad duo capita referri potest : altero natura griphorum explicatur, speciésque variæ, necnon conditiones quibus olim proponebantur : altero continentur exempla sirporum, eorum maximè qui in antiquorum comicorum fabulis, adhuc Athenæi temporibus, extabant. Nihil inuenias in iis quæ restant de libro decimo, quod ad capitum istorum alterutrū non pertineat: sed parum distinctè & mixtim, vtrumque eorum auctor exposuit : minus vbique (dicendum enim quod res est) de ordine & recta docendi via securus. meliùs enim fecisset, si quæ diuersis locis hic & sub finem libri ex Clearcho recitat, continuâsset. Sed feramus sanè in scripto philologico, quod in philosophico ferre non possemus. Ipsa iam Æmiliani verba expendamus. Proponit primùm de griphis esse dicendum, καὶ περὶ τῆς Καλλίου τοῦ Ἀθηναίου ἐπιγραφομένης γραμματικῆς τραγῳδίας. de industria, vt ferè solet, tragœdiæ huius mentionem iniicit, vt nascatur inde occasio de ea loquendi : quod facturus est aliquanto post. Addit, ἀλλ' ἡμεῖς ζητήσωμεν πρότερον μὲν τίς ὁ ὅρ☉ τοῦ γρίφου. *nos verò quæramus primum quidem quæ sit definitio griphi.* obseruandum in his verbis τὸ ἀνανταπόδοτον. debuit enim subiicere, *deinde hoc dicemus & illud*, nunc ait, τίνα ἡ Κλεοβουλίνη ἡ Λινδία προὔβαλλεν ἐν τοῖς αἰνίγμασιν ἱκανῶς γὰρ εἴρηκε περὶ αὐτῶν ὁ ἑταῖρ☉ ἡμῶν Διότιμ☉ ὁ Ὀλυμπηνός. in quibus parum aut nihil vidisse interpretes, minùs mirum. præter enim anantapodotum, de quo illi non cogitarunt, fraude librariorum periodus hæc negationem amisit, necessario restituendam, si volumus suam mentem auctori restitutam: qui profitetur his verbis, se nihil de ænigmatis à Cleobulina proponi solitis esse dicturum : quia, inquit, argumentum illud ab amico nostro Diotimo sufficienter fuit tractatum. Lego igitur, τίνα δὲ Κλ. ἡ Λ. π. ἐν τοῖς αἰνίγμασιν οὐ ζητήσομεν : vel παραιτησόμεθα. Exemplum habes ænigmatum Cleobulinæ apud

Diogenem Laërtium, in Cleobuli patris vita. nam quod ænigma patri Diogenes attribuit, alij adscribunt filiæ. Deinceps Athenæus, sub Larensis persona, gripi definitionem hanc ex Clearcho affert: γρῖφος πρόβλημά ἐστι παιστικὸν, προστακτικὸν τοῦ διὰ ζητήσεως εὑρεῖν τῇ διανοίᾳ τὸ προβληθὲν, τιμῆς ἢ ἐπιζημίου χάριν εἰρημένον. Etsi erat Clearch. hic vir magnus, & in Aristotelica philosophia apprimè versatus: nihil tamen video in hac definitione quod præceptoris subtilitatem aut ἀκρίβειαν resipiat. nam quis talem πλοκὴν verborum pro vera definitione habeat? *Griphus est problema ludicrum, quo iubetur vt vestigatione mentis quod propositum est inuestigetur: honoris aut mulctæ gratiâ in medium prolatum.* Cæterùm Griphi appellationem latiùs producunt & Clearchus & dipnosophistæ, quàm cæteri scriptores, & vniuersum opinor, vulgus olim Græcè loquentium. Illis griphus est quæstionum conuiuialium species propria, ænigmati simillima, rem quam significat ambagibus de industria tegens. Clearcho non solùm τὰ αἰνιγματώδη problemata griphi nomine continentur: sed omnes in vniuersum quæstiones, quibus soliti docti conuiuæ inter se ludere, ad ostentationem vel acuti ingenij, vel eruditionis, vel memoriæ. Vtimur hac partitione, vt omnia problemata complectamur, quæ griphi nomine Clearchus est complexus. Lege omnia griphorum exempla, quæ ex eius libris statim & iterum pòst aliquammulta recitantur: nullum in iis reperies, cuius solutio specimen acuminis habeat: sed aut eruditionis, idest πολυμαθείας καὶ πολυαναγνωσίας, aut memoriæ. quod genus plurimùm fuisse frequentatum arguit μνημονικῶν appellatio. Sic enim vocarunt, auctore Theodecte, peculiari nomine ea problemata, ad quorum solutionem maximum & præcipuum in memoria præsidium. Longè aliter habet in cæteris, quæ ex aliis scriptoribus commemorantur: ad quorum enodationem quisquis accesserit imparatus ab ingenij acumine, fretus eruditione aut memoriâ, is meo iudicio promouebit non multum. Generis loco posuit Clearchus in sua griphi definitione, aut veriùs, quasi definitione, πρόβλημα: alij λόγος: vt qui ita circumscripserunt: γρῖφος λέγεται ὁ δύσκολος καὶ συμπεπλεγμένος λόγος, ὁ ἔχων πάθος ἐν ἑαυτῷ μὴ φαινόμενον. vtrumque diuerso respectu verum est. griphus per se consideratus, oratio est: cùm alteri proponitur ad soluendum, problema, sic in historia Samsonis ænigma, τὸ חידה verterunt 70. πρόβλημα. Iosephus λόγον. Addit Clearchus παιστικὸν: vt iocosa hæc problemata, quibus inter pocula saturi conuiuæ se oblectabant, distinguat ab iis quæ seriò tractantur à sapientiæ candidatis. reuerà enim ludus & iocus res erat tota. Iosephus de Samsone epulas nuptiarum suarum apud Thamnitas celebrante: τοῦ πότου προβαίνοντος καὶ παιδιᾶς οὔσης οἷα φιλεῖ παρὰ τοῖς τοιούτοις καιροῖς, ὁ Σαμψὼν εἶπεν. Ἀλλ' προβάλλοντος ἐμοῦ λόγον εἰ λύσετε τοῦτον ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ ποιούμενοι τὴν ζήτησιν, ὀθόνας καὶ στολὰς γέρας τῆς συνέσεως κατ' ἄνδρα ἕκαστον φέρεσθε παρ' ἐμοῦ. Iulius tamen Pollux, posteaquam zetemata ista συμποτικὰ siue κυλικεῖα in duo tribuenda docuit, αἴνιγμα & γρῖφον: ita hæc duo distinguit: καὶ εἶχε τὸ μὲν αἴνιγμα παιδιὰν. ὁ δὲ γρῖφος καὶ σπουδήν. quibus verbis significari videtur, ænigmatum materiam iocos esse & sales: griphorum verò res serias & graues. Quare minùs rectè aut verè dixerit Clearchus, γρῖφον εἶναι πρόβλημα παιστικόν. Sed alia profectò mens Pollucis: neque ille vnquam fuit negaturus etiam griphum habuisse παιδιὰν: sed hoc dicit, griphum præter ludum & iocum, etiam solidæ eruditionis aliquid admixtum habuisse: quod nemo negauerit, qui Clearchéos griphos considerauerit. Athenæus infrà hoc libro, ex eiusdem Clearchi libro primo De parœmiis, τῶν γρίφων ἡ ζήτησις οὐκ ἀλλοτρία φιλοσοφίας ἐστί. καὶ οἱ παλαιοὶ τὴν τῆς παιδείας ἀπόδειξιν ἐν τούτοις ἐποιοῦντο. & iterum paulo pòst, ὥστε τὴν παιδιὰν μὴ ἄσκεπτον οὖσαν, μήνυμα γίνεσθαι τῆς ἑκάστου πρὸς παιδείαν οἰκειότητος. [Adiiciam hîc locum Aristophanis, ex quo clarè colligitur, & cuiusmodi essent griphi conuiuiales veterum, & quomodo solerent proponi. Sic ille initio Vesparum. Cleonymi ῥιψάσπιδος ignauiam traducens. Οὐδὲν ἄρα γρίφου διαφέρει Κλεώνυμος. Πῶς δή; προερεῖ τις, πρὸς τοὺς συμπότας λέγων. Ὅτι ταὐτὸν θηρίον ἔν τε γῇ κἀν οὐρανῷ κἀν τῇ θαλάττῃ ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα. Griphi materiam, inquit, præbet Cleonymus. Poterit enim aliquis inter conuiuas hoc γριφῶδες problema iactare. Ecquod sit illud animal, quod in terra, aëre, mari, clypeum amisit.]

CAPVT XVI.

Explicantur griphorum species, de quibus Clearchus apud Athenæum.

QVEMADMODVM Aristoteles, expositâ naturâ ἐριστικῶν sophisticarum, certos statim modos proponit nobis soluendi omnia sophismata: sic Athenæus vbi Griphorum naturam ex Clearcho nos docuit, continuò species eorum diuersas, ex diuersis principiis originem trahentes, explicare aggreditur. Sic igitur ille ex eodem quidem Clearcho, sed libr. non eodem. apponam autem integrum locum, tui Lector commodi caussa: multa enim nobis in eo animaduertenda. Ἐν δὲ τῷ περὶ γρίφων ὁ αὐτὸς Κλέαρχος φησίν, ἑπτὰ εἴδη εἶναι γρίφων. ἐν γράμματι μὲν, οἷον ἐροῦμεν ἀπὸ τοῦ ἄλφα ὡς ὄνομα ἰχθύος ἢ φυτοῦ. ὁμοίως δὲ κἂν ἔχειν τι κελεύῃ τῶν γραμμάτων, ἢ μὴ ἔχειν. καθάπερ οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν γρίφων. ὅθεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ σ ἐποίησεν ᾠδὴν, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιΐα προβληθέντος. Ἐν συλλαβῇ δὲ λέγονται γρῖφοι, οἷον ἐροῦμεν ἔμμετρον ὅ, τι δήποτε οὗ ἡγεῖται βα, οἷον βασιλεύς. ἢ οὗ ἔχει τελευτὴν τὸ ναξ, ὡς καλλιάναξ. ἢ ὧν τὸ λέων καθηγεῖται, οἷον Λεωνίδης. ἢ ἔμπαλιν τελικὸν εἶναι, οἷον Θρασυλέων. Ἐν ὀνόματι δὲ ἐροῦμεν ὀνόματα ἁπλᾶ ἢ σύνθετα δισύλλαβα, οὗ μορφή τις ἐμφαίνεται τραγική.

ἢ πάλιν

ἢ πάλιν συνθετὰ ἢ ἁπλᾶ ὀνόματα, οἷον Κλεώνυμος, ἢ θεοφόρα, οἷον Διονύσιος. καὶ τούτων εἴτε ἐξ ἑνὸς θεοῦ ἢ πλειόνων, οἷον Ἑρμαφρόδιτος. ἢ ἀπὸ τοῦ Διὸς ἀρχικῶς, Διοκλῆς. ἢ Ἑρμόδωρος. ἢ λήγειν εἰ τύχοι εἰς νικος. Facit Clearchus ſeptem griphorum ſpecies, ſiue τρόπους τοῦ γρίφους προβάλλειν. Cogitent ſtudioſi de hoc numero, nam ſi griphi appellationem tam laxè hîc accipit Clearchus, quam in ſuperiore loco quem proximo capite tractabamus: non eſt dubium multas eſſe griphorum idéas præter commemoratas hîc ab illo. quin videntur expoſiti hîc ſirpi à doctore Solenſe, toto genere diuerſi eſſe ab iis, quos alij omnes ſcriptores griphos aut ænigmata appellabant. non igitur ἁπλῶς omniũ griphorum ſpecies ſunt ſeptem: ſed vnius tantum generis illorum, quo veteres fidem memoriæ ſuæ in veterum lectione periclitabantur. quanquam huius ipſius generis alias ſpecies hîc prætermiſſas, ex eodem Clearcho ſub libri finẽ refert Athenæus. itémque libro 15. alias. Eum locum neceſſariò cum iis quæ hîc recitantur comparandum, deſcribemus integrum. Sic ille: Τῶν δ' ἡμῖν προκειμένων μελητικῶς, μέμνηται Κλέαρχος ὁ Σολεὺς ἐν τῷ Περὶ γρίφων, οὑτωσὶ λέγων· Σκεύη κελεύοντα λέγειν ὅμοια, οἷον τρίπους, χύτρα, λυχνεῖον, ἀκάτια, βάθρον, στοῖχος, λέβης, σκαφεῖον, ὅλμος, λήκυθος, σπυρίς, μάχαιρα, τρυβλίον, κρατήρ, ῥαφίς. Καὶ πάλιν ὄψων οὕτως· ἴτυος, φακῆ, τάριχος, ἰχθύς, γογγύλις, σκόροδον, κρέας, θύννιον, ἅλμη, κρόμμυον, σκόλυμος, ἐλαία, κάππαρις, βολβός, μύκης. Ἔπειτε τῶν τραγημάτων ὁμοίως. ἄμης, πλακοῦς, ἔνθρυπτος, ἴτριον, † ῥοδῶν, ἐρέβινθος, σησάμη, κοπτή, βότρυς, ἰσχάς, ἄπιος, περσέα, μῆλα, ἀμύγδαλα. Ergo nihil accurati in hac partitione, nihil ſubtilis. Sed nec cuiuis promptum, ſeptem quæ dicuntur ſpecies in ſequentibus verbis denotare. Nam aut plures videantur non iniuriâ recenſeri, aut pauciores. Si ſummas differentias ſpectemus Clearchi verbis comprehenſas, tres ſolùm griphorum aperiuntur fontes, litera, ſyllaba, nomen. ſin omnes diſtinctiones attendamus expoſitas verbis quæ adſcripſimus, decem non ſeptem tantùm griphorum modi inueniuntur. Septem erunt, ſi hanc ineniamus partiendi rationem.

I. ἐν γράμματι. Griphi in litera poſiti duo modi oſtenduntur, qui veteribus in vſu. Præmium ei proponebatur qui proferendis piſcium plantarumve aut ſimilium rerum nominibus, à certa litera (puta α) incipientibus, ſodales anteuertiſſet: aut plura recenſuiſſet. In vtro poſita eſſet victoria, celeritate nominandi an copiâ nominum, Clearchus non declarat. nobis dubium non videtur, horum alterum aut vtrumque ſpectatum eſſe in huiuſmodi muſicis certaminibus. Piſcium autem nomina, quorum prima litera ſit α, plurima apud Græcos, etiam præter illa quæ lib. ſeptimo in ordinem coacta legimus. plantarum item plurima, vt ἄμπελος, ἀμυγδαλῆ, ἄκανθα, ἄνηθος, ἄγνος. Hic prior eſt modus: alter ſequitur: cùm iubebant nomen aliquod proferre quod certam literam haberet: aut contrà quod certam literam non haberet. Exempli gratia: piſcis nomen vbi litera canina: ῥίνη. vbi non eſt eadem litera: ἀμία. ſic de cæteris. Addit, καθάπερ οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν γρίφων. intelligit problemata γριφώδη iactari ſolita in conuiuiis, quorum erant formulæ conceptæ ſine vllo ſibilo, aut litera ſigma. [Certum eſt, multos è veteribus literæ illius ſibilum refugiſſe, adeò vt non pauci carmina integra ſine ſibilo compoſuerint. Tryphiodorus quidam Odyſſéam λιπογράμματον, cui nullum inerat ſigma, olim ediderat, vt narrant poëtæ interpretes. De Pindaro ſubiicit Athenæus.] ὅθεν καὶ Πίνδαρος πρὸς τὸ σ ἐποίησεν ᾠδήν, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προβληθέντος. *Vnde etiam Pindarus odam fecit vbi exemplum eſt litera σ: ceu gripho quodam propoſito in lyrica facultate.* & falſa & inepta eſt ſententia, quam ex his verbis eliciunt homines eruditi. Græcorum πρὸς, multifariam accipitur: éſtque hîc opus iudicium interpretis. Nam ex præcedentibus non erat difficile diuinatu, quid hîc ſignificet πρὸς τὸ σ ποιεῖν ᾠδήν. præterea explicat ſeſe Clearchus idem infrà non longè, cùm ſcribit, compoſuiſſe Pindarum odam ἀσιγμοποιηθεῖσαν. id eſt, *in qua nullum erat σ.*

II. ἐν συλλαβῇ. Griphi in ſyllabæ obſeruatione poſiti, duo proponuntur modi. Alter eſt, verſum dicere qui à certa ſyllaba incipiat, putà βα. vt, Βακτηρία γάρ ἐστι παιδεία βίου. & Βάδιζε τὴν δικαίαν, ἣν οἰκεῖος ᾖ. adiicit Clearchus, οἷον βασιλεύς. quod ita interpretamur, *vt ſi quis proferat verſum incipientem à voce* βασιλεύς. vt hic è Phœniſſis Euripidis: Βασιλεὺς μὲν ὃν βέβηκε κοσμηθεὶς ὅπλοις. ſic etiam interpretamur ſtatim, ὡς καλλιάναξ. Dalec. accipit aliter vtrumque. quare etiam ἔμμετρον, vertit, *dictionem verſibus accommodatam.* Negamus nos dari poſſe vllam vocem, quæ non poſſit accommodari alicui metro: plurima enim ſunt & diuerſiſſima genera metrorum. nulla igitur vox erit οὐκ ἔμμετρος. quare nulla hîc erit difficultas: nullum diligentiæ aut memoriæ argumentum. Idem Dalec. pro ἐροῦμεν *dicemus*, ſcribit, ἐρούμεθα: nobis placet quod vulgatum eſt ſcriptúmque in omnibus antiquis, ἐροῦμεν ἔμμετρον, *verſum recitabimus.* Alter modus: verſum dicere qui deſinat in certam ſyllabam, putà αξ. vt initio Supplicum Euripidis, Ἄπαιδες εἶπον, ὅς ποτ' Ἀργείων ἄναξ.

III. His duobus modis ſubiiciuntur alij duo, quorum obſeruatio non in vnica ſyllaba eſt poſita, ſed in duabus. Si volumus in Clearchéis verbis ſeptem quas pollicitus eſt ſpecies inuenire: ſeparandi huius generis griphi à præcedentibus. Perſpicua magis fuerit partitio, ſi ſcribatur, ἢ ἐν συλλαβαῖς, οἷον ἐν τῷ λ. κ. Prior eſt illorum, ὧν τὸ λεων καθηγεῖται, οἷον Λεωνίδης: ideſt, *verſum dicere cuius duæ primæ ſyllabæ ſint* λεων, *vt ſi inchoet à nomine* Λεωνίδης. Poſterior modus, τὸ ἔμπαλιν τελικὸν εἶναι, οἷον Θρασυλέων. verſum dicere qui deſinat in vltimas ſyllabas λεων: vt cuius vox poſtrema fuerit Θρασυλέων. Poſſumus vocem ἔμμετρον etiam aliter accipere: vt neque verſum, neque dictionem verſui aptam intelligamus, ſed certum

pedem metricum. vt βασιλεὺς exemplum ſit dictionis à βα incipientis, quæ conſtat anapæſto, καλλιάναξ, dictionis in αξ deſinentis, quæ conſtet choriambo. Λεωνίδης exemplum eſt iambicæ dipodiæ, ſiue ταυτοποδίας. Θρασύμαχος, quarti pæonis. Statuet lector eruditus, vtram interpretationem ſit ſatius ſequi.

IV. ἐν ὀνόματι. Omnes quæ deinceps explicantur ſpecies griphorum ad vnum caput referri poſſunt: verſantur enim omnes in nominis cuiuſpiam obſeruatione. ſed vt ſeptem illæ ſpecies, de quibus dictum eſt, inueniantur, neceſſariò ſeparatim explicabimus ſingulos modos qui hîc proponuntur. Ait igitur, ἐν ὀνόματι ἐρουμέν ὀνόματα ἁπλᾶ ἢ σύνθετα δισύλλαβα, οὗ μορφή τις ἐμφαίνεται τραγική. *Griphus vt ſit in nomine, dicemus; nomina ſimplicia aut compoſita duarum ſyllabarum, vbi tragica ſpecies quædam appareat.* ſiue, *quibus perſona quapiam tragica repræſentetur.* Vellem eſſet exemplum à Clearcho adiectum: nam obſcura mihi hæc verba. Attulimus duplicem vocis μορφὴ interpretationem: Prior ſpectat tragicarum perſonarum σχῆμα, quæ deſcribitur fusè Iulio Polluci lib. 4. cap. 19. Senſus eſt, proferendum eſſe aliquod nomen, quo deſignetur ornatus alicuius tragicæ perſonæ: putà regis, aut reginæ, aut alicuius ſenis, aut vetulæ lamentantis, aut nuncij, vel alius è ſimilibus perſonis, ſine quibus non fit tragœdia. Poſterior interpretatio ad perſonas ipſas reſpicit, quarum nomina ex hiſtoria fabulari, & ex antiquorum tragicorum fabulis ſunt omnibus obuia. Tragicum nomen ſimplex diſſyllabum, vt *Tydeus, Peleus, Oeneus, Minos.* Tragicum nomen compoſitum diſſyllabum, vt Ἄτρεύς. eſt enim ab α, & τρέω: & cum propriè ſignificat qui eſt impauidus. νηλεὴς, *miſereri neſcius.* Κύκλωψ, Ἡρακλῆς, Πρίαμος & id genus.

V. ὀνόματα ταπεινὰ ἢ ἄδοξα, οἷον Κλεώνυμος. *nomina humilia*, quid aliud interpretari eſt quàm humilium perſonarum? putà ſeruorum aut ſeruarum. ἄδοξα nomina, quæ honeſta quidem ſunt, ſed nullius tamen d. ∗ ∗ n nomen in ſe continent, vt Cleonymus, Ariſtoteles, Demoſthenes.

VI. ὀνόματα ἄθεα. Nominibus atheis, id eſt, *ſine Deo*, contraria illa quæ Deum aliquem in ſe continent, vt *Dionyſius.* Διόνυσος enim eſt *Bacchus.* vel plures, vt *Hermaphroditus*, iniunt huic vocabulo Mercurij & Veneris nomina. Aliquando proferenda erant nomina, quorum ἀπὸ Διὸς principium, vt Diocles: aut ἀπὸ Ἑρμοῦ, vt Ἑρμόδωρος.

VII. ὀνόματα λήγοντα, εἰς τύχος, εἰς νίκος. vt Ariſtonicus, Demonicus, Callinicus. Non video magnum diſcrimen inter hanc & tertiam ſpeciem.

Addit Clearchus, οἱ δὲ μὴ εἰπόντες εἰς προσταχθὲν, ἔπινον τὸ ποτήριον. *qui non dixerant quod iuſſi fuiſſent, poculum bibebant.* non exponit quale illud poculum fuerit: propterea ſubiicit Larenſis, καὶ ὁ μὲν Κλέαρχος οὕτως ἀπεδίδαξεν. τί δὲ ἦν τὸ ποτήριον καλῶς μου οὐ σημαίνει ζητῶ. In extremo libro ſatisfit quæſtioni huic: & ex Antiphanis Ganymede docetur, muriam ſolitam infundi in eorum poculum, qui non potuiſſent, quod fuerant iuſſi, præſtare. Diſerte Antiphanes, ἅλμης ἐγχέαι τι ἐκφέρειν ποτήριον. Hoc ipſum & Pollux confirmat, ὁ μὲν λύσας γέρας εἶχε κρεῶν τινὰ περιφοράν. ὁ δὲ ἀδυνατήσας, ἅλμης ποτήριον ἐκπιεῖν. Sed non arbitrandum eſt, certam vllam pœnam fuiſſe ita moribus receptam, vt eius conſuetudo apud Græcos omnes obtinuerit. Heſychius pro muria merum illis propinat, aut aquæ cadum. Idem cenſendum & de præmio rectæ reſponſionis: quod apud alios aliud ſolitum proponi ne dubitandum quidem eſt. Non prætermittam ſuper hoc mirifica Euſtathij verba è 22. in Odyſſeam commentario. Γρῖφος, ait, ἀνάπλοκον σχῆμα ὃ ἐν τοῖς συμποσίοις ἔλεγέ τις προβλήματος φιλικῆς συναγωγῆς, καὶ ὁ μὴ ἐπιλυσάμενος τὸ προτεθὲν ἐζημιοῦτο, ὁ δὲ ἀπορήσας ἐκφέρει τὸ φιάλης. Quis fando accepit ſimile genus certaminis: cum victo victorique par & eadem conditio proponitur: & vt ait poëta, ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἠμὲν κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός. Sic enim dicit: *qui griphum ſoluit, appoſitam vini phialam ebibit: qui victus difficultate ſuccubuerit, phialâ ſe ingurgitat.* Sed præſtat exponere ὁ ἀπορήσας, *is qui griphum propoſuit.* hoc melius.

CAPVT XVII.

Exponitur hic griphus, ὅ, τι φέρων τις μὴ φέρει. *item alij de olla carniū, de placētâ, vino, aqua, myrrha.*

SVPEREST iam, vt ad diuerſi generis griphos verè γριφώδεις, quos ex antiquis comicis recitat dipnoſophiſta, accedamus. Primus omnium eſt, quem deſcribere ſe ait ex Antiphane ἐν Κναφεῖ ἢ Σαπφοῖ. iure ſuſpecta nobis prior tituli huius vox: ſicut libro ſeptimo dicebamus, capite nono. Poetæ verſus infra deſcripſimus.

> Ἐγὼ πρότερον μὲν τοὺς κελεύοντας λέγειν
> Γρίφους ἐδόκουν ληρεῖν, ἀληθῶς λήρων σαφῶς,
> Λέγοντας οὐδέν. ὁπότε τις προτείνεται
> Εἰπεῖν φέρε, ὅ, τι φέρων τις μὴ φέρει·
> Ἐγέλων, νομίζων λῆρον οὐκ ἂν γενόμενον.
> Οὐδὲ ποτε γ' εἶναι πρᾶγμα τοῦτο τῶν λόγων·
> Ἐπεδρας δ' ἕνεκα. νῦν δὲ τοῦτ' ἔγνωκ' ὅτι
> Ἀληθὲς ἦν. φέροντες ἡμῶν δέκα τι συμβολὰς
> Ἐρανον φέρουσιν οὐδ' ἀλλὰ, ταῦτα νῦν, φέρων
> Ὁ καὶ τοῦτο, ταῦτ' ἐστὶν, ὃ τι φέρων τις μὴ φέρει
> Ἴσως ἂν, καὶ ὁ γρῖφος οὐκ ἐσαῦθ' ἐστιν.

Non ſolum interpretes Athenæi, ſed etiam alij viri eruditi, qui in colligendis exponendiſque antiquis griphis poſuerunt operam, crediderunt griphum, cuius hîc Antiphanes meminit, non aliò quàm ad eranos & collectas conuiuiales pertinere. Vt longe aliter ſentiamus, comici verba nos impellunt: ex quibus difficile non eſt intellectu, iactatum fuiſſe vulgò in conuiuiis griphum hunc, & ſingulos conuiuas de eo ſolitos ordine interrogari, vt is demum auferret præmium, qui rem acu tetigiſſet. Quòd autem eranis hîc accommodatur: etſi non eſt illepidum commentum:

mentum: à vera tamen interpretatione, & ea sententia quam griphi auctor animo conceperat, prorsus alienum videtur. Sed profectò ita est: qui apud Antiphanem hæc loquebatur, non id agebat vt seria responsione propositum sibi griphum solueret: sed per ludum & iocum illiberalibus eranistis eum applicat. Putaui hactenus, ait, nugas agere eos qui in conuiuiis griphos soluendos proponerent, cuiusmodi hic est: *Quidnam illud sit, quod ferens aliquis, non fert tamen.* hoc inquam, ait ille, putabam merum nugatorum hominum commentum, omni veritate cassum, quódque interpretationem nullam admitteret. Nunc autem rerum experimentis edoctus, sententiam veram eo gripho contineri didici. Nam ecce, cùm inter nos sodales decem conuenisset, vt quisque pecuniam aliquam conferret ad cœnam, vt vnà essemus apud vnum ex ipsis, qui omnium mandatu cœnam parare iussus fuerat: ille quidem cœnam parauit, & reliqui sodales, vt conuenerat, apud illum cœnarunt: pecuniam verò nemo eorum contulit: nemo symbolam dedit: omnes tamen eranistæ haberi volunt, non gratis excepti conuiuæ. Quare in istis solo nomine eranistis, non reapse eranum pendẽtibus, verum apparet quod aiebat griphus, esse qui ferentes aliquid non ferant. Vel sic interpretare: Decem sumus sodales qui eranum conferimus ad epulas: sed nemo nostrûm est qui totum ferat eranum: omnes tamen ferre dicimur: ferimus igitur & non ferimus. Notemus in primo versu τ̀ κελδύοντας, *iubẽtes*: & in tertio τ̀ προςτάττειν, *iubetur*. Sic enim fuit moris, vt magister conuiuij, aut alius è conuiuis potestatem haberet iubendi, vt ad propositam quæstionem ænigmaticam singuli responderent. Ideò Clearchus in definitione griphi vsus voce προσταντικῶς. respondebãt autem eo quo sedebant aut accumbebant ordine: ideò ait versu quarto, ἀπεῦν ἰφεξῆς. nam ἰφεξῆς, non est *subitò* aut *confestim*. sed ἐπισχερώ. [*deinceps ordine continuo.*] elegãter λῆρον κ̀ ψηφόμθμον appellat orationem merè nugatoriam. contrà apud Demosthenem οἱ ψηφόμθμοι λόγοι, sunt veri sermones. [apud Martialem *res facta*: cùm ait, *Tu factã tibi rem statim putasti, Et nõ subita verba subnotasti*. alibi, *Iam te rem factã Bithynice credis habere?* Sextũ versum mendâ nõ carere satis liquet: nam ᾤμίω saltem erat dicendum, non οἴμαι. sed aliud poëtã censemus scripsisse. Lego, Οὐ δεινοί γ' ὄν τι πρᾶγμα παντελῶς λέγειν. vel ὄντα πράγματα. putabam eos dicere, quæ nullo modo essent in rerum natura, sed mera commenta. Meliùs scribas in septimo, Ἕνεκα δ' ἐνέδρας. solùm decipiendi caussa, vt in re nihili occupatos sic homines tenerent, tanquam in re seria. [Octauum & nonum ita concipi malebat Scaliger. φέρομεν γὰρ ἄνθρωποι δέκα ἔρανόν τι', κ.φ.] Vndecimus est Aristophanis mutatus leuiter, Οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς ἐσ τοῦτο ῥέπει. Cæterùm griphum hunc interpretari ex mente auctoris, fortasse difficile est: illud non nimis difficile, excogitare qui exponas non inepte. Nam verbi gratia, qui equo vehitur aut naui, & gladium fert, is quod fert non fert. Etiam qui aduersam fert fortunam, is & fert, (sic enim loquuntur omnes linguæ) & non fert: κυρίως nempe. Pater futurus sobolis suæ, prius quàm generauerit, eam fert & non fert. fert semen δυνάμει ἀνθρώπων: actu non fert. Cùm plures collatis viribus onus ferunt, quisq; eorum fert & non fert: pro virili fert, in totum non fert. Vtraque enunciatio æquè vera: ὁ συμβαστάζων βαστάζει. & ὁ συμβαστάζων οὐ βαστάζει. [Atque hoc adeò verum est, vt non dubitet Iulianus Iurisconsultus dicere, subtili ratione furtum trabis excusari posse, quam plures simul abstulerint. Locum viri prudentis, quia huic gripho facem allucet, adscribã à libro nono Digestorum. *Multa, inquit, iure ciuili contra rationẽ disputandi pro vtilitate cõmuni recepta esse, innumerabilibus rebus probari potest. Vnũ interim posuisse contentus ero. Cùm plures trabem alienã furandi caussa sustulerint, quã singuli ferre non possent: furti actione omnes teneri existimãtur, quãuis subtili ratione dici possit, neminem eorũ teneri: quia neminem verum sit eã sustulisse.*] Sexcenta alia possunt excogitari. Atque hoc de industria quæsitum videtur, vt eiusmodi problemata proponerent, quorum posset afferri multiplex interpretatio. Ita poterant singuli conuiuarum ingenium exercere. Quod diximus Antiph. detorsisse hunc sirpum ad eos, qui collectas nõ soluerent: probatur nõ obscurè sequentibus versibus:

Ἀλλ' οἷα λογοποιοῦσιν ἐν τοῖς πράγμασι,
Οἱ τ' ἀργύριον μὴ καταθέντες· ὡς σφόδρα
Φίλιππος ἆρ' ἦν εὐτυχής τις, νὴ Δία.

quorum tamen sententia ex iis quæ non extant pendens, peruideri non potest. Sequuntur alij griphi ex eodem comico ἐν Ἀφροδισίῳ. ita omnes codd. mendosè. Laudatur alibi fabula huius comici Ἀφροδίτης γοναί. de ea loquitur fortasse, & ἐν Ἀφροδισίῳ dixit, pro ἐν δράματι Ἀφροδίτης. Primùm describitur δι' αἰνιγμάτων olla carnium. dicitur olla τροχορυμάτοις τευκτὸς κοιλοσώματος κύτος, πλαστὸν ἐκ γαίης, ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ. *rota impulsu factum caui corporis vas, fictũ è terra, coctũ in alio tecto eiusdem matris.* nihil obscurum hîc. Similis illa patinæ descriptio alîus comici, τῆς τροχηλάτου κόρης Πιμπλήσι λοπάδος στρογγυλοσώματον κύτος. de qua lib. 2. cap. 23. In membranis & Epit. scriptum τροχοῦ ῥύμασι τευκτόν. non probo. at τὸ ἢ quod præponitur huic voci in omnibus libris, suspicionem mouet mihi ita scribenda esse præcedentia: Πότερον ὅταν μέλλω λέγειν σοι τὴν χύτραν, χύτραν λέγω σοι ἤ τι. *Si tibi habeã verba facere de olla, vtrũ placet tibi, vel vt ollã dicã, vel vt his* vtar ambagibus? Sic paulo pòst, ἢ σαφῶς πλακοῦντα φράζω σοι; Deinde carnes agninæ in olla coquentes sic exprimuntur, Νεογνοῦς ποίμνης δ' ἐν αὐτῇ πνικτὰ γαλακτοθρέμμονα τακεροχρῶτα δικτύοισι. Sed vox postrema corrupta est deformiter: neque in Epitoma vllum eius vestigium. Subiicitur griphus alius quo placenta describitur ex melle, lacte, farina subtili artificio ficta. Sic Antiphanes,

—Σὺν ἧς μελίσσης νάμασίν τε συμμιγὴς
Μηκάδων αἰγῶν ἀπορρεῖ θρόμβον ἐγκαθήμενον
Εἰς πλατὺ σήγαστρον ἁγνῆς παρθένου Διὸς κόρης
Λεπτοσινδῶσι τοῖς τρυφῶσας μυρίοις καλύμμασιν.

etiamsi non adiecta essent sequentia verba, ἣ σαφῶς πλακοῦντα φράζω σοι: non erat attendenti obscurum futurum, placentam his versibus describi. in primo scribendum συμμιγῆ. in postremo, λεπτοσινδόνοις, videlicet καλύμμασι. & τρυφῶντα nempe θρόμβον. Nemo etiam dubitabit, cur vocat vinum βρομιάδος ἱδρῶτα πηγῆς. At proximus versus corruptissimus est, Λιβάδα δὲ φαιανθεῖσαν αὐδῇ πρόλιπον, ὕδωρ φάθι. Legendum ex Vindelicianis Excerptis, Λιβάδα φαιδρὰν δροσώδη πῶς. vel potiùs φαιὰν δρ. quod verum esse nullus dubitat. de vero aquæ colore, & an vllus ei sit color, alibi disputamus: sed poëta φαιὰν, *pulli coloris* appellat, Homeri exemplo: cui semper aqua dicitur nigra, passim in eius poësi κρήνη μελάνυδρος. & μέλαν, aut δνοφερὸν ὕδωρ. Proximo versu Κασιέπην αὔραισιν αἰθέρος, interpretatur comicus *myrrham*. mirum: nam aliud casia, aliud myrrha. sed videntur myrrham latâ notione posuisse pro quolibet aromate. quare etiam à מר quod Hebræis *myrrham* significat fecerunt μύρον, commune nomen omnium eius generis. Quia tamen quem locum habere queat dictio μακρὰν, initio insequentis versus non video: fortasse scribendum est, σμύρναν εἰπέ μοι ἢ κασίαν. Sed mallet fortasse aliquis, μαρὶ pro μακρὰν rescribi. hoc igitur κάθου εἰς μέσον. At in iis quæ adiicit comicus, legi metricæ consulere non nunc laboro: sententiæ vtcunque consulueris per hanc lectionem & interpunctionem, μηδὲ τοῦτό μοι ἄλλο μηδὲν μοι ἐς τοὔμπαλιν λέγων, ὅτι δοκεῖ, τοῦτ᾽ ἔργον εἶναι μεῖζον ὡς φασί τινες. Αὐτὸ μὲν μὴ λέγειν, περὶ αὐτὸ δ᾽ ἄλλα συστρέφειν πυκνά. *myrrham*, ait, *dic mihi aut casiam* (vel, *o infrunite*) *neque quicquam eiusmodi mihi* dixeris, *loquens contrario modo* atque omnes alij: *quoniam* videlicet, *magnum videtur nonnullis, rem quidem ipsam non dicere: sed circa rem alia multa torquerere.*

CAPVT XVIII.

Griphus de somno: de podice: de ichneumone, ἀττελεβόφθαλμος. ἀμφικνίφαλος, ἀμφικνέφαλος, & ἀμφινίφαλος. multa de ichneumone. Obscurus griphus de camo iudiciali.

AENIGMA de somno quod deinceps recitatur ex Alexide, circũferebatur debile, & tantummodo hemitomum. nos alterum hemitomum ex Eustathio & membranis adiecimus: sed perperam distincta sunt quædam. ideò hic describemus.

Οὐ θνητὸς οὐδ᾽ ἀθάνατος, ἀλλ᾽ ἔχων τινὰ
Σύγκρασιν, ὥστε μήτ᾽ ἐν ἀνθρώπου μέρει
Μήτ᾽ ἐν θεοῦ ζῆν, ἀλλὰ φύεσθαί τ᾽ ἀεὶ
Καινῶς, φθίνειν τε τὴν παρουσίαν πάλιν.
Ἀόρατος ὄψιν, γνώριμος δ᾽ ἅπασιν ὤν.

non est mortalis neque immortalis, sed habet mixtum temperamentum: itaque nec vt homo, nec vt Deus viuit: sed cùm nascatur subinde nouè, perit rursus eius præsentia: id est, ipse postquam est renatus, *inuisibili specie, notus est omnibus.* Quare inuisibilem somnum dicat, stultum sit quærere. simul enim nascitur somnus, & cæcus fit homo: simul redit facultas videndi, & abit somnus. tamen argutantur grammatici, & eius rei caussam afferunt nec caussam. Aiunt enim, ἐπεὶ δὲ τοῦ ποιητοῦ χεῖρα τὸ ἀόρατος ὄψιν, ἐξ Ὁμήρου ὃς ἀόρατον Διὶ τὸν ὕπνον πεποίηκε. quia dixit poëta, Δία δ᾽ οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. Insequuntur aliquot griphi ex Eubuli Sphingocarione, cum ipsorum interpretatione. Griphum hexametris versibus complexus est poëta: instar oraculorum, quæ sæpe fabulis suis eo genere versuum inserunt comici. interpretatio iambicis senariis scripta est. Primi griphi primus versus ita scribitur in vulgatis libris, Ἔστι λαλῶν ἄγλωσσος, ὁμώνυμος, ἄρρεν θῆλυς. meliùs scripta lectio, ὁμώνυμος ἄρρενι θῆλυς. *siue mas siue fœmina, idem* habet nomen. Versu tertio, non damno quod est editum, Ἀξυνέτ᾽ ἀξυνέτοισι λέγων. coniectura nostra an omnino damnari debeat, viderint eruditi: ἀξύνετα ξυνετοῖσι λέγων. Sed iam coniectura hæc non est, postquam ita scriptum reperimus in Excerptis. Quid hîc significet, νόμοι ἐκ νόμου ἕλκων, meliùs declarari non potest, quàm verbis Aristophanis in Nubibus. ὥσπερ βροντὴ τὸ ζωμίδιον παταγεῖ, καὶ δεινὰ κέκραγεν ἀτρέμας πρῶτον παππὰξ, κἄπειτ᾽ ἐπάγει παπαπαππάξ. Scribe vltimum Iambicum, Λέγει. τί βούλει; πολὺ μάτων πολλῶν φύλαξ. Transeamus ad proximum griphum. Ait Eubulus.

Ἀττελεβόφθαλμος, μὴ πρόσνομος, ἀμφικνίφαλος,
Αἰχμητής, παίδων ἀγόνων γονὰς ἐξαφανίζων.

hîc sanè opus habebamus Oedipo: nam hæc Sphinx Davis οὐ ξυνετὰ hîc loquitur. Ichneumonem intelligi ipse auctor griphi docet nos. Posterior versus totus ab eo est expositus: de priore videamus. Igitur versu isto Ἀττελεβόφθαλμος, μὴ πρόσνομος, ἀμφικνίφαλος, describitur ichneumon bestia tribus notis. prima est, quòd sit ἀττελεβόφθαλμος, id est, *oculos habeat locustæ oculis similes*: quarum species vna ἀττέλεβος vel ἀττέλαβος dicta Græcis. In quo autem hæc similitudo? Locustarum genus constat esse ἐξόφθαλμον & σκληρόφθαλμον: *habere oculos eminentes & praeduros.* Ichneumonis oculi adeò non prominent, vt κοιλοφθάλμοις adnumerãdi sint potius quàm ἐξοφθάλμοις. restat igitur vt in oculorum duritie similitudo sit posita. de quo tamen ampliùs censeo deliberandum: nam visus mihi ichneumon oculorum acie plurimùm valere: at τὸ σκληρόφθαλμον inter maxima oculorum vitia. quare non dubitauit olim Nigidius negare locustas oculos habere. De oculis ichneumonis nihil Aristoteles, nihil Plinius, nihil Nicander. Oppianus philosophus & poëta magnus, tribuit ei oculos igneos, isto versu, Νόσφι μόνης ὀρῆς τε καὶ ὀφθαλμῶν πυρόεντων. item λοξὸς & toruùm tuentes: sed tum, quando est prædæ intentus.

Δὴ ῥα τότ᾽ ἰχνεύμων δολίην ἐπὶ μῆτιν ὑφαίνει.

Λοξοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἀπείρονα θῆρα δοκεύει.

Plinius paulò aliter, *In dimicatione caudam attollens ictus irritos auersus excipit, donec oblique capite speculatus inuadat in fauces.* Altera nota est μὴ πρόσομος: quæ si non accipitur cautè, falsa est nam ichneumonē rostro acutissimo esse dubitat nemo: quod negari videtur hac voce: πρόσομα enim vocantur, quæ sunt acuta vt gladius & id genus. Sed non est nouum, vt eadem vox diuersas atque adeò contrarias aliquando interpretationes recipiat. Propriè idem est πρόσομος atque ἐστομωμένος, *ore præditus*, gladius πρόσομος dicitur, qui secat & vorat quæ sunt obuia, quod ore faciunt animalia. Aliâ notione ichneumon dicitur μὴ πρόσομος, quia os propriè dictum non habet: sed rostrum mucronatum: nam habet illud animal ῥύγχος insigne, vt scimus ἀπὸ τῆς αὐτοψίας. Sustuleris hanc difficultatem, si contra librorum auctoritatem scribere sustineas ἢ πρόσομος, vel μικρόστομος. quod nobis propè temerarium videatur. Tertius character est ἀμφικνέφαλος. vel quod idem est, ἀμφικνάφαλος, *caput habens tomentaceū aut puluino simile*. quod ne deus quidem Hermes rectè possit ἑρμηνεύειν. Dalecampius emendauit ἀμφικνέφαιος, ad colorem referens, qui est sanè subobscurus, vt omnium rerum ἐπίφορον. Est autem κνεφαῖος, *caliginosus*, sic apud Hippocratem ζοφώδης, coloris est nomen, vt obseruamus alio in opere. Sed neque huic emēdationi assentiri debemus, cum in antiquissimis membranis, & optimis Excerptis disertè scriptum sit ἀμφικέφαλος. Sic etiam alibi dictiones ἀμφικέφαλος & ἀμφικνέφαλος reperimus inuicem confusas. Nam quæ Polluci libro decimo, capite sexto, ἀμφικνέφαλος κλίνη dicitur: hanc alij grammatici ἀμφικέφαλον nuncupant. sed veriorem puto Pollucis γραφήν: & in Etymologico ita censeo emendandum. Κνέφαλον dicebant τὸ προσκεφάλαιον: inde ἀμφικνέφαλος κλίνη, lectus habens vtrinque puluinar. At in hoc gripho, ἀμφικέφαλος scribendum omnino: vel quod idem est & metro conuenit potiùs ἀμφικάρηνος. Videtur glossa irrepsisse in locum vocis legitimæ, vt sexcentis locis apud Poëtas. Porrò ancipitem appellat Eubulus ichneumonem, siue vtrinque capitatum, quia in dimicatione auersus pugnans pro capite vtitur caudâ. Adde quòd eius cauda speciem aliquam capitis præ se fert, auctore Oppiano, cuius fides in talibus non facilè suspecta sapientibus. Sic autem ille.

Οὐρὴ οἱ δολιχή τε ὀφιείη τε τέτυκται
Ἄκροισι κεφαληδὸν, ὑποδρώουσι κορύμβοις.
Αἴγα μελανομένη θηρῶν φολίδεσσιν ὁμοίη.

satis manifestò similitudinem aliquam cum capite caudæ tribuit voce κεφαληδόν. Sed quid aliorum quærimus testimonia? Eubulus ipse auctor griphi, idémque interpres, mox ἀμφίστομον ichneumonem vocat, & caussam adiicit, quia, ait κατὰ τὰ κάτωθεν τοῖς δ' ἄλλοισι δάκνει. quare nullum dubium, ἀμφικέφαλος scribendum esse, aut sicut dicebamus, ἀμφικάρηνος. Vidimus nos Francofurti ad Mœnum ante hos decem annos ichneumonem ex Ægypto allatum. Forma erat qualis est ictidis, vt rectè cecinit Nicander.

Μορφὴ δ' ἰχνεύμονος κινωπέτου οἷον ἀμυδρῆς
Ἰκτίδος, ἥ τ' ὄρνισι κατοικιδίοισιν ὄλεθρον
Μαίεται, ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πεταύρων
Ἔνθα λέχος τίκτονται ἐπ' ἰκρίω.

describit poëta, quem vulgò furetum vocant, cuius insidiæ gallinis periculosissimæ, mustelarum genere & appellatione. Plinius ictidas cōplectitur. Huic ergo animali, quantum recordamur, similis erat ichneumon quem vidimus. Magnitudine felē superabat: rostrum illi acutissimum. auriculæ perbreues, & quarum rotundus ambitus: cauda pro cætero corpore admodum producta: color cinereus: sed in rostro & pedibus crebræ erant nigræ maculæ: irritatus pilos surrigebat. cætera de ichneumone Petrus Bellonius, vir magnus, & cui multum studiosi omnes debent. Subiecta duo verba his duobus versibus, ἰχνεύμων Αἰγύπτιος. reliquiæ sunt integri versus Eubuli. Integrare possis hoc modo: Τίς οὗτος, ἰχνεύμων ὅδ' ἐς Αἰγύπτιος. Griphus de pappo, interpretis non eget. In explicatione subiecta penultimus versus mutilus est. sententia non dissimile aliquid postulat, —ὅταν δ' ἀποβάλῃ τὴν ὑγρότητα τοῦτο, πέτεται κοῦφος ὤν. vel ὅταν δ' ἀποβάλῃ τοῦτο, πέτεται τοῦτο κοῦφος ὡς ἔχων πτερά. Postremus griphus ex Eubulo recitatus ita habet.

Ἔστιν ἄγαλμα βεβηκὸς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνὸς,
Εἰς πόδας ἐκ κεφαλῆς τετρημένον, ὀξὺ, διαμπερὲς,
Ἀνθρώπους τίκτον κατὰ τὴν πυγὴν ἕν ἕκαστον.
Ὧν οἱ μὲν μοίρας ἔλαχον βίου, οἱ δὲ πλανῶνται.
Αὐτὸς δ' ἕκαστος ἔχων αὐτὸν καλέσει φυλάττειν.

Eubuli interpretationem non subiecit Athenæus; contentus verbo monuisse intelligi τὸ κληρωτικόν, *instrumentū sentiēdi*. Nullum dubium est, referendam esse hanc descriptionem γριφώδη ad consuetudinem Attici fori, vt ferè omnia quæ apud comicos etiam Latinos, nedum Græcos, leguntur. Cùm autem calculis suffragia ferre moris esset in ea vrbe: duo vasa in eos vsus admoueri solita legimus; καδδίσκον, siue κάδον, & κημόν, quorum erant formæ diuersissimæ. Cadus, vrna erat satis capax, quæ coniectos calculos aut chœrinas continebat. Camus, vasculum erat siue textum vimine opus: oblongum, ab altera parte latum, ab altera angustum, vtrinq; patens, per quod in cadum calculi immittebātur. Pollux li. 8. λαδδίσκος μὲν ἦν ἀγγεῖον, ᾧ τὰς ψήφους ἐγκαθίεσαν: κημὸς δ' ὃ καλοῦσιν αἱ ψῆφοι, ἐπικείμενος τῷ καδδίσκῳ. Docti viri de cado griphum hunc sunt interpretati: nos de camo auctorem griphi sensisse contendimus. Sed verba inspiciamus. Ita autem vertimus: *Est statua*, inquit, *cuius basis in summo est, imo hians: à capite ad calcē perforata, desinens in acutum, ibique foramen habens, viros pariens per nates*, (id est, *posticam partem*) *vnumquodque quorum alij sortē vitæ nanciscūtur, alij errant*. Appellat ἄγαλμα, camum: quia vt statuæ super sua basi solent collocari, sic camus super ore caddisci siue vrnæ:

 nam

nam & Græci ὑδρίαν vocant. neque probem *ſimulacrum* exponi: minùs probo eruditorum hominum ſententiam ſuper ſequẽtibus verbis, βεβηκὼς ἄνω, τὰ κάτω δὲ κεχηνώς. dum legunt μεμυκὼς ἄνω, *cõniuens supernè*, ſiue *clauſo ore*: quod abſurdum eſt. Nam camus immittebatur in os cadi, & per ipſum traiiciebantur ſortes in cadum: quare veteres colo & infundibulo comparant camum, cùm ratione figuræ, tum propter vſum. Scholiaſtes Ariſtophan. κημὸς ὁ ἐπὶ τοῦ καδίσκου, εἰς ὃν τὰς ψήφους καθίεσαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις. Κρατῖνος δὲ αὐτὸν ἐν Νόμοις χοίνιον ἠθμὸν καλεῖ. πλεκτὸς γὰρ ἐγίνετο. καὶ ἦν παρόμοιος χοίνῃ. Scribẽdum χοίνινον ἠθμόν. *Cratinus camum appellat, colum iunceum.* Heſychius, χοίνινος ἠθμὸς, δι' οὗ τὰς ψήφους εἰς τὰς ὑδρίας οἱ δικασταὶ καθιᾶσι. reſpicit ſine controuerſia illum ipſum Cratini locum. Iidem grammatici camum vocant πλέγμα κωνοειδὲς καὶ ἠθμοειδές. *textum coni figurâ, colum referens*: & cur ori cadiſci imponeretur camus cauſſam afferunt, ἵνα μὴ ὀλισθαίνωσιν αἱ ψῆφοι: *ne calculi aberrantes ab angustiore cadiſci foramine dilaberentur.* Quare etſi ſpecie veri blanditur illa lectio, μεμυκὼς ἄνω: quia opponuntur inter ſe μύειν & χαίνειν: falſa tamen eſt, atque adeò ridicula. βεβηκέναι eſt rectum inſiſtere, vt cùm ſuper baſi ſuâ ſtat ſtatua. at quæcumque ſunt κωνοειδῆ, vt colum, infundibulum, & camus, inuerſæ pyramidi ſimilia ſunt: cuius baſis eſt ſurſum verſa, cuſpis deorſum. Ex his intelligimus, quàm eleganter Eubulus camum appellet ἄγαλμα βεβηκὼς ἄνω. In ſecundo verſu διατορεὶς poſitum pro διατέτρηται. Videtur autem battologia mera, τετρημένον, ὀξὺ διατορεὶς, niſi commodè exponatur. In Excerptis & membranis pro διατορεὶς ſcriptum inuenimus διατόρευτον. fortè pro διατέτρηται. aliquando legebamus διαμπερὲς, pro διαμπερής. ſed pœnitet coniecturæ. In tertio verſu τίκτει ſcribe cum Excerptis: in iiſdem eſt ἕν' ἕκαστον. *vnumquemque*: ſiue *ſingulos homines*: quia de ſingulis ſontibus ſeparatim feruntur ſuffragia. non diſplicet ἓν ἕκαστον. vt obſcurè reſpiciatur ad diuerſos camos. duos enim, (aut etiam tres) cados cum ſuis camis ſtatuebant. in alterum nigri, in alterum albi calculi coniiciebantur πυγὴν appellat anguſtam cami partem, per cuius foramen calculi in venam ingrediebantur. Obſcurè dictum & planè αἰνιγματωδῶς, *homines parere*, pro ferre decretoriam de vita aut morte hominis ſententiam. magis propriè vſus eſſet verbo γεννᾶν tum enim generatur & concipitur ſententia, cùm per camum ſortes in vrnam mittuntur: paritur autem tum, quando edens vrna immiſſos calculos palam facit iudicum voluntatem. In quarto legunt Excerpta, ὧν οἱ μὲν μοίρας ἔλαχον βίου. eos intelligit qui abſoluuntur. πλανᾶσθαι eſt in exilium pelli, quæ ciuilis mors eſt. Vltimus verſus eſt corruptiſſimus. Breuiatori licuit eum prætermittere: liceat & nobis idem. hoc malumus, quàm incidere in fumum, vitãtes humum quod ſcimus accidiſſe iis, qui adhuc de eius interpretatione aliquid ſcripſerunt. Nam quicquid eſt quod iſto verſu ſignificatur, omnino ad camum iudicialem id pertinet: qui aliò referunt, errant, & Athenæum inſcitiæ aut ſupinæ ac dolo proximæ negligentiæ inſimulant.

CAPVT XIX.

Antiphanis Problema, *&* Sappho, *dramata duo. Griphus de libidinoſo: item alij. Achæi tragici* Iris. *cucurbita* κόλλησις, *alia non pauca.*

DEINCEPS referuntur alij griphi ex Antiphanis *Problemate*. Videtur hic comicus hanc fabulam edidiſſe, vt inanes ſophiſtarum λογομαχίας traduceret. Primus griphus ita concipitur.

Ἰχθύσιν ἀμφίβληστρον ἀνὴρ πολλοῖς ἐπιβάλλων
Οἰηθεὶς, μεγάλῃ δαπάνῃ μίαν εἵλκυσε πέρκην,
Καὶ ταύτην ψευσθεὶς, ἄλλην κεστρῖν ἴσην αὐτῇ
Ἦγεν. βυλομένῳ δ' ἕπεται πέρκη μελανούρῳ.

Viri docti ſcribunt ἐπιβάλλειν οἰηθείς. nihil cenſemus eſſe mutandum, ſed οἰηθεὶς interpretor, cùm animos iam ſuſtuliſſet ob ſpem prædæ. nam ita accipitur τὸ οἴεσθαι. vnde eſt veteris ſapientis dictum ſapientiſſimum: οἴησις ἐστιν ἐγκοπὴ προκοπῆς. *ſpiritus elatus eſt, qui progredientes facit regredi.* In tertio ſcribẽdum videtur, Καὶ ταύτης ψευσθεὶς ἄλλην κεστρῖν ἴσην αὐτῇ Ἦγεν. vel αὐτῷ. In vltimo ſcribunt veteres, βυλομένῃ. Sic exponi poteſt ænigma: *Quidam* libidinoſus, *multis piſcibus*, (fœminis aut meretricibus) *rete iniecerat: cũ magnã de ſuo incepto ſpem concepiſſet, magno ſumptu vnam percã extraxit: cùm & ab iſta deluſus fuiſſet, mugil* leno *aliã priori parem ei adduxit. volentẽ autem* & cupidum *ſequitur perca* hæc *melanurum*, id eſt, ſcortum ſcortatorum, ἡ πόρνη τὸν πόρνον. Sequens griphus quid ſibi velit neſcio: & fortaſſe merum eſt nugamentum. Obſcurum eſt etiam de pinna & mullo ænigma. in eo verſum ſecundum qui antè fuit corruptiſſimus, è libris ita iuſſimus ſcribi, πόλλ' ἐλάλει περὶ ὧν ᾖ, πρὸς ὄντ' ὠσπερ λέγει τι. In vltimo ſcribit Dalecampius, ἐπιθρίψω, non ἐπιτρείψω. Fortè ἐπιτρίψω. Poſtea recitatur griphus alius ex eiuſdem Antiphanis dramate, cui titulus *Sappho*. eius fabulæ meminiſſe Pollucem memini lib. ſeptimo extremo. Proponitur primùm griphus planiſſimis quinque heroicis verſibus: deinde ſubiicitur interpretatio non minùs perſpicua ſenis cuiuſdam, acuti quidem: ſed cuius acumen iuueni Sapphoni haud probetur. Ea interpretatio verſibus ſeptem continetur: quorum poſtremus eſt, ὁ δῆμος οὐδὲν δ' ἀκούων οὐθ' ὁρῶν. hinc ſumit occaſionem Sappho improbandæ expoſitionis huius ſenis: quia videbatur mutos facere Athenienſium oratores & demagogos: quorum canina facundia forum ſemper & comitium perſonabant. Ait igitur,

πῶς γὰρ γένοιτ' ἂν ὦ πάτερ ......
ῥήτωρ ἄφωνος, ἢν μὴ ἁλῷ τρὶς παρανόμων.
Καὶ μὴν ἀκριβῶς ᾤμην ......
ἐγκαλεῖται τὸ ῥηθὲν ἀλλὰ δὴ λέγε.

Poteſt

Poteſt impleri verſus primus, ſi adiicias à fine πρὸς τῶν θεῶν. Quid ais, ó pater? nullius vocem eſſe auditam à populo? quid igitur demagogis factum, obſecro te per deos? aut quis vllum oratorem vidit obmutuiſſe, niſi qui ter fuerit iudicio damnatus, quod contra leges aliquid ſuaſerit ἢ ἁλῶναι παρανόμων, frequentiſſimum dicendi genus Græcis oratoribus. Tertium verſum impleueris ſi ſcribas, καὶ μὴν ἐκείνως ὁμοίως τίκνον φίλε λέγε. Proponitur deinde problema, *Quid ſit omnium rerum validiſſimum?* idque etiam inter griphos voluerunt cenſeri veteres. In fragmentis Danielis, quæ habentur inter libros Apocryphos, pulcherrimè diſputatur hæc quæſtio: & apud Ioſephum Ben Gorion libro primo. *Item,* fabulam Satyricam Achæi Eretrienſis laudant & parœmiographi in prouerbio βοῦς ἑβδομος. Griphum inde prolatum ab auctore, ita recitat Breuiator: λαγὲ γὰρ πυ, λιθάργυρος (non αἰθάργυρος, vt operarum incuriâ in noſtris) ὁ δ' ὄλπη παρηώρηται χρίσματος πλεκτὸν Σπαρτιάτην γραπτὸν κύρβιν. addit, τὸ γὰρ λευκὸν ἱμάντα, ἐξ οὗ ἡ ἀργυρᾶ λήκυθος ἐξήρτηται, σπαρτιάτην γραπτὸν ἔφη κύρβιν. ἡ τὴν σπαρτιατικὴν σκυτάλην. melius Σπαρτιάτιν. horum comparatione illuſtrari & exponi debet noſtrorum librorum lectio. Adiicitur, ἰξὸν δ' ἐν φοινικι ἡ Καππη, δρυὸς ἱερᾶς τὸ ἱερὸν. Locus hic erat præclarè θεωρία de generatione viſci: ſed neque inſtituto noſtro conuenit quæſtiones philoſophicas pluribus explicare: & de ea re griphóque hoc Ionis ita doctè, accuratè, & ſubtiliter diſſeruit Iulius Cæſar Scaliger, vt tanti viri pudor vel maxima ingenia ad Lucilianum mu iure poſſit adigere. Studioſi legant quæ ſuper hoc ſcripſit vir incomparabilis, cùm in Commentariis ad Theophraſtum, De cauſis plantarum libro ſecundo, tum in Exercitationibus contra Cardanum. Ionis ſunt verba de aucupe quodam.

——δρυὸς μὲν ἱδρώς, (vel μ' ἱδρ.)

Καὶ θαμνομήκης ῥάβδος, ἥτ' Αἰγυπτίη

Ποκὴ λινόπλοκος χλαῖνα, θηραγρος πέδη.

Alit me, inquit poeta, *quercinum viſcum, & ſurculoſa virga longa, & lana ex Ægyptio lino facta, pedica beſtiis capiendis apta.* appellat λινόπλοκον χλαῖναν, retia quibus ceu veſte amictæ auiculæ capiuntur. vocem βόσκει quare damnarunt? Theocritus de Piſcatore, ἐξ ἁλιέως ζώει τὰ δίκτυα κ.τ.λ. Scribitur poſt aliqua, in quibus curammonemur nihil eſt.) πολλοὶ δὲ χεῖφων κ. τινὲς τινες εἰσι: non eſt plena oratio. erit hoc aut ſimili modo: πολλῶν δὲ χειρῶν ὄντων, καὶ τινές τινες εἰσι. Griphus ſubiicitur,

Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα,

Οὕτω συγκόλλως, ὥστε σύναιμα ποιεῖν.

malè editum eſt πυρίχαλκον. melius apud alios πυρὶ χαλκὸν: neque aliter poteſt. Omnis gratia & obſcuritas huius griphi eſt in duabus vocibus, κολλᾶν & σύναιμα. ſed maximè in illa: ſicut docet philoſophus in tertio Rhetoricorum. Ἔτι δὲ, inquit, οὐ πόρρωθεν δεῖ, ἀλλ' ἐκ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ὁμοειδῶν μεταφέρειν τὰ ἀνώνυμα ὠνομασμένως, ὃ λεχθὲν δῆλόν ἐστιν ὅτι συγγενές. οἷον ἐν τῷ αἰνίγματι τῷ εὐδοκιμοῦντι, Ἄνδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα, ἀνώνυμον γὰρ τὸ πάθος. ἔστι δ' ἄμφω πρόσθεσίς τις· κόλλησιν τοίνυν εἶπε, τὴν τῆς σικύας προσβολήν. Negat philoſophus eſſe propriam in Græca lingua vocem ad denotandã coniunctionẽ cucurbitæ cum cute: quod verum eſt. medici ferè προσβολὴν vocant. Galenus κόλλησιν ſæpe, non ſine alluſione ad hunc griphum. Cornelius Celſus τὸ κολλᾶσθαι vertit *inhæreſcere*: τὸ κολλᾶν, *imponere*. Iulius Pollux qui libro quarto ſcribit, τὸ κολλῆσαι vocabulum eſſe medicæ artis non horſum reſpexit, vt aliquis putet: verùm ad coalitionem partium vulneratarum, aut alio caſu diuulſarum, quæ etiam κόλλησις dicitur Græcis medicis: vt Galeno περὶ αἱματ. ἐγχειρ. ὡς κινδυνεύειν τὸ ἀπιτελὲς κολλησάντων, ἀκόλλητα μένειν τὰ διὰ βάθους. & ita ſemper. [Sic apud medicos Latinos *glutinare* & *glutinatio*: vt in libris Aureliani ſæpe, *diuiſuras conglutinare.*] Olim, vt opinio noſtra eſt, ſolo hexametro hoc ænigma conſtabat: poſterior ætas hexametro adiecit pentametrum: cuius apud antiquiſſimos auctores mentio nulla: ineſt illi velut alter griphus in voce σύναιμα. nam ad declarãdam arctam coniunctionem cucurbitæ cum carne, ait fieri ambo συναιμα, id eſt, conſanguinea, vel eundem ſanguinem participantia: quod verum eſt, cùm τῇ κολλήσει adiicitur ſcarificatio.

CAPVT XX.

Griphorum auctores. ὁ μνημονευόμενος γρῖφος. locus γριφώδης in διφύσημα, ſiue potius ἰσχυρισμόν. Variæ quæſtiones γριφώδεις. Calliæ Tragœdia Grammatica. *Vocalium ſeptem nomina.* ψῶ *obſcænum verbum. Caſtorionis verſus artificioſi.*

NVMERANTVR aliquot veteres ænigmatum auctores εὐφυεῖς, inque his Ariſtonymus pſilocithariſtes, & Cleon cognomine mimaulus. ambos fuiſſe pantomimos ſaltationis Italicæ artifices, non obſcurè indicatur: cùm vbi dixit de Cleone, ὅσπερ καὶ τῶν Ἰταλικῶν μίμων ἄριστος γέγονεν αὐτοπρόσωπος ὑποκριτής, addit dipnoſophiſta, καὶ γὰρ Νυμφοδώρου περιῆν ἐν τῷ μνημονευομένῳ μίμῳ. videtur dicere, victum Nymphodorum à Cleone cùm ambo mimum quendam Romæ recitarent, & geſtum agerent in theatro. Sed quis ille μνημονευόμενος mimus? aut titulus hîc latet alicuius mimi corruptus: aut aliquem celeberrimum mimum intelligit, vulgò omnibus tum notum, cuius tamen fama ſit hodie extincta, in hac bonorum librorum penuria. Mutila ſunt & corrupta ſequẽtia non longe verba, τῶν ἀριστωνύμου δ' ἐν διφύσεων λόγων. ſine libris ne hiſcere quidem licet nobis. Deſunt fortaſſe non pauca. nam videtur his verbis trãſitum facere ad Ariſtonymi ænigmata: quorum aliquot, opinor, exempla poſuerat. Refertur inter griphos etiam hic ſanè, αἰνιγματώδης mihi quidem: Σωσιφάνης ὁ ποιητὴς εἰς Κηφισοκλέα τὸν ὑποκριτὴν εἶπε, λοιδορῶν εἰς διφύσημα. εἰ ἐβάλλετο γὰρ ἀν

γὰρ ἄν σε φησὶν εἰς τὰ ἰσχία λίθον, εἰ μὴ καταῤῥαίνειν ἔμελλον τοὺς περιεστηκότας. offendit me iſta lectio multis modis: nam ſi latius & nimis diductum os (quid enim aliud τὸ εὐρύστομον? interpretis ille ex pituita fluor, ineptum commentum eſt.) Cephiſocli fuit obiectum Soſiphanes, quid attinebat ἰσχίον, id eſt, coxarum aut natium facere mentionem. Deinde nihil penitus video in his verbis vnde colligi poſſit vllâ ratione Cephiſoclis deformitas ex oris latitudine. Poſtremò illud καταῤῥαίνειν λίθοις, haut ſcio an ſatis probum cenſeri debeat genus locutionis. In Excerptis καταῤῥεῖν offendimus. Acutiores excogitabunt aliquid melius. Nos ita cenſemus: non τὸ εὐρύστομον, ſed τὸ εὐρύπρωκτον exprobrat Soſiphanes Cephiſocli. Id quid ſit, norunt omnes qui non ſunt in Græcorum ſcriptorum lectione peregrini. Pro καταῤῥαίνειν, lego καταράττειν. Quid poterat ingenioſius dici ad declarandam εὐρυπρωκτίαν quàm hoc? *Ego tibi in nates coniicerem lapides: niſi vererer ne tranſmiſſis ſaxis circumſtantes feriam.* in corona hominum hæc dicta ſunt, & vt opinor, in theatro: vbi moris erat malos poëtas, & hiſtriones imperitos lapidare: quemadmodum antè probauimus. Etiamſi non adiecisset Athenæus ſuam interpretationem tribus quæſtionibus ænigmaticis quæ ſequuntur ſtatim, non erat arduum illas ſoluere: nos ita reſpondiſſemus, partim vt ab eo factum, partim paulò aliter. Exempli gratiâ: *Quid eſt quod omnes docemus, cùm neſciamus tamen?* ſi quis me roget: dicam *præcepta medicinæ.* Etiam imperitiſſimos, etiam aniculas præcepta recuperandæ aut conſeruandæ valetudinis aliis dare videas: nobiliſſimam artem pauci rectè tenent, quos æquus amauit Apollo. Athenæus verò reſpondet, τὸ ψυχὰς ἔχειν. *quòd animas habeamus.* paralogiſmus eſt in hac reſponſione. nam verum quidem eſt, ignorari vulgò quid animus ſit, itémque alia quæ de anima & animo quærunt ſapientes: at illud falſum eſt, neſciri à nobis quòd animam habeamus. Hoc igitur omnes docemus, quod ſcimus omnes. illud alterum quod ſcit nemo, docere etiam aggreditur nemo: niſi ſoli ſapientes aut ſapientiam profeſſi. Altera quæſtio, Τί ταὐτὸν οὐδαμοῦ καὶ πανταχοῦ; reſpondiſſem, *Infinitum*, ſiue *Deus*, de quo noti ſunt Arati verſus: & illud, *Iouis omnia plena.* [Olympiodorus in Phædonem Platonis, λέγομεν εἶναι ἐν οὐρανῷ τὸν θεὸν καὶ τὸ πανταχοῦ καὶ οὐδαμοῦ.] talia multa apud ethnicos: ne de noſtris dicam. Ad tertiam quæſtionem, τί ταὐτὸν ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν θαλάττῃ; etſi poteſt etiam aliter: malim tamen cum Athenæo reſpondere, *canis, aquila, vrſus, & ſerpens.* etiam marinos ſerpentes eſſe, pluráque eorum genera, auctor Ariſtoteles, Hiſt. anim. lib. ſecundo. Sequuntur iam quæ de Callia Athenienſi multis verſibus commemorat dipnoſophiſta. Tragœdiam narrat ab eo compoſitam, τὴν καλουμένην Γραμματικὴν θεωρίαν. ita ſcribitur hoc in loco: & aſſentiuntur veteres libri atque Excerpta. paulo antè vocauit Γραμματικὴν τραγῳδίαν. Artificium poëtæ eâ in componendâ. primùm ex literarum ſingularum nominibus, deinde ſyllabarum, curioſi talium diſcant ex Athenæo: & ſi videbuntur facturi operæ pretium, eam partem nobis illuſtrent: item quod de Euripidis Medea, & Sophoclis Oedipode dicitur ibidem. Oedipum autem intellige Tyrannum: nam quòd ait, Sophoclem δηλεῖν φασὶν ἀποτολμῆσαι τὸ ποίημα τῷ μέτρῳ τοῦτ' ἀκούσαντα, καὶ ποιῆσαι ἐν τῷ Οἰδίποδι οὕτως· ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ ταῦτ' ἐλέγχεις: reſpicit hoſce duos eius fabulæ verſus à Tireſia pronunciatos:

Ἐγώ τ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ. τί ταῦ-
τ' ἄλλως ἐλέγχεις; οὐ γὰρ ἂν πύθοιό μου.

hinc erant emaculandi interpretibus codices Athenæi. cæterùm de huius loci ſententia quæremus alibi accuratè. Quid ſint στροφὴ & ἀντίστροφος: quid ἔπος & παραγραφαί, non ex interpretibus Athenæi, ſed ex Hephæſtione & Græcis tragicorum comicique interpretibus diſcent ſtudioſi. Lege ſubiecta Calliæ verba hoc modo:

Ἄλφα πρῶτον ὦ γυναῖκες, ΕΙ τὸ δεύτερον μόνον
Χρὴ λέγειν. τρίτον δὲ μόνον οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλ' ΗΤ'
ἐρεῖς.
Ἆρα φήσω καὶ τὸ τέταρτον αὖ μόνον; ΟΥΚ' ΙΩΤΑ γοῦν.
Τί δὲ τὸ πέμπτον; πέμπτον, ΟΥ. τὸ δ' ἕκτον Υ μόνον
λέγε.
Λοίσθιον Ω τῶν ἑπτὰ φωνῶν, ἑπτὰ δ' ἐν μέτροις
μόνοις:
Καὶ τοῦτο λέξασ', εἶτα δὶς ταὐτὸ λαλεῖ.

Inducitur magiſtra, quæ diſcipulas ſuas literarum vocalium nomina docet. Prima vocalis, inquit, Alpha nominatur: ſecunda ΕΙ tantùm: tertia non per ſe dicitur Η, ſed ΗΤΑ. Quid quarta? ait diſcipularum vna: an ſimpliciter nominanda eſt vt ſonat? Non: reſpondet magiſtra: quin potiùs ΙΩΤΑ dicendum. Quid quinta? quinta ΟΥ. ſextam Υ tantùm dicito. vltima eſt Ω ſeptem vocalium: quæ quidem non ſono ſunt ſeptem, verùm τῇ προσῳδίᾳ tantùm & temporum ratione. nam alioquin ε & η non differunt, neque ο atque ω. Hoc poſtquam ſemel dixit grammatica hæc mulier, iterum eadem repetit. Hæc mens eſt horum verſuum: de quibus eruditè diſputatum eſt ab elegantiſſimo & politiſſimo Mureto, initio libri decimi octaui Variarum, cuius hanc particulam nobiliſſimus & eruditiſſimus Marcus Velſerus nobiſcum communicauit. Quemadmodum autem ου pro ſimplici vocali ο ponitur hîc: ita alij ο ſimplex poſuerunt pro ου diphthongo, vt libro ſequente ſcribitur. vide ibi capite quinto. Afferuntur ampliùs ex eodem Callia ſenarij iambici quinque: quorum duobus prioribus fatetur quædam fœmina eſſe ſe grauidam: ſed cuius rei grauida, hoc verò ſe audere negat palam proloqui. tum verſiculis tribus literæ deſcribuntur, quibus embryonis huius nomen ſcribatur. eæ ſunt Ψ Ω. conſtat liquidò ex Athenæi verbis obſceni aliquid à poeta intelligi. ſed quâ notione inter prætextata verba cenſeatur τὸ ψῶ, alium quàm me malo explicare. [In primo verſu ſcribe,

φιλαις

φίλαι, non φίλη. in tertio, γεγραμμένη ἐστιν, non γεγραμμένη ἐστιν. Mæandrius scriptor nequitiarum, Calliæ imitator, mihi incognitus. ῥῆσιν ἐν γράμμασιν vocat auctor plusculos versus quibus literæ depinguntur: hoc enim est ῥῆσις, vt sæpe diximus. Recitantur autem tres ῥήσεις trium tragicorum, quibus elegantissimè describuntur literæ nominis ΘΗΣΕΥΣ. Literæ sigma figuram hoc versu declarat Euripides: Τρίτον δὲ βοστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος. vbi non assentior viris magni nominis & eruditionis, qui describi putarunt figuram τοῦ sigma C Latino similem. de qua Martialis,

Adspice lunata scriptum testudine sigma.

ego non video quî rectè appelletur talis figura *cincinnus contortus*. nam aliud longè est καμπὴ siue hemicyclus, aliud ἕλιξ. & quod in eandem sententiam dicit mox Agatho, de similitudine literæ huius cum arcu Scythico, non illi figuræ quadrat, verùm isti Σ. quod pluribus alibi ostendimus. [In Theodectæ versu primo scribebat Scaliger, γραφῆς ὁ πρῶτος ἦν καλοφθαλμος κύκλος.] Neoptolemus Parianus, cuius citatur liber περὶ ἐπιγραμμάτων, videtur collegisse in vnum inscriptiones statuarum, quæ per vrbes Græciæ visebantur. similiter Polemo librum ediderat, περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων. de eo dictum abundè in superioribus. Ex Neoptolemo refertur huiusmodi epigramma:

Τοὔνομα θῆτα. ρῶ. ἄλφα. σὰν. ὖμ. ἄλφα. χῖ. ὖ. σάν.
Πατρὶς Χαλκηδών· ἡ δὲ τέχνη σοφίη.

Ita editum in omnibus libris: ita etiam scriptum in plerisque. Atqui arguit mendæ priorem versum lex metrica. deinde cùm aliæ omnes literæ separatim positæ sint, quid caussæ est cur duæ solæ ὖμ cohæreant? nimis certum est, ita emendari versum debere. Τοὔνομα θῆτα. ρῶ. ἄλφα. σὰν. ὖ. μῦ. ἄλφα. χῖ. ὖ. σάν. [ipsum quidem hypsilon simplici charactere indicatur ὖ: at pro ὀ pro uo posuit ὖ.] Castorionis Solensis artificium, quo vsus est cùm carmen in Panem componeret, est huiusmodi. Versus eius poematis senarij sunt iambici: quorum omnes pedes vnâ pluribúsve dictionibus integris finiuntur: vnde euenit vt transponi singuli pedes in varias sedes tutò possint. omnes enim pedes æquè ἡγεμονικοὶ atque ἀναλυθητικοί. pedes intellige, iambicas dipodias. Exemplum esto in hisce versibus:

Σὲ τὸν βολαῖς νιφοκτύποις δυσχείμερον
† Ναίοντ' ὁ δὸς θηροισμε Πὰν χθόν' Ἀρκάδων,
Κλήσω γραφῇ, τῇδ' ἐν σοφῇ, πάγκλυτ' ἐπη
Συνθεὶς ἄναξ, δύσγνωστα μὴ σοφοῖς κλύειν.
† Μουσοπόλε θὴρ κηροχίτων μείλιγμ' ἱείς.

In secundo versu vitio scriptum ὁδός. nec minus male ὁδεῖ, in MSS. Lego, Ναίοντ' ὦ δὸς ὁμῶς. *Te qui ictibus niuis resonantibus* (id est, niue) *infestam colis tamen ô Pan pastor ferarum, terram Arcadum, celebrabo scripto hoc erudito: compositis ô rex inclytis versibus, quos difficile intelligant indocti*, suauem, *ô Musis amica fera* Pan, *mittens vocem quâ demulceaeris*. [Iosephus Scaliger in secundo versu pro ὁδὸς emendabat σὺ δ'. quæ si placet correctio, χθονὶ erit, χθονί, non χθόνα. sed *valde* durum videtur.] In vltimo versu corruptè in omnibus libris. κηροχίτων, pro χαρμῖσαν. orto errore ex repetitione vocis θήρ. deinde error errorem peperit, vt fieri amat. Tolle igitur tres literas primas in corrupta lectione, ac scribe, χαρμίσαν. aut aliâ dictione eiusdem significationis. appellat θῆρα Panem ob caprinos pedes. pingebatur enim αἰγοσκελὴς & αἰγίπαν. Viri eruditi in primo versu βωλαῖς scripserunt: in postremo, θηρὸς κηροχίτωνος legerunt, verterúntque *animalis ceream vestem induti*. sane quàm absurdè, siue sententiam spectes, siue metrum. Sunt enim vt diximus senarij iambici, ita facti vt singuli pedes transponi commodè possint: hoc modo. νιφοκτύποις σὲ τὸν βολαῖς δυσχείμερον. vel, δυσχείμερόν σε τὸν βολαῖς νιφοκτύποις. sic in cæteris. Hoc ampliùs seruatum est à Castorione in his versibus, vt esset τῶν ποδῶν ἕκαστος δεκαγράμματος. *haberent singuli pedes decem literas*. rem ad calculos reuoca: non semper verum reperies: verum est in hoc, σ.ε.τ.ο.ν.β.ο.λ.αι.ς. & isto, ν.ι.φ.ο.κ.τ.υ.π.οι.ς. & aliquot aliis. falsum in nonnullis, vt θ.η.ρ.ο.ι.σ.μ.ε.Π.α.ν. literæ sunt vndecim: totidem in sequente dipodia: nisi legas χθόν' Ἀρκάδα. familiaris figura Græcis Latinísque poëtis. Diphthongus pro litera simplici censetur: contra quàm soleat fieri. Martialis, *Næuia sex cyathis, septem Iustina bibatur*. idem, *Sex iubeo cyathos fundere: Cæsar eris*.

CAPVT XXI.

Pindari ἀσιγμοποιηθεῖσα oda. Veteres literam sigma refugisse. vocales χοινοτενὴς. ἀοιδὴ χοινοτενής. Lasus Hermionensis. *Cereris templum Hermiona. Eustathij & Breuiatoris error. ἀσιγμος pro ἄσιγμος. κλόμενος pro Platone. σαλπιστής vnde dicta. Antiphanis Αὐτοῦ ἐρῶν. προφαλίδες λιτόσαρκοι.*

AIT, Πίνδαρος ἢ πρὸς τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ᾠδήν, ὡς ὁ αὐτός φησι Κλέαρχος, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προβληθέντος, ὡς πολλῶν τοῦτον προσκρουόντων, διὰ τὸ δυνατὸν εἶναι ἀποσχέσθαι τοῦ σίγμα, καὶ διὰ τὸ μὴ δοκιμάζειν ἐπεισε, πρὶν μὲν ἕρπε σχοινοτενειά † τε ἀοιδὰ καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀνθρώποις. De ode Pindarica, cui nullum inerat sigma, dictum iam cap. 16. Ibi loco subobscuro ex istis verbis lucem faciebamus. Vtinam aut ex illo loco, aut aliunde, occurreret aliquid, quod nunc auxilio esset nobis. Hæremus enim in explicatione pericopæ quam præposuimus. Corrupta Athenæi siue Clearchi verba: corruptum Pindari testimonium: quódque molestissimum est, ad veritatis peruestigationem nulla nos ducunt vestigia: Pergemus tamen ἀγαθὴν ἐλπίδα προβαλλόμενοι, spem dico veniæ, si minùs possimus quod optamus exsequi. Legimus sic hunc locum: Πίνδαρος ἢ ποιήσας τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ᾠδήν, ὡς ὁ αὐτός φησι Κλέαρχος, οἱονεὶ γρίφου τινὸς ἐν μελοποιίᾳ προβληθέντος, ὡς πολλῶν τούτῳ προσκρουόντων, διὰ τὸ δυνατὸν

οὐκ εἶναι ἀποσχίζειν τοῦ σίγμα, ἢ διὰ τὸ μὴ δοκιμάζειν, ἐποίησε, Πρὶν μὲν ἕρπε σχοινοτενής τ' ἀοιδὰ, καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἄνθρωποις ἀπὸ στομάτων. vel ἀπὸ διθυράμβων. *Pindarus cùm odã sine sigma fecisset, vt ait Clearchus idem, ceu gripho quodã proposito in lyrico poëseos genere, contractâ multorũ offensione quòd non possent ipsi à sigma abstinere, vel quia id parũ probarent, cecinit in dithyrambico carmine, olim quidem exulabat à carminibus extlitas. & sigma reprobum ex oribus* mortalium, *ô homines*, vel, *ex dithyrambis*. Mirum verbum initio istorum occurrit ἀσιγμοποιηθεῖσα: sed quod extra omnem suspicionem est, per mẽbranas, Epitomẽ, Eustathium. Pro τοῦτων προσκρούοντων, rectè emendari à nobis τοῦτῳ neminem dubitaturum cõfido. Atque hinc primùm odorari cõtigit nobis veram sententiam totius loci: quæ nisi fallimur hæc est. Laudem magnam tulerat Pindarus ex asigmo illo cantico. secuta est comes inuidia, multis τῶν ἀντιτέχνων non adeò felicis ingenij, idem conantibus, non pari successu. cùm isti igitur Pindaro obtrectabant, tum alij non minùs, qui studium illud euitandæ literæ huius, quod fuit in veteribus, se non probare dicebant. Hos maleuolos obtrectatores suos perstrinxit Pindarus prolatis ab Athenæo verbis. Scripsimus, διὰ τὸ δυνατὸν οὐκ εἶναι. id enim visum est conuenientissimum. Si cui placet vulgata lectio, διὰ τὸ δυνατὸν εἶναι, erit sensus: vbertatem ingenij conflasse Pindaro multorum inuidiam: qui oculis rectis eum non poterant tueri, cui impares erant ingenio. [Scaliger legebat, διὰ τὸ ἀδύνατον εἶναι. *quòd esset ipsis impossibile abstinere à sigma.*] Pindari adtexta verba, principium erant cuiusdam dithyrambici carminis, vt testatur disertim Strabo libro decimo: vnde etiam licebit studiosis de argumento eius dithyrãmbi non pauca cognoscere. Apparet poëtam eo carmine recentem poësim cum vetere comparasse, & instituta antiquorum poëtarum cum nuperis inuentis, quod & prima cantici verba declarant. Legebatur ἦρχε, vel ἤρχι, vt lib. vndecimo, emendauimus ἕρπε, ex Dionysio Halicarnasseo: cuius verba necessariò ascribenda. Scribit Dionysius in libro de compositione dictionum, loquens de litera σ. quam ait refugisse veterum nonnullos: τὸ γοῦν παλαιῶν σπανίως ἐχρῶντό τινες αὐτῷ καὶ πεφυλαγμένως, εἰσὶ δὲ οἱ ἀσίγμους ᾠδὰς ὅλας ἐποίουν. δηλοῖ δὲ τοῦτο Πίνδαρος ἐν οἷς φησί. Πρὶν μὲν ἕρπε σχοινοτενῆ φωνὴν διθυράμβων, καὶ τὸ σὰν κίβδηλον ἀνθρώποις. Hæc est lectio librorum Dionysij. Atque vt hæc scriptura est, Pindari mens erit: fuisse tempus cùm dithyramborum poetæ in sua carmina non admitterent vocales σχοινοτενεῖς, neque adulterinum illud sigma. Eruditi viri existimarunt vocales σχοινοτενεῖς esse vocales longas: & quæ buccas impleant: vt α Doricum, & ω. Planè contrarium vox Greca significat: σχοινοτενεῖς enim, vt si dicas *iuncea*, literæ sunt exiles & tenuis soni: putà inter vocales ι & ο. inter consonantes ς. [Sic σχοινοτενὴς mentum, prominens & longum. Nicetas Choniates, libro secundo, καὶ τὴν σχοινοτενῆ γένυν ἐκίνδυνευ.] inde oratio σχοινοτενής. soluta, & inconcinnis longisque periodis constans, parum torosa. Photius de Maximo monacho. ἔστι δὲ τὴν φράσιν σχοινοτενής τε ταῖς περιόδοις, καὶ χαίρων ὑπερβάτοις. [apud Athanasium de Synodis Arimini & Seleuciæ, πίστις σχοινοτενής, fidei confessio prolixa & additionibus deprauata.] Placet nimis hæc lectio Dionysiana: σχοινοτενῆ φωνὴν. quam tamen restituere hoc Athenæi loco ausi non sumus, vt nimis remotam à vulgata scriptura, non hîc solùm, sed & libro vndecimo, & apud Strabonem. Ex libro sequente adiecimus illa, ἀπὸ στομάτων. Inde, atque etiam ex Dionysij Hal superioribus verbis, manifestissimum est, vtut de lectione parum constet, Pindarum hoc dicere, priores homines literam sibilantem studio fugisse: propterea adiicit hîc Athenæus: ταῦτα σημειώσαιτ' ἄν τις πρὸς τοὺς νοθεύοντας Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως τὴν ἄσιγμον ᾠδήν. Lasus Hermionensis antiquissimus poeta fuit, & vt quidam tradiderunt, vnus septem sapientum: sub eius nomine circumferebatur oda quædam sine sigma, ἥτις ἐπιγράφεται Κένταυροι, *inscripta Centauri*, multi critici inter ψευδεπίγραφα id carmẽ habuerunt. Aduersus istos, inquit Athenæus, obseruari debet superius Pindari testimonium: vnde patet liquidò antiquissimos homines euitasse τὸ σ. Addit, καὶ ὅτι τὴν Δήμητρα δὲ τὴν Ἑρμιόνη ποιηθεὶς τοῦ Λάσου ὕμνος ἄσιγμός ἐστι. Scribo, τὴν Ἑρμιόνῃ. *etiã hymnus à Laso compositus in honore in Cereris quæ Hermione colebatur, sigma nullum habuit*. De Cereris sacris apud Hermionenses, adi Pausaniam in Corinthiacis. Hanc esse veram γραφὴν affirmare non verear. tamen Eustathius legit, initio vltimi Commentarij in Iliadem, καὶ ὁ εἰς τὴν Δ. δὲ τοῦ Ἑρμιονεῖ ποιηθεὶς Λάσῳ ᾆσ. Decepit, opinor Eust. Breuiator noster, qui scripsit in suo codice ex hoc loco, ὅτι ᾄδεται παρὰ δὲ Πινδάρῳ ἀσιγμοποιηθεῖσα ᾠδή. καὶ Ἑρμιονεὺς δὲ ἐποίησεν ἄσισμον (videtur σ positum pro γ) ᾠδήν. καὶ Λασος ἄσισμον ᾠδὴν εἰς Δήμητραν. errore manifesto. Libro decimo tertio, similis locus similiter corruptus. Initium eius hymni fuit, Δήμητρα μέλπω κόραν τε Κλυομβόιοο ἄλοχον. scribendum Κλυμένοιο, vt libro decimo quarto. *Clymenus* est Pluto, vt docent mythologi. Alius griphus.

Ἐν Φανερᾷ γενόμαν πάτρη δέ με ἁλμυρὸν ὕδωρ
Ἀμφὶς ἔχει, μήτηρ δ' ἐστ' ἀριθμοῖο παῖς.

quidam MSS. & meliores, πάτρα δέ μ. metalepsis in vocibus Φανερᾷ pro Delo, & ἀριθμοῖο pro Κοιος, vt explicat auctor. Alius de ptisana: κριθῆς ἀφλοιὰ χυλὸν ὀργάσας πίε *succum hordei decorticati, cùm aqua maceraueris, bibe*. ὀργάσας. valet φυράσας, ἀναδεύσας, nunquam tractum vt ἐργάσαι significaret *tund. re*. Veriloquium vocis πτισάνη όπτε explicat dipnosophist. πεποίηται δὲ τὸ πτισάνη, τοὔνομα ἀπὸ τοῦ πτίσσειν καὶ ἀνεῖν. Fatalis etymologistarum περιεργία. nam verius est posteriores huius dictionis syllabas, meram esse nominis formationem: sic ab ὀρθὸν fit Ὀρθάνης, ab ἔργον Ἐργάνη, & id genus. Pausaniam grammaticum huius commenti auctorem laudat Eustathius, ἐκ τοῦ πτίσσειν καὶ αἴνειν,

αὐτὸν ἑαυτὸν δυνάμενοι λέξεων, ὥς φησι Παυσανίας ἐν τῷ αὐτοῦ λεξικῷ, ἢ πλοτάμ. sed de voce αὐτὸν siue αὐτῷ erudite idem Eustathius ad ῥαψ. κ. Iliad. & Hesychius. Ait dipnorhetor, Ἀντιφάνης δ' ἐν Αὐτοῦ ἐρῶντι φησι. De hac fabula Pollucis verba capio lib. 10. cap. 32. θρυβάλλης ἢ mucenas nempe, ὅπι τῷ σπυράσοι (ita scribendum, vel συσπαστῷ, ex Platonis Symposio) ἐν Ἀντιφάνης Αὐτοῦ ἐρῶντι melius Αὐτοῦ ἐρῶντι. *in se ipsum amante. vt Heautontimorumenos* Menandri & Terentij. item Damoxeni Αὐτὸν πενθῶν. τροφαλίδες λινοσαρκοι in gripho ex Antiphane, tenues casei sunt: & ita explicat etiam Eustathius vltimo in Iliadem Commentario.

CAPVT XXII.

Griphus ex Anaxandride: alius ex Timocle. Platonis comici Adonis. Asclepiadis liber, Τραγῳδούμενα. *Epeus aquæ vector*: Catthæa *Cei insul. opp. Griphus alius obscurus.* ἐνοικεῖν συγγράμμασι. *Scriptores varij* Γαστρολογίας. *alia multa.*

GRIPHVS ex Anaxandridæ *Æschra* descriptus, duobus trochaicis continetur.

Ἄρτιως διηρ[illegible] καὶ τὰ μὲν ὀλίγα[illegible]
Σωμάτιον ἱερὸν δαμάζετ' ἐν πυριμπύροισι γῆς.

Subnectitur senarius iambicus, de cuius interpretatione quæritur: cum ita scribo: Τιμόθεος ἔφη ποτ' ἄνδρες, ἢ χύτραν λέγων, *ita locutus aliquando Timotheus. an ollam significans?* auctor igitur griphi est Timotheus, dithyrambicus poëta: de quo multa libro octauo, capite quinto. & 11. Inter illius frigida dicta licet hoc referas, nam πυριμκτυπα γῆς ollas appellare, non magni ingenij argumentum est, sed tumidi. At Timoclis ænigma de mensa per est venustum. In eo ἡρεμοῦν τράπεζα est *remota mensa, non parata.* eadem dicitur φύλαξ φιλίας: quia sunt amici quidam τραπεζῆες: vt erat Podes Hectori. estque prouerbium vetus. ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία. de his, hoc est, de parasitis gulonibus, extat griphus antiquus, dignus quem ab Athenæo prætermissum non prætermittamus nos.

Γαστρόβολον τὸ σῶμα, πανταχῇ βλέπων
Ὀφθαλμός, ὑπνοστι, ὁδοῦσι θηρίον.

Claudicant duo Timoclis postremi versus, futuri ἀνάπηρος, si scribas:

Τράπεζα πω[illegible] γὰρ γε ἢ τὸ ἀργιόν.
Ἔξεν γὰρ τὴν φράσαι τράπεζαν σιωπῶν.

Platonis comici *Adonidem* Iulius quoque Pollux nominat libro 10. cap. 24. Ait, καὶ τὸ τῆς Σφιγγὸς ἢ αἴνιγμα Ἀσκληπιάδης ἐν τοῖς τραγῳδουμένοις τοῦτον ἀναφησιν. Vir doctus qui vertit, *Asclepiades libro de iis quorum nomine edita sunt tragædiæ*, existimauit titulum libri ab Asclepiade editi fuisse masculino genere τραγῳδουμένοι. Ille verò Τραγῳδούμενα conscripserat, inquit Plutarchus. Sic alij libros suos Θεολογούμενα, vel Γεωγραφούμενα vel Μυθολογούμενα inscripserunt: qui exposuerunt theologiam, geographiam, aut fabularem historiam. Quare noli dubitare Asclepiadis Τραγῳδούμενα, poëtarum tragicorum ἐγκύκλια argumenta, & omnes tragicas heroici temporis historias esse complexum. Scripserat & Demaratus quidam, Τραγῳδούμενα, eiusdem procul dubio argumenti. Clemens Alex. in Prophetico. ἐρασθεὶς τῆς ἑαυτοῦ ἰδίας θυγατέρος Φερεφάττης, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ Τραγῳδουμένων. In posteriore griphorum Simonidis, aquam vehens asinus nominatur Epeus: caussam aperit Athenæus In Securi quoq; Simmiæ Rhodij siue Theocriti, leges de Epeo, ὅσκ ἐν ἀφθίτῳ γεγὼς ἐν πρόμαχοισι λαῶν, ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νᾶμ' ἐκόμιζε δυσκλεής. *Carthea*, geographis Græcis est *Carthæa*: vna quatuor vrbium Cei siue Ceæ insulæ. Adnumeratur griphi generibus, καὶ τὸ ῥήματα λέγειν ἀνθρώπων ὀνόμασιν ὅμοια. qua de re dictum est adfatim lib. 3. cap. 10. & 21. Exemplis ibi propositis possunt alia adiici: vt cùm ἀγρια δρυσι Ἀθλωῶν dixit Euphorion, teste Hermogene. Olim vulgo notum fuit istud ænigma, quod appellat dipnosophista τὸ περιφερόμενον.

Πέντ' ἄνδρες δέκα ναυσὶ κατέδραμον εἰς ἕνα χῶρον,
Ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ ἦν ἀνελέσθαι.
Δίψῃ δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου.

Nobis hodie obscurum illud est. Interpretum conatus, iudicio meo plus meretur laudis quàm eorum interpretationes. Incidi nuper in viri magni explicationem sanè acutam, quæ est huiusmodi. *Quinque viri* pugiles, *decem nauibus*, manibus; quia πίτυλος Græcis vtrumque dicitur, nauis, & pugnus ad feriendum protensus, *inter se concurrerunt. Pugnabāt illi super lapidibus*, strato lapidibus pauimento, siue lithostroto: *lapis tamē non poterat attolli: Siti miserè peribāt: aqua tamē erat supra mentum*: sudor nempe. Perplacet hæc interpretatio: siue illa est vera: siue tantùm similis vero. Nam vt dubitem quædam me impellunt: vt numerus impar, qui pugilibus minùs videtur conuenire: committuntur enim singula pyctarum paria. deinde πίτυλος, pro naui: [quod meminerim ponitur] nusquā, aut rarissime: frequens ea vox tragicis, sed pro sono qui editur cùm secantur maria tonsis: interdum pro remigatione, aut ipsis remigibus.] Si pro naui accipias, duplex erit metalepsis. vt in nonnullis etiam apud poëtarum patrem. at κατέδραμον εἰς ἕνα χῶρον, pro ὁμόσε χωρεῖν, elegantissimum. Clearchi quæ deinceps habentur, coniungi debent cum aliis eiusdem verbis, quæ exposita sunt capite decimoquinto & decimo sexto. Ait: τὶς τὰ Ἀφροδισιακὰ συνδυασμῶν. respicit Cyrenæ τὰ δωδεκαμήχανα, & χρυσᾶ συνουσιῶν Elephantidis, & Philænidis. Aduertat iure aliquem locutio hæc: ζημίαν ἢ τὶς ἡττήσεις. ἄθετον ἀρέσκειν πιεῖν, ἐνοικεῖν τ' ἐγιείας πίναξι. cuius vim recte expressit Dalecampius: *quod quidem merum bonæ valetudinis tuendæ studio gratius illis est.* At ἐνοικεῖν συγγράμμασι, eleganter pro multum versari in lectione librorum: πῶς τις Ἀριστείδης συγγράμμασιν ἐνῳκηκότες. Simile apud Senecam, *perseuerare apud phi-*

losophiam, epistolâ 19. paulò aliter *vestem inhabitare*, Varro apud Nonium, & Augustinus epistolâ quadam ad Paulinum, & in Historia miscella. Separat Clearchus Γαστρολογίας inscriptos libros, ab opere Archestrateo: cùm tamen à nonnullis etiam Archestrati opus Γαστρολογία fuerit nuncupatum, vel Γαστρονομία, non solùm Ἡδυπάθεια. Sed fuêre non dissimilis argumenti ab aliis scripti libri, quorum is titulus magis proprius: vt Cleostrati Tenedij: cuius Γαστρολογίαν laudat noster lib. 7. Scribe, τῷ πρώτῳ ἔπος ἰαμβεῖον εἰπόντι, ἀνταποδόντος ἑτέρου ποιητοῦ τινος, ὃ εἰς τὴν αὐτὴν εἶπε γνώμην. non ὃν εἶπε. Sed quia subdit statim, ἐπὶ δὲ λέγειν ἕκαστον ἰαμβεῖον: forte an non male induxeris vocem ἰαμβεῖον post ἔπος. vt sit sententia Clearchi hæc: melius facturos litterarum amantes, si inter epulas ita potiùs se oblectent: vt cùm vnus ἔπος id est, versum Homeri protulerit, alter ex alio poëta alium recitet eiusdem sententiæ: tum autem adiiciant singuli è dramaticis poëtis similem locum. Scribe mox, ὥσπερ τὴν παιδιάν, non παιδείαν, quod etiam Muretus obseruauerat. exposuimus cap. 15. Lege, Εὔκαιρα φροντὶς ἐστὶ πεῖνα Διρκύλι; non σοὐκ. Versus qui ait, Ἡ τῶν φίλων σοι πίστις ἔστω κεκερασμένη. *Esto fides, quam amicis tuis habebis, mixta*: aliquâ nempe diffidentiâ: simile præceptum continet Epicharmeo, νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν. Sed aliam sententiam suggerit vetus lectio: ἔστω σοι κεκριμένη. *Fidē habe amicis verum ante probatis*. De victi poculo dictum supra, cap. 16. In versibus Antiphanis ita distinguendæ sunt heri & serui personæ. Prior loquitur seruus.

> Α. εἶμοι. πεπώληκας
> Λίαν μ' ἐρωτᾷς. Β. ἀλλ' ἐγὼ σαφῶς φράσω.
> Τῆς ἁρπαγῆς τοῦ παιδὸς εἰ ξυνοισθά τι,
> Ταχέως λέγ', εἰ δὲ μή, πρὶν κρεμασθῇς. Α. πότερά
> μοι &c.

Sextum & septimum ita scribe, Τί γὰρ δύναται τὸ ἔργον; Α. ἔξω τις, δότω ἱμάντα ταχέως, οἷον οὐκ ἔγνως ἴσως. interrogatus seruus de raptu pueri, respondet eam quæstionem esse sibi instar griphi: cùm herus foras aliquem exire iuberet qui lorum afferret: ioco iram illius eludit seruus: negans eam esse pœnam quâ puniendus sit qui griphum non soluerit: nam illud potius fuisse faciendum, vt muriæ poculum afferretur: responsum heri ita scribe & sequentia sic distingue. οἶδ'; οὐκοῦν ὅπως γε δεῖ τοῦτ' ἐκπιεῖν; Α. ἐγώ. Β. Κομιδῇ γε. πῶς; Α. ἐγχυρεῖς ἀποφέροντά σοι. Β. Οὐκ ἀλλ' ὀπίσω τὼ χεῖρε ποιήσαντα, δεῖ ἕλκειν ἀπνευστί.

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONVM IN ATHENÆI DIPNOSOPHISTAS,

Liber vndecimus.

CAPVT I.

Libri huius nexus cū superioribus. Vinū in conuiuiis veterū ad tria. Adrasti conuiuiū. Polyidus κα-ταλλιρ. θαλλία. locus Æliani. Athenæus in scribendo interdū minùs diligens: interdum nimis. Mortuorum πρόθεσις. alia quædam obseruata.

VETERES in conuiuiis suis vino vtebantur ad hæc tria, necessitatem, voluptatem & pietatis officium. Quod necessitati dabatur, promiscuè inter edendum sumebant, vt quemque sitis admoneret, & bibendi appetitum in quoque lex naturæ excitaret. At bibere voluptatis caussa, & diis libationes facere, finitis demum epulis, aut saltem primis mensis comesis, incipiebant: poscere illi tum maioribus, & pocula diuersi generis expedire: & simul in hilaritatem omnibus modis se effundere. Seruauit hunc ordinem Athenæus in textura horum librorum, vt sæpe diximus, & semper meminisse Lector debet. Opportunè igitur coniecta est in locum istum totius δειπνοσοφιστικῆς φιλολογίας pars ea, quâ de poculis agitur. Cum autem plurimas species, figuras & nomina vasorum potoriorum haberent antiqui, omnia fermè quæ de eo argumento dici poterant, collegit auctor, quæ fuit eius singularis diligentia, & κατὰ στοιχεῖον digessit: quædam prius in genere de poculis & voce ποτήριον præfatus. Eum sermonem reliquis conuiuis silentibus, ita orditur Vlpianus. Παρὰ μὲν τῷ Ἀδράστῳ ἄνδρες φίλοι, καθίσαντες οἱ ἀριστεῖς δειπνοῦσι. Non est Adrastus hic, neque poëtæ nomen, neque poëmatis vllius titulus, vt falsò crediderunt: sed hic est ille rex Argiuus Talai filius, qui Tydeum & Polynicem, auibus parum bonis generos sibi conciliauit. Hunc aiunt veteres, vt Polynici regnum patrium restitueret, domi proceres Græciæ conuocasse. Apollodorus disertè scribit libro tertio Bibliothecæ, cum συναθροίσας τοὺς ἀριστεῖς. quin eorum catalogum habes apud Statium libro 4. Thebaidis, & ipsum Apollodorum, & Diodorum quoque Siculum libro

lib. 4. Nulla autem pars fuit historiæ fabularis, quam plures poëtæ tractauerint. Ex eorum aliquo hæc nunc sumit auctor, & nisi fallor, ad Epicum Cyclum respiciebat, cùm hæc scriberet Athen. aut, quòd penè certum est, ad Antimachi Thebaidem Cycliceam: nam similia his ex eo poëta proferuntur infrà in *δέπαστρον*. Verisimile enim est, poëtas Græcos id argumentum tractátes conuiuia descripsisse, quibus Adrastus excepit principes à se aduocatos. Quanquam referre possumus ad conuiuium nuptiale, cùm Tydeus & Polynices vxores suas duxerunt. Obseruat autem Athenæus, sedisse tum conuiuantes proceres, non decubuisse: apud Statium tamen Papinium, vbi conuiuium Adrasti describitur, *tori* nominantur. canit enim poëta primo Thebaidos,

—vario strepit icta tumultu
Regia: pars ostro tenues auróque sonantes
Emunire toros, altósque inferre tapetas,
Pars teretes leuare manu, ac disponere mensas,

& mox de Adrasto.

—iámque ipse superbis
Fulgebat stratis, solióque effultus eburno.

Etiam quod ait de Polyido in via sacrificante (propter viam fortasse faciebat, καὶ ἐξιτήρια ἔθυεν) & prætereūtem Peteoum ad epulas detinente, ex aliquo Cycli epici poëta petitum videtur. Polyidus ille est opinor, de quo Apollodorus libro tertio, non is de quo Homerus in Iliade. ætate enim prior fuit & antiquior: nam Peteos siue Peteous Menesthei pater est, quem bello Troiano Atheniensium copię ducem habuerunt. Imago pristinæ simplicitatis & antiqui æui in historia quæ hîc commemoratur. Polyidus sacra facit in via ipsa publica, sicut Menelaus apud poëtam in littore, suorum liberorum γάμων ἕνεκα. Cùm fortè illac iter faceret Peteous, benignè eū ad epulas inuitat Polyidus, detinétque: & iusso sedere in floreo gramine, θαλλὸν καταλκλάσας αὐτῷ τραπέζης παρέθηκε τῶν θυθέντων, *frondem virētem defringens*, futuram *pro mensa, partem victima ei apposuit.* κατακλίνειν ferè significat collocare aliquē in lecto: vel facere discumbere: hîc pro facere sedere: nam loquitur aûctor de more veterum, sedendi, non accubendi ad mensam. θαλλία & θάλλος, & oleæ termitem κυρίως, & omnem frondem virentem significant. [vt dictum est libro primo capite 19.] Corrige Ælianum in hac voce Ποικίλης libro 13. capite 16. vbi loquens de colle semper ardente, qui in agro Apolloniatarum: καὶ περὶ αὐτὸν ἐστι δένδρα εὐθαλῆ, καὶ πολλὰ χλωρὰ, καὶ τὸ πῦρ πλησίον ἐνακμάζον οὐδὲν λυπεῖ, οὔτε τὴν τῶν φυτῶν βλάστην, οὔτε τὴν τεθηλυῖαν †. non debuit appingi defectûs nota: sed erat scribendum οὔτε τὴν θαλλίαν. Addit deinde, etiam Autolycum non discubuisse in mensa, verùm sedisse, cùm ei finitâ cœnâ, nutrix Vlyssem adhuc puerulum attulit, & super genibus collocauit. Hæc quidem nota historia est: Homerum enim habemus, vnde sumitur. Sed adire ad fontem neglexère interpretes. Itaq; non viderunt structuram rectam orationis, quæ est huiusmodi: Αὐτολύκῳ ἡ τροφὸς, καθημένῳ δηλονότι, (οὕτως γὰρ ἰδείπνουν οἱ τότε) τὸν Ὀδυσσέα ἐκάθισεν ἐπὶ τῶν γονάτων, καὶ οὐχὶ παρὰ τοῖς γόνασιν ἔστησεν. Hæc præfatus ad rem accedit, his quidem verbis: ἡμεῖς οὖν μὴ διατρίβωμεν, ἀλλ' ἤδη κατακλινώμεθα. Etsi hunc scriptorem facio, vt par est, plurimi: fatendum tamen quod res est, posse interdum in textura horum sermonum aut iudicium aut diligentiam desiderari. Nam quæ hæc consequentia est? postquam dixit sedisse veteres ad mensam, inferre statim, ἡμεῖς οὖν κατακλινώμεθα. Plenum etiam otiosæ περιεργίας quod hîc obseruatur: primum ex omnibus scriptoribus (ita intellige vocem πρῶτον.) Simonidem Amorgium ποτήρια ὀνομάσαι. Quid enim refert hoc didicisse? & sunt qui dissentiant de Simonide Amorgio: nam Iulius Pollux eius loco Ionem Chium nominat. τὸ ποτήριον, ait, Ἴων ἐκάλεσεν. Simonidis versum scribe sic: ἀπὸ τραπεζῶν εἷλέ νιν ποτήρια. *sustulerūt illū mensæ pocula.* Verba quæ ex Alcmæonide recitantur, ita meliùs scripseris: νέκυς δὲ χαμαιστρώτους ἐπὶ τινος εὐρείης στιβάδος προύθηκεν· αὐτοῖς τε θαλλίαν τε καὶ ποτήριά τε στεφάνους τ' ἐπὶ κρασὶν ἔθηκεν. Refer hæc ad morem τῆς προθέσεως, & collocationis mortuorū. de quo alibi multa dicimus. Artemidorus lib. 1. c. 14. οἱ ἀποθνήσκοντες ἐρχομένοις ἐντυλίσσονται ῥάκεσιν, ὡς καὶ τὰ βρέφη, καὶ χαμαὶ τίθενται. explicant ista vocem χαμαιστρώτους. sequentia verba quibus ait ornatos mortuos fronde virenti, poculis & coronis capiti impositis, pertinent ad veterum funerum consuetudinem. Soliti enim antiqui his similibusquè modis honorem habere defunctorum cadaueribus. θαλλίαν malo quàm θαλείαν. Verùm hæc alius loci. Non erat autem Alcmæonis, vt videtur, poëma: sed solutâ oratione conscripta historia: cuius auctor iam olim incertus. Quare etiam Apollodorus Bibliothecæ libro 1. ita citat: ὁ τὴν Ἀλκμαιωνίδα γεγραφώς. Proximè sequentes periodi in omnibus libris antiquis sunt corruptissimæ. Obscurum est quod additur: ὡς τὸ ἔκπωμα οἱ Ἀττικοὶ ἐπὶ τοῦ ὑδροποτεῖν καὶ οἰνοποτεῖν λέγουσι. quorsum vox ἔκπωμα? cuius quidem in subiectis testimoniis nulla mentio. Legendum videtur, ὡς τὰ ἐκ πίομαι οἱ Ἀττ. id est, *Attici vtuntur vocibus à πίομαι deductis, tam de aquæ quàm de vini potu.* addo, siue alîus cuiuscumq; rei: nam in proximo Aristophanis exemplo neque vini mentio fit, neque aquæ, sed sanguinis. Scribe, Πολλῶν γ' ὁ Βάκις ἐχρῆτο τῷ ποτηρίῳ: non διεχρῆτο. &, Κρείττων μ' ἐστι κτλ. vide inferiùs in κύλιξ. Ait, ἔστι δὲ ῥῆμα καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ οἰνοποτάζων γὰρ εἴρηκε. Græcos, cùm τὸν ποιητὴν dicunt, Homerum intelligere sciunt & pueri. Ita possumus hîc accipere: nam canit poëta Ἰλιάδ. ῥαψ. υ.

Αἰνεία Τρώων βουληφόρε, ποῦ τοι ἀπειλαὶ,
Τὰς Τρώων βασιλεῦσιν ὑπίσχεο οἰνοποτάζων;

interpretes de Anacreonte ceperunt, cuius proximè facta mentio: ferri potest: nam habetur paulò pòst hic illius versus, οὐ φίλος, ὃς κρητῆρι παρὰ πλέῳ οἰνοποτάζων. erit igitur παρὰ τῷ ποιητῇ, *apud hunc poetam*, Sequitur, Καὶ Σαπφὼ δ' ἐν τῷ δευ-

τέρῳ ἔφη, Πολλά, δι᾽ ἀνάθημα ποτήρια καλαίφις. Vetus lectio καλλίφης. Scribo, καὶ σαπφῷ δι᾽ ἐν τῷ δεύτερῳ, Π. δ. αἰ. π. καλά, ἔφη. At testimonium Alcæi pro deposito non iniuriâ habuerim. Sed tĕtare quid vetat? Ἀλκαῖος, ait, ἐκ δὲ ποτηρίων πώνης † δινομένη παρίσδον. Scribo. ἐκ δὲ ποτηρίων πώντες, δειπνημένη παρίσδον. *cùm è poculis bibissent: illi cœnâti assederunt.* vel Δειπνομένω π. Diomenes vsitatum Græcis nomē. κατὰ τὴν Ἀνθέων χώραν, vertte, in agro Anthensium. Anthéa vrbs Peloponnesi apud geographos: cuius ἐθνικὸν est Ἀνθεύς.

CAPVT II.

Mos apponendi pocula in altera mensa. κυλικεῖον. *Heroës picti cū poculis.* αὐλακισμένη γῆ. τέμενος. οἰνόπεδον. Cylicranes. Scythinus Theius *poeta. Syracusanorum libatio quam mari faciebant, aut diis marinis.*

SOLET interdum Athenæus orationem suam longiusculis hyperbatis obscurans, minùs attentum lectorem fallere, vt libro superiore dicebamus, capite sexto. Idem obseruare licet etiam hîc, cùm scribit: Ἄξιον δ᾽ εἶναι νομίζω ζητῆσαι ὑμᾶς πρὸ τοῦ καταλόγου τῶν ποτηρίων, ὧν πλήρης ἐστὶ τὸ κυλικεῖον τόδε. εἴρηται γὰρ οὕτως ἡ τῶν ποτηρίων σκευοθήκη. manet suspensa oratio ab εἴρηται ad extremam paginam, vbi desinit hæc multorum versuum παρενθήκη. Vertendum: *Sed quærendum vobis censeo, priùs quàm recensere pocula instituimus, quibus est refertum hoc* κυλικεῖον: *ita enim appellatur poculorum theca,* &c. quid sit quærendum non hîc dicit: sed dicetur infrà, ἄξιον δὲ ἐστιν, ibi inquit, ζητῆσαι, εἰ οἱ ἀρχαῖοι μεγάλοις ἔπινον ποτηρίοις, Hic verò de dictione κυλικεῖον, disputat philologus. Simul veteris consuetudinis nos admonens: quæ fuit, vt in diuitum conuiuiis cum cratera apponeretur poculorum ingens theca, magis ad opum ostentationē quàm ad vsum. Propria autem erat mensa, vbi κυλικεῖον spectandum exhibebant, quam Seruius poculorum mensam vocat. Lucianus in Lexiphane, ποτήρια δ᾽ ἔκειτο παντοῖα ἐπὶ τῆς δελφινίδος τραπέζης. mox, κυμβία δὲ ἦν καὶ φιαλίδες, καὶ ποτήρια γραμματικά, ὥστε μεστὸν ἦν τὸ κυλικεῖον. De Alexandridæ *Meliloto* dictum libro sexto, capite 18. Cratini versus ita distingue: & scribe,

—πολλοστῷ δ᾽ ἔτει
Ἐκ τῶν πολεμίων οἴκαδ᾽ ὡς ἧκον πάλιν
Τοὺς συγγενεῖς καὶ φράτερας καὶ δημότας
Εὑρὼν μόλις, ἐς τὸ κυλικεῖον ἐγράφην.

Mirum autem est, Athenæum ita proferre hunc locum, quasi accipiatur hîc κυλικεῖον in vulgata significatione: cùm longè alia sit mens poetæ. Ait qui ista loquebatur: se diu patriâ abfuisse, in hostico retentum: vnde longo pòst tempore domum redux, vix agnoscere potuerit suos cognatos, tribules, ciues: tandem inuenisse tamen: & fuisse statim ascriptum ἐς τὸ κυλικεῖον. voluit dicere, album tribulum, quod seruabatur in curiis. oratores sæpe illius mentionem faciunt. Sed ludens in tribules suos, homines vinosos, ait se ascriptum in cylicium: quasi tribules omnes eius essent nihil aliud nisi cotylæ, & οἰνηρὰ ἀγγεῖα, siue ἀμφορεῖς σεσαγμένοι, sic enim vulgò vocabant vino deditos, vt libro superiore dicebamus, & ad Theophrastum. Locus Chamæleonis, quo efferũtur caussæ cur dynastæ & magna pars diuitũ poculis sese oblectent, lucem accipiet ex simili disputatione apud Platonem in Protagora. τοὺς ἥρωας, inquit, δημιουργοῦσι πίνοντας ἐκπώμασι μεγάλοις, id est, pictores, statuarij, plastici, sculptores, cælatores, aliique id genus artifices, heroas faciunt è magnis poculis bibentes: propterea ῥυτὸν, quod nomen est potorij vasis percapacis, heroibus proprium assignarunt. Caussam pluribus exsequitur Athenæus. Ita autem debemus accipere hic vocem δημιουργεῖν. Et nota sis hanc de antiquissimis heroum imaginibus obseruationem. Addit, οἱ φάσκοντες τὸ μέγα ποτήριον φρέαρ ἀργυροῦν εἶναι. Libro quinto, καὶ πῖνε ἐξ ἀργυροῦ φρέατος· καλῶς γάρ τις τὰ μεγάλα ποτήρια οὕτως ὀνόμασεν. Caussam cur tertio poculo depositus fuerit Cyclops, ait posse ascribi præstantiæ vini illius, ὃν αὐτὸς Ὅμηρος ἐξηγήσατο. respicit illum versum: Ἀλλὰ τόδ᾽ ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ. aut hæc erit caussa, inquit. τὸ ἀηθὲς τῆς πόσεως τοῦ Κύκλωπος. Emendabam ex coniectura ἀηθές: nam bibere sine voluptate nihil ad caussas ebrietatis: at insolentia bibendi vinum ad eam rem efficacissima: deinde ita scriptum offendimus in Excerptis & Eustathio. Post hæc sermonem de calycibus & poculis habiturus Plutarchus, ita orditur, Ἀλλὰ μήν, ὦ Πλούταρχος ἔφη, κατὰ τὸν Φλιάσιον ποιητὴν Πρατίναν, οὐ γᾶν αὐλακισμὲν ἀείρων, ἀλλὰ σκύφον μαστεύων, κυλικηγορήσων ἔρχομαι, [Locus est virij manifestus. vir magnus emendabat, οὐ γᾶς αὐλακισμένας ἀρῶν. ingeniosè & proximè ad vestigia lectionis corruptæ. Nos tamen aliter paulò sententiā explicamus & corrigimus.] Lego οὐ γᾶς αὐλακισμένας ἱερῶν, ἀλλ᾽ ἀ σκ. elegans sanè locus: emendatio etiam elegantissima: sed cuius laus magna ex parte Hœschelianis Excerptis debetur, ibi inuenimus, οὐ γᾶν αὐλακισμένην, ἀλλὰ σκύφον μαστεύων. sed ille scriptor more suo Pratinæ locutionem immutauit, præcipuum illius verbum excerpsisse contentus. Pratinæ sunt, non quæcumque putarunt interpretes, verùm ista tantùm, οὐ γᾶς αὐλακισμένας ἱερῶν, ἀλλὰ σκύφον μαστεύων [notanda est oppositio inter ἱερῶν γᾶς, & μαστεύων σκύφον.] Olim bene meritis agri portio solita præmij loco dari: τέμενος propriè vocabant. αὐλακισμένη γῆ, arui est periphrasis. Atque hæc Pratinæ verba sententiæ suæ accommodat Plutarchus, planè venustè. Iocatur autem in vocibus κυλικηγορεῖν & Κυλικράνες, cùm subiicit, οὐ τῶν Κυλικράνων εἷς ὑπάρχων, id est *quamuis eorum vnus non sim, qui appellati sunt Cylicranes.* Cylicranes (quorum & Macrobius meminit, vt videtur ex Athenæo) tanquam viles mastigiæ habiti, ὡς, ait noster, χλευάζων Ἕρμιππος ὁ κωμικός

ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν τοῖς ἰάμβοις φησὶν, εἰς τὸ Κυλικράνων βαδίζων σπληνόπεδον ἀφικόμην. ridicula vox σπληνόπεδον: si quid in literis iudicamus. Ac censeo equidem emendandum esse, vel οἰνόπεδον, vineta sic propriè vocantur: sed pro agro simpliciter acceperunt: vt in illo Theognidis, ληλάντω δ᾽ ἀγαθὸν κείρεται οἰνόπεδον. vel πηλόπεδον. Distinguendum autem.

—εἰς τὸ Κυλικράνων
Ἐγὼ βαδίζων οἰνόπεδον ἀφικόμην.

Non dubito hunc ipsum Hermippi locum ab Hesychio indicari, cùm scribit: Κυλικράνοι. Πολέμων φησὶν ὅτι τοὺς ὤμους κεχαραγμένοι ἦσαν κύλικας. οἱ δὲ τοὺς ὑπὸ τῇ Οἴτῃ Ἡρακλειώτας ἀπό τινος οὕτω ὀνομασθῆναι. Ascripsi hæc vt legi debent: nam in Hesychij editionibus multa corruptissimè scribuntur. Cylicranas autem, ex quorundam sententia, nomen inuenisse scribit Athenæus, ἀπό τινος Κύλικος γένος Λυσοῦ. arbitror verum esse Λυδοῦ, vt vt paulo pòst, τοὺς ἀφικομένους ἐκ Λυδίας. vel si diuersa fuit traditio, γένος Λουσιέως. à Lusis vrbe Arcadiæ, de qua Stephanus *Scythinus Teius* is est, quem Diogenes Laërtius in Heraclito appellat τὸν τῶν ἰάμβων ποιητήν. in Physicis Stobæi laudatur eius liber Περὶ φύσεως. Locus ille in Illyrico, vel in Epiro, vbi tumulus Cadmi & Harmoniæ visebatur, geographis non prætermissus. De eo etiam Dionysius Periegetes, de montibus loquens.

Κεῖνον δ᾽ ἂν περὶ τύμβον ἴδοις περιηγέα τύμβον
Τύμβον ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φήμις ἐνίσπει.

videtur poëta verbo περιηγέα figuram loci respexisse, cuius gratiâ appellatus fuerit Cylices, quod Athenæus ait. At Festus Auienus aliter describit:

Tunc prorepentis quà sunt vada turgida Nerei,
Harmonia & Cadmi sustentat gleba sepulcrū.

Quoties lego insequentem obseruationem Athenæi de calyce Syracusanorum, venit mihi in mentem populi Veneti, qui tradito more à maioribus, mare quotannis despondent. Simile quid factitatum esse olim à Syracusanis, videmur posse colligere ex Athenæi verbis: quãquã ille nõ planè descripsit vetus hoc illorum institutum. Polemo narrat, inquit Athenæus, ἐν Συρακούσαις ἐπ᾽ ἄκρᾳ τῇ νήσῳ πρὸς τῷ τῆς Ὀλυμπίας ἱερῷ, ἐκτὸς τοῦ τείχους ἐσχάραν τινὰ εἶναι, ἀφ᾽ ἧς φησι τὴν Κύλικα ναυστολοῦσιν ἀναπλέοντες, μέχρι τοῦ ἀφανῆ γενέσθαι τὴν ἐπὶ τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἀσπίδα. καὶ οὕτως ἀφιᾶσιν εἰς τὴν θάλασσαν, κεραμέαν κύλικα, καθέντες εἰς αὐτὴν ἄνθεα καὶ κηρία καὶ λιβανωτὸν ἄτμητον, καὶ ἄλλα ἄττα μετὰ τούτων ἀρώματα. *Syracusis in extrema Insulæ iuxta Olympiæ tēplũ extra vrbis muros est quidã focus, vnde calycẽ naui deducunt tendentes in altum, vsq; dũ clypeus Mineruæ templo impositus, videri posse desinat. ibi tũ calycẽ hunc fictilem in mare dimittunt: coniectis prius in illum floribus, fauis, thuris granis integris, & aliis præterea quibusdam aromatis.* Insula quæ hic nominatur, vna fuit è quinque vrbis partibus: fuit enim hæc vrbs πεντάπολις: qua de re olim ad Strabonem. Lege, τὴν κύλικα ναυστολοῦσι: hoc loco aliud significat κύλιξ quàm calycem, quia sequitur κεραμέαν κύλικα. non puto tamen: at qui ἀναπλέοντες mutant in ἀναπίμπλασιν), & calycem cineribus plenũ hîc comminiscuntur, infeliciter hariolati sunt. Quod ait de floribus & cæteris rebus solitis in pateram illam conijci, ad ritum pertinet ornandi iactu florum & aliarum rerum: de quo multa ad Suetonium.

CAPVT III.

Οἶνος ἄνθος ὀσδόμενος. *Modus bibendi.* νίζειν *pro effundere. Critia antiqui scriptoris* Πολιτεῖαι. *Præbibendi modus* ἐπιδέξια. μανία, *vehemens studium.* γυναικομανὴς *& similia composita. Mos Atheniensium edendi in theatro. Gloriatio veterum de poculis.* πασάσθαι & πάσασθαι. *Agathoclis tyranni dictum:* πάνξενοι. Gras. *Pausaniæ locus.*

QVOD vulgò Græci anthosmiam vinum appellabant, Xenophanes intellexit illo versu apud dipnosophistam: Μείλιχος ἐν κεράμοις ἄνθος ὀσδόμενος. Legitimum bibendi modum definit idem poëta hisce versibus;

Οὐχ ὕβρις πίνειν δ᾽ ὁπόσον κεν ἔχων ἀφίκοιο
Οἴκαδ᾽ ἄνευ προπόλου, μὴ πάνυ γηραλέος.

Tantum vini bibere licet, inquit, quantum te non impediet domum redire sine puero qui præluceat, aut sine itineris duce. hoc significat ἄνευ προπόλου. Mediocris potationis vtrumque est indicium. Disciplina Laconum, vt Spartanos sobrietati assuefaceret, iubebat eos è conuiuio domum redire δίχα λαμπάδος. vt Xenophon & Plutarchus scribunt. Illa, μὴ πάνυ γηραλέος. in contrarium sensum vero ab interprete sunt detorta. Exceptio enim est, quâ permittit senibus Xenophanes, vt propter ætatem domum à cœna redeant non soli. In 13. scribe ὑμνεῖν. 20. ita scribam, ὅσα οἱ μνημοσύνη, ἢ τὸν ὃς ἀμφ᾽ ἀρετῆς. eos sermones probat inter pocula, qui nos reddant aut doctiores, aut meliores. 24. † σενδόνας, τοῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι. acutè Scaliger φλεδόνας vidit reponendum. Versum ita concipio: Οὐδ᾽ ἄλλας φλεδόνας, ταῖς οὐδὲν χρηστὸν ἔνεστι: Θεῶν δὲ προμηθείην, &c. Omnino autem secundum & tertium versum Ionis Chij scribe sic: Ἡμῖν δὲ κρητῆρ᾽ οἰνοχόοι θεράποντες Κιρνάντων προχύταισιν ἐν ἀργυρέοις. non κρητὴρ, neque προχοαῖσιν. vide infrà in προχύτης. vbi hoc modo habetur, meliùs quàm προχόοισι. Quod addit, ὁ δὲ χρυσοῦν οἶνον ἔχων χειροῖν νιζέτω εἰς ἔδαφος: periphrasis est libationis: quam fieri præcipit ex aureo poculo vini pleno, manu prehenso, & in terram effuso. χειροῖν νιζέτω, *effundat è manibus.* νίζειν propriè est *lauare*. sed quia lauantur manus effusa aqua, hîc positum pro effundere. Hanc interpretationem sequentia confirmant: Σπένδοντες δ᾽ ἁγνῶς. at χειροῖν ἔδαφος positum esse pro manibus, quis ferat? deinde quæ voluptas est tanta, manus vino lauare? Scribebam, σπένδοντες ἁμὶν ἐπὶ τὰς Διονυσιακὰς ταύτας βαλιὰς, sed λαλιὰς etiam

Excerpta. Paulo pòst vix feram, πρὸς ὡς λεκτέοι. sed πρὸς οἷς vel τούτοις, *praeterea*, siue, *praeter alia quae iam exposita sunt, dicendum est*, antequam instituatur enumeratio poculorum. Critias, cuius laudatur mox ἡ Λακεδαιμονίων πολιτεία, librum edidisse olim videtur non de sola Spartanorum Rep. sed in vniuersum de Rebus publicis: nam Iulius Pollux libro 7. cap. 13. eum citat ἐν ταῖς πολιτείαις. Ex eodem opere promptum scibis, locum pulcherrimum, quem relatum à Clemente in Sextum Stromat. non possum quin adscribam: Κριτίας χάριν. Ἄρχομαι δέ τοι ἀπὸ γενετῆς ἀνθρώπου, πῶς ἂν βέλτιστος τὸ σῶμα γένοιτο, καὶ ἰσχυρότατος. εἰ ὁ φυτεύων γυμνάζοιτο, καὶ ἐσθίοι ἐῤῥωμένως, καὶ ταλαιπωροίη τὸ σῶμα. καὶ ἡ μήτηρ τοῦ παιδίου τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἰσχύοι τὸ σῶμα καὶ γυμνάζοιτο. Sequitur: τοῦ δ' ἐπιδέξια πίνειν μνημονεύειν καὶ Ἀναξ. Alibi notamus fuisse peculiarem praebibendi modum, qui vocaretur ἐπιδέξια. Pollux libro secundo, παρ' Εὐπόλιδι πρόσεως σχῆμα (καλεῖται ἐπιδέξια) ὅταν δὲ πίνωσι τὴν ἐπιδέξια. In ecloga Choerili poëtae scribendum, duce Gulielmo Cantero —οἷά τε πολλὰ Πιδύματα Διωνύσοιο πρὸς ὕβριος ἔκβαλεν ἀκτάς. est enim sermo allegoricus. Vocem πιδύματα, nisi ita scripseris, nunquam rectè exposueris. Rectè mox libri nostri, αἱ Ῥοδιακαὶ φησὶ προσαγορευόμεναι χυτρίδες. emendandus est Eustathius, in cuius codicibus ἰχρίδες perperam pro χυτρίδες. ad nonam Odysseam. Quia sequitur statim, οὐ δεῖ οὖν ἡμᾶς ἐκμανῶς πίνειν: sumit auctor occasionem ex verbo ἐκμανῶς, docendi obiter, vocabulum μανία multis dictionibus solitum adiungi à Graecis, quarum studiũ vehemẽs vellent declarare. Sanè ita est: *μανία* dicitur omne vehemens desiderium cuiuscunque rei. Omitto poëtas. Eunapius in Proaeresio, ὁ δὲ χρυσῆς πρὸς αὐτὴν μανίας ὑπολαβούσης. ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα: id est, *cùm eum cepisset aurea cupiditas insanùm magna visenda Graecia*. [inde μανικὸν φίλον appellarunt amore feruentissimo coniunctum. B. Chrysostomus homiliâ primâ aduersus Iudaeos: καὶ θεὸν ἔχεις ἵλεων, καὶ τοῦτο κερδανεῖς, καὶ φίλον κτήσῃ μανικόν, τῇ πείρᾳ τὴν εὐεργεσίαν μαθόντα.] Caeterùm quã vim habeat τὸ μανία, cùm quosdam vocamus γυναικομανεῖς, ἐριθομανεῖς aut χρυσομανεῖς, expendit Galenus in quarto de dogmatis Hippocratis & Platonis, aduersus Chrysippum disputans: à quo (Chrysippum dico) sumit noster hanc obseruatiunculam. Scribe, ἐκ ἀλλοτρίως τὸ μανίας κειμένης ἐν αὐτοῖς, ὡς ἁμαρτάνουσι μανικῶς, καὶ τὸ ἀληθείας ἐπὶ πλεῖον ἀπαρτωμένοις. *non abs re posito nomine manias in talibus: ceu peccantibus furiose*, quibus illae appellationes tribuuntur *& à veritate plurimùm recedentibus*. Deinde ita interpunge, ἡμεῖς νῦν, ὡς καὶ παρ' Ἀθηναίοις γίνεται, ἅμα ἀκροώμενοι τ γελωτοποιῶν καὶ μίμων, ἔτι δὲ τ ἄλλων τεχνιτῶν ἀποπινωμένων. nihil pote planius. In Philochori testimonio de more Atheniensium edendi in theatro inter spectandum: notemus illa. καὶ τραγήματα παρεφέρετο. nam & philosophus in decimo operis pulcherrimi, de moribus ad Nicomachum, id confirmat. χαίροντες ὅτῳ ὧν σφόδρα, inquit, οὐ πάνυ δυνάμεθα ἕτερα, κ. ἄλλα ποιοῦμεν ἄλλοις ἤρεμα ἀρέσκομεν. ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τραγηματίζοντες ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, τότε μάλιστα αὐτὸ δρῶσι. Eustratius, qui verba Aristotelis interpretatur de Circensibus, docet nos, simile eius aeuo fieri solitum esse Constantinopoli. Verùm de his alibi. Euripidis versum scribe: λίβοτα στεφανοῦντ' ὀρχάτους ὀπωρινούς. In Timothei verbis è *Cyclope*, Excerpta habent ἐνέχδεν. αἰθ' αἱματι δέ. & πηγᾶν pro νυμφᾶν. Apud Eustathium extat verbum quod hinc excidit: nam scribendum εἴκοσι δ' ὕδατος μέτρα ἔχδευ. Veteres ita pocula adamarunt, vt reperti sint, qui gloriarentur non adeò de diuitiis, atque ἐπὶ τῷ κεκτῆσθαι πολλὰ ἐκπώματα ex auro argentoque. Hoc probat auctor exẽplo Pytheae Arcadis: qui monumento suo inscribi mandauit moriens hoc elogium: plura se pocula possedisse quàm mortaliũ quẽquã. In vltimo versu, τῶν προτέρων πάντων πλεῖστα πασάμενος: rectè Dalec. quod editum est expressit: nam πάσασθαι: primâ breui, vel πάσασθαι poëticè, idem ac γεύσασθαι. Sed neque ea lectio placet, neque sententia. Scribo, πασάμενος. πάσασθαι primâ longâ est *possidere*. Verte igitur, *Qui plura nempe pocula possedi, quàm omnes priores*. emenda, Αἶψα δὲ παισὶν ἔσεσθαι μετ' ἀμφοτέροισιν ἐπ' ἄρας Ἀγαλλίας ἱερόν. pro ἄρας ἱερόν. Penultimum sic lego, ὡς οὐ οἱ πατρῷόν γ' ἐπὶ φιλότητι δώσειν. vel ἐπηὶ φιλότητι δ'. est autem ἐπηὴς, *benignus, mitis*. Oedipi diras habes apud Sophoclem in Oedipo Coloneo, & alios. Exposuimus lib. 6. c. 11. illa, *Caecilius rhetor ὁ ἀπὸ καλῆς ἀκτῆς*. Agathocles Siculus de figulo tyrannus, cùm multa pocula aurea possideret: solitus est amicis illa ostendens dicere, *Ex fictilibus quae finxerat, haec esse confecta*. Hoc ita Athenaeus. ἐξ ὧν ἐκεραμεύσε κατεσκευασμένα ταῦτα. vel vt in membranis, κατεσκεύακεν. locus est Agathoclis, tenuitatem prioris fortunae ingenuè confitentis inter familiares. Verba sonant, quasi ille ex artis suae quaestu in eas opes peruenisset. Dalecampius legit. ἐξ οὗ. ineptâ & falsa sententiâ. Menda est in primo versu è *Larissaeis* Sophoclis. Πολλὴν δ' ἀγῶνα πάξενα κηρύσσει. Lego, πανξένοις. *omnibus hospitibus & peregrinis*. πάνξενοι, vt πανάχαιοι & πανέλληνες. *Gras*, qui dicitur hîc dux fuisse coloniae in insulam Lesbum deductae, is est opinor, quem Pausanias in Laconicis κῦριν fuisse Aeolidis, Echelati F. Penthili nepotem, Orestis abnepotem: nam Aeolicarum vrbium ἡ Λέσβος σχεδὸν τι μητρόπολις ὑπάρχει, vt ait Strabo. *Grais* tamen hic Pausaniae dicitur, non *Gras*. Ego hoc malo: ac scribam lubens apud Pausaniam, συνήγετο δὲ τῷ Γρᾷ: non vt editum est Γραιῷ. Inuenias vsitatum hoc nomen apud Graecos: & scribit de eo antiquissimus grãmaticorum Dionysius Thrax, ἐν εἰς ας κύρια ἰσοσυλλάβως κλινόμενα καὶ ἐπὶ τέλους ἔχοντα τ τόνον, περισπᾶται· οἷον ὁ Γρᾶς, τῦ Γρᾶ, ὁ Λᾶς τῦ Λᾶ. *Enallus* mox in MSS. est *Enalus*, diuersa nominis origine. In ea historia, quae de hoc Enalo narratur, postrema

postrema iverba confuderunt exscriptores cum versibus Alexidis, propter aliquam similitudinem, vt dicturi sumus sequenti capite.

CAPVT IV.

Exhibetur fragmentũ libri huius nunquam hactenus editum. idem postea leuiter percurritur.

MVTILI sunt editi codices Athenæi, amissis, temporum iniuriâ paginis aliquot, statim post illa verba, de quibus nouissimè tractatum est à nobis. Summam eorum quæ desiderantur, inuenerim in illo optimo libro Excerptorum Dauidis Hœschelij, & altero parili huic, qui fuit penes eruditissimũ virũ Ioannẽ Leuiniũ, vt accepimus à nobilissimo Marco Velsero, descripsimus, & infra subiecimus. Sic igitur in vtroq; corũ libro scriptum: nõ enim ficus fico similior, quàm hæc duo exemplaria, in hac certè parte: imò (vt persuadeo mihi) etiam in cæteris: facile enim ex vnguibus leonem: nam Leuinianus codex nobis inuisus.

Καὶ ποτε καὶ κύμαιος ἐπιφερομένης συγκλυμενῆσαν αὐτῇ ἐκ θαλάσσης, ἔχοντα κύπελλον χρυσοῦ, οὕτω θαυμάσιον, ὡς τὸ παρ' αὐτοῖς αὐτῷ παραχρῆ βαλλομένων, οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ. τιμώμενον δὲ ἦν παλαιὸν τὸ τῶν ἐκπωμάτων κτῆμα. Ἀχιλλεύς οὖν ὡς ἐξαίρετον τι εἶχεν ἀνάθημα δέπας, οὐδέ τις ἄλλος Οὔτε θεῶν πίνεσκεν ἀπ' αὐτοῦ, Οὔτε θεῷ σπένδεσκ', ὅτι μὴ Διί. Καὶ ὁ Πρίαμος δὲ τὸν υἱὸν λυτρούμενος τοῖς ἐπισημοτάτοις κειμηλίοις, καὶ δέπας δίδωσι περικαλλές. Αὐτός γε μὴν ὁ Ζεὺς τῆς Ἡρακλέους γενέσεως ἄξιον ἡγεῖται δῶρον Ἀλκμήνῃ ποτήριον, ὅπερ Ἀμφιτρύωνι εἰκασθεὶς δίδωσιν. Ἁ δ' ὑποδεξαμένα θάησατο χρύσεον αὐτίκα ποτήριον. Τὸν δὲ Ἥλιον ὁ Στησίχορος ποτηρίῳ διαπλεῖν φησὶ τὸν ὠκεανόν. ᾧ καὶ τὸν Ἡρακλέα περαιωθῆναι, ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βόας ὁρμῶντα. Οἴδαμεν δὲ καὶ τὸ Βαθυκλέους τοῦ Ἀρκάδος ποτήριον, ὃ σοφίας ἆθλον ὁ Βαθυκλῆς τῷ κρίθεντι ἀρίστῳ τῶν καλουμένων σοφῶν ἀπέλιπε. Τὸ δὲ Νέστορος ποτήριον πολλοὶ κεραμεύουσι. πλεῖστοι γὰρ περὶ αὐτοῦ συνεγράψαντο. Καὶ θεοφιλὲς δὲ τὸ ποτήριον. Χρύσεοις γοῦν δεπάεσσιν ἀλλήλους δειδέχατο. Ἑλλάνικον δέ φησι καὶ ἐμμελὲς ἐν οἴνῳ διάγειν μὴ κωθωνιζόμενον, μηδὲ Θρακίῳ νόμῳ ἄμυστιν οἰνοποτεῖν· ἀλλὰ τῷ πόματι φαρμακῷ, ὑγιείας ἐγκιρνάναι τὸν λόγον.

Ὅτι διὰ σπουδῆς εἶχον οἱ ἀρχαῖοι ἀκόλαστοι ἱστορίαν ἔχειν ἐν ἐκπώμασιν. Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τέχνῃ εὐδοκίμησαν Κίμων καὶ Ἀθηνοκλῆς. Ἐχρῶντο δὲ καὶ λιθοκολλήτοις ἐκπώμασι. Μένανδρος δέ που φησὶ καὶ ποτήριον τορευτόν, καὶ τορευτὰ Ἀντιφάνης.

Ἄλλοι δὲ καὶ δὴ Βακχίου παλαιγενοῦς
† Ἀφρώσκια, καὶ χρυσοκόλλητον δέπας
Μέσον κύκλῳ χερσῖον ἕλκουσι γνάθοις.
Ὀλκοῖς ἀπαύστοις, παντελῶς ἐστραμμένοις,
Τ' ἄνω κάτω δεικνῦντες. Φησὶ πρός τινα Νικόμαχος,

Ὦ χρυσοπλαίστα καὶ χρυσοῦς ἐμῶν. Φιλιππίδης. Τὰ ποτήρια ἂν ἴδῃς τὰ παρεσκευασμένα, ἅπαντα χρυσᾶ, τρόφιμε, νὴ τὸν οὐρανὸν ὑπερήφανα. Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐξέστην ἰδών. Κρατῆρες ἀργυροῖ κάδοι καὶ μείζους ἐμοῦ.

Ὅτι Παρμενίων συγκεφαλαιούμενος ἐν ταῖς πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολαῖς τὰ Περσικὰ λάφυρα, ποτηρίων, φησί, χρυσῶν σταθμὸς τάλαντα Βαβυλώνια ογ, μναῖ ιβ, ποτηρίων λιθοκολλήτων σταθμὸς τάλαντα Βαβυλώνια νς, μναῖ λδ. Ἔθος δὲ ἦν πρότερον ἐν τῷ ποτηρίῳ ὕδωρ ἐμβάλλεσθαι, μεθ' ὃ τὸν οἶνον. Ξενοφάνης,

Οὐδέ κεν ἐν κύλικι πρότερον κεράσειέ τις οἶνον
Ἐγχέας, ἀλλ' ὕδωρ καὶ καθύπερθε μέθυ.

Ἀνακρέων. Φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον ὦ παῖ, φέρε δ' ἀνθεμεῦντας ἡμῖν στεφάνους. ἔνεικον, ὡς μὴ πρὸς ἔρωτα πυκταλίζω. Πρὸ δὲ τούτου Ἡσίοδος, Κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀπορρύτου ἥτ' ἀθόλωτος τρεῖς ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἱέμεν οἴνου. Θεόφραστος, ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τὴν κρᾶσιν ἐναντίως εἶχε τὸ παλαιὸν τῷ νῦν παρ' Ἕλλησιν ὑπάρχοντι. οὐ γὰρ τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸν οἶνον ἐπιχεῖν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὕδωρ τὸν οἶνον, ὅπως ἐν τῷ πίνειν ὑδαρεστέρῳ χρῶνται τῷ ποτῷ, καὶ τούτου ποιησάμενοι τὴν ἀπόλαυσιν ἧττον ὀρέγοιντο τοῦ λοιποῦ. Καὶ τὸ πλεῖστον δὲ εἰς τοὺς κοττάβους κατανάλισκον. Ἔνδοξοι δὲ τορευταὶ Ἀθηνοκλῆς, Κράτης, Στρατόνικος, Μυρμηκίδης ὁ Μιλήσιος, Καλλικράτης ὁ Λάκων, καὶ Μῦς. οὗ εἴδομεν σκύφον Ἡρακλεωτικόν, τεχνικῶς ἔχοντα Ἰλίου ἐντετορνευμένην πόρθησιν, ἔχοντα ἐπίγραμμα τόδε,

Γράμμα Παρρασίοιο, τέχνα Μυός. ἐμμὶ δὲ ἔργον
Ἰλίου αἰπεινᾶς, ἂν ἕλον Αἰακίδαι.

Ὅτι κλεινοὶ λέγονται παρὰ Κρησὶν οἱ ἐρώμενοι. σπουδὴ δὲ αὐτοῖς παῖδας ἁρπάζειν, καὶ τοῖς καλοῖς παρ' αὐτοῖς ἄδοξόν ἐστιν ἐραστοῦ μὴ τυχεῖν. Καλοῦνται δὲ οἱ ἁρπασθέντες παρασταθέντες. δίδοασι δὲ τῷ ἁρπασθέντι στολὴν καὶ βοῦν, καὶ ποτήριον. ἣν καὶ πρεσβύτεροι γενόμενοι φοροῦσιν, ἵνα δῆλοι ὦσι κλεινοὶ γενόμενοι.

Ὁρᾷς δ', ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι τότε,
Πλουτοῦσι, διαπράττουσι, νικῶσιν δίκας,
Εὐδαιμονοῦσιν, ὠφελοῦσι τοὺς φίλους.

αὔξει γὰρ καὶ τρέφει, μεγαλύνει τὴν ψυχὴν ἡ ἐν τοῖς πότοις διατριβή, ἀναζωπυροῦσα καὶ ἀνεγείρουσα μετὰ φρονήσεως τὸν ἑκάστου νοῦν, ὥς φησιν ὁ Πίνδαρος, ἀνίκ' ἀνθρώπων καματώδεες οἴχονται μέριμναι στηθέων ἔξωθεν, πελάγει δ' ἐν πολυχρύσου πλούτου πάντες ἴσα νέομεν ψευδῆ πρὸς ἀκτάν· ὃς μὲν ἀχρήμων ἀφνεὸς τότε, τοὶ δ' αὖ πλουτέοντες ἔπειτα ἐπάγει, ἀέξονται φρένας ἀμπελίνοις τόξοις δαμέντες.

ΑΓΚΥΛΗ. ποτήριον πρὸς τὴν τῶν κοττάβων παιδιὰν χρήσιμον. Κρατῖνος, Πιεῖν δὲ θάνατος οἶνον, ἀλλ' ὕδωρ ἐπῇ. ἀλλ' ἴσον ἴσῳ μάλιστ' ἀκράτου δύο χόας Πίνουσ' ἀπ' ἀγκύλης ἐπονομάζουσα ἵησι λάταγας τῷ Κορινθίῳ πέει. καὶ Βακχυλίδης, Εὖτε τὴν ἀπ' ἀγκύλης ἵησι τοῖς νεανίαις λευκὸν ἐντείνασα πῆχυν. Ἐντεῦθεν νοοῦμεν τοὺς παρ' Αἰσχύλῳ ἀγκυλητοὺς κοττάβους. λέγονται δὲ καὶ δόρατα ἀγκυλητά, καὶ μεσάγκυλα, ἀλλ' ἀπὸ ἀγκύλης, ἤτοι τῆς δεξιᾶς χειρός. καὶ ἡ κύλιξ δὲ ἡ ἀγκύλη, διὰ τὸ ἀπαγκυλοῦν τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τῇ προέσει. ἦν γὰρ τοῖς παλαιοῖς πεφροντισμένον, καλῶς καὶ εὐσχημόνως κότταβον προΐεσθαι. καὶ οἱ πολλοὶ ἐπὶ τούτῳ μᾶλλον ἐφρόνουν μέγα, ἢ ἐπὶ τῷ εὖ ἀκοντίζειν. ὠνομάσθη οὖν ἀπὸ τοῦ τῆς χειρὸς σχηματισμοῦ, ὃν ποιούμενοι εὐρύθμως ἐρρίπτουν εἰς τὸ κοττάβειον. Καὶ οἴκους δὲ ἐπιτηδείους κατεσκεύαζον εἰς ταύτην τὴν παιδιάν.

Ὅτι παρὰ Τιμαχίδᾳ ΑΙΑΚΙΣ ἡ κύλιξ καλεῖται.

ΑΚΑΤΟΣ, ποτήριον ἐοικὸς πλοίῳ. Ἐπικράτης, Καταβαλλε τὰ ἀκάτια κυλίκια, αἶρε τὰ μείζω, καὶ εὐθὺ τοῦ καρχησίου ἄνελκε τὴν γεραιάν, τὴν νέαν δ' ἐπηυρίσας Πλήρωσον ἐντρέπετε τὸν κώπην ποιοῦ. Καὶ τοὺς κάλους ἔλυε, καὶ χάλα πόδας.

ΑΩΤΟΝ. παρὰ Κυπρίοις τὸ ἔκπωμα, ὡς Πάμφιλος. φιλήτας δὲ, ποτήριον οὖς οὐκ ἔχον.

ΑΡΟΚΛΟΝ ἡ φιάλη, παρὰ τῷ Κολοφωνίῳ Νικάνδρῳ.

ΑΛΕΙΣΟΝ καὶ δέπας τὸ αὐτό. Ὅμηρος ἐν Ὀδυσσείᾳ περὶ Πεισιστράτου, ἐν δ' οἶνον ἔχευε χρυσείῳ δέπαϊ. εἶτα παρακαλῶν, τὸ αὐτὸ, τούνεκα σοὶ δώσω χρύσειον ἄλεισον· καὶ ἑξῆς τὸ αὐτὸ πάλιν, δῶκε δὲ Τηλεμάχῳ καλὸν δέπας, φησὶν οὖν Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς, δοκεῖ μοι φιαλῶδες εἶναι τὸ δέπας· σπένδουσι γὰρ ἐν αὐτῷ. λέγει γοῦν Ὅμηρος δέπας δι' οὗ Διὶ μόνῳ σπένδεσκεν Ἀχιλλεύς. Καλεῖται δὲ δέπας, ἤτοι ὅτι δίδοται πᾶσι τοῖς σπένδειν βουλομένοις, εἴτε καὶ τοῖς πίνειν· ἢ ὅτι δύο ὦπας εἶχε (ταῦτα δ' ἂν εἴη τὰ ὦτα) τὸ δὲ ἄλεισον, ἤτοι ἀπὸ τοῦ ἄγαν λεῖον εἶναι· ἢ ὅτι ἀλίζεται ἐν αὐτῷ τὸ ὑγρόν. ὅτι δὲ δύο ὦτα εἶχε δῆλον. ἤτοι ὁ καλὸν ἄλεισον ἀναιρήσεσθαι ἔμελλε Χρύσεον, ἄμφωτον. Ἀμφικύπελλον δὲ λέγων αὐτὸ, οὐδὲν ἄλλο σημαίνει ἢ ὅτι ἦν ἀμφίκυρτον. Σιληνὸς δὲ ἀμφικύπελλον φησὶ τὸ μὴ ἔχον ὦτα. ἄλλοι δὲ τὴν ἀμφὶ ἀντὶ τοῦ περὶ εἶναι ἵν' ᾖ περιφερὲς τὸ πανταχόθεν πίνειν ἐπιτήδειον. Παρθένιος δὲ διὰ τὸ περικεκυρτῶσθαι τὰ ὦτα. κύφον γὰρ εἶναι τὸ κυρτόν. Ἀσκληπιάδης δὲ τὸ μὲν κύπελλον φησὶ φιάλην εἶναι. τὸ δὲ ἀμφικύπελλον ὑπερφίαλον, τὸ ὑπερήφανον καὶ καλόν. εἰ μὴ ἄρα τὸ ποικίλον τῇ κατασκευῇ ἄλεισον θέλει τις ἀκούειν, ἔξω λειότητος ὄν. Πείσανδρος δέ φησιν Ἡρακλέα Τελαμῶνι τῆς ἐπὶ Ἴλιον στρατείας ἀριστεῖον ἄλεισον δοῦναι.

Ὅτι ἐστὶ ποτήριον ΑΜΑΛΘΕΙΑΣ ΚΕΡΑΣ καὶ ΕΝΙΑΥΤΟΣ καλούμενον.

ΑΜΦΩΤΙΣ. ξύλινον ποτήριον, ᾧ χρῆσθαι τοὺς ἀγροίκους Φιλήτας φησὶ τοὺς ἀμέλγοντας εἰς αὐτὸ, καὶ οὕτω πίνοντας.

ΑΜΥΣΤΙΣ. καλεῖται μὲν οὕτω πόσις τις, ἣν ἔστιν ἀπνευστὶ πίνειν μὴ μύσαντα. καλοῦσι δ' οὕτω καὶ τὰ ποτήρια ἀφ' ὧν ἔστι πιεῖν εὐμαρῶς. καὶ τὸ ῥῆμα δὲ ἐξημύστισε, φασὶ τὸ ἐφ' ἓν πνεῦμα πιεῖν. ὡς ὁ κωμικὸς Πλάτων.

> Λύσας δ' ἀργὴν στάμνον εὐώδους ποτοῦ
> Ἵησιν εὐθὺς κύλικος εἰς κοῖλον κύτος.
> Ἔπειτ' ἄκρατον κἀτεταργανωμένον
> Ἔπινε, κἀξημύστισεν.

Ἔπινον δὲ τὴν ἄμυστιν μετὰ μέλους μεμετρημένου πρὸς ὠκύτητα χρόνου. ὡς Ἀμειψίας,

> Αὔλει μοι μέλος· σὺ δ' ᾆδε πρὸς τήνδ'. ἐκπίομαι δ' ἐγώ.
> Τέως αὔλει σὺ καὶ τὴν ἄμυστιν λάμβανε.
> Οὐ χρὴ πολλὰ ἔχειν θνητὸν ἄνθρωπον.
> Ἀλλ' ἐρᾶν καὶ κατεσθίειν· σὺ δὲ κάρτα φείδῃ.

ΑΝΤΙΓΟΝΙΣ. ἔκπωμα ἀπὸ τοῦ βασιλέως Ἀντιγόνου, ὡς ἀπὸ Σελεύκου σελευκίς, καὶ ἀπὸ Προυσίου προυσίς.

ΑΝΑΦΑΙΑ. ἡ θερμοποτὶς παρὰ Κρησίν.

ΑΡΥΒΑΛΛΟΣ. ποτήριον κάτωθεν εὐρύτερον ἄνω δὲ συνηγμένον, ὡς τὰ συσπαστὰ βαλάντια, ἃ καὶ αὐτὰ διὰ τὴν ὁμοιότητα ἀρυβάλλους τινὲς καλοῦσι. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσι· κατασπένδειν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀρυβάλλῳ ἀμβροσίαν· οὐ πόρρω δὲ ἐστι τοῦ ἀρυστίχου ὁ ἀρύβαλλος, ἀπὸ τοῦ ἀρύειν καὶ βάλλειν. λέγουσι δὲ καὶ ποχοῦν ἄρυστιν. Σοφοκλῆς,

> Κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη,
> Ἣ τὰς ἀρύστεις ὧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας.

Ἔτι δὲ καὶ πόλις Ἰώνων Ἄρυστις.

ΑΡΓΥΡΙΣ. εἶδος ποτηρίου, οὐ μόνον ἐξ ἀργύρου. Ἀναξίλας. καὶ πίνειν ἐξ ἀργυρίδων χρυσῶν.

ΒΑΤΙΑΚΙΟΝ, λαβρώνιος, τραγέλαφος, πρίστις, ποτηρίων ὀνόματα. Περσικὴ δὲ φιάλη ἡ βατιάκη. Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ταῖς πρὸς τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ σατράπας φέρεταί τις ἐπιστολὴ, ἐν ᾗ ταῦτα γέγραπται, βατιάκαι ἀργυραῖ κατάχρυσοι Ἱρᾶς. κόνδυα ἀργυρᾶ ρος. τούτων ἐπίχρυσα λγ. τισγίτης ἀργυροῦς εἷς. μύστροι ἀργυροῖ κατάχρυσοι λβ. λαγανοθήκη ἀργυρᾶ μία. οἰνοφόρον βαρβαρικὸν ἀργυροῦν ποικίλον ἕν. ἄλλα ποτήρια παντοδαπὰ μικρὰ κθ. ἄλλα ποτήρια μικρὰ ῥυτὰ, καὶ βάτια. καὶ λυκιουργοὶ ἐπίχρυσοι, καὶ θυμιατήρια, καὶ τρύβλια.

ΒΗΣΣΑ, ποτήριον παρ' Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν.

ΒΑΥΚΑΛΙΣ. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ αὕτη. ὡς Σώπατρος ὁ παρῳδὸς, βαυκαλὶς ἡ τετράκυκλος· καὶ πάλιν, νᾶμα μελισσῶν ἡδὺ μὲν ὄρθρου κατὰ βαυκαλίσαι τοῖς ὑπὸ πολλῆς κραιπαλοβόσκου δίψης κατόχοις. κατασκευάζουσι δέ φησιν οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τὴν ὕαλον, μεταρρυθμίζοντες πολλάκις πολλαῖς ἰδέαις ποτηρίων, παντὸς τοῦ πανταχόθεν κατακομιζομένου κεράμου τὴν ἰδέαν μιμούμενοι. Λύσιππον τὸν ἀνδριαντοποιόν φασι Κασάνδρῳ χαριζόμενον, ὅτε συνῴκισε τὴν Κασάνδρειαν φιλοδοξοῦντι, καὶ βουλομένῳ ἴδιόν τινα εὑρεῖν κέραμον, διὰ τὸ πολὺν ἐξάγεσθαι τὸν Μενδαῖον οἶνον ἐκ τῆς πόλεως, φιλοτιμηθῆναι, καὶ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ γένη, παραθέμενον κεραμείων, ἐξ ἑκάστου ἀποπλασάμενον ἴδιον ποιῆσαι πλάσμα.

ΒΙΚΟΣ. Ξενοφῶν Ἀναβάσεως πρώτῳ, Κῦρος ἔπεμπε βίκους οἴνου ἡμιδεεῖς. ἔστι δὲ φιαλῶδες ποτήριον, κατὰ τὸν Παριανὸν Πολυδεύκην.

ΒΟΜΒΥΛΙΟΣ, θηρίκλειον ῥοδιακόν· οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σωκράτης φησὶν, οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες ὅσον θέλουσι ταχὺς ἀπαλλαγήσονται, οἱ δὲ ἐκ βομβυλίου κατὰ μικρὸν στάζοντες. ἔστι δὲ καὶ ζῶόν τι.

ΒΡΟΜΙΑΔΕΣ. ἔκπωμα ὅμοιον τοῖς μακροτέροις τῶν σκύφων.

ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΝ ἔκπωμα, τὸ γράμματα ἔχον ἐγκεχαραγμένα. Ἄλεξις τὴν ὄψιν εἰπὼ τοῦ ποτηρίου γε σοι πρῶτιστον· ἦν γὰρ στρογγύλον, μικρὸν πανύ, παλαιὸν, ὦτα συντεθλασμένον σφόδρα. ἔχον κύκλῳ τε γράμματα.

Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ου ἀντὶ τοῦ ο στοιχείου προσεχρῶντο. παραπλησίως δὲ καὶ τῷ ει ἀντὶ τοῦ ε. σαῦ δὲ, &c. A diſcriptione poculi, quæ narrationem Anticlidis de Enalo claudebat, tranſilijt librarius ad alius poculi deſcriptionem, quæ Alexidis verſibus continebatur in ſermone de literatis poculis. Errori, vt videtur, anſam præbuerunt vocabula aliquot tam ab Anticlide quàm ab Alexide vſurpata. Atque hic error ſemel commiſſus in vno libro, in omnia deinde exemplaria, de quibus aliquid nobis compertum, propagatus eſt. Sæpe iam de hoc genere mendæ queſti ſumus. Non temerè vllum inuenas ſcriptorem antiquum, cuius codicibus non ſit aliquod ſimile ex eadem cauſa vulnus impoſitum. Sedenim hoc inſigne exemplũ eſt: Neque enim, vt ferè fit,

periodi aliquot, sed integræ paginæ sunt prætermissæ. Anticlidis verba ita, opinor, Athenæus scripserat: συγκολυμβήσαντα αὐτὸν ἐκδῦναι. ἔχοντα κύπελλον, φροχύλον, μικρὸν, πάνυ παλαιὸν, χρυσοῦ δὲ ὄντος θαυμαστοῦ, ὡς τὸ παρ' αὐτοῖς αὐτοῦ παραβαλλόμενον, οὐδὲν διάφορον εἶναι χαλκοῦ. Alexidis autem versus sic: Γραμματικὸν ἔκπωμα. τὸ γράμματα ἔχον ἐγκεχαραγμένα. Ἄλεξις

> Τὴν ὄψιν εἴπω τοῦ ποτηρίου γ' ἔσω
> Πρώτιστον ἦν γὰρ φροχύλον, μικρὸν πάνυ,
> Παλαιὸν, ὦτα συντεθλασμένον σφόδρα,
> Ἔχον κύκλῳ τε γράμματ'. ἀρά γ' ἕνδεκα
> χρυσᾶ, ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ; οὐκ ἄλλως μὲν οὖν
> Τοιοῦτον, &c.

Ἀχιλλεὺς ὥς ὡς ἐξαίρ. Locum respicit qui est Ἰλιάδ. ῥαψ. ω. de Priami poculo, vide ῥαψ. ω.
Αὐτός γε μὴν ὁ Ζεὺς. vide infrà in sermone de carchesio, & de scypho. Stesichori locum de Solis poculo habes infrà, in *Herculeo* poculo.
Οἴδαμεν δὲ καὶ τὸ Βαθυκλέους τοῦ Ἀρκάδος πολήριον. Nota historia ex Diogenis Laërtij Thalete. de eodem aliquid iterum infrà in ΠΕΛΛΑ.
χρυσέοις ἐν δεπάεσσι ἀλλήλους δεξιοῦνται. dij videlicet, apud poëtam: alludit ad hos versus.

> Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο,
> χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ. μετὰ δέ σφισι πότνια Ἥβη
> Νεκταρ ἐῳνοχόει· τοὶ δὲ χρυσέοις δεπάεσσι
> Δειδέχατ' ἀλλήλους.

Ἀντιφάνης. ἄλλοι δὲ καὶ δὴ B. Quatuor hîc senarij iābici, & pars quinti. Sed versus secundi prima ταυτοποδία in vtroque Excerptorum libro similiter scripta, quomodo sit restituenda, non possum coniecturâ assequi, ταλαντα Βαβυλώνια εγ, μικροῦ. Ita Hœscheliana Excerpta: at Leuinij, μικροῦ. Ἔθος δ' ἦν πρότερον ἐν τοῖς πο. Durat hic mos hodiéque in Narbonensi Gallia: vbi pueri à poculis aquam in scypho offerunt, deinde vinum ex œnophoro aut lagena infundunt. In Anacreontis verbis, φέρ' ἀνθεμεῦντας ἡμῖν στεφάνους: Æolicum est, ἀνθεμεῦντας pro ἀνθημόεντας: hoc autem pro ἀνθημόεντας. *affer nobis floreas coronas*. In neutro libro perscripta erat hæc dictio: sed notata compendio eodem. Ratio medica moris huius, quæ ex Theophrasto affertur, vt epoto priùs quod erat magis aqueum, minus auidè vinum expetatur; subtilior est quàm verior: Nam contrà: cùm aquæ priùs infusæ vinum superfunditur, priùs quā aqua vinum bibitur, vt pote labro propius: aquam voco & vinum, quod plus aquæ aut vini mixtum habet. Hoc igitur videamus. At illud rectè; remedium aduersus temulentiam fore, si potu τοῦ ὑδαρέος naturæ satisfactum fuerit priùs. Nec dissimile est quod libro tertio, dicebamus, capite trigesimo tertio. ὠνόμαζον σκύφον Ἡρακλεωτικόν. quid appellet scyphum Heracleoticum, disce ex iis quæ dicuntur infrà, vbi agitur de scaphide. ὅτι κλεινοὶ λέγονται παρὰ Κρησί. Ex istis Excerptis diuinare non possumus, quomodo delatus sit Athenæus in hunc sermonem tam alienum huic loco, nam alibi plura auctor de hoc Cretensium furore. Sed de occasione digressiunculæ huius, licet facere coniecturam ex simili loco infrà in Χόνοι. vide fragmentum alterum capite 15. descriptum. Cæterùm de voce κλεινὸς, adi Hesychium, & Eustathium qui hæc citat. Subiecti versus Ὁρᾷς ὅσον πίνουσι, &c. Aristophanis sunt ex equitibus.
αὔξει γὰρ καὶ τρέφει, μεγαλύνει τε τὴν ψυχὴν ἡ ἐν τοῖς πότοις διατριβή. Libro duodecimo. ἔστι γὰρ τὸ μὲν ἥδεσθαι καὶ τὸ τρυφᾶν ἐλευθέριον. ἀνίησι γὰρ τὰς ψυχὰς καὶ αὔξει. in hanc sententiam alia multa.

ΑΓΚΥΛΗ. Vide libro decimo quinto & Hesychium. Sed & infrà hoc libro, in Κόπαθις, eadem penè verba. Αἰακὶς ἡ κύλιξ καλεῖται. Perperam apud Hesychium, αἰακὶξ, Eustathium lege hæc describentem.

Ἄκατος. acatum pro poculo vsurpatum esse, etiam grammatici nos docent. In Epicratis verbis κότυλος est, quam vocabant nautæ καταπειρατηρίαν. Festus in voce *percontor*. χάλα πόδας Hœsch. Exc. πόδα Leuinij. notum quid *pes* in re nautica. Ἄρουλον: Vix videtur verè Græcum vocabulum. Eadem tamen omnia totidem literis in vtroque Excerptorum libro. De poculis, quæ vocabant *Amalthea cornu*, & *entantum* Eustathius ex Athenæo. καὶ τετορευμένον. hoc est τόρευτον. de quo, capite decimo tertio. ποιητὴς ἀργυροῦς εἰς. Disertim ita scriptum in vtroque exemplari. Barbaricum & nomen & poculum. ἐξ ἑκάστου ἀποπλασάμενον ἴδιον ποιῆσαι πλάσμα. In vtroque libro erat ἰδία, superscriptis τῷ α literis ον. Puto scribendum, ἐξ ἑκ. ἀπ. τὸ ἴδιον, ἰδίᾳ ποιῆσαι πλάσματα. vel ἰδιάζον π. πλάσμα. De bombylio dictum libro sexto, capite 18. Γραμματικὸν ἔκπωμα. quidquid erat literis inscriptum, Græci γραμματικὸν, Latini *literatum* dixerunt vt *frons literata*. & in Rudente, de vrna, *Nam literata est: ab se cantat cuia siet*. γραμματικοῦ ποτηρίου meminit Lexiphanes Lucianeus.

CAPVT V.

Pocula literata. Veteres pronuntiasse τὸ ο, ου. γυάλαι. δῖνος & δεῖνος. ἔργον ποδῶν. Epigenes vetus criticus. poculum δακτυλωτὸν & ἀρχαῖον πυρί. Cypsela. ἐμβασικοίτας & ἐμβασιχύτας περίνεον κώμην τινί. Pollucis locus. Veterum figmentum Solem in poculo vehi. Manis hæresiarcha adfine commentum: plurima emendata.

LITERATI poculi exemplum commemorat sophista cœnarum, Caput visum sibi, Dianæ consecratum, ex Homericis versibus petito cælaturæ argumento: ipsis etiam insculptis inibi versibus poëtæ, tanquam esset Nestoris poculum: non quod voluerit artifex persuadere hominibus, esse hoc illud ipsum poculum, quo Nestor vsus: sed hanc fuisse illius figuram, auctore poëta. Similes poculo huic videntur fuisse illi duo scyphi Homerici Neronis, de quibus Suetonius in vita, cap. quadragesimo septimo. Faciunt iniuriā industrij

industrij artificis manibus, qui stolidum hîc illum appellant. Sed non assecuti sunt viri boni mentem Athenæi: qui infrà in Νεστορὶς scribit, vulgus Capuanorum pro verè Nestoreo id poculum habuisse. Subiicitur huic aliud literas inscriptum poculum ex Achæi tragici Omphala: cuius versus malè in vulgatis codicibus acceptos ita scribimus. Loquitur vnus satyrorum.

Ὁ δ' σκύφος με τοῦ θεοῦ καλεῖ πάλαι,
Τὸ γράμμα φαῖνον, δέλτ', ἰῶτα, καὶ τρίτον
Ο, νῦν τ' αὖ πάρεστι, κ' οὐκ ἄπεστιν ὖ.
Ἰκ..ς πέκ..ρα σὰν, τότ' οὖ κηρύσσετον.

Dudum est cùm me dei scyphus vocat, literā ostendens, Δ. I. & tertiā O. etiam N. adest: neque abest Y. Vlteriùs prædicant dei nomen *duæ literæ Σ & O.* Vt plenum sit Διονύσου nomen vnum à fine υ desideratur: quod à cælatore fuerit prætermissum, vel ab Achæo potiùs. explicat accuratè Athenæus, Est autem eius rei caussa: quòd veteres (legendum enim ex Epit. πάντες οἱ ἀρχαῖοι nō οἱ Ἀχαιοί.) vocalem ο pronuntiabant ου. Vnde factum vt pro simplici vocali interdum scriberent ου: vt libro superiore capite vigesimo, & contrà pro diphthongo, simplex ο: vt in hoc loco. Addit Athenæus, παραπλησίως δὲ καὶ τὸ υ γράφουσιν ὅταν καὶ καθ' αὑτὸ μόνον ἐκφωνῆται, καὶ ὅταν συζευγνυμένου τοῦ ἰῶτα. Vt ο pro ου scripserunt: sic etiam υ pro diphthongo υι. Ita quidem vulgata lectio: at non ita manu exarata. Nam in Excerptis summa huius ἱστορίας ita proponitur. Ὅτι πάντες οἱ ἀρχαῖοι τῷ ου ἀντὶ τοῦ ο στοιχείου προσεχρῶντο. παραπλησίως καὶ τῷ ει ἀντὶ τοῦ ι. Fortasse non malè. De *san* Dorico, vulgò notum ex Herodoto & aliis. Pindari verba exercuerunt nos libro 10. capite 21. Eubuli locus per nos haud desinet esse stigmatias. Ad alia. ΓΥΑΛΑ. vel inuitis libris omnibus γυάλαι scribendum legi apud Euripidem γύαλα κρατήρων: neque abnuero etiam γύαλα κυλίκων posse dici at γύαλον pro poculo non leges: sed γυάλας sic in omnibus deinceps exemplis. Pro ΔΕΙΝΟΣ scriptum in Excerptis Δεινάς: quod est idem: & additur, λέγεται δὲ ἡ δεινὰς καὶ δῖνος. Versus est elegans veteris comici, Πότερ' ἡ γραῦς, ἄλλο δ' οὐδὲ ἓν βλέπει, sententiæ eiusdem cum Latinorum prouerbio, *Anus ad armillum.* In Archedici versu non Σκοτοδίνην, vt hodie, sed Σκοτδίνην legit Eustathius: atque hinc probat etiam poculi nomen per ι scribi solitum. Neque obstat quòd etiam in Græcorum Lexicis per ει scribitur: nam vt alibi diximus ει & ι passim confusa in antiquis Lexicographorum libris: itémque αι & ε. Scribo igitur verba Archedici.

Α. Νικοστράτην τιν' ἤγαγον πάλαι σφόδρα
Γρυπήν, Σκοτδίνην ἐπικαλουμένην, ὅτι
Δῖνόν ποτ' ἦρεν ἀργυροῦν ἐν τῷ σκότῳ.
Β. Δῖνον; κακόν γε τοῦτο δεινὸν ὦ θεοί.

Ait, Cyrenensium dialecto δῖνον significasse τὸν ποδονιπτῆρα, *peluim* siue *pollubrū*: affini significatione vsurparunt alij pro psyctere, vt postea dicetur. In ΔΕΠΑΣΤΡΟΝ. videtur scribendum παρὰ Κλειτορίοις τὰ ποτήρια δέπαστρα καλεῖσθαι. In ΔΑΚΤΥΛΩΤΟΝ. versus sunt Ionis, vbi οἴσει δῶρον, exponere debes, *auferet præmium*. non *afferet*: &, Κάστορος δ' ἔργον ποδῶν. *opus pedum Castoris.* id est, quod olim Castor præmium cursus est cōsecutus. Epigenes qui laudatur deinde, antiquus fuit criticus, multorum poëtarū interpres. Scripserat in Ionem Chium, vt hinc apparet: item in Orpheum, vt docent ista Clementis Alex libro 5. Ἐπιγένης ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως, τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεῖ ἐκτιθέμενος, φησί. Huius verba sunt explicantis δακτυλωτὸν ἔκπωμα. apud Ionē, τὸ ἀμφωτον ποτήριον, εἰς ὃ οἷόν τε τοὺς δακτύλους διείρειν ἑκατέρωθεν. *poculum vtrinque auritum, in quod digitos inserere possis ab vtraque parte.* perperam vulgati libri & interpretes ἀγείρειν. quod emendauimus primùm ex ingenio, deinde ex Eustathio & Excerptis. Idem error paulo pòst corrigendus, in verbis Philemonis. In illis Ionis versibus, quibus poculi digitati fit mentio, idem ἔκπωμα etiam ἄχραντον πυρὶ nuncupatur. Id quoque explicatur Athenæo: & quidem multifariam: vt satis appareat, parum constitisse inter veteres criticos, cur Ion sic esset locutus. At Didymus in enarratione eius fabulæ, Ionem reprehendere ausu: est, ac dicere poculum illi dictum esse ἄχραντον πυρὶ, quia malè accepisset Homeri versum in decursione Patrocli, πέμπτῳ ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον ἔθηκεν. de quo vide infrà in φιάλη. putauit Ion, ait Didymus, φιάλην illo versu poculum dici. falsò: nam Homerus intelligit æneum vas patens admodum, lebeti simile, suscipiendæ frigidæ aptū. Dalec. quod de Ione dixerat Didymus, ad Epigenem transtulit: meliùs Breuiator, Δίδυμός φησιν ὅτι παρήκουσεν Ἴων Ὁμήρου. Sed hoc leue, præut quod volunt iidem pro δράματος scribendum esse ὁρμήματος. nam quid absurdum si hoc non est? simile illud, cùm in Homeri versu πέμπτῳ exponunt *quinto conuiuæ*. cùm debuissent, *quinto equorum agitatori*: Mox, προθεὶς κάλπις, φησὶ δακτυλωτὸν ἔκπωμα. id est, *præpositā* ad exponendum *voce κάλπις, ait esse poculum digitatum.* de hoc vsu vocis προθεὶς sæpe diximus; de hoc poculo infrà. In ΕΛΕΦΑΣ scribe, ὡς Δαμόξενός φησιν ἐν ἑαυτὸν πενθοῦντι. meminit Suidas ex hoc loco. &, τὸν ἐλέφανθ' ἥκει φέρων ὁ παῖς. & versum tertium, Δικρούνου. ἥλικον πιτρεῖς χωροῦν χόας. necnon in extremo πρῶπιεν δὲ μοι ποτὲ Ἐν Κυψέλοισιν ἡδέως. melius quàm vt alij emendant. *Cypsela* nomen arcis in Arcadia: & oppidi cuiusdam in Thracia. ΕΦΗΒΟΣ. τὸ καλούμενον ποτήριον ἐμβασικοίτας, οὕτως φησὶ καλεῖσθαι Φιλήμων. Eustathius legit ἐμβασιχύτας. quod sum miratus: nam & membranæ, & Excerpta, & Petronius Arbiter ἐμβασικοίτας tuentur. In versu Stephani, Τούτῳ προέπιεν ὁ βασιλεὺς κώμην τινά, sic erat exponendum, προπίνειν κώμην τινι, vt apud Demosthenem, προπίνειν τῷ Φιλίππῳ τὴν ἐλευθερίαν & τὰς πόλεις. pro inter pocula dare & prodere. veteres explicant χαρίζεσθαι, vt illo Anacreontis, ἀλλὰ προπίνε ῥαδινὰς ὦ φίλε μηρούς. Sic libro 12. de Alcibiade, προπιὼν τῷ Θρασύλλῳ τὰ ἡμίση τῶν ποτηρίων τῶν

ἐπὶ τῆς κυλικηῶ. id est, *cùm propinasset Thrasyllo dimidiam partem poculorum, quæ in poculorum thecæ erant.* vel, *super mensa poculorum*, propter ἐπί. At κάμπω esse poculi nomen, tam alienum à vero quā quod maximè. Versu isto, Εἰς ἄγεσθ᾽ ὁ διφρὸς ὅλος ἀπηνεχθῆν ἐγώ, quid sit restituendum quæro adhuc, nisi cui placeat, Εἰς ἄγεσθε διφρὸς ὅλας ἄτλω. i. iudicent eruditi. ΗΔΥΠΟΤΙΔΕΣ. Apud Pollucem libro sexto, cap. decimo sexto, ita scriptum est in poculorum censu. καλεῖται δὲ καὶ ἡδυποτίδες, ἀθρωμιοι, ῥυταί, δονοι. nihil hic sani, sed sanatu facilia omnia: scribe, καὶ ἡδυποτίδες αἱ Ῥόδιαι, ῥυτά, δῖνοι. Finxerūt olim poëtæ & pictores, Herculi ad Geryonis boues nauiganti pro naui magnum poculum fuisse: sicut etiam superiore capite dictum est. Caussam eius figmenti [variè prodiderunt veteres. Seruius sic, ad librum septimum. Hercules Geryonem vicit: qui ideò fingitur ad eum olla (sic vocat, quam alij Phialam) ænea transuectus; quod habuit nauim fortem & ære munitam.] Athenæus verò caussam suspicatur esse hanc: quòd magnis poculis solitus Hercules delectari. Sic ille: μή ποτε δὲ ἐπεὶ μεγάλοις ἔχαιρε ποτηρίοις ὁ ἥρως, διὰ τὸ μέγεθος παίζοντες οἱ ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς πλεῖν αὐτὸν ἐν ποτηρίῳ ἐμυθολόγησαν; puto verius, οἱ ποιηταὶ καὶ οἱ γραφεῖς. nam pictores & poetæ talium figmentorum fabri extiterunt, non οἱ συγγραφεῖς. per pictores intellige omnes simulacrorum artifices, de quibus dictum capite secundo, cùm in gemino huic loco explicaremus verbum δημιουργῶν. Addit auctor, fuisse qui dicerent vehi Solem ab Oriente ad Occidentem in poculo. Inepti homines cùm nunquam totus appareat Solis globus induxerunt in animum credere, id quod oculis cernimus esse τὸ κυρτὸν caui cuiusdam quo Solis corpus contineretur: atque illud cauum appellarunt poculum, siue nauigium: nam olim vtriusque eadem fermè fuerunt & figura & nomen: vt κύμβη, κύμβιον, ἄκατος, σκάφις, & κάνθαρος. Quid hoc fingi queat magis ridiculum? tamen etiam sapientes, de Sole & Luna disputantes, nomen disci videas vsurpare. [Sic & auctor Quæstionum, quæ Athanasio tribuuntur ἐπὶ τοῦ ἡλίου δίσκος, δυτὶς καὶ ἐῴα. & ita sæpe in explicatione mysterij sacro-sanctæ Trinitatis, discum vocat Solis orbem, siue corpus.] Videtur autem Manes hæresiarcha [ex illa veterum obliuione] mutuatus suum illud ridiculum dogma: Solem & Lunam nauigia esse, quibus defunctorum animæ in beatorum regionem transportarentur. Theodoretus Polymorphi libro primo: in Manetis hæresi, τούτους δὲ πλοῖα λέγοντες εἶναι, intellige Solem ac Lunam, τὰς τῶν τελευτώντων ψυχὰς ἀπὸ τῆς ὕλης μετάγοντα πρὸς τὸ φῶς. Epiphanius, πλοῖα ἤτοι πορθμεῖα εἶναι λέγει Manes, τοὺς δύο φωστῆρας. Improbissimi hominis commentum tale fuit eodem auctore: ἐλθὼν, Dei filius, καὶ ποιήσας τὴν δημιουργίαν πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων, μηχανὴν συνεστήσατο ἔχουσαν δώδεκα κάδους, ἥτις ὑπὸ τῆς σφαίρας στρεφομένη ἀνιμᾶται τῶν θνησκόντων τὰς ψυχάς. καὶ ταύτας ὁ μέγας φωστὴρ ταῖς ἀκτῖσι λαβὼν, καθαρίζει καὶ μεταδίδωσι τῇ σελήνῃ, καὶ οὕτω πληροῦται τῆς σελήνης ὁ δίσκος, ὁ παρ᾽ ἡμῖν προσαγορευόμενος. [Sed huius sententiæ fons & origo repetenda nobis è penetralibus primæuæ philosophiæ, ψελλιζούσης adhuc & balbutientis. Nam quum didicissent antiquissimi mortalium, vel è libris Mosis, vel è sermonibus maiorum, spiritum Dei incubare super aquas, veritatem hanc miris commentis deformarunt. Inde illud figmentum inter cætera: & dæmones & animas cælitus missas, vt corporibus se insinuent, non insistere solido, neque terræ, sed aquis. Quam ob caussam Ægyptij dæmonas, Solem & cælestia corpora alia, vt nauigio vecta pingebant. Extant opinionis huius vestigia & apud priscos Græcorum Philosophos, quod Porphyrius nos docet in disputatione de antro Nympharum. Sic autem ille vir eruditissimus. Νύμφας δὲ Ναΐδας λέγομεν καὶ τὰς τῶν ὑδάτων προεστώσας δυνάμεις ἰδίως. ἔλεγον δὲ καὶ τὰς εἰς γένεσιν κατιούσας ψυχὰς κοινῶς ἁπάσας· ἡγοῦντο γὰρ προσιζάνειν τῷ ὕδατι τὰς ψυχὰς θεοπνόῳ ὄντι, ὥς φησιν ὁ Νουμήνιος. διὰ τοῦτο λέγων καὶ τὸν προφήτην (Mosem intellige) εἰρηκέναι ἐμφέρεσθαι ἐπάνω τοῦ ὕδατος θεοῦ πνεῦμα. τούς τε Αἰγυπτίους διὰ τοῦτο καὶ τοὺς δαίμονας ἅπαντας ἱστάναι οὐκ ἐπὶ στερεοῦ, ἀλλὰ πάντας ἐπὶ πλοίου, καὶ τὸν Ἥλιον, καὶ ὅμως πάντας.] In Antimachi verbis metricæ legi ita possumus consulere: τότε δὴ χρυσέῳ ἐνὶ δέπαϊ πατρῷ Ἠέλιον π. Æschylea ex Heliadibus sunt corruptissima. Erit aliqua sententia si ita concipias: ἔνθ᾽ ἐπὶ δυσμαῖσι σοῦ πατρὸς Ἡφαιστοτευχὲς δέπας. ἐν τῷ διαβάλλων πολὺν οἰδματόεντα κελεύθου δρόμον φέρει, ὅτ᾽ εἶσι μελανίππου προφυγὼν ἱερᾶς νυκτὸς ἀμολγόν. Verba sunt cuiusdam, qui Heliadum vnam alloquebatur. *in occidēte est poculum patris tuis Solis, opus Vulcani: in quo traiiciens, longum & æstuosum curriculū cōficit: cùm ad orientē abit relicto Noctis venerandæ silentio.* ἱερᾶς scribimus ex MSS. Lucretius, *& noctis signa seuera.* Scribe. ὁ αὐτὸν ἐφόρει σὺν ταῖς ἵπ. &c. ἢ νῦν ἀείσχει ὁ ἥλιος. vel ἢ δή.

CAPVT VI.

Ἠθάνιον. *Thericlea vetustissima fictilia fuisse. Plinius notatur: veterum vocabulorū metalepses.* iphicratides. ἕλκειν, *bibere. Alexidis* Hippiscus. *Pollux emendatur. Ritus consecrandi simulacra Iouis Ctesij.* καδίσκος *&* κάδος *unde.* υἱὸς ἀντεμῆν ἕλκειν. cantharus γύλιον. *item alia.*

ΗΘΑΝΙΟΝ, nusquam alibi, opinor, extat vox ἠθάνιον, quàm in Hellanici loco quem auctor subijcit: etsi autem suadet vocabuli origo, colum hac voce significari: puto tamen non sine graui caussa inter pocula esse hîc positum id nomen. Illud certum ex verbis Hellanici, ad cœnaculi atque adeò mensæ supellectilem spectasse quicquid est quod hac voce significatur. οἶκοι Αἰγύπτιοι, non sunt *ædes Ægyptiorum*, sed *triclinia*, siue *œci Ægypty*: de quibus aliquid dicebamus libro quinto, capite sexto. Θηρικλείῳ φησὶ τὸν Ἡρακλέα πίνοντα. Alij ἐν θηρικλείῳ. nihil hîc

affirmas

affirmat auctor. Θηρικλῆς ὁ Κορίνθιος κεραμεύς. Erant igitur initio thericlea fictilia: neque sine ratione pater ille stribiliginum Lexiphanes ait apud Lucianū, ποτήρια γρύψη πολλὰ οἷα Θηρικλῆς ὤπτα εὔρυχαδῆ, postea e ligno fieri cepére auro & argento: atque istae tum fere mentio apud scriptores. Plinius verò 16. cap 40 Thericlem τορευτὴν, non figulum vult fuisse: sed errasse Plinium arbitror: nam Araros aequalis aut suppar Thericlis, aperte fictorem figulinorum facit. Ω γαῖα κεραμῖτι σ' ὁ Θηρικλῆς ποτε ἔτευξε τρίτης λαγόνος εὐρείας βάθος. In altero versuum Theopompi lege, ἐκπωμα &c. caetera non satis assequor. Scripti codices nihil variant: nisi quod in hoc versu, φιλοτησίαν δέ σε. τὴν πολλαὶ δέξιαι Huraldinus habet δίζω. contra modulum metri; nam ὄζω saltem scribendum foret: sed tectura est δ[...]. Deinde malum, ἡμῖν δ' ἔπεσεν ἀνεμιαῖος, ... fententiā parum plena: sed hoc voluit: veterum inuenta vt plurimum nomine ipso auctorem suum esse professa: attulerat plura eius rei exempla: quibus haec adiicit: οἷον, Θηρικλεῖον, δεινίας, ἰφικρατίς, (ita scribendum non ἰφικράτης) ταῦτα γὰρ πρότερον συνεχρῆτο τὰς εὑρόντας. φαίνεται δ' ἔτι καὶ νῦν εἰ δὲ μὴ ποιεῖ τοῦτο, μεταβέβληκε ἂν ὄνομα μικρὸν τι τοῦτο id est, *vt thericleum, dinias, iphicratis: nam ista priùs inuentores simul indigabant, quod & fit nunc quoque aliquo modo. sin hoc non fit, mutatum nempe est paulatim id nomen.* Vt haec melius intelligas, titulum cogita libri vnde sumuntur: in quo tractabat auctor περὶ μεταλήψεως: hoc est, *de translatione dictionum ab vna significatione ad aliam.* Sēsus est: nomina huiusmodi naturam suam & genuinam significationem mutasse. Exempli caussa: Thericles prima notione viri propriū fuit: thericléum inde deriuatum, poculi & inuentoris illius significationem habuit: sed olim; nam & paulatim extinctā vulgo memoriā Thericlis, solam poculi indicationem id nomen habere cepit, quia tamen, penes eruditos remansit veritatis cognitio, addit, φαίνεται δὲ ... est hic manifestus error interpretum. Noli putare, *iphicratidis* siue *iphicratidem* nomine poculum significari: quod falsissimum est: nam calceos ita vocabant: vt docemus alibi pluribus. Notabis, auctore Cleanthe, dinum siue diniadem poculum a Dino inuentore nomen habuisse. συνεχρῆτο necessariò scripsimus, non συνεχρῆτο. ... Melius in Excerptis, ... Inde etiam in primo versu ex Eubuli *Alecatibus* scribo, μαλιόμενον, *grandem*: non ... Pro ... Excerpta ... In fine ἐπικαλούμενοι ... *poculum istud conuiuae singuli libabant, cuius Seruatoris nuncupātes*. ... & ... significant *cancere & siccare calycem*. Teleclides, ... & ita saepe in his libris. In Epitoma scriptum ἐπικαλούμενος. Ita ... erit primae personae. Lego etiam in Antiphanis testimonio, σημειωσάμενος. ita melius, opinor, quàm σεσημειωμένον. Vini generosi haec est periphrasis Ω γαῖα κεραμῖτι σ' ὁ Θηρικλῆς ποτε. Scrib. κεραμίτις σ' ὁ Θηρ. vel vt M S S. σε Θηρ. Non dubitabunt periti corruptum esse statim, ἐν Ἱππάκῳ. ego non dubito scribendum ἐν Ἱππίσκῳ. qui titulus est fabulae Alexidis, quem leges in multis locis operis huius. Etiam haec deprauata, Κοιλὴν ὑπαρ ... Scribe cum eruditissimo Sylburgio, ... ἐκ τῶν γενῶν αἰσχίστα ... Scribe Αἰσχύλα vel Αἰσχύλου. ... An ἰσομέτρως? valde, multum. Pro ΙΣΘΜΟΝ, scribo cum Excerptis & Eustathio ἴσθμιον.

ΚΑΔΟΣ. Σιμμίας ποτήριον παρατιθεὶς Ἀνακρέοντα, Ἠρίστησα μὲν ἰτρ. Desunt initio huius periodi φησὶν οὕτως· nam vertendum fuerat, *Simmias ait poculum esse. proferens ex Anacreonte, Ἠρίστησα*, &c. Errant qui sequens testimonium putant esse Simmiae: cùm variis locis ea verba Anacreōti auctor tribuat: vt lib. 14. Similis error interpretum in simili loco, in λεπαστη. Testatur & Pollux Anacreontis esse hoc testimonium: etsi mire deformata lectio quae in eius libris. In decimo ait, cap. 20 de voce κάδος loquens. Καὶ Ἀνακρέων δὲ φησιν. οὐδ' ἐξ ἐπικαίων κάδδοι. Lege ex hoc loco, ... κάδδον. vel κάδον. Mox in Epigenis senatus turbant codices, qui praeferunt constanter, ... nam postrema mendo non carent: & sine illis locus idem est descriptus infra in λυτήριον, contrà in κρουνεῖα, clarum eorundem vestigium. Vltimus Hedyleorum corruptus manifestò, Ἡδύλε μεστὸν ... ex opinione sic restituimus, —καὶ λέγε, παῖζε Ἡδύλε· μισῶ ζῆν εἰς κενὸν οὐ μεθύων: *rigato me aliquis vini Chij cadis: & hoc mihi accinat, lude H. dileodi viuere frustra, non ebrius*. quasi dicat vnica est viuendi causa bibere. Placet Dalec. coniectura in isto, Εἰς τῶν ... τετραχοσίων καδεῖς, *quatuor congiorum cadis*. at proximorum verborum Ἡρόδοτος, ὅς ἐν τῇ τρίτῃ, φοινικήιου φησιν οἴνου κάδον, & lectio praua & interpretatio. Scribe, Η. δ' ἐν τῇ τρίτῃ, φοινικηίου οἴνου κάδον. Pollux quoque laudat hunc locum. Atque ille κάδον vel κάδδον, nam vtrumque inuenias, non inter pocula, verùm inter vasa recenset, vbi vinum habetur aut portatur. Neque debemus existimare, omnia nomina hoc libro exposita, ad potoria vasa tantum pertinere. Ne longè abeam, ΚΑΔΙΣΚΟΣ statim, non solùm ποτήριον εἶδος esse dicitur: sed etiam ἀγγεῖον diuersissimi vsus. Nam in quo ... Antiqui praeter publicas religiones, & ea numina quae in templis colebant, priuatos habebant multiplices deos: alium enim pro foribus statuebant, alium in vestibulo aut atrio, alium in cubiculo, (vnde cubiculares imagines, de quibus apud Suetonium) alium ad focum, alium in domo intima: postremò etiam in promptuariis cellis posita signa. Hi sunt quos διὸς κτησίους Anticlides mox vocat, & cum eo hic Athe

Athenæus. Harpocration: τὴν κλῆσιν Διὸς ἐν τοῖς ταμιείοις ἱδρύονται. Ritum dedicationis horum signorum in sequentibus verbis exsequitur Anticlides. Illa verò mendis sunt deformata multifariàm. symbolam ad eorum emendationem Excerptorum confector contulit: pleraque de ingenij coniectura ita emendabam..s. Διὸς κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε. καδίσκον καινὸν δίωτον ἐπίθημα-τωσάντα στέψαι τὰ ὦτα ἐρίῳ λευκῷ, καὶ ἐκ τοῦ ὤμου τοῦ δεξιοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ μετώπου τὸν κρόκινον κρεμάσαι: καὶ ἐνθεῖναι ὅ,τι ἂν εὕρῃς καὶ εἰσχέαι ἀμβροσίαν. ἡ δ' ἀμβροσία, ὕδωρ ἀκραιφνὲς, ἔλαιον, παγκαρπία. ἃ ἐμβάλλε. Iouis Ctesij signa ita statuenda. Cadiscum nouum vtrinque ansatum operculo tegendum: simulacri auribus coronam è lana alba imponito, ex humero eius dextro lanam suspendito coloris crocei: amicito etiam, vt erit tibi cōmodum. deinde ambrosiam illi affundito: est autem ambrosia, aqua pura, oleum & fructuum omne genus: hæc omnia misce ad ambrosiam. Signa quæ domi colebant, collocabant in larariis: & erant simulacra hæc armariis inclusa, quæ ad sacellorum modum conficiebant. Græci vocant vulgò ναΐσκια: Anticlides hic καδίσκους. rectè enim Dalecampius existimauit. cadiscum hoc loco signi esse receptaculum, non ipsum signum, vt summi quidam viri sunt arbitrati. Hesychius, καδίσκος, σκεῦος εἰς ὃ τὰ ἱερὰ ἐτίθεσαν. Ac videtur eà primum significatione nota vox κάδος vel καδίσκος fuisse Græcis: ab Hebræo קדש vnde est קדשם sedes rei sacræ. etsi non ignoramus κάδον pro mensura esse כד Syrorum Videtur autem peculiare signis Iouis Ctesij fuisse, vt auribus coronas haberent impositas, non toti capiti, vt mos est omnium. non est aliter interpretari ista. στέψαι τὰ ὦτα ἐρίῳ λευκῷ, sed fortasse non errauerit qui scripserit, στέψαντα αὐτῷ λευκῷ poetæ, εἰς ἄωτον, aut simpliciter ἄωτον lanam vocant. Sæpe autem in sacris vsi veteres remotis ab vsu communi verbis. Perperam mox libri omnes, Στράτων ὁ κωμικὸς ἐν Ἀνδρομέδᾳ. Legendum Στράττις, vt ostensum est lib. 7. cap. 23. In versibus Strattidis qui laudantur hîc, Ἑρμῆς est nomen ποτηρίου, qua de re lib. 1. cap. vltim. Ἑρμῆν ἕλκειν, est educere illud poculum quod sic vocabant. ineptissimè enim interpretes Mercurium precari atque inuocare. quoties legitur in his libris ἕλκειν pro bibere?

ΚΑΝΘΑΡΟΣ: ὅτι μὲν πλοίου ὄνομα κοινὸν, Cantharus pro nauigij nomine translatitium est: quod etiam poculum significet, docet deinde Ath. Macrob. planè aliter: Cantharus pro poculo quidem nota res est, vel ex ipso Virgilio; qui aptissimè proprium Liberi patris poculum assignat Sileno: sed id, vt suprà polliciti sumus, etiam pro nauigio poni solitum debemus ostendere. tum affert locum è Nauclero Menandri, qui sequitur non longè. In trochaicis Alexidis ἐν Κρατείᾳ, scribe, πλήρεις ἡ κεράμια στρώματα τε καὶ γύλιον αὐτοῦ. Hæc militis supellex: stragula & pera, in qua soliti poculum, allia & cepas circumferre. Græci ita describunt γύλιον ἀγγεῖον ἐστὶ ὁδοιπορικὸν εἰς ἀπόθεσιν τῶν ἀναγκαίων, ὃ ἐχοῦσιν οἱ στρατιῶται. Athenæus infrà non longè, cothonem scribit fuisse Laconicum poculum, ὅτι ἦν δε ὅπερ εἰς στρατείαν, καὶ διεφοροῦντο ἐν γυλίῳ. Postquam de c. ntharo testimonia ci ta attulit ex Eubulo comico, subijcit, Ἀρεσίας, μέγαν πάνυ καὶ ξηρὸν ἐποίησε τὸν κάνθαρον. viri docti hæc malè confuderunt cum Eubuli verbis: est enim diuersi poetæ locus. sed Aresias, nullius opinor fuit. Lego Ἀμειψίας. is est de quo lib. 2. cap. 19. Verum cogitemus: nam etiam Hualdinus retinet vulgatam scripturam Ἀρεσίας: sed leuiter immutatam: & punctorum alius ibi situs. Ita legitur in eo lib. καὶ ἐπ. Ἀμα ἡ λαβοῦσα ἡ φανικὲ πηλίκον τινὰ εἰπὲ μεγέθει, δεσποίνα; μέγαν πάνυ καὶ ξηρὸν (dele καὶ: aut scribe καὶ ξηρὸν) ἐποίησεν εὐθέως τὸν κάνθαρον. ξηρὸν ποιεῖν τὸν κάνθαρον eleganter, vt, siccare calices. Horatius. In ecloga è Phrynichi Comastis (cuius fabulæ meminit Pollux libro 4. cap. 7.) ἑκάτην τῆς ἡμέρας ἕλκουσι ἐνα κάνθαρος, non intelligo: & veri.s puto, ἕλκειν. In Menandréa pericopa legunt veteres quidam, πρῶτος λέγω σοι: deinde Macrobius τρύβλ' ἐχρύσεων κάνθαρον. Πόθος; τῷ πάλιν ὅδε μὲ ὥσπερ τὸν ἄθλιον. vel ὅδεν ἐπιὼν. Fortasse autem scribendum in iis quæ sequuntur, Τῶν νέων σεσωσμένων λέγεις; ἐγὼ τὴν μὲν ἐκείνην ναῦν ἣν Καλλικλῆς ἐποίησε. τὸ τε πλεῖον ἐμοὶ ὁ Εὔφρημων ἐκυβέρνα θεός. constanter mox omnes codd. & Epit. χρυσοῦς τὰ χείλη πελειοχρυσίτας aut παρατετραμμένας, quod quid significet? Lego igitur περιτετραμμένας. aliis verbis idem dicit paulo pòst, τὰ χείλη περιηργυρωμένας καὶ χρυσοῦσας.

CAPVT VII.

Carchesium poculum. Macrobij locus emendatus. λῖνες in naui. κερχνῶν & κερχνώδη. Theodoridas poeta. Atheniensium δημιοπρατα. poculum πέτρικες. κέρνος, cernophori. μηκωνες λευκοί. Vannus mystica. pocula hederacea. Cissybium. Polis. κύλιξ. Ciborium. explosa eius vocis etymologia, quam aliqui adferunt. condy. κονδύλος & κώνος.

ΚΑΡΧΗΣΙΟΝ, ex Callixeno ita describit Athenæus: ποτήριόν ἐστιν ἐπίμηκες, συνηγμένον εἰς μέσον ἐπιεικῶς, ὦτα ἔχων μέχρι τοῦ πυθμένος καθήκοντα. Vertit ad verbum Macrob. Carchesium est poculum procerum & circa mediā partem compressum, ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertinētibus. Ita omnes hactenus Macrobij editiones: absurdè: neque enim ansatum mediocriter potest dici, cuius ansæ ad infimum pertingunt à summo. medicina quam facere conati sunt quidam, medicina non est, veterum sententiæ διαφθορά. nihil hîc opus audacibus coniecturis. peccantem vocem restitue in suum locum, & scribe ex verbis Græcis, circa med. par. compressum mediocriter, ansatum, ansis à s. λινὸν in naui mox vocat, quam poëtæ ἰστοδόκην & μεσόδμην. Quæ aspera sunt, κερχνὰ siue κερχνώδη dicuntur, illa propriè quæ in superficie densas habent asperitates milio similes: nam Ionibus milium appellatur

κίρχνος pro κέγχρος. Fuére qui hinc deducerent vocem καρχήσιον, vt sit poculum cuius superficiem tales ἀνωμαλίαι protuberantes exasperent. Athenæus, ὠνόμασαι τὸ καρχήσιον διὰ τὸ τραχύματα ἔχειν κεγχρωειδῆ. καὶ εἴρηται κατὰ ἐναλλαγὴν τοῦ ι πρὸς τὸ α, ἀντὶ τοῦ κερχήσιον. διὸ καὶ Ὅμηρος τοὺς ὑπὸ δίψους κρατουμένους καρχαλέους εἶπεν. Iliadis φ. δίψῃ καρχαλέοι κεκονιμένοι ἐκ πεδίοιο φεῦγον. alij legunt καρφαλέοι, & in hoc & similibus locis. ΚΑΛΠΙΟΝ. Hesychius paulò aliter. Κάλπος, εἶδος ποτηρίου. Suprà in δακτυλωτὸν dicebatur κάλπις. ΚΕΛΕΒΗ. Scribe. δῆλον ὅτι ποιὸν εἶδός ἐστι ποτηρίου, ἢ ὅ παρ' ἡμῖν ποτήριον κελέβη καλεῖται. & in versu Antimachi ἀσκὸν ἐνίπλειον. [id est, ἐμπλεον. vt ἐνικάθητο, & similia.] tolle ὑποστιγμὴν ex istis, Διονύσιος δ' ὁ Λεπτὸς ἐξηγούμενος Θεοδωρίδα τὸ εἰς τὸν Ἔρωτα μέλος, id est, *Dionysius Leptus interpretans Theodoridæ carmen in Amorem*. noli quærere apud Græcos *Theodoridem* carminis genus. nullum vnquam fuit. Theodoridas poeta Syracusanus doctis non incognitus. Post dictionem ΚΕΡΑΣ, multas adiecimus ex membranis. Pindaricum testimonium scribe ex librorum fide,

Ἀνδροδάμαντ' ἐπεὶ Φῆρες
δάεν ῥιπὰν μελιηδέος οἴνου
ἐσσυμένως ἀπὸ μὲν λευκὸν γάλα
χερσὶ τραπεζᾶν ὤθεον· αὐτόματοι δ' ἐξ
ἀργυρέων κεράτων πίνοντες ἐπλάζοντο.

Falsò scriptum paulo pòst, Ἕρμιππος Μοίραις. Scribe Μοίραις. vt sæpe alibi. malè etiam ἐν χρυσαῖς προτομαῖς τε ἄλλων κεράτων· puto, μεγάλων κερ. Solita fieri Athenis pocula argentea, quæ vocabant κέρατα, sic probat, ἐστιν εὑρεῖν τοῦτο εὑρεῖν ἐν τοῖς δημιοπράτοις ἀναγεγραμμένον οὕτως. Ἐκ στήλης ἀνακειμένης ἐν Ἀκροπόλει, ἣ τὰ ἀναθήματα περιέχει. κέρας, ἔκπωμα χρυσοῦν, καὶ περισκελὲς, περίστοιχον κέρνος ἀργ. &c. Atheniensium mos fuit, cùm alicuius sontis bona publicabantur, vænum illa in auctione exponere: atque omnia quæ ita vendebantur, minima, maxima in columna insculpebant, quam vel in Arce dedicabant, vt illam cuius auctor meminit: vel in aliis locis vrbis, aut vicinorum pagorum, nam positæ Eleusine statuæ meminit Pollux lib. 10. cap. 24. de voce δημιόπρατα loquens: ἐν δὲ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις, inquit, αἳ εἰσιν ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ τῶν ἀσεβησάντων περὶ τὼ θεὼ δημόσια πραθέντα ἀναγεγράφαται· ἐν αἷς ἄλλα τε πολλὰ σκεύη ἐστιν ὠνομασμένα, καὶ μολύβδῳ κέχρηνται. Capite autem septimo eiusdem libri meminit Pollux illius statuæ, in qua fuerant bona Alcibiadis publico iudicio damnati, omnia adnotata, quæ in auctione vænierant. ac singula ferè decimi eius libri capita, testimoniis τῶν δημιοπράτων sunt referta. Quid sit περισκελὲς poculum, videant docti. habet hæc vox duplicem originem. à σκέλλω exsicco. & à σκέλος. è priore deductam huic loco non conuenit. περισκελῆ enim vocantur quæ sic exaruerunt, vt sint prædura: vnde appellant poetæ contumax & refractarium ingenium, φρένας περισκελεῖς. [Marcus Antoninus περισκελὲς ἦθος, lib. 4.] & lib. 14. περισκελῆ καύματα sunt *æstus difficiles toleratu*, vt ibi exponimus cap. 20. Quare nisi vox artis est, vt argenti genus quoddam appellarint aurifabri Athenienses περισκελὲς, quomodo hæc notio eius vocis locum hic habere possit non video. Quid si igitur à σκέλος deducamus, [(vnde est vox δίσκελης apud Platonem & πὰς δίσκελης, apud B. Chrysostomum.)] & exponamus de poculo quod binis pedibus tanquam cruribus insistit? Quid si ita? ἐκπ. ἀργ. καὶ περισκελὲς περιστοιχον. *Ceras est poculum argenteum, & præterea intortum.* vt non sine caussa cornu nomen credamus huic poculo fuisse tributum. Cum istis quæ ex antiqua sunt inscriptione, confundunt. r pessime sequentia verba. nam ΚΕΡΝΟΣ literis grandioribus scribi debuit & à prioribus, quibuscum commune habet nihil, seiungi. in voce enim κέρνον definit & ipsio de cerate. Ita accipit Auctor Epit. accedit series literarum, ná ordo institutus postulat, vt post Κέρας sequatur Κέρνος. Nec te moueat quòd non vt poculum describitur hic *cernum*: nam auctor, quæ sint eius diligentia, vel leuem figuræ aut vsus similitudinem, iustam censuit caussam, cur de eo nos hic doceret quæ obseruauerat. Fictile vas fuit multos cotyliscos in se continens, quos festo die quodam fructibus omne genus implebant, & ex religionis antiquæ ritibus ad sacra deferebant, proprium id fuit ministerium eorum, quos vocabant cernophoros, sicut alios ob simile ministerium lignophoros, cistophoros, oschophoros, thyrsophoros, pastophoros. Quæ solita indi in cerni cotyliscos enumerat his verbis. ἐν οἷς φασὶ μήκωνας λευκοὺς, πυροὺς, κριθὰς, πισοὺς, λαθύρους, ὤχρους, φακούς. hæc Athen. hoc loco: idem infrà in Κοτυλος multò plura huius generis recenset, repetens ista ipsa. Non est nouum in hoc scriptore sæpius legi eadem: sed repetitionis istius non obscura caussa. At non debuerat Dalecampius transferre huc, quæ studio breuitatis auctor hic prætermiserat μήκωνας λευκοὺς interpretor de ea, quam Theophrastus μήκωνα Ἡρακλείαν nuncupat, cuius est, inquit, ὁ καρπὸς λευκός. vel ita distinguendum, μήκωνες, λευκοὺς πυρούς. *frumentum candidum* leges apud Plinium in versu Sophoclis ex Triptolemo. Addit, ὁ δὲ βαστάσας αὐτὸ οἷον λικνοφορήσας, τούτων γεύεται, id est, *qui cernum gestauit, vescitur iis quæ sunt intus: sicut faciunt qui vannum mysticam Libero liberis ferunt*, aut aliis sacris. hoc addimus: quia scribere Harpocrationem meminimus, vannum πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν εἶναι ἐπιτήδειον. Colligere est ex isto loco, vannum quæ προπαιδιάζ solita pancarpiam & fructus omne genus continuisse, non minus quàm cernum, de quo dictum est.

ΚΙΣΣΥΒΙΟΝ. alij κισσυμβίον. vide Macrobium. Ex hederæ ligno pocula fieri solita, sicut etiam hodie, docet Serenus Sammonicus, *Molibus ex hederæ tornantur pocula lignis*. meminerunt & alij. In Euripidis versibus placet distinctio Macrobij librorum, & Dalecampij, vt πονον ἀναψυκτῆρα ad vinum referamus, non ad le. Varro de

de Vino, *Hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt.* malè apud Eustathium πίνων pro πόνων. Rusticũ & pastoritium poculum fuisse cissybium ex Homero probat: qui faciat Cyclopem cissybio bibere: & Eumæo alterum tribuat. de illo versus est hic nono Odysseæ, Κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων μέλανος οἴνοιο. de Eumæo iste, ῥαψ. π. Ε' γ' δ' ἄρα κισσυβίῳ κίρνα μελιηδέα οἶνον. Athenæi verba ita scribe, Πολύφημος μόνος κισσυβίον ἐχρῆτο. ἕτερον ἢ ὁ Εὔμαιος. Placeat statim Καλλίμαχος δ' ἴσως διαμαρτάνων ἐν τῷ συγχύσει τ' ὀνομάτων. tamẽ omnes codd. συγχύσει. At, παρὰ τῷ Ἀθηναίῳ Πόλιδι ξενίζοντος. optimè non vt emendant πολίτῃ. *Polis & Poles*, propria virorum nomina Athenis non rara. Illa, οὐδ' ἐς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χάσεται, malè referunt ad Eteoclem, & Polynicem: peiùs emendant. Apud poëtam ait Vlysses de se & Iro, *Hoc limen ambos capiet.* Scribe: καὶ κύθιον τὸ χύτιον τὸ χυτρῶν τοὺς ἀστραγάλους. Vult dici κύθιον translata Ionico more aspiratione, quod ex analogia erat dicendum χύτιον, à χέω. sic κιθὼν Herodotus pro χιτὼν, & similia. Scripsimus cum omnibus membranis, Διονύσιος ὁ Σάμιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ κύκλου. vulgò περὶ τοῦ κύκλωπος. conuenientissimè subiectis verbis. sed κύκλω etiam alibi. idque expositum libro septimo, cap. 3.

Κιβώριον. Græcis peregrinum poculum: opinor & nomen. etsi potest videri deriuatum vnde & κιβωτός. sed constat in Ægypto primum cœpta fieri ciboria, ex Ægyptiæ fabæ ciborijs: deinde ex alia materia, figurâ eâdem. Hesych. disertè, Κιβώριον, αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου. Ecclesia vsu fecit suum hoc nomen. sed nugantur interpretes Græci sacrorũ rituũ, qui voce hac significari volunt κιβωτὸν φωτισμοῦ θεοῦ. τὸ γὰρ κιβ. aiunt, ἐστὶ κιβωτὸς, τὸ ἢ ὅριον φωτισμὸς Κυρίου, ἢ φῶς θεοῦ. hoc est. אור יה. Color esset aliquis, si in eum vsum dicerent excogitatum id nomen: quod scimus esse antiquius nomine Christiano. Syris כבר vasculi nomen est. Scribo statim, λαβὼν ἐν τ' κιβωρίων ὡς ἔξοισεν ὧν καὶ μυθῶν ἐμφέρει. Κονδυ. Hoc poculum Persis proprium fuit, vt testa statur Pollux, & sequẽtia docent, & ratio nominis. nam *condy* est appellatũ, quia simile erat aliquomodo vesti quam candym vocabant, quæ etsi diuersa fuit à tiara, 70. tamen interpretes cum exponunt vocem מגבעות in Historia Iosephi παράγοντες suos fratres, verterunt κόνδυ. id fortasse spectantes, quod מגבעות eiusdem originis vox, tiaram significat. Fuisse autem poculi huius vsum in Ægypto, ex eo licet colligere, quòd Nicomachus in libro de festis Ægyptiorum, eius meminerit. Extat id vocabulum & in Isaia apud 70. vt obseruauit etiam Hieronymus in Genesim. [Eustathius Eroticon l. 4. ὅτι τι νέκ-ταρ ἀλλὰ κόνδυ πιεῖσαι μεταστάσομαι. & libro 7. Ὁ κόνδυ πιεῖσαι Ὁ ἄφωνον θαλάσσης ὅλας ἐμπίπτουσα.] Locus Menandri extat & libro 10. Verba Nicomachi malè accepta ab imperitis: & deesse aliquid videtur. concinnare potes hoc modo: τὸ δὲ κόνδυ ἐστι μὲν Περσικὸν τὴν ἀρχὴν. ἀλλ' ὡς δ' ἔχω ὡς φησιν Ἑρμιππος ἀστ.

Κονώνιος. In excerptis κόνιος & posset videri ducta appellatio à forma. *cononini* verò à Conone inuentore, vt *thericleum* & *dinias*, atque hoc verum, vt dicitur infrà in λυκιοεργεῖς.

CAPVT VIII.

Κότυλος & κοτύλη. Cratetis fabula Παιδιαί. ἀμύνα; *Sophronis ὁ ἐπιγραφόμενος μῖμος. Calyces* φοξαὶ; *vasis nomen*: Alembix. *Pron.* δάκτυλος ἡμέρα; *& id genus alia multa obseruata & emendata.*

Κοτυλος, τὰ μόνωτα ποτήρια. Hesych. inter alias interpretationes vocis κοτυλίσκος, τινὲς, ait, τὰ μόνωτα ποτήρια. Horũ plurimus vsus, addit auctor, παρὰ Σικυωνίοις. Excerpta παρὰ Σ. καὶ Ταραντίνοις. Lege, καὶ ἦν μὲν, ὅσοις ἂν ὦσι τὸ κέρας περιπεπονηκότες, id est, & diuidit omnibus qui cernũ circumgestauerunt. de hoc satis capite superiore. Vocẽ ὅρμιον ex libris adiecimus: scribe, οἷος ἱερὸν ἀπλυτον. vel οἶνον. In testimonio Aristophanis è *Cocalo* suspecta vox μετὰν, & verius censeã, κοτύλαις μεγάλαις ἐγχέον ἐς σφέτερον δ' ἴμας οὐδενὶ κόσμῳ. *magnis cotylis* vinũ *infundebant in suum corpus nullo pudore.* Manca est oratio in his, Σιληνὸς & Κλείταρχος ἔτι τι Ζηνόδοτος: nam ita interpretandũ: *poculi huius meminerũt Silenus, Clitarchus, & Zenodotus quoque.* Subiectus versus, Πάντη δ' ἀμφὶ νέκυν κοτυλήρυτον ἔρρεεν αἷμα. nullius est istorũ, sed poëtarũ principis, Iliad. ψ. Inepte mox, Σημαίνεσθαι ἢ τὸ λευκὸν ποτήριον οὕτω καλεῖσθαι. scribe cum Excerpt. & Eustath. τὸ κοῖλον τῆς. quasi dicatur propriè κότυλος, poculum capiens quantùm caua manus. nam κοτύλη, *caua manus* est: Nec rectè Κράτης ἐν Παιδιαῖς: sed vt Dalecampius, Παιδιαῖς. Pollux enim veterum lusiones explicans, plerasque earum in hoc Cratetis dramate commemoratas scribit. ἡ ἢ κυνητίνδα, ait, ἀπὸ τοῦ κυνᾶν, ὃ ἐστι καταφιλεῖν ὠνόμασαι. ὅπερ ὑποδηλοῖ ἴσως Κράτης ἐν Παιδιαῖς σχεδὸν ἢ καὶ περὶ τῶν πλείστων ὁ ποιητὴς ᾔνικεν οὗτος ἐν τῷδε τῷ δράματι. Contra istud rectè. Θουκυδίδης. ἐδίδοσαν αὐτῶν ἑκάστῳ ὀκτὼ μῆνας κοτύλην ὕδατος, & δύο κοτύλας σίτου. non vt apud Eustath. δύο χ. χοινῖκας. neque vt apud Pollucem libro septimo, capite vltimo. δ. κ. οἴνου. Locus est extremo libro septimo nobilissimæ historiæ, sed ex ipso Polluce error clarus: profert enim verba Thucydidis, vt *cotylam* probet mensuram esse & liquidorum & aridorum. Cùm dixit Aristoph. ὁ δ' ἀλφίτων πριάμενος τρεῖς χοίνικας, Κοτύλης δεούσας εἴκοσ' ἀπολογίζεται: & δεούσας scribi potest, & δεούσης. *cùm farinæ hordeaceæ tres chœnices emisset, & deesset iustæ mensuræ cotyla vna, viginti obolos* de conuento pretio *detraxit.* εἴκοσι scripsimus ex Italicis membranis. priùs erat ἀκοῦει. quod, vt multa alia quæ in prioribus editionibus legebantur, reperimus in Huraldino. Παιδιὰ ἐγκοτύλη, etiam ἐν κοτύλῃ dicta. vide Eustathium &

Pollucem. Locus ex Acharnensibus, κοτυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεκομμένον, hodie sic habet apud comicum, κυλίσκιον τὸ χεῖλος ἀποκεχρεσμένον. & de postrema voce firmant Excerpta & Eustath. Quæ subijciuntur táquam Epicharmi, alius sunt poëtæ, vt obseruatur libro 14. Ad ista Sophronis, Καλάστρεψον τέκνον τὰν ἡμίναν, addit Eustath. sed opinor, de suo: περὶ δὲ χρὴ σκοπεῖν ἡμᾶς μήποτε ἡμίνα ἢ τὸ ἥμισυ τοῦ ἱν. ὄχεῦσις ἐν τῷ, ἔλαιον, πλέον ἤπερ ἦν. Ait, καὶ τὰ κύμβαλα δὲ Αἰσχύλος ἐν Ἠδωνοῖς κοτύλας εἴρηκεν. Habes Æschyli illum ipsum quem respicit locum apud Strabonem, libro decimo. Ibi lege. Pro, καὶ οἷς χέονται οἱ μύσται, leges apud alios & οἷς χρῶνται οἱ μ. vt in Hesych.

Κοτταβίς. Ἁρμόδιος ὁ Λεπρεάτ. Libro quarto capite 13. postrema verba testimonij huius emendauimus.] Sequitur, ὥστε εἰς τὰ συμπόσια παρεισφέρειν ἄλλα κοτάβια καλούμενα. Plato comicus ita vocat illo versu, παίζειν τίθημι κοττάβια σφῷν ἐγώ de quo ad librum 14. in Hesych. perperam κοτταμία. Οἶκοι κυκλοτερεῖς, sunt triclinia, siue cœnationes.

Κρατάνιον. Μήποτε τὸ νῦν καλούμενον κράνεον ἔκπωμα. cratanium pro poculo leges alibi: κράτανον, quod sciā, nusquam. an igitur κρᾶνεον? de qua voce mox. In Polemonis laterculo scribe χύτρος ἀργυροῦς: aut Ionicè κύθρος, non κύτρος. & βατάνιον, non βατιάκιον. patina est, vt alibi diximus.

Κρουνεῖα. Ἐπιγένης. Μνηματίῳ, κρ. vide suprà in κάδος.

Κυαθίς. κοτυλώδης ἀγγεῖον. Σώφρων ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ μίμῳ, γυναῖκες αἳ τὰν θ. Quemadmodum libro superiore capite 19. suspecta erant nobis hæc verba, & γὰρ Νυμφοδώρῳ ποιεῖν ἐν τῷ μνημονευομένῳ μίμῳ: quia memorati mimi proprium lemma non est adiectum, sicut fieri amat: ita etiam hæc, eandem ob causam. Sophronis *Viriles & muliebres mimi* ex Athenæo & Stobæo noti omnibus. Ij sunt tituli operum duorum, quorum vtroque plures, vt videtur, mimi continebantur, partim in viros, partim in mulieres scripti. quare non possumus multum tribuere conjecturæ nostræ, valde alioquin probabili, τὸ γυναῖκες, mimi epigraphen esse. Scribi autem potest, αἳ τὰν θεὸν φαντὶ λέξαι. & pòst, τριτὺς ἀλεξιφαρμάκων. *tria alex.* Argis elaborati calyces, vt obseruat dipnosophista, formam habuerunt diuersam à cœteris: erant in summo & circa labra fastigiati: cùm ferè pocula omnia ab ea parte plus pateant: hoc ita Athenæus: φορεῖ γοῦν ὥσπερ τὸ χεῖλος, ὡς Σιμωνίδης φησὶν ὁ Ἀμόργιος. αὕτη δὲ φορίχειλος, ἡ εἰς ὀξὺ ἀνηγμένη, οἷοί εἰσιν οἱ ἄμβικες καλούμενοι: [ambix. Integrum Simonidis versum referunt grámatici, αὕτη δὲ φορίχειλος Ἀργεία κύλιξ.] vasis nomen est, quo antiqui ita fermè vtebantur, vt nos hodie eo, quod sermo vernaculus *alambicem* vocat. eius mentio in Græcorum medicorum libris: vt apud Dioscoridem libro quinto, vbi Plinius *calicem* vertere maluit Græcâ aliâ dictione, quàm istam retinere. Arabes primi frequentarunt huius vasis vsum, à quibus nos didicisse, testatur nomen hybrida. Eiusdem naturæ cùm alia vocabula quædam sunt: tum imprimis famosissimæ artis *Alchymiæ* nomen. nam quod aiunt ita dictam quasi ἁλὸς χυμείαν, quia finis eius scientiæ proximus vltimo sit, sal illud θαυματουργὸν de cunctis rebus extrahere: cinifionum recens commentum est, parum salsum, & omnino falsum. Scribendum, Ἀχαιὸς ὁ Ἐρετριεύς. non Ἀρχαῖος. imperiti homines tragici huius nomen variè corruperunt in his libris. Achæi versus lego ad hunc modum.

Ἀλλ' ὡς τάχιστα μέλανα δεῦξ' οἶνον φέρειν.
Κανόντι (vel κοινόν) χρὴ κρατῆρα καὶ κυλιχνίδας.

Subijcitur Alcæi locus elegans, qui eius poëtæ φιλοινίαν, de qua dictum est libro decimo, arguit manifestissimè. Πίνωμεν, ait, τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν; δάκτυλος ἁμέρα. Antiqui cum ferè parciùs panderent, & cœnabant liberaliùs, & compotationes suas eò reseruabant. Tempus autem cœnæ erat, vespera & λύχνων ἀφαί. Ita viri graues & occupati: nam qui aliter vitam instituebant, hi & tempestiua agitabant conuiuia: & ad pocula de die occeptabant. Hoc igitur Alcæo, poëtæ vinoso, nunc dolet, quòd propter sobrios sodales, horam lucernarem cogatur expectare. Quid moras trahimus? inquit, quid expectamus vt vespera fit? Ecce iam qui restat dies, digitus est, siue digito non longior. Rerum mensura pro varia ipsarum natura variè iniri solet. Sed poëtæ locutionibus suis naturam rerum interdum peruertunt. Tale hoc Alcæi, δάκτυλος ἁμέρα. Nam digitus non est mensura tempori conueniens: verùm locorum interuallis, & corporibus continuis: dies per horas, semihoras, & vigilias metimur. Simili elegantiâ dixit comicus Alexis. Κρεῖττον ἱκανός ἐστιν ἡμέρας δρόμον. & Aristophanes in Ranis, quosdam adolescentes ait esse εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίῳ λαλίστερα. idem in Nebulis, τὸ Ἑλλήνων αὐτὸν με λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον. Athenæus libro tertio, nonnullos insolentiâ locutionum πολλοῖς παρασάγγαις ὑπερδραμεῖν τὸν Διονύσιον. Assentior autem doctissimo & de literis Græcis optimè merito Henrico Stephano, existimanti, dictum illud Alcæi, δάκτυλος ἁμέρα, pridem in prouerbium abijsse: quod Græci parœmiographi per imperitiam corruperunt, & in Δακτύλου ἡμέρα perperam commutarunt. Epigrammatarius poëta eodem sensu dixit δάκτυλος ἠώς: nam ἠὼς, inter cætera, etiam diem significat, vt obseruant poëtæ interpretes: neque dubium est, quod primus omnium rectè eruditissimus idem ille Stephanus obseruauit, Alcæi superiora verba respexisse eum poëtam epigrammatarium, cùm faceret.

Πίνωμεν Βάκχου ζωρὸν πόμα. δάκτυλος ἀώς.
Ἢ πάλι κοιμιστὰν λύχνον ἰδεῖν μένομεν;

Alcæi verba, quia parum emendatè scribuntur isto loco, partim ex libro superiore, partim ex coniectura emendata nobis, adscribemus.

Πίνωμεν. τί τὸν λύχνον ἀμμένομεν;
Δάκτυλος ἁμέρα. κὰδ δ' ἄειρε

Κυλί

Κυλίχνας μεγάλασι καὶ πυκναῖς
Οἶνον γὰρ ὁ Σιμάλας καὶ Διὸς
Λαθικηδὲ ἀνθρώποισιν ἔδωκεν.
Ἔγχεεν κερνᾶς ἕνα καὶ δύο πλέιας.

CAPVT IX.

κυλίχναι, culignæ. καρὸν & ἀναχαιτίζειν de vino. Cymbium. Phiditia Cyrenensium. κύπελλον vnde, ῡ, pro ō in multis. κότινον, siue κόπτον. multa emendantur & illustrantur.

Ἐκ τοῦ βαλανείου γὰρ ὀνιφθεὶς ἔρχομαι. mendax manifestus versus: metrũ legẽ excedit: & mulier est, non vir, quæ loquitur. Scribe, ἀνήφθη. redire ait è balneo nimis calido, esséque iam cocta, imò tosta. quare hoc dicat, sequentia palàm faciunt. Γλεισχρόν τι μη τὸ σίαλον, νὴ τὼ θεώ, Scrib. γλίσχρον. id est, κολλῶδες. at νὴ τὼ θεώ, *per geminas deas*: non, *per deos*. Cererem & Proserpinam intelligit, vt alibi dictum. Βιλάβω † κυρίου τὴν κυλίσκην μηδαμῶς. Potes emendare, Θέλεις λάβω σοι τὴν κυλίσκην; μηδαμῶς. Ancilla loquitur, aut famulus, & ait: quando ita sitis, vin' sumam in manus culignam, vt tibi ministrem? minimè, ait, hera. κυλίσκαι, & κυλίσκαι siue κυλιχνίδες (Latini veteres *culignas* dixerunt) sunt caliculi, id est, parua potoria vasa oris compressioris: quare etiam pro cucurbitulis, si fortè earum copia non erat, caliculis vtebantur, teste Cornelio Celso libro 2. cap. 11. Κἀχὶ δ' ἀφαυντ' εὐθὺ κόγχην. Scrib. χωροῦντα. Φασὶ δ' αὐτὰ ἰσι βαθείας κύλικας ὡς. mulieres sibi fieri præcipiunt calices altos. repetendum est, verbum κεραμεύειν. Calices auté describit ventriosos & doliolo similes, habentes infrà labra rotundam figuram vini capacissimam. Hoc significant, sequente versu, illa verba, μέσας γαστρίδας. in Excerptis μεσὰς offendimus: quod non habet locum. ἀναλογίσας πλῶσον οἶνον ἐκπίνειν, est plurimũ vinum bibere, quod tuis rationibus nó inferatur. CYMBII magnitudinem demonstrat hoc argumento: quia Vlysses tertio cymbio (siue quod idem est, cissybio) Cyclopem deposuit. Huic argumento quid responderi possit, dictum suprà, initio huius libri. ἀκολουθεῖν αὐτῷ φάσκων ῥυτὰ καὶ κυμβία. Locus Demosthenis, quem ex ea contra Midiã adnotauit hîc Macrobius, & ex eo Dalec. is ipse est dubio procul, quem respexit auctor hæc scribens. quamquã hodie in nostris libris vox ῥυτὰ, non extat eo loci: sed aliquanto pòst, vbi ait orator, καὶ τρεῖς ἀκολούθους ἢ τέτταρας αὐτὸς ἔχων, διὰ τῆς ἀγορᾶς σοβεῖ, κυμβία καὶ ῥυτὰ καὶ φιάλας ὀνομάζων. Athenæus verò more suos duos locos in vnum contraxit. Cùm apud Anaxandridem dixisset aliquis, Κυμβί' ἐκάρωσεν ὑμᾶς. subijcit quidam, ἀναχαίτισιν μὲν οὖν. non prorsus, ait, ἐκάρωσεν, sed tamen ἀναχαίτισιν. allegoricus sermo est: de vino enim loquitur tanquam de equo. καρῶν dicitur vinum, quod dat in somnum grauem, vel de statu mentis deturbat. Equus, quando deijcit in caput sessorem, quod maius est, quàm cùm ἀναχαιτίζει, id est, iubas capútque erigens, vectori præbet se immorigerum. Prioris versus fine lege, καὶ μὲς ἀκράτου, pro μετ' ἀκρ. ἀλλὰ κυμβίον μόνον φιάλην προσεκέκτητο. Non aliter apud Macrobium: tamen scribendum est, ἀλλὰ κυμβίον μόνον φιάλην πρ. mirari licet, quod qui cyathum nullum haberet præ summa egestate aut parcimonia, sed solum cymbium: idem phialam possideret. Ex his intelligere est, cymbium, alicubi Græciæ poculum fuisse pauperum, qui neque cyathum, neque aliud vas potorium honestius parare sibi poterant. Quæ sequuntur post verbum παρειληφέναι, incertũ est vtrùm sint Athenæi, an Eratosthenis. Macrobius quidem ea non descripsit: sed puto tamẽ esse Eratosthenis: quod vel illa arguant, καθὰ καὶ νῦν παρ' ἡμῖν ποιοῦσιν ἐν τοῖς φιδιτίοις. nam παρ' ἡμῖν, interpretor Cyrenæ: quæ fuit patria Eratosthenis. ibi seruata pleráque instituta Lacedæmoniorum: ergo etiam phiditia more Spartiatarum agitabãt. Cyrenenses enim Lacedæmoniorum sanguis fuerunt. vel legendum παρ' ὑμῖν, *Lacedæmone*. Scribit enim ad Spartanum Hagetorem. Ephippi versus ambo cum interrogatione legendi. Διονυσίῳ δ' ὀνόματ' ἐκμαθεῖν δεῖ. intellige Dionysij tyranni comœdias: vide libro 1. de Philoxeno. Proximus versus est corruptus, καὶ Δημοφῶντος ἅτ' ἐποίησεν εἰς Κοτύλην. nescio an rectum εἰς Κότυν. deprauatus etiam qui sequitur. fortasse ῥῆσίς τι κατὰ τὸ δεῖπνον ὥς ἐμοὶ λέγοι. vt mihi cœnanti veterum poëtarum versus recitet. etiam reliqua sunt mendosa. Κύμβα ποτήριον. Ἀπολλόδωρος Γαφίας. Inutiliter hæc posita isto loco. vide mox in κύμβη. tamen in Excerptis hoc ipso loco, ἐστὶ δὲ καὶ κύμβα ποτήριον. ΚΥΠΕΛΛΟΝ. Τοῦτο ποτήριόν ἐστι ταυτὸν τῷ ἀλείσῳ, καὶ τῷ δέπαϊ, ἢ ὀνόματι διαλλάσσει. Locutio digna quæ nos aduertat: nam erat dicendum; καὶ ὀνόματι μόνον διαλλάσσει. rem clarã non explicabo pluribus. ἀπὸ τοῦ κυφότητος, ait, τὸ κύπελλον. Hoc verum: priùs dicebant κύφελλον, vt Lycophron aliquoties. omnem cauum sic vocabant, in quod aliquid poterat contineri. Inde etiã nubes κύφελλα dictę, quæ ea obtegunt quibus insident. Lycophron eleganter Xerxis militum sagittas, tantâ copiâ in Græcos missas, vt cœlum illis eriperent, κύφελλα ἰῶν appellat. Vtraque significatio, & vocis origo ab Hebræo fonte. nam כפף est *curuare*, κάμπτειν & κυφὸν facere. inde כף vola manus, quâ aliquid potest capi: item acetabulum: ponitur etiam pro nube. Inde etiam κύφων, torquendi instrumentum, quod collo applicabant. in paraphrasi Chaldaïca appellatur כִּיפָא. Χρύσεον ἄμφωτον, quod legi ait apud poëtam, versum respicit, ὁ δ' Ὀδυσ. χ. Ἢ τοι ὁ καλὸν ἄλεισον ἀναιρήσεσθαι ἔμελλε Χρύσεον ἄμφωτον. Refert ex Simaristo, κύπελλον quibusdam dictũ esse, τὸ δίωτον ποτήριον. apud Hesychium scriptũ τὸ ἄωτον. nisi est mendum: nam α & δ sæpè deprehendimus inuicem corrupta. Ita Cyprij:

at Syracusani, κύπιλλα appellasse dicuntur, τὰ τῆς μάζης καὶ τῶν ἄρτων ἐπὶ τῆς τραπέζης καταλείμματα: reliquias mazæ aut panis: quæ Euangelistis quatuor κλάσματα núcupantur. hac notione κύπιλλον originem habet à κόπτω, vt κλάσμα à κλῶ. In loco τοῦ ὂ positū est ὖ, vt in ὄνυμα pro ὄνομα: ἀσσύτερον pre ἀσσότερον. Posterior ætas aliâ formâ idem nomen formauit: nam apud Suidam, & in aliquot Glossarij locis κόπιον siue κόπιον legere est, pro frusto rei & fragmento.

CAPVT X.

Critiæ locus de supellectile Lacedæmoniorum. Cothonis Laced. figura. ἄμβων. ambon. περιχεῖσθαι, *verbum balneorum.* λαβρώνιον. *Menandri* Ἁλιεῖς. *eiusdem* Philadelphi. *Diphili* Tithrausta. ὀδμας λάπτων. *anus* βρυτικὴ *vel* βρυκτικὴ. *Philyllij* Auge. πτιγών. lepastæ *ex diuersa materia. Teleclidis* Prytaneis. *alia non pauca.*

KΩΘΩΝ. Λακωνικὸν ποτήριον, οὗ μνημονεύει Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Κύρου παιδείας. Putes dicere, Xenophontem sic populi huius meminisse, tanquam Laconici: quod non ita est. Verba eius sunt, de Persarum institutione loquentis, φέρονται δὲ οἴκοθεν σῖτον μὲν ἄρτον, ὄψον δὲ κάρδαμον, πιεῖν δὲ ἤν τις διψῇ, κώθωνα ὡς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀρύσασθαι. Locus Critiæ qui sequitur, est malè acceptus ab exscriptoribus. initio enim deest aliquid perficiendæ sententiæ. Ait autem Critias, Lacedæmonios vti supellectile & instrumentis vitæ minimo pretio parabilibus, & commodissimis. profert exempli gratiâ, calceos Laconicos, vestes, & cothonem. Non est dubium hanc esse Critiæ mentem: sed verba præstare sarta tecta non possumus. Vocem σμικρότατα suspicor cubare in mendo: & pro ὑποδήματα, scribendum esse δημιουργήματα. Suadet Plutarchus, qui in Lycurgo hunc ipsum Critiæ locum ita expressit. διὸ καὶ τὰ πρόχειρα τῶν σκευῶν καὶ ἀναγκαῖα ταῦτα, κλιντῆρες καὶ δίφροι, καὶ τράπεζαι, βέλτιστα παρ' αὐτοῖς ἐδημιουργεῖτο. καὶ κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας. ὥς φησι Κριτίας. eadem Porphyrius libro quarto De abstinentia ab animalibus.

οὗ δὲ ἕνεκα στρατιωτικὸν, πολλάκις ἀν. Hic quoq; deest aliquid. Sententia huiusmodi lectionē suggerit. οὗ δὲ ἕνεκα στρατιωτικὸν δοκεῖ μάλιστα τοῦτο τὸ ποτήριον εἶναι, τόδ' ἐστιν: καὶ γὰρ πολλάκις ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν. Cùm igitur cogantur sæpe milites aquam bibere impuram, prima commoditas quam ex cothonibus capiunt, est τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πόμα. In poculis altioribus quàm latioribus, vt illi scyphi sunt quibus pharmacopôlæ medicamenta ægris propinant, quod intus continetur, minùs est conspicuum. Plutarchus ad colorem cothonis refert. Ait enim τὸ ἀναγκαῖον πόμα τῶν ὑδάτων, καὶ δυσωποῦντα τὴν ὄψιν ἀποκρύπτεσθαι τῇ χρόᾳ. Altera sequitur commoditas poculi huius. εἶτα ἄμβωνας ὁ κώθων ἔχων ὑπολείπων τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ. Legendum ὑπολείπειν παιᾷ; vel ὑπολείπει. Sed videamus quid sint ἄμβωνες in poculis: nam qui margines vertunt, longè errant: sunt enim diuersissimæ res ὀφρύες & ἄμβων. neque audiendi viri eruditissimi, qui apud Plutarchū vertunt *anfractus atque sinus.* Est verò Græcis ἄμβων, Latinis *vmbo*, quicquid in plano eminet ac protuberat, figuram habés rotundam aut κωνοειδῆ. Origo vocis ἀπὸ τοῦ ἀμβαίνειν, siue ἀναβαίνειν. In veteri historia Ecclesiastica suggestus Episcopi in templo concionātis, *ambon* Græcis & Latinis multis dicitur. In poculis & ollis ἄμβωνες sunt, inquit Pollux, αἱ ἑκατέρωθεν πλευραί: id est, latera & ventres, quales sunt in ollis, & argenteis pateris, quibus vulgò vtimur formâ ollæ dimidiatæ. Quorum autem poculorum recta assurgunt latera, ea ἄμβωνας non habent. Atque hæc figura vasorum ambonem habentium, aptissima est ad detinendam aquæ impuræ ὑπόσταθμην & sordes: vt rectè sentit Critias. Fiunt etiam phialæ vitreæ, quarum fundum introrsum adactum & admodum prominentem, rectè ambonem appellaueris. estque etiam illa forma apposita nimis ad id de quo agitur, sed cothones ita fingi solitos non puto: nisi quod more istarum phialarum collum habebant, vt sequens Theopompi locus indicat.

κώθωνα παῖδα φάρυγγος. Postrema vox est corrupta: aut aliquis mihi exponat, cur poculum dicatur gutturis filius. nam potius τροχοῦ filius dicatur, id est, figulinæ rotæ. Non puto omnes cothones στρεψαύχενας fuisse: itaque cùm dicitur mox. ἐγὼ γὰρ κώθων ἐκ στρεψαύχενος πιοίμην, τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένος, interrogationis notā censeo adijciendam. *Egóne vt è cothone curuiceruice bibam, cui collum obtortum & reflexum?*

κώθωνες δίμετροι δύο. Ex libro quarto rectè Dalec. διμέτρητοι. ἀνακεκλιμένος, μικροῖς περιχεόμενος. Verbum balneorum est τὸ περιχεῖσθαι: quod non obseruant qui vertunt *stragulis circumtectus.* Atqui περιχεῖσθαι dicitur, qui affusa aqua aut oleo perfunditur, vt loquitur Sueton. libro 2. lib. 1. αἱ γὰρ ὑμέτεραι περικεχυμένου πανταχόθεν τοῖς πόροις τοῦ ὕδατος, φράττουσι τὴν τῶν ἱδρώτων ἔκκρισιν. Galenus Methodi libro quinto, ἐν τούτῳ τῷ οἴκῳ τὸ ἔλαιον ἔστω χλιαρὸν, ὡς εὐθέως περιχυθῆναι τῷ κάμνοντι. & passim. Hoc ministerium fuit in balneis, eorū qui λουτροχόοι & παραχύται dicebantur vel περιχύται, vt scribitur libro sequēte: τῷ μικροῖς siue μετρίως περιχεῖσθαι statim opponit auctor πλείοσι τοῖς λουτροῖς χρῆσθαι. Nō est rectum singulare ΛΑΒΡΩΝΙΑ, sed plurale. nam λαβρώνιον dicebant, non λαβρωνία. Hesychius, λαβρώνιον, εἶδος ποτηρίου πλατέος. Sic accipe etiam in sequente versu, χαντυπωμάτων πρόσωπα, τραγέλαφοι, λαβρώνια. extulerunt & genere masculino ὁ λαβρώνιος, vt ex allatis testimonijs apparet.

Μένανδρος Ἁλιεῖ, vel Ἁλιεῦσι. nam Menandri Ἁλιεῖς citat Pollux libro decimo, capite 30. sed numero singulari idem fabulam hanc inscribit, capite 30. libri eiusdem. Totus locus inde allatus disruptus est, nec sanari facilis. *Philadelphos*, eiusdem

eiusdem comici Pollux libro 10. nominat, vbi locus indicatur hic descriptus? τὴν μυσοδόβην ἐν τοῖς Μενάνδρου Φιλαδέλφοις ὀστινώ ρω. sed *Philadelphus* idem, libro eodem cap. 31. Non assequor quò spectaret lemma fabulæ Diphiléæ, de qua mox, Δίφιλος Πιθραύστη. videor reperisse alibi scriptum, Τιθραύσῃ. Fortè Τιθράσῃ. Tithras nomen vici vnius Attici. Inde nomen fabulæ, vt *Anagyro* Aristophanéæ, ab alio vico. Ita multæ fabulæ inscriptæ. vel scribendum Τιθρασίοις, vt *Acharnenses*, & aliæ non paucæ.

ΛΑΚΑΙΝΑΙ. non prætermittit Hesychius, Λάκαινα, κυλίκων τὶ εἶδος. Locus Aristophanis pluribus libro sequente describitur. At qui mox citatur in ΛΕΠΑΣΤΗ, eiusdem poëtæ locus, ex ipsius libris ita scribendus, τί δ' ἦν· ἐποιοῦμεν ἐκπιεῖς ἐπιλεπαστόν; Nimium vero faceti sunt qui putant sequentia verba, ἀφ' ἧς εἰσὶ λάπται, τοῦτ' ἐστὶν ἀθρόως πιεῖν, Aristophanéa esse. cùm manifestissime Athenæi sint, veriloquium vocis λεπαστὴ explicantis. ex eo sumit Eustathius & pluribus persequitur. Idem Eustathius proximo versu, τὸ δ' αἷμα λάλαφας τῶν ὤναξ δ' ἐκπιοντα, scribit, τὸ δ' ἴμας. quod & nos in membranis inuentum probamus. Fauet Athenæi interpretatio, οἷον ἄθρουν μ' ἐξέπιες. versus ita stabit: τὸ δ' ἴμας ἢ λέλαφας τ. Præterea ibi, εἶχέ τι σφόδρα κυανοκυλῆ, legit Eustathius, κυανοδινῆ. & accipit tanquam lepastæ epithetum: quod in nostra lectione aliter habet. In Epito. sic, κ.... αυθῆ. mentem poëtæ explicant proxima verba, τὸ βάθος παρέσχεν ὁ κεραμεὺς τῷ ποτηρίῳ. Videamus de istis quæ statim recitantur ex Antiphanis Æsculapio, τὴν δὲ γραῦν τὴν ἀσθενοῦσαν πάνυ πάλαι τὴν βρυτικὴν ῥίζιον τρίψας τι μικρὸν, δελεάσας τι γεννητικοῦ τὸ μέγεθος κοίλῃ λεπαστῇ, τοῦτ' ἐποίησεν ἐκπιεῖν. ingeniosa est interpretatio Dalec. qui βρυτικὴν exponit *rugosam & squallidam*, vt sunt τὰ βρύτια. id est, *vinacei*. sed vt possit ea interpretatio doctis probari, dubito: imò, nequid dissimulem, veram non puto. Legam potiùs τὴν βρυχτικὴν, *illam voracissimam*. nam βρύκειν est vorare cibum auidiùs, & cum aliquo dentium sono. Vocem γεννητικοῦ mutauit idem in γεννητικῇ. ita erunt otiosæ & tollendæ voces τὸ μέγεθος. nostra emendatio clementior & verior, γεννικῇ τὸ μέγεθος. Iam antè exposuimus quid sit γεννικὸν κρέας. & similia. ita hic γεννικὴ λεπαστὴ, id est, *magna*. loquitur de medico qui aniculam ægrotantem fefellit, & vægrandem vini lepastam ei propinans, potionem medicatam fecit haurire. pharmacum indicat cùm ait, ῥίζιον τρίψας τι μ. In Glossis Hesychij, βρυτονία radicis est cuiusdam nomen. an igitur hoc verius, de hac radice loqui comicum? Philyllij sequitur locus ex *Auga*, siue *Ægeo*: (nam Suidæ in ἀνάλφιτον, inscribitur hæc fabula Αἰγεὺς, non Αὐγή: idem tamen in ijs quæ de Philyllio scripsit, duas illius fabulas commemorat, Αὐγὴν & Αἰγέα.) πάντα γὰρ ἂν μετ' εὐδαιμονίαν μαγειρικὴν πίνοντα, ἐμοὶ δ' ἄλλον γραΐδιον μεγάλαισιν οἴνου χαίροντα λεπασταῖς. ait πάντα, nempe τὸν χρόνον. ea vox aut deest, aut repeti debuit ex præcedentibus. χαίροντα autem scribendum est. Non est perfecta sententia in his ex Theopompi *Pamphila*. σπόγγος, λεκάνη, πτερὸν, λεπαστὴ, πάνυ πυκνὴν ἐκπιοῦσ' ἄκρατον ἀγαθοῦ δαίμονος τὴν ἴσην κλάδα. Falluntur qui primis verbis mundum muliebrem describi putant. verius est, luxûs instrumenta intelligi, & supellectilem tricliniarem. spongiâ opus ad analecta mensarum: *peluis*, & πτερὸν *pinna*, ad prouocandum stomachum, vt vinum nimiâ copiâ sumptum reijceret. Alibi diximus de hoc more veterum. Cratinus Ὥραις. Νῦν δ' ἔλυγμ' ἔχεις; πτερὸν ταχέως τις καὶ λεκάνην εἰσενεγκάτω. Vides, similiter vt hîc, iungi λεκάνην & πτερόν. Deinde scribendum, vel λεπαστὴν πάνυ πυκνὴν: vel πάνυ πυκνὸν ἐκπιοῦσ' ἄκρατον. Aliquanto pòst repetitur idem hic Theopompi locus, aut simillimus alius. In penultimo hexametrorum, qui ex eiusdem *Medo* referuntur, lege, οἶνον δ' οὐ κήλησε. solum non demulsit Rhadamantum. Moschus paulo pòst lepastam esse ait, κεραμεοῦν ἀγγεῖον: sed & æneæ quædam fuerunt. Varro De vita populi Rom. lib. 1. *Lepasta etiamnum Sabinorum fanis pauperioribus plerisque, aut fictiles sunt, aut aneæ.* addit Moschus, similem esse lepastam τοῖς λεγομένοις πλωματίοις. quarum non inueni nomen alibi. constant tamen sibi MSS. quidam maluerunt πωματίοις. Hesychio sanè πῶμα est idem atque ἔκπωμα. sed malo ἐπεχέω. Inepta est lectio versiculi ex Apollophane. Καὶ λεπαστὸν ἀδύοινον εὐφραίνει δι' ἡμέρας. Lego, Καὶ λεπαστὰ δ' ἀδύοινος μ' εὐφραίνει δι' ἁ. vel cum Dalecampio λεπαστὰν ὀσφραίνει. Incredibilis propè negligentia Dalecampi in verbis quæ adscribam, Νίκανδρος δ' ὁ Θυατειρηνὸς, κύλιξ, φησὶ μείζων, παρατιθέμενος Τηλεκλείδου ἐκ Πρυτάνεων, καὶ μελιχρὸν οἶνον ἕλκειν ἐξ ἡδυπνόου λεπαστῆς. id est, *Nicander Thyatirenus, Lepasta est, inquit, calyx maior: afferens locum è Teleclidis Prytanibus*, Καὶ μελ. &c. & *mellitum vinum educere ex suauis odoris lepasta*. At vir doctus quò, Deus bone! præceps abijt? Oblitus est Nicandrum Thyatirenum veterem criticum fuisse, qui Glossas ediderat. Harpocratio citat huius librum, ἐξηγητικὰ τῶν Ἀττικῶν διαλέκτων. Noster quàm multas dictiones ex eo interpretatus est? Oblitus est Teleclidem veterem comicum fuisse, qui Πρυτάνεις fabulam docuerat: cuius in his libris toties mentio. Distingue & scribe verba ex Hermippi *Maris*, vel vt veteres dixêre, *Moiris*,

——ἐὰν δ' ἐγὼ
πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιὼν
Τῷ Διονύσῳ τὰ πάντ' ἐμαυτοῦ χρήματα
δίδωμι.

ΛΟΙΒΑΣΙΟΝ. vt λείβειν & σπένδειν in re sacrorum pro eodem sumi solent: ita inde orta λοιβὶς, λοιβάσιον, & σπονδεῖον, primâ notione idem significant. Vsus distinxit, vt sit hic ab Athenæo. Latini paterâ vinum in conuiuijs deo dabant, vt ait Varro.

CAPVT XI.

Euſtathij error: fortè & Athenæi ſuper voce λέσβιον, apud Hedylum. Huius epigramma de muliere Tricongia illuſtratur. διαπίνειν ἀνδράσιν Paphia. *Epigenis* Mnematium. *De vocibus λυκιουργὴς, & λυκιοεργής.* Lycius *ſtatuarius. Plinij locus correctus. μέλη, & ᾠδὸς poculorum nomina. Calyx metaniptris ſacer Ὑγιείᾳ.*

ΛΕΣΒΙΟΝ, poculi cuiuſdam nomen eſſe, probatur Hedyli teſtimonio. Scio non ſolũ Athenæũ huius ſententiæ fuiſſe: verùm etiã Euſtat. qui λέσβιον ſignificare ait genus aliquod ποτηρίου καὶ λουτῆρος. Mihi tamen videtur hoc mirum, neque ἀβασανίστως admittendũ. Euſtathius quidẽ parum aut nihil nos mouet: quem ſcimus auctoritatem vnius Athenæi ſecutum eſſe. quinetiam fallitur maniſeſtò Euſtat. cùm illa addit, καὶ λουτῆρ. nam Athenæus nunquam dixit, vas vllum ad lauandum λέσβιον eſſe dictum. Decepit nimirum etiam hic Excerptorum auctor Euſtathium: qui per incogitantiam malè accipiens, quæ de altero genere poculi quod appellabãt λουτήριον, deinceps Athenæo ſcribuntur, retulit hæc in ſuas Eclogas: ὅτι λέσβιον ποτηρίου εἶδος καὶ λουτῆρ, ſiue λουτηρίς. Athenæus verò ſic λέσβιον. ποτηρίου εἶδος. Ἡδύλος παρίστησιν ἐν ἐπιγράμματι οὕτωσὶ, λέγων.

> Ἡ διαπινομένη Καλλίστιον ἀνδράσι, θαῦμα
> Κ' οὐ ψευδὲς, νῆστις τρεῖς χόας ἐξέπιεν.
> Ἧς τόδε σοὶ Παφίη ζωρὸν μυρόεν θυμῆρες
> Κεῖται πορφυρέης λέσβιον ἐξ ὑέλου.
> Ἥν γε σὺ πάντως σῶς καὶ πάντων ἐπ' ἐκείνης
> Σοὶ τοῖχοι γλυκερῶν σκῦλα φέρωσι πότων.

In quarto verſu, κεῖται quî rectè exponit queat non capio. Lego itaque αἰεί: & elegantiſſimum epigramma ite interpretor. *Calliſtium, quæ ſolita potu cum viris certare: (mira res, ſed non falſa) ieiuna tres congios ebibit. Aſſidebat illi Paphia* ancilla, *merum vinum odoratum, Lesbiũ admetiens ſubinde ex purpureo vitro. Hanc tu, ô* Bacche, *ſerua omnino: vt per illã omniũ ſuauiũ compotationũ ſpolia tui parietes conſequantur.* Apparet in viuã, non autẽ mortuã, ſcriptũ eſſe ab Hedylo hoc epigrãma: cui occaſionẽ & argumentũ præbuit nobile facinus Calliſtij ſtrenuæ potatricis: quę cõuiuio quodã tres ipſos vini congios hauſerat. quod cùm iure videri queat incredibile, poëta ne quis figmentũ putaret, cauit illis verbis θαῦμα κ' οὐ ψευδὲς, Magnum reuera mirum eſt, mulierem poſſe reperiri tricongiam: cùm olim pro miraculo ſit habitum, virũ quendam tres congios capere. Plin. libro 14. *Gloriam bibendi virtute Parthi quærunt, famam apud Græcos Alcibiades meruit: apud nos cognomen etiam Nouellus Torquatus Mediolanenſis, ad proconſulatum vſque è prætura honoribus geſtis, tribus congijs, (vnde & cognomen illi fuit) epotis vno impetu, ſpectante miraculi gratiâ Tiberio Principe.* Non excidêre memoriâ, quæ diximus alibi de quorundam vinoſorum capacitate: verum illi & viri erant, & ferè athletæ: quibus ſtudium omne à primis annis erat diſtendere ſeſe cibis & potu, quàm maximè fieri poſſet. quare nihil propter iſtos minuit fœminæ huius tricongiæ miraculum. διαπίνειν ἀνδράσιν interpretator, *certare cum viris περὶ πολυποσίας.* Egregia hæc Calliſtij laus, quòd nõ ſolùm cum ſexus ſui fœminis certaret poculis, ſed cum ipſis etiam viris. in epigrammate de Cleone multibiba —ἴσα ᾗ πίνειν οὔ τις ἐν ἀνθρώποις ἔκλυον. vbi per ἀνθρώπους intelligo ἄνδρας, *viros.* Ita neceſſariò exponendum τὸ διαπινομένη vnde enim illa ſpolia, quorum poſtremo verſu fit mentio, niſi ex victoria? illa autem vnde, niſi ex bibendi certamine? In tertio verſu, *Paphia* nomẽ eſt ancillæ, genere Paphiæ: ſic enim peregrinis Athenis nominabãt, ſiue liberas, ſiue ſeruas. vt Myſis, Lesbia, Andria, Perinthia, Phrygia, Pythias, Dorias. Ridiculum eſt de Venere accipere: quomodo enim dicetur Venus iſti mulierculæ vinũ miniſtrare? ζωρὸν, intellige μέθυ, nõ οἶνον. quia neutro genere dicit θυμῆρες, ſiue potius θυῶδες. ita enim emendandũ cenſemus: quonia θυμῆρες vinum quid ſit, coniecturâ aſſequi non valemus. θυῶδες, eſt bene olẽs, & εὐώδης. In quarto verſu λέσβιον, interprete Athenæo, poculi nomen eſt: nobis placet λέσβιον dici *Vinũ Lesbiũ*, quod ſciunt omnes in magna fama fuiſſe, iam inde à Troicis temporibus: ſicut paſſim Χῖον πίνειν Græci, pro vinum Chiũ bibere. Ἥν γε σὺ πάντως, apoſtrophe eſt, non ad Venerem, ſed ad Bacchum: eſt namque Liber pater, cõmunis omnium vinoſorum & vinoſarũ προστάτης deus. Ad Venerem quidem referre nullo modo poſſumus: non enim hic agitur de rebus Venereis. Deinde quæ à victoribus referebantur præmia ex hoc certamine, Baccho non Veneri ſuſpendebant omnes, quà viri quà mulieres. Phalæcus in epigrammate Cleûs.

> Χρυσωτὸν κροκόεντα περιζώσασα χιτῶνα
> Τοῦτο Διωνύσῳ δῶρον ἔδωκε Κλεώ.

Quæ deinceps ſcripta ſunt in ΛΟΥΤΗΡΙΟΝ, confer cum ijs quæ ſuprà in Κάδος. *Mnematium*, titulus eſt fabulæ cuiuſdam Epigenis: nam ita cùm hîc, tũ ibi omnes libri. Dal. nõ conſtat ſibi: qui hoc loco emendauit Ὑπομνηματίῳ ſed & Diphili Μνημάτιον laudatũ reperies in his libris. Ex quorundam ſententia ſcribit Athen. ΛΥΚΙΟΥΡΓΕΙΣ φιάλαι τινὲς οὕτω καλοῦνται ἀπὸ Λύκωνος τοῦ κατασκευασμένου. ſed profectò vt à Lycone elaboratum opus λυκοεργὲς dicatur, neque ratio patitur, neque afferri vlla exẽpla poſſunt, quæ nos impellant ad credendũ. nam quod ſubijcitur, ὡς καὶ Κονώνια αἱ ὑπὸ Κόνωνος ποιηθεῖσαι, penè dixerim eſſe ineptum, nam ibi clara & aperta analogia. Meritò igitur, poſtquam ex aliorũ opinione hæc ſcripſit, verã ſententiam poſtea recitat philologus. omnino λυκιοεργὲς opus vel à regione Lycia, vel ab auctore Lycio appellatum eſt. Demoſthenis locus de phialis lyciurgidibus, ex ea Pro corona, non mihi nunc occurrit: & de eo φροντιστέον. alter verò qui recitatur hic locus, extat

extat hodiéque in ea oratione quam Athenæi codices inscribunt, πρὸς Τιμόθεον ὕβρεως. perperam: siue lapsus etiam hîc memoriâ auctor ipse: siue peccatum est librariorum. nam scribendum erat, πρὸς Τιμόθεον ὑπὲρ χρέως. Sciendum autem, in Demosthenicis codicibus non λυκιουργοῦς scribi, sed λυκιουργεῖς. quare paulo pòst dicturus est Ath. corrigenda oratoris exemplaria sibi videri, & scribendū λυκιουργεῖς. Vide Suidā in ea voce, & ex Ath. corrige. Emenda mox Herodoti locū. Ait ille describens Thracum Asiaticorum, qui Xerxi militabant, armaturam: ἀσπίδας δὲ ὠμοβοΐνας εἶχον μικράς, καὶ προβόλους δύο λυκιοεργέας ἕκαστος εἶχε, ad istud exemplum emendandi Athen. codices, inductâ etiam voce ἀμυργίας. Porrò λυκιουργεῖς προβόλους interpretatur Athenæus *iacula in Lycia facta*. idem affert Didymi interpretationem: τὰς ὑπὸ Λυκίου φασὶ κατεσκευασμένας. quid exponit Didymus? si Herodoti locū, scribi debet τὰ κατεσκευασμένα, si quod editum est placet, referemus ad phialas λυκιουργεῖς, de quibus propositum initio. Videtur sanè locus perturbatus, & Didymi interpretationem pertinuisse ad superiora Demosthenis verba, constat liquidò ex Suida. Addit de Lycio. ἦν δὲ οὗτος τὸ γένος Βοιώτιος ἐξ Ἐλευθέρων, υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ. Lyciū statuariū Myronis filium, etiā Pausanias memoriæ prodidit. Sed quare notatur hîc ex parentibus liberis eum ortum? Locus absque dubio corruptus. Legēdum ἐξ Ἐλευθερῶν. Eleutheræ oppidum Bœotiæ, ea fuit Licij vera patria, quare etiam apud Plinium libro trigesimo quarto, capite octauo scribendum, *Eleuthereus Lycius Myronis discipulus fuit*. non *Bathyreus*, vt omnes libri habent: neque *buthytes*, vt eruditissimus Pincianus diuinabat. istud quidem planè ἀσύχως. Atque obiter nota, Plinio dici Myronis discipulum, quem Græci constanter filium aiunt fuisse. fuerit fortasse initio discipulus: postea adoptione filius. Obseruabis grāmaticum loquendi genus: ἵνα κεῖνται τὰ ἐν Λυκίᾳ ἐργασμένα. vsitatius fuerit, ἃ ἔκειντο. sed nihil mutandum temerè. & est verbum κεῖσθαι familiare auctorum interpretibus Græcis, non vnâ notione. cur mutat genus? nam erat dicendum, ἵνα κεῖνται vel ἔκειντο, αἱ ἐν Λυκίᾳ ἐργασμέναι. Sed hoc sanè leue est: neque adnotassem, nisi videretur hoc Suidam impulisse, vt referret ad illa Herodoti ἔκειντο. itaque legit ille, Μήποτε ἂν ᾖ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ γραπτέον λυκ. &c.

ΜΕΛΗ. Sicut genus aliud poculi ἀπὸ τῆς ᾠδῆς dictum fuit ᾠδός, vt docemur postea: sic παρὰ τὸ μέλος, quod idem est atque ᾠδή, *mele* hæc nominata. ita efferebant fœmineo genere, non neutro, vt aliquis putet ex Hesychio. clarum ex Athenæo, Epit. & Eustathio. In ΜΕΤΑΝΙΠΤΡΟΝ, scribe verba Philetæri, ἐγχέουσα μεστὴν ἴσον ἴσῳ μετανιπτρίδα μεγάλην, ὑπειποῦσα τῆς ὑγιείας τοὔνομα. Sic concisè loquebantur, πίνειν φιάλην vel κύλικα ἴσον ἴσῳ. supple κεκραμένην. Postrema verte, *simul dicens, esse id poculum Hygiæ sacrum*. Pollux libro VI. μετανιπτρίδα calicem eum solitum appellari, quem sumebant postquam lauissent: esséque habitam metaniptridem sacram τῇ ὑγιείᾳ. sicut erat cratera Ioui Seruatori sacra. Philoxeni verba ita scribam, σὺ δὲ τάνδε Βάκχιον εὔδροσον πλήρη μετανιπτρίδα δέξαι ἐπεί τοι Βρόμιος γάνος τόδ' ἐς δώς ἐπὶ τέρψιν ἄπαντας ἕλκει. nec multò aliter Dalecampius. δώς ἕλκει Atticum est.

CAPVT XII.

Μαστός. ματθαλίδες, Blæsus poëta. ἐπίχει τὸ γλυκύτατον. *μάνης. Pollucis locus. Nestoreum poculum. Ars* ἐμπαιστική. *Opera* ἔμπαιστα. *Cur in multis vasis forma rotunda primis inuentoribus sit placita.* σύλλωσις. καρπῶν συναίρεσις. *Poculum etiam* ξηρᾶς τροφῆς δεκτικόν. Κυκλόν. Πελλάδες. *Hesiodi.* Ἀστρονομία & τῆς πελείας. *Os pro ô & contrà. Criticorum alij* λυτικοί, ἐνστατικοί. ὑχ *Pron.* ὑπ' ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὐτοῦ πτεροῖς ἁλίσκεται. *Locus Galeni, & alter Apuleij emendatur.*

ΜΑΣΤΟΣ Græcis appellatum est poculi genus quoddam, vt præter Athenæum testatur etiam Hesychius. ratio nominis obscura non est: atque ad alia multa similis figuræ, id est, quæ dimidiatum globum referant, id nomen Græci transferre solent. [In medicorum libris obseruo ideam poculi quod propriè μαστόν vocaueris. Cælius Aurel. lib. 3. cap. 16. de hydrophobi curatione loquens, *dandus*, inquit, *potus in fictili vasculo, subtili cauerna perforato, tanquam sunt papillæ vberum*.] Illud obscurum quod statim sequitur, ΜΑΘΑΛΛΙΔΑΣ, vel vt scribit Hesych. ματαλίδες, poculorū aliquod genus fuisse dictū. sed videntur & nomen & res nomine significata in Græciā aliunde inuecta, vt alia infinita. Blæsus comicus, qui solus ex antiquis omnibus nisi fallor, eâ voce vsus, in Sicilia aut Magna Græcia vixit & scripsit Doricè: quod paucula hæc eius verba declarant, ἐπίχει ἁμῖν τὸ γλυκύτατον. vt ἄρτι φαγεῖν, sic ἐπιχεῖν οἶνον. nam malè τὸ ι subscriptum. ΜΑΝΗΣ quoque pro poculo vsurpatum est: sed translatione durâ, & à paucis: nam longè aliud in instrumento cottaborum id nomen significat, vt docet nos Athenæus. citatur Athenæo Νίκων Κιθαρῳδῷ, qui vsurpârit pro poculo. Et Iulius Pollux, eodē auctore, in eandē rem vtitur, libro 6. cap. 16. cuius codices ex Athenaicis emēdabis. Rursus ex Polluce scribe in Ath. λαβέ, non ἔχε. *cape*, ait, hunc *manem*. probant vltima hæc, Χαρίσια κοτύλας ἔπιθ' ἴσως. ἐκ δέκα. ita distinguendum. qui mutant πέντε in δέκα, agant cū Polluce, qui falsi eos arguit. Antiphanis locus è *Veneris natalibus*, habetur & libro 15. conferant studiosi vtramque lectionem. Tertius versus est hypermeter: ὑπομιμνῄσκων ἄνω τὸ μικρὸν τὸ κυλικίσκιον λέγων. constabit si tollas aut ἄνω aut μικρόν. & speciem habet absurditatis, dici aliquid ὑποκάμενον

μέσον ἄνω. non aliter tamen lib. 15. ac fortaſſe deſunt verba pluſcula. Etiam locus Hermippi extat lib. 15. vbi aperimus eius mentem. Scribo autem, μικρὰς δ᾽ ὠδὰς λαλάγων δ᾽ τὴν γαλ. Deinceps explicatur ΝΕΣΤΟΡΙΣ Homerica (κύλιξ nempe) de cuius artificio libros integros quidam veterum criticorum ediderant. Sunt hic nonnulla, quæ manum ſculptoris deſiderent, potius quam verba. Sed nos aliò vocamur: cùm erit plus otij, & hæc & ſimilia his alia figuris illuſtrabimus: ſi modo vitæ longioris vſuram largiatur nobis ὁ ὑπεράγαθος Θεός. Proponuntur initio quæſtiones aliquot ſuper hoc poculo, vel potiùs Homericis verſibus in eius deſcriptione: cuiuſmodi eſt hoc de clauis aureis, quibus ait poëta fuiſſe hoc poculum argenteum πεπαρμένον. quod ita explicatur, οἱ μὲν οὖν λέγουσιν ἔξωθεν δεῖν (ita ſcribe) ἐμπεπάρθαι τοὺς χρυσοῦς ἥλους τῷ ἀργυρῷ ἐκπώματι κατὰ τὴν ἐμπαιστικὴν τέχνην, ſic legimus ex libris & Euſt. quidam codd. κατὰ τρόπον τὸν τῆς ἐμπαιστικῆς τέχνης. Fabrilis artis verbũ eſt ἐμπαίειν: quod ſignificat clauis bullíſve adactis & infixis opus aliquod ornare. Opus ita elaboratũ, ἐμπαιστὸν vocabant: quæ indebãt, ἐμπαίσματα: artem ipſam, ἐμπαιστικήν. Euſtathius, ἄλεισον, οἱονεὶ τὸ μὴ λεῖον, ἀλλὰ τραχὺ τοῖς ἐμπαίσμασι. Idem alibi, ἄλεισον, τὸ μὴ ὂν λεῖον, ἀλλὰ πολφοὺς ἢ ἐμπαιστόν. Inde etiã veſtes auro ſquallentes, & clauis aureis inſignes, χρυσεμπαίστους appellarũt, trãſlato verbo ab arte fabrorum & cælatorum. Ioan. Chryſoſt. homil. quinquageſima in Matth. τί τὸ ὄφελος εἰπέ μοι, τὸν λίθον τὸν τίμιον τοῦτον, καὶ τὸ χρυσεμπάιστον ἱμάτιον; Lego, χρυσεμπαίστων. De huiuſmodi operibus, quædam ad librum ſecundum Suetonij notabamus: quibus poteſt addi locus Senecæ epiſtola quinta. *Non habeamus argentum, in quod ſolidi auri cælatura deſcenderit.* Adijcimus & hoc exemplum, non quidem admodum antiqui, ſed magni tamen ſcriptoris, Pauli Iouij: cuius ſunt verba è libro vigeſimo octauo: *Abduxit Buda Solymannus, tria inuſitata magnitudinis operoſique artificij tormenta: quum paſſim ad ornamentum inſignia & litera, argento ſculptoriâ arte æri incluſo, eſſent admiranda.* Apellis tornatoris (vtamur eâ voce cũ Firmico) demonſtratio quomodo anſas quatuor haberet Neſtoris, in Græco textu ſatis plana: ſed non pauca obſcurãt interpretes. Hæc eſt ſumma. Poculi τὸ κυρτὸν ornabant prominentiæ quædam in longum productæ, quas ob ſimilitudinem virgas vocat. Hæ non ſimplices erãt, ſed duplices. ſimul enim currebant binæ parallelæ à fundo ad labrum poculi. octo in vniuerſa ſuperficie virgæ erant, ſed quatuor ſolùm paria. omnium idem initium, ab ea nimirum parte, quà pes poculi centro illius committitur. quatuor iſta paria æqualibus interuallis à ſe diſſita, in quadrantes pares ſuperficiem poculi diuidebant. Porrò binæ virgæ quæ vnam συστοιχίαν faciebant, producebantur aliquantum) puta duos tranſuerſos digitos) ſupra labrum poculi: ibi committebantur earum extrema. Ita fiebant anſæ quatuor: ſiue aures Neſtoridis: quibus etiam fulciebatur, ſi in menſam aliquis eam inuertiſſet. Ita capimus deſcriptionem Athenæi: non tamen negamus poſſe quædam paulò aliter accipi: maximè propter illa verba, καθ᾽ ἑκάτερον οὖς. Sed, vt diximus, aliàs hæc vt ſperamus, examinabimus penſiculatiùs. Sæculo Athenæi cernebatur adhuc ea figura in quibuſdam manus antiquæ poculis: μάλιστα δὲ, inquit, ἐπὶ τῶν λεγομένων σελευκίδων. Epit. ἥκιστα δὲ. ſcribo, οὐχ ἥκιστα δέ. Erunt qui ſuſpecta mox habeant iſta, σκύφον εἶναι παραπλησίως ἔχοντα τὰ ὦτα. non aliter tamen omnes libri, & Euſtath. Subijcitur Aſclepiadis Myrleani diſſertatio prolixa de Neſtoride. Primis illius verbis docemur, quid cauſæ ſit, cur primi rerum inuentores, figuram rotundam in pleriſque vitæ huius inſtrumentis vſurparint, cauſam affert hanc: quia auctores primi qui ab agreſti vita ad hanc humaniorem nos traduxerunt, vniuerſi figuram, & Solis ac Lunæ, imitandam in iſtis ſibi propoſuerunt. Hæc pars editur corruptiſſimè, hoc modo: Οἱ παλαιοὶ καὶ τὰ περὶ τὴν ἥμερον τροφὴν πρῶτοι διαταξάμενοι τοῖς ἀνθρώποις, πειθόμενοι τὸν κόσμον εἶναι σφαιροειδῆ, λαμβάνοντες ἔκ τε τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης σχήματος ἐναργεῖς καὶ τὰς φαντασίας, καὶ τὰς περὶ τὴν ἀΐδιον τροφὴν τῷ περιέχοντι κατὰ τὴν ἰδίαν τοῦ σχήματος ἀφομοίωσιν εἶναι δίκαιον ἐνόμιζον. nemo hæc ſatis intelligat ita ſcripta: omnes facillimè intelligent, ſi ita ſcribamus οἱ παλ. &c. λαμβάνοντες ἔκ τε τοῦ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ τῆς σελήνης σχήματος ἐναργεῖς τὰς φαντασίας, καὶ τὰ περὶ τὴν ἀνθρώπινον (erat ſcriptum ἄνινον, vt ſemper in MSS. hoc imperitos fefellit) τροφὴν τῷ π. & reliqua. deinde adijciuntur exempla rerum diuerſarum, in quibus amor apparet rotundæ figuræ, & imitatio ſummi artificis. Scribe, καὶ τοὺς φθοῖς κυκλοτερεῖς, & fortaſſe, καὶ ἃς καλοῦσι σελήνας. Græci enim σελήνας appellarunt, non illas ſtellulas, quibus ornabant τοὺς φθόις, ſed liborum peculiare aliud genus. Α᾽ρτος etymum vulgo explicant grammatici, ſed aliter quàm hic Aſclepiades. In Arati verſu ſcribe, οὐρανῷ ἐν ἐνάστροιν. Paulo pòſt, κερνῶν στρεπτῶν. Myrleano dicitur, quæ vulgò alijs συγκαμμένη. Deinde poſtquam docuit, Homerum poculo Neſtoris Pleiadas inſculpſiſſe, quia ſint & generationis & maturitatis fructuũ indices, addit, ἔστι γὰρ τοῦτο τῆς ἑτέρας τροφῆς δεκτικὸν ἀγγεῖον. Legebã, καὶ γὰρ τοῦτο ἐστὶ τῆς ἑ. nam & hoc vas etiam alterius generis alimētorum (intelligit τὴν ξηρὰν τροφήν) capax eſt, vel ἔστι γὰρ τοῦτο ἑκατέρας τε. Probatur infrà, τὸ δεῖν ἀμφοτέρων τῶν τροφῶν εἶναι δεκτικόν. quia in poculo τὸν κυκεῶνα exhibebant. Erat autẽ cocetũ, medium aliquid inter eſculenta & potulenta. Multa de eo Galenus, & alij interpretes Hippocratis: qui non ſemel κυκεῶνος meminit. vide infrà, vbi de *pentaploo* agitur. Hæc cum ſcripſiſſemus, in Euſtathij locum incidimus, qui vulgatam lectionem ſequitur atque explicat. Eum lector vide, atque ipſe iudex eſto. Simonidis locus, vbi Peleiadas appel

appellauit, quas alij Pliadas vel Pleiadas, propter Doricæ dialecti vsurpationem praue scriptus est. Lege, οἴδασι δ' αὐτὰς Ἑρμᾶς, ἐναγώνιος Μαίας δ' εὐπλοκάμου παῖς. ἔτικτε δ' Ἄτλας ἑπτὰ ἰοπλοκάμους θυγατέρας, τῶν ἔξοχον εἶδος, αἳ καλέονται Πελειάδες οὐράνιαι. In quinto poetriæ Mœrus versu scribe cum Camerario, Γαμφηλῇ φορέεσκε ποτὶ Διὶ μητιόεντι. Circumferebatur olim sub Hesiodi nomine astronomicum quoddam poema: de quo Athenæus, καὶ ὁ τὴν εἰς Ἡσίοδον δὲ ἀναφερομένην ποιήσας ἀστρονομίαν. etiam Theon Commentariis in Aratum laudat Hesiodi ἀστρικὴν βίβλον. Strabo libro septimo citat eiusdem Γῆς περίοδον: vt videatur calces ille vates cæli & terræ descriptionem aggressus: de quo vel cogitasse illis temporibus, satis luculentum magni ingenij testimonium. Ait dipnosophista, τὸ ὃς ἀντὶ προτακτικοῦ οὐ ὁ Ὅμηρος οὐδέποτε τίθησι. non dicit ὃς pro ὁ nunquam vsurpari: sed Homerum ita nunquam vsurpasse, qui est norma Hellenismi: at hoc poetæ alij sibi licere voluerunt, Nicander initio Alexiphar. τῶν αἰαδευμένοι ἐλάσαις. τέων est τῶν illud positũ pro ὧν. quod reprehendit scholiastes: quem iterum vide sub finem ad ista, τοῖς ἐχθρὴ γὰρ κλώνας. Contrà Homerus: vt hic obseruatur, ἀντὶ τοῦ ὃς ὑποτακτικοῦ παραλαμβάνει τὸ προτακτικὸν ὁ. vt Odyss. ῥαψ. β. Κλῦθί μευ ὁ χθιζὸς θεὸς ἤλυθες. Sequitur postea, Σωσίβιος δ' ὁ λυτικὸς προφέρει ταῦτα. Ἀλλ' ὁ μὲν μεγ. &c. γράφει κατὰ λέξιν οὕτω. Veterum grammaticorum alij appellati sunt ἐνστατικοί, alij λυτικοί: illi, quò propositis quæstionibus sui ordinis homines sæpe vexarint: hi, quod soluerint. Eustathius ad Iliad. σ. ἐκ δὲ τούτων δῆλον, ὡς οὐκ ἀρέσκει ὁ χαίρων κατὰ τοὺς ἐνστατικοὺς ἐπὶ μόνου τοῦ προστεταγμένου ἐπικεχυμένου τῇ σαρκί. Idem ad Iliad. χ. οἱ δὲ παλαιοὶ λυτικοὶ λέγουσι πολλὰ καὶ ἄλλα εἰς λύσιν τῆς ῥήσεως ἀπορίας. & ita multis loci. Sed huius generi dubiorum solutoris frigidiuscula sæpe videntur fuisse commenta & violenta. Itaque rex pereruditus & vrbanus Ptolemæus Philadelphus, cùm imitatus parum probabiles eius inuentiunculas, hominem illusisset, *teneris*, inquit, *non alienis sed tuis ipsius technis*, hoc ita Græcè καὶ ταῦτα, οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς σαυτοῦ πτεροῖς, κατὰ τὸν θαυμάσιον Αἰσχύλον, ἁλίσκῃ. Prouerbium est Græcorum, quo videtur primus omnium scriptorum vsus Æschylus in Myrmidonibus: vt obseruat comici enarrator ad Aues. Galenus lib. 4. De Hippocratis & Platoni scitis, disputans aduersus Chrysippum, sibi passim contradicentem in suis scriptis, καὶ ταῦτ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλά τις αὐτοῦ πτεροῖς ἁλισκόμενος. Lege, καὶ ταῦτα, & πτεροῖς ἀλ. Apuleius in Apologia epilogo: *imo contrà vbique, si cum septem pennis eum tenui.* olim questi sumus de menda huius loci. Sed videtur idem plane dicere voluisse cum Galeno. Itaque legimus, *imo contra vbique, si suis captum pennis eum tenui.* aut, *si captum suismet pennis eum t.* [B. Chrysostomus homilia 38. in priorem ad Corinthios. οὐδεὶς παῖς οὐδὲν παλαιστῆς ἀσθενέστερον; καὶ πῶς τις οἰκείοις ἁλίσκεται πτεροῖς.]

CAPVT XIII.

ὅλμος. *Cratini* Pytina. ἀποδῶν. *Cratini* Thrattæ. πελίκα. *Clearchus glossographus.* πέργαμον *vinum, siue lora.* πέλλικτον, *poculum.* πέταχνον, *&* πέδαχνον. Critias *tyrannus.* ῥυστὰ. *Cratini* Leges. *Diphili fabula* Αἱρησιτειχῆς, *&* Στρατιώτης. *Hedyli obscurum epigramma illustratur.* Βῆσα.

ΟΛΜΟΣ. ποτήριον κεραμεοῦν τρόπον εἰργασμένον. Μενεσθεὺς ἐν τῷ Περὶ Πόλ. Et poculi cauum, & pila in qua pinsitur, globi dimidiati figuram habent. Inde illa nominum catachresis: cuius testis etiam Hesych. Pro Μενεσθεὺς, docti ex coniectura Μεγασθένης: cui parcè in talibus fidendum. non meminimus sanè legere hoc nomen, at *Menesteus*, probum est, & Græcis vsitatum nomen. Pro: ἀλβαθίνης, MSS. αἰθαλίνης. nihil video: nisi sit nomen fœminæ. Primus versus è Cratini *Pytina* in ΟΞΥΒΑΦΩ allatus, legitimam superat mensuram, nisi tollas vocem λίαν: aut initio illa τίς ἄν. πότου autem scribe non ποτοῦ. Cæterùm fabulæ huius argumentum habes fusè expositum apud Aristophanis interpretem, ad hæc verba ex Equitibus, γράφειν ἐν Κρατίνου κάδιον. Tertio versu, καὶ τοὺς καδίσκους συγκεραυνώσω ἀποδῶν: non dubitabis scribendum συγκεραυνώσω ἀπ. *cadiscos simul omnes conteram tundendo.* ἀποδεῖν etiam παίειν significat, & quoquomodo perdere aliquid. De Antiphanis loco e *Myslide*, vide libro superiore.

ΟΙΝΗΣΤΗΡΙΑ. οἱ μέλλοντες ἀποκείρειν τὸν σκόλλυν φησὶ Π. De hoc more dicebamus ad Characteres Theophrasti. Seruabatur non Athenis solum: sed & alibi Græciæ. Varro in Logistorico. *Itaque Ambraciæ primùm capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere solent.*

ΠΕΛΙΚΑΙ. Καλλίστρατος ἐν ὑπομνήμασι Θρᾳττῶν Κρατίνου ἀποδίδωσι κύλικα. id est, *Call. in commentariis ad Cratini fabulam Thrattas interpretatur calycem.* Cratini *Thrattas*, siue *Threicias*, laudant passim multi veterum. Pollux verò hunc ipsum locum affert lib. 10. cap. 19. προσθετέον δὲ τὰς ἐν Θρᾳτταις Κρατίνου πελίχας, ἃ κύλικας ἢ προχοὺς εἶναι δοκοῦσας. Hesych. πελ. καὶ, εἶδος ποτηρίου ξυλίνου, διὰ τὸ πεπελεκίσθαι. scribendum πελίκα. vel in quarto casu πελίκας. Callistrati interpretationi vocis πελίκαι, subiicitur expositio Cratetis alius critici, qui Ionis Chij locum citat in hæc verba, ἐκ ζαφίων πιθακνῶν ἀφύσσοντες ὄλπαις οἶνον ὑπερφίαλον κελαρύζετε. vbi vocem ὄλπαις variè acceperunt. Ergo de ea quoque hic Athenæus, etsi non suo loco: τὴν δὲ ὄλπην, ait, καὶ Πέρχος Κορινθίους μὲν φησὶ καὶ Βυζαντίους καὶ Κυπρίους τὴν λήκυθον ἀποδιδόναι, Θεσσαλοὺς δὲ τὴν πρόχουν. Quod nondum, credo, quisquam animaduertit, fœdè inquinatus est hic locus. quorsum enim per omnes Musas, pertinet vox Πέρχος? nam qui existimarunt ὄλπην aliquando *salsamentum* significare, plus quàm toto cœlo errarunt. Enimverò fauentibus Musis veram lectionem odorati sumus. Nam legendum, τὴν δὲ ὄλπην Κλείταρχος

χος κ. id est, *Clitarchus scribit vocem ἐλαίαν Corinthiis quidem & Byzantiis ac Cypriis ampullam significare: at Thessalis guttum.* Clitarchus, cuius hic dissimulatum fuerat nomen, Glossarum auctor fuit: quas passim Athenæus laudat, vel vide statim sequentem ex iisdem locum. In ΠΕΛΛΑ debuerant Hipponactis scazontes vere Hipponactéi, ita distingui,

Ἐκ πελλίδος πίνοντες. οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς
Κύλιξ. ὁ παῖς γὰρ ἐμπεσὼν κατήραξε.

& postea, ἐν δὲ τῆς πέλλης

Ἔπινον ἄλλοτ', αὐτὸς ἄλλοτ' ἀρύταινα προὔπινεν.

vbi malim, αὖθις ἄλλοτ' ἀρύταινα προὔπινεν. Phiala de qua recitantur Phœnicis versus, illa est de qua tam multa Laërtius in Thalete. Describitur & alter locus eiusdem poëtæ: quem deprauatum omnes codices nobis exhibent.

Ἐκ πελλίδος τάργανον, καὶ τῇ γαίῃ
Κωλέοισι δακτύλοισι δ' ἡ τέρη σπένδει
Τρέμων οἷον τὸ ἐν Φορτίῳ ἰνδος.

eruditus interpres censuit emendandum τοῦ τ' Οὐρανοῦ καὶ τῇ Γαίῃ. & versu sequente, κωλέοισι δακτύλοισι τῇ θ' Ἥρῃ σπ. non absurde ille quidem: sed longiùs tamen recedens ab editæ lectionis vestigiis: quæ nos magis premimus, & scribimus,

Ἐκ πελλίδος τάργανον, καὶ τοῖ γυίοις χωλέοισι, δακτύλοις τε, θητέρη σπένδει. vel τῇ θητῇ. hoc est, *ille quamuis debilis artus & digitos, altera manu* (vel, *alteri dea*) *targanum libat.* Loquitur de sene paupere & victo: quem ait libasse non vinum quidē, sed quod ad donum aderat. τάργανον Hesych. interpretatur πόμα ἐκ στεμφύλων, loram. οἶνον στεμφυλίτην alij vocant. comicus Plato οἶνον τεταργανωμένον dixit, iis versibus qui recitati sunt in ἀμυστις. ΠΕΛΛΑΝΤΗΡ agnoscit etiam Hesych. sed & πελλὴρ pro eodem. Scribe in ΠΕΝΤΑΠΛΟΑ, ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφήβων δρόμῳ. quod nuper editum est, habent antiquiss. libb. sed malo lectionem priorem, quæ & in Excerptis. De oschophoriis Atheniensium, passim grammatici, & Photius aliique.

ΠΕΤΑΧΝΟΝ, ποτήριον ἐκπέταλον ὃ μνημονεύει Ἄλεξις ἐν Δρωπίδι. προείρηται δὲ τὸ μνημονεύειν αὐτοῦ. Poculum istud & *petacnum* & *petachnum*, per κ aut χ scribi auctor est Hesych. sed ecce aliam γραφὴν ex eiusdem libris, πεδαωνά, ait, τὰ ἐκπέταλα καὶ φιαλοειδῆ ποτήρια. Lego, πεδαχνά. nam & verbum agnoscit idem πεδαχνοῦσθαι, quod exponit, ἐξυπτιοῦσθαι καὶ τρυφᾶν. Quod ait, iam antè recitatum esse Alexidis testimonium, vbi petachni fecit mentionem, per emendationem nostram verum est hodie. vide libro tertio, capite vltimo. In Excerptis constanter πετάχνον. mendosè. Addit Athenæus: καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δράμασι λέγων, πάντες δ' ἔνδον πεταχνοῦνται. De iis fabulis Aristophanis, quæ *Dramata* vocatæ sunt, disputatum satis libro septimo, cap. decimoquarto. Quæ hic citantur ex illis, mendosa habeo. Quid enim significat vocabulum πεταχνοῦνται? Ego verò censeo legendum, πάντες δ' ἔνδον πεταχνιοῦνται. aut sic potius, πάντες δ' ἔνδον πεταχνοῦνται. Non dubitabunt periti harum literarum, hoc posterius esse verissimum: neque aliò Hesychium respexisse, cùm scriberet, πεταχνοῦται, ἐξυπτιοῦται. τρυφᾷ. Critias ille, qui in ΠΛΗΜΟΧΟΗ appellatur tyrannus, vnus erat è triginta tyrannis quos Lysander Atheniensibus imposuit: sed omnium ferè immanissimus & scelestissimus: vt non iniuriâ ἁπλῶς tyrannus nominetur. Verba illius hæc, ἵνα πλημοχόας ἐς γῆς δ' εἰς χθόνιον χάσμ' εὐφήμοις προχέωμεν. non προχέω loquebatur de inferiis quæ mortuo fiebant, effusa in foueam libatione. vide extremo libro nono locum ex Clidemi Exegetico. ΠΡΙΣΤΙΣ. ὅτι πότηριόν ἐστι, προείρηται ἐν τῷ περὶ τοῦ βατιακίου λόγῳ. Adi fragmentum, quod capite quarto descripsimus. vide etiam in λαβρώνια. In sermone de PROCHVTA, nescio quid sit, μνημονεύει αὐτοῦ καὶ Ἀλέξανδρος ἐν Τιγόνι. Vereor ne plus æquo velim mihi concedi, si postulem rescribi auctore me, Αλ. ἐν Ἀλιεῖ. ita tamen Athenæus alibi.

ΠΡΟΤΣΙΑΣ. ὅτι τὸ ποτήριον τοῦτ' ἐξερρύη ἐστι προείρηται. Obiter hoc dictum suprà, vbi actum de *celeba*. Pocula autem ΡΕΟΝΤΑ, videntur quibusdam appellata, quæ aliis ῥυτὰ, solâ nominis formatione inter se differentia. Posteriores versus Astymenis sic scribendi,

Ῥέοντα δωδεκ' ὧν τὰ μὲν δέκ' ἀργυρᾶ
Ἦν, δύο δὲ χρυσᾶ. χρυσοῦν ἕν, ἕτερον γρύπος.

ΡΥΣΙΣ. φιάλη χρυσῆ, Θεόδωρος. Κρατῖνος ἐν Νόμοις, ῥυσίδι σπένδων. De rhyside eadem Hesychius. *Legum* Cratini fabulæ meminit Pollux libro sexto, capite decimo; & libro septimo, capite vigesimo secundo, item Aristophanis interpres ad *Equites.* ΡΟΔΙΑΣ. Δίφιλος Αἱρεσιτειχεῖ. τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο Καλλίμαχος ἐπιγράφει Εὐνοῦχον. auctore Hesychio, ῥοδιανοὶ & ῥοδιάς species sunt ποτηρίου καὶ ἐκπώματος: sic enim loquitur. Diphili fabula cùm primùm in scenam prodiit, Αἱρεσιτειχοῦς nomen habuit: vt si dicas *Pyrgopolinices* aut *Poliorcetes.* deinde à poeta emendata, & denuò edita est, nouo titulo Εὐνοῦχος ἢ Στρατιώτης, vt Plauti *Miles gloriosus.* Auctor Athenæus paulo pòst: sic enim τὸ διασκευὴν exponimus libro tertio. Epinici locus ex *Hypoballomenis* descriptus in ΡΥΤΑ, ante fuerat promissus in descriptione *elephantis* poculi: quem locum vide. Ibi fiebat mentio elephanti, qui capiebat tres congios: is de quo hic Epinicus, duos solùm. Illius verba perturbata vulgò, ita concinnabis.

Ἔτι δ' ἐλέφας. ἐλέφαντας περιάγει; ῥυτὸν
Χωροῦντα δύο χόας, ὃν οὐδ' ἂν ἐκπίοι
Ἐλέφας. ἐγὼ δὲ τοῦτ' ἐκπέπωκα πολλάκις.
Οὐδὲν ἐλέφαντος γὰρ διαφέρεις σύγε.

In τοῦτ' est figura πρὸς τὸ σημαινόμενον: non enim congruit cum ἐλέφας: sed cum ποτήριον. De sequentibus Theoclis Ithyphallicis versibus dictum est libro sexto, capite decimoquinto. Dionysij Sinopensis locum, quò nos statim reicit, in superioribus, opinor, non inuenias. Subiicitur Hedyli epigramma de rhyto quodam machinoso, quod Ctesibius mechanicus confecerat, & Veneri

Veneri Zephiritidi, siue Arsinoæ consecrauerat. Videtur Hedylus epigrammatis suis descripsisse donaria quæ in Arsinoæ templo eius ætate visebantur. nam hoc nisi fallor, indicat, cùm ait, καὶ τοῦτο. in primo versu. Sanè pleraque Hedyli quæ extant hodie epigrammata, donariorum sunt ἐπιγραφαί. De Arsinoæ cultu & variis nominibus, dictum libro septimo cap. 19. Cùm autem & mutilum & multis modis deprauatum istud Hedyli epigramma hactenus sit editum: quæ desunt quidem, ea nos ex fide membranarum supplebimus: sed corrupta emendare non possumus. Sic igitur libri chirographi,

> Ζωροπόται καὶ τοῦτο φιλοζεφύρου κατίδωμεν
> † Τὸ ῥυτὸν εἰδείης δὲ σὺ ἢ δεῖ τ' Ἀρσινόης
> Ὀρχηστὴν Βήσαν Αἰγύπτιον. ὃς λιγὺν ἦχον
> Σαλπίζει κρουνοῦ πρὸς ῥύσιν ἠθλωμένος †
> Καὶ πολέμου σύνθημα. διὰ χρυσοῦ δὲ γέγωνεν
> Κώδωνος κώμου σύνθημα καὶ θαλίης·
> Νεῖλος ὁκοῖον ἄναξ μύσταις φίλον ἱεραγωγοῖς
> Εὗρε μέλος θείων πάτριον ἐξ ὑδάτων.
> Ἀλλὰ Κτησιβίου σοφὸν εὕρεμα τίετε τοῦτο;
> Δεῦτε νέοι νηῷ τῷδε παρ' Ἀρσινόης.

Compotores suos affatur poëta, & ad rhyti contemplationem vocat, quod arte subtili elaboratum à Ctesibio hydraulicorum inuentore, (vt libro quarto cap. 33. dictum) Arsinoæ Veneri fuerat consecratum. [In secundo versu scribebat ὁ μακαρίτης Scaliger, εἰδῇης δεῦτ' ἴδετ' Ἀρσιν. sic in vltimo versu δεῦτε νέοι.] Tertio versu lego βήσαν minore literâ initiante. Ait poculum hoc, quod Græci alij ῥυτὸν appellant, Ægyptium esse besam. ita vocabatur Alexandriæ genus potorij vasis: quod in fragmento capitis quarti ita describitur, βῆσα (forte βήσας) ποτήριον παρ' Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν. hæc figura conuenientissima est poculo isti, quod ad instar hydrauleos fecerat Ctesibius. cur ὀρχηστὴν appellet nescio, & fortasse locus est corruptus. Quarto versu lego, πρὸς ῥύσιν ἱεμένου, [vel cum Scaligero ἀνιεμένου] ait, effluente liquore edi aliquando acutum sonum & quodammodo bellicum: ideò comparat tubæ classicum canenti aliquando verò mollem edi sonum, & conuiuiis atque commessationibus conuenientem. Quarto disticho comparat sistro dulcisonum hoc poculum. & est locus insignis de inuentione sistri, imitatione susurri quem Nilus edit per confragosa quædam fluens. si quis malit ad hydraulica respici, per me licet. Sistrum tamen Ægyptiorum sacrorum mystis familiare fuisse, omnes mihi concedent. [Pro ἐξ ὑδάτων Scaliger emendabat, ἐξ ἀδύτων. de quo iudicet lector.]

CAPVT XIV.

Σκάλλιον, & σκαφίς. Euripidis Euristheus. *Pollucis locus correctus. Dercyllidas dictus* Scithus *&* Sisyphus. tabætas. aeromeli *siue* ὑδρόσομελι. *fabula* Κοννάτης *Alexidis aut Amphidis.* ψυκτηρ-λαξ. *Theopompi* Althæ. *Telestes comicus. Quædam ex libris antiquis nunc primùm edita.*

ΣΚΑΛΛΙΟΝ. Et σκάλλιον & σκαλλὸν poculorum esse nomina etiam Hesychius obseruat. Ratio autem appellationis hæc. Σκάλλειν Græcis idem significat ac σκάπτειν, *fodere, cauare.* Quemadmodum igitur à σκάπτω deductis nominibus σκάφη, σκαφίς, σκαφίον, & σκύφος, varia instrumenta nominarunt, quæ cauando fieri videbant: sic à σκάλλω cauatum lignum in vsum poculi appellarunt σκαλλόν. In vltimo versuum allatorum è Melampodia Hesiodi, in ΣΚΥΦΟΣ scribendum est, Ἔστηλεν Φύλακος maiusculá literâ initiante. *Phylacus* enim regis nomen est, vt ex præcedente versu apparet, & Bibliothecâ Apollodori, aliisque. pro ἔστηλε MSS. ἔστηχε: quod minùs placet. Scribendum Εὐρυσθεὺς ἐν Εὐρυσθεῖ, non Εὐρυσθεῖα. nam τὸ α malè adhæsit fini huius dictionis ex sequentis initio. Fabulæ argumentum ex ipso nomine satis notum. Nam Herculem nouit nemo, qui Eurystheum norit. de Eurysthea muliere, nugæ. Præterea Euripidis *Euristheum* non semel apud Stobæum inuenies laudatum. Pollux libro 10. cap. 24. tragicum hunc laudat, ἐν Εὐρυσθεῖ σατυρικῷ an pro Εὐρυσθεῖ? potest dubitari. Locus ex *Omphala* Achæi pluribus descriptus est in sermone de literato poculo. πεδιφόρος ἱερὸς scribam potiùs in Alcmanis loco, & initio versus Stesichori, Σκύπφειον δὲ λαβὼν δέπας. ΛΑΓΥΝΟΝ. καὶ ἐν Πάτραις δέ φησι τοῦτ' εἶναι τὸ μέτρον. τὴν λάγυνον. quis φησί? verius est φασί, & τὴν λάγυνον Epit. non λάγυνον. Verte, τῶν κατεσκευασμένων ἡμῖν λαγυνῶν. *Lagenarum quas diffudimus.* Pollux lib. 7. Malim, καὶ δυσχερὴς λάγυνος ἔτος πλήρης ὢν ὄξους: quàm πλῆρες ὀξ. & ἐδίδου δ' ἑκάστῳ λαγ. Locus Diphili ex Adelphis comicum aliquod figmentum continet, imperfectâ sententiâ. Pollux lib. 10. cap. 20. hunc ipsum Diphili locum intelligebat, cum scripsit, τὸ δὲ λαγύνιον εἴρηκε Δίφιλος ἐν Ἀδελφοῖς. corrige igitur ἐν Ἀδελφοῖς. Inquinatissima quæ sequuntur. τὸ δ' ἐν Γηρυονίδῃ. λαγυνίοις Στησιχόρου ἡμέτερον ὡς τριλάγυνον τὴν τῶν τριῶν χοῶν ἀμφιβολίαν ἔχει. nullum dubium respici versum Stesichori qui præcedit non longè, Σκύπφειον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγυνον. Ergo ita emendandum, τὸ δ' ἐν Γηρυονίδῃ Στησιχόρου, λαβὼν δέπ. &c. pertinet autem obseruatiuncula hæc ad genus vocis λάγυνος, de quo hîc agitur. interpretes planè hîc hallucinantur, Dercyllidã Spartanum appellatum fuisse *Scythum*, ex Ephoro narratur aliquanto pòst: & caussæ dicitur fuisse, quoniam inerat moribus illius, πολὺ τὸ πανοῦργον καὶ θηριῶδες. tales erant & habebantur vulgò Scythæ. inde homines truculentos & immanes dixerunt Græci σκυθρούς. inde etiam peculiare istud Dercyllidæ cognomen. At Xenophon, non *Scythum*, sed *Sisyphum* prodit esse hunc appellatum. an quia vtrumque vulgo datum Dercyllidæ cognomen? illud propter feritatem, hoc propter

vafritiem. nam vtrumque fuit Spartanus hic, & πανοῦργος & θηριώδης. de Sisyphi illius antiqui dolis nemo iam monendus est. an locus Xenophontis ex illo Ephori emendandus nobis hodie? ΤΑΒΑΙΤΑΣ. Subiectus locus Amyntæ ex Asiæ itinerario, non Græcum, sed Barbarum hoc vocabulum esse nos docet. arculam propriè significatam puto illâ dictione ab Hebraica non obscurè deflexa. ἀερόμελι hodie in officinis *mannam* vocant. Galenus δροσόμελι & ἀερόμελι. [*aërium mel* leges apud summum vatem. *Protinus aërij mellis cœlestia dona Exequar.* sed diuerso sensu.] ΤΡΑΓΕΛΑΦΟΣ. Ἄλεξις ἐν Κονιάτῃ. Iulius Pollux lib. 7. cap. 27. καὶ κονιάματα δι' ἃ οἴκοις. καὶ τὸ ῥῆμα κονιᾶν. καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ δρῶντα κονιατήν. Ἀμφίδωρος δὲ καὶ δρᾶμα Κονιάτης. in dubio mihi est animus, Athenæumne ex Polluce censeam emendandum, an ex Athenæo Pollucem. ΥΣΤΙΑΚΟΝ, ποτήριον ποιόν. In Excerpt. ὑαστικόν. perperam. Notanda Hesychij verba. ὑστιακὸς, ποτήριον ποιὸν Ἰταλιῶται. ΦΙΑΛΗ. Ὅμηρος μὲν ὅταν λέγῃ ἀμφίθετον φιάλην ἀπύρωτον θῆκε. de hoc versu aliquid suprà in δακτυλωτόν. Vocis ἀπύρωτος duplex sequitur interpretatio: ἢ ψυχρήλατος, ἢ ἐπὶ πῦρ οὐκ ἐπιτιθεμένη. Vocant autē ψυχρήλατα Græci, non *frigidu malleis ducta*: id enim est ineptum. sed τὰ μετὰ τὸ ἐλαθῆναι ψυχρῷ βαφέντα: *quæ postquam sunt malleo ducta, in frigidam fuère mersa.* Scribe, τὴν μὲν ἐμπυριβήτην, τὴν δ' ἀπύρωτον. & mox, Κρατῖνος δ' εἰπόντος ἐν Δραπέτισι, δέχεσθε φιάλας τὰς δὲ βαλ. vt statim. Scribe etiam, ἴτ', ἐκφορεῖτε. Suspectus fabulæ titulus, cùm laudatur Theopompus ἐν Ἄλθαις. Hesychius ἄλθας interpretatur θερμασίας ἢ θεραπείας *calefactionem aut curationem.* luxum balneorum, de quibus hic loquitur Athenæus, fortasse ea fabulâ traduxerat poeta: nisi est verius, scribendum ἐν Ἀλφαίᾳ. Pollux libro decimo, cap. 46. Θεόπομπος ἐν Ἀλφαίᾳ,

Τὴν οἰκίαν γὰρ εὗρεν εἰσελθὼν ὅλην
Κίστην γεγονυῖαν φαρμακοπώλου Μεγαρικοῦ.

Mox lege, Τελέστης δ' ἄκρατον ὀνομάζει. ὡς τοῦ Τελέστου ἄκρατον τὴν φιάλην εἰρηκότος. Prima verba sunt Timarchi: sequentia Athenæi, ea velut explicantis. Telestes comici nomen, vt scimus ex Athenæo & Suida. quam absurdè ista docti acceperint, piget dicere. In Cratini versu. Χρυσίδι σπένδων γέγραφε τοῖς ὄφεσι πιεῖν διδούς. malim, τοῖς σοφοῖς π. δ. Post Hermippi versum, allatum in sermone de *Chrysıde*, iterum lacuna fuit notanda: etsi vulnus acceptum dissimulāt antiquæ membranæ. In Excerptis tam Leuinianis, quàm Hæschelianis legebantur isto loco quæ hic descripsimus. Ἐκαλεῖτο δέ τις καὶ ΒΑΛΑΝΩΤΗ φιάλη, ἧς τῷ πυθμένι χρυσοῖ ὑπέκειντο ἀστράγαλοι. Σῆμος δὲ ἐν Δήλῳ ἀνακεῖσθαί φησι χαλκοῦν φοίνικα, Ναξίων ἀνάθημα, καὶ καρυωτὰς φιάλας χρυσᾶς. Ἀναξανδρίδης δὲ φιάλας Ἄρεως καλεῖ τὰ ποτήρια ταῦτα. Αἰολεῖς δὲ τὴν φιάλην ἄρακιν καλοῦσι. ΦΘΟΙΣ. πλάτειαι φιάλαι ὀμφαλωτοί. Εὔπολις. σὺν φθοῖσι περιπεπλευκώς. [Fortasse melius, περιπεπλευκώς.] ἴδοι δὲ ἐξωνεῖταί τις ὡς Καρσὶ παισὶ φθοισί. ΦΙΛΟΤΗΣΙΑ. κύλιξ τις ἣν κατὰ φιλίαν προὔπινον, ὡς φησὶ Πάμφιλος. Δημοσθένης δέ φησι, καὶ φιλοτησίας προὔπινον. Ἄλεξις, Φιλοτησίαν σοὶ τήνδ' ἐγὼ ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ τὴν κύλικα προπίνομεν. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τὸ ἑταιρικὸν συμπόσιον συνδιαχύμενοι φιλοτήσιον. Ἀριστοφάνης, σπάταγγος γὰρ ἡ σκιά 'στιν ἢ 'πὶ τὸ δεῖπνον, ὡς ἤδη καλεῖ με ὁ χορός, vel χρόνος: nam in vtroque est, χρόνος.) ὁ φιλοτήσιος. διὰ δὲ τὴν τοιαύτην πρόποσιν ἐκαλεῖτο καὶ κύλιξ φιλοτησία. ὡς ἐν Λυσιστράτῃ, Δέσποινα Πειθοῖ, καὶ κύλιξ φιλοτησία. ΧΟΝΝΟΙ. παρὰ Γορτυνίοις ποτηρίου εἶδος ὅμοιον θηρικλείῳ, χάλκεον, ὃ δίδοσθαι τῷ ἁρπασθέντι ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ φησὶν Ἑρμώναξ. ΧΑΛΚΙΔΙΚΑ ποτήρια, ἴσως ἀπὸ τῆς Χαλκιδέως τῆς Θρακικῆς εὐδοκιμήσαντα. ΧΥΤΡΙΔΕΣ. Ἄλεξις, Ἐγὼ Πτολεμ. &c. prætermisit fabulæ nomen: quod corruptum extat in vulgaris libris: vbi hodie poëtæ nomen desideratur. Scribe, Ἄλεξις δ' ἐν Ὑποβολιμαίῳ. Ἐγὼ Πτ. Scribe, χυτρίδια βαθέα δώδεκα.

CAPVT XV.

Οἱ ψυκτηρίας. φωνῆς καταλλαγή & φωνῆς ἀπότισις. Ægimius veteris poematis nomen. Ægimius vetus scriptor περὶ πλακούντων. Γεραιὸς ἁρμοδίου. Platonis quædam χαριστικὰ ἀμαρτήματα. Prou. ἐρῶν τούτοις τοῖς διχομένοις. Platonis dictum de ambitione. Ephippi locus elegans explicatur. θρασυμαχειοληψικερμάτων. ἀνάγκη ληψιμιαῖος. calcei elegantiorum. ἑλίγματα, fasciæ tibiales. Baculus in manu ex Attico more.

ΥΓΕΥΣ ὁ ΨΥΚΤΗΡ. Πλάτων Συμποσίῳ. Platonis locus è conuiuio desinit in verbo ἐγχεῖν: sequentia male cum præcedentibus continuarunt: quæ quidem vnde sint descripta non indicatur in nostris libris, deficientibus etiam hic vocibus aliquot. Sequitur Διώξιππος φιλαργύρῳ, παρ' Ὀλυμπίχῳ δὲ θηρικλείους ἔλαβεν ἐξιτάτους δύο ψυκτῆρας. Lego, vt deleatur vox mendosa & palam corrupta, θ. ἔλ. ἐξ. εἶτα τοὺς δύο ψ. Eclogam Alexidis ex *Hippisco*, lege pluribus & meliùs descriptam libro sexto: sed prima verba valde hic corrupta. Ita scribere possumus: certè quidem, ita distinguere,

—— ἀπήντων τῷ ξένῳ
Εἰς τὴν καταλυσιν· ὄντος ἦν δ' αὐθ' αὐτῷ.
Τοῖς παισὶ τ' εἶπα· (δύο γὰρ ἦγον οἴκοθεν.)
Τὰ 'κπώματ' εἰς τὸ φ. & cætera vt libro sexto.

In primo versu Euphorionis, Ἔστω δὲ καλέσῃ ψυγέα τὴν ψυκτηρίαν scribendum τὸν ψυκτ. Eustathius ad nonam Odysseam: genera, ait, poculorum sunt apud Athenæum, τὸ ψυκτήριον, καὶ τὸ ψυκτηρίδιον, καὶ ὁ ψυκτηρίας, ὡς ἐκεῖ κεῖται. Postremis verbis Euphorionis, δι' ὧν φασὶν ὡσεὶ χρυσίου φωνῆς ἀπότισιν Πυθαγόρειοι καταλλαγὴν appellatur φωνῆς καταλλαγή, vocis & sermonum commercium: cùm duo aut plures, sermonis vices dant inter se atque suscipiunt. φωνῆς ἀπότισις, est sermonis tanquam debiti solutio: necessitas nempe respondendi cùm fueris interrogatus. Paulò aliter Pindarus χρέος ᾠδᾶς, & λόγου τίσιν dixit, in oda

ζ. quam

quam diu antè promissam misit tandem Agesidamo cum fenore. Qui dicebat apud Antiphanem, ὁ δὲ καλὸς πῖλος, καλὸς ψυκτήρ, hoc voluit, *pulchra hæc cassis erit pro pulchro psyctere.* Hesychius, πῖλος χαλκοῦς, εἶδος περικεφαλαίας. etiam Latini *galerum* ac *galericulum*, pro galea vsurpant. ψυκτῆρας, inquit, vocabant καὶ τοὺς ἀλσώδεις καὶ συσκίους τόπους. idem Hesychius: sed scribe apud illum ψυκτήρια, non ψυκτηρίας. Tragœdiam Æschyli Νεανίσκους laudatam mox, reperies in indice fabularum eius poetæ, & apud Hesychium in ἀφοιβάντ. Eius versum edi iusseram ex libris, Σκιεροὺς ἀνεσκιασμένους ἐν ψυκτηρίοις. malim etiam in versu Euripidéo, φίλαισιν ὠλέναισι δέξασθαι: quàm λέξεται. Addit Athenæus, καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον δὲ ποιήσας, εἴθ' Ἡσίοδος ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος. Ægimius quidam fuit scriptor antiquissimus, quem περὶ παλμῶν, siue de pulsibus scripsisse omnium primum fuére qui traderent, vt legimus apud Galenum in quarto De differ. pulsuum. Callimachus quoque Ægimium inter antiquissimos πλακουντοποιϊκῶν librorum recensuerat, teste Athenæo libro 14. At poëma Αἰγίμιος inscriptum, quem auctorem habuerit, etiam prisci critici ignorarunt. Scholiastes Apollonij ad librum tertium, ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας, διὰ τὸ δέρας αὐτὸν αὐθαιρέτως φησὶ περιδιχθῆναι. id in librum secundum eius operis alibi citat. Cercops Milesius historiæ fabularis auctor fuit antiquissimus, laudatus Apollodoro libro secundo Bibliothecæ. Περὶ τὸν Τελαμῶνα, aut Παιῶνα, aut Ἁρμόδιον, in versibus Antiphanis, mox recitatis in sermone de Ὠδῷ poculo, est, recitare antiqua scholia, quorum & argumenta & tituli illis nominibus declarantur. habes de his, imò hæc ipsa libro vltimo. ΩΟΝ. Δίνων ἐν τρίτῳ Περσικῶν φησὶν οὕτως. ἔστι δὲ ποτίβαζις ἄρτος κρίθινος, καὶ πυρός. Barbarum, & vt videtur persicum vocabulum est ποτίβαζις. nisi cui placeat coniectura ὑπὸ τεφρας. ἔνδον ἀμπέλου καχλάζουσαν δονεῖσθαι. Poëta scripsit, ἀμπ. δρόσῳ καχλάζοισαν. Pindari verba, initio odæ quintæ Olymp. καὶ ὁ τοὺς μίμους δὲ πεποιηκώς. Sophron celeberrimus mimorum poeta: quem scribunt veteres ita studiosè lectitatum à Platone, vt ei non solùm inuigilaret, sed interdum etiam indormiret. Sed de scriptis hîc verbis nihil fingi potest corruptius. Interpretibus, debellando huic monstro vires defuerunt. Vtinam maiorem difficultatem alibi non essemus experti. Legendum haud dubiè, ἦν κεκραιπαλήκαμες ἀντὶ τοῦ πεπωκέναι. vel κεκραιπαλήκαμες. Sophronis est locus, productus vt probaret, κραιπαλᾶν significare idem ac πίνειν, vt declarat interpretatio Athenæi. Elegantissimè dictum à Xenophonte quod statim sequitur: plantas nimis vbertim & ἀθρόως rigatas, non posse erigi, οὐδὲ ταῖς αὔραις διαπνεῖσθαι. manu tamen exarati quidam, οὐδὲ ταῖς ὥραις διαβλαστάνειν. neque aliter in Excerptis. De æmulatione & simultatibus Platonem inter & Xenophontem, A. Gellij notus est locus. Cum ait, μονονουχὶ εἰπὼν οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος. ad Stesichori palinodiam alludit, Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο πέργαμα Τροίας. Scribo, ὁ τοὺς ἄλλους ἀπαξαπάντας κακολογήσας. [illegible] ἐν τῇ Πολιτείᾳ εἰπών, ὅταν οἶμαι δ. Locus est in octauo De repub. Athenæo iam non semel descriptus. quid autem in his sit, cur Platonem aliquis reprehendat, nullus video. Ait, Παρμενίδῃ μὲν γὰρ καὶ ἐλθεῖν εἰς λόγους. τὸν τοῦ Πλάτωνος Σωκράτην, μόλις ἡ ἡλικία συγχωρεῖ. Auctore Diogene Laërtio Parmenides florebat circa tempora Olympiadis sexagesimæ nonæ: iam grandis natu, & πάλαι ἀνδρωθείς. natus autem Socrates Olympiade septuagesima septima. Itaque etiamsi concedamus Parmedinem quàm diutissimè vixisse: incidet tamen iuuentus Socratis in ætatem illius decrepitam. De secundo Protagoræ aduentu Athenas, satis libro quinto disputatum est cap. 18. Sed consideremus Athenæi verba, Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὅπως ἂν Πάραλος καὶ Ξάνθιππος οἱ Περικλέους υἱοὶ τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ, Πρωταγόρᾳ διαλέγοιντο. ὅτε δεύτερον ἐπεδήμησε ταῖς Ἀθήναις. οἱ ἔτι πρότερον τελευτήσαντες. Qui assuetas Hellenismo aures habebunt, concedent mihi non grauatè mendum subesse in illis, ἔτι πρότερον. consulamus Hellenismo, & scribamus: ἔτει προτέρῳ. habemus iam orationem Græcam, sed ἀσύστατον, ergo etiam huic malo medeamur, & legamus ἔτει προτέρῳ. Vera omnino & certa hæc emendatio, nam anno quinto prius quàm Protagoras veniret iterum Athenas, Periclis filij peste fuerant extincti: anno videlicet altero Olympiadis 78. per vrbē grassante pestilentia Protagoras erat Athenis anno tertio Olympiadis sequentis. Huius χρονικοῦ ἁμαρτήματος etiam Macrobius meminit Saturnal. lib. 1. *Paralus & Xanthippus, quibus Pericles pater fuit, cum Protagora apud Platonem disserunt, secundo aduentu Athenis morante, quos multo ante infamis illa pestilentia Athenis absumpserat.* Platonis dialogus περὶ ἀνδρείας, is est cui titulus Laches. Scribe deinde, ἐν δὲ τῷ Ἀθηναίων δήμῳ [illegible] non ὅτι. plenius eadem statim repetuntur. Euphræi Orita, is est qui paulo pòst vocatur Εὔφραος. [illegible] Suidas Εὐφραῖος ὄνομα κύριον. [illegible] μετέχει δὲ τῆς τοῦ Πλάτωνος διατριβῆς. [Scrib. mox, ὁ δὲ καλὸς αὐτοῦ Πρωταγόρας πρὸς τῷ καταδεδομένῳ ἔχει. non πρὸς τὸ per ō paruum.] Platonis animi erga omnes maligni hoc inter cætera affertur argumentum: καὶ Φαίδωνι δὲ τὴν τῆς δουλείας ἐφιστὰς δίκην ἐφωράθη *deprehensus est*, inquit, *cùm institueret actionem vindiciarum contra Phædonem.* Constat hunc philosophum duram seruitutem Athenis seruientem, Socratis familiarium beneficio nactum esse libertatem. Plato si vera hæc sunt, id moliebatur, vt per aliquem status ei controuersia moueretur, & in seruitutem sententiâ iudicum retraheretur: sed vbi patuerunt eius consilia, ab incepto destitit. hoc auctor voluit. Pulcherrimum Platonis est dictum, quò alludit Athenæus

aliquanto pòſt, τὴν κενοδοξίαν, inquit Plato, ὡς τελευταῖον χιτῶνα ἡ ψυχὴ πέφυκεν ἀποτίθεσθαι. Tacitus. *etiam ſapientibus cupido gloriæ nouiſſima exuitur*. [Olympiodorus in Phædonem: ἔσχατος χιτὼν καὶ μάλα δυσαφαίρετος κατὰ μὲν ὄρεξιν ἡ φιλοτιμία. κατὰ δὲ γνῶσιν ἡ φαντασία.] Euagrius ſcholaſticus libro primo, capite 41. & ex illo Nicephorus Calliſtus, libro 14. cap. 50. Sed Beatus Chryſoſtomus aliter. nam etiam poſt cineres durare ambitionem, eorum exemplo demonſtrat, qui ſuperba funera ſibi fieri mandant. τὰ μὲν ἄλλα παθήματα, inquit, καταλύεται τῷ θανάτῳ· ἡ δὲ κενοδοξία καὶ μετὰ τελευτὴν βιάζεται καὶ φιλονεικεῖ τὴν αὐτῆς ἐπιδείκνυσθαι φύσιν ἐν τῷ τεθνηκότι σώματι. ὅταν ταφὰς λαμπρὰς καὶ πάσας ἑαυτῶν ἀναλίσκοντα τὴν οὐσίαν ἐπισκήψωσι τελευτῶντες αὐτοὺς ἀνιστᾶν, καὶ ἐν ζωῇ ἑστῶτας πολλὴν παρέχουσι τερατολογίας. Lege quæ ſequuntur, [in morali parte homiliæ 17. Commentariorum in Epiſtolam ad Romanos.] Atque hoc eſt, quod Platoni hîc ab Athenæo obiicitur: ipſum, qui exui tandem gloriæ cupiditatem dixerat, ſuæ φιλοδοξίας impreſſa veſtigia reliquiſſe in iis, quæ poſt obitum ſibi fieri teſtamenti tabulis cauit. [Platonis gnomen fuſiùs explicat Georgius Piſida, poëta pius iuxtà & elegans: cuius verſiculos ita ſcribe: ὃν (nempe ὄγκον: ita vocauit hoc vitium præcedente verſu:) οὐκ ἄκομψος ὡς δοκεῖ μοι καὶ Πλάτων Προσεμπεπάρθαι συγγράφει τῇ καρδίᾳ, Ὡς ἔσχατον χιτῶνα τῆς ἀμαρτίας.] Lege poſtea, ὅπου γὰρ μήτ' αἰσχυντικός ἐστιν οὔποτε ἡμῖν, μήτ' αἴσθησις. εἰ καὶ τὸ συνόλον ἡμῖν, τίς χάρις ταύτης τῆς ἀθανασίας; Legis definitio Ariſtotelica, quam in hac diſputatione auctor recitat, extat in præfatione Rhetorices ad Alexandrum: nec multò aliter in ipſo opere. Vetus fuit Græcorum prouerbium: fractâ naue non eſſe precibus locum: ſed prehendi debere quicquid primum ſors obiecerit. multi enim è naufragio arreptâ tabulâ euaſerunt: vt Vlyſſes κέλης' ὡς ἵππον ἐλαύνων. Horſum reſpexit Athenæus, ſcribens de Platone, ἴσχυεν ἀεὶ περὶ λέγων, τοῖς τε καὶ γράφειν, καὶ μὴ ταῦτα ποιεῖν τοῖς εὐχομένοις, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἐνδεχομένων ἀντεχομένοις. Scribo, ἐνίοις δὲ κἂν τῶν Ἀπαθῶν. Ait, Ἀλλὰ τὰ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἀεὶ ἐπαγγέλλεται, &c. quæ ſi mendoſa non ſunt, ita interpretor. cætera inquit, non meliùs diſcas ex Platonis libris, quàm ex aliorum ſcriptis: ſed ea ſolùm quæ ad Socratem pertinent: quanquam ne illa quidem rectè ſunt ab eo tradita. non abeſt mendi ſuſpicio. *Euphræus* non *Euphratus* ſcribi debere iam dictum. *Euagon* hic, aliis eſt *Euæon*, vt Diogeni Laertio. Hic Euagon, ait Athenæus, δανείσας τῇ πατρίδι ἀργύριον ἐπὶ ἐνεχύρῳ τῇ ἀκροπόλει, καὶ ἀποστερήσας, τυραννεῖν ἐβουλεύετο. non facile dictu quid faciant in hac narratione illa, καὶ ἀποστερήσας. nam id verbi Lampſacenis potiùs conueniat, qui pecuniam Euagonis detinebant: quam ipſi, cui pignoris loco arx fuerat tradita. In Excerptis ſcriptum inuenimus ἀφυστερήσας: quod etiam interpreteris non facile. Forte ἀφυστερησάσης, aut καθυστερησάσης. id eſt, *cùm ciuitas non reſtituiſſet dictâ die pecuniam ſuam Euagoni*. πολυτελῶς ἀστείως extremo libro eleganter, quod alij dicerent, ἀσώτως πολυτελῶς. Poſtremò recitatur Ephippi comici elegantiſſima ῥῆσις, quâ philoſophi quidam Platonicæ ſectæ comtuli & venuſtatis plus æquo ſtudioſi traducuntur. Multa hic perperam accepta à viris doctis: velut cùm tertium verſum, Βρύσων ὁ θρασυμαχειοληψικερμάτων, emendant, neſcio quomodo. atqui rectè Βρύσων. ex Ariſtotele & aliis veteribus notus Bryſon, quem tetragoniſmi demonſtratio, etſi minùs recta, tamen nobilitauit. de hoc videtur poëta loqui. Hunc igitur vocat θρασυμαχειοληψικερμάτων, hoc eſt, inſolentem in diſputando & ſimilem Thraſymacho, de quo tam multa Plato: & ſordidi lucelli auidum. ingenioſa nimis huius dictionis compoſitio. nam quicquid dixit Plato prolixiſſimâ illa diſputatione, qua ſophiſtæ naturam veſtigat, id omne hac ſola voce complectitur poëta. Addit, Πληγεὶς ἀνάγκῃ ληψιγομισθῳ τέχνῃ. caret analogia vox penultima. Legendum, ληψιμίσθῳ τῇ τέχνῃ. ſeptimus verſus, Εὐδ' ὑποκαθεῖσα τ' ἀμαὶ πώγωνος βαθη. Scribe, Εὖ δ' ὑποκαθεὶς τε μακρὸ πώγωνος βαθη. 8. Εὖ δ' ἐν πεδίλῳ πόδα πηλὸς ὑπὸ ξυρόν. videbatur deeſſe aliquid ad ſententiæ συμπλήρωσιν. ſed poſtea animaduerti ὑπὸ σφυρὸν legi debere, non ξυρόν. loquitur de calceis quos iſtiuſmodi homines ornabant lunulis, vt & Romani. Nono, Κνήμην ἱμάντων ἰσομέτροις εἰλίγμασι: bellè deſcribit faſcias tibiales. de quibus & diximus iam multa, & dicemus plura, ſi Dei benignitas ſiuerit, in commentariis de re veſtiaria. 11. Σχῆμ' ἀξιόχρεων ἐπικαθεὶς βακτηρίᾳ. nihil fere eorum prætermittit Ephippus, quæ propria iis erant quos φιλοκαλία & cultus faciebant notabiles, cum ſimulata quadam grauitate. σχῆμ' ἀξιόχρεων eſt vultus triſtis eorum hominum, quos cùm videris, putes quantiuis eſſe pretij. Atque hos ſcipionem ſolitos in manu habere indicat. prorſus ex more Athenienſium, vt pridem ad Theophraſtum demõſtrauimus Antiphanes delicatum philoſophum ita deſcribebat in Antæo:

> Λευκὴ χλανίς, φαιὸς χιτωνίσκος καλός,
> Πιλίδιον ἁπαλόν, εὔρυθμος βακτηρία.
> Βαιὰ τράπεζα. τί μακρὰ δεῖ λέγειν; ὅλως
> Αὐτὴν ὁρᾶν γὰρ τὴν Ἀκαδημίαν δοκῶ.

ἐπικαθεῖναι σχῆμα ἀξιόχρεον βακτηρίᾳ, eſt, *vultus triſtitiam præferentem, baculo incumbere*. Nihil dici poterat elegantius. Scribe, πεπεισμένῳ καὶ ἡ δὲ ἡ συναγωγή.

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONVM in Athenæi Dipnoſophiſtas, LIBER DVODECIMVS.

CAPVT I.

Libri huius argumentum, verbi ellipſis Attica. ἀπόλαυσις. μελιζω, μέλιτλα, pro apes. ξουθαὶ. ἡδοναὶ diuerſi generis, ſed κατ' ἐξοχὴν corporis. ἡδὺς βίος. Ἀφροδίσιος ὅρκος. καθυμιλεῖν τὰς κεφαλὰς, vel τῆς κεφαλῆς.

CONVIVIALIVM ſermonum contenta libro duodecimo pars, ad tria capita poteſt referri. Primùm de voluptate diſſeritur : quam auctor hic & oppugnat initio libri leuiter, & ſtatim propugnat idem, molli item brachio. Deinde ex antiqua hiſtoria catalogus gentium voluptuoſarum inſtituitur. Poſtremò virorum: ſi viri ſunt dicendi, quibus amor voluptatum, & luxus mollitiéſque, non vera virtus, nomen peperit. Orditur autem Athenæus ab excuſatione : ait Timocratem ſuum compellans, non fuiſſe ſe hos de voluptate & voluptati deditis dipnoſophiſtarum ſermones in litteras relaturum, ſi ſui arbitrij res fuiſſet : nunc vinci ſe aſſiduis ipſius Timocratis precibus. Notemus venuſtam ellipſim in his illius verbis : ἀλλ' ἐπεὶ παύν διωταρῶς ἡμᾶς ἀπαιτεῖς καὶ τὸν περὶ τῆς ἐπὶ τρυφῇ διαβοήτων γενομένων λόγον, καὶ τῆς τούτων ἡδυπαθείας, ἡ γὰρ ἀπόλαυσις ὄντως μετ' ἐπιθυμίας πρῶτον, ἔπειτα μεθ' ἡδονῆς. Familiaris eſt ſcriptoribus Atticis huiuſmodi ellipſis ante voculas εἰ δὲ μὴ, vt lib. 5. cap. 2. dicèbamus : hîc eadem eſt figura poſt ἀλλ' ἐπεί. nam ita fuit dicendum, ἀλλ' ἐπεὶ ἀπαιτεῖς λόγον, &c. ἀποδώσομεν καὶ τοῦτο. Sed auctor animum intendens ad voluptatis naturam, de qua dicere parabat, ab inchoata necdum finita periodo ad aliam fertur. Ex Ariſtotelis Nicomachéis accuratiùs diſcere licet quid ſit ἐπιθυμία, quid ἡδονὴ, quid ἀπόλαυσις. item quæ voluptates ἐπιθυμίᾳ ſint coniunctæ, quæ contrà ἄνευ λύπης καὶ ἐπιθυμίας contingant nobis. Perceptionem rei cupitæ, ſiue illa verè ſit bona, ſiue opinione ſolùm, Græci ἀπόλαυσιν dixerunt. Hanc ait Athenæus fieri primò cum appetitu ſiue concupiſcentia, vt vulgus loquitur : deinde cum voluptate. ſignificans obſcurè, vt videtur, duabus de cauſſis expeti voluptates à voluptuoſis hominibus. primùm quidem vt deſiderio ſatiſfiat, quod in omnibus mortalibus naturâ excitatur. eſt enim quidam appetitus naturalis edendi, bibendi: Veneris, & cæterarum voluptatum quæ ad reliquos ſenſus pertinent. Huic cauſſæ alia accedit poſtea, non iam naturalis: aut non ita certè vt illa prior : amor ipſe voluptatum propter ipſas, non propter illum finem, cuius gratiâ illæ φυσικαὶ ὁρμαὶ nobis ſunt inditæ. Hæc eſt illa fruitio voluptatum quam peculiari notione ἡδονὴν vocat, vel ἀπόλαυσιν μεθ' ἡδονῆς. Subtiliùs iſta & accuratiùs tractari poterant : ſed memor philologus noſter ſuæ profeſſionis, non tam quid ſit voluptas inquirit, quàm quid de ea priſcis ſcriptoribus dictum ſit commemorat. Eius veſtigia ſequemur nos, & recenſendo huic voluptuario libro, temporis aliquid, pro inſtituto noſtro impendemus. Empedoclis locum habes etiam apud Porphyrium Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων libro 2. Inde ſcribas meliùs, ξουθᾶν τε σπονδὰς μελιττῶν. poëticum eſt ξουθὸς pro ξανθὸς. & μέλιθα pro μέλιττα. Meliùs etiam in Homeri verſu χωλὸς ἐὼν τέχνῃσι. τὸ καὶ μοιχάγρι' ὀφέλλει. Homericum eſt τὸ pro eo quod alij τό. vt ἀλλ' ὤφελλεν ἀθανάτοισιν εὔχεσθαι, τὸ κεν ὑπὸ πανύστατος ἦλθεν ἀνάκτων. Ait, οὐδεὶς δὲ λέγει τὸν Ἀγησιλάου βίον ἡδὺν, ἀλλὰ τὸν Σαρδαναπάλου τοῦ Σ. Sic eſt : cùm ſint animi, ſint corporis voluptates, vſus loquendi obtinuit, vt illæ quæ tactu & cæteris corporeis ſenſibus percipiuntur κατ' ἐξοχὴν ἡδοναὶ & voluptates nominentur. ergo etiam illa propriè ἡδέα, quæ huiuſmodi voluptatem participant. Sic cùm bonorum tria genera ſint, animi, corporis & quæ fortunæ vocant : tacito tamen omnium propè populorum conſenſu bona ἁπλῶς cùm dicimus, non animi ornamenta intelligimus, quæ præſtantiſſima ſunt omnium : neque etiam corporis, quæ ſunt illis proxima : ſed τὰ ἐκτὸς, quæ ſunt poſtremiſſima omnium. Meliùs autem & veriùs vitam illorum, de quibus Athenæus loquitur, ἀπολαυστικὴν cum philoſopho, quam ἡδεῖαν appellaueris. Adiicit: οὐδὲ τὸν Ἀγησιλάου τοῦ Λ. βασ. ἀλλὰ μᾶλλον εἰ ἔτυχεν τὸν Ἀνάνιος οὕτως ἀδοξότατα κατὰ δόξαν ὄντος. quis hic Ananis? equidem non ſcio. ac vereor ne nimis ineptum ſit velle hodie lucifugam tenebrionem è latebris in lucem protrahere : quem neget auctor vllũ nomen, dum viueret, vnquã eſſe adeptum. hoc enim eſt, ἀδοξότατα κατὰ δόξαν ὄντος. Fruſtra eſt vir eruditus, qui de Ānaco vetuſtiſſimo rege neſcio quid hîc mugínatur. In Excerptis nulla varietas. In membranis ſic τὸν αἰανιος ἀδοξότ'. neque ſanè

vox ὄντως locum hic habet. Scribe. ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια, αἳ δὴ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι. Quod ait de impunitis amantium periuriis, apud eundem Platonem in Conuiuio, sic Pausanias, ὃ δὲ δεινότατον ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί, ὅτι καὶ ὀμνύντι μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τὸν ὅρκον. ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον οὔ φασιν εἶναι. mitto quæ passim poetæ vtriusque linguæ. Quæ de Hercule mox dicuntur, libro 9. & decimo fusè probata sunt. παλαιὰν ὁμηρικὴν intellige, quam Homer. tribuit heroibus suis: nam de ornamentis Herculis nihil poëta, neque in eius hymno, neque vsquam alibi. καθομιλεῖν τοὺς καιρούς, quod fecisse dicitur Vlysses, cùm apud Phæacas fingeret se voluptati deditum, est, vt poëtæ interpretes loquuntur, πολυκλίνειν καιροῖς: scite vti foro, & πολύπου ὀργὴν ἴσχειν, accommodare sese eorum ingenio quibuscum verseris. Græci hoc dicunt καθομιλεῖν τοὺς καιρούς, vel τοῖς καιροῖς, vt obseruatum nobis non vno loco apud parœmiographos, explicantes, cur Theramenes cothurnus fuerit dictus. Athenæus alibi, καθομιλῶν Φαρνάβαζον, astu demereri Ph. [vide infrà cap. 9] Scribe τὸν παρὸν δ' ἱκανῶς, vel τὰ πλεῖστα.

CAPVT II.

Σῶσον εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον. Parthorum regia varia. Hecatomphylus. *χρᾶσθαι διὰ τῆς αὐλῆς.* Malophori *Persarum.* *τὰ πεττόμενα ἐπὶ τὴν τράπεζαν.* Chirothecarum *vsus incognitus Græcis & Latinis. Locus Xenophontis. Mos τρυφητῶν, ornari ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματος ἐντρίψει.*

INTER voluptuarios populos notissimi iidémque nobilissimi Persæ fuerunt. Iure igitur in albo gentium ἀπολαυστικῶν primi Persæ recensentur. De his loquens Athenæus ait, σοῦσον γὰρ εἶναι τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον. *susum enim Græcâ lingua* (id est, Græcè loquentibus) *κρίνον esse.* potest scribi, τῇ ἐκείνων φωνῇ. *susum enim ipsorum* Persarum *linguâ esse κρίνον.* sed contra librorum consensum nihil mutandum. nimis rudes sunt harum literarum, qui similes ἀμφιβολογίας inter legendum veteres non obseruarunt. Interpretes cui persuadebunt σοῦσον, *lilium* dici Græcis? Hebræi lilium שושן quasi foliorum senorum florem dixerunt. Mutilus est locus de Parthorum regiis: οἱ Παρθυαίων βασιλεῖς, ait, ἐαρίζουσι μὲν ἐν Ῥαγαῖς, χειμάζουσι δὲ ἐν Βαβυλῶνι ..... τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. De opinione explendum censeo. διάγουσι δ' ἐν Ἑκατομπύλῳ τὸ λοιπὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ. Habeo enim auctorem Strabonem, qui libro 11. Hecatompylum regiam Parthorum fuisse indicat. Diodorus Siculus lib. 17. vrbem appellat εὐδαίμονα: in qua magna sit copia omnium eorum quæ ad beatè viuendum solent expeti. Tresne Parthorum regias, an quatuor (tot enim Persarum sunt relatæ) Athenæus recensuisset hoc loco, deficientibus libris, θεὸς ἂν εἰδείη. Dinonis locum de cidari Persarum pluribus descriptum habes in Hesychij Glossis. conferant studiosi. Ait, reges Persarum CCC. mulieres solitos habere in aula sua, quæ totam noctem canentes psallentésque ad lucernas eum oblectent. & addit, χρῆσθαι δὲ αὐταῖς καὶ πολλάκις ὁ βασιλεὺς διὰ τῆς τῶν μηλοφόρων αὐλῆς. in multis loquendi generibus propositiones διὰ & ὑπὸ eleganti sermonis compendio vim habent participij ad perficiendam sententiam necessarij. vt διὰ μαρτύρων κλαίειν, id est, *præsentibus testibus.* sic igitur hoc loco, χρᾶσθαι γυναιξὶ διὰ τῆς αὐλῆς, *vti fœminis per aulam admissis.* vel, *per aulam ad eas adeuntem.* vel διὰ accipe pro ἐν. vt cum dicimus, διὰ τῆς πρώτης βίβλου, *libro primo.* paulo pòst, ἱστορεῖ Ἀριστοτέλης διὰ τῆς πολιτείας αὐτῶν, *in tractatu de republ. illorum.* Sed de hoc loco statuat eruditus lector. *Malophori* Persarum interpretibus *clauatores* ineptè dicuntur, nam Græca vox erat retinenda. Mille numero erant satellites regis, sic appellati à colore vestis melino: incedebant enim πορφυρᾶς καὶ μηλίνας ἐνδεδυμένοι στολάς, vt legimus apud Ælianum, & infrà quoque in Athen. etsi hîc caussa alia affertur. Subiicit, οἱ δὲ ἐπὶ θύραις ἦσαν, καὶ αἱ παλλακίδες αὐτοῦ συνεχῶς ἦσαν. Lego non dubitans ἐπὶ θήραν, vt in simili ex parte loco apud Xenophontem, primo Παιδείας. ὅταν δ' ἐξίῃ βασιλεὺς ἐπὶ θήραν, ἐξάγει τὴν ἡμίσειαν τῆς φυλακῆς. neque aliter Excerpta. Sequitur, καὶ τὴν παρὰ Μήδων φυλακὴν Πέρσαις μηλοφορίαν, μὴ μόνον ὡν ἔπαθον τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν δορυφορούντων τρυφῆς, εἰς οἷον ἦλθον ἀνανδρίας ὑπόμνημα. Interpretes hic sani nihil: Clearchus hoc voluit. Persas cùm Medos coegerunt sibi satellites esse malophoros, non solùm suas iniurias esse vltos, quas à Medis acceperant dum illis parebant: sed ipsos etiam tali seruitio monuisse sui pristini luxus, & quo deuenissent ignauiæ. ἀγύρτας ἀποφαίνειν, membranarum est lectio. quidam tamen codd. ἀργυρέας. Sequentia Clearchi verba, de præmio dari solito ei, qui nouum aliquem cibi paratum regi Persarum indicasset, vitio omnium exempl. intelligi à nobis non sunt quita: etsi mentem vtcunque per nebulam videmus. sed desunt, opinor, nonnulla. νοῦν ἔχων valet. *si mentem haberet.* scripti tamen quidam, νοῦν οὐκ ἔχων. Non semel dolui elegantissimum locum ita malè acceptum esse ab imperitissimis hominibus. Nam quod iterum hoc libro idem Clearchi locus tingitur ab Athenæo, nihil admodum id nos iuuat. τὰ πεττόμενα ἐπὶ τράπεζαν, periphrasis est panis, & eorum omnium quæ locum panis obtinent, vt placentæ. Persæ, inquit Xenophon apud nostrum, non contenti caput, corpus & pedes tectos habere, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρῖδας δασείας καὶ δακτυλήθρας ἔχουσι. Neque Græci, neque Romani, habuêre in vsu manuum tegumenta, quibus etiam rustici hodie vtuntur. ideò inter cætera luxus & mollitiæ Persarum argumenta, hoc quoque Xenophonti recensetur, quòd digitabulis contra frigus manus suas munirêt. Chaldæi iam olim, vt videtur, iis vsi. nam in Lexico Talmudico. כפפ exponitur

exponitur manuum indumentum. Græci veteres, vt diximus, & horum, & tibialium vsum ignorarunt. Postea corruptâ antiquâ disciplinâ, cœpêre etiam apud illos, qui erant molliores, & manicas extremis & pedibus conferre: non sine sapientium indignatione. Musonius ὑδαμῶς καλὸν ὑτε αὐτῶσι πολλαῖς καλύπτειν τὸ σῶμα, ὑτε ταινίαις καλυλάν, ὑτε χεῖρας τε καὶ πόδας πιλοῖς ἢ ὑφασμάτων τισὶ μαλακιῶσι, τύς γε μὴ νοσοῦντας. Romani temporibus Plinij iam eorum vsum didicerant: nam de ipso scribit Plinius iunior, *In itinere quasi solutus ceteris curis, huic vni vacabat: ad latus notarius cum libro & pugillaribus: cuius manûs hieme manicis muniebantur, vt ne cæli quidem asperitas vllum studiis tempus eriperet.* Sequitur ex eodem, νῦν δὲ στρώματα πλείω ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἵππων, ἢ ἐπὶ τῶν εὐνῶν. *Stragula nunc habent super equis plura quàm super cubilibus.* Quis credat? equidem falsum puto. nam si in altero luxus Persarum creuit, cur non & in altero? aut quæ ratio cur sedere in equo mollius studerent, quàm in lecto iacere? Lego, ἢ πρὸς ἐπὶ τῶν εὐνῶν. vel ἢ πρίν. etsi aliter hodie in libris mellitissimi scriptoris. Demum ait Xenophon, habere Persas suos κοσμητάς, οἱ ὑποχρίουσί τε, καὶ ἐντρίβουσιν αὐτὺς καὶ τἄλλα ῥυθμίζουσι. refer ad oculorum pigmenta, & intritos colores ex more Medorum: nam illi soliti ornari ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ, καὶ χρώματος ἐντρίψει, ait Xenophon idem alibi. vnde infrà in sermone de Sardanapalo. Eadem consuetudo fœminarum terræ Græciæ: quibus tribuit Philostratus non solùm oculorum ὑπογραφάς, verùm etiam ζωγραφίας παρειῶν & χειλέων βαφάς. Multa de his nobis obseruata in Commentariis de re vestiaria. apud Iulium Pollucem leges σμῆμα ὀμματογράφον. habes etiam apud Galen. titulos tractatuum quos olim Crito medicus ediderat in libris περὶ τῆς κομμωτικῆς, indices similis studij in mulieribus Romanis. quarum gratiâ videtur Crito eos commentarios conscripsisse, medicum agens Imperatoris. Eiusmodi sunt tituli, ὀφθαλμῶν ἐπιχρίσεις. & σμήγματα ἐγχρίστα.

CAPVT III.

Lydorum παράδεισοι κηπαῖοι. ἀλλάττειν τὸν τῶν γυναικῶν βίον. Γλυκὺς ἀγὼν & γλυκὺς ἀγκών. Paxamus scriptor ὀψαρτυτικῶν: item Criton. Etruscorum Resp. similis Platonicæ. ἐν χρῷ λαμβάνειν. Nani σκωπαῖοι. anserum πλάσματα. ὀρνίθωποι & ἐπὶ ἄνθρωποι. Formula veterum Senatusconsultorum, εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς τὸν δῆμον. Pueloi balneorum Sybariticorum. Amyris siue Thamyris. Caussa deletæ Sybaris.

PERSAS Lydi sequuntur: de quorum delitiis multa veteres auctores. [Initio obseruat auctor, primos Lydos γυναῖκας εὐνουχίσαι, fœminas castrasse: eiusque inuenti primum facit auctorem Andramyten Regem. sed meliùs scriberetur sine ν. Ἀδραμύτην nam Adramyten regem Lydum conditorem Adramytij oppidi in Lydia, commemorat Græca historia. Stephanus in Ethnicis filium ait fuisse Alyattæ notissimi regis Lydiæ. Sed mirum, in libello Hesychij Illustris de Sapientibus, auctorem huius inuenti ex eodem scriptore Xantho prodi, non Adramyten regem, sed ipsum Gygē, de quo Herodot. Ξάνθος inquit, Λυδὸς ἱστορικὸς ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Λυδιακῶν αὐτοῦ ἱστοριῶν φησιν, ὅτι πρῶτος Γύγης ὁ Λυδῶν βασιλεὺς γυναῖκας εὐνούχισεν, ὅπως αὐταῖς χρῷτο ἀεὶ νεαζούσαις.] Sed & spectaculorum primi Lydi inuentores fuisse crediti: vnde Latinum vocabulum *ludi* esse dictum, præter Latinos scriptores etiam Græci adnotarunt. Lydi igitur, vt ex Clearcho narratur hic, διὰ τρυφὴν παραδείσους κατασκευασάμενοι καὶ κηπαίους αὐτοὺς ποιήσαντες ἐσκιατραφοῦντο: *præ luxu constructis viridariis, & ad hortorum similitudinem redactis, ibi in vmbra degebant.* & Hebræum פרדס, & Græcum παράδεισος, propriè septum locum arboribúsque consitum significant. ferè tamen Græci paradisos vocarunt viuaria, id est, septa vbi viuæ feræ alebantur. Siue in hac, siue in priore significatione accipias, differunt παράδεισος & κῆπος siue hortus: sicut Hebræis aliud גן aliud פרדס. In veris κήποις aut pomariis, non erant nisi ἥμερα δένδρα, quemadmodum scribit auctor inferius: in paradisis vbi feræ pascebantur, arbores pangebantur omnis generis. Hæc eò dicimus, vt intelligantur illa verba, κηπαίους αὐτοὺς ποιήσαντες. nam Dalecampius legit αὐτούς, & interpretatur longè aliter. Ἀγκῶνα vocem, frustra quidam habent suspectam, propter sequentem ἀγκῶνα. tuentur membranæ, Excerpta, & Eustathius. Breuis & σύντομος est oratio, cùm ait, καὶ τέλος τὰς ψυχὰς ἀποθηλυνθέντες, ἤλλαξαν τὸν τῶν γυναικῶν βίον. nam accipiendum, quasi esset scriptum, ἤλλαξαν τὸν τῶν ἀνδρῶν εἰς γυναικῶν βίον. *virilem vitam muliebri commutarunt.* Legunt omnes libri quà scripti, quà editi, τὸ γὰρ ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι ὑβριζομένους, σημεῖον ἐστὶ βίας. non, vt video emendari, ὑβριζομένης. etsi eam emendationem stabiliunt præcedentia, quibus dicitur, Omphalen fœminam, regnum Lydorum occupasse μισοῦσαν τῶν ὑβριζόντων. Vulgata lectio sententiam hanc habet: Est enim signum coactæ nec spontaneæ subiectionis, quòd imperio fœminæ parerent, quotidianis contumeliis ab ea affecti. Nihil mutandum etiam in istis, ὅθεν οἱ Λυδοὶ τὸ πικρὸν τῆς πράξεως ὑποσφαλλόμενοι, τὸν τόπον καλοῦσι Γυναικῶν ἀγῶνα, γλυκὺν ἀγκῶνα. etsi habent Excerpta γλυκὺν ἀγῶνα. perperam, & exscriptoris vitio: nam etiam Eustathius, vtramque agnoscit vocem ἀγκὼν & ἀγὼν neque aliter paulo pòst. Non erat attendenti arduum cognoscere, quod etiam Excerpta, & membranæ quædam me docuerunt: post illa: τὴν ἐπωνυμίαν ἰσχ. deesse aliquid. nam de amborum Midæ & Omphalæ suppliciis dicere aggressus, in Omphala nostram expectationem eludit. Rectè igitur in Excerptis, post illa quæ di-

ximus verba, erat additum τὴν ἢ . . . . . forte τὴν δὲ πτύσας. In accurata eorum ſcriptorum enumeratione qui ὀψαρτυτικὰ ediderant, omittitur Paxamus, niſi vitium eſt in noſtris codicibus. Sed cauſſa huius prætermiſſionis eſſe potuit, quòd de antiquis ſolùm loquitur Athenæus: non de æqualibus ſuis, vt hic fuit, vt ipſius teſtimonio cognoſcitur, libro nono. At Pollux in ſimili catalogo eum non prætermiſit: etſi paulò natu grandior, ſicut exiſtimamus nos, Athenæo. Locus eſt libro ſexto, capite decimo, vbi quoſdam reperies, qui tantæ lectionis virum, Athenæum dico, fugere potuerunt. Criton, qui in hoc albo nomen ſuum profitetur, non eſt opinor alius ab eo, qui περὶ κομμωτικῆς κακίας, vt loquitur Galenus, accuratiſſimè ſcripſerat, ſunt enim adfinia argumenta, & τοῦ αὐτοῦ ἤθους. Alexidis de candaulo ῥῆσις, non integrè deſcripta eſt, & multis modis corrupta. poteramus multa reſtituere nullo negotio: ſed malumus integrum negotium iis relinquere, quibus vires ingenij hîc periclitari libitum fuerit, nam otium maius nonnulla deſiderant. Quintum & ſextum ita velim conceptos:

Θαυμαστὸν ἐμὸν δέρημα παίν πολλὴν δ᾽ γὼ
Ἂν ἢ παραθῶ σοι, προσκατέδῃ τοὺς δακτύλους.

mirus ſum artifex, inquit, parare candaulum: cuius ſi vel maximam copiam tibi appoſuero, tu nihilominus quantumcunque fuerit appoſitum, totum comedes, & tuos tibi inſuper digitos arrodes. Menandri locum alibi expoſuimus. etiam De Heraclidis *Paraſceuaſticis* antè dictum. Rex ille Arabiæ thuriferæ, qui dicitur hîc αὐτόνομος ἢ ὑδενὸς ὑπήκοος, *ſui iuris fuit, & nemini parebat*: nempe maiori regi, vt infiniti alij in Oriente reguli. malè Dalecampius. Lydis ſubiiciuntur orti Lydis Etruſci veteres. Olim magnæ eius populi opes, vt ſcimus ex hiſtoria Romana. luxus igitur & delitiæ pro opibus. Atque ecce exemplum in mundo reipublicæ à Platone multo pòſt inſtitutæ. Ait enim τρέφειν δὲ τοὺς Τυῤῥηνοὺς πάντα τὰ γιγνόμενα παιδία, οὐκ εἰδότας ὅτου πατρός ἐστιν ἕκαστον. Sed eripiamus nos ex his cloacis. In ſermone de Sybaritis narratur hæc hiſtoriola. ἀνὴρ Συβαρίτης εἰς ἀγρόν ποτε πορευόμενος, ἔφη ἰδὼν τοὺς ἐργάτας σκάπτοντας, αὐτὸς ῥῆγμα λαβεῖν. homo delicatulus cùm videret qui agrum foderent, ita offenſus eſt aſpectu laborantium, vt ſibi ipſe videretur fodi. id dixit auctor ῥῆγμα λαβεῖν: ſic enim maluit quàm ὄρυγμα. cedo autem quid aliud eſt ῥῆγμα λαβεῖν, niſi ὀρυχθῆναι? non aſſentior eruditiſſimo medico, qui ῥῆγμα hîc ex arte ſua aliter interpretatur: proxima narratiuncula noſtram expoſitionem ſatis firmat. De athletarum æmulatione in fodienda terra ſatis in Theocriticis lectionibus. Nam σκαπαῖοι, in antiquis per κ magnum ſcribuntur σκαπαῖοι. rectè. Euſtathius, ἴσως ἢ τῶν σκώπων, id eſt nomen auis imitatricis & ſaltatricis) παρώνυμοι ἢ οἱ παρὰ τῷ Τίμωνι σκωπαῖοι, παρὰ Λάκωσι ἐπιχωριάζοντες: ἄνθρωπάρια ἐκεῖνοι μικρά, καλούμενα παρά τισι πάλαιστες. incogitantiâ dixit παρὰ Λάκωσι: cùm debuiſſet, παρὰ Συβαρίταις. Maſaniſſæ apophtegma, ſiue, vt auctor vocat ἀπόκρισιν, imitatus eſt Cæſar, eo dicto quod refertur Plutarcho in vita Periclis. Diſtingue verſus Eubuli,

Καὶ γὰρ πόσῳ κάλλιον, ἱκετεύω, τρέφειν
Ἄνθρωπον ἐς ἄνθρωπον, ἄν γ᾽ ἔχῃ βίον;

quantò honeſtius eſt, obſecro, hominem alere hominem, ſi cui opes ſuppetant. addit Eubulus, ἢ χῆνα πλαγγίζοντα ἢ κοχλάζοντα. anſerum πλαγγισμὸς ſiue πλατυγισμὸς, ſonus ille eſt, quem in lacu edunt aut ſtagno aquas alis tundentes. nam quando gratitant aut gingriunt, γαγγάζειν Græcis dicuntur, ſi modò rectè ſcriptum in libris Pollucis: quod alibi conſiderandum. Lego cum Excerptis, πλείστους οἰκέτας ἔχοντα ἀεὶ, τούτοις παρὰ τὴν δίαιταν ἀφικνουμένοις εἰς τὸ συμπόσιον ἥδεσθαι, *Archytam cùm plurimos ſemper haberet ſeruos, ſolitũ oblectari, ſi ipſo cibum ſumente, illi in cœnationem venirent.* Hæc ita in Excerptis. vulgò ἀφικνουμένοις εἰς τὸ σ. Sed quorſum hoc? iure quærat aliquis. nam agit hîc auctor non de moderatione clementis domini erga ſeruos: verùm de oblectatione quæ ex infantibus capitur honeſtiùs, quàm ex pumilis aut ſimiis. Conſtat nobis quæſito verborum compendio, deprauatum eſſe hunc locum. Nam de eodem loquens Ælianus ita narrat: Archytam vernulis ſuis plurimùm eſſe oblectatum. Sic ille, verbis propè iiſdem: Ἀρχύτας ὁ Ταραντῖνος, πολιτικός τε ἢ φιλόσοφος ἀνὴρ γενόμενος, πολλοὺς ἔχων οἰκέτας, τοῖς αὐτῶν παιδίοις πάνυ σφόδρα ἐτέρπετο, μετὰ τῶν οἰκοτρίβων παίζων. μάλιστα δ᾽ ἐφίλει αὐτοῖς τέρπεσθαι ἐν τοῖς συμποσίοις. Siue igitur inſtitutum ab Athenæo ſermonem ſpectes, ſiue Æliani teſtimonium, ſcribendum paret hoc modo. τοῖς τούτων παιδίοις παρὰ τὴν δίαιταν ἀφικνουμένοις εἰς τὸ συμπόσιον ἥδεσθαι. *ſolitum oblectari, ſi ipſo cibum ſumente, eorum nati in cœnationem venirent.* Conuenienter huic narrationi addit auctor, ἀλλ᾽ οἱ Συβαρῖται ἔχαιρον τοῖς Μελιταίοις κυνιδίοις, ἢ ἀνθρώποις οὐκ ἀνθρώποις. appellat *homines non homines*, non vt in veteri gripho, eunuchos, ſed pumilos: quos, & ſimiles ipſis Auguſtus vocabat *ludibria naturæ & mali ominis.* de his ad Suetonium. Pergamus. Sybaritæ, inquit, publica conuiuia ſæpe agitare ſoliti: ἢ τοὺς λαμπρῶς φιλοτιμηθέντας χρυσοῖς στεφάνοις τιμῶσι ἢ τούτους ἀνακηρύττουσιν ἐν ταῖς δημοσίαις θυσίαις ἢ τοῖς ἀγῶσι, προσκηρύττοντες οὐκ εὔνοιαν, ἀλλὰ τὴν εἰς τὰ δεῖπνα χορηγίαν. In aliis Græciæ ciuitatibus, maximè autem Athenis, ſi quis de republica bene eſſet meritus, huic corona præmium dari ſolita: quæ eius capiti imponebatur, cùm vel ſacrorum, vel ludorum cauſſa maxima vndique turba hominum conueniſſet. accedebat præconis elogium, & vt dicam cum Iuriſconſultis ſuperdictum, proclamantis, haberi τοῦ δεῖνα hunc honorem. ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ. At Sybaritæ, cùm lautos conuiuatores donarent coronis, vſitatam formulam, quæ fuit eorum veſania, in iſtam mutarunt: ΧΟΡΗΓΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΑ ΔΕΙΠΝΑ. Magni-

FICENTIÆ ERGO QVAM IN EPVLIS PVBLICIS EXHIBVISSET. Interpres cùm non animaduerteret, quam vim haberet præpositio περὶ in verbo περιοσκηρύττειν, totam sententiam corrupit. Atqui manifesta est allusio ad formulam à præcone solitam coronandis superdici. In Ctesiphontis decreto, quo decernebatur corona Pæanieo oratori, fuit scriptum: Κτησιφῶν εἶπεν, ὡς δεῖ στεφανῶσαι τὸν Δημοσθένην τοῖς Διονυσίοις, ἐν τῷ τοῦ Διονύσου θεάτρῳ, καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι· καὶ τούτων ἐναντίον ἀνειπεῖν τὸν κήρυκα, ὅτι ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΝ ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΑ Η ΠΟΛΙΣ ΑΡΕΤΗΣ ΣΥΜΠΑΣΗΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΑΥΤΗΝ. Cicero vertit: *Ctesiphon scitum fecit, vt coronâ aureâ Demosthenes donaretur, eâque donatio fieret in theatro populo conuocato, atque ita prædicaretur*, EVM CORONA VIRTVTIS ERGO BENEVOLENTIÆQVE QVAM ERGA POPVLVM ATHENIENSEM HABERET. Sic in Senatusconsulto, quo decernitur statua Demetrio Diodoti F. Syracusano ita scriptum ΕΔΟΞΕ ΤΟ ΔΟΓΜΑ ΤΟΔΕ ΚΟΛΑΨΑΝΤΑΣ ΕΣ ΧΑΛΚΩΜΑΤΑ ΔΥΟ, ΤΟ ΜΕΝ ΕΝ ΑΝΑΘΕΜΕΝ ΕΙΣ ΤΟ ΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝ ΤΟΔΕ ΑΛΛΟ ΑΠΟΔΟΜΕΝ ΔΗΜΗΤΡΙΩ ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ ΥΠΟΜΝΑΜΑ ΤΑΣ ΠΟΤΙ ΤΟΝ ΔΑΜΟΝ ΕΥΝΟΙΑΣ. & in altero decreto in eiusdem honorem facto à Melitæis: ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΗΝ ΕΧΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΜΕΤΕΡΟΝ ΔΗΜΟΝ. Allusit apud Aristophanem in Philonida, qui de hero dicebat, ἐμοὶ ὁ δεσπότης στλεγγίδας ἔδωκεν, οἶμαι χρηστότητος ἕνεκα. Sequitur aliud luxus argumentum, περὶ τὰ Συβαρίταις δὲ εὑρέθησαν καὶ πύελοι ἐν αἷς κατακείμενοι ἐπυριῶντο. non sunt πύελοι cœnacula, sed balneorum solia aut cellæ. Neque aliud voluit auctor, quàm fuisse inuentam à Sybaritis nouam cellarum formam, prioribus Græcis incognitam. Intelligit autem πυριατήριον, siue cellam sudatoriam: aut solij machinosam aliquam formam, quæ esset αὐτὸ πυριατήριον. De matulis tricliniaribus dictum libro primo. Deesse aliquid videtur in istis, Δοκεῖ δὲ μέγα τῆς εὐδαιμονίας αὐτῶν εἶναι, ὅτι. puta σημεῖον aut τεκμήριον. & periodi eiusdem postrema verba sunt corrupta, nisi ita concipias, συμπαραζεῦξαι πάντας ἐκ προφθῆναι, καὶ πᾶν ποιῆσαι ὡς ζῆσαι ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐκλελυμένως. sed meliorum librorum expecto hic auxilium. Corruptè mox, ἐπεμψαν δὲ ποτε καὶ εἰς θεοῦ τοὺς χρησομένους, ὧν ἦν Ισαμυρης. num scribendum, ὧν ἦν ὁ Ἄμυρις: vel: ὁ Θάμυρις. hic est, qui prouerbio celebratur Ἄμυρις μαίνεται: aut Θάμυρις. nam vtroque modo scribitur. Consule Eustathium & parœmiographos. Versus primus sortis editæ Sybaritarum legatis, Εὐδαίμων σὺ ἴσον τιμῶν γένος αἰὲν ἰόντων, ex duobus conflatus est. Nam alibi scriptum,

Εὐδαίμων Συβαρῖτα, πανευδαίμων σὺ μὲν αἰεὶ
Ἐν θαλίῃσι θεῶν τιμῶν γένος αἰὲν ἐόντων.

Insignis est historia, quam & alij narrant, de letæ Sybaridis irâ Deûm, vnius ob culpam. πολλάκι γὰρ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ. Ea culpa fuit: reuerentia erga patrem quàm erga numen maior. Simillima caussa & Coriolanum perdidit, plus enim apud illum matris nomen, quam patriæ maiestas, aut deorum religio valuit. Scribe, γενομένου αὐτοῖς σημείου πολλοῦ τῆς ἀπωλείας. Elegans historia est de Sybarita illo, qui Sybari Crotonem nauigaturus, conducto nauigio pactus dicitur cum nauis magistro, ἐφ' ᾧ οὐ ῥανθήσεται, ne aquæ guttis aspergeretur. rectè Dalecampius accipit de aqua palmulis remorum tunsa. illud non rectè, quòd nauigationem hanc in fluuio factam censet: neque ad locorum situm, neque ad auctoris sui verba attendens.

CAPVT IV.

Lex Syracusana super veste muliebri floridi coloris. Lex Sybaritica de vocandis ad conuiuia mulieribus. προάγειν ἐπὶ τὰς κλήσεις. Lex alia Sybaritica de præmio coquis proposito. Sybaritarum conatus abolendi ludicri Olympici.

SYracusanæ legi, quâ fuit cautum, ne qua mulier vestem gestaret floridi coloris, aut purpurâ prætextam, nisi quæ inter publica scorta nomen profiteri vellet: addit Eustathius velut interpretans, καὶ οὕτω οἰκεία εἶναι τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ, τῇ καὶ ἑταίρᾳ. *& ita pertinere ad auream Venerem, quæ etiam* ἑταίρα *cognominatur*. Est autem *pertinere ad Venerem*, censeri inter mulieres illi sacras, quæ corpore in eius templis merebant & Corinthi, & alibi. Strabo ἱεροδούλους vocat. Legi huic frugalitatis magistræ, subiicitur Sybaritarum lex contraria, verè nepotina. Συβαρῖται, inquit, ἔγραψαν νόμον τὰς γυναῖκας εἰς τὰς ἑορτὰς καλεῖν, καὶ τοὺς εἰς τὰς θυσίας καλοῦντας, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν παρασκευὴν ποιεῖσθαι ἵνα ἀξίως ποιούμενοι τὸν χρόνον τῶν θ' ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Nemo harum rerum peritus æstimator negabit, postquam attenderit diligentiùs, corrupta esse in istius legis verbis nonnulla. quoquò enim te vertas, nunquam rectè illa exponas, ἵνα ἀξίως ποιούμενοι, &c. Non clam me est, quid de hoc loco magni viri scripserint: quorum sententia est, verborum aliquot traiectione deprauatum eum esse, neque alius indigere medicinæ. Nobis tamen aliter videtur: nam & detractione & mutatione vocum nonnullarum censemus hic esse peccatum. Sic autem scribimus, καὶ τοὺς ἐπὶ τὰς θυσίας καλοῦντας, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι· ἵνα ἀξίως πεποιημένοι τῷ χρόνῳ τὴν παρασκευὴν τῶν τε ἱματίων καὶ τοῦ λοιποῦ κόσμου, προάγωσιν οὕτως εἰς τὰς κλήσεις. Id est: *sanxerunt mulieres ad festorum epulas vocandas: & vt ij qui illas ad sacrificia vocaturi essent; anno priùs inuitarent: vt pro spatio temporis dignè præparatis vestibus, & cæteris ornamentis, sic prodirent ad conuiuia.* Omnino ita scribendum esse omnes mihi

mihi assentientur viri cordati, si legis de qua auctor loquitur, non aliam fuisse sententiam probauerimus. Esto igitur mihi eius rei testis Plutarchus, qui in septem sapientum conuiuio ita scribit, Συβαρῖται ὡς ἔοικε πρὸ ἐνιαυτοῦ τὰς κλήσεις ποιοῦνται τῶν γυναικῶν, ὅπως ἐγγένοιτο κατὰ σχολὴν παρασκευασαμέναις ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ φοιτᾶν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. *Sybaritæ ante annum mulieres ad conuiuia vocant: vt per otium instructæ vestibus auróque, ad cœnam veniant.* Eam sententiam hoc loco reponendam: nam ex lege quam Phylarchus hîc commemorat, morem illum manasse, quem ait Plutarchus, ne dubitandum quidem est. Vera ergo & firma emendatio quam proferimus. Quod autem putarunt doctissimi viri, ad vocatores designatorésque epuli sacri hæc pertinere, probarem si probari posset, solitum aliquando fieri ἐν ταῖς δημοσίαις ἑορταῖς, vt mulieribus inuitatis de publico vestes darentur. Quo loco scribimus, πρὸ ἐνιαυτοῦ τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι: possumus seruatâ lectione edita ita emendare, πρὸ ἐν. τὴν παρασκευὴν καὶ τὴν κλῆσιν ποιεῖσθαι. quod dixit Plutarchus, φοιτᾶν ἐπὶ τὸ δεῖπνον, Phylarchus, προάγειν ἐπὶ τὰς κλ. est enim προάγειν, progredi, prodire. atque hæc vox appositissimè hîc vsurpatur, nam vt ait comicus, χαλεπαὶ αἱ τῶν γυναικῶν ἔξοδοι. id autem est προάγειν. vt cùm προάγειν agmen dicitur. Non capio proximam legem latam in eadem vrbe, de coqui prærogatiua, qui nouum aliquem ciborum paratum inuenisset. εἰ δέ τις τῶν ὀψοποιῶν ἢ μαγείρων, inquit, ἴδιον εὕροι βρῶμα καὶ περιττόν, τὴν ἐξουσίαν μὴ εἶναι χρήσασθαι τούτῳ ἑτέρῳ πρὸ ἐνιαυτοῦ, ἀλλὰ αὐτῷ τῷ εὑρόντι τὸν χρόνον τοῦτον ὅπως ὁ πρῶτος εὑρὼν καὶ τὴν ἐργασίαν ἔχῃ πρὸς τὸ τοὺς ἄλλους φιλοπονοῦντας αὐτοὺς ὑπερβάλλεσθαι τῇ τοιαύτῃ. Posterior periodus sine dubio corruptissima. Scribendum, ἀλλ' αὐτῷ τῷ εὑρόντι. ὅπως τὸν χρόνον τοῦτον ὁ πρῶτος εὑρὼν, καὶ ἐργασίαν ἔχῃ. πρὸς τὸ τοὺς ἄλλους φιλοπονοῦντας ἀλλήλους ὑπερβάλλεσθαι τῇ τοιαύτῃ. planissima sententia Lex hoc iubet. *Si quis coquus peculiarem & excellentem aliquem cibum inuenerit, ne cui alij fas sit eo vti ante annum, nisi ei qui inuenerit: vt toto illo tempore auctor eius inuenti quæstum inde faciat: quò laborent & alij omni studio sese inuicem talibus inuentis superare.* De Telis tyrannide lege Diodorum Siculum lib. 12. Historiam de improbo conatu Sybaritarum abolendæ, quod in ipsis foret, solemnitatis Iouis Olympici quæ in Elide celebrabatur, paucis perstrinxit Athenæus: idémque mox addit, auctores non deesse qui de Crotoniatis id narrent, non de Sybaritis. Nos putamus Sybaritas potius: nam plures ita tradunt veterum. Vetustissimus Periegeseos auctor, iambicorum poeta, de Sybari loquens:

Λέγεται γὰρ αὐτοῖς μήτε τις νοσεῖν ἐπί
Τοῖς ἐν Σ... τ' ἀνδρ... συνιέναι.
Τρυφὴν δὲ καὶ ῥᾳθυμίαν ἐζηλωκὼς βίον
Χρόνῳ προελθεῖν εἰς ὕβριν τε καὶ κόρον:
Σπεύσαι δὲ καὶ τὸν τῶν Ὀλυμπίων ποτὲ
Ἀγῶνα καταλῦσαι. τὰς δὲ τοῦ Διὸς
Ἀτελῶσι τιμὰς τῇδε τῇ πανδαισίᾳ.
Ἀθλοθετεῖν Διὶ γυμνικὸν τιν' ἐπετέλουν
Κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν Ἠλείοις. ἵνα
Πᾶς τις πρὸς αὐτοὺς τοῖς ἐπάθλοις ἀγόμενος
Σπεύδῃ καταντᾶν, ἀπολιπὼν τὴν Ἑλλάδα.

CAPVT V.

Θοινᾶσθαι τὴν ὥραν. αἱ ἐξ οὐρανοῦ βολαί Γεργίθων φόνος ἀπτολεμίστων. σκαλοιᾶν. ποιστήρων μόρος. *Prou.* ἀπεσκινθίασε. χλιδος. *Callinus antiquissimus poeta.* ῥόμβοις ὑφαντὰ, *vestimenta. vestium nomina* sarapis, calasiris, actæa. *Prou.* βαδίζειν ἐς Ἡραῖον ἐμπεπλεγμένον.

TARENTINORVM luxuriam describens Athenæus; ἐφόρουν, ait, καὶ παρυφὴν διαφανῆ πάντες, οἷς νῦν ὁ γυναικῶν ἁβρύνεται βίος. vel ᾗ, scribendum pro οἷς: vel ita potiùs concipienda sententia, ἐφ. καὶ π. ἐπιφανῆ, παντά τε οἷς νῦν. Sicut diximus ἐμπλῆσαι vel διωχλῆσαι, simpliciter, pro explere desiderium alicuius rei: sic Athenæus hoc loco θοινᾶσθαι τὴν ὥραν dixit, pro libidinem explere, loquens de captiuis Carbinatibus, quos in loca publica Tarentini concluserant: καὶ ὁ βουλόμενος κατὰ τὴν εἰς ἀτυχῆ παραγινόμενος ἀγέλην ἐθοινᾶτο ταῖς ἐπιθυμίαις τὴν τῶν ἀθροισθέντων ὥραν, πάντων μὲν ὁρώντων, μάλιστα δὲ ὧν ἥκιστα ἐκεῖνοι προσεδόκων θεῶν. Postrema accipiunt malè, qui ἐκεῖνοι referunt ad Carbinates de Tarentinis cape, & verte, *omnibus spectantibus, diis quoque, de quibus ipsi minimè cogitabant.* Sequitur in sermone de luxu Iapygum, ἐμφανῆ γὰρ ἦν μέχρι πολλοῦ κεχαλκευμένα τῶν ἐξ οὐρανοῦ βολῶν. videtur deesse vox σημεῖα, vel potiùs εἴδωλα, aut alia similis: & βελῶν scriberem, non βολῶν. hoc enim dicit: mansisse diu facta ex ære simulacra fulminum, quibus icti fuerant Iapyges. more poetarum fulmina appellat *cælitus missa tela.* Deest item vox vna cum istis mox iungenda, vt sit plena sententia, καὶ οἱ τὴν Σῖριν δὲ κατοικοῦντες ἣν πρῶτοι κατέσχον οἱ ἀπὸ Τροίας ἐλθόντες, ὕστερον δὲ ὑπὸ Κολοφωνίων, supplendum αὐτὸ τοῦθ': aut tale quid. Oraculum quod Milesiis editum narratur,

Καί μοι Γεργίθων τε φόνος μέλει ἀπτολεμίστων
Ποιστήρων τε μόρος καὶ δένδρεον αἰεὶ θαλές.

neque integrum est: aliquid namque deest à fine posterioris versus: & tertius etiam, vt puto fuerat adiectus, aut etiam plures: neque menda caret. Legendum enim ἀπτολεμίστων. quod etiam in Excerptis inuenimus. Γεργίθων φόνος ἀπτολεμίστων, est *cædes puerorum patrata à Gergithibus.* ἀπτολέμιστοι, *imbelles*, infantes & pueri sunt. præcedit de Gergithibus qui diuites vrbe eiecerant: conduxerunt, ait, τὰ τέκνα τῶν φυγόντων εἰς ἀλώνιας. βοῦς συναγαγόντες (forte, βοῦς τε ἐπαγαγόντες) συνηλοίησαν malè editum συνηλοίησαν, quod leuiculum mendum de recta sententia deturbauit interpretes. Significant autem hæc verba, diuitum liberos à iumentis bobus fuisse contritos, tanquam in area frumentum

tum

tum triturantibus: & ideò ait misellos esse congregatos εἰς ἄλωνας. At πισσήρων μορ⊙, est mors eorum qui pice illitâ fuerant combusti. & pereriant πισσοκωνήτω μόρω, vt locuti sunt Æschylus & Sratinus.addit, καὶ δένδρα αὔξανεις. quia, vt dictũ est, ad tanta scelera quasi exhortuerat, & exaruerat sacra olea. Agitur deinceps de pristina Scytharum felicitate, & calamitatibus quæ corruptã illorum vitam sunt secutæ. Crudeles in subditos captiuos & seruos fuisse: vnde manarit prouerbium, ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις: eorumdem postea miserias alteri prouerbio locum dedisse, quo celebratur *tonsura Scythica*. Nihil est mendi in explicatione prioris parœmiæ; posterioris expositio non sine ratione suspecta nobis. quia tamen consentiunt MSS. potes ita vt tere: *Igitur propter multitudinem calamitatum quas perpessi sunt, quando simul cum opibus suis, etiam comis vniuersi per luctum fuerunt spoliati: alij populi tonsuram quæ contumeliæ caussa fit, vocarunt ἀποσκυθίσαι.* Græcè sic: διὰ τὸ πλῆθος ὧν τῆ παραχρῆμα αὐτὺς συμφορῶν ἐπεὶ διὰ τὸ πένθος ἅμα τινὶ τ βίον σλέσαι, καὶ τὰς κόμας περιεσπάσθησαν πάντες ἰθνες, οἱ ἔξω τὴν ἐφ' ὕβρει κουρὰν ἀποσκυθίσαι προσηγόρευσαν. vel vt in Excerptis, ἀποσκυθίσαι. In Hermippi versibus de Abydenorum mollitie, cùm alia non rectè videntur scripta; tum hic versus manifestò corruptus: Gaude, inquit, κόμη ἐς νεανικὴ, Φρίγετε βραχίοσιν. Scribo, χλιδᾷ τε βρ. paulo pòst, ἐφόρεω χλιδῶνας περὶ τοῖς βραχίοσι. poetica sunt vocabula χλιδή, χλίδημα, χλιδών, & χλιδ⊙, prò ornamentis quæ collo aut brachio appenduntur. Super Ionum moribus citantur versus Aristophanis ex *Triphalete* eius comœdia: quam inuenies apud Iulium pollucem libro nono & decimo, sæpe nominatam, cap. autem trigesimo septimo, libri to. extat hic versus ex eadem fabula, καὶ τὸ κωνίον ἔχει με κυρβασίαν δοκεῖς: perperam vulgò editum κωνῆν. Tertium versum hic lege, ὅπως ἔχων τὴν παῖδα πλεύσει ς Χίον. pro, πλευσεῖν ἐς Χίον. vt statim: Ἕτερ⊙ δ' ὅπως ἐς Κλαζομενάς. Nota etiam ex prouerbio antiquo Magnetum mala: quæ illis contigerunt ex amore insano voluptatum, vt hic scribitur. Ait enim: Ἀπώλοντο οἱ κ. Μάγνητες οἱ περὶ τὸν Μαίανδρον, διὰ τὸ πλέον ἀνεθῆναι, ὡς φησι Καλλῖν⊙ ἐν τοῖς ἐλεγείοις, καὶ Ἀρχίλοχ⊙. meminerunt, inquit, calamitatum quas Magnetes ad Mæandrum passi sunt, Callinus & Archilochus. de Callino videtur Clemens dissentire: qui antiquiorem eum poetam facit Magnetum rebus aduersis. Sic ille primo libro Stromat. de Archilocho & Simonide locutus, Καλλῖν⊙ ἢ πρεσβύτερ⊙ ἐ μακρῷ. τὸ γὰρ Μαγνήτων ὁ μὲν Ἀρχίλοχ⊙ ἀπολωλότων, ὁ ἢ εὐημερούντων μιμνῄσκεται. Theognis, Ὕβρις καὶ Μάγνητας ἀπώλεσεν ἔργα καὶ ὕβρις. De Callino Strabo libro decimo tertio. Quid sint vestimenta ῥομβοειδῆ, quærimus accuratè in commentario De re vestiaria. Eustathius scribit in primum Odyss. δοκεῖ ὁ ῥόμβ⊙ καί τι ἐργαλεῖον εἶναι ὑφαίνειν, afferens hunc ipsum locum. Sed in antiquo exemplari Athenæi, quo vsus est is qui Excerpta confecit, scholium fuit adiectum: quod à Breuiatore conseruatum hîc appingemus, cuiusmodi illud sit. Sic autem is grammaticus. ἐν ἢ τῷ χείλει τῦ βιβλίυ ὅθεν αἱ παραβολαί, τάδε ἦσαν περὶ τῦ ἄνω γεγραμμένυ ῥόμβυ, ῥόμβος ἐστί τε χάρ⊙ ἐν τύλοιες ἱμάσι καὶ στρέφοντες, ποιῦσι περιδονεῖ καὶ ψόφον ἀποτελεῖν. ῥόμβου ἢ αὐτὸ Εὔπολις εἶπε. καλεῖται ἢ καὶ βρυτήρ. *Sarapis* hîc vestis Persicæ nomen est coloris melini: aliis dicitur fuisse coloris μεσολεύκυ. Scribe, καὶ καλασίρις Κορινθιουργεῖς. εἰσὶ ἢ αἱ μὲν πορφυραῖ τύτων, αἱ δὲ ἰοβαφεῖς, αἱ δ' ὑακίνθιναι. nec aliter Eustathius. Athenæo auctore *actæa* vestis dicta est Græcis ἡ σπαθητὴ, densa & contraria rallæ. Plinius vocat *crebram pauceratam*. de voce ἀκταία, multa Eustathius. [Prouerbium, cuius obiter mentio fit ex Duride, βάδιζε ἐν Ἡραίω ἐμπεπλεγμένον, inueni alicubi ita conceptum à viris doctis, Βάδιζε βλέμμα Ἥραιον, *Incede vultu Iunonio*. sed vera lectio est, quam hîc refert Athen. vertendum, *Incedere Iunonium, habentem capillos implexos*, siue diligenter pexos & in humerum demissos, vt modò dicebat Duris. Ἡραῖον hîc est, non Iunonis more: sed more eorum qui Heræa, id est, Iunonis festum celebrabant. Hos autem peculiari quadam grauitate incessus fuisse insignes, declarant etiam verba Horatii, satyrâ tertiâ lib. 1. *sæpe velut qui Currebat fugiens hostem: persæpe velut qui Iunonis sacra ferret.*]

CAPVT VI.

Emendantur & illustrantur Asij poëtæ vetustissimi versus de luxu Samiorum. κόρυμβοι. *Ἀρχαϊκὰς τὰς κόμας. ἡ χρυσῆ παροιμία testis luxûs Ionum.* συμβολὰ ἐκ τῶν Ῥωμαίων. Pronax.

ANTIQVISSIMI poëtæ Asii versus de luxu Samiorum pessimè scribuntur in omnibus libris: ita nempe.

> Οἱ δ' αὔτως φοίτεσκον, ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο
> εἰς Ἥρης τέμεν⊙ πεπυκασμένοι εἵμασι καλοῖς,
> χιονέοισι χιτῶσι πέδον χθονὸς εὐρέ⊙ ἦχον,
> χρύσεαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν τέττιγες ὥς
> χαῖται δ' ᾐωρεῦντ' ἐνὶ δεσμοῖς χρυσέοις ἐπὶ δεσμοῖς
> δαιδαλέοι δὲ χλιδῶνες ἀρ' ἀμφὶ βραχίοσιν †
> ... ταλες ὑπασπίδιον πολεμιστήν.

Primus versus & secundus ex Duridis paraphrasi clari sunt. Tertio significat poeta, syrmata eos gestasse, & vestes albas, poderes siue ad terram pertinentes. interpres nescio quid legerit pro ἦχον. sed fieri potest, ἔχεν πέδον χθονὸς, pro, pertinebant ad terram, eamque tangebant. Quarto vocat κορύμβας, cicadis similes titulos Samiorum, eadem formâ cum Atticis, quos nuncupat Thucidides κρωβύλυς, insertis cicadis ornatos. Samij ab antiquis Atheniensibus hunc morem retinuerant: quod non est obscurum ex præclara magni illius historici præfatione. vbi notabis illa verba, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον: quod huc imprimis facit. Sed locum præstat ascribere: mirè enim illustrabit Asij hos versus: καὶ οἱ πρεσβύτεροι ait, τῶν

εὐδαι

εὐδαιμόνων, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον, οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. Quintum ſic emendamus, χαῖται δ' ἠωρεῦντ' ἀνέμῳ χρυσέοις ἐνὶ δεσμοῖς. *agitabatur coma flatu venti aureis* adſtricta *vinculis*. Intellige autem capillos extremos: nam capiti pars proxima quæ vincta erat, agitari non potuit. Sextum & ſeptimum ita ſcribo, ἀμφὶ βραχίοσιν ἴσας, ὥσπερ ὑπασπίδιον πολεμιστήν. partim certâ, partim probabili coniecturâ. Scribe, διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους μικρολογίαν, ὥσπερ Συβαρίτας τὴν πόλιν ἀπολέσαι. In Phylarchi teſtimonio, περιῄεσαν διησκημένοι τὰς κόμας χρυσῷ κόσμῳ. non eſt τὸ διασκεῖσθαι ſimpliciter, *exornari*, ſed *diſcretim ornare comam*, hoc eſt, διακρίδον ἀσκεῖσθαι. Nam ita ſoliti homines ἁβροδίαιτοι & facere & loqui. Lucianus in Amoribus, ἀλλὰ λιπαραὶ παλαῖστραι μέλουσί μοι, καὶ φαιδρὰ μὲν ἐσθὴς, μέχρι ποδῶν τὴν [παρυφὴν (ita ſcr. non τρυφὴν)] καθειμένη, διακρίδον δὲ ἠσκημένης κόμης ἐπιμέλεια. Quartum verſum Xenophanis, οὐ μείους ἢ περ χίλιοι εἰς ἐπίπαν, accipe de aſtypolis, qui fuerunt Colophone haut pauciores mille, ſicut mox ſequitur. Lege, ὅγε καὶ βασιλεῦσι πρέπειν τότ' ἦν. vel ὅπερ. non ὅτι. & ἡδυπαθὴς ὄχλος. Hæreo in ſequentibus: Θεόπομπος δ' ἐν τῇ Περὶ ... καὶ δὴ καὶ τὰς Ἰωνάς φησι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς τρυφῆς ἔτι καὶ νῦν ἡ χρυσῆ παροιμία διαμεμένηκε. Oratio primum offendit me: neque dubitauerim affirmare deeſſe aliquid. deinde, quæ nam illa *aurea paræmia*? ego ſanè non ſcio. niſi eò reſpexit Theophraſtus, quòd omnia delicata & mollia dicuntur παροιμιακῶς *Ionica*: & homines ἁβροδίαιτοι, *Ionici*. vt apud Menandrum, ἰωνικὸς πλούταξ ὑπόξυλος ποιῶν. & μυουργοὶ ἰωνικοὶ ſæpe. etiam apud Latinos, *Ionici motus*. Ariſtophanis locum e fabula cui nomen fecerat Δαιταλεῖς, & mutilum & corruptum ita reſtituendum monemus. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐμάθετε ταῦτ' ἐμοῦ πέμποντος. ἀλλὰ μᾶλλον πίνειν, ἔπειτ' ᾄδειν καὶ τὰς Συρακουσίων τραπέζας, Συβαρίτιδάς τ' εὐωχίας, καὶ Χῖον ἐκ Λακαινᾶν κυλίκων μέθυ. *non ea didiciſtis, quorum cauſſa vos illuc miſeram: ſed potiùs bibere, deinde Syracuſanas menſas, Sybariticáſque lautitias aſſiduè habere in ore: & Chium merum è Laconis calycibus.* leuiter nos MSS. adiuuerunt. at lacunam ex libro ſuperiore expleuimus. Poſidonij locum de Syrorum molli vita, reſtituimus libro quinto, capite 13. Ait de Capuanis, διόπερ ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνάστατοι δεινὰ ἔπαθον. Tolle vocem δεινὰ, auctoribus libris; & eſt ſine dubio alterius gloſſema. Capuanorum mollitiei opponitur Petellinorum conſtantia, qui, deſerentibus Romanos omnibus vicinis populis, manſerunt in fide ſoli. ſed hi cùm diuturnam obſidionem paſſi eſſent, οὐδενὸς βοηθοῦντος οὐδὲ συνδοκοῦντος Ῥωμαίων παρέδοσαν ἑαυτούς. ita narrant Athenæi omnes codices. Ego non capio quid ad Petellinorum gloriam faciat, quod nemine Romanorum conſentiente deditionem fecerint: nam inde contrarium potiùs ſequatur: tandem eos patientiam rupiſſe, & Romanorum amicitiæ renuntiaſſe. Legendum verò, οὐδὲ συνδοκοῦντος τῶν Ῥωμαίων. *cùm nemo opem ferret, neque Romanorum partes cum ipſis ſequeretur*. Liuius, *Petellini vni ex Brutiis manſerant in amicitia Romanorum*. De Curetibus doctè & vbertim Strabo libro decimo. Πρόναξ ſtatim, Talai filius eſt, Adraſti frater, Lycurgi pater, de quo Apollodorus Bibliothecæ libro primo, & Pauſanias in Laconicis: apud quos Πρῶναξ meliùs per ω magnum. Scribe, κόμας ἐκκρεμάμενα (φησὶ) μάρτυρας τρυφῆς.

CAPVT VII.

Mos veterum mollium, ſupercilia pingere & vnguentis illinere. Etiam mulieres ſupercilia atramento infecerunt. Exempla veterum qui viuicomburium omnibus mortis generibus prætulerunt. τἄλλα οὐκ ἄξια τούτου non huius facio. λεαλέγειν. ὁμιλεῖν *pro* διαλέγειν. παίζειν *&* ludere.

HACTENVS de publica variorum populorum intemperantia & ſtudio voluptatis: dein aget Athenæus περὶ τῶν κατ' ἄνδρα. Initium ducit etiam huius partis a Barbaris. Ait, καὶ οὗτος ἔνδον μένων καὶ τρυφῶν. Meliùs, καὶ οὗτος: non enim ſolus Ninyas, ſed & alij plerique omnes reges Aſſyrij caſaij fuerunt, & domi latuerunt: Ait de Sardanapalo, ἀναβάδην τε μετ' αὐτῶν καθήμενος τὰς ὀφρῦς, γυν. non eſt obſcurum deeſſe participium cum illis iungendum τὰς ὀφρῦς. niſi malumus in alium locum eas voces transferre, & ſcribere mox, καὶ ὑπογεγραμμένος τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὰς ὀφρῦς. Et pingebant ſupercilia οἱ παλαιοὶ τρυφηταὶ, & vnguentis illinebant. Antiphanes, *Thorycis*, ἀμαρακίνῳ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν κόμην. Alexis, Τὰς ὀφρῦς πυρρὰς ἔχει τις· ζωγραφοῦσιν ἀσβόλῳ. Clemens Alexandrinus Pædagogi libro tertio, καὶ ταῖς ὀφρύσι τὴν ἀσβόλην ἀναματτομένας. & moris fuiſſe ſcribit Artemidorus libro primo, vt formæ ſtudioſæ mulieres atramento ſupercilia ſibi inficerent. αἱ γυναῖκες, ait, ὑπὲρ εὐμορφίας καὶ μέλανι χρίονται τὰς ὀφρύας. Quæ mox notis parentheſeos includuntur, vt inuenta ſunt in membranis, eo loco deſcripſimus: penitus tamen integra non arbitror. Porrò Sardanapalum per infames voluptates, & omnis generis delicias actam vitam ſpontaneo finiuiſſe viuicomburio, cum Ctesia ſcribunt alij è veteribus multi. Atque ego miratus ſum ſæpe, cùm ſit ignis ſupplicium τῶν κολαστηρίων τὸ μέγιστον, vt ait Clemens Alexandrinus: aut inter maxima certè tormenta cenſeatur: qui factum ſit, quòd tam multi olim, quibus liberum erat mortis arbitrium, hanc potiſſimùm leti viam probarint. Nam præter Sardanapalum ſic Zimri periit, cuius hiſtoria legitur Regum primo libro, capite 16. ſic Calanus Indus: ſic vulgò Indorum ſapientes: ſic paſſim multi incolæ inſularum Chenerag, quos Dughin vocant, vt narrat Beniamin in Itinerario. Eundem exitum fecit & Iudacilius Aſculanus, de quo Appianus libro primo Ἐμφυλίων: Scapula etiam miles

miles Pompeianus, de quo idem auctor libro 2. item Statius Samnis & Cestius quidam, de quibus idem Appianus lib. 4. qui & l. 5. alius Cestij similem interitum narrat. Memoriæ etiam proditum est, Timanthem Cleonæum athletam, cùm fractis præ senectute viribus, queis olim plurimùm præstiterat, vitæ afficeretur tædio, pyrâ extructâ se combussisse. Taceo de Hercule, de Æsculapio, quod in prisci æui fabulis legitur. Taceo etiam peregrini historiam, de quo extat Luciani liber integer. Quid quòd vniuersi populi genus hoc mortis aliis omnibus, quæ quidem infinita sunt, anteposuerunt? Exemplo sint Saguntini, Astapenses, Metulij, & in Lycia Xanthij, quorum omnium miserabilem inter ardentis ignis flammas exitum narrant historici. sed Xanthiorum insignis fortuna præ cæteris: non semel enim, sed sæpius factum, vt eius vrbis populus incendio sese ab hostili manu liberaret. bis ait Plutarchus: semel ἐπὶ τῶν Περσικῶν: iterum cùm à Bruto obsiderentur. Appianus ait ter: semel ob Harpalum: iterum ob Alexandrum: tertiò propter Brutum. Sed ad Sardanapalum redeamus: qui, vt scribitur mox, δείκνυσιν ἐν τῷ τοῦ μνήματος τύπῳ τοῖς δακτύλοις, οἷον καταγέλωτος ἐστιν ἄξια τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα· οὐκ ἄξια ὄντα ψόφου δακτύλων ὃν πεποίηται· ὁ ποιήμενος ὡς ἐν χορῷ ἡ περὶ τὰ λοιπὰ σπουδή. In monumento regis huius, post illud præclarum præceptum, *Ede, bibe, lude*, sculptum erat in ima tabula, ὡς τ' ἄλλα πάντα οὐκ ἄξια τούτου. *quia cætera omnia non sunt facienda huius*. quid significaret illud τούτου, declarabat erecta manus, habēs duos digitos, pollicem nimirum & mediū, in summo iunctos. Strabo & Athenæus, τούτου explicant τοῦ τῶν δακτύλων ἀποκροτήματος. sic in Adelphis Terentius, *huius non faciam*. defectum codicem ex coniectura explere atque emendare non facile est. Post Aristobuli verba, malè accipiuntur hæc, τοῦ ἀποκροτήματος ἔοικε λέγειν. quæ ex superioribus plana sunt. *Androcotus* aliis dicitur *Sandrocotus*, vt ad Strabonem obseruabamus. Versus quem dicitur Aristoteles vsurpasse de Xenocrate, Χεῖρες μὲν ἁγναί, φρὴν δ' ἔχει μιάσματα. Euripidis est ex Hippolyto coronato. sed male scriptum μιάσματα pro μιασμάτι. Phœnicex ᾠδαῖς de Nino rege versus quartus, ὃς οὐκ ἰδ' ἀστέρ' οὐδ' ⸸ ἴζων ἰδίζην, ita corrigendus, οὐδ' ἰδὼν ἰδίζην. nunquam domo egressum significat. Etiam octauus est corruptus, Οὐ λεωλογεῖν ἐμάνθαν' οὐκ ἀμιθρεῖσαι. Vox λεωλογεῖν, quam alibi vix inuenias, nihil aliud significare potest, nisi *loqui de populo*. vt θεολογεῖν, *loqui de Deo*, φυσιολογεῖν, *de natura*: παθολογεῖν, *de morbis*. prorsus inepta vox hoc loco. Lego, οὐ λεπτολογεῖν ἐμάνθανε, οὐκ ἀμιθρῆσαι. neque literas didicerat, neque numerare. studia literarum vocat λεπτολογήματα. Pro ἀμιθρῆσαι clarum erat scribi debere ἀριθμῆσαι: nisi constaret nobis ita etiam dixisse veteres, factâ literarum metathesi, quemadmodum in aliquot aliis. Hesychius, ἀμιθρεῖν, ἀριθμεῖν. sed omnino legendum, ἀμιθρεῖν. præcedit enim ἄμιθρος, ἀριθμός. hunc opinor, Phœnicis versum respiciens Eustathius, κρηνολόγος τις ποιητής, inquit, ἀμιθρεῖν λέγει τὸ ἀριθμεῖν. Addit postea Phœnix. ἀλλ' ἦν ἄριστος ἐσθίειν τε καὶ πίνειν, κηρᾶν. postremum verbum, quod non animaduertunt viri docti, ita scribi debuit, κ' ἐρᾶν. quis ignorat semper hæc tria coniungi, edere, bibere, ludere: Homerus, ὧν ἔφαγον τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα. & paulo antè in Sardanapali tumulo, ἔσθιε, πῖνε, παῖζε. nam παίζειν & *ludere*, nihil aliud significant nisi ἐρᾶν. Interpretibus ruborem exprimat versus decimus octauus χ' ὠκόσ' ἐράσθην. At versu 17. cùm ait, Ἔχω δ' ὁκόσσ' ἔδαισα, χ' ὠκόσ' ἦσα. per δαίειν, intelligit esum & potum: per ἀείδειν cæteras voluptates conuiuiorum comites, quæ auribus percipiuntur. 18. autem mutilum hodie ita licet expleas, χ' ὠκόσ' ἐράσθην· ταῦτα μοῦν' ἔχω λοιπά.

CAPVT VIII.

Παραχινεῖν πρὸς ἡδονάς. διατρίβειν. οἱ λέγοντες καὶ τὰ ψηφίσματα γράφοντες. Theopompi liber De iis quibus Delphicum templum spoliatum est. *Notantur Excerptorum auctor & Eustathius. Bacchicum simulacrum Athenis habitum pro imagine Pisistrati. τὸ ἐν Διονύσου περίσωμεν. Acrati facies Athenis. ἅρμα ζεύξαντες ἱερῶν. Themistoclis apophtegma.*

ΠΑΡΑΚΙΝΕΙΝ πρὸς τὰς ἡδονὰς malè interpretati sunt, *ad voluptates titillari*. est enim contractum genus dicendi, quod si velis implere, dicendum fuerit, παρακινεῖν τοῦ προσήκοντος vel τοῦ καλοῦ, πρὸς τ. ἡ. *deflectere de via virtutis ad voluptates*. Sic loquitur Theopompus apud nostrum. καὶ τοσούτῳ μᾶλλον ἐκείνων παρακεκινηκὼς πρὸς τὰς ἡδονάς, ὅσῳ οἱ μὲν. *& tanto magis quàm illi ad voluptates exorbitauerat*, &c. Ponitur aliquando simpliciter pro fuere: Libr. 13. Ἀντίκυραν αὐτὴν φάσκων κληθῆναι, ὅτι συνέπινε παρακινοῦσι καὶ μεμηνόσι. minùs rectè etiam διατρίβειν, *immorari* verterunt, cùm de quodam loco Thraciæ dicitur, fuisse illud πρὸς τὸ διατριβῆναι κεχαρισμένον. Solent enim Græci id verbum vsurpare de iis qui genio indulgent, & molliter ac delicatè se habēt. De Charete scriptum paulo pòst, τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον, τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐτοῦ κατέλιπεν Ἀθήνησι. Dalec. legit, τὰ δ' αὐτοῦ, *suâ domi relictâ*. verum est, αὐτοῦ. *partem ibi reliquit Athenis*. Proxima his verba. τοῖς τε λέγουσι καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι, demagogorum Atheniensium periphrasim continent: neque aliter erant accipienda. Ambigua sunt quæ sequuntur, καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις. potest ita accipi, pecuniæ partem Athenis relictam ab Imperatore Charete, vt partim demagogis ea diuideretur: partim priuatis, si quis litibus torqueretur, aut iudicio condemnatus iudicatum soluere non posset. Ita omnes Athenienses sibi conciliabat Chares. vel accipe quasi esset scriptum, τοῖς δικαζομένοις αὐτῷ. *si quis priuatorum*

abſenti litem intenderet. Theopompi liber quem interpres inſcribit *Syngramma*, titulum habuit, *De iis quibus Delphicum templum ſpoliatum fuit*, quis credat communiſſimam appellationem omnium ſcriptorum, præſertim hiſtoricorum, vlli hiſtoriæ narrationi fuiſſe pro titulo præſcriptam? Sic accipe hæc verba, ἐν δὲ τῷ ἐπιγραφομένῳ Θεοπόμπου συγγράμματι, Περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων χρημάτων, Χάρητι φησὶ τῷ Α. leuicula traiectio verborum viros doctos fefellit: lib. 13. Θεόπομπος ἐν τῷ Περὶ τῶν συληθέντων ἐκ Δελφῶν χρημάτων. Qui hiſtoriam belli ſacri norit, & libri huius argumentum norit. Initio Theopompéi teſtimonij verbum deeſt: Χάρητι τῷ Ἀθηναίῳ διὰ Λυσάνδρου ταλάντα ἑξήκοντα. ſupple ἐδόθη, vel ſimile aliud. Scribe, ἀφ' ὧν ἐδείπνισεν Ἀθηναίους ἐν τῇ ἀγορᾷ. Sed & in Heraclidis verſibus eâdem de re mendæ inſunt plures: quas ex Epit. tolle & ſcribe:

Κατέκοψεν οὐ τὸ σῖγον οὐδὲ ἔπω λόφον,
εἶτα καταλόφως μάλα συχνὰς, ἐδείπνισε
Χάρης Ἀθηναίους τόθ' ὡς φασιν ὅτε ἦν.

Narratur poſtea ex Idomeneo, Piſiſtrati filios Hippiam & Hipparchum ἐν μὲν θαλίαις καὶ κώμους διὸ καὶ ἵππων καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐπιτελέσαι τὸ πλῆθος παρ' αὐτοῖς· ὅθεν βαρεῖαν αὐτῶν γενέσθαι τὴν ἀρχήν. Excerptorum auctor non agnoſcit quæcunque hîc leguntur inter duas voces κώμους & ὅθεν. credo illi mirum eſſe viſum, equos dici adhibitos aut ad θαλίας epulas, aut ad κώμους, comeſſationes. & meritò, nam neque ad conuiuia, neque ad laſciuorum iuuenum nocturnas comeſſationes equis eſt opus. Fortè, διὸ καὶ πορνῶν καὶ ἑταιρῶν τε. De Cimonis liberalitate, eadem Plutarchus in Pericle: nam & hic non minùs ſuarum rerum profuſus populo largitor. Clarum eſt de Cimone loqui auctorem, cùm ſcribit mox, καὶ λέγουσιν ὡς περιήγοντο μὲν ἀεὶ νεανίσκους δύο ἢ τρεῖς, &c. Errant igitur auctor Excerpt. & Euſtath. eum ſecutus, qui de Piſiſtrato hæc accipiunt, contra apertiſſimam Athen. narrationem. & ait quoque Probus in Cimonis vita, *Semper eum pediſſequi cum nummis ſunt ſecuti, vt ſi quis opibus eius indigeret, haberet quod ſtatim daret.* vide cætera: nam ille auctor quaſi ad verbum Theopompi totum locum vertit. Athenæus in medium ſermonem de Piſiſtrato, interiecit quæ de Cimone commemorat. Redit enim poſtea ad Piſiſtratum, & ὁ δὲ Πεισίστρατος, inquit, καὶ ἐν πολλοῖς βαρὺς ἐγένετο, ὅπου καὶ τὸ Ἀθήνησι τοῦ Διονύσου πρόσωπον ἐκείνου τινὲς φασὶν εἶναι εἰκόνα. Vult probare Piſiſtratum grauem & exoſum multis Athenienſium fuiſſe. Id ex eo conſtare dicit, quòd multi exiſtiment ſimulacrum aliquod Bacchicum, quod Athenis fuit, eſſe Piſiſtrati imaginem. Verba quæ adſcripſimus habent hanc mentem, non quam putarunt viri docti. Sed quomodo hinc probatur quod erat propoſitum? Arbitror imaginem Bacchi, de qua loquitur auctor, eiuſmodi fuiſſe, vt triſtitiam vultus præ ſe ferret, & animum truculentum. Cùm igitur duraret apud Athenienſes πατροπαράδοτος opinio, eam eſſe Piſiſtrati expreſſam ad viuum figuram: rectè qui ita crediderunt, ex imagine colligebant, talem ipſum cùm viueret fuiſſe. Sed de eo ſimulacro aliter vulgus, aliter eruditi, vt vides, ſentiebant. Mirum ſanè Pauſaniam nullam huius rei feciſſe mentionem, virum adeò omnium ἀρχαιολογιῶν diligentem. Ille verò, vt exiſtimo, ne hoc quidem prætermiſit: huc enim refero quod de Acrati effigie narrat. ἐνταῦθά ἐστιν, ait, καὶ δαίμων τῶν ἀμφὶ Διόνυσον, Ἄκρατος. πρόσωπόν ἐστιν οἱ μόνον τοίχῳ ἐνῳκοδομημένον. *Eſt in fano Bacchi, Bacchi vnus comitum deus Acratus: faciem ſolam habet parieti incluſam.* prorſus de hac facie loqui Athenæum cenſeo, nam quòd effigies eadē habita ſit ab aliis δαίμονος Ἀκράτου, ſiue *Meribibi*, ab aliis hominis ſæui & truculenti, rationem manifeſtam habet. Lego igitur in Athenæo, ὅπου ἐστὶ τὸ Ἀθήνησιν ἐν Διονύσου πρόσωπον. *cùm etiam facies quæ Athenis in Bacchi templo, &c.* non τοῦ Διον. qui articulus non eſt in Excerpt. Idomenei de Themiſtocle verba, quorum ancipitem eſſe mentem Athenæus ait, quia ipſe non adſcripſit, nos adſcribemus. οὐχ ἅρμα ζεύξαντος ἑταιρῶν πληθυούσης ἀγορᾶς, εἰσήλασεν εἰς τὸ ἄστυ; ἦσαν δ' αὗται Λαμία καὶ Σκιώνη, καὶ Σατύρα καὶ Ναννίον. vide libro ſequente. Quod ſi loquendi genus attendimus, non poteſt ζεύξαντος ἅρμα ἑταιρῶν, aliter accipi quàm de iunctis more iumentorum ſcortis ad trahendum currum. Non dubium eſt eò interdum progreſſam laſciuorum hominum petulantiam: qua de re plura in Circenſibus noſtris. Si aliter interpreteris, ſimilis de Antonio hiſtoria in ſecunda Philippica. Narrat ex Clearcho, Themiſtoclem exſtructo Magneſiæ triclinio pulcherrimo, dixiſſe, ἀγαπᾶν εἰ τοῦτο φίλων πληρώσει, *exiſtimare ſe bellè ſecum actum iri, ſi triclinium æcum amicis poſſet implere.* cùm magnos feciſſet ſumptus Themiſtocles in ornanda omnibus modis cœnatione, quam ædificandam curauerat trium lectorum capacem: reprehenſus eſt à familiaribus ſuis, quòd nimis anguſtam feciſſet. iis igitur reſpondens vir ſapientiſſimus, hoc ἀπεφθέγξατο. ita ſignificans quod planiùs dixere multi. vt Pindarus in Nemeonicis: παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν καμάτου μεταλαμβάνειν. Triclinium non multos homines capit. nouem conuiuæ tribus lectis ferè capiebantur. Lecti autem tres ſolùm in triclinio: alioquin non τρίκλινος οἶκος, ſed vel τετράκλινος, vel πεντάκλινος eſſet dicendus.

CAPVT IX.

Artemon ὁ περιφόρητος. Εὐρυπύλη μέλει. μέλημα, mea cura. βερβέριον καλύμματα. Βερβέριοι. Βερβεινία. σπιναι. καθίσματα χρύσεα. παῖς Κύκης. καθομιλεῖν φθεγγάζειν. Κλάμβροτος. καλιδῶν διὰ τινι ἐξοπλαμπάδων. *Ægyptiorum templa ſecundùm Nilum. Ereſtrienſes* ἀναπεπαδέντες. περιαδής, *calcei. Scriptores varij* ὄψων.

NON obſcurum inter antiqui æui molles τρυφητὰς Artemon ille nomen habet, quem ex Anacreonte potiſſimum nobis deſcribunt veteres. Athen. igitur hoc loco primum

primùm Anacreontis hæc de illo verba recitat: ξανθῇ δ' Εὐρυπύλῃ μέλει ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων. Interpres τὸ μέλει in μέμψει vel ἀμελεῖ, aut vtrumque mutari voluit, frustrà. Verte, *flaua Euripyla cura est.* amatorium est verbum: vnde etiam μέλημα, vt latinè, *mea cura:* familiaria amantibus verba. Cur autem Artemonem, περιφόρητον vocarit Anacreon, caussam affert dipnosophista, διὰ τὸ τρυφερῶς βιοῦντα ἐπὶ κλίνης φέρεσθαι. *quod delicatè viuens, in lectica gestaretur.* Alij caussam adferunt, quòd propter pulchritudinem raperetur ab omnibus. Volunt enim λεχθῆναι τὴν παροιμίαν ἐπὶ καλοῦ καὶ ἁρπαζομένου πρὸς πάντων παιδός. præter grammaticos, Plutarchus in Pericle. Deinde, vt probet Athenæus, è paupere factum esse Artemonem & diuitem & luxuriosum, describitur eiusdem lyrici canticum: cuius prima verba tenebricosa mihi quidem. Ait, Πρὶν μὲν ἔχων βερβέρια καλύμματ' ἐσφηκωμένα, καὶ ξυλίνους ἀστραγάλους ἐν ὠσὶ, &c. Hæc lectio est omnium exemplarium, priùs erat βερβέριον κάλυμμα τ' ἐσφ. Vtraque vox necessariò deriuanda nobis à dictione Barbara, βέρβερι, quæ conchæ margaritariæ genus significat, de qua libro 3. ex Androsthene. Sed qui conuenient berberina integumenta Iro alicui? nam certum est paupertatem Artemonis his verbis describi. Eruditiss. Dalec. βερβίνα legit: quia scribit Hesych. βερβένιους esse γένος τι Ἀρκαδικόν. neque est alienum à similitudine veri egenæ gentis, vt fere omnes in Arcadia, vestes fuisse pretij minimi. Idem Hesych. auctor est, βερβίνα dicta fuisse ligna clauis confixa, ex quibus lychni pendebant in pauperum cellis. Quare videndum an legi possit hoc loco, Πρὶν μὲν ἔχων βερβίνιον κατάλυμα κ' ἐσφηκωμένον. vt dicatur Artemon domo caruisse, (quod suprà dicebamus extremæ paupertatis habitum esse argumentum) & gallinis fuisse similem, quæ noctu ad sua petaura se recipiunt, & tabulas illas, in quibus solent cubare. Vulgatam lectionem quâ ratione exponamus rectè, non video: nisi cui placeat βερβέρινα καλύμματα appellari pauperum gurgustiola angusta, & conchæ similia. Pro ἐν ὠσὶ. quod defendunt MSS. docti viri ἐν ποσί. vt puto, non malè. Extremo cantico Artemonis luxum significans poëta, νῦν δὲ, ait, ἐπιβαίνει σατίνην. veteres σατίνας exponunt ἁμάξας. Anacreon verò non plaustrum, sed currum vel ἁρμάμαξαν, aut lecticam eâ voce designat: quod ex superioribus verbis Athenæi clarum. Addit, χρύσεα φορέων καθέρματα. Ita codd. meliùs quàm vulgò, καὶ θέρματα. Legendum autem, χρ. φ. καθέματα. Hesychius, κάθεμα, ὁ κατὰ στήθους ὅρμος. *monile in pectus demissum.* [Lege Hieronymum in caput Ezechielis 16. alioqui καθέρματα fuerint, quæ aliis ἕρματα nominantur. Odyss. σ. Ἕρματα δ' εὐρυδάμαντι δύω θεράποντες ἔνεικαν.] Quod autem vocatur à Poëta Artemon παῖς Κύκης. suspectum habuerunt docti viri: haud scio an iure: nam seruum seruâ natum videtur significare: quod enim emendant iidem, ἄοικος, non dubito falsos esse iudicij. Cyca, seruile nomen fœminæ, vt Manes viri. Sequitur inter alia de Alcibiade, τὴν δ' αὐτοῦ γυναῖκα περιιὼν ὡς ἕτερος ἔπεμψεν αὐτῇ χιλίους Δαρεικούς. nisi deest aliquid ante hæc verba: prorsus legendum est Ἄγαθος pro αὐτοῦ. vtique autem ἑταῖρος pro ἕτερος. Scribe, κάλλιστος γε ὤν. quod sequitur de quatuor vrbibus, quarum opibus ad suam libidinem abutebatur Alcibiades, meliùs capias ex Plutarcho. Lysiæ locus extat & libro decimo tertio. καθομιλεῖν φιλοτιμεῖσθαι, &c. expotuimus capite primo. atque hoc illud est, quod Plutarchus scribit de Alcibiade. ἦν μία δεινότης αὐτῷ τῶν πολλῶν ἐν αὐτῷ, καὶ μηχανὴ θήρας ἀνθρώπων, συνεξομοιοῦσθαι καὶ συνομοπαθεῖν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ ταῖς διαίταις. Libero metu illos qui Κλειμβρότου contra Hellenismum scribunt in epigrammate Pausaniæ, ne fiat versus hypermeter. συνίζησις huic incommodo satis medetur, alioquin Κλεομβρότου scribendum foret. Paulo pòst refert philologus, Ptolomæum secundum κατατεινόμενον ὑπὸ ποδάγρας πολλὰς ἡμέρας, ὥς ποτ' οὖν ἐρρώσθη, καὶ κατεῖδεν διά τινων ὑπολαμπάδων τοὺς Αἰγυπτίους, παρὰ τὸν ποταμὸν ἀριστοποιουμένους, καὶ τὰ τυχόντα προσφερομένους, ἐπί τε τῆς ἄμμου χύδην ἐρριμμένους εἰπεῖν, ὦ τάλας ἐγὼ, τὸ μηδὲ τούτων ἕνα γενέσθαι. Domi in valetudinario adhuc inclusus, semiæger Ptolomæus, aërem apertis fenestris admittebat: sed per specularia, aut simile quid aliud foràs prospiciebat. Hæ sunt quas ὑπολαμπάδας auctor vocat: quòd non planè cubiculum illustrarent, sed velut sublustris noctis imaginem in illud inducerent. Ita interpretamur hanc vocem: quam neque nos alibi offendimus: & sibi non intellectam confessus est auctor Epit. Non dicitur in hac narratione, quare ad Nilum conuiuia agitarent Ægyptij. Ego diuino id factum per occasionem alicuius festi & δημοτελοῦς ἑορτῆς. Tunc soliti veteres in Deorum templis epulas celebrare de reliquiis hostiæ quam mactauerant. Ergo cùm ad templa quæ erant circa Nili ripam, πανσυδὶ exiissent Alexandrini: pars in ipsis ædibus sacris, pars in adiunctis τεμένεσιν epulabantur: plerique secundùm Nili ripam. Mos fuit Ægyptiorum ad Nilum templa ædificare. Vitruuius libro quarto capite quinto *Si secundum flumina ædes sacra fient, ita vt in Ægypto circa Nilum, ad fluminis ripas videntur spectare debere.* Præterea constat veteres, si quando vellent genio indulgere: riparum viridéis vestitus, & littorum amœnitates solitos sectari: quas Græci Latinique pariter *actas* dixerunt. Vnde illud fuit vulgi sermone tritum, Σήμερον ἀκτάσωμεν, quoties sese liberaliùs inuitabant. Non igitur dubium, Ægyptios, etiam cùm per religionis suæ ritus non cogerentur, frequentia ad Nilum agitasse conuiuia. Photius in Exceptis ex Isidori vita. αὖθις δέ ποτε παρὰ τὸν Νεῖλον ἑστιωμένοις ἀμφοτέροις, παρῆν δ' ἐν τρίτοις ὁ ἡμέτερος φιλόσοφος, ἀνέδραμε ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πλόκαμος, ὡς ἰδεῖν, πεντάπηχυς. Ait προσάξας ἀνάστατον γενέσθαι ποιῆσαι τὴν πόλιν. Tolle alterutrum duorũ verborum γενέσθαι, ποιῆσαι.

nec multum refert vtrum potiùs. Ait, καὶ ἀνασκιλαθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν ἁπάντων τῶν Ἐρετριέων. Interpr. *omnibus Er. occisis.* imò verò *trāslatis aliò*, μετοικισθέντων. Eretrienses fuisse omnes occisos nemo historicorum dixit: sed euersa ipsorum vrbe translatos esse in Asiam. Ephippi Olynthij verba de Alexandro confer cum iis, quæ ex eodem historico habentur libro decimo. Περιχιδεῖς in narratione Ephippi, calceorum genus quoddā, pretiosorum, vt vel ex hoc loco apparet. In quorum albo Iulius Pollux χιτῶς & λεπτοχιδεῖς recenset. at Hesychius calceos πολυχιδεῖς inter viles vult fuisse. Miro errore vbi est scriptum, Καὶ ἐκ τῶν οἱ πρότερον καλούμενοι Διονυσοκόλακες, Ἀλεξανδροκόλακες ἐκλήθησαν, habent Excerpta, Διονυσοκωμικοὶ & Ἀλεξανδροκωμικοί. at in membranis, Διονυσιοκόλακες. de his satis libro sexto. In testimonio Posidonij de Antiocho Grypo, scribe ex libro quinto, στεφάνων ἐκ σμύρνης καὶ κιβανωτοῦ, σὺν ἀνδρομήκεσι λημνίσκων πλήμασι, πλήθη. Sequitur, Ἄλεξις δ᾽ ἐν τρίτῳ Σαμίων ὅρων. Non hîc solùm, sed & libro sequente, Alexidis Σάμιοι aut Σαμιακοὶ ὅροι laudantur. vt nullam excusationem mereatur docti viri περιεργία, cui placitum hîc scribi ὡρῶν: vt esset libri titulus, *De Sami pulchritudine.* Atqui nemo ei concessent vel ἀκροθιγῶς Græcè doctus, librum eo argumento quod ipse hariolabatur, posse inscribi Περὶ ὡρῶν Σαμίων. Teneamus igitur omnium librorum lectionem, & vertamus, *De Samiacis finibus.* Familiaris hic antiquis scriptoribus titulus, cùm alicuius vrbis τοπογραφίαν instituerent: aut antiquitates in literas referrent. Sic fuére qui Ἀθηνῶν ὅρους, vel ὁρισμοὺς inscriptos libros ederent: quorum mentio in scholiis Aristophanis ad Aues. Libro septimo laudatur Herophythus in Κολοφωνίων ὅροις. libro octa. o, Creophylus ἐν τοῖς Ἐφεσίων ὅροις. Ita Alexis Samiacos fines descripserat. De hoc opere sensisse Antigonus Carystius videtur, cùm scribit, ὁ δὲ τοὺς Σαμιακοὺς ὅρους συγγεγραφὼς ἐπὶ τῶν πρώτων κληθέντων μαθητῶν τῶν περὶ Ἡρόστρατον, φησὶ χελιδόνα λευκὴν φανῆναι. Sed & Duris Samius, & Aëthlius quidam eodem titulo libros conscripserant, quorum non vno loco Athenæus meminit. [Quum autem omnibus iis quos indicauimus locis, ὅρων constanter scriptum sit: quùmque eam lectionem manifestò confirmet, quod dicebamus laudari scriptorem incertum in scholiis Comici, in ὁρισμοῖς Ἀθηνῶν, non potest dubitari, interpretationem quam attulimus rectam esse. ὡρογράφοι igitur sunt, qui regionem aliquam descripserunt: quos caue confundas cum iis, qui à veteribus Græcis dicti sunt ὡρογράφοι, quasi dicas *Annalium Conditores:* nam ὥρος illis erat *annus*. Censorius, *Sunt qui tradant hunc annum trimestrem Horon instituisse: eóque ver, æstatem, autumnum, hiemem,* ὥρους, *& annum* ὥρον *dici, & Græcos annales* ὥρους, *eorúmque scriptores horographos.* Sic accipiendum in Plutarchi libro de Herodoto, οἱ Ναξίων ὡρογράφοι, *qui Annales Naxiorum scripserunt.*]

CAPVT X.

Samicorum λαύρα. στενὴ *pro* στενωπός. λαύρα, *vicus. Beatorum* λαύρα *qua Alexandria,* λαύρα *&* λάβρα. λαυρὸν *&* λαβρὸν, *& similia. Epiphanij locus exponitur, malè à quibusdam acceptus.* λαῦραι *diuersæ sub Archiepiscopo. Alexandrino.* ἄμφοδον *idem ac* λαύρα. *Veterum monachorum* lauræ *vel* labræ. *Euagrij locus emendatus.*

POLYCRATIS Sami tyranni luxuriem commemorans dipnosophista, sic infit Clearcho ὅτι πρὸς Σαρδίων ἀγκῶνι γλυκεῖ ἀντιπαραγορευόμενος τὴν παρὰ τοῖς Σαμίοις λαύραν αὐτοκατεσκεύασεν ἐν τῇ πόλει. Erat in fama ille infamis Sardium vrbis locus Γλυκὺς ἀγκὼν dictus: de quo satis suprà hoc ipso libro. æmulatione Sardianorum, Polycrates exstruxit in vrbe Samo eam quæ dicta est λαύρα Σαμίων. quid sit, mox explicatur. ἡ Σαμίων λαύρα στενή τις ἦν γυναικῶν δημιουργῶν καὶ τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ἀκρασίαν πάντων βρωμάτων. ὧν ὄντως (vel ὄντως) ἐνέπλησε τὴν Ἑλλάδα. postrema verba ita scribi & distingui debent, in editis malè concepta. *Samiorum laura* inquit, *vicus fuit, vbi habebant mulieres quæ placentas & dulciaria opera conficiebant, & omnes cibos ad voluptatem & luxuriam.* nisi est mendum, στενὴν αὐτὴ στενωπὸν posuit, idest, pro vico aut via in vrbe: erit igitur ellipsis nominis ὁδός. sed fortasse verius est, omissam vocem incuriâ librariorum, restitui debere: & scribendum, στενὴ ἄμφοδός τις, vel στενωπός τις ἦν. Græcum est purum putum vocabulum λαύρα, Latino *vicus* respondens. vtrâque dictione significatur, & via in vrbe: & συνοικία, siue plures domus coniunctæ, quæ vnam magnam insulam efficiunt. [Herodotus lib. 1. de Babylone: πυλίδες ἐπῆσαν, ὅσαιπερ λαῦραι.] Eâdem voce & Alexandrini sunt vsi: de quibus statim subiicitur. εἶδα δὲ κἀγὼ παρὰ τοῖς ἐμοῖς Ἀλεξανδρεῦσι λαύραν τινὰ καλουμένην μέχρι καὶ νῦν Εὐδαιμόνων, ἐν ᾗ πάντα τὰ πρὸς τρυφὴν ἐπώλουν. *Noui ego quoque apud Alexandrinos meos quendam vicum, qui vocatur hodiéque* Beatorum vicus, *vbi quæcúnque ad delicias faciunt, vendebantur.* Alexandriæ λαύρα Εὐδαιμόνων, vt Romæ *Tuscus vicus.* nam vt diximus, λαύρα & *vicus*, idem. Nihil autem interest siue λαύρα scribas per υ, siue λάβρα per β. etsi enim aliud propriè λαυρὸν, aliud λαβρὸν, vulgò tamen & pronuntiatio & scriptura eadem. Sic λαυρὸν ὕδωρ apud Homerum & Hippocratem, & λαυρὸν ἐπαιγίζων apud Apollonium in Argonauticis, pro λαβρόν. sic καλαύροψ & καλαβροψ passim τεβέριον & τιβέριον, πίτυρα & πίταυρα apud Suidam. & cùm significatu longè differant ἅβρα *delicata*, & αὔρα *aura*, tamen ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἅβρας ἱματίων, leges apud Epiphanium lib. tertio. Quamobrem errat insigniter vir ille magni nominis, qui vocem λάβρα apud eundem Epiphanium, quæ nihil aliud est quam λαύρα, peregrinam dictionem vult videri. Locus Epiphanij eximius, & dignus qui obiter hîc à nobis explicetur. Sic igitur ille, initio tractatus de Ario & Arianorum

norum secta. φασὶν αὐτὸν Λίβυν τῷ γένει, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἢ πρεσβύτερον γεγονότα, ὃς πεπίστευτο τὴν ἐκκλησίαν τῆς Βαυκάλεως ὅτω καλουμένης. ὅσαι γάρ εἰσιν ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι, καὶ κατ᾽ ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας τῶν οἰκητόρων πλησίον ἑκάστης ἐκκλησίας αὐτῶν καὶ ἀμφόδων, ἤτοι λαβρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων, ὑπὸ τῶν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν. Sedebat Alexandriæ Archiepiscopus & patriarcha, regendæ vniuersæ Ecclesiæ totius regionis. Erant præterea in singulis vrbis vicis constituti presbyteri, qui Ecclesiastica negotia suorum quisque vicanorum curabant. Vni harum minorum Ecclesiarum Baucalis nomen fuit: quia videlicet in vico eiusdem nominis erat sita: nisi fuit aliqua peculiaris caussa eius appellationis. Ἀμφόδους appellat Epiphan. cum omnibus Græcis, vicum in vrbe, id est, plures domos cohærentes inuicem ad modum magnæ insulæ. quod & nomen declarat: nam ἄμφοδον est συνοικία περὶ ἣν εἰσιν ὁδοί. multæ domus quos via publica ambit. & addit Epiphanius has ἀμφόδους Alexandrinis dici vulgò λαύρας. Alexandriam Græcam vrbem fuisse, & vulgò Alexandrinos Græcè locutos esse, imperitissimi sunt veteris historiæ qui nesciunt, impudentissimi qui negant. Illi igitur vicos suos, & ἀμφόδους quidem, vt alij Græci: sed magis vsitatè λαύρας vocabant, aut quod idem est, λάβρας. Credamus ita esse, vel quia Epiphanius hoc scripsit: vel propter Athenæum hominem Ægyptium: qui vocem λαύρα pro vico solitam esse vsurpari Alexandriæ ita clarè demonstrat, vt clarius nihil queat. [Athanasius in epistola ad solitariam vitam degentes, de persecutione fidelium in vrbe Alexandria: πολλοὶ, ait, καὶ οἴκους μετῆλθον καὶ μετῴκησαν ἀπὸ λαύρας εἰς λαύραν, καὶ ἀπὸ τῆς πόλεως εἰς τὰ προάστεια. etiam hîc lauræ dicuntur Alexandriæ vici: non, vt putarunt viri docti, porticus.] At viro illi docto de quo diximus, ne credamus: qui tantum verborum perdidit, vt de voce λάβρα, & loco isto Epiphanij ea nobis persuaderet, quæ sunt falsissima. Omnino enim quæcumque sunt ab illo, partim in Academia, partim in notis ad Biblia super hoc adnotata, ἄρρητα sint ἀμείνω. An negabit vir eruditus, ἀμφόδους ab Epiphanio dici *vicos*? atqui sic veteres interpretantur: quorum testimoniis supersedeo. Galenus in 16. De vsu partium, τὰς ἐν ἀμφόδοις κρήνας appellat, *fontes vicanos*. Procopius de ædificiis Iust. διελὼν τοῖς στενωποῖς τὰς ἀμφόδους ἁπάσας. alij ἄμφοδα potiùs dixerunt. vide Suidam in Ἀγυιαί. Significat ἄμφοδον & viam in vrbe, vt Latinorum *vicus*. Procopius De ædificiis Iust. libro quinto, loquens de Hierosolymis, τὰς ἀμφόδους ἐν κλίμακος τρόπῳ ἀπὸ ὀρθίου εἰς τὸ πρανὲς καθατείνοντες. Porrò quemadmodum plura in vrbe ædificia inuicem cohærentia λαύρας vel λάβρας dixerunt: sic etiam monasteria, vbi plures monachi habitabant in diuersis cellis, sub vno tamen præfecto Abbate, *lauras* Ecclesia vetus appellauit. Euagrius libro 4. capite 7. συνήμαζε τοῖς ἐυσημοῖς ἀνὴρ Ἰωάννης τοὔνομα, τοὺς δὲ ἐλαίους τῷ χειρωτονήσαντι, ἐν Χουζιβᾷ τῇ λαύρᾳ. c. 38. εὐσχήμων καταμεστωσάντων καὶ μάλιστα ἐν τῇ καλουμένῃ νέα λαύρᾳ τῶν τὰ Ὠριγένους πρεσβευόντων δογμάτα, πάσας ἤθελεν σπουδὴν τούτους ἀπελάσαι. Apertiùs idem lib. 1. c. 21. loquens de Eudocia Theodosij vxore, quæ pietatis zelo Hierosolyma venerat, & multa ibi deuoti animi monimenta reliquit: ὥστε, ait, καὶ διαγνῶναι μεγάλας φροντιστήρια, καὶ τὰς καλουμένας λαύρας. ἐν αἷς ἡ μὲν δίαιτα διάφορος. ἡ δ᾽ ἄγει πολιτεία ἐς ἕνα τελευτᾷ θεοφιλῆ σκοπόν. ita scribendus hic locus, qui in editis libris corruptus est. Phocas Imp. in constitutione quadam, Κελλία δὲ καὶ τὰς καλουμένας λαύρας ἐν ἐρήμοις οἰκοδομεῖν οὐκ εἴργομεν. Alibi λάβραι indiscriminatim pro eodem scriptum offendes. In constitutione Manuelis Comneni, quâ immunitas Ecclesiasticis & monachis conceditur. διὰ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου θεσπίζει καὶ διορίζεται πάντα τὰ τῇ σήμερον τιμώμενα ἀκίνητα παρὰ τῆς αὐτόθεν ἀριθμηθῆναι μοναστηρίων, ἢ καὶ ἡσυχαστηρίων, ἢ καὶ ἀσκητηρικῶν κελλίων, ἢ λαβρῶν, καὶ ἁπλῶς κατοικητηρίων μοναχικῶν. Auctor historiæ miscellæ, libro 24. *monasteria duarum magnarum labrarum, sancta videlicet memoria Charitonis, & Cyriaci Saba*. paulo pòst: *Similiter autem & laura eremi opinatissima, sancti Charitonis & sancti Saba, & reliqua monasteria & Ecclesia deserta facta sunt*. Etiam hodie montis Atho incolæ monachi suas monas, *lauras* vulgò nuncupant. Hæc si obseruasset eruditus ille vir, nunquam de superiore Epiphanij loco adeò alienam vero sententiam in medium protulisset. [Postremò non prætermittemus dicere, aliud fuisse lauras, aliud cœnobia. nam in vita S. Euthymij anachoretæ, quam Cyrillus quidam scripsit, ita scripta est. *Te oportet venire ad meam lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis, cœnobium verò ædificare illic, vbi meum ædificasti cœmeterium. Non enim lauram, sed cœnobium potiùs esse locum, Deo placet.*]

CAPVT IX.

Aristotelis τὰ θαυμάσια. Diodori Siculi τὰ περὶ βιβλιοθήκης. περιδρομή. ἔδαφος πεποικιλμένον ὑπὸ δημιουργῶν. μυστῶν & μυσιώτου. Demetrius Phalereus fratris sui τὰ ἐπιφανῆ θύει. Parrhasius habrodiætus. *πίνηγος ὕρος. ἀμφίσεμνος ἐδει. voluptas μονόζωνος. alia nonnulla.*

HISTORIA de panno illo mirabili Alcisthenis, desumi dicitur ex Aristotele ἐν τοῖς θαυμασίοις. intelligit librum Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, vbi extat hodiéque totidem penè verbis planéque iisdem narratio hæc. Meritò igitur priorem lectionem, ἐν τοῖς περὶ τρυφῆς θαυμασίοις respuimus, falsa est enim. Scribe ex Aristotele, καὶ τὸ δεικνύμενον μάλιστα πάντων ἐκεῖνο θαυμάζεσθαι. Excerpta sic, καὶ δεικνύμενον ὑπὸ πάντων ἐ.θ.ε. Ait, κατεῖναι ὑπὸ τοῦ τῶν χερῶν ἐκείνας βελτίους αὐτῷ ἐν τῷ ἐπὶ. de hac historia adi ad Strabonem libro sexto.

 Paulo

Paulo pòst, Διόδωρος δ' ὁ Σικελιώτης ἐν ταῖς περὶ βιβλιοθήκης, Ἀκραγαντίνους φησὶ κατασκευάσαι Γέλωνι κολυμβήθραν πολυτελῆ. nunquam factum, vt Diodorus Siculus historicos suos annales inscriberet *De Bibliotheca*, sed *Bibliotheca*; quod longè est aliud. Præterea apud Diodorum Siculum libro vndecimo, non est vox Γέλωνι in sermone de hac piscina: neque ex eius verbis possis eam tueri. Adde quòd Agrigentum non Gelonis, sed Theronis in potestate tum fuit. hæc παροράματα sunt huius philologi, dum Excerptorum suorum fidem sequitur. De Siculo Damophilo auctore belli Siculi lege eiusdem Diodori reliquias lib. 34 περιδρόμους eleganter Athenæus vocat homines ad vtrumque latus accurrentes, cùm Damophilus rhedâ aut lectica veheretur. Ait, αἰθουσαι τε πολλαὶ τῶν ἐδαφῶν ἐν ταῖς αἰθρώσι ποικιλλόμεναι διὰ ψηφολογίας μουσικῶν ἐπὶ δημιουργῶν. *multa in andronibus pauimenta conficebant florida, picturata ab artificibus musiuariis.* Græci veteres hos artifices ψηφοθέτας vt dictum est ad Suetonium. recentiores imitati Latinos, μουσοῦν vsurpant pro *picturare de musiuo.* μουσίωμα illis opus eiusmodi. μουσιώτης *artifex musiuarius.* αἰθουσαι pauimenta appellat, vel picta multis diuersis coloribus: vel in queis veri flores depicti. Quòd autem Demetrius ἐπεμελεῖτο καὶ τῆς ὄψεως, arguit *Calliblephari* cognomen, ab hoc studio illi inditum. Assentior mox Dalecampio, legenti, ᾖδεν ὁ χορὸς εἰς αὐτὸν ποιήματα Κασταρίωνος τοῦ Σολέως. eius poëtæ facta mentio libro decimo extremo. Sequitur, Demetrium, occiso fratre ipsius Himeræo ab Antipatro, cum Nicanore versatum esse, αἰτίαν ἔχοντα, ὡς τὰ ἐπιφάνια τῷ ἀδελφῷ θύοντα: id est, *credente vulgo, fratri suo epiphania sacra ipsum facere.* Impietatis crimen est, quod hîc Demetrio impingitur: quasi ille fratrem suum in deorum numerum retulerit, & more cæterorum deorum statis sacrificiis festísque colere instituerit: consecrato honori eius die, quem *Epiphania* appellabat. Græci ἐπιφανείας deûm vocant eorum præsentiam in terris: quando vel oculis spectandos se exhiberent, vel aliquo modo præsentiam suam testatam facerent. Dionysius Halic. libro secundo: παῖδας δ' ἄξιον καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἱστορῆσαι τῶν θεῶν, ἣν ἀπεδείξαντο τοῖς ἀδίκως ἐγκληθεῖσιν παρθένοις: idem paulo pòst Epicuréos grauiter reprehendit. & omnes philosophos, τοὺς διασύροντας τὰς ἐπιφανείας τῶν θεῶν. In Græcorum historiis frequens dictio est ἐπιφάνεια. hoc sensu, Cicero *præsentiam* Latinè vertit. cum ait in secundo De natura deorum: *Itaque & in nostro populo & in cæteris deorum cultus, religionúmque sanctitates existunt indies maiores, atque meliores. Idque euenit non temerè, nec casu, sed quòd præsentiam sæpe suam diui declarant.* ὅτι πολλάκις τὴν ἐπιφάνειαν αὐτῶν οἱ θεοὶ ἐπιδείκνυνται. & libro extremo. *Præterea ipsorum deorum sæpe præsentia, quales suprà commemorauimus*, &c. Inde sunt instituta festa Epiphania, ad celebrandam memoriam alicuius deorum ἐπιφανείας. Sic populus Christianus Epiphania appellauit diem consecratum in honorem & memoriam τῆς πρώτης ἐπιφανείας Domini nostri IESV-CHRISTI. Sic Demetrius Phalereus, vt ex hoc loco apparet, Epiphania fratris sui, crudeliter ab Antipatro trucidati, (vt legere est apud Plutarchum in Demosthene, & in Excerptis Photij ex Arriani historiis τῶν μετ' Ἀλέξανδρον) agitabat. [Existimo autem Demetrio fratrem in quiete visum, aut tale quid accidisse, quod eum impulerit, vt ei Epiphania faceret, & priuatam hanc solemnitatem institueret. Veteres Athenienses impietatis eos arcessisse, qui defunctis honorem vllum diis proprium haberent, testis est Attica historia: & nota omnibus calumnia in Aristotelem. *Theognis* deliciæ Demetrij in MSS. est Δίογνις. De Lucullo plura auctor libro sexto sub finem. De Parrhasio iterum lib. vltimo. *Habrodiætum*, inquit Plinius, *se appellauit Parrhasius.* respiciens versum hîc descriptum, Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ ἀρετήν τε σέβων τάδ' ἔγραψε. Alibi diximus, ὅρον aut τέρμα alicuius rei dici, quod volumus intelligi summum esse. sic τέρμα φιλίας, ὅρος πενίας, *summa amicitia, summa paupertas.* τέρμα τέχνης, ars perfecta, cui nihil possit addi. cocus apud Hegesippum: Οὐκ ἀλλὰ τὸ τέρμα τῆς μαγειρικῆς τέχνης εὑρημένον ἐπὶ νῦν νόμιζε μόνον ἐμέ. Sic in descripto hîc epigrammate, postquam dixit Parrhasius sibi inuenta artis suæ τέρματα: addit, ἀνυπέρβλητος δὲ πέπηγεν ὅρος. ἀμώμητον δ' οὐδὲν ἔγεντο βροτοῖς. pessimè viri docti ista acceperunt, qui ὅρον siue οὖρον, *tumulum* interpretati sunt. nihil ineptius, nam Parrhasius pergens in gloriatione consummatæ artis, *hæret*, inquit *terminus*, *nulli* pictori *superabilis. cæterùm nihil est in rebus humanis quod reprehensioni non sit obnoxium.* venusta planè epigrammatis clausula. vbi autem legerunt interpretes μεμψάσθαι pro *conqueri?* Iidem, cùm in præcedentibus hisce verbis, ηὔχησεν δ' ἀνεμεσήτως ἐπὶ τούτοις καὶ ἀπιστοῦσι λέγων. negationem desiderari animaduertissent, quod nimis certum est. ante vocem ἀνεμεσήτως, eam collocarunt: quod non probamus nos, qui ita potiùs scribendum censemus: Ηὔχησεν δ' ἀνεμεσήτως ἐπὶ τούτοις, ἅτε οὐκ ἀπιστοῦσι τοῖς κλύουσι λέγων. id est, *gloriatus est citra inuidiam, facilè credentibus, qui audiebant cùm diceret*, ea nimirum quæ deinceps sequuntur. Si cui placeat magis τὸ, οὐκ ἀνεμεσήτως, dicemus respexisse Athenæum, iudicium illud quo magnis suffragiis superatus est Parrhasius à Timanthe Sami. Μονόχρονον voluptatē mox appellat auctor, ex Aristippi sententia, cuius sit vnum tempus. Vulgò tempus diuiditur in præteritum, præsens & futurum. at voluptas Aristippo vnum dicitur habere tempus: præsens nempe: quia præteritæ voluptates non sentiuntur ampliùs: futuræ, nondum. auctor ipse explicat se: neque aliter accipiendum. Tertius Alexidis versus vulnus accepit in medio. Expleri sic potest:

---- καὶ φιλοσοφεῖν

Ἐπίθετ', ὅτ' Ἀθήνησι Κυρηναῖός τις ἦν

Ἐκ τοῦ φροῦ Ἀρίστιππος.

Deinde scribe, ποιεῖν ἃ πάντα τῶν ἴσως. In fine scribe,

ſcribe, τὴν δὲ ἀρτυσίαν συνήρπασε. vel δὲ ἰουλίαν. artē μαγειρικὴν intelligit, vt rectè Dalec. tamen ἀρτυσίαν, MSS. In quarto Antiphanéo ſcripſimus, πιλίδιον ἁπαλὸν, *pileolus delicatus*. ex MSS. priùs legebatur πολίδιον, ineptè. nec minus ineptè, qui initio ſequentis, πιθαία πνίγε, renuente etiam metro.

CAPVT XII.

Καταδουλοῦσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις. Voces Epicuri καταγισμοὶ & ἐπιγαργαλίσματα. χορηγίαι καὶ λειτουργίαι. πλείονος pro vita non philoſophica. συμπεριφοραί. Anaxilæ λυροποιός. αἰσχολάλος. Annuli velares *Pron.* παχὺς ὗς ἐκεῖν' ἐπὶ σῆμα. ἀχειμαία κρέα.

NE membranæ quidem antiquæ manus, aliter hæc nobis exhibent, quàm vt vulgò eduntur: Ἀριστίππος ὁ μηνίς ἐν τῷ Ἀρχύτα βίῳ ἀφίησι ταχὺ Διονυσίῳ τῷ πατρὶ προσελθόντας. cùm tamen manifeſtiſſimum ſit, ἀφίησι ſcripſiſſe homines imperitos pro ἀφικέσθαι φησί. In Polyarchi diſſertatione, quâ probare nititur ſapientis eſſe ἀκολουθεῖν ταῖς ἡδοναῖς, turbant iſta verba: τὸ δὲ ἀντιτείνειν καὶ καταδουλοῦσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις οὔτε εὔφρονος οὔτε εὐτυχοῦς, οὔτε ξυνιέντος εἰδέναι τίς ποτ' ἐστὶν ἡ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως σύστασις. Illud quidem non dubium, εἰδέναι perperam ſcriptum eſſe pro εἶναι, *non eſſe eius qui intelligat*, &c. Sed eſt in voce καταδουλοῦσθαι nonnulla difficultas. Apud philoſophos, & ſacrarum etiam literarum auctores ſerui cupiditatum appellantur, qui totos ſe illis dediderunt. Si ita hîc accipiamus, ſenſus erit: parum ſapere qui aduerſantur & quaſi reluctantur naturæ cupiditatibus: & item eos, qui ita ſeſe illis mancipàrunt, vt ipſis quaſi dominis ſeruiant. optima quidem ſententia: ſed an hoc Poliarchus (ſiue Polyarchus: vtroque modo enim ſcribitur) voluerit, id verò quæſtionis eſt: non enim videtur hæc ſententia ei theſi quadrare, quam ipſe propugnat. Itaque καταδουλοῦσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις, potiùs interpretor, inuitum parere cupiditatibus: de incontinentibus loquitur, qui aſſiduè cum cupiditatibus ſuis pugnantes, aſſiduè ſuccumbunt, & illis εἴκοντες ἀέκοντι θυμῷ manus dant. ſeruiunt igitur & iſti voluptatibus, non minus quàm intemperantes, ſed ſeruiunt coacti: qui poterant, imò debuerant ex huius Thaletis præcepto, naturam ducem ſecuti, carere eâ moleſtiâ, & æquo animo frui voluptatibus. Cùm ait, ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἡ τε Ἀσία ὅλη χορηγεῖ. deeſſe aliquid apparet, niſi legas, ἡ Ἀσία, vel ἥγε Ἀσία. ſed verius opinor deſiderari vnum aut alterum verbum. nam Perſæ tunc temporis præter Aſiam parebat Europæ etiam pars aliqua, & Ægyptus, fortaſſe, quam plerique ab Aſia ſepararunt. Mox ſcribe, Μῆδοι δὲ Πέρσαι ἄλλοι τὴν αὐτὴν αἰτίαν, non ποιοῦσιν. Ait, καὶ τὸν θαίρετόν τε ἐπισημαίνει τοῦ βασιλέως, φησὶν ὡς ἀμφί κρ. locus quem reſpicit eſt in Necyia, ὀδυσσ. λ. Ait, ἵνα μὴ τοὺς καταγισμοὺς λέγω, καὶ τὰ ἐπιγαργαλίσματα, ἅπερ πολλάκις προφέρεται ὁ Ἐπίκουρος, καὶ τοὺς γαργαλισμοὺς καὶ νύγματα. his quatuor vocabulis ſolitus vti Epicurus, vt exprimeret animi ad voluptates ruentis impetus. Sed vocem ἐπιγαργαλίσματα quis ferat ? [Equidem referebam id verbi inter eas Epicuri dictiones, quæ damnatæ antiquis criticis; de quibus olim ad librum 10. Diogenis Laërtij aliquid obſeruabamus. ſed hæreo nonnihil; quia apud elegantiſſimum ſcriptorem Philonem id vocabulum obſeruo. Proferam eius locum, vt diſcat lector, quo ſenſu nouam vocem vſurparit Epicurus. nam Dalecampius qui vertit vulnera, non ſimpliciter errat. Philo in Allegoriis. ὁ προκόπτων, inquit, λέγεται τὰ ἐγκοίλια καὶ τοὺς πόδας λύειν, οὐ τὴν ὅλην κοιλίαν. ἱκανὸς γὰρ οὐκ ἐστὶ πᾶσαν ἡδονὴν διώσασθαι, ἀγαπητὸν δὲ ἐὰν τὰ ἐγκοίλια αὐτῆς· τουτέστι, τὰ ἐπιγαργαλίσματα, ἅφασιν οἱ φιλήδονοι ἐπιδόσεις εἶναι τινὰς τῶν προηγουμένων ἡδονῶν, ἃ γίνεται ὀψαρτυτῶν καὶ σιτοπόνων λίχνων περιεργίᾳ. Non eſt hîc locus explicandi allegoricam interpretationem, quam ibi perſequitur Philo, verborum Moſis, Leuitici capite primo, 13. ſed apparet mediocriter attendenti, ἐπιγαργαλίσματα Philoni, vel potiùs ei quem laudat Philo, (is autem eſt proculdubio Epicurus :) eſſe gulæ ſcitamenta, quæ non ad alimonium eduntur, ſed ad voluptatem, qualia ſunt, ait Philo, quæ parantur ab artificibus condimentorum, & à panificibus, hoc eſt, à confectoribus aut confectricibus panum vel placentarum, vel ſimilium cupediarum. Ex his conſtat. ἐπίτρωμα non deduci ab ἐπιτιτρώσκω, ſicut apud Hippocratem τρῶμα, quod ſignificat vulnus: ſed ab ἐπιτρώγω, quod eſt, edere aliquid ſupra conſuetum cibum: putà panem & obſonium.] Subiicit auctor, Καὶ Μητρόδωρος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς φησὶν, ὦ φυσιολόγε Τιμόκρατες, περὶ γαστέρα ὁ κατὰ φύσιν βαδίζων λόγος τὴν ἅπασαν ἔχει σπουδήν. Conferenda ſunt cum iſtis M. Tullij verba è libro primo De natura deorum. *Metrodori verò, qui eſt Epicuri collega ſapientia, multa impudentiora recitabat. Accuſat enim Timocratem fratrem ſuum Metrodorus, quòd dubitet omnia, quæ ad beatam vitam pertineant, ventre metiri: neque id ſemel dicit, ſed ſæpius.* Epicuréi Româ pulſi conſulto ſenatus nominantur mox Alcius & Philiſcus. Ælianus libro 9. cap. 12. *Alcæum* vocat. In fine edicti Antiochéi contra philoſophos, ſcribe, καὶ μὴ ἄλλως γίνηται. ſupple ὅρα. Lyconem philoſophum, qui familiam Athenis duxit, ita damnoſum & πολυτελῆ fuiſſe ſcribit dipnoſophiſta, ὥστε καὶ πολλοὺς ὀρρωδεῖν τῶν βουλομένων προσιέναι πρὸς τὴν διατριβὴν αὐτοῦ, καθάπερ εἰς πολίτευμα πονηρὸν καὶ χορηγιῶν καὶ λειτουργιῶν πλῆρες ἀποδειλιῶντας, προσάγειν. ad ſcholam huius ſophi, inquit, ſic verebatur accedere & illi nomen dare, quemadmodum iure aliquis metuat eiuis fieri malè inſtitutæ ciuitatis: cuius videat ciues ordinariis pro rep. blica impenſis, eſſe exhauſtos. Duabus vocibus auctor complexus eſt omnes ſumtus, qui olim in multis Græcarum ciuitatum à priuatis pro rep. neceſſariò fiebant. Χορηγίας, ſumtus ad ſolennia ſacrorum & ludos. λειτουργίας multa

erant genera: vt propter bellum, aut annonæ angustiam. Athenis, maximum onus fuit trierarchia & illæ quas vocabant ἐπιδόσεις. Huiusmodi quædam onera sustinenda erant iis, qui Lyconi vellent operam nauare. ἃ δὴ πάντα, inquit mox Athenæus, ἐφαίνετο λόγου μὲν ἀλλότρια καὶ φιλοσοφίας εἶναι, τρυφῆς δὲ καὶ περιστάσεως οἰκειότερα. opponit philosophiæ περίστασιν, id est, vitæ alienæ à cura rerum humanarum, occupatam & sollicitam, qualis solet esse vulgò hominum. περιστάσεις dicuntur casus qui hominibus vsuveniunt læti aliquando, sæpius aduersi & tristes: hîc περίστασις est vita exposita huiusmodi casibus: in sacris literis est ὁ κόσμος, cùm opponitur τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. frequens vox in Stoicorum libris, & eiusdem ætatis scriptoribus: de qua plura alibi. apage hinc *coronas & circulos* interpretum. Mox ante hæc, οὐ γὰρ ἵνα συῤῥυέντες, desunt aliquammulta verba: nam superioribus non cohærent sequentia: loquitur enim de conuentibus & sodalitatibus aliorum philosophorum: quos ait non voluptatis ergò vnà ess. solitos: ἀλλ' ἵνα φαίνωνται καὶ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ φυσικῶς ἀλλήλοις συμπεριφερόμενοι. Nicolaus Sturio emendabat φιλικῶς. & est sententia optima. non probo tamen, quia in omnibus libris disertè φυσικῶς. id est, *secundum naturam hominis*. homo enim est, φύσει ἀγελαῖον ζῶον & societatis amans. hoc maximum coagulum est sodalitatis καὶ συμπεριφορᾶς, id est, mutitationum. id enim est συμπεριφέρεσθαι, *mutitare*, siue *mutuitare*. vide libro quarto. addit, ἕνεκεν αἰνέσεως καὶ φιλολογίας. Excerpta, φιλολογήσεως. quid αἴνεσις, quid φιλολόγησις hoc loco, eleganter explicat A. Gellius libro decimo octauo, capite secundo. In narratione de Anaxarcho multa peruertunt interpretes. Studiosi eorum peccata emendabunt. nos ad alia properamus. Scribendum, θεῖ ἐν τοῖς Ἀναξίλα Λυροποιῷ, non Λυροποιοῦ, ex ipso Athenæo & Polluce. ᾠὰ κολάπτων oua tundens, rectè omnes libri non λάπτων. ouum in calido cinere coctum qui vult esse, tundat oportet, id est, κολάπτειν. Ne quem decipiant qui ista paulo pòst corrigunt, ψιλοτάπιδα ἔχοντα κερκωτὴν καθάπερ τοὺς στρωματεῖς αἰτεῖν, id est, *super tapete leui annulos habente, vt illa segestria quibus annuli inuoluuntur*. Habuisse τοὺς στρωματεῖς annulos, quibus vtebantur in constringendis stragulis, testis locuples Theophrastus Historiæ Plantarũ libro quarto, loquens de arbore cucifera, quam & ipsam Plinius vocat *cuci*. habet, inquit, πυρῆνα μέγαν καὶ σφόδρα σκληρόν. ἐξ οὗ τοὺς κρίκους τορνεύουσι, τοὺς εἰς τοὺς στρωματεῖς τοὺς διαποικίλους. Plinius vertit, sed accommodans sententiam seculo suo, *lignum intus grande, firmaque duritia, ex quo velares detornant annulos*. vberiùs ista in commentario De lectis veterum. I nunc, & lege κροκωτὴν cum Dalecampio, ac de croceo colore interpretare Historia de Dionysio Heracleæ tyranno, qui ὑπερεσάρκησεν, extat etiam in Memnonis fragmẽtis, & apud Ælianum libro nono, capite decimo tertio. Qui apud Menandrum dicebant, παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα, exules erant Heracleotæ: qui liberam sibi fuisse in patria facultatem querendi de suis malis negabant. metuisse enim tyrannum quem vocabant παχὺν ὗν. vt Latini *porcos* appellant, quos edacitas obesos reddidit. Est autem allusum ad prouerbium βοῦς ἐπὶ γλώττῃ μέγας, quo vsus Æschylus, & alij tragici. Scribe: ἔχοντα πολλὰς χολάδας καὶ πᾶν, *aucto ventre & bene farcto*: cùm ait Menander, καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω. intelligit quam medici vocant ὀρθόπνοιαν. Scribe in verbis Ptolemæi, πολλαὶ μὲν τῶν ἀγρεμαίων ἔγκειται. ex libb. & Eustath. *ferinam* vocant ἀγρεμαῖα. adiicit Ptolemæus, πολλάκις δέ τινες καὶ κιθάριον ἀπολυθέντες προσδίδοασιν. non potest κιθάριον aliud significare quàm *paruam cytharam*. quod alienum est. qui accipiunt pro κιθαριστὴν, negligunt analogiam. Legendum καθάριον, *mundum*, *elegantem*. ferè apud auctores mundities opponitur τῇ πολυτελείᾳ. ita hîc accipiendum significat datum puerum à pedibus non magnæ rei: sed quem cultûs mundities commendaret. Descriptis impensis, quas priores sacerdotes soliti facere, narrat Ptolemæus, se omissis illis omnibus, phialas ex argento confecisse, τὸ τίμημα ἔχουσαν ἑκάστην, ὡς προειρημένων δαπανῶν: id est, quæ tanti constabant singulæ, quanti totus ille apparatus quem antè descripsit, constabat. Scribe, εἰ ἦ τὸ σχῆμα, non εἶναι. pendet enim oratio ab ἐφαίνετο. De hoc Lacedæmoniorum instituto Ælianus Variæ historiæ libro decimo quarto, cap. septimo. Simile illud Strabonis de veteribus Gallis: ἴδιον δὲ καὶ τοῦτο. ἀσκοῦσι γὰρ αὐτοὺς μὴ παχεῖς εἶναι καὶ προγάστορας. τὸν δ' ὑπερβαλλόμενον τῶν νέων τὸ τῆς ζώνης μέτρον ζημιοῦσι.

CAPVT XIII.

Λεωτρεφίδης. Thumantis. *Melitus tragicus notata leuitas Græcorum super quorundam prodigiosa tenuitate.* βάλλειν λήκυθον κενήν. *Mercurius* θεῶν προπομπός. *Prouerb.* περιφιλιππιδοῦσθαι. *Cephisodori* Trophonius. *Antiphanis* Thoricij. *Cratini* Chirones. *Mos veterum florem gestare auri impositum. Cur flores, fructus, & id genus alia præ manibus habere sit moris.* σωτυχία. προύπογράφειν. ὠχραίνεσθαι.

POSTEAQVAM multa dixisset Athen. de præpinguibus quibusdam & catasarcis, ad Timocratem suum conuerso sermone, πόσῳ ἄν, inquit, κάλλιόν ἐστιν ἀγαθὲ Τιμόκρατες, πενόμενον εἶναι λεπτότερον ἢ κατὰ λίγδ' Ἕρμιππος, &c. pendet oratio hæc, vsque ad illa quæ interuallo satis magno sequuntur. πολλῷ ἂν κάλλιόν ἐστι μικρόν τινα εἶναι τὴν ἰδέαν, ἢ ὥς φησιν Ἀντιφάνης. & quæ sequuntur. Inter hæc sermo interiectus est de quibusdam miræ tenuitatis hominibus, atque adeò prodigiosæ. talia enim reuerà sunt nonnulla eorum quæ hîc narrantur exempla. Primi in hunc censum nomina sua deferunt, *Leotrephides* & *Thumantis*, quorum simul meminit Hermippus in *Cercopibus*. Extat idẽ Hermippi locus in antiquis comi-

ci

ci scholiis ad *Aues*. atque ibi scriptum Λεωτροφίδης, non solùm apud interpretem, verùm apud ipsum poëtam, qui huius meminit illa in fabula. In versu Hermippi pro Θυμαίνδ@ rescripsit Dalec. Θαυμάνδ@, & de Iride interpretatur φιλοσοφικώτερον. Quàm vellem acumine isto ingenij esset visus alibi: nam hîc quidem non licuit ei esse ingenioso, propter frigus sententiæ quam inuehit: propter constantiam vulgatæ lectionis in omnibus exemplaribus, etiam apud scholiastem Aristophanis, qui hæc ipsa describit. postremò propter ipsum etiam Aristophanem, qui Thumantidis huius sic meminit in Equitibus.

Μηδὲ Θούμαντιν πεινῶντ' αὖ
Αὐτὸν ἐκύσῃ καρδία·
Καὶ γὰρ οὗτος, ὦ φίλ' Ἄπολλον
Πεινῇ, θαλεροῖσι δακρύοις
Σᾶς ἀπτόμενος Φαρέτρας
Πυθῶνι ἐν, διὰ τὸ κακῶς πράττειν.

ex quibus verbis duo licet cognoscere: & præ fame exsuccum ac macilentum hunc fuisse: & fatidicam Apollinis laurum solitum mordere. atque inde nomen. nam Θούμαντις, est θεόμαντις. ita nullus Thaumantidi illi suppositititiæ locus relictus. Versus primus ῥήσεως Aristophanéæ, ex *Gerytade* sumptus est, vt plurimi alij eius poëtæ de Euripide, initio Hecubæ. Quartus manifestò corruptus initio, Οἱ σημαίνοντας αἰδοφοίτας. nihil enim illa significant, οἱ σημαίνοντας. præterea lex metri mendam arguit. Legebam: Ἐκεῖ ἥκοντας. sed quia sequitur, θαμὰ ἑκάστοτε φιλοχωροῦντας: meliùs, οἱ δὲ ἥκοντας. qui etsi habitant inter viuos, inter mortuos tamen sæpe comparent. Μέλητος constanti errore ter mox scribitur pro Μέλιτος. ita igitur posthac emendemus. nam τὸ η in media syllaba vocis huius versus respuunt, & qui hîc recitantur, & omnes alij, in quibus misselli huius tragici fit mentio. Aristoph. *Ranis*, Σκολιῶν Μελήτου καὶ Καρικῶν αὐλημάτων. Enarrator vetus: τραγικὸς ποιητὴς ὁ Μέλιτος. οὗτος δὲ ἐστὶν ὁ Σωκράτη γραψάμενος. omitto Ælianum Ποικίλης libro decimo, capite sexto. In *Cinesiæ*. gracilitatem, extant & Alij Aristophanis ioci: vt in *Ranis*,

Εἶπας πλευρᾶς Κινησίαν Κινησίᾳ,
Αἴροιεν αὔραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.

[Habes apud Galenum in septimo Commentario ad Aphorismos H. Platonis Comici de hoc Cinesia lepidos versus.] Proximi tres versus qui apud poëtam non longè à præcedentibus erant collocati, habent hanc sententiam. Eorum qui legatos istos adeò tenues & leues in Orcum misissent, spes esse admodum tenues: quia periculum ingens esset, ne istos parui ponderis legatos Diarrœas fluuius correptos secum deferat, si eius aquæ fortè intumuerint. Poëtæ verba sunt leuiter à nobis emendata.

Εἰς σφόδρ' ἐπὶ λεπτῶν ἐλπίδων ὠχοῦνθ' ἄρα.
Τούτους γὰρ, ἣν πολλὸς ξυνέλθῃ, ξυλλαβὼν
Ὁ τῆς Διαρροίας ποταμὸς, ἐξοιχήσεται.

Quartum his versum adiicit Dalecampius de Sannyrione. sed locus apparet mutilatus. neque est causæ, cur cum illo sentiamus. Quoties lego quæ de Philetæ & varis Archestrati paruitate & gracilitate narrant Græci scriptores: non possum quin satyrico poëtæ subscribam, cuius est dictum, *& quicquid Græcia mendax Audet in historia*. De Phileta probabilior saltem Æliani narratio: qui gestasse eum scribit non globos, sed soleas plumbeas. & quærit idem non iniuriâ, si tanta fuit Philetæ imbecillitas, quî potuerit hæc inter eundum pondera trahere. De altero quis adeò communi sensu caret, qui credat quod hîc narratur? repertum esse cùm appenderetur, ὀβολοῦ ἕλκειν ἔλαττον. nam in librarios culpam coniicere, haut scio an sit licitum. Ælianus enim per omnia huic narrationi consentit. Etiam Hipponax inter homunculos, de quibus hîc est sermo, recensetur: sed additur, fuisse eundem adeò ἀκρόχειρα & validis lacertis, ὥστε πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ κενὴν λήκυθον βάλλειν μέγιστόν τι διάστημα. id est, *vt præter alia* roboris argumenta quæ edebat, *etiam inanem ampullam iaceret longissimè*. Duplex hîc non pœnitendarum virium specimen. quòd ampullam longè vibraret: quòd vacuam. faciliùs enim plena quàm vacua διὰ τὸ αὐτῆς ὁρμὴ impulsa feratur: malè in Excerptis χαρὶν pro κενὴν. Alexidis versus de Philippide, Ἑρμῆ θεῶν πομπαῖε καὶ Φιλιππίδου: duplici nomine suspectus mihi. πομπαῖε, Græcum non est, sed πομπαῖος. Mercurius autem non est deorum πομπαῖος, sed mortuorum. Lego, Ἑρμῆ νεκρῶν πομπαῖε καὶ Φ. Suprà dicebantur ᾀδοφοῖται, similes Philippidæ homunciones. id ipsum aliis verbis significat Alexis. similiter statim Aristophon mortuis accenset Philippidam: à quo manauit, sicut obseruatur hîc, vt supra modum extenuatum dicerent πεφιλιππιδῶσθαι. Ita bis scriptum in plerisque libris omnibus, imò bis peccatum. nam πεφιλιππιδῶσθαι rectum est, illud falsum: etsi non nescimus ita scribi apud Suidam quoque: falsò: vt cùm analogia, tum lex metri arguunt. De iisdem dici solitum. *posse ipsos per annulum traiici*. Aristophanes διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἐμέ γ' ἂν διελκύσαις. Locum Alexidis ita lege,

Κακῶς ἔχεις, σφόδρ' ἀκαρὴς νὴ τὸν Δί' εἶ.
Πεφιλιππίδωται. μὴ συνεχῶς μοι λάλει.
Ἐγὼ τέθνηκα. τῶν ἐλαχίστων πάθος.

Morem fuisse veterum delicatorum pedes vnguentis vngere, probatur testimonio Cephisodori in *Trophonio*: cuius versus ita distingue,

Ἔπειτ' ἀλείφεσθαι τὸ σῶμά μου, πρίω
Μύρον ἴρινον καὶ ῥόδινον.

Eius fabulæ Pollux meminit, libro septimo: τὴν δὲ σμηματρίδα, inquit, sic enim legendum Κηφισόδωρος ἐν Τροφωνίῳ εἴρηκεν. meminit & aliis locis. Citatur in eandem rem & Antiphanes ἐν Θορικίοις. Scribendum per ι. Θορικίοις. plena inscriptio est libro decimo quinto, Θορίκιοι ἢ διορύττων. traducebat hæc fabula Thoricios. Thoricus vnus erat τῶν δήμων agri Attici. Versus Anaxandridæ scribendi sic, ex libro decimo quinto.

Μύρῳ δὲ χρῆται Πάρμενός γ' οὐκ ἀπὸ δεῖ σὐ

ἐχθὲς μελανθίῳ πολυτελοῦς αἰγυπτίου
ὦ, νυνὶ ἀλείφει τοὺς πόδας Καλλιστράτου.

Sequitur, Teleclidem in fabula *Prytanibus*, luxu diffluentem exagitaſſe τὸν ἐπὶ Θεμιστοκλέους βίον. hæc ſcriptura non Themiſtoclem priuatim, ſed omnes qui eius ſæculo vixerunt accuſat. Interpr. τὸν τοῦ Θεμ. β. diſſentiunt libri. Mox Κρατῖνος δ' ἐν Χείρωσι τὴν τρυφὴν ἐμφανίζων τὴν τῶν παλαιοτέρων, φησίν, ἁπαλὸν δὲ σισύμβριον, ῥόδον ἢ κρίνον περὶ οὖς ἐθάκει, περὶ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων, σκίπωνά τ' ἠγόραζεν. Alibi, vt in Pericle Plut & ſcholiis Ariſtoph. inſcribitur hæc fabula non Χείρωνες, *Chirones*: ſed Χείρονες, *Deteriores*. Heſych. contrà in αὐτόφωρ@, Χείρωνα, *Chironem*: notum nomen ex fabulis. Ex hoc autē Cratini loco apparet, variè ad oblectationem aut voluptatem floribus eſſe vſos veteres. Caput, collum, & pectus coronis ornaſſe illos, notum omnibus. multa libro 15. de eius generis coronis. Sed etiam auribus flores aut ſolutos aut ſertos imponebant. argumento ſunt Cratini verba, *molle ſiſymbrium, aut roſa, aut lilium auri inſidebat*. legimus namque παρ' οὖς, non περὶ οὖς: quod ferri non poteſt. Remanſit in moribus noſtris hæc conſuetudo: cuius hîc teſtimonium habes antiquiſſimum. Præterea tribuit Cratinus habrodiæto quem depingit, malum in manu, & ſcipionem ſiue baculum. de malo quæritur mox: de ſcipione dictum extremo libro vndecimo. Proponitur deinceps hæc quæſtio ex Eroticis Clearchi: cur flores, fructus, & id genus alia manibus geſtamus? Summa reſponſionis eſt: quoniã per iſta, & occaſionem colloquendi nanciſcimur, & præbendi exemplum deſiderij noſtri: id eſt, docendi ſub exemplo, quid ipſi expeteremus. hoc ita Clearchus: ἀρχή τε γὰρ ἐντυχίας, καὶ παράδειγμα τῆς βουλήσεως αὐτοῖς γίνεται διὰ τούτων. quid appellat ἀρχὴν ἐντυχίας? an principium amoris? quam iſti ſummam fœlicitatem putant. nugæ. Legendum συντυχίας, *colloquij*. declarat quæ ſubiicitur ab eodem explicatio. αἰτηθέντι μὲν τὰ προσαγορευθῶσι. διδοῖ δὲ προϋποχάφειν ὅτι δεῖ καὶ αὐτοὺς μεταδιδόναι τῆς ὥρας. Cùm habet aliquis præ manibus aut flores, aut fructus & bellaria, qui vident, concupiſcunt: mouet enim, aiunt, obiectum potentiam. petunt igitur. inde colloquiorum occaſio & principium. qui dant autem, ait Clearchus, hoc ipſo ſatis indicant quid poſtulent, & quid ſibi dari æquum cenſeant. ὑποχάφειν, vt dicebamus ad Strabonem, eſt loqui tacendo, & tectè aliquid ſignificare. Lege mox ſublato aſteriſco, καλὸν γάρ ἐστι τὸ τῆς ὀπώρας καὶ τὸ τῆς ὥρας οὕτως πρόσωπον. Parum vſitatum verbum eſt ὡραΐνεσθαι, quo vtitur Clearchus: οἱ ἐρῶντες οἷον ἐντρυφῶντες ὑπὸ τοῦ πάθους καὶ ὡραϊνόμενοι τοῖς ὡραίοις ἁβρύνονται. pro eo quod vſitatiùs dicitur ὡραϊζόμενοι. Lege, ὅθεν καὶ αἱ περὶ Περσεφόνην ἀνθολογεῖν λέγονται. Diodorus Siculus initio libri quinti, Claudianus in Raptu Proſerpinæ, & alij. Qui dicitur extremo libro Ἀξωνεὺς Θράσυλλος, *Thraſyllus* eſt Æliano libro 4. cap. 25. omninò autem Αἰξωνεὺς ſcribendum.

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONVM in Athenæi Dipnoſophiſtas, LIBER DECIMVS-TERTIVS.

CAPVT I.

Argumentum libri huius. Notata veterum in ſcriptis περιεργία *& laſciuia. Lacedæmoniorum coniugia. Ariſtotelis liber* Περὶ εὐγενείας. ὁ κρείων. *Meta prima Herculis coniunx. Philippi regnum* παραγενομένου *pro* παραγενομένῳ. *Pron,* ἀλλ' ἐξεῖναι πόρθμις ἐλαττόνι πλάτῃ. Ἄρχειν *pro* ἐπιμελεῖσθαι, *vel facere.* ἡ νόμῳ γαμετή. *Cupido, Mercurius, & Hercules in gymnaſiis dedicari ſoliti.*

LIBRI huius argumentum verbo declarauit Athenæus, qui Ἐρωτικὸν, ſiue τὸν περὶ ἐρωτικῶν λόγον illum inſcribit. Videtur auctor æmulatione Platonis huiuſmodi ſermones dipnoſophiſtis ſuis attribuiſſe. nam in Conuiuio Platonico, de Amore ſolùm diſputant conuiuæ. Sed ille, vt philoſophus, amoris naturam, ortum & cauſſas eo commentario nos docet. hic, vt philologus, quæ de amore & rebus ad eum ſpectantibus apud veteres legerat, quorum hodie ſcripta deſideramus, vtplurimùm αὐτολεξεὶ commemorat. Finis huius ſcriptionis, quem ob oculos Athenæus habuit, eſt πολυμάθεια, & illa rerum omnium antiquarum cognitio, quæ & per ſe expetitur, & ad intelligendos veteres ſcriptores, ſanè quàm neceſſaria eſt: maximè autem comicos: ad quorum lectionem totum hoc opus εἰσαγωγὴν, quandam eſſe & παρασκευὴν, vberrim docuimus ſuo loco. Ibi ſatis deteſtati ſumus veterum eruditorum hanc laſciuiam ſiue petulantiam, aut immanem certè περιεργίαν: qui bon. s horas talibus ſermo

sermonibus malè perdere non erubuerint. Non est profectò viri sapientis, doctrinæ & πολυμαθ-γμοσύνης laudem, pudoris vel leuiculo damno, nedum iacturâ, ire sibi ascitum. Verùm hæc quia reprehendere quidem possumus: sed mutare non possumus: quod solum in nobis est, leuiter adeò istam partem attingemus, vt facilè omnes intelligant, nos hîc, ceu in aliquo ædilem metuente loco, non lubenter aliquot horas esse versatos. Igitur ἐγκαλυψάμενοι dipnosophistarum sermones raptim percurramus. Scripsimus cum omnibus libris, ἀπὸ συμβολῶν τε πολλάκις δειπνηκότες, ἢ περὶ ἑταίρας τινὰς edebatur περὶ ἑταίρας. interpres, περὶ ἑταίρα. neutrum probo. Postea distinguendum & legendum, Ἡμεῖς οὖν τὸν περὶ ἐρωτικῶν λόγον ἐνθάδε μέλλοντες καταβάλλειν (ἐξῆπται γὰρ καὶ περὶ γαμετῶν καὶ ἑταιρῶν πολλάκις λόγος.) οὐκ εἰδόσιν ἐκτιθέμενοι τὴν ἱστορίαν, τῶν Μ. negationem antè εἰδόσι restituit etiam Dalecamp. sed minus rectè interpretatur. nam hoc ait Athenæus: nos qui conuiuio interfuimus, historiam hanc nescientibus volentes exponere. Eratonem priùs inuocabimus, &c. De Lacedæmoniorum coniugiis scribit Plutarchus in Lycurgo, ἐγάμουν δὲ δι' ἁρπαγῆς. hunc raptum videtur mox auctor intelligere, etsi rem narrans paulò aliter: quemadmodum & cœlibum alias pœnas leges apud Plutarchum. In sermone de Socratis vxoribus, olim ex coniectura scribendum monueramus in Notis Laërtianis. περὶ δυσγενείας, pro συγγενείας. & sic postea in antiquis libris inuenimus. Cassandram, ait, εἰς τὴν Ἑλλάδα ὁ κρείων ἐπηγάγετο. sic omnes M S S. durum planè, nisi alluderet ad Homerica verba. Herculis sobolem & τὸ τῶν τέκνων πλῆθος recenset Apollodorus libro secundo Bibliothecæ. Hopletis filiæ, de qua noster, πρώτην μὲν γὰρ ἔγημεν Ægeus τὴν Ὁπλῆτος θυγατέρα, Meta fuit nomen. Apollodorus libro tertio, γαμεῖ δὲ πρῶτον μὲν Μήταν τὴν Ὁπλῆτος. Mox de Alexandro ὃς περὶ τῶν ὅλων πολεμῶν τελευτῶντας περιτέτηκεν περιῆγεν παλλακάς, id esset, *de summa rerum pugnans.* sed aliter libri, περὶ τῶν ὅλων πόλεμον: Philippum regnasse ait annos viginti, ἐν ἔτεσι γοῦν εἴκοσιν οἷς ἐβασίλευσεν ὥς φησι Σάτυρος. historiæ non congruit hic numerus. Scripti quidam, εἴκοσι καὶ δυοῖ. minus malè id quidem. Diodorus Siculus annos regnasse viginti quatuor, scribit libro decimosexto. Οὐδεὶς γάρ πως ἂν δυναιτ' ἀπανθρωπότατον φράσαι. Excerpta, οὐδεὶς ἂν δυναι-το. superlatiuus pro comparatiuo, vt apud Herodotum Musâ tertiâ: ὁ ἀνὴρ ἀλλοτριώτατός τι τῶν παίδων. Ἡ δὲ Ναννὼ τί νῦν διαφέρει Σκύλλης δοκεῖ; Excerpta. Ἡ δὲ Ναννίον τί δή. Et Nanno & Nannium eiusdem farinæ mulieres in his libris. Elegans prouerbium est quod Anaxilas vsurpat, ἀλλ' ἐξένευσε πορθμὶς ἐλατίνῳ πλάτῃ. *nauicula euasit tandem ope remorum.* de eo qui ex summo periculo emersit. [Meliùs autem scribas ἐξένευσε, per αἱ vide libro tertio capite vigesimo] Εἶθ' ἐπὶ τῆς ἔχειν προῖκ' οὐ χὶ πημὴν πάσχομεν. Nicolaus Sturio emendabat φάσκομεν. placet. tam fatui, ait, sumus, vt auctoramentum seruitutis nostræ vocemus dotem. In sequente versu χολὴν, *Iram* malè vertunt: cùm omnino *fel* debuissent: propter id quod subiicitur. ἄρχειν pro ἐπιμελεῖσθαι, *curare*: posuit Alexis: quia τῶν ἀρχόντων, id est, magistratuum officium est, curam habere eorum quibus præsunt. sic interpretor hæc, ὧν οὐκ ἐχρῆν ἄρχουσιν, ὧν δ' ἄρχειν ἐχρῆν ἀμελοῦσι. etsi non displicet accipere cum Dalecampio ἄρχουσι, *instituunt, facere aggrediuntur.* Alibi dicebamus, & Græcos ἄρχεσθαι ποιεῖν pro ποιεῖν, & Latinos, *instituere agere*, pro simplici agere, solitos vsurpare. Corrupit paulo pòst nuperus corrector hunc Amphidis versum, in comparatione legitimæ vxoris & amicæ illegitimæ. Ἡ μὲν νόμου γὰρ καταφρονοῦσ' ἔνδον μένει. prius fuit νόμῳ. doctissimi viri censuerunt esse mendosum locum. & νόμον scripserunt, & συμφρονοῦσα pro καταφρονοῦσα. frustrà. rectum est νόμῳ. vxorem legitimam περιφράζει sic: ἡ νόμῳ supple γαμετὴ. συζευχθεῖσα. Vertendum. *Nam vxor quidem maritum negligens intus manet.* opponit delitias & illices amoris blanditias amasiæ, seueritati legitimæ coniugis. [Menandri versus ex Arrhephoro distinctione personarum rectè illustrauit Dalecampius. In sexto scribe. Εἰς πέλαγος αὐτὸν σ' ἐμβ. pro σαυτόν. E' duobus autem sequentibus versibus tres conficiebat vnicâ voce suppletâ, quam verisimile est excidisse, illustrissimus Scaliger, hoc pacto:

Οὐ Λιβυκὸν οὐδ' Αἰγαῖον οὐδ' Ἰώνιον
Οὗ τῶν τριάκοντα οὐκ ἀπόλλυται τρία
Πλοιάρια· γήμας δ' οὐδὲ εἷς σέσωσθ' ὅλως.

Docta prorsus & necessaria coniectura.] Καὶ Θεόφιλος δ' ἐν Νεοπτ. superiora duo disticha Theognidis Theophilus iste senariis quatuor eleganter expressit. πρῶτον γενέσθαι πόλεμόν φησι δύο γυναικῶν Ὀλυμπιάδος καὶ Εὐρυδίκης. Significant hæc verba: primum omnium bellorum extitisse, cuius fuerint auctores duæ mulieres Olympias & Eurydica. falsum hoc: quis dubitat? etiamsi restringas ad bella propter mulieres excitata. omnino suspecta nobis vox πρῶτον. & fortasse Ἡ περιφανῆ rectè emendauerimus. suadent & mulierum harumce nomina. Duris autem Samius, vnde hæc historia describitur, Macedonicarum rerum historiam multis libris erat persecutus. meminit sæpe Athenæus eius historiæ: & vetus comici interpres ad Nebulas, librum decimum quintum Μακεδονικῶν citat. addit de Eurydica. ἀσκηθείσης τὰ πολεμικὰ καὶ παρὰ Κυάνῃ τῇ Ἰλλυρίδι. non est *Cyana* loci nomen, vt voluerunt: sed fœminæ viraginis Illyricæ, quæ Eurydicæ pro campidoctore fuit. Sed pro Κυάνῃ meliùs legas, opinor, Κυνάνῃ. Adi sodes ad Photij Excerpta ex Arriani libris τῶν μετ' Ἀλέξανδρον. Locus est pagina centesima vigesima quinta, editionis quam Augustæ Vindelicorum curauit optimus doctissimúsque Hœschelius. Euripidei cantici de amore, prima verba eduntur perperam. Scribo, παίδευμα δ' Ἔρως

Ἔρως (vel Ἔρωτι) σοφίας ἀρετῆς τε πλεῖστον ὑπάρχει· Καὶ προσομιλεῖν οὗτος ὁ δῆ. Senarius Euripidéus qui mox habetur imperfectus: nullo negotio ſic poteſt expleri, Ἢ μὴ διδάσκει τὰ καλὰ τοὺς βροτούς. Ait Amorem in gymnaſiis ſolitum συνιδρῦσθαι Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ. notabunt ſtudioſi de Cupidine: non enim paſſim obuium. At Mercurium & Herculem ornamenta fuiſſe omnium gymnaſiorum, paſſim teſtantur Græci, & Marcus Tullius ad Atticum. itaque fuerunt qui vnum ex duobus ſignum conficerent: Hermeraclam vocat idem Tullius.

CAPVT II.

Cupido Theſpienſium. Erotidia *feſtum apud eoſdem.* Halia *Rhodiorum.* Erxias *ſcriptor.* συνηγμένος. *Sophoclis locus exponitur & emendatur.* ἐξορθοῦν. μετρεῖν ὀφθαλμόν. πλουσιακὸν κακόν. ἱππόπορνος. κάττυμα. *calcei egenorum.* αἱ διακρίσεις. *Sparta καλλιγύναιξ. alia quadam.*

PERPERAM ſcriptum eſt, Θεσπιεῖς τε τὰ Ἐρωτίδια τιμῶσι, καθὰ Παναθήναια Ἀθηναῖοι, Ῥόδιοι τὰ Ἅλια. Legendum, Θεσπιεῖς. Theſpiæ vrbis in Bœotia nomen, vbi Cupido factus à Praxitele, dedicatus autem à Phryne vel Glycera colebatur. auctores Cicero, Strabo, Plutarchus, Pauſanias, Sidonius Apollinaris, alij. De feſto hoc ſic Pauſanias, ἄγουσι δὲ καὶ τῷ Ἔρωτι ἆθλα οὐ μουσικῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀθλητῶν τιθέντες. *Halia* Rhodiorum qui putant fuiſſe monumentum veteris θαλαττοκρατίας, errant. non enim ab ἅλς, id feſti nomen deducendum: ſed à voce Dorica Ἅλιος pro Ἥλιος, vt apud Plautum *Alis* pro *Elis*. Quis neſcit Rhodios Solem apud ſe natum (ita credebant) præcipuâ religione coluiſſe? Adi Strabonem libro decimo quarto, & Ariſtidem in Rhodiaca. qui etiam in altera oratione, quâ Rhodios ad concordiam hortatur, Rhodum, τὴν ἱερὰν τοῦ Ἡλίου πόλιν nominat. Scribit Euſtathius, fuiſſe apud Rhodios templum Soli ſacrum; quod Ἅλειον vel Ἁλίειον appellabant. Noli dubitare & feſtos Soli dies *Halia*, [vel potiùs *Haliea*, Ἁλίεια.] fuiſſe illis nuncupatos. Thebanorum ἱερὸς λόχος pluribus expoſitus nobis ad Polyænum. Ἐρξίας ἐν Κολοφωνιακοῖς citatur mox: alibi quod ſciam nuſquam. libro octauo laudatur Ergias quidam, qui de Rhodo ſcripſerat. fieri poteſt vt idem ſit, corrupto aut hîc aut ibi nomine. Scribe in Alexidis ecloga è *Phædro*, ἀλλὰ συνηγμένος Πανταχόθεν, ἐν ἑνὶ τύπῳ πολλὰ ἤδη φέρων. eſt enim à νέω, *accumulo*. vnde frequens apud poëtam νένηκε. & in fine. Οὐκ οἶδ', ὅ, τι ἐστίν. ἀλλ' ὅμως ἔχει γέ τι Τοιοῦτον, ἐγγύς εἰμι δὴ τοῦ ὀνόματος. Legit mox Dalec.

Ἦν ἥδιον ἰδεῖν ἐστὶ ἢ τὸ θεωρικὸν
Αἰτεῖσθ' ὑμῖν διανέμειν ἑκάστοτε.

non diſplicet lectio: interpretatio diſplicet: nam θεωρικὸν eſt pecunia, quæ publicè diuidebatur, vt haberent tenuiores vnde lucar penderent. Videtur poëta feciſſe hæc loqui ipſum Athenienſium populum. Reperi in quibuſdam libris ſcriptum aliquanto pòſt, καὶ ὁ Ἀρισείδης δ', ἔφη τῷ Γηρελικῶν πρώτῳ, τοὺς ἱερέας, &c. ſed non dubium ex ora libri irrepſiſſe illa τῶ ῥητ. πρ. cùm fuiſſent adnotata ad ſequentia hæc, ἐν εἰς τὴν αἰδῶ κατικεῖν. Extant enim in Rhetoricis ſimilia iſtis quædam: vbi ait philoſophus, ὅθεν ἡ παροιμία τὸ ἐν ὀφθαλμοῖς εἶναι αἰδῶ. διὰ τοῦτο τοὺς ἀεὶ παρεσομένους μᾶλλον αἰσχύνονται, καὶ τοὺς προσέχοντας αὐτοῖς, διὰ τὸ εἶναι ἐν ὀφθαλμοῖς ἀμφότερα. non eſt tamen hic locus in primo, ſed in ſecundo libro. Vide etiam in Problematis eiuſdem Sophi. Proximus Sophoclis locus, ex Hippodamia tragœdia eſt, niſi fallor. is ita habet.

Τοιάνδ' ἐν ὄψει λύγγα θηρατηρίαν
Ἔρωτος ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει.
Εἰθ' ἅλλεται μὲν αὐτός, ἐξορθεῖ δέ με
Ἴσον μετρῶν ὀφθαλμὸν ὥστε, τέκτονος παρὰ
Σταθμὴν ἰόντος ὀρθοῦται κανών.

Loquitur, vt monemur ab Athenæo, Hippodamia de Pelopis erga ſe amore. Pelops, inquit, ita fixos in me oculorum radios, amoris illices habet, vt quamuis in currum inſiliens, eique inſiſtens citis rotis agitato, nihilo tamen minùs rectis oculis me ſemper intueatur. Aſpicere rectis oculis & immotis, eorum eſt qui gratiſſimæ alicuius rei ſpectaculo fruuntur. Poëta ὀρθοὺς ὀφθαλμούς, qui dicuntur in prouerbio, periphraſi extulit: quæ deprauando huic loco fuit. nam legendum, ὥστε τέκτονος Σταθμὴν ἰόντος ὀρθοῦται κανών. Verbum ἐξορθεῖ accipit Dalecamp. pro ὁρᾷ, *cernit*. ſanè etiam λινοπτᾶν eſt *retia ſeruare*: vnde λινοπτώμενος, in Ariſtophanis Equitibus. poteſt verti, *vrit me* aſpectu ſuo. μετρεῖν ὀφθαλμὸν poëticè dictum, pro radios oculi aliquò intendere, ſicut linea, quâ aliquid menſuratur. quare pergens in eadem tranſlatione, comparat hos radios lineæ perpendiculari, quam facit materiarius faber demiſſa norma vel amuſſi. Quod autem τὸ ἐρᾶν ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν γίνεται, paſſim teſtantur poëtæ ἐρωτικοί: quorum teſtimoniis ſuperſedeo. τούτων ἔχει τι θάτερον. Tolle interrogationem, & transfer in finem præcedentis verſus. Vidéſne aliquem reſinatum aut raſum? hic duorum alterum habet: illa duo ſequentibus verbis explicantur. vel ignauus eſt, inquit, & qui militiæ nihil faciat pro viro forti, cuius indicium eſt barba: vel diuitum morbo laborat, id eſt, mollis & impudicus eſt, ac virum quærit. Scribe, Ἢ πλουσιακόν τι τούτῳ προσπίπτει κακόν. τί ἐστιν ὁ ἱππόπορνος. νῦν δ' εἰρηκέναι. Iocatur Diogenes: quaſi ἱππόπορνος vulgò diceretur *eques mœchus*. quod falſum eſt. nam in hac voce τὸ ἵππος ſignificationem ſolùm auget, & magnum ſtupratorem deſignat: vt in ἱππομάραθρον, ἱππολάπαθον, & ſimilib. ſic βοῦς in βούπορνος aliiſque.

καὶ τὸ ἦχων ἐμπιπλᾶσθαι ὦτα, κατ. Diſtingue ac lege, διερχεσθε ἐπὶ ταῖς τῆς φιλαργυρίας θύραις, εὐτελῶς ζῶντες, καὶ τελωνάρια περιβαλλόμενοι μικρά. καὶ τὸ ἦχων ἐμπιπλᾶσθαι ὦτα, καττύματα καὶ κιναίδους καλοῦντες, &c. Vos ſtoïces miſeri non ſolùm

ſordidè

sordidè & squallidè viuitis: verùm etiam, si quos videritis elegantiæ studiosiores, conuitiis illos proscinditis, κατύματα & cinædos appellantes τῶν ἥλων ὧτα ἐμπιπλάντες, soneis aureis impletis, dixit pro assiduè clamatis. Κάττυμα, propriè est solea quæ calciamēto suppacta vsu teritur: hic est conuitium in hominem pathicum, & vt veteres locuti sunt, officiosum, sic prorsus apud Latinos *scortum*, ἀπὸ τοῦ σκύτους. id est, *corio*. Hæc scripseramus, cùm inspectis diligentiùs antiquæ manùs libris, reperi, ἥλων pro ἤχων. neque ὦτα, sed ὁ τὰ. quæ lectio sententiam diuersam suggerit nobis, oppidò elegantem. Scribendum, καὶ τῶν ἥλων ἐμπίπλαντι τὰ κατύματα. κ.τ.λ. id est, *clauis calceorum soleas impletis*. rusticitatis & sordium argumentum, clauis suppactos calceos gestare. quâ de re ad Theophrasti Characteres multa. καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἀνδρείαις τοὺς καλλίστους ἐκλέγουσι. Dalec. *nam quibus in ciuitatibus magnus est virorum bonorum fortium ac bellicosorum numerus, pulcherrimos seligunt*. non est negandum τὸ ἀνδρεῖον hoc significare: hic tamen locus aliter sine dubio est exponendus. ἀνδρείας appellat selectos iuuenes ex omni pube, ad ritus religionis obeundos, declarat cùm addit, καὶ τούτους πρωτοφορεῖν ἐπιτρέπουσι. neque enim πρωτοφορεῖν est obtinere primas: sed primū, vel inter primos ferre aliquid, putà thyrsum, vel vannum, vel cistam, vel cernum, aut simile aliud cùm pompa ducitur thyrsophororum, aut licnophororum, aut cernophororum. Fauet huic interpretationi Hesychius, qui ἀνδρείαν exponit πλῆθος νέων. [Aristeas scriptor vetustissimus ταῖς πόλεσιν ὅσαι μέγεθος ἔχουσι, καὶ τὴν ἀνάλογον εὐδαιμονίαν, ταύταις συμβέβηκεν ἀνδρεῖον. hic ἀνδρεῖον significat florere πλήθει νέων, vt ait Hesychius: id est, validæ & elegantis iuuentutis, aut etiam simpliciter, copiâ virorum. Aliquando ἀνδρεία est ipsa fortitudo, & robur virile, vt in illo Carcini. οὐδεὶς ἐφθυμος δειλὸς ὢν ἀνήρ. ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν ἀνδρείαν. Hoc verò loco errorem aliter accipientium, quàm vt sumus interpretati] palàm faciunt sequentia verba, τῷ πρώτῳ τὰ τοῦ θεοῦ φέρειν τοῦ χν διδό). Quòd autem antiquitus spectatata sit forma in ephebis iis, qui ad sacrificiorum ludorúmve cerimonias adhibebantur, certa & nota res est. Atque eò referenda moneo Ciceronis verba, De natura deorum lib. 1. *Est enim vis tanta naturæ, vt homo nemo velit nisi hominis similis esse. & quidem formica formicæ. Sed tamē cuius hominis? quotus enim quisque formosus est? Athenis cùm essem, è gregibus epheborum vix singuli reperiebantur*. Cùm autem ait, ὁ δὲ τρίτος τὰς θυηλὰς ἐπιτίθησι, vertēdum erat, *tertius liba & fruges salsas hostiæ imponit*. morem hunc exposuimus fusè ad Theophrastum, capite περὶ μικροφιλοτιμίας. interpretum *infula, vitta, corona*, nihil ad Bacchum. Spartanas fœminas à forma fuisse commendatas indicant illa, καλλίστας φησὶν εἶναι τὰς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. fidem facit huic dicto vetus oraculum, ἵπποι Θεσσαλικαί, Λακεδαιμονίαι δὲ γυναῖκες. ideò Spartam καλλιγύναικα nuncupant poëtæ. Discipulus Phaselita quem suus præceptor Aristoteles deperisse dicitur, Theodectes, opinor est, non alius. sed mirum, hunc potius quàm Hermiam Atarnensem in medium esse productum.

Καὶ ὁ Κύνουλκος, ταύτῃ καὶ τολμᾷς σὺ λέγειν ὦ ῥοδοδάκτυλος ἤσα κατὰ τὸν Κρατῖνον, ἀλλὰ βολίτινον ἔχων θάτερον σκέλος. MSS. ταῦτα κ.τ. Cratini nomen restitutum hîc ex antiquis: alij Χαρῖνον. Etsi non extat integer poëtæ locus ad quem alluditur: tamen non dubitamus, descriptam his verbis fuisse Empusam. hoc enim docuit nos Aristophanes: qui alienis verbis, vt sæpè solet, sic loquitur in Ranis.

Δι. Ἔμπουσα τοίνυν γ' ἐστί. Ξαν. πυρὶ γοῦν λάμπεται
Ἅπαν τὸ πρόσωπον, καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.
Δι. Νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ βολίτινον θάτερον.

ἐκείνου τοῦ ὁμωνύμου σοι ποιητοῦ τὴν μνήμην φορεῖν. Fuit quidam poëta comicus Atheniensis Myrtilus. sed de eo non loquitur Cynulcus: verùm de alio qui eâ ætate in sordibus & pædore vitam degebat. nam ait δαλοῦται, aut legendum ἀγλοῦται. quia dicit μνήμην φορεῖν.

CAPVT III.

Timoclei dramatis titulus correctus apud Athenæum & Harpocrationem. ἐπιχείρως, ἐπὶ χέρας, *& ἐπιχειρεῖ siue ἐγχειρεῖ. Pindari locus correctus.* νόσοι, *vitta.* πατρίδιον *&* ἀμφάμαλον. *Prou.* ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν, ἐμποριζομένης γυναῖκας. *Laidis patria incerta. item alia nonnulla.*

ΛΑΧΑΝΟΝ τι τρώγων ὤκιμον ἀνεφθέρην. A vescens ocimo, olere sum corruptus. sermo est figuratus. intelligit consuetudinem quam habuit cum Ocimo scorto. vel lectionem fabulæ spurcidicæ cuiusdam, cui fuerat nomen inditum Ocimo, ab illa nobili meretrice. hanc interpretationem sequentia nonnihil adiuuant. ὁ τῆς Κορινθίων σοφιστής. Dalec. *verum Corinthiarum sophista*. meliùs: *qui Corinthi sophistam egisti*. Sophistam vocabat ætas illa, qui acroases apud discipulos de eloquentia aut literis humanioribus haberent. horsum respiciens paulò pòst Myrtilus, ἐξ ἥλιος ἀπὸ τῆς καλῆς Κορίνθου, ἐπειδή μοι τὴν αὐτόθι σοφιστείαν ὠνείδισας: καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ἂν αἰδ...... δράματα. Sic erat in Mss. Priùs editum, ἀδ 'εικόνας. Legi potest, πολλὰ τῶν ἀρχαίων δραμάτων. vel πολλὰ ἂν αἰδὼς μοι τὰ ὀνόματα λέγειν, δρ. Iis autem fabulis quas exempli gratiâ profert, multæ addi possunt: vt Alexidis *Polyclea*, de qua libro decimo quarto, Antiphanis *Archestrata*, & cùm eiusdem, tum etiam Alexidis *Antea*. Timoclis *Neæra*. aliæ. Καὶ ἐν τῷ ἐπιχαφορμάσω ἀορδεῖς ταυτελείδης. Harpocration de Parabysto Atheniensium foro loquens: μνημονεύουσι δ' αὐτοῦ ἄλλοι τε τῶν κωμικῶν, καὶ Τιμοκλῆς ἐν Ὀρεστοταυτοκλεῖ. Constat liquidò de eadem fabula loqui vtrumque. quare non potest, quin alterius horum corrupta sint exemplaria: imò vt equidem iudico, vtriusque. Alibi quod sciam, aut memi-

meminerim, non inuenies nominatam hanc fabulam. MSS. ab edita lectione nihil demutant. Sola est in subsidium relicta ingenij coniectura. Suspicamur scripsisse Athenæum, Και ἐν τῷ ι. δ' Ὀρεσταυτοκλείδης. exagitabatur hac fabulâ sceleratus quidam Atheniensis, quem poëta vocat *Orestautoclidem*, ceu conflatum monstrum ex Orestis & Autoclidis vitiis. Orestis notum parricidium. Autoclides insano puerorum amore vulgò infamis. Harpocration, Αὐτοκλείδης καὶ Θέρσανδρος ὡς παιδεραστῆ σφόδρα λοιδοροῦντ. Ita emendabis & in superiore Harpocrationis loco. Atque hæc videtur esse Timoclis fabula, quam simplici nomine Suidas *Orestem* vocat. τ' ἄλλα αὐλοῖς πάρεργα γίνεται. Lege vt apud Clementem Alexandrinum, Πρῶτον μὲν γὰρ ἐς τὸ κέρδος καὶ τὸ συλᾶν τοὺς πέλας Παύλῳ τ' ἄλλα αὐλοῖς πάρεργα γίνεται:

Φιλλὰς ἐν ταῖς καυκίσιν ἐγκεκάθιται. In Excerptis βαυκίσι. ita scribe. In iisdem non legitur pars illa tota huius ῥήσεως, quæ mulierum artificium declarat celandæ ventris amplitudini. Scias tam tum sic deprauata Athenæi exemplaria, vt putauerit satius eruditus ille vir aliquot versus ita prætermittere, quàm operam ludere exscribendo quæ non intelligeret. nec multo meliùs apud Clementem Alex. hæc scripta inuenias Pædagogi, lib. 3. cap. 2. Quæsiuimus tamen nos diligentissimè de poëtæ mente, in nostris de re vestiaria commentariis. Eò te lector reiicere fas & ius esto nobis. Quòd si spes humanæ nos non frustrentur, ne nos quidem tuam expectationem σὺν θεῷ εἰπεῖν frustrabitur. Legebatur mox, τοῦ κεκρηπιδεχοῦς πατρὸς οὐ πολλά σε σωφρονίσαντος καὶ διδάξαντος αὐτῇ βλέπειν. non difficili ad corrigendum mendo. quis enim non videat πατρὸς loco παιτρὸς esse scriptum, vt ferè semper in manu exaratis? Ante annos 30. de hoc errore monuerat eruditissimus vir Henricus Stephanus, in Appendice sua ad Erasmi Chiliades. Studiosi inde petant totius istius loci interpretationem. nam interpres excusari non potest, qui rectè præeuntem virum doctum sequi noluit. Πόλεις Κύπριδος ἐξηγησάμεθας. Deest verbum fulciendo versui necessarium, putà, π. Φιλομήδους Κυπρ. vel χρυσῆς τε Κυπρ.

Γυμνὰς ἐφεξῆς ἐπικέρως τεταγμένας. Aldi editio & scripti quidam ἐπικέρως. pro ἐπὶ κέρως. cui lectioni suffragatur lex metri. sed ἐπικαίρως omnes membranæ meliores, etiam Excerpta, cùm hic tum in sequentibus aliquot locis. ea vox idem significat cum ἐφεξῆς. Suidas, ἐπικαίρως παρατείνοντας, τουτέστι μίαν κατακολουθοῦσαν τῇ ἑτέρᾳ. Suadet tamen lex metri, vt ἐπὶ κέρως potius scribamus, aut ἐπιχειρὼ, quod est *continuâ serie*. ἐχόμενως, & κατὰ τάξιν. elegans Homeri vox & aliorum poëtarum. Pindarus non ἐπιχειρὼ, sed ἐνχειρὼ, dicere solet, vt oda sexta Isthmionicarum, μυρίαι δ' ἔργων καλῶν τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κελεύθοι. Restitue hanc dictionem odæ vltimæ Nemeonicarum, & scribe, ἐνσχερῷ δ' οὔτ' ὦν μέλαιναι καρπὸν ἔδωκαν ἄρουραι. id est, *arua non ferunt fructus conti*nuos: sed per interualla, & vt statim addit poëta, ἐν ἀμείβοντι, alternis. Sexto versu scrib. Γαρ' ἂν βεβαίως ἀσφαλῶς ἑξῆς τοι: non παρών.

Καὶ μὴ λαθραίαν Κύπριν αἰσχίστην ὅσον Πασῶν διώκειν. Lego, αἰσχίστην νόσων Πασῶν. omnia vitia Græci vocant νόσους. alibi dicitur Euripidi ἡ γλωσσαλγία αἰσχίστη νόσος. Postremi duo versus huius ῥήσεως quomodo præcedentibus cohæreant non video. Πατρίδια, τοὺς δ' ἀπφάρια τοὺς νεωτέρους. Eustathius postquam docuit nomen πατρὶς non esse diminutiuum aut ὑποκοριστικὸν, addit, Τὸ μέντοι παρὰ τοῖς ὕστερον πατρίδιον, φανερῶς ὑποκορίζει κωμικώτερον. οἷον, αὗται, λέγει, αἱ ἑταιρίδες, βιάζονται εἰσελθοῦσαι (scribe εἰσελκουσαι) τοὺς ὑπεργέροντας ὄντας ἐπικαλύμμαι πατρίδια. ὅπερ ἐστὶ πατέρων ὑποκορισμός· τοὺς δ' ἀπφάρια τοὺς νεωτέρους. λέγει δ' ἀπφάρια, κατά τινας τὰ ἀδελφία· μάλιστα δὲ ὡς εἰπεῖν πατέρια. ἀπφὺς γὰρ Δωρικῶς ὁ πατὴρ, ἀφ' οὗ δηλαδή τις ἔφυ. non probat Eustathius, vt ἀπφάρια exponatur *fraterculi*. discedit non solùm ab aliis, verùm etiam à seipso: nam sæpius idem scribit alibi, ἄπφα vel ἀπφὰν vsitatum Atticis nomen fuisse inter blandientes inuicem fratres aut sorores. & ita præstat hîc accipere.

ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχοντα. Prouerbium est elegantissimum, de eo qui versetur in summo discrimine, *habet animã in manu*. Præter Xenarchi hunc locum, non occurrit veterum Græcorum quisquam aut Romanorum qui eo sit vsus. Hebræi verò scriptores passim vsurpant venustissimè. David rex & propheta in diuino illo Psalm. 119. נפשי תמיד בכפי ותורתך לא שכחתי *anima mea assiduè est mihi in manu mea*. id est, quotidie in periculum vitæ vocor. tractat hunc locum Hieronymus in epistola ad Suniam & Fretelam. Samuelis libro priore, capite 19. de Dauide, καὶ ἔθετο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξε τὸν ἀλλόφυλον. & capite 28. ait mulier fatidica ad Saulem, ἰδοὺ δὴ, ἤκουσεν ἡ δούλη σου τῇ φωνῇ σου, καὶ ἐθέμην τὴν ψυχήν μου ἐν τῇ χειρὶ, id est, *vt tibi obtemperarem grande periculum adij*. Sic & Iobus loquitur capite 13. & auctor libri Iudicum capite 12. [Et Moses ben Maimon in More Nabokim libro 2. capite 39.] Iosephus ben Gorion libr. 5. המלחמה הזאת אשר נלחמתי ואשר שמתי נפשי בכפי, id est, καὶ πόλεμον τὸν δε ὃν πεπολέμηκα, καὶ ἐν ᾧ τὴν ψυχὴν ἐν τῇ χειρὶ μου ἐθέμην. Homerus idem dixit paulò aliter, Αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν.] Mutuatur interdum genus hoc dicendi à septuaginta interpretibus B. Chrysostomus, vt in Epistola ab Ephesios. τὰς νύκτας ἀγρυπνοῦντα περιέρχεσθαι, καὶ τοίχους διορύττειν, καὶ ἐν σκότει βαδίζειν, καὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν ἐν χερσὶ, καὶ πρὸς φόνον παρατετάχθαι, καὶ τρέμειν τοῦ καὶ τεθνάναι δεῖ. sic Acta Apostolor. homilia 20. & alibi. In posteriore autem orationum de cruce, quæ sub nomine Chrysostomi circumferuntur, eadem sentẽtia prouerbio paulum diuerso exprimitur: *Sanguinem suum in anima sua circũferre?* vbi nomine sanguinis vita significatur: per animã vel animum, volũtas prompta subeundi pericula, & mortem etiam si opus sit, obeundi. Sic

Sic ibi: ἵνα πρὸς τοὺς κινδύνους ὦμεν παρατεταγμένοι, τὸ αἷμα ἡμῶν ἐν ταῖς χερσὶ περιφέροντες, πρὸς σφαγὴν καὶ θάνατον ἕτοιμοι καθημερινόν.]

Καὶ Φιλήμων δ' ἐν Ἀδελφοῖς. repete ex superioribus, ἐπιτιμᾷ τῆς παραπλησίως σοι βιοῦσι, & putabit non nemo scribendum Ἀδελφοῖ. quo nomine editæ sunt à multis fabulæ. sed Δελφοὶ legimus & alibi. Σὺ γὰρ λέγουσι τοῦτ' ἰδεῖν πρῶτον. Deest vltima vox. Fortasse, πρῶτον βροτῶν. vel μάλα quod iungetur cum sequentibus. Postea lege,

> Οὐκ εὖ σεαυτοῦ τυγχάνεις ἔχων; ἔχεις
> Πῶς ἡ θύρα σοὶ ἔσται ἀεὶ ἀνεῳγμένη.
> Εἷς ὀβολὸς· εἰσπήδησον. οὐκ ἔστ'.

id est, *Non bene se tuæ res habent, habes quomodo semper tibi fores patebũt. Vnus obolus* petitur, *irrue, nemo erit, &c.* Καὶ Ἀσπασία δ' ἡ Σωκρατικὴ ἐνεπορεύετο πλήθη καλῶν γυναικῶν. *Etiã Aspasia Socratica multas habuit formã præstantes fœminas ex quibus quæstum faciebat.* ἐνεπορεύετο non est *prabuit*: sed id quod diximus. Gallicè dicimus, *faire marchandise de quelque chose.* Sic in illo veteri versu, λόγους μὲν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. Locus Aristophanis de Aspasia est in Acharnensibus: ibi vide. Τοῖς αἰετοῖς, ὅτι γὰρ ὅταν ὦσι νέοι. Scribe, Τοῖς αἰετοῖς· ὅτι γὰρ ὅταν ὦσι νέοι. & sequentem versum μετέωρ' ἀναρπάζοντες ἀπὸ τῆς ἰσχύος, ita interpretare, sublimia rapientes attollentésque, pro viribus quibus sunt præditæ aquilæ iuuenes. Proximus δεσπότας non est. ὅταν δὲ γεγήρακωσιν ἤδη, τότε. Scribe, γ. ἤδη, δὴ τότε. vel ἤδη ποτὲ, τότε. Mox, δέχεται δὲ καὶ στατῆρα καὶ τριώβολον. olim statēribus multis noctes singulas vendebat: nunc etiam triobolos lubens capit, nedum stateres singulos. ingeniosè tamen Dalec. δέχεται δὲ καὶ στατῆρος ἀντὶ τριωβόλου. Versu vltimo extremæ paupertatis argumentum, quòd τ' ἀργύριον ἐκ τῆς χειρὸς ἤδη λαμβάνει: *pecuniã porrectâ manu capiat.* hoc quam vim habeat non intelligunt omnes. clarum est autem ex iis, quæ de cauæ manus protensione obseruabamus ad Suetonium libro secundo, capite 91. Τὴν ἐκ Κορίνθου Λαΐδ' οἶσθα; πῶς γὰρ οὔ; Τὴν ἡμέρων. postremum verbum negotium facit nobis. ineptum sit accipere ἀντὶ τοῦ ἥμερος. Fortasse, Τὴν νῦν ἔρημον. nam hoc vetulæ Laïdi vsuuenit. aut, Τὴν ἱμεραίαν. *quæ nata est Himera* in Sicilia. Vt Homeri & aliorum celeberrimorum virorum, ita & Laïdis patriam veteres ignorarunt. nam vt Solinus ait, eligere ipsa maluit quàm fateri patriam. Corinthiam vulgò appellarunt, quia Corinthum illa sibi patriam elegerat. Fuére qui Pancarpiæ in Phrygia natam dicerent: plerique aut Hyccaris, aut Crasti: quæ erant Siciliæ oppida. quidam Himeræ, vt coniicimus ex hoc loco.

CAPVT IV.

Metagenis fabula Auræ *vel* Mammacythus. Aristagoras. *Menandri* Παρακαταθήκη. *Pollucis locus.* Euschemus *poëta parum notus.* Oscula passerina. *Veneris Samiæ cognomina.* ἐπὶ τοὺς ἱερεῖς πλεῖον ἀνῆς μαλακώτερον.

KATA τοὺς Μεταγένους Αὔρας, ἢ τὸν Ἀριστογόρου Μαμμάκυθον. Hæc lectio duos poëtas Metagenem & Aristagoram, itémque dramata duo, *Auras* & *Mamecythum* siue *Mãmacuthum*, nobis prodit. sed istum Aristagoram vnde repente prodiisse poëtam existimabimus? nam veterum, opinor, nemo huius meminit, ne Suidas quidem. Præterea *Mammacuthum* Epigenis fabulam fuisse, ex libro octauo, & Suida constat satis. certum etiam, idem Epigenis drama duplici nomine, *Auras aut Mamacuthum* fuisse inscriptum. vide libro octauo, capite 14. Faciunt ista, vt suspecta illa habeam τὸν Ἀριστογόρου. atque adeò aut inducenda sunt, meo iudicio: aut in aliam sententiam concinnanda. Solebant comici emendatis à se fabulis nomen nouum imponere. exempli gratiâ: Diphilei dramatis, quod erat inscriptum *Heresitichens*, ἢ Ἀιρεσιτείχης nomen habuit *Eunuchus aut Miles.* Puto idem vsuuenisse in hac fabula Epigenis. poëta cùm illam primùm edidit, Αὔρας inscripsit: cùm eandem recentauit, titulum fecit, Ἀριστογόρας ἢ Μαμμάκυθος. Hæc nos ita diuinamus. qui aliquid probabilius excogitauerit, is esto μάντις ἄριστος. Interea legemus hic, κατὰ τοὺς Μεταγένους Αὔρας, ἢ Ἀριστογόρας ἢ Μαμμάκυθον. Μένανδρος ἐν Παρακαταθήκῃ. Menandreæ huius meminit Pollux libro nono. proferam eius verba, non alio fine, nisi vt obiter emendem. Τὸ δὲ χρυσίον ὅλον τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἦν, σαφῶς αὐτὸς ἐκ τῆς Μενάνδρου Παρακαταθήκης μάθῃ. προσειπὼν γὰρ, Ὅλην τάλαντα χρυσίου σοὶ παιδίον ἔσχηκα τηρῶν ἐπάγει μετὰ ταῦτα περὶ τοῦ αὐτοῦ λέγων, Μακάριος ἐκεῖνος, δεκατάλαντον καταφαγών. etiam Harpocration eandem nominat: item Hesychius: cuius verba in libris editis perperam scripta, ita restitue, ὄφεις τὰ δραχμιαῖα νομίσματα ψιλῶς, Μένανδρος ἐν Παρακαταθήκῃ τοὺς ὄφεις λέγει. Καλοὺς γέ μοι ἠγόρασας ὄφεις. Πεποίηκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων. ταῦτα δ' ὄντα γράμματα. Versus hic non est versus: supersunt enim legitimæ mensuræ nonnulla. Sine dubio hîc quoque solennia peccarunt librarij, & genus mendæ commissum est de quo dicebamus libro 11. capite quarto. Lege igitur,

> Πεποίηκατ' ἔργον οὐχ ἑταίρων νὴ Δία,
> Μᾶλλον δ' ἑταιρῶν· ταῦτα δ' ὄντα γράμματα
> Τὴν προσαγόρευσιν οὐ σφόδρ' εὔσημον ποιεῖ.

Ita apertè quod Athenæus ait, ἀπὸ τῶν ἑταιρῶν τοὺς ἑταίρους διαστέλλει. appellat. προσαγόρευσιν οὐκ εὔσημον, parum honestum ἑταιρῶν, id est, *meretricum* nomen. Περὶ δὲ τῶν ἑταιρῶν Εὔσχημος ἐν Ἐμπολῇ τάδε φησί. extremo libro octauo descriptus est hic idem locus, sub Ephippi comici nomine, non *Euschemi.* An igitur hîc quoque sic legemus? non videtur de eo dubitãdum. Suidas tamen legit, vt nos hodie, Εὔσχημος. sed nõ semel deprauati codices illi grammatico fraudi fuerunt. expectabimus tamen eruditorum super

hoc ſententiam. Primum huius poetæ verſum ita lege, Ἐπειδὰ γ' εἰσιὼν ἰδὼ λυπούμενον Τύχη τις. & verſu tertio καλεῖ φιλεῖσι non καὶ εἰσφίλησι. Poſtea ſic,

— ἀλλά τις στριφνὸς
Χαυνοῦσ' ὁμοίως, ἥσε, παραμυθήσατο,
Ἐποίησέ θ' ἱλαρὸν, εὐθέως τ' ἀφῆλε πᾶν
Αὐτοῦ τὸ λυπῶν, κἀπεδέξατ' ἵλεων.

Græcis στρουθία φιλήματα vel στρουθιακὰ appellantur oſcula libidinoſa.nota paſſerum ſalacitas:etſi vocem στρουθία generaliùs accipit in hoc loco Euſtathius. Turnebi emendatio eſt τ' ἔστι, quâ nihil certius. — ἀλλ' ἑκάστου μικρὸν ἀντιπιεῖν, ὥσπερ παρθένος Μιλησία. quid ſit. ἀναπιεῖν, ne Apollo quidem omniſcius ſciuit.πεπιέναι enim nihil ad hunc locum. interpres longè abiit, vt mentem auctoris fugeret. Scribendum eſt, ἑκάστου μικρὸν ἂν ἀπογεῦσαι, ὥσπερ π. μ. *ſimilis virgini Mileſiæ de ſingulis parum deguſtaſſet.* τ. poſitum loco γ. vt ſæpe. non poterat feliciùs emendari hic locus. Ἐκ γειτόνων αὐτῷ κατοικούσης τινός. cùm in vicinia prope eius ædes habitaret quædam lupa eam intelligit de qua ſunt ſequentes verſus.at Dalec. *Cùm quandam duxiſſet vxorem è vicinia.* putauit κατοικεῖν & συνοικεῖν eſſe idem: magno errore. μήτερα λέγουσα τοῖς δεομένοις. Excerpta, τοῖς δυναμένοις. in acroteleutio voces tranſponendæ, λέγουσα μήτερα. Lege mox, ὁ δ' ἡμέτερος σοφὸς φιλομειρακίσκος, τινῶν. Ephippi exemplum ἐν Σαπφοῖ, ita legimus,

— ὅταν γὰρ εἰσελθὼν νέος
Ἐν ἀλλοτρίοις τὸν ὄψον ἰχθύων μάθῃ.

iuuant Excerpta,vbi eſt ἀλλότριον non ἀλλότριον. Paulo pòſt volui editum, τοὺς φρυγοὺς τοὺς ἐν αὐτῇ ποτε θύσαντας. οἱ μὲν ἐν καλάμοις καλοῦσι, οἱ δ' ἐν ἑλεατικοῖς. Malim. ἑλεατικοῖς. id eſt ἑλώδεσι τόποις. Venus iſta, in ea parte Sami fuerat dedicata, vbi Pericles caſtrametabatur. ad littus nempe maris, vbi erant paludes, & in iis arundineta. Ideò Venerem hanc alij vocabant ἐν καλάμοις, quaſi dicas, inter arundines conſecratam: alij ἐν ἕλει, vel ἑλεατικοῖς, propter naturam loci. ἐν Ἐφέσῳ φησὶν ἱερὰ ἱδρύσασθαι. Lege Breuiatoris fide, ἱερὸν ἱδρύσασθαι. Mox, Δημοσθένης δ' ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ, εἰ γνήσιος, ὃν Ἀπολλόδωρος εἴρηκε. etſi multa Apollodori mentio in ea Demoſthenis oratione, non tamen Apollodoro, ſed Theomneſto ſcripta eſt. quare fallitur & hîc Athenæus. In editionibus ſummi oratoris legimus hodie, τὰς δὲ παλλακὰς τῆς καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος. Athenæus, vt omnia eius exemplaria teſtificantur, legit, τῆς καθ' ἡμέραν παλλακείας. τὴν αὐτὴν σοφιστὴν ἐπαιδεύσας. *quòd Corinthi literas docuerim mihi vitio vertiſti.* dictum iam capite 3. quàm abſurdè hæc viri eruditi — καὶ ὕστερον ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῦσαι. Significat, non ſolùm concipiendis votis frequentes adfuiſſe de more, proſtituti pudoris mulieres: verùm etiam poſtea ſacris interfuiſſe, quæ voti ſui rei Corinthij deæ reddebant. Sic accipe etiam mox, τὰς τότε ποιησαμένας τὴν ἱκετείαν, καὶ ὕστερον παρεῦσας. neque putemus παρεῖναι τοῖς ἱεροῖς, idem eſſe ac ἐν τῷ ἱερῷ πορνεύειν. Oda Pindari cuius initium Τρισολυμπιονίκαν ἐπαινῶν οἶκον, decima tertia eſt libri primi. Verba hæc ſcolij quod cecinit idem poeta, ſic ſcribe, ὦ Κύπρου δέσποινα τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος φορβάδων κορᾶν ἑκατὸν γυίων ἀγέλαν, ἐκατόγυιον, Ξενοφῶν τελέαις ἐπάγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς. & iunge ἄλσος ἑκατόγυιον. *nemus centum integerum*, id eſt, amplum. Scribe etiam, ἦρξατ' δ' οὕτω τοῦ μέλους. In ſequentibus non pauca meliorum librorum auxilium deſiderant: multa enim corrupta: vt iſta, ὦ παῖδες ἐρατειναῖς ὥραις μαλθακωτέρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθε. ſcribendum, ἐρατειναῖς ὥρας μαλθακωτέρας. vel μαλθακώτερον ἀπὸ καρπὸν δρ. Omnia ſuauia lectorum molliciei comparant non ſolùm poetæ, verùm alij quoque ſcriptores. Philoſtratus, ἡ γῆ δὲ ὑποστόρνυσι πόας μαλακωτέρας ἢ αἱ εὐναί. Idem in Epiſtolis, ῥόδα ἀφάσσεσθαι μαλακὰ καὶ πάσης στρωμνῆς ἁπαλώτερα. Scribe, σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν. Addit, ἀρξάμενος δ' οὕτως, ἑξῆς φησὶν, ἀλλὰ θαυμάζω τί με λέξοντι ἐμοῦ δεσπόται, τοιάνδε μελίφρονος ἀρχὰν εὑρόμενον σκολιοῦ ξυνάορον ξυναῖς γυναιξί. Primùm λέξοντι ſcribendum, pro λέξουσι. deinde quærendum, quid illa ſibi velint, ἐμοῦ δεσπόται. Caue enim putes generoſi ſpiritus virum appellaſſe Corinthios, ſuos δεσπότας. Ignorabat adhuc melior illa ætas iſtiuſmodi blanditias. An ſcripſerat ille, ἰσθμοῦ δεσπόται? nam reuerà Corinthij erant Iſthmi domini: quorum oppidum vocat idem vates, in carmine, cuius quaſi appendix fuit hoc ſcolium, ἰσθμίου πρόθυρον Ποτιδᾶνος ἀγλαόκουρον. Non eſt plena ſententia in iſtis ex eodem ſcolio, ἐδιδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ. &, vt videtur, καθαρᾷ. melius.

CAPVT V.

Mos in iungenda affinitate, vt ſponſus phialam dono acciperet. Soli *oppidum Cypri.* Mania *nomen Phrygiacum fœminæ.* ἀνίσταται εἰς δασύποδα. Κύβδα *Atticum & Caricum vocabulum.* χιμὼν ἐπ' ἰσχίφοις. σφραγίδιον ἐπὶ ταῖς συμβολαῖς. *Mos geſtandi thecam calamariam cingulo appenſam.*

PVLCHERRIMA illa ſiue fabula, ſiue hiſtoria eſt, quę deinceps narratur, ſuper Odatidis Homartæ regis filiæ, cum Zariadre nuptiis. Videtur autem moris fuiſſe, cùm affinitatem inter ſe diuites contraherent, vt gener à ſocero, vel à ſponſa ſponſus phialâ donaretur. De ſponſa exemplum eſt in iſtis, ἡμεῖς ὦ θύγατερ Ὀδάτις, νῦν ποιούμεθα τοὺς σοὺς γάμους· περιβλέψασα οὖν καὶ θεωρήσασα πάντας, λαβοῦσα χρυσῆν φιάλην, καὶ πληρώσασα, δὸς ᾧ θέλεις γαμηθῆναι. Aliquanto pòſt in alia hiſtoria, ἔδει μετὰ τὸ δεῖπνον εἰσελθοῦσαν τὴν παῖδα, φιάλην κεκερασμένην ᾧ βούλοιτο δοῦναι τῶν παρόντων μνηστήρων. De ſocero teſtimonium præbent Pindari hæc, in ſeptima Olympianicarum:

φιάλαν ὡς εἴ τις ἀφνειᾶς ἀπὸ χειρὸς ἑλὼν

ἔνδον ἀμπέλου κακλάζοι-
ται δρόσῳ γυμνίσεται
νασία γαμβρῷ.

Atq; hinc fortasse esse, quod φιαλεῖν Græci vsurparunt pro rem aliquam aggredi, & πράγματος ἄρχεσθαι, vt exponit scholiastes Aristophanis: qui & in Pace, & alibi ita vsus ea voce. Si quis tamen ad ritus libationum referre malit, per me licet. Verba Idomenei de Themistocle expensa sunt libro superiore. De Thaide & incensa Persepoleos regia Diodorus Siculus lib. 17. & alij.

Εὔνεστος ὁ Σόλων τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλεύς. Interpret. *quæ Solonis Eunosti regis Cypriorum vxor fuit.* imò verò, *Eunosti regis Solorum, quod est oppidum in Cypro insula.* Solos vrbem recenset Ptolemæus in Cypri descriptione inter duo promōtoria, Crommyon & Selinusam. Legi Aristophontis quæ lata dicitur prætore Euclide, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται, νόθον εἶναι, sitempse legem de iure connubiorum habes in ea Demosthenis contra Neæram. Χωρὶς ἰσᾶτο, fortasse non *Choris*, sed *Chloris* vocabatur. Περαιοῦσθαι in Machonis versibus, non est *migrare*, sed aliud quod non dicam. Scribendum mox, νάρδον τινὰ Διονύσι' ἐνεγκεῖν . . . . τῇ χειρί τ' αἰ- δοῖον ἀποτρίψας. in lacuna deest, κ' ἐγχεῖν. Αἰσχρὸν γὰρ ὄνομα Φρύγιον τὴν γυναῖκ' ἔχειν. nam Phrygiacum, seruile nomen est *Manes*: cuius fœmininum *Mania* iure videatur. Ἡ τὴν Ἀθηναίων τί κωλύσαι π. Legendum cum interrogatione Ἢ τὴν Ἀθηναίων τί κωλῦσαι πόλιν, ἀφ' ἧς ἅπαντες εἶσιν ἐπηνωρθωμένοι; quis satis obiurgauerit Athenienses, à quibus honestas in reliquos Græcos censetur propagata, si Phrygiacum nomen ciui Atticæ indi siuerint? τί κωλῦσαι, *quid coegerit in ordinem, & sui officij admonuerit.* aut scribe τί κολάσαι αὐ.

τοῦ μὲν μεγίθει. potest versui consuli per dialysin, hoc modo, τοῦ μεγέθει. Notemus autem poëtam, qui facit istis verbis Melittam staturæ mediocris, postea tamen καταπληκτικὴν ipsam appellare, propter formæ venustatem. Ait enim, Πᾶν δ' ἦν πρόσωπος οὖσα καὶ καταπληκτική. Vulgo tamen καταπληκτικὰς aut καταπλήξεις insani amantes vocabāt, quas staturæ proceritas & amplitudo commendabat. Lucretius. *Magna atque immanis, cataplexis, plenaque honoris.* Μανίαν τὴν Μελίτταν ὡς καλὴν. apparet veteres cùm aliquid vehementer extollerent, solitos tanquam exclamantes orationi suæ vocem *mania* inserere. vnde manarunt illæ locutiones, *maniòs* ὅσον μέγα, & *insanum magnum molior negotium.* hoc genus loquendi cùm plurimùm vsurparet Melitta, suauiludij homines cognomen illi fecerunt Maniæ. hoc ita Machon, Διὸ τῆς μανίας ἐπίρρημ' ἐκείνας, δοκεῖ καλέσαι τις αὐτὴν τῶν ἐραστῶν Μανίαν. Sensus est, quia plurimùm in ore habebat Melitta nomen *mania*, quidam amatorum eam appellare cepit Maniam, producta prima syllaba, quæ in voce *mania* est breuis. ἐπίρρημα est cognomen quod priori nomini accedit. prima in *mania* semper corripitur. in *Manes* quod serui est nomen, producitur. ergo etiam in *Mania*, cùm est mulieris proprium, prima producetur. Ita exponendum est τὸ ἐκείνας.

Ἐνεμοθέτησε τοῦθ' ὑπὸ Διφίλου. Adde à fine, ποτὲ, vt stet versus. Non tam facilè expleueris similiter defectum mox versum, γλυκὺ πιδεῖν. Ἀγαμέμνονος παῖ, &c. Duo versus sunt ex prologo Sophocleæ Electræ.

Εἰς τόνδε . . . . ἢ συμπεριλαφθώ τις. Lego, ἵν' δ' εἰς τὸ δεῖπνον συμπ. Ἀνέπεμπε τε πολλάκις εἰς δασύποδα. cùm assurgeret sæpe, vt ad leporem qui mensæ erat appositus, peruenire manus ipsius posset. Quid sit ἀνίστασθαι εἰς δασύποδα, non ignorabunt, qui reuocauerint in memoriam Plautinum versum in Milite, *Sed procumbunt & se percellunt, dimidiati dum appetunt. dimidiatum aliquid appetere*, est, ἀνίστασθαι εἴς τι τῶν παρακειμένων.

Ὁ δὲ στρατιώτης ὑπὸ τὸ σκυθρωπάσας. Scribe, ὑπὸ τὸ τε σκυθρ. ob metrum. de illis ὑπὸ τὸ, & statim, ὑπό τι δέδοικα σε. satis ad Suetonium.

Διαλιποῦσα δ' ἡ ἑταίρα. Scribe propter versus legem, Διαλιποῦσ' ἡ ἑταίρα δέ. Αὐθη δ' ὑπ' αὐτῆς ἐκτενῶς ἀγαπώμενος. Fortè. Ἀ τ' ἀ. ὑπ' αὐτῆς. vel, Εἰς ᾠδὴν ὑπ' αὐτῆς. Scribe Τῷ παιδί τ' ἐπέταξ' ἐγχ. & Εἰ, φησὶ, ἤδειν ἡ Γν. Ille versus Ὄντας γ' ἐν Ἀθήναις Καρικοῖς χρῆσθαι σταθμοῖς: docet nos in idiomate Carum βαρβαροφώνων, vt ait poëta, mensuræ nescio cuius nomen fuisse κύβδα: Athenis verò id verbum inter obscena vt scimus ex Aristophane. Ianius vsurpauerat Ἀθηναῖοι: significans obscurè, se vix tribus obolis empturum, vt cum ista anu caput posset limare, scortillum accipit Καρικῶ.

Καὶ δὴ ψάλ ὑπολειπόμενοι δ' εἰς τὴν αὔριον. corruptus locus. nec video quî corrigam: nisi cui placet, Καὶ ὄψα ὑπολειπόμενά ἦν ἐς τὴν αὔριον. Interpres simplicem narrationem vnam in duas diuisit: quod nō oportuit factum. Auctor Epitomæ summam hoc verborum cōpendio est cōplexus. Στρατοκλέους δ' ἐρίφους δόντος τοῖς γνωρίμοις λοπάδας τε συνάλμους, ἀφ' ὧν συνέβαινε διψᾶν τι, καὶ μακρὰς εἰς τὰ λοιπὰ συμβολὰς, Γνάθαινα ἔφη, Στρατοκλῆς ἐπὶ ἐρίφοις χειμῶνα ποιεῖ. id est, *cùm Stratocles suis familiaribus in cœna dedisset hædos & patinas salitas probè, ob quas contingebat vt sitirent illi, & Stratocles magni pretij symbolas, pro cæteris quæ fuerant apposita, exigeret: Gnathæna dixit, Stratocles in hædis tempestatem excitat.* Acumen omne huius dicti est in illis, ἐπ' ἐρίφοις: quæ verti possunt, *postquam dedit hædos.* &, *in hædorum exortu*: id signum valde procellosum est. Theocritus Thalysiis.

Ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλόος ἐς Μιτυλήναν
Χ' ὥταν ἐφ' ἑσπερίοις ἐρίφοις νότος ὑγρὰ διώκῃ
κύματα.

Sic autem res habet. Promiserat Stratocles suis sodalibus, se illis hœdinam appositurum, si ad se venirent. venerunt, & quod erat appositum comederunt. Sed vt pecuniā suos conuiuas emungeret Stratocles, id egerat callidè, quò diu pitissantes, & aliud semper ex alio poscentes sibi dari, vt fit, ad mult..m noctem conuiuium traherent.

 traherent.

traherent. id autem effecit, præſalſa condimenta illis exhibens. inde conuiuas ſitis occupat: quam dum conantur extinguere, improbi conuiuatoris dolo tanguntur. Erat autem mos eorum, qui è ſymbolis aut collatitiâ ſtipe vnà fuerant, menſa remota impenſarum rationem inire. Male editur, Ἐπεξωσάσης βυλομένοις τὸν ἰωθινόν. corrige, βυλόμενος. cùm id ageret Stratocles, vt veſpertina cœna ad diluculum produceretur. Ferat aliquis fortaſſe, Στραγιδόμενον ὁρῶσα περὶ τὰς συμβολάς. *cùm videret Gnathæna vnum è conuiuis pugnantem de ſymbolis.* Scimus quidem τὸ μάχεσθαι ſic ſolitum eleganter accipi: ſed σπατίζεσθαι hîc aures noſtræ non ferunt. Lego, σφαγιδόμενον. Eleganter σφαγγίζεσθαι vſurpauit de eo qui rixatur de pretio. in idiomate noſtro, *barguigner*: ſed Græcum verbum generaliter id ſignificat, quod vulgò dicimus, *marchander à faire quelque choſe.* Scrib. Θυγατρὶ μεθ' αὑτῆς συμπ. Mutilos paulo pòſt verſus duos ita licet concinnare,

Εἶπεν ἢ αὐτῷ δὸς ὅσον ἐπιθυμεῖς, πάτερ.
Οἶδα γὰρ ἀκριβῶς. καὶ σαφῶς πέπεισθ' ὅτι.

Ἐπέσθη πῶς οὐχ ὁρᾷς. Scrib. Ἐπεῖτα. Τὸν μηδὲν ὠφέλημα τῶν ὑπὸ τὰς στέγας. & hic, & qui ſequitur, Euripidis aut alius tragici ſunt verſus: ſed in aliam ſententiam ingenioſe detorti. nam τῶν ὑπὸ τὰς στέγας, periphraſis eſt τῶν ἑταιρουσῶν, in lenonis pergula proſtantium. falluntur qui mutandum cenſent verſus ſequentis principium.

Πίνακα δὲ γραφεῖον ἐξηρτημένον ἔχοντα. id eſt, *habentem tabellam in manibus, & thecam atramentariam appenſam*, ſiue, de zona pendẽtem. Quod hodie fieri amat à recoctis formulariis, vt ſcribendi inſtrumenta cingulo appenſa geſtent, id ipſum & olim fiebat. Teſtis eſt hic locus, & ſimilis alius prophetæ Ezechielis, cap. 9. καὶ εἷς ἀνὴρ ἐν μέσῳ ἐνδεδυκὼς λινοῦν, καὶ πινακίδιον γραφέως ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ. Sic ex Hebræo vertit eum locum Symmachus. meliùs quàm 70. alij ſeruatâ voce Hebraicâ, κάσυ γραμματέως. Σοφοκλεῖ δὸς φησὶ πρὸς ἐμοῦ λαβὼν φίλτατε. Scrib. Σοφοκλεῖ δίδως, παρ' ἐμοῦ λαβὼν ὦ φίλτατε. Καλλιστὼ δὲ τὸν τὸς καλουμένης. Reſtitue metrum & ſcribe, καλλιστό. poſtremus autem narratiunculæ huius verſus ita legendus, Ἀλλ' ἡ Κορώνη χ' ἑτέρα πόση μέμφεται. id eſt, *alia quæritur Corone, alia autem illa.* alluſum eſt ad prouerbium ἄλλο μὲν γλαὺξ, ἄλλο δὲ κορώνη φθέγγεται. non aliud hîc acumen quærendum eſt. Τοῖς ἐπὶ τοῦ χόρτου ποτὲ γενομένον. *qui Ptolomæo regi fuerat à cura pabuli & iumentorum.* Duos verſus in hoc ſermone deprauatos ita reſtituo, Ἀλλ' ἐγχεάτω μοι πολὺ εἰς τέτταρας κοτύλας, ἔνεστ' εἰς τὴν μεγάλην. Βασιλίς λέγει, Εἰς τὸ λεκάνιον μεν οὖν. Explicat pluribus Euſtathius ad ῥαψ. φ. Iliadis.

CAPVT VI.

Ἀπαντήσεις. ἄθικτος & ἄθεκτος. ἐρωτικὰ σοφίσματα. ἔγχαλκα. *Eſus ampullarum aut calceorum.* Ilycus & Eleutherus *fluuij.* hamæ. Abydus. *Hyperides* κατὰ Μαντιθέου αἰκίας. *Theopompi* ἀρχαϊκῇ *epiſtola.* θεὸς πεντάς εἰπὼν μὲν τρογλίας. *alia nonnulla.*

Ἄθικτοι προὺς τὰς ἀπαντήσεις ἦσαν. Sic membranæ, non ἄθικτοι. quomodo aliquoties iam locutus. Sed & ἀπαντήσεις vocant Græci acuta dicta è re nata: prorſus vt ſermo vernaculus, *des rencontres.* ἄθικτος autẽ per ι ſemper MSS. non ἄθηκτος per η etſi dicitur vtrumque. & exponitur vocabulum vtrumque à veteri Hermogenis interprete. τὸ δὲ ἄθικτα, inquit, διὰ μὲν τοῦ η γραφόμενον, τὰ τμητικὰ δηλοῖ καὶ ἐνεργῆ καὶ δραστήρια, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τεθηγμένου ξίφους· διὰ δὲ τοῦ ι τὰ οἰονεὶ δίαφη καὶ δυσμεταχείριστα, καὶ πολλὴν τὴν ἐπιτυχίαν ἐμφαίνοντα, καὶ ἄθικτον τῷ λόγῳ τὴν ἐπαφὴν προσδεχόμενα. ἀναφελῆ καὶ ἐρωτικὰ σοφίσματα διδάσκοντα. Quid appellat ἐρωτικὰ σοφίσματα? an de amore diſputabat Stilpon, vt Plato in Conuiuio, & alibi; ſed eiuſmodi diatribæ aut ſcholæ quare appellentur ſophiſmata? an igitur ſcribendum ἐρωτητικά? nam ſophiſmata ſemper interrogabantur. τῶν δὲ πινόντων παρ' αὐτῇ βαλλομένων εἰς βολβοφάκην De bolbophace diximus libro quarto, capite 15. Dalecampium hîc ſequor ſcribentem, βαλλομένων ἑαυτοὺς τῇ βολβοφακῇ. ἔγχαλκα ἔφη παιδίον. *ſunt ærea, inquit.* hoc eſt, ære paranda, ſi quis velit edere. τίς δὲ μᾶλλον ὑπερήφανος; ὃς οὐδὲ καλούμενος ἔρχῃ. locus eſt in particula οὐδὲ: quæ iuncta verbo ἔρχῃ. ſententiam faciet, *qui ne vocatus quidem venias.* id autem ſuperbi hominis. eadem iuncta participio καλούμενος eum ſignificat, qui veniat inuocatus, vt paraſitus Plautinus, ἤτοι τὰς λεκύθους ἔφη, ἢ τὰ ὑποδήματα. Iocatur in paraſiti egeſtatem. Negauerat ille ſe triduo quicquam comediſſe, vim morbi ſui ita declarans: illa aliter accepit: &, Rogas, inquit, hoc triduo quid te putem ediſſe? ego verò, aut ampullam tibi comeſam arbitror, aut calceos. In ſumma rerum inopia, vt cùm deeſt annona, aut in obſidionibus, & calceos & ampullas ſcorteas, quæ ὄλπαι dicebantur propriè, aliáque talia fuiſſe manducata, teſtis eſt Græcorum hiſtoria, & noſtrorum temporum confirmat experientia. Paraſitorum epulæ domeſticæ quales fuerint, docet eius ordinis homo Ergaſilus.

paraſiti, ait, rebus prolatis latent
In occulto miſeri, victitant ſucco ſuo.

δύο ποταμοὶ ἐμβάλλετέ μοι, Λύκος καὶ Ἐλεύθερος. duo ſunt fluuioli ſiue torrentes agri Attici, qui in idem barathrum præcipitant. inde eſt iocus.

ἐσλινοχέσαι γὰρ δικέλλας ἅμας. Hæc ita iungunt MSS. vt in aliis ſcriptoribus ſæpe. Hamarum in hunc vſum meminit Iuriſconſul. lege tertia, Digeſt. De officio præf. vigilum. Sed locus leuiter caſtigandus, & aliter accipiendus quàm factum eſt ab interpretib. δικέλλας ἅμας τε. ἀλλ' εἰ ταῦτ' ἔχεις ὑμεῖς, εἶπεν ἡ Γνάθαινα, ἐπεχυράσατε τὸ μίσθωμα οὐ ἀπεστίλατε. Negat verum eſſe, quod minitantes iſti dicebãt, habere ſe ligones & hamas

hamas ad parietes fodiendum, & fores effringendum. Nam, ait, si hæc instrumenta haberetis in vestra potestate, dudum ea pignori opposuissetis, & mercedem misissetis quam postulo. μίσθωμα, turpe verbum est, & capturam meretricis significat: vt monebamus ad Suetonium. Vir doctus pro εἴχετε legit ἔχετε: peruersa sententia tota. nec minùs illorum peruersa mens, ὅδε ὁ νόμος ἴσως ἐγράφη καὶ ὅμοιος στίχων τριακοσίων εἴκοσι τριῶν. de quibus libro sexto, capite decimo,

Χιλιάστη Ἄβυδος ἐκαλεῖτο διὰ τὸ γραῦς εἶναι. effæta anus dicta est *Abydus*. postquam de summo splendore in quo vixerat, ad parem vtilitatem est redacta, facta diobolaris. Credo caussam cognominis, quia tunc iacebat Abydus: non autem quod אבד significet Hebræis *periit*. quamquam videtur ea vrbs id nomen inuenisse ab Hebræa voce, propter situm ad mare periculosum: in littore impetuoso. Fieri etiam potest, vt quoniam alia quædam meretricula *Sestus* vulgò dicebatur, (cuius nominis ratio paulo pòst explicatur) *Abydus* ista sit dicta lasciuiorum amantium ioco.

ὁ δὲ αὐτὸς τὸν ἀείδης ἐν τῷ κατὰ Μαντιθέου αἰτίας. Omnino scribendum αἰκίας. *in ea contra Mantitheum quæ est actio iniuriarum.* Sic inter Demosthenicas vna est, quæ inscribitur ὁ κατὰ Κόνωνος αἰκίας λόγος.

Θεόπομπος ἐν τῇ περὶ τῆς Χίας ἐπιστολῆς. Editum fuerat à Theopompo volumen epistolarum: quas fuisse Ἀρχαϊκὰς inscriptas, duobus locis ait Dionys. Halicarn. nisi nos fallunt eius codices. Non abs re igitur dubitaueris, num & hîc legendum, ἐν ταῖς ἀρχαϊκαῖς ἐπιστολαῖς. Vir optimus & eruditiss. Fridericus Sylburgius scribebat ἐν τῇ πρὸς τοὺς Χίους ἐπιστολῇ. sic paulo pòst citatur eiusdem ad Alexandrum epistola.

καὶ εἰκόνα χαλκῆν αὐτῆς ἱστάναι τολμῆσαι παρ' αὐτὴν ἑαυτοῦ. Scribendum ἱστάναι. & παρ' ἑαυτόν. de Harpalo intellige, non de Glycera.

Αὐτίκα τοίνυν Ἄγηνος οὐκ ἐλάττονος. Inepta lectio & quæ interpretationem non poterat non ineptam parere. Scribe, Αὐτίκα των Ἄγηνος οὐκ ἐλάττονας. *Audio*, ait poeta, *Harpalum misisse* Atheniensibus, *myriadas tritici non pauciores quàm Agen.* Agenis historia obscura est: de Harpalo omnia nota ex oratione Dinarchi, Plutarcho in Demosthene, & aliis scriptoribus. Vide infrà hoc libro, vbi hæc meliùs descripta.

μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας Ἀντείας. Cuius sit hæc coniectura potest dubitari. nam etiam Harpocration totidem verbis sic scribit, Ἄνθεια. ὅτι μὲν ἑταίρα δῆλον. μή ποτε δὲ Ἄντεια γραπτέον διὰ τοῦ τ, ἐπεὶ οὕτως εὕρομεν παρὰ Λυσίᾳ. Sed verius est, Athenæi hunc locum spectasse Harpocrationem: qui & alia id genus nonnulla fatetur accepere de nostro.

θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων πρὸς πόδα. Verè emendamus. nullum dubium est, προτάδα. θαλλὸς recens ἔς, termes oliuæ, aut ramus alius recens auulsus. Emendabis hinc Harpocrationis locum in Ναίννιον: cuius tamen verba libro septimo, paulò aliter recensuimus ex coniectura, cùm huius loci tum in mentem nobis non veniret: τοσαῦτα εἰπὼν μεθ' ὁρμῆς τραχὺ λίαν ὁ Μυρτίλος. postquàm hæc Myrtilus dixisset cum magna festinatione & linguæ volubilitate: vel cum aliena contentione. Expressit Homericam vocem ἐπιτροχάδην, de Menelao.

Ἤτοι ὁ μὲν Μενέλαος ἐπιτροχάδην ἀγόρευε
Παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως.

& in Odyssea de Vlysse ait Irus, Ὦ πόποι ὡς ὁ μολοβρὸς ἐπιτροχάδην ἀγορεύει. Alibi fusè ostendimus, quid sit apud Græcos scriptores τὸ τάχος τῆς σημασίας vel τῆς λέξεως.

οἱ τὸν τῆς ἡδονῆς τοῖχον ὑποσκάπτοντες ὡς ὁ Ἐρατοσθένης φησί. De Aristone dixit Eratosthenes discipulus ipsius, in libro cui titulum fecerat Ariston, ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώρακα τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα, καὶ ἀναφαινόμενον παρὰ τῇ ἡδονῇ. non dissimile est, διορύττειν ἀλλότριον γάμον, in celeberrimo dicto Constantini Magni, de Episcopis apud Theodorium libro primo, capite vndecimo, & in Anthonij Melissa, libro secundo, capite secundo. Chrysostomus de virginitate. τὸν μὴ διορύττοντα τοὺς ἑτέρων γάμους οὐδεμιᾶς ἠξίωσαν τιμῆς. sic sermone tertio in Oziam, & alibi.] Scribe ἐπὶ παρθένον οὖσαν τὴν Λ. & mox, ἐκ τῆς Ὑκκάρων φασὶ Σικελικοῦ φρουρίου.

οὐδὲ τοὺς ὑβριστικῶς αὐτῇ χρωμένους Melius, οὐδὲ τοὺς ὑβρ. ne illos quidem repudiabat, qui insolentes se erga ipsam præbebant, & contumeliosos. non debet mutari hæc lectio.

τοὺς ξυλίνους χελώνας τυπώματα, eadem narrantur in Aristophanéis scholiis ad *Plutum*. χελώνη est ὑποπόδιον.

ἐν ταῖς τοῦ φιλοσόφου διαθήκαις. Verum est: ipsas testamenti tabulas apud Diogenem Laertium inspice.

κατὰ τοὺς Σωκρατικοὺς ὁ Φαναγορίτης Οἶκος. Exposuimus dudum ad Strabonis librum primum.

ὁ δὲ Ὑπερείδης συναγορεύων τῇ Φρύνῃ ὡς οὐδὲν ἤνυε λέγων. Alciphron in epistola Bacchidis ad Phrynen. Μηδὲ τις λεγέτω ὅτι εἰ μὴ τὸν χιτωνίσκον περιρρηξαμένη τὰ μαστάρια τοῖς δικασταῖς ἀπέδειξας, οὐδὲν ὁ ῥήτωρ ὠφέλει, καὶ γὰρ καὶ τὸ αὐτὸ τοῦτο ἵνα ἐν καιρῷ γένηταί σοι, ἡ ἐκείνου παρέσχε συνηγορία.

ἀνοικοδομῆσαι τὰ τείχη τὰς Θήβας. Propertius:

Nec quæ deletas potuit componere Thebas,
Phryne tam multis facta beata viris.

Τῶν τότε χρόνων εἰη, τ. Scribe. τῶν τότε χρόνων ᾔει, τοῖς ἀγῶσι ἀνικήσας.

CAPVT VII.

Σχόλιον *genus carminis. Stasimus poëta.* ἐπὶ γλωσσῶν ἐπιτάφιον. *Alcidamas Elaita.* ἐπὶ τῶν βάλλειν vel λαμβάνειν. *Discrimen inter mortuorum monumenta publico sumptu facta, & facta decreto senatus. Sapphones duæ. alia multa.*

TATTA μὲν ἦν ἐν τῷ εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένῳ. Sic est: nam in Homeri vita, cuius auctorem titulus facit Herodotum, habentur præcedentes versus,

ſus, tanquam Homeri. In tertio verſu ſcribe ἥ δ' ἐπιτέτηκεν. pro αὔτη δέ. Quartus ἰσχὺς ἀπημβλυνται, ὁ δὲ θυμὸς δὲ μένει· ſic ſcribitur apud Herodotum, ἐὰν ἀρηι μὲν ἀπημβλυνται, θυμὸς δὲ μένει. Τῆς δὲ Θευκρίδος μνημονεύει, λέγων ἔν τινι στασίμῳ οὕτως. Carminis lyrici genus vocari στάσιμον, veteres grammatici auctores ſunt. eâ notione ſi hoc loco accipimus, ſcribendum, λέγων ἐν τινι στασίμῳ οὕτως. Fuit & *Staſimus* ſiue *Staſinus* dictus vetus quidam poëta: de quo an hæc ſint intelligenda, eſto eruditi lectoris arbitrium. ὥσπερ αἱ γλαῦκες ἐπιγέγραφαν κάθηνται. Tumulis interdum animal aliquod, velut noctuam aut aquilam: interdum aliquid aliud τοῦ ἐπιτηδεύματος, aut rerum geſtarum monumentum inſculpebant. Μεγάνειρον εἶχεν ἑρωμένην καὶ Καλλιὼ. Interpr. καὶ καλλιώ. aliter M S S. locus eſt mihi ſuſpectus.

καθάπερ καὶ Ἀλκιδάμας ὁ Λαΐτης. Legendum, ὁ Ἐλαΐτης. Alcidamas Gorgiæ diſcipulus patriam habuit Elæam Æolicarum in Aſia vrbium vnam. inde dicitur Ἐλαΐτης, auctore Stephano. Apud Suidam ſcribitur, Ἀλκιδάμας ἀπὸ Ἐλέας τῆς Ἀσίας. tu ſcribe Ἐλαίας. magnum enim diſcrimen.

τὴν δὲ Ναΐδα ταύτην Λυσίας. Deeſt verbum ἱστορεῖ, vel ὀνομάζει. De coniectura Athenæi ſuper verſu Ariſtophanis, vbi Ναΐς ſcribendum cenſet pro Λαΐς, lege doctiſſimum comici interpretem. Citatur Athenæi locus hic & ab Harpocratione.

ποιγαροῦν καὶ ὁ γραμματεὺς ποτ' αὐτῆς εἶπεν. Lego περὶ αὐτοῦ εἶπεν. alioquin non eſt oratio integra. Pronuntiata autem hæc ſunt à ſcriba in aliquo εὐθυνῶν iudicio: cùm poſt exactum magiſtratus annum ratio reddebatur omnium, factâ omnibus per præconem poteſtate accuſandi.

ὁ δὲ συλλαβὼν καὶ προσποιηθεὶς συγχωρεῖν. Hæc ſunt fragmenta periodi longioris: multa enim deſideramus. Res videtur ſic geſta. Conſpirauit in Sophronem Epheſi tyrannum, (aut illi oppido impoſitum ab aliquo rege potentiore, putà Syriæ aut Ægypti) Laodice eius vxor, conſciâ Danaë, veteri amicâ Sophronis, & Laodicæ ſuccubâ. Illa verò memor prioris amoris, rem ei aperit. Sophron ipſam comprehendi iubet, fingens nullam ſe ei fidem habere. Ac quoniam Danae in poteſtate erat Laodices, petit ab vxore, vt eam ſibi concedat torquendam: eam cognitionem in diem tertium differens: concedente Laodice quod poſtulauerat, Sophron intermedio tempore vtitur ad ſalutem: & nihildum ſuſpicante vxore noctu ex arce in vrbem aufugit. Rem opinor, tenemus. verba amiſimus negligentia librariorum. Lego autem δύ' ἡμέρας. & pro ὁ δὲ τῶν προγεγονημένων φιλανθρώπων ἐπισυμβαλλομένη, ſcribo, ἐπὶ νοῦν βαλλομένη: vel λαμβανομένη. quod familiare eſt Græcis dicendi genus. Athenæus paulo pòſt, τὸ Εὐριπίδου ἐπὶ νοῦν λαμβάνων λέγω.

ἡδέως δὲ αὐτὴν καὶ Λαμπιτὼ προσηγορεύσατο. Emendabamus ad Diogenem Laërtium: ἡδέως ἑαυτὸν καὶ Λαμπ. πρ. nam ſcribit ille, Demetrium ipſum & Lampitonem & Calliblepharum eſſe appellatum. [Ibi etiam de Diyllo vetere hiſtorico quædam obſeruabamus: ſed quum eandem hiſtoriam recitet Laërtius è Didymi Sympoſiacis, fortaſſe hìc quoque meliùs Δίδυμος ſcribatur. nam Sympoſiacorum Didymi, vt ibidem obſeruabamus, multi veterum meminerunt.]

μάλιστα μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως δημοσίᾳ κατεσκευασμένον, εἰ δὲ μὴ δεδογμένον κατασκευάσαι. Si quis Pythionicæ monumentum ſpectet, putabit ſumptu publico id fuiſſe extructum: aut certè publico decreto factum. Ex hoc loco rectè expoſito rem ſcitu dignam cognoſcimus: diſcrimen ſtatuendum eſſe inter monumenta ſumptu publico facta, & ea quæ decreto tantùm publico: Non enim fuit ius in Rep. Athenienſium ornare ſepulcra defunctorum, quantum aut heredis, aut ipſius etiam defuncti ambitio poſtulaſſet: verùm de tumulis maioris impenſæ cognoſcebatur, neque is honos vulgò omnibus, ſed claris tantùm viris concedebatur. Diuerſus fuit publicæ ſepulturæ honos, qui bene de Republ. meritis deferebatur. atque iis interdum mauſoléa de publico excitabantur. ἣν γὰρ πάντες ᾔδεσαν κοινὴν δαπάνης. Duæ voces poſtremæ περιέλκουσι. quare iis ſublatis, ſic lego, ἣν γὰρ πάντες ᾔδεσαν κοινὴν τοῖς βουλομένοις γιγνομένην. Paulo pòſt, ἔστησε τ' ἀνδρία χαλκῆν τῆς Γλυκέρας ἐν Ταρσῷ τῆς Συρίας. Legẽdum, ἐν Ῥωσσῷ, ex ipſo auctore, qui locum Theopompi deſcripſit antè pluribus. & ſtatim, ὥσπερ καὶ σὲ αὐτὸν ἀναθεῖναι μέλλει, non μέλλειν. memineris autem ſumpta hæc ex epiſtola ad Alexandrum ſcripta, quam retulerat Theopompus in ſuos libros, vt dixit Athenæus ſuprà. ὁ δὲ ἱφίταμα. apparent veſtigia vocis. αἴτωμα. ſed locus eſt miſerè corruptus. Deinde ſcribendum, Πόρνης ὁ κλεινὸς ναός. non λαός. templum intellige Pythionicæ conſecratum. Poſtea, Ἔπεισαν εἰς ἄξιον τὴν ψυχὴν ἄνω. non ἀξιῶσι. Scribe etiam,

Δωρίχα ὀστέα μὲν σὰ πάλαι κοσμήσατο δεσμὸς
Χαίτης, ἥτε μύρων ἔμπνοος ἀμπεχόνη.

prius quàm defunctam comburerent, crinem ſecuerant, & poſtea in vrnam vbi aſſeruatæ reliquiæ, coniecerant cum vnguentis, & quinti initio, Σαπφῴας αἱ δὲ μένουσι. Diſtingue in ſeptimo. Οὔνομα σὸν μακαριστόν, ὃ Ν. Poſtremum ita ſcribe, Ἔς τ' ἂν ἐπὶ Νείλου ναῦς ἔφαλος γένηται. *donec naues ſecundo Nilo defluent in mare.* Καὶ ἡ ἐξ Ἐρέσου δὲ τῆς ἑτέρας Σαπφὼ τοῦ καλοῦ Φάωνος ἐρασθεῖσα. Palam eſt, voce vna mutilam eſſe orationem. Lego τῆς ἑτέρας ὁμώνυμος Σαπφώ. Diſſentit autem ab aliis, qui Phaonem amatum aiunt non ab Ereſia, ſed à Mitylenæa. [Iohannes Meurſius vir eruditiſſimus, aliter conſtituebat loci huius lectionem, & ſcribebat, καὶ ἡ ἐξ Ἐρέσου δὲ τις ἑταίρα Σαπφώ, τ. fortaſſe non malè: etſi non video cur à priore coniectura mea debeam diſcedere. nam quia Sapphûs Mitylenææ paulo antè auctor meminerat, non ſine ratione, vt Ereſiam ab illa diſtingueret, videtur adieciſſe iſtam poſteriorem & præ illa priore obſcuram, idem cum ipſa nomen habuiſſe.] Deeſt & in pro-

ximis

ximis verbis aliquid, ἀλλὰ καὶ γονέων καὶ κατὰ παιδείαν ἐπίσημος ὤν. Lego, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ γονέων ἔνδοξος ὤν. vel breuiùs, ἀλλὰ καὶ εὐγενὴς καὶ καλός ὤν. Scrib. ἐναπέθανε τοῖς βασάνοις. Sequitur, ἐρωμένην ἔχε τὴν ἐπικληθεῖσαν Λήμην ἑταίραν, τὴν καλουμένην Παρόεσμον. Demiror vnde hæc lectio. nam priùs erat Λιμὴν: neque aliter membranæ. At in Excerptis Λήμην. quasi indicaretur hac voce, meretricem istam esse aliis probro, dedecori ac damno, vt est glama in oculo. Ita dicta insula Piræeo vicina, λήμη εἶναι τοῦ Πειραιῶς, vt est apud Strabonem. Pro Παρόεσμον, quidam codd. habent Παρόεσμα.

CAPVT VIII.

Ἐκ πρώτης παιδός. κνημιδος. δουρὶ κεκλιμένη πατρίς. οἰνηρὴ πατρίς. ῥίον. Lectum. πάσας καλινιόσαντα λαύρας. κατείβων siue ἄρδων καρδίαν. πορφυροβαφὴς χείρ. Mulieres olim infectrices. Cleomenes Laminthius, poëta Ἐρωτικῶν.

ΕΝΘΑ Χάρων ἀκοὴν ἐλκέται εἰς ἄκατον ψυχὰς οἰχομένων. Non dubium vocem ἀκοὴν esse deprauatam. non tamen possum emendare: nisi αἰνὴν, aut πικρὰν aut λυγρὰν, vel simile epithetum Charonteæ cymbæ placeat. Dalec. accipit pro ὡς ὁ λόγος, *vt fama est.* durum hoc & ἀπίθανον. ὕμνον ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος. Scrib. ὑμνοῦν ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχομένην. *laudauit Eœam Ascræam virginem vix pueritia annos egressam*, siue *à puero*. παῖς pro ἡλικία παιδική. sic multa Græci & Latini. vt apud poëtam, δὴ εἰδὼς τέχνην, id est, τῆς τέχνης. Quid si verò totum distichum ita concipiamus, sententiâ paululum diuersa?

> Πόλλ' ἐμάθεν, πάσας δὲ λέγων ἀνεγράψατο βίβλους
> Ὕμνων, ἐκ πρώτης παιδὸς ἀνερχόμενος.

id est, multa studiosè scrutatus est de laudibus fœminarum, & dum omnes recenset libros, conficit Eœas: in quibus orditur à prima puella, cuius nomen in vetusta historia celebrabatur. Sequitur non longè,

> Καίετο μὲν Νάννους. πολιῷ δ' ἐπὶ πολλὰ χιμώτῳ †
> Κνημωθεὶς κώμους † σίχε συνδραμίῃ.

Planè interfecti versus, & vix ipsi Æsculapio sanabiles. micant tamen hîc nonnullæ scintillæ: sed quæ lucem faciant vniuersæ sententiæ non magnam. Primùm enim, καίετο Ναννοῦς, cùm non sit Græcum, clarum ex eo scribendum esse Κ. μ. Ναννοῦς ὕπο. hoc certum: sequentium incerta emendatio. Tentabamus tamen, τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ Κνημωθεὶς, κώμους ἔστιχεν ἀδρανίῃ. auctore Hesychio κνημωδὸς est φθιρώδης. Mox scribe, ἤδε φέρεκλον. καλλιοῖ ἴξαν, ἦλθεν ἀποπρολιπών. Vult dicere, Antimachum relictis Sardibus, (eam vrbem intelligit, cùm canit, Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ: Sardes enim ad Pactolum.) venisse Colophonem, quæ fuit Ioniæ vrbs. Quare legi potest, Σάρδεις Ἰάονας δ' ἦλθεν ἀποπρολιπὼν Ἄκρας ἐς Κολοφῶνα.

Οἰνηρὴ δουρὶ κεκλιμένην πατρίδα, Inepta lectio. Scribendum, δουρὶ κεκλιμένην, *armis subiugatam.* ita passim loquuntur poëtæ, Οἰνηρὴ non est proprium alicuius loci nomen: sed commune omnium vini feracium. Vetus poeta in scholiis Hephæstionis, ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διαπρήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου. Sequitur,

> Λέσβον ἐς εὔοινον. τὸ δὲ μυρίον εἴσιδε λέκτρον,
> Πολλάκις Αἰολικοῦ κύματος ἀντιπέρας.

quid appellat τὸ μυρίον λέκτρον? non est verbis opus, vt falsi conuincatur hæc lectio. Scribo, τὸ δὲ δὴ ῥίον εἴσιδε Λέκτον. vera & perspicua emendatio. Lectum promontorium Æolidem & Troaden disterminans, insulæ Lesbo est oppositum. ῥίον poëticum vocabulum, ἀντὶ τοῦ ἄκρα, *promontorium.* πάντων μῖσος κλαιόμενον ἐκ συνοχῶν. Postrema vox nulli pretij est. Legi potest, ἐκ δαπανῶν Πάσας ἀμφὶ γυναῖκας. Verte, *Aio etiam illum poëtam semper abstinentem, & qui omnium odium sibi conflauit ex maledictis in omnes mulieres, illum, inquam, illum tandem, &c.* πάσας κατενιόσαντα λαύρας, est, *omnes Macedoniæ vicos lustrauit.* neque enim λαύρα est lupanar, sed id quod libro superiore dicebamus. Αἰγαίων μεθέπων δ' Ἀρχέλεω ταμίην. Malim Ἀργείων. In vita Euripidis historia aliter narratur. omnia incerta.

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα. Egregius locus, quem grauissimo sermoni accommodauit M. Antonius Imperator, re & appellatione Philosophus libro 10. Συμφέρει, inquit, ἑκάστῳ, ὃ φέρει ἑκάστῳ ἡ τῶν ὅλων φύσις. καὶ τότε συμφέρει, ὅτε ἐκείνη φέρει. ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖα. ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς αἰθήρ. ἐρᾷ δ' ὁ κόσμος ποιῆσαι ὃ ἂν μέλλῃ γίνεσθαι. Terram fingebant Cœli vxorem. Virgilius:

> *Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther*
> *Coniugis in gremium lætæ descendit.*

Παῖς διαπεμπέσθω ἐπὶ δέξιον ἄμμι. Legendum, ἐπιδέξια νωμῶν, ex Homero. & ita in excerptis. In penultimo M S S. ἐπ' ἀκρείῃ καθίζε. Mox de Alcmane, Ἀλκμᾶνα, γεγονέναι τῶν ἐρωτικῶν μελῶν ἡγεμόνα; καὶ ἐκδοῦναι πρῶτον μέλος, ἀκόλαστον ὄντα καὶ περὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν τοιαύτην μοῦσαν εἰς τὰς διατριβάς. Tota periodus malè affecta, non negabunt eruditi qui attenderint paulò diligentiùs. Lego sic, καὶ ἐκδοῦναι πρῶτον μέλος ἀκόλαστον, ἀκόλαστον ὄντα περὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν τοιαύτην μοῦσαν εἰσαγαγεῖν εἰς τὰς δ. Subiiciuntur Alcmanis verba, Ἔρως με δ' αὖτε Κύπριδος ἕκατι γλυκὺς κατείβων καρδίαν ἰαίνει. *Amor dulcis rigans animum me oblectat.* καταίβων est ἄρδων. Iam ἄρδειν καρδίαν pro oblectare & recreare, elegantissimum est. Sic apud Hebræos ποτισμὸς ὀστέων dicitur, quod suaue est & conducibile: vt Prouerbiorum cap. 3. & ἄρδων ψυχήν, Ieremiæ cap. 31. nam hoc significat τὸ רוה μεθύειν, vt verterunt 70.

Καὶ τῶν δυναστῶν Ἀρπάγιον καλοῦσι. Alij aliter tradunt. Strabo lib. 13. Stephanus Ἀρπάγιον ἀδῆτείρας, τόπος περὶ Κύζικον, ὅθεν ἡρπάσθαι φασὶ Γανυμήδην. οὐκ ἀπειθήσας, πάλιν ἀνακλάσας ἐφίλησε. Non poterat meliùs exponi τὸ οὐκ ἀπειθήσας, quàm vt factum à Dalec. Ego fortasse nimis suspectiosus, qui censebam legendum

dum οὐδὲν ἐρυθριάσας. vel ἀπερυθριάσας, poſito omni pudore. aut, οὐκ ἀπωθήσας. delicias non repulit, vt par erat, ſed oſculum repetiit. θρέψας εἰς αὐτό. Lego, imò legendum eſt, τελευτήσαντα αὐτὸν θρέψας, εἴσατο καὶ ἱερὸν αὐτόθι. Stephanum lege in Ἄργιλος. πορφυροβαφοῦς χεῖρας καὶ οὐ καλῆς γυναικὸς ποιήσει. fecerit manus conuenientes purpurei coloris infectrici potiùs quàm pulchræ mulieri. πορφυροβαφεύς, infector eſt purpurei coloris. mulier πορφυροβαφίς, quæ eam artem exercet. Olim id artificium fuit muliebre. Homerus,

Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς ἠὲ Κάειρα.

Statim, γελασάντων δὲ, ὁ μὲν Ἐρετριεὺς ἐνετράπη τῇ ἐπιῤῥαπίσει, *cùm illi riſiſſent, Eretrieus pudore ſuffuſus eſt, quòd fuerat à* Sophocle, *obiurgatus*. aſpero nimis verbo ἐπιῤῥαπίσεως vſus hic Athenæus: nam Sophocles puerum hunc non obiurgauerat, ſed leuiter tantùm reprehenderat: aut vt dicam meliùs, erroris ſui admonuerat, ἐνετράπη, ſi ita ſcripſit auctor, nouè vſurpauit pro δυσωπεῖσθαι. ἀλλὰ μηδὲν προσθεῖναι. Non caret mendo vox poſtrema. hoc certum habeo: quid autem reſcribam incertus ſum.

κισσὸς ..... τοῦ χρυσοῦ. Laudo coniecturam Dalecampij. κισσύβιον χρυσοῦν, κισσοῦ Πεπαρηθίων. ciſſibia ex hedera fiebant: ſed iſtud erat inauratum. ὤρθη διὰ τὸ τὸν τοῦ θεοῦ στέφανον ἀνῃρημένη. Scribe, διότι τὸν τοῦ θεοῦ στέφανον ἦν ἀνῃρημένη. ἐρωτικὰ μεμάθηκα. Verba ſunt ex fabula Epicratis *Antilaide*. quare ita debes diſtinguere.

——ἐρωτικὰ
Μεμάθηκα ταῦτα παντελῶς Σαπφοῦς μέλη
Ἤ τοῦ Κλεομένους τοῦ Λαμυνθίου.

ſed quis iſte poëta *Cleomenes*? & vnde ille dictus *Lamynthius*? Ineptum cenſeum de Cleobulo Lyndio aliquid ſuſpicari: etſi Lyrica carmina eum feciſſe, ſcimus ex veteribus. Hoc igitur quia longiùs à vulgata lectione recedit, miſſum faciamus. Lego τοῦ Λαπηθίου. Lapethus, vel Lapithus Cypri vrbs fuit. inde eſt λαπηθία γῆ, apud Diodorum Siculum libro decimo nono, atque ille ſcribit per ι non per η. quomodo videtur & Epicrates: nam articulus τοῦ non eſt in optimis libris. Notemus igitur, de Cleomene poëta Ἐρωτικῷ: cuius rara admodum ac penè nulla in veterum ſcriptis mentio. Athen. libro decimo quarto, ὁ τὰς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένας ποιήσας Πτωχάς, Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιογράφου τὴν ἱλαρὰν μοῦσαν λέγων οὕτως. Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος οὐδ' ὁ Κλεομένης ἐν ἐννέα χορδαῖσι κατεγλυκάνατο. In ſermone de elephanto, ſcribe, τὴν σπάθην ἐκείνη καὶ καλινδεῖ μιξεν αὐτό.

CAPVT IX.

Stoicum dogma. legati θεωροί. νεανικός. προσθεῖναι, addicere in auctione. σελινόφως. Chæremonis Alpheſibœa. *flores dicti ἔαρος τέκνα. plantæ nouellæ τέκνα. θρέμμα. Χαλκὶς καλλιγύναιξ.* Sacas *vel* Sacadas, *poeta antiquiſſimus. Pollucis locus. Sophocles qui Athenis philoſophos expulit. τὸ μαθεῖν, vel τὸ παθεῖν. Pherecratis ἰπνὸς ἢ Παννυχίς. locus emendatus in Polluce. alia multa quà illuſtrantur, quà emendantur.*

DISCEDIT à ſuæ ſectæ placitis Perſæus, cùm ait apud dipnoſophiſtam, καὶ ὁ καλὸς κ'αγαθὸς ἀνὴρ μεθυσθείη ἄν. nam Stoicorum ſententia erat, ὁ σοφὸς οἰνωθήσεται μὲν, οὐ μεθυσθήσεται δέ. Idem cùm ſcribit, ὁ καὶ πρώην ἐγένετο ἐπὶ τῶν ἐξ Ἀρκαδίας θεωρῶν πρὸς Ἀντίγονον παραγενομένων, legatos appellat θεωρούς, non πρέσβεις: quod quam vim habeat, dictum libro ſexto, capite decimo tertio. Sed adulatur Perſæus Antigono regi, tanquam ſeruus hero ſuo: aut libertus patrono: nam & inter miniſtros eius fuerat, τροφεὺς & baiulus filij eius, cui nomen Alcynoëo: auctor Diogenes Laërtius.

ἐν τῇ ἀγορᾷ ζῆν πάνυ νεανικός τις. Scribendum, νεανικός, *temerarius, animoſus & cupidus emptor*. ſic Græci loquuntur. [De huiuſmodi venditionibus, Suetonius in Auguſto, capite ſeptuageſimo quinto.] καὶ τῷ πωλοῦντι ἄλλῳ ὧν θᾶττον προσθεῖναι ἠμφισβήτει. Lego προσθεῖναι. rixatum ait cum vendente, quòd alteri citiùs addixiſſet, nec ſibi facultatem licendi feciſſet. Interpres προσθεῖναι hîc accipit pro *licere*, ὑπερβάλλειν. ego pro *addicere*. Sequens narratio Antigoni Caryſtij de Zenone, qui diſcipulum ſuum reliquias pudoris ſeruantem bene & nauiter reddit impudentem, male accipit Dalecamp. Ἔκειτο γὰρ ἡ μὲν λευκὸν σελινόφως. Verus lectio, σεληνόφως. meliùs: nam ita dictum, vt λυχνόφως. Ait, huius mammam ſplendorem albeſcentem emiſiſſe, qualis eſt Lunæ. Τῆς δ' αὖ χορείας λαγόνα τὴν ἀριστερὰν ἔλυσε. Fortè, Τῆς δ' αὖ βορέας λ. *huius boreas, nudauit latus*. aut χορεία: nam inter ſaltandum & tripudiandum idem fieri amat. Nonus verſus, Ἡ δὲ κλαγγῶντα χλανίδων ὑπὸ πτύχας. Scribe: ἐνεγράψατο. 15. Πεπλων εἰκίας εἴδωλον εἰσεμόργνυτο. Nemo iſta aſſequatur. Sed legendum vel monente verſu Γ. σκιάς.

ἐν Ἀλφεσιβοίᾳ φησί. Non eſt vox Græca. lege Ἀλφεσιβοίᾳ. Auctor Suidas. Mox, ἐν δὲ τῇ Ἰοῖ ἔαρος τέκνα προσαγορεύει τὰ ἄνθη. Etiam Theophraſtus nouellas plantas vocat τέκνα. Hiſtoriarum libro octauo. Ἔνια δὲ καὶ περὶ τὴν Ἑλλάδα ταῦτα πεπόνθασι, διὰ ψυχρότητα τῆς χώρας, ὥστε οἱ σπόροι, ὅπως αὐτοὶ αἱ χειμῶνες μὴ τέκνα καταλαμβάνωσι. In ſubiecto verſu, vbi dicuntur roſæ τιθήνημ' ἔαρος ἐκπρεπέστατον. quid intelligi voluerint interpretes per *veris nutricem*, ne ipſi quidem ſciuerunt. eſt verò τιθήνημα, idem ac θρέμμα, τέκνον, *ſoboles*. Si Cteſiæ fidem habemus, omnia nomina ſunt corrupta in iſtis. ὅτι ἡ Βαγαζοῦ γυνή, ἥτις ἦν ὁμομήτριος Ξέρξῃ ἀδελφή, ὄνομα Ἄνυτις, καλλίστη τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γυναικῶν, καὶ ἀσελγεστάτη. nam illa mulier impudiciſſima de qua loquitur, non *Anutis*, ſed *Amytis* vocabatur: neque *Xerxis* fuit ſoror, ſed *Xerxis* quidem filia, *Artaxerxis* verò ſoror. poſtremò

stremò eius maritus, nō *Bagaeus*, sed *Megabyzus* Ctesiæ multis locis nominatur. Quare ita constituēda lectio fuerit ex huius mēte, ὅτι ἡ Μεγαβύζου γυνὴ, ἥτις ἦν ὁμοπάτριος Ἀρταξέρξῃ ἀδελφὴ, ὄνομα Ἄμυτις καλ. De huius impudicitia multa idem Ctesias. ὡς Ἀθηνᾶς πτερωτῆς ἔχουσα. In Mss. biblioth. Palatinæ, legere memini, cùm is liber esset in manibus meis, ὡς Ἀθηνᾶ πτερῶν. vtrumque mendosum. neq; nos Clio Herodoti quicquam docet, quod sit sanādo huic vulneri. Hesiod. cùm τὴν ἐν Εὐβοίᾳ χαλκίδα καλλιγύναικα αἰνεῖ, non aliquam fœminam laudauit, cui esset *Chalcidi* nomen: sed vrbem in Eubœa, notissimam ex historicis & geographis. Hanc poëta vocat καλλιγύναικα, habentem pulchras mulieres, vt Homerus veterē Helladem, Οἳ δ' εἶχον Φθίην τε ἰδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα. Scribe, τὸν δὲ στέφανον αὐτοῖς δίδοσθαι μυρίνης. sic melius quàm μυρίνην. Animaduertenda nobis sequentia verba sunt. Si quis te roget, inquit, nomina eorum qui Durium equum sunt ingressi, ἑνὸς καὶ δευτέρου ἴσως ἐρεῖς ὄνομα. καὶ οὐ δὲ ταῦτ' ἐκ τῶν Στησιχόρου (χολὴ γὰρ) ἀλλ' ἐκ τῆς Ἀκάτου Ἀργείου Ἰλιουπέρσιδος. primùm τὸ χολὴ locum hîc non habet: nisi scribatur, χολὴ γὰρ τοῦτό γε. ita Græci loquuntur. deinde quis hic ast *Acatus*, auctor antiquissimus? Tu verò ne quæsieris. non enim inuenias. Legendum est, geminatâ literâ σ, quæ semel posita duabus dictionibus inseruit, ἐκ τῆς Σάκα τοῦ Ἀργείου Ἰλ. *Sacas* veteris tragici nomen est. Suidas, Σάκας, ὄνομα κύριον, τραγῳδίας ποιητής. Potest etiam legi, Σακάδου Ἀργείου. vel Σακάδα τοῦ Ἀργείου. hæc certissima coniectura est. constat enim Sacadam Argiuum poëtam fuisse, qui & odas & elegias scripsit. Plutarchus De musica. γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων. ὁ δ' αὐτὸς καὶ ποιητὴς ἀγαθός. καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται. Moneo etiam emendandum apud Pollucem nihili verbum σακαδονόμος, & scribendum: ὁ δὲ Σακάδα νόμος, lib. 4. cap. 10. Sequitur, καὶ Σοφοκλῆς δὲ ὡς ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς. non erat prætermittendum illud τῆς, velut otiosum: non est enim. sed eò adijcitur, ne quis putet hunc esse Sophoclem Sophili F. poëtā, cuius noti omnibus cothurni. nam qui Athenis Philosophos censuit exigendos, alius fuit, Anticlidæ filius, Suniensis, Pollux lib. 9. ἦν δὲ καὶ νόμος Ἀττικὸς κατὰ τῶν φιλοσοφούντων γραφεὶς, ὃν Σοφοκλῆς Ἀμφικλείδου Σουνιεὺς εἶπεν ἐν ᾧ τινὰ κατὰ αὐτῶν προσειπών. ἐπήγαγεν, μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν σοφιστῶν διατριβὴν καταστήσασθαι. Paulo pòst de Diagora, ὅτε καὶ πλέον ναυαγίαν ἐποιήσατο. Conatus est vir doctus istud πλέον interpretari. sed frustra fuit: nam πλέων omnino legendum est: i. est, *cùm quidem nauigans, naufragium fecit*. Scribe αἰσθήσει τε πολλῷ ὑστεροῦντες. non πολλῶν. Apparet ex antecedentibus. Addit. Ἀλλ' ὅγε Λυσίας ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ λόγῳ οὑτωσὶ, Πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν χρέως. Meminit huius Lysiacæ orationis Harpocration in καταδιαιτᾶν, itemque Dionys. Halicarn. nisi fallor. Cogitemus de alio Harpocrationis loco, Ἀσπασία. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν διαλεγόμενος ἐπιγραφομένῳ Ἀσπασία. Videtur significare dialogum à Lysia fuisse conscriptum contra Æschinem: cui dialogo fuerit titulus *Aspasia*. non obscu è hoc verba illa designant: si modò inutilem vocem διαλεγόμενος mutaueris in διαλόγῳ. Verùm, vt dixi, de eo loco adhuc cogitemus: nam dialogi illius Æschines auctor fuit, teste Diogene Laërtio, non Lysias. Desunt fortasse quædam verba: & hoc potiùs voluit Harpocration: de illo turpiculo Æschinis scripto verba apud iudices Lysiam fecisse. Quid sit ἀφορμὴ δίκαιαι, clarebit ex iis quæ in superioribus dicebamus de notione huius vocis inter Græciæ mercatores. Interpretes hæc non sunt assecuti. Nouem illi oboli, qui ab Æschine proximis verbis promittuntur, menstrua vsura sunt minæ vnius. Corruptissima sunt Pherecratis quæ subiiciam: καταμυροπωλεῖν τί μαθὼν τοῦτο χρῆν καθήμενον: ita sine controuersia emendanda: κατὰ μυροπωλεῖν τί μαθόντ' ἔχρῆν καθήμενον; quid accidit, inquit, *cur oporteret sedētem vnguenta vendere?* Nō venditabimus hāc emendationem: cuius elegantiam soli capient γνήσιοι κριτικοί. purum putum Atticum dicendi genus, τί μαθὼν, vel τί παθὼν: pro simplici τί, *quare*. Dicitur autem hoc testimonium è Pherecratis fabula, cui titulus Ἰπνὸς ἢ Παννυχίς. Pollux libro decimo, capite quadragesimo septimo, *Somnum* simpliciter inscribit. Φερεκράτης ἐν τῷ Ὕπνῳ, Σκληρὸν προσέρπεις προσβολὸν καινίκου. Sed docuit nos Harpocration vtrumque auctorem hac parte esse deprauatum. De voce enim ἰπνὸς, quæ caminum significat, loquens, ita scribit. Ἰπνὸς μέρος τι τῆς οἰκίας οὕτω καλεῖται. τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῖν μαγειρεῖον. ἔστι γοῦν δρᾶμα Φερεκράτους, Ἰπνὸς ἢ Παννυχίς, ἐν ᾧ δηλοῦται τοῦτο, ὅτι μέρος τῆς οἰκίας ἐστί. Pessimè etiam vulgò ista capiuntur: ὅσους δ' ἐράνους συνείλεκται, τὰς μὲν ὑπολοίπους φορὰς οὐ καταθήσει, ἀλλὰ περὶ τοῦτον τὸν κάπηλον, ὡς περὶ σπίλον διαφθείρονται. Sensus est: Pecunia omnis, quam ab amicis potest Æschines corradere nomine erani: non impenditur ab eo in soluendis bonâ fide reliquiis pensionum quas debet, atque adeò propter quas à sodalibus stipe collatitiâ fuit adiutus. sed vniuersa illa pecunia, quanta quanta est, apud proximum cauponem perit, sicut nauis quæ ad columnas impegerit. Cicero ad Pisonem: *Ne Scyllaeo illo æris alieni in freto ad columnam adhærescerct, in tribunatus portam profugerat.* Non est illepidus iocus Lysiæ in anum decrepitam: ἧς, ait, ῥᾷον τοὺς ὀδόντας ἀριθμῆσαι, ἢ τῆς χειρὸς τοὺς δακτύλους. notata est dicti huius venustas à Demetrio Phalereo, in libello De interpretatione. A mala manu sunt ista, ὅσοι ἐλάττους ἦσαν: quæ in multis libris post verbum ἀριθμῆσαι comparent. Studiosus quidam lector ad vocem ἐλάττους adnotauerat in ora sui libri, velut caussam explicans dicti huius. πλὴν ὅσοι ἐλάττους ἦσαν. Inde error librarij, qui primus Lysiæ verba illo emblemate vermiculauit. Postremò ait Myrtilus, Ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον τὸν τραγικὸν ποιητὴν, τἀδ' οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος,

καζαπαύσω τ λόγον. quem dicit esse Aristarchi versum, reperio apud Demosthenem, aut quicunque auctor orationis contra Neæram. ὡς οὐχ ὑπάρχων, inquit, ἀλλὰ ἠμαρτημένος, ἀγωνιοῦμαι τ ἀγῶνα τυτονί. [Suidas è Philemonis Thersita petitum esse versum ait: alij è Menandri Olynthia.] Bene est: emersimus iam ex hoc ingratissimorum nobis sermonum cœno: quod suspenso pede calcasse, fraudi nobis, spero, apud æquum lectorem, non erit.

ISAACI CASAVBONI ANIMADVERSIONVM in Athenæi Dipnosophistas, LIBER DECIMVS-QVARTVS.

CAPVT I.

Argumentum libri. Bacchus μαινόμενος. ἔξοινος. Πιέζομαι, vox seruorum ἀκολούθων. Seruorum nomina vnius aut duarum syllabarum. χολὴ καὶ ὠνδή. δήμιος pro δημόκοινος. alia nonnulla.

DVAS partes ἰλοχερεῖς habet iste liber. Prior, reliquias continet sermonum illorum de quibus diximus libri decimi initio. Atque hîc de acroamatis & gelotopœis agitur. solebant enim sub cœnæ finem admitti, qui partim seriis recitationibus, partim dictis factisque ridiculis saturos conuiuas exhilararent. audiebantur etiam cantores, tibicines, citharœdi, & quicumque alij musica instrumēta tractare, pulsare, aut inflare nossent. Acroamata vno verbo Græci Latinique hos omnes vocant. De his loquuntur eruditi conuiuæ ad hæc vsque verba: τοιαῦτα τῆς μανυρίου διεξελθόντος, περιεκομίσθησαν καὶ αἱ δεύτεραι καλούμεναι τράπεζαι. Ibi posterior libri pars incipit: cuius præcipua materia sunt mensæ quæ dicuntur secundæ, & bellaria. Præterea conicœit auctor eò loci analecta quædā obseruationum suarum, super iis quę prioribus libris sunt exposita: quemadmodum suis locis indicaturi sumus. Sermoni de dictis ridiculis cōuenientissimam obseruationem præposuit Athenæus: Bacchum μαινόμενον dictum esse, & Homero Ὀδυσσ. Φ. & aliis, quia non nisi bene poti vt plurimùm dicta dicere ridicula soleant, aut ea facere quæ sint aliis ludibrio & risuum argumēto. & vt cum Herodoto dicit auctor, κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα ἐπαναπλέει κακὰ ἔπεα καὶ μαινόμενα. Obiter de voce ἔξοινος aliquid etiam hîc. de ea Pollux quoque lib. 6. cap. 3. qui tamen censor, deductum ab ἔξοινος vocabulum ἐξοινία improbat, vsurpatum Athenæo haut semel. adeò interdum diuersi gustus sunt vel eruditissimi critici. Scrib. ὅτι τ πάλαι πινόντων ὄντες, ὅτε τὸν ἐξοίνων γενομένων. Anaxandridę verba super inuectoribus τῶν γελοίων ita legerem, κρίνει πολύ γε ποιοῦμεν. τὸν δ' ἀσύμβολον βίον εὗρε γελοῖα λέγων Ῥαδάμανθυς καὶ Παλαμήδης. Sed nō discedendum temerè ab edita lectione: τὸν δ' ἀσ. δ' εἶ γελοῖα λέγειν Ῥα. quam ita interpretor, *Inuentum est Rhadamanthi & Palamedis, vt is qui symbolam conferre non posset, ridicula dicta diceret.* Cum ait Philip. scurra apud Xenoph. vnde noster recitat, Καὶ τ παῖδα ἤ πάνυ πιέζοιξ, διά τε τὸ φέρειν μηδὲν, καὶ διὰ τὸ ἀνάριστον εἶναι, dicti huius pessimè à Dalec. accepti, elegantiam non capiet, qui non meminerit eius quod ad Theophrastum dicebamus capite περὶ βδελυρίας: solitos eā ætate comicos in omnibus propè fabulis suis seruum aliquem inducere, qui gemens sub iniquo sarcinarum pondere, clamaret πιέζομαι. Comicos igitur Atticus hic scurra imitatur: & ait suum quoque puerum πιέζεσθαι, & deficere: non quidem præ oneris grauitate, sed quòd nihil adhuc ederit, & quod deterius est, nihil habeat quod possit edere. Mox, ὥς φησι Φύλαρχος ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστοριῶν. at lib. 6: ἐν τῇ δεκάτῃ. Solitus dicere rex Demetrius, Lysimachi aulam comicorum scenæ esse similem, ἐξιέναι γὰρ ἀπ' αὐτῆς πάντας δισυλλάβους. Seruorum apud Græcos nomina vel vnius syllabæ fuerunt, vt *Mus*, seruus Epicuri: éstque verbum vetus, πᾶς δοῦλος δεσπότῃ μονοσύλλαβος. vel duarum, vt *Dauus, Geta, Manes, Stichus, Mysus, Dromo, Sabas, Adon, Tellus, Cion, Babys, Crexus*, & similia his. per seruos autem pleraque in comœdiis administrantur. Contrà in tragicam scenam reges vt plurimùm & proceres prodeunt. Tragœdia enim non fit nisi de principibus: neque tragœdiæ argumentum ingrediuntur meretrices: sine quibus nulla ferè Plauti nec Terentij comœdia: neque veterum Græcorum τῆς νέας κωμῳδίας, quos Latini sunt imitati. ideò dicebat Demetrius quidem, πάντας ἐξιέναι παρ' αὐτοῦ Βόλικους καὶ Μυλλας, ἔτι ἢ Ὀξυθέμιδας. Lysimachus verò, ἐγὼ πορνὴν ἐκ τραγικῆς σκηνῆς οὐκ ἑώρακα ἐξιοῦσαν. *non vidi*, ait, *è tragicæ*

tragica catena prodeũtem in pulpitũ meretricẽ. malè capiunt interpretes illa, ὑχ τάραξα. De Sylla locus quò reiicimur est lib. sexto. Pro Ἕρμιππ☉ ὁ Λυσίμαχος scrib. ὁ Λυσιμάχυ, vel Λυσιμάχ☉. Asteriscum mox tollas licet per hãc lectionem, quam libris tacentibus comminiscimur, λαβόντες οἰκείαν ἔννοιαν ἕως ἑαυτῶν ἀσελγείας. Ait, περὶ τῶν θαυματοποιῶν ἤδη προειρήκαμεν. de præstigiatoribus dictum est, inquit, in præcedentibus, libro nempè primo, vt ex illius fragmentis patet: nam Athenæi quidem verba οἴχεται. nos in libris De venatione amphitheatrali & Circensibus, pridem multa scripsimus. Noui, inquit, Cephisodorum planum, τὴν σχολὴν εἰς τὸ τὸ μέρ☉ τῦ βίυ καλαρχόμενον. Lego cum Dalec. τὸ ἥμισυ τῦ β. vel sic, εἰς τὴν σχολὴν τὸ πλεῖον μέρ☉ τῦ βίυ κατ. Vitam partiuntur etiam sapientes in otium & negotium, σπουδὴν & σχολήν. plano huic pro negotio erat otium. Proxima & obscura sunt, & vt puto corrupta. Reperi in Excerptis non μέλλων ὑπὸ τῦ δήμου σφάττεσθαι, sed ὑπὸ τῦ Δημητρίου, malè notatus accentus hanc lectionem peperit: nam si acutus paululum productior inclinetur, hoc modo, δημίος, ipsissimum fuerit vocis Δημήτριος compendium, quo nihil frequentius in membranis.

CAPVT II.

Κακότης. ὁλοσαλοκάλαμος & ὁλεσαυλοκάλαμος. Λιβὺς αὐλός. Sirites auctor τῆς αὐλητικῆς. αὐλήσεις, modi tibiales. Comus *& tetracomus. μέλος & αὔλησις confunduntur.* sicinnis, sicinnotyrbe. *κνισμός & κνισμός. multa emendata.*

POSTREMA sunt verba eclogæ Melanippideæ, de Minerua tibias proiiciente: ἔῤῥετε αἴσχεα σώματι λύμα. ἐμὲ δ' ἐγὼ κακότητι δίδωμι; ita scribendum cum interrogatione. *égone animum applicem rei turpi?* κακότητα appellat τ. ἀσχημοσύνην, indecoram vultus compositionem tibias inflantium. Clemens Alexandrinus Pædag. libro secundo, προσηκόντιον δὲ μάλιστα τῆς δι' ἀσχημοσύνης. ἣ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν φησὶν ὁ μῦθος, ἥτις ποτὲ ἦν, προμηθευμένην αὐτῆς, τοὺς αὐλοὺς ἀπορρίψαι τὸ ἐπίτερπές, διὰ τὸ ἀπρεπὲς τῆς ὄψεως. Corrupta sunt paulo pòst ista, αἱ γὰρ παρθένιαι ἀγαθοὶ καὶ ἀπαιδ. ἀπονεμει κλωθω. Lego, καὶ γὰρ παρθένιαι ἄγαμοι καὶ ἀπ. Et mox, σὺν ἀγλααῖς † χυδεῖ χερῶν κόμψω † δι. Scribo, σὺν ἀγλααῖσιν ὠκύτητι χερῶν κόμψωγε. In hyporchemate Pratinæ legunt & veteres, οἷά τε κύκνον ἄγοντα. opinor, pro ᾄδοντα. nam cygni non ἄγυσι μέλος, neque duc unt choreas: sed ᾄδυσι, canunt. Postea scribe cum Dalecamp. ὁ δ' αὐλὸς ὕστερον χορευέτω. ex superioribus Athenæi verbis, & Excerptis: At pro deprauatissimis hisce, κατεὰ † ὑπηρεὺς βασίλεια: censeo legi posse sublato puncto à fine superioris vocis ἀοιδὰν, hoc modo: τοῦ ὑπηρεσία βασίλεια. In Epit. scribitur statim, θηρσαμαχοισι τε πυγμαχίαισι νεων θέα. prima dictio θηρομαχοις scribatur meliùs. Nullius pretij vox est quæ sequitur, φλεγε τὸ ὁλοσαλοκάλαμον. mutato spiritu vox Græca fuerit non inelegans: quà significauerit poeta, tibiam nihil esse aliud nisi arundinem sputo plenam: vel ita scribe, ὁλεσαυλοκάλαμον. Ephippi *Empolam* qui mutant in Ἔφορον, castigandi non laudandi sunt: exposuimus pridem ad Suetonium. Prima eius verba ita scribe,

——κοινὴ γὰρ ὦ μειράκιον.
ἡ' τίσιν αὐλοῖς μουσική.

Quid sit συναυλία, habes apud Pollucem & in scholiis comici initio Equitum. Eustath. Athenæi super ea re verba describit, ad Ἰλιάδ. Φ. Antiphanis sequens ecloga, merum Augiæ stabulum: expectandus νέ☉ Ἡρακλῆς. interea videamus an postrema sic possint emendari:

Ἠλίωτησι μάλ' ἐστι, τῇ χειρὸς πάλη
Συνδόμάτων προθέλημα θ' οἷς σημαίνεται
Ἕκαστ.

tantum hic video: cætera relinquo τοῖς ὀξυδερκεστέροις. Ait Λιβύων δ' τὸν αὐλὸν προσαγορεύουσι οἱ ποιηταί. Euripides Hercule furente, ὅ τε χέλυος ἐπίφατος Μολπάν καὶ Λιβὺν αὐλόν. Σείρ̣ιτης, inquit δοκεῖ πρῶτ☉ εὑρεῖν τὴν αὐλητικήν. Tibias Phryges inuenerunt Olympus & Marsyas. Plinius & Clemens Alexandrinus. *Sirites* hic, non tibias reperit, sed viam excogitauit inflandi arte tibias: Adi ad Iulium Pollucem libro quarto, capite 10. Atque hic Sirites κατηύλησε τὰ μητρῷα πρῶτος, id est, *primus ad matris deûm sacra tibiam adhibuit.* Αὐλήσεις, quarum species & nomina deinceps enumerantur, *modos tibiales* dicam potius quàm *cantiones tibiales.* etsi scio αὐλεῖν Latinis dici, *canere tibiis:* & αὔλησιν, Cælio Aureliano *cantionem tibiarum.* Sed ea interpretatio confundit discrimen, quod est inter ᾠδήν, sonum humanæ vocis, & αὔλησιν, quæ tibiarum inflatu editur. Erant autem tibiales modi, pro diuersitate argumenti, diuersi. Κῶμ☉ est ille tibiarum inflandarum modus, quo vtebantur quando ibant comessatum: qua de re multa obseruamus alibi idem sentiendum de cæteris αὐλήσεων appellationibus. De *gingra*, dictum est libro quarto. Hesychius, Γίγγρος αὔλημά τι, ὅπερ ἔνιοι γίγγρον. scribe, γίγγραν. De *tetracomo* audiamus veteres potiùs quàm interpretem. τετράκωμ☉, (verba Hesych.) μέλ☉ τι σὺν ὀρχήσει πεποιημένον, εἰς Ἡρακλέα ἐπινίκιον, ὃ καλοῦνται τέσσαρες κῶμοι. appellat μέλ☉ quam noster αὔλησιν; quia miscebatur in tetracomo cantus cum tibiis. Similiter πολεμικὸν Athenæus inter αὐλήματα recenset: Hesychius vocat μέλος: vtrumque rectè. Eâdem ratione ἡδύκωμος Athenæo est αὔλησις: Hesychio γένος ᾠδῆς & *mothon* ei Grammatico est saltationis genus: modus tibialis cum saltatione cani solitus & vt redeamus vnde sumus digressi, τετράκωμος à Polluce inter saltationis species refertur, sicut & κνισμὸς & μόθων. Vnde autem dictus sit tetracomus quærit Pollux eodẽ loco Ἐπίφαλλος in Excerptis est ὑπίφαυλος: sic mox in iisdem φαυλοφόροι scriptum pro φαλλοφόροι. Eustathius. ἐπίφαλλος. rectè: non est obscura nominis ratio. Χορεῖος, apud Hesychium est

χορῶν αὔλημά τι. At καλλίνικος, eidem, ſaltationis nomen eſt. Iungebantur nempè tibiæ cum ſaltatione. Sic ille. καλλίνικος, εἶδος ὀρχήσεως ἐπὶ τῇ τοῦ Κερβέρου ἀναγωγῇ. Fuit *ſicinnis* genus cantionis & ſaltationis, atque vt puto etiam αὐλήσεως, pyrrichæ adfinis: militum nempe & σωστικός. *Sicinnotyrbe*, quæ hîc recenſetur inter αὐλήσεις, quid diſtaret à *ſicinne*, parum explicant veteres: erat fortaſſe non militaris αὔλησις, ſed in circulis & ſtationibus coactæ hominum turbæ vſurpari ſolita. Species eſt aut pars comi tibialis, ille modus qui hîc dicitur, θυροκοπικὸν καὶ κρουσίθυρον. Nam comiſſatores inuerecundi, cùm incaluerant vehementiùs, fores pulſabant, tibias ſimul inflantes conuenienter ei quod agebant. Eiuſdem argumenti ſed remiſſior modus eſt, παρακλαυσίθυρον. Qui eſt κνισμὸς in noſtris libris, apud Euſtathium κνησμὸς per η. ſed Heſychius, Κνισμὸς, μέλος τι κνισμῷ αὐλούμενον. De Mothone conſule comici veterem interpretem.

CAPVT III.

Explicantur veterū cantionum appellationes aliquot. ἱμαῖος, ἐπαυλαῖος, ἐπιμύλιος. ἱμαλὶς & νόστος. Εὔνοστος. ἔλινος. *ſiue* αἴλινος, ἀμάλλαι, ἴουλοι. *Ceres* Chloa. οὖλον ἵει. *Nutricum nænia Pollux emendatur.* ἰώρα, *pro* αἰώρα. lityerſa, τὸ πτιστικόν. *Nicochares* Hercules Chorag. ὕπιγγοι. borcus. *Caſſander rex & criticus. alia non pauca.*

DEINCEPS enumerantur ᾠδῆς ὀνομασίαι, appellationes cantus variæ. Prima eſt, ἱμαῖος ἢ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τὰς ἀλέτρας ᾖδον. eadem cantio & ἱπ' αὐλαῖος dicta, & ἐπινοσις, auctore Heſychio: ſi ſcriberemus ἐπαυτλαῖος, eſſet eadem ferè nominis ratio, ac τοῦ ἱμαῖος. nam ἱμᾶν eſt αὐτλεῖν. etſi videtur Athenæus noluiſſe vocem ἱμαῖος inde eſſe deriuatam. Manifeſta etiam ſit ratio, ſi ἐπαυλαῖος ſcribemus: ab ea quæ dicitur poëtis ἀκτὴ Cerealis, id eſt, farina. Exemplum ἐπιμυλίου ſiue molaris cantilenæ extat apud Plutarchum in Conuiuio ſapientum, hoc. Ἄλει μύλα ἄλει· καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μιτυλάνας βασιλεύων. Sunt auctores qui *himaam* cantilenam propriam ſcribant fuiſſe aquam haurientibus, quod Græci dicunt ἱμᾶν. Callimachus, ἀείδει καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον. Ariſtophanes in Ranis vocat ἱμονιοστρόφων μέλη. Subiicit Athenæus, ἴσως ἀπὸ τῆς ἱμαλίδος. ἱμαλὶς δ' ἐστὶ παρὰ Δωριεῦσιν ὁ νόστος, καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλετῶν. Falluntur eruditi viri qui νόστος hîc in ea ſignificatione accipiunt, quam vulgò apud Homerum habet & alios, pro *reditus in patriam.* Euſtathius poſtquam Athenæi hunc locum deſcripſit, ſic vocem explicat: λέγει δὲ νόστον ὁ ῥήτωρ ἐνταῦθα, οὐ τὸν Ὁμηρικὸν καὶ συνήθη, ἀλλὰ ἵνα δαίμονα ἐπιμύλιον ἔφορον τῶν ἀλετῶν, ὃς καὶ Εὔνοστος λέγεται, ὅθεν παρώνυμον νόσιμον. id eſt, *Significat voces in hoc Athenæi loco, nō quod apud Homerū & vulgo, ſed molarem quendam deum, moliteribus præfectum. qui & Eunoſtus dicitur: inde eſt* νόσιμον. hæc Euſtathius. Sed de voce νόσιμον quod ait, rectè accipe: nam apud poëtam νόσιμον ἦμαρ, nihil ad hanc dictionis νόστος ſignificationem: ſed ſignificat & καρποφόρον, vt explicant veteres. Eſt & *Himalu* inter Cereris cognomina, vt *Sito.* vide libro decimo. Pro ἐπίμετρα τῶν ἀλετῶν, legitur apud Heſychium, τῶν ἀλφίτων. id eſt, *qui efficit vt farina menſura ſit cumulata.* Telam texentiū cātilena, ἔλινος in omnibus Athenæi codicibus nuncupatur: ſed meliùs in Epit. αἴλινος. Caue autem confundas αἴλινον, cuius hîc ex Epicharmo fit mentio, cum aliorum ſcriptorum ælino. nam illi ælino nihil commune cum textoribus: ſed triſtis cuiuſdam cantilenæ eſt nomen, vt in verſu intercalari apud Æſchylum, Agamemnone: αἴλινον, αἴλινον εἰπέ, τὸ δ' εὖ νικάτω. Euſtath. de *lino* & *alino* cantilenis diſputans, ἡ μέν τι, ait, ἐξ Ἐπιχάρμου χρῆσις ἐθέλουσα τὸν αἴλινον ᾠδὴν τῶν ἱστουργούντων εἶναι, οὐ τὸν Λίνον τὸν θρῆνον ἐγκαλεῖ. τῷ αἰλίνῳ βούλεται, ἀλλὰ τὸ λίνον: Ait, τὰ δράγματα τῶν χερσὶν αὐτοῦ καθ' αὑτὰ παρηγόρουν ἀμαλλας. alij ſcribunt ἀμάλλας. inde ἀμαλλοδετῆρες apud Homerum & Theocritum: vtraque γραφὴ in optimis libris. Sequitur, συναθροισθέντα δὲ καὶ ἐκ πολλῶν μίαν γινόμενα δέσμην, οὔλους καὶ ἰούλους. appellarunt οὔλους tanquam ὅλους: nam ex pluribus manipulis fiebat vnus οὖλος: vel à torto vimine quo conſtringebatur: nam οὖλον eſt τὸ συνεστραμμένον. id vinculum veteres ἀμάλλιον, poſteriores ἐλλεδανὸν dixerunt. At ἴουλοι appellati faſces iſti, inquit Euſtathius, διὰ ὁμοιότητα ἴσως, ἢ τοῦ κατὰ τὴν ἥβην ἰούλου ἐν τοῖς προσώποις, ἢ τοῦ πολύποδος ζωυφίου. ἢ διὰ τὸ ἰέναι εἰς ὁλότητα. In totum quæ fimbriatis ſimilia ſunt, ἴουλοι Græcis dicuntur. Cererem, inquit, vocabant ὅτε μὲν χλόην, ὅτε δὲ ἰουλώ. *Chloæ* cognomine colebatur in Attico agro, vbi fuiſſe ſcribit Pauſanias Δήμητρος ἱερὸν χλόης. idem ſcriptor cupientem ſcire eius cognominis cauſſam, ad ſacerdotes reiicit: quæ tamen magis eſt anceps quàm obſcura. Eupolis *Marica.* ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι. θῦσαι γάρ με δεῖ Κριὸν Χλόῃ Δήμητρι. Sophocles Oedipo Coloneo, Τὰν δ' εὐχλόου Δήμητρος εἰς ἐπόψιον Πάγον μολοῦσαι. Multa ibi ſcholiaſtes. Lego vt orationi conſulam & veritatis οἱ αὐτοὶ καὶ δημητρούλοι, καὶ καλλιουλοι. καὶ πλεῖστον οὖλον οὖλον ἵει. οὖλον ἵει antiquū erat verbum ἵει: cuius poſtea locum obtinuit ἱημι. Cùm paulo antè dixerit eſſe *iulum* τῶν ταλασιουργῶν, deinde ex aliorum ſententia manipulorum vietoribus attribuiſſet, reperit poſtea id quod priùs dixerat, ἄλλοι δὲ φασὶν ἐριουργῶν εἶναι τὴν ᾠδήν: iulum nempè. De nutricularum næniis quæ hîc nominantur καταβαυκαλήσεις, dictum adfatim ad Theophraſtéas Notationes morum, capite περὶ λαλιᾶς Quintilianus libro primo, capite decimo. *Chryſippus etiam nutricū quæ adhibētur infantibus, allectationi, ſuū quod dā carmē aſſignat.* Poſitum eſt ι pro αι cùm additur, ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ ταῖς ἰώραις τις ἐν Ἠριγόνῃ. nam αἰώρας intelligit: multa ita ſcripta in Gloſſographorum

graphorum: at in Pollucis libris. ᾆσμα ταῖς ὥραις προσᾳδόμενον. malè. Rectè autem eruditissimus Leopardus, ἣν καὶ ἄλλῃ τιν λέγουσιν ᾠδήν. Væ illis qui tanti viri obseruationum reliquos decem libros nobis inuident: Ne errēt tyrones in subiectis verbis, ἀπέθανε δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Θεόδωρος ὑστερον ἰδίῳ θανάτῳ. λέγεται δὲ ψιλῶς τρύφων τις, ὡς ἐκ τῆς ποιήσεως δῆλον ἐστι. legendum enim τρυφῆτις, aut literâ minusculâ τρύφων τις. eadem sententia, τρύφων, vt τρίβων. Messorum cantilena dicta est λιτυέρσης, à Lityersa Midæ filio, de quo multa in Lectionibus Theocriticis: vide etiam Pollucem libro quarto, capite septimo [Et Seruium viri optimi Danielis ad illum versum, *Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnin.*] Oda pinsentium mulierū dicebatur τὸ πτισικόν. Phrynichus *Comastis*, Ἐγὼ δὲ ταῦτ᾽ ἐν τερπνῷ τὸ πτισικόν. vel simpliciter πτισμός. Nicophon, *Chirogastoribus*: Ἀλλ᾽ ἴθι προσαύλησον σύ νῷν πτισμόν τινα. *Thesmophoriazusas* accipe non illam quæ extat fabulam: sed alterā eiusdem nominis: de qua libro primo. *Herculem choragum* Nicochares appellat etiam Pollux libro 7. cap. 12. Docuerat hic poëta & Herculem γαμῶν; cuius idem meminit lib. 7. cap. 11. Epicharmi fabula dicta hic *Vlysses Naufragus*, simplici nomine Polluci Ναυαγὸς nominatur lib. 10. cap. 3c. *Philetas*, Apollini sacra, sic appellata est ab intercalari versu, qui proprius ei asmati, ἴεχε ἴεχε ὦ φίλ᾽ ἥλιε. *Vpingi* Dianæ, ab eius deæ nomine Οὖπις. Callimachus in eius hymno, Οὖπι ἄνασσ᾽ εὐῶπι, φαεσφόρε. *Liuus & alinus*, inquit, οὐ μόνον ἐν πένθεσι, ἀλλὰ καὶ ἐπ᾽ εὐτυχεῖ μολπῇ κατ᾽ Εὐριπίδην. Scribendum μολπῇ. vt apud Eustath. & Breuiatorem. at μολπὸς est poëta vel cantor. Legam lubens, ὡς μυθεύεται τοὺς λεγομένους ἐς δρόμους. *Ius* noti errores per omnes ferè orbis plagas: tamens huius libri scripti *Borcum* Hesychius duobus locis *Bormum* nominat. Βῶρμον, ait, θρῆνον ὑπὸ Βώρμου ἐκ Φολκῶν Μαριανδυνῶν. accedit scriptura Excerptorum, vbi *Borbus* appellatur. β. ac μ vt sermus passim permutantur. ἀφανισθῆναι hic est, correptū à Nymphis disparuisse, vt Hylam. ideò Hesych. νυμφόληπτον dicit. Μανερὼς melius quàm Μανερῶς, ex aliis scriptoribus Importunitatem verò specta Lector istorū correctorum: qui versus inueniunt, etiam in soluta omni lege oratione: quod cùm alibi factum iis perperam: tum isto loco sanè quàm ridiculè, in his verbis, οὐκ ἀπελίπουσι δὲ ἡμῶν. &c. Cassander Macedo, inquit, adeo φιλόμηρος fuit, vt & plurimos poëtæ versus memoriâ teneret; & haberet Iliadem atque Odysseam ἰδίως γεγραμμένας. Puto hoc velle Athenæum: Homeri poëmata à Cassandro fuisse emendata: quemadmodum antè fuerant ab Alexandro & Aristotele. Cassander igitur poësin vtramque Homericam habuit non ex publicis; & vulgatis codicibus descriptam: sed propriâ ipsius industriâ correctam. De Homeristis Diomedes l. 3 *Olim partes Homerici carminis in theatral vns circulis cū baculo, id est virga, pronūtiabant, qui ab eodem Homero dicti sunt Homeristæ.*

Clearchi liber qui Παραγραφῶν hîc inscribitur, alibi nomē habet Περὶ γρίφων: quæ lectio placet magis, vt dictū initio septimi: tamē ne id quidem verum cēseo: sed Περὶ γρίφων. vide infrà cap. 15. Totum locum ita debes vertere, *Clearchus libro priore de griphis, Simonides inquit, Zacynthius sedēs super sella in theatris Antilochi versus recitabat.* Sed quis iste fuerit Antilochus, discā lubēs si est qui me doceat. In Excerptis, Ἀρχιλόχου inuenimus, non Ἀντιλόχου. iuuat quòd modò nominatus Archilochus inter eos poëtas recensetur quorū versus recitabātur. Quare ita legamus: aut certè τὰ περὶ Ἀντιλόχου. vt intelligamus eam partem ῥαψ. ψ. Iliadis, quæ est de Antilocho. Scrib. Μνασίωνα τὸν ῥαψῳδὸν λέγει, non λέγειν.

CAPVT IV.

Magodus. χλιδᾶσθαι, & χοινίζεσθαι. χοινίη φωνή. χοινων *falsi* ατιο. φλοιαξ. ... *sapia.* φλιφυρα. κεφαλιών, *ridere. Hesych. corrigitur.* παστάτω. ... σπάων. ... χλιδήν. ἀρνία. φωνάρχαι ... *multa emendata.*

MAGODVM esse dictum aiunt docti conuiuæ, τὸν ἀνδρεῖα καὶ γυναικεῖα πρόσωπα ὑποκρινόμενον. Dalecampius legit, ἀνδρεῖα γυναικείοις. repugnant veteres codd. & disertè Eustath. ad Ὀδυσσ. ψ. sed virum eruditum non abs re mouerunt sequētia, τὰ δὲ γυναικεῖα ἀνδρείως λυσιῳδόν. Præterea aliquanto pòst tribuuntur magodo πάντα τὰ περὶ αὐτὸν ἐνδύματα γυναικεῖα. Magodo dicitur esse *bilarodus* σεμνότερος, quoniam οὐδὲν χλιδᾷ. Etymologici auctor postquam retulit hominum delicatorum morem, lentiscum habendi in ore, vt dentibus candorem concilient: inde, ait, dicitur χλιδᾶν. Vellem adiecisset de significatione eius vocis aliquid. neque enim huic Athenæi illa significatio conuenit, quâ sumitur pro lentiscum rodere: sed insignem aliquam in gestu mollitiem designat: qualis fuit pantomimorum, aut Gaditanarum puellarum in theatro Rom. saltantium. Ita autem libri omnes χλιδᾷ: quorum consensus facit vt diffidam coniecturæ meæ: scribendum esse χοινίζει: eóque verbo notari impudicos & omnifarios mimorum motus: nam χοινίζειν est flectere se instar iunci: & vocem fractam atque effœminatam Græci vocant χοινίνην vel χοινίαν. Hesychius. σχοινίνην φωνήν, τὴν σαθρὰν καὶ διερρωγυῖαν. Fuit etiam genus quoddam saltationis, σχοῖνον Hesychio, χοινίων Plutarcho de musica, nominatum, similem, vt probabile est, ob caussam. Arbitrium esto docti & acuti lectoris. Cæterùm quid eâ dictione significari auctor voluerit, claret ex sequentibus verbis, χλιδᾷ τε καὶ πάντα ποιεῖ τὰ ἔξω κόσμου, &c. Magodiam vult auctor sic dictam, ἀπὸ τοῦ οἱονεὶ μαγικὰ προφέρειν. Hesychius magum profert nomine Chrysogonum, à quo μαγῳδὴ saltatio est nominata. Legit Eustath. οἱ δὲ φλοίακας ὡς Ἰταλοί, per οι.

vulgò φλύακας. vide lib 3. capite 9. Italos hîc accipe, magnæ Græciæ incolas: in his erant Tarentini. Stephanus de vrbibus, ἀνεγράφη καὶ Ῥίνθων Ταραντῖνος φλύαξ, τὰ τραγικὰ μεταρρυθμίζων εἰς τὸ γελοῖον, tamen illum locum aliter acceperunt eruditiſſimi viri. Recitantur Strattidis elegantes verſus è Phœniſſis, quibus probatur Bœotos aliter locutos eſſe ac Græcos alios. Sepiam, inquit vocant ὀπιθοτίλαν, vel ὀπισθοτίλαν, vt Heſych. ſcribit & Euſtath. apud quem omnium harum vocum Thebanæ dialecti interpretationem legat qui volet, in commentariis ad Odyſſ. ραψ. ρ. Pons ſiue γέφυρα, Thebanis βλέφυρα. ita codd. Athenæi Breu. βλεφυραν. Falſum eſt Thebanorum dialecto dici τὸ γελᾶν ἐκρεδδέμεν. verum eſt quod reponemus, τὸ γελᾶν ἢ κρεαδέμεν. auctor & fundus nobis huius emendationis Heſych. qui Bœoticam eſſe hanc vocem ſcribit, ſignificantē γελᾶν. ſed narro tibi, Lector, vitioſi etiam hîc doctiſſimi illius critici ſunt codd. & ſcribendum ex Strattidis verſibus γελᾶν. nam, vt contrà Strattidem ex Heſychio emendemus, lex metrica vetat. Quare ita ſcribe in optimis illis Gloſſis, Κρεαδέμεν. γελᾶν. Βοιωτία ἡ λέξις. Non dubitabis Strattidis verſum hunc ab Heſychio eſſe ſpectatum. Claudit poſtremus verſus Strattidis, νεασπατώτων δ᾽ ἤν τι νεοκάττυτον. Scribe, ἤν τι ἦ νεοκάττυτον. Emendationem Dalec. vitij manifeſtam lex metri arguit, vt alia taceam. Significat calceos, νεοκαττύτους, id eſt, quibus ſuppacta recens ſolea, dici Bœoticè νεασπάτωτον, vel νεοσπ. Ex hac voce licet coniicere, Bœotis σπάτος corium dici. quare de illis accipio Gloſſographi verba, σπάτος, δέρμα, σκῦτος. non dicit, vt ferè ſolet, cuias vox ea ſit, ſed hoc nos docet hic Strattidis verſus. Idem interpretatur σπάτειον, δερμάτινον. Ergo etiam σπατοῦν, opus ex corio facere aut ſarcire dixerunt, id eſt, vt exponit Strattis, καττύειν. Scribe Semi Delij teſtimonium, quod homines infruniti verſu conſtare exiſtimarūt, οἱ ἂν σκάνδαλοι ἐστεφανωμένοι κιττῷ χύδην ἐπέρανον ῥήσεις. non autem ἐπέρρανον. neque enim eſt ab ἐπιρραίνω. nam id quidem ineptiſſimum: ſed à περαίνω. ῥήσεις ſunt integri poëtarum loci. περαίνειν ῥῆσιν, planè eſt ῥαψῳδεῖν. alij dicunt ῥήσεις εἰπεῖν. nam & περαίνειν pro εἰπεῖν vſurpant Attici. χύδην eſt ἡσυχῆ, & cum lentitudine quadam decora: vel ponitur pro βάδην, cui mox opponitur σκέδην. Paulo pòſt, αὐτικάς τε περιβεβλημένοι παρέρχονται. alij has veſtes appellant καυνάκας. & ita fortaſſe ſcribendum hîc quoque. Cogitemus de proximis verbis, οἱ μὲν ἐκ παρόδου, οἱ δὲ κατὰ μέσας τὰς χεῖρας βαίνοντες ἐν ῥυθμῷ. Venerat in mentem κατὰ μέσας τὰς χορείας. ſed nihil pronunciare tutius eſt. In tertio verſu diſtingue poſt ἀπαρθένευτον, maiore diſtinctione: & poſtea ſcribe, ἐπὶ ταῖς πάροις Κεχηνότες νῦν ᾠδαῖσι. Omnino autem in primo Eubuli, ἕστηκας ἐν πύλαις. Nono verſu, Παρεγκεκαπλωμ στερεῖ ἐστὶ ἢ ὄκια. non diſplicet coniectura Dalec. τ᾽ ἄρνια. agniculi. magis tamen placet vel ἄρνια pro ἄρνεα, ſupple κρέα. vt diximus λαγῷα, ſimpliciter pro leporinæ fru-

ſtis: vel στερεά: vt ea ſignificentur, quæ in ſuperioribus libris σπλάγχνα & σπλαγχνίδια dicebantur: culinæ & macelli ſunt vocabula. Decimus Antiphanéæ ῥήσεως olim corruptus eſt, Κεφαλὶς λεπτωθεὶς † σπασθεὶς, χρωσθεὶς, στραφεὶς. Dalec. ἄλλ. πασθεὶς: rectè: ſi negligere modulum verſus rectum eſt. Idem dixeris de Breuiatore, qui ſcribit, κ. λ. πασθεὶς, στραφεὶς, χρωσθεὶς. Nos legimus, κ. λ. καταπλυθεὶς, χ. σ. ſeruato metro, planâ ſententiâ. In penultimo. ἄστ᾽ εἴσιθι, μὴ μέλλε, χώρει. δεῖ γὰρ ἠρεμηκέναι, verſum corrumpunt prima verba ἄστ᾽ εἴσιθι: quæ non ſunt Antiphanis, ſed Sophonis qui Antiph. ῥῆσιν pronuntiabat: quamquam fieri poteſt, vt ea fuerit vltima dipodia præcedentis verſus, cuius cætera omnia, more ſuo, Athenæus prætermiſerit. Deprauatus eſt, & Clearchi vltimus, τὸ φανερὸν ἡμῶν πλείσαργον γίνεται. Legam, πλείαυγον, aut πλειαυγὲς, *vox clara*, cur non ita dici queat, ſicut φωνὴ λαμπρὰ & μέλαινα?

CAPVT V.

Muſica παιδιά. & παιδεία, διάφοροι τὰς γνώμας. Muſicæ vis ad ſedandas animi perturbationes. αὐτὴ τοῖς ἤθεσι διαφορεῖν. Cantiones ad medelam morborum adhibitæ. καταυλεῖν τῶν τινῶν. Ananius *poëta, item alia.*

DE muſica deinceps tractatur. Ait, πάντων ἐπαινούντων τὴν παιδιὰν ταύτην. muſicam vocat παιδιάν, non malè. Eſt enim animi quædam oblectatio ad modum luſus, Cenſeo tamen παιδείαν ταύτην ſcripſiſſe Athenæum. confirmant ſequentia. Ait, καὶ γὰρ τὰ ἤθη παιδεύει. καὶ τοὺς θυμοειδεῖς καὶ τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει. furioſi & qui mente non conſtant, διάφοροι τὰς γνώμας dicuntur: quaſi in diuerſa rapti. Quòd autem muſicâ grauiores animi motus demulceantur, componantúrque, ignórat nemo. Illuſtre & certum in Saule exemplum, omnibus Chriſtianis notum. Multa in hanc ſententiam proferri poſſent ex antiquis ſcriptoribus: quibus lubens ſuperſedeo. Afferam tantùm quæ de ea re legi in Græcis commentariis libri Hermogenis Περὶ ἰδεῶν. non enim omnium manibus teritur ille liber. Probaturus ſcriptor ille, muſicam vim quandam in animum habere, ὁ Τιμόθεος, ait, αὐλήμασιν ἐκίνει πρὸς θυμὸν καὶ ὅπλα τὸν Ἀλέξανδρον. καὶ Λακεδαιμόνιοι πρὸς τὸν ἐμβατήριον τοῦ αὐλοῦ ῥυθμὸν κατὰ πολεμίων ἐχώρουν. φασὶ δὲ καὶ τοὺς Πυθαγορείους εἴποτε κινεῖσθαι αὐτοῖς τὰ πάθη, ἤ τινας ἑτέρους ὑπ᾽ αὐτῶν κατεχομένους θεάσαιντο, διὰ τῶν ἐν αὐλοῖς τε καὶ κιθάραις ῥυθμῶν μετάγειν ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον τὴν ψυχήν. καὶ Πυθαγόρας δὲ ὥς Ἰάμβλιχός φησιν, ἐν τῷ Περὶ τῆς Πυθαγορείου αἱρέσεως, μέσων νυκτῶν ἀστρονομούμενος, νεανίαν τινὰ σὺν αὐλητῇ κωμάζοντα μετὰ λαμπάδος κατὰ αὐλητρίδος (ſcripti. καὶ αὐλ. ſed deeſſe aliquid patet.) τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐμπρῆσαι σπεύδοντα διὰ ζηλοτυπίαν, ἐπέσχε τῆς μανίας παρακελευόμενος τῇ αὐλητρίδι μεταβαλεῖν τὸν ῥυθμὸν ἐπὶ τὸ καταστηματικώτερον μέλος, τὸ καλούμενον σπονδεῖον

Ἐμπεδο.

Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος ὁ Πυθαγόρου μαθητὴς, ὁ Κωλυσανέμας ἐπίκλην, παραμένοντός τινος ἤδη κατὰ τοῦ πλησίον τὸ ξίφος, ὃς ἐδόκει τὸν πατέρα τοῦ θυμουμένου ἀνῃρηκέναι, ἀνακρουσάμενος τι καταστηματικὸν τῇ κιθάρᾳ μέλος, ὃν ἔτυχε μετὰ χεῖρας ἔχων, διεκώλυσε τὸν φόνον γενέσθαι, χαλάσας τοῦ νεανίσκου τὸν θυμὸν μαλακωτέρῳ ῥυθμῷ. Habes hîc nonnulla quæ non temerè alibi legas: at quod de Pythagora narrat, paucis perstringit Quintilianus, *Pythagoram*, ait, *accepimus, concitatos ad vim pudicæ domus afferendam iuuenes, iussa mutare in spondeum modos tibicinâ, composuisse*. Sequitur ex Chamæleone Pontico, Κλεινίας καὶ τῷ βίῳ καὶ τοῖς ἤθεσι διαφορῶν, &c. Ælianus eandem historiam recitans ex eodem, vt puto, & sæpè obseruauimus, scriptore: pro istis habet, Κλεινίας ἀνὴρ ἦν σπουδαῖος τὸν τρόπον. Vt igitur eadem sententia fit etiam in Athenæo, scribēdū, διαφέρων, pro διαφορῶν. *vir excellēs vitâ & moribus*. sed cogitemus ampliùs de hoc loco. Scripta lectio, καὶ τῇ γνώμῃ καὶ τοῖς ἤ. vt videatur ad ista alludens Athenæus scripsisse, τοὺς τὰς γνώμας διαφόρους καταπραΰνει. Addit, ὅτι δὲ καὶ νόσους ἰᾶται μουσικὴ, Θεόφραστος ἱστόρησεν ἐν τῷ Περὶ ἐνθουσιασμοῦ. Apollonius in historiis mirabilibus. Ἀξία δ' ἐστὶν ἐπιστάσεως τὰ εἰρημένα Θεοφράστῳ ἐν τῷ Περὶ ἐνθουσιασμῶν. Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος τὴν μουσικὴν πολλὰ τῶν περὶ ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα γιγνομένων παθῶν ἰατρεύειν: καθάπερ λιποθυμίαν, φόβους, καὶ τὰς ἐπὶ μακρὸν γιγνομένας τῆς διανοίας ἐκστάσεις. ἰᾶται γάρ φησιν ἡ καταύλησις καὶ ἰσχιάδα καὶ ἐπιληψίαν. Et testatur idem paulo pòst, plurimos adhuc suâ ætate, præsertim Thebanos, cantionem tibialem ad morborum medelā adhibuisse: mitto quæ scribit Galen. Καταυλεῖν δὲ τόπου est. *super loco affecto tibiâ canere*. Cælius Aurelian. ita expressit, *Philistionis frater scribit quēdā fistulatorē loca dolētia decantasse*. Lege & distingue. τρία γὰρ καὶ γένη Ἑλλήνων, Δωριεῖς, Αἰολεῖς, Ἴωνας, οὐ μικρὰς ἐχούσης διαφορὰς ἐν τοῖς τούτων ἤθεσι. Λ. &c, οὐ πανοῦργον δὲ, ἀλλὰ ἐξηρμένον καὶ τεθαρρηκός. cum Dalec. De Laso & eius hymno in Hermioneā Cererē satis l. 10. & de *Clymeno*: qui est Plutus. eius coniunx Proserpina Græcis dicta & Μελίβοια & Μιλτώδης. estq; opinor, duarum harum appellationum eadem ratio. Lege Theocriti scholiasten ad idyllium 15. & Porphyrium in disputatione de antro Nympharum. In Lasi verbis perperam scribuntur multa: quæ ita pro virili emendare conabamur: Δάματρα μέλπω κόραντε Κλυμένοιο ἄλοχον Μελίβοιαν, ἀνάγων Αἰολίδ' ἀνὰ βαρύβρομον ἁρμονίαν. *hymnū meū redigens ad Æolicā harmoniam*. id est, aptās ei harmoniæ. Subiicitur, ἐπεὶ οὖν τὸ μέλος ἐστὶν ὑποδώριον, & τὰ μέλη εἰκότως Αἰολίδα φησὶν εἶναι τὴν ἁρμονίαν ὁ Λάσος. manifestò παρέλκουσιν hæc verba, & τὰ μέλη. nisi aliquid latet hîc grauioris mali. Cæterū Αἰολίδα μολπὰν dici eam quæ sit Dorica, Strabo nos dudum admonuit. Paulo pòst è libris nonnulla adiecimus, sed est oratio adhuc suspēcta & ἀκατάλληλος. Fortasse aliquid deest amplius. In quibusdam scriptum offendimus, Δώριον μὲν οὐ νομίζων. pro νομίζουσι. neutrum rectum est. Scribo, νομίζειν. non aūi sunt inquit, harmoniam Æolidem Doricam appellare: sed hypodoricam, ceu paulo minùs quàm Doricā, dixerunt. Scribe, φασὶ δὲ Πύθερμον τὸν Τήιον ἐν τῷ γένει τῆς ἁρμονίας ταύτης ποιῆσαι σκολιὰ μέλη. aut fortasse σκόλια. Sequitur de hoc Pythermo. οὗ μνημονεύει Ἀνάνιος † Ἱππῶναξ ἐν τοῖς ἰάμβοις. *Ananij* nomen mutauit Dalec. in *Clazomenius*: & Hipponactem qui fuit Ephesius, Clazomenium ab Athenæo putat appellatum: hæc verò coniectura immanis est. Lego, Ἀνάνιος ἢ Ἱππῶναξ. ita solet loqui Athenæus de iis scriptis quorum incertus auctor. Ananio vetustissimo poëtæ non semel iniqui fuerunt operis huius interpretes. Plura de eo nos in superioribus. Si cui seruandus potiùs videatur locus vacuus, ad denotandum deesse Ananij testimonium non repugnabo. Non longè post scribendū, τρεῖς οὖν αὗται, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἴπομεν, εἰσὶν ἁρμονίαι, ὅσα καὶ τὰ ἔθνη. *Sipyli* assignat Lydiæ: alij Phrygiæ. Lege Strabonem. Polybij locus insignis paulò mox descriptus, extat libro quarto magni historici. Ita autem ille incipit: Οὐ γὰρ ἡγητέον μουσικὴν, ὡς Ἔφορός φησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης πραγματείας, οὐδαμῶς ἁρμόζοντα λόγον αὐτῷ ῥίψας, ἐπ' ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ παρεισῆχθαι τοῖς ἀνθρώποις. pro οὐχ ἡγητέον dixit Athenæus, οὐ παραληπτέον. nisi ille scripserat, οὐ γὰρ ὑποληπτέον. Mox, χορεύουσι κατ' ἐνιαυτὸν τοῖς Διονυσιακοῖς αὐληταῖς, *præbent se chori loco Bacchicis tibicinibus*. scriptura hæc est omniū exēplarium Athenæi: in Polybio est αὐλοῖς. Supple mox cum labe sententiæ omissa verba, & scribe, οὐχ οὕτω τὰς ἀγωγὰς ποιοῦνται διὰ τῶν ἐπιτηδείων ἀκροαμάτων. scribe etiam aliquanto pòst, παραχρῆμα αὐτοὺς ἐξεκήρυξαν. & vide Polybium: item Κυναιθεῖς per υ non ι. Φρύγιος ὀδμὴ, venustâ translatione à sensu auditus ad sensum olfactus, dicitur odor suauis & mollis, qualis est Phrygia harmonia. Ita accipiendum in istis. Ἀγίας ὁ μουσικὸς ἔφη τὸν σύρακα τὸν ἐν ταῖς ὀρχήστραις θυμιώμενον τοῖς Διονυσίοις, Φρύγιον ποιεῖν ὀδμὴν τοῖς αἰσθανομένοις.

CAPVT VI.

Χαλκιδικαὶ σπάθαι. νεῦρον χαλκός. κύπασις. *Virtus bellica olim maximo in pretio. Æschyli epitaphium. Lacedæmonij ter Musicæ vindices. Saltantium σχήματα. λεγεῖν κατὰ τὴν ὄρχησιν. ὑπορχήματα.* Phialia & Phigalia.

IN Alcæi versibus non capio illa, θώρακές τε νέω λίνω. & censeo scribendum, νέω λινῶ Doricè. *thoraces noui lini.* id est, linei noui: vel, ἀσπίδες τε νέαλινοι. Parum etiam intelligo proxima verba. Κοῖλαί τε κατασπίδες βεβλημέναι, sed neque alius quisquam mortalium capiat, quin emendarit priùs. Lego, κεῖνται δὲ καὶ ἀσπίδες βεβλημένων, *iacent in meis ædibus, & clypei occisorum.* vel Κεῖθι καὶ ἀσπ. Scripti quidam βεβλημέναι: quod etiam ferri potest. Quemadmodum autem necessariò hæc erant emēdanda: sic errant grauiter, qui hæc, Πὰρ δὲ χαλκιδικαὶ σπάθαι, *propè sunt Chalcidia spathæ.*

censent corrigenda, & legunt χαλυβδικαί. Veteres Chalcidica appellabant opera ex ferro aut ære aliόve metallo: quia Chalcide in Eubœa cepta conflari opera ex ære: quod probant antiqui argumento ex ipso nomine petito. Stephanus, τινὲς χαλκιδεῖς φασὶ κληθῆναι διὰ τὸ χαλκουργεῖα πρῶτον παρ' αὐτοῖς ὀφθῆναι. vel *Chalcidicas* expone Scythicas. Chalcis enim vrbs nobilis fuit Scytharum, cuius meminit idem Stephanus. Vtriusque interpretationis subobscurè meminit Hesychius. Similiter apud poëtam νώροπα χαλκὸν existimarunt quidam è veteribus dici à gente illa, quæ postea leuiter mutato nomine appellata est Norica: ibi enim antiquissima ex ære & ferro facta esse opera. Clemens Alex. Νώροπες ἔθνος ἐστὶ Παιονικὸν, νῦν δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται, κατεργάσαντο χαλκὸν, καὶ σίδηρον ἐκάθηραν πρῶτοι. Ait Alcæus, Πὰρ δὲ ζώματα πολλὰ καὶ κυπατίδες. Lego κυπασσίδες. Hesychius, κύπασις, περίζωμα ἢ χιτῶνος εἶδος. Ex Alcæo colligas, cingulum militare ita dictum, aut aliquam aliam armaturæ partem. Plura Suidas: apud quem scriptum κύπασσις. Postremò addit Lyricus: ἐπειδὴ πρώτιστ' ὑπὸ ἔργον ἔσταμεν τόδε. Corrigo, πρώτιστοι. *quia primi stetimus in ea pugna.* Vulnus acceptum dissimulat periodus hæc, οἱ παλαιοὶ τὴν ἀνδρείαν ὑπελάμβανον εἶναι μεγίστην τῶν πολιτικῶν ἀρετῶν, καὶ ταύτῃ τὰ πολλὰ προσνέμειν οὐ τοῖς ἄλλοις. In Epitoma est τὰ πολιτικά, nō τὰ πολλά. Lego, καὶ ταύτῃ τὰ πολλά, (vel τὰ πολιτικὰ) δεῖν προσνέμειν, οὐ ταῖς ἄλλαις: *& huic virtuti censebāt deferendam esse reipublicæ administrationem, non aliis.* vel τοῖς ταύτην ἔχουσι τὰ π. δ. π. οὐ τοῖς ἄλλοις. *bellicâ virtute præditis cōmittēdā esse Rēp. non aliis.* Quāti autem veteres fortitudinem fecerint, quæ Romanis ἁπλῶς *virtus* est dicta, vt obseruat Iustinianus Imper. non est hîc locus exponendi pluribus. Ipsa vtriusque linguæ vocabula multa primorum hominum iudicium hoc fuisse, arguunt clarè: vt omittam grauissimas rationes ex penetralibus tum philosophiæ tum historiæ, quibus id possit demonstrari. Æschylus, inquit noster, vir tantus in poësi, nihilominus inscribi monumento præoptauit fortitudinem, & fortia sua facta ποιήσας: id est, *factis versibus*, qui sequūtur. Ἀλκὴν, &c. In Æschyli vita legimus, Geloos apud quos extremum ille vitæ diem obiit, publicum ei funus fecisse virtutis ergò: eiúsque tumulo tetrastichum inscripsisse, cuius pars posterior ij sunt versus, quos adfert Athenæus, & ab ipso Æschylo scribit esse compositos: quod in ipsius vita non legas: minùs commodè ista docti acceperunt. Lege verba Epicharmi, οὐκ ἔστι διθύραμβος ὅκχ' ὕδωρ πίῃς. Soliti gloriari Lacedæmonij se τρὶς ἤδη σεσωκέναι διαφθειρομένην τὴν μουσικήν: hoc est, ter à se musicos esse coërcitos, qui in emendenda veteris musicæ harmonia peruersè fuerant ingeniosi. Rectè scriptum τρίς: consentiente historiâ, quæ in tres musicos Terpandrum, Timotheum, & Phrynidem similem ob caussam animaduersum testatur. φορτικῶς ὀρχήσασθαι est, *ineptè & indecorè saltasse.* nō laboriosè non etiam *grauiter.* neutrum horū significat τὸ φορτικῶς. Fallitur eruditus interpres, qui in his. συνετάττον οἱ ποιηταὶ τοῖς ἐλευθέροις τὰς ὀρχήσεις, καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ᾀδομένων: σχήματα interpretatur de iis quas vulgò musici *tablaturas* vocant. Atqui sic exponi mens auctoris debuerat: *Poëtæ saltationes liberis assignabant: & figuris* saltationū *vtebātur tantū pro signis eorū quæ voce canebātur: sēper in iis animū seruātes virilē & generosū: quā ob caussam* ὑπορχήματα *appellarunt, quasi dicas, saltationes voci subseruientes. Si quis autē figuras exprimeret non seruato modo, & cātionibus cōgruēs nihil diceret in saltatione, eū improbabāt.* διατίθεσθαι τὴν σχηματοποιΐαν, vt libro primo, διατίθεσθαι ὑπόρχημα. Venustè dictum est, λέγειν κατὰ τὴν ὄρχησιν. pro exprimere aliquid saltando, congruentiâ saltationis cum eo quod voce canitur. Hoc vocat λέγειν: vt apud poëtas indices animi oculorum nutûs dicūtur *loquaces.* Quas nominat *figuras saltationis,* Aristoteles *rythmos figuratos,* inquiens in libello, De poëtica, οἱ ὀρχησταὶ διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν μιμοῦνται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις. Proprium huius studij vocabulum est σχήματα. Aristophanes *Pace.* μηδαμῶς πρὸς θεῶν Πρᾶγμα κάλλιστον διαφθείροντε διὰ τὰ σχήματα id est, *saltationis caussa.* & σχηματίζειν idē ac *saltare.* ibidē, Ἀλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομαι, ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς οὐκ οἶδ' ὅπως κινεῖ τὸ αὐτὼ τὼ σκέλη χορεύειν. Quod ait de appellatione *hyporchematum,* illustrat Lucianus in libro De saltatione. Ἐν Δήλῳ δέ γε οὐδὲ αἱ θυσίαι ἄνευ ὀρχήσεως, ἀλλὰ σὺν ταύτῃ καὶ μετὰ μουσικῆς ἐγίνοντο. παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ, οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ οἱ ἄριστοι προκριθέντες ἐξ αὐτῶν. τὰ γοῦν τοῖς χοροῖς γραφόμενα τούτοις ᾄσματα, ὑπορχήματα ἐκαλεῖτο. Lege Athenæum libro primo. In veteri epigrammate quod inferiùs recitatur, scribebam ἦν δ' Ἄναξ φιγαλεύς. Phigalia vetus Arcadiæ oppidum, non obscuri nominis, sed rectum est φιαλεύς, cuius vocis præs est nobis Stephanus, De vrbibus. *Phialia* eadem quæ *Phigalea.* Postea lego, ἢ ἐν θεοῖσιν ἐν Σικυῶνι &c. Distingue & scribe, εἶτα ἐκινήθησαν αἱ καλούμεναι πυρρίχαι, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος τῆς ὀρχήσεως, καὶ αἱ πολλαὶ παρονομασίαι αὐτῶν.

CAPVT VII.

Saltationum plures modi. Nomina quædam eò spectantia illustrantur. Scamon vetus scriptor. Pyrrichus nomen Laconicum. προσῴδιον *siue* προσόδιον. apostolicus *modus. Pronomi inuentum.*

SALTATIONIS olim multi modi schematis, & nominibus discreti. Extrema aliquot referuntur ab Athenæo, & Iulio Polluce libro quarto, capite decimo quarto, sed multas appellationes ab vtroque esse prætermissas, non est dubium. Lucianus Πολλοὶ πρὸ ἡμῶν περὶ ὀρχήσεως συγγεγραφότες, τὴν πλείστην διατριβὴν τῆς γραφῆς ἐποιήσαντο, παῖδά τε

τῆς ὀρχήσεως τὰ εἴδη ἐπεξιόντες, καὶ ὀνόματα αὐτῶν καταλέγοντες, καὶ οἷα ἑκάστη, καὶ ὑφ' ὅτου εὑρέθη, πολυμαθείας ταύτην ἐπίδειξιν ἡγούμενοι παρέξειν. auctores qui de saltatione scripserunt, indicatos hic à Luciano, habes enumeratos infrà post aliquot paginas. Saltationem ἀποκινον, inquit Ath. ὕστερον μακτρισμὸν ὠνόμασαν. Pollux, βακτρισμὸς δὲ καὶ ἀποκίνος, καὶ ἀπόσεισις ἀσελγῆ εἴδη ὀρχήσεων, ἐν τῇ τῆς ὀσφύος περιφορᾷ. *Mactrismus* & *bactrismus* siue *bactriasmus* idem. β pro μ positum ex praua consuetudine scribentium, nam verior lectio nostra quam Pollucis. Hesychio μακτηρ appellatur. Sequitur, ἣν καὶ πολλαὶ γυναῖκες ὀρχοῦνται, ἃς καὶ μακτριστρίας ὀνομαζομένας οἶδα. videtur postulare analogia, vt μακτρίστριας scribatur, cæterùm incerta veritas. *Dactylum* saltationem describit Hesychius: ex quo & Polluce multa hic studiosorum diligentia illustrabit. νικατισμὸς, Hesychio dicitur νιβατισμός. In Excerptis νικτισμὸς. & μοχίας pro μοχίας. κερνοφόρος ea est quam saltabant cernophori, de quibus libro septimo. *Anthema* saltatio, à floribus est appellata, vt ex nomine patet: nam ἄνθος & ἄνθεμον significatione non differunt: patet etiam ex subiectis verbis, quæ quidem ita concipiuntur in Excerp. ποῦ μοι τὰ ῥόδα; ποῦ μοι τὰ ἴα; ποῦ μοι τὰ καλὰ σέλινα; ποῦ μοι τάδε τὰ ῥόδα; τάδε τὰ ἴα; τάδε τὰ σέλινα. *Chitona* siue *Chitonea* Dianæ propriã saltationem, fuisse & ipsam nominatam Chitoneam, per est vero simile: quia tamen hoc Ath. nõ dicit, interpretes ipsum potiùs sequi par erat. *Angelica* πάροινος Hesychio est ἀγγελικὴ παροίνιος. Inter schemata saltantiũ nominantur *Xiphismus*, *calathismus*, *callabides*, auctore Hesychio, ξιφίζειν etiam *saltare* significat, saltationem autem *Xiphismum*, alio nomine *cola* vocabant, teste eodem in voce κῶλα. καλλαβίδες alibi in hoc libro κολλαβίδες. minùs probo: nam existimo esse Hesychij καλαβίδα. Æschyli *Theoros* inuenio duplicem habuisse titulum, vt multa alia dramata: nam Hesychius in ἰαμβοῖς, nominat Θεωροὺς ἢ Ἰσθμιαστάς. Sunt è schematis, etiam θερμαστρὶς & κατερίδες. imò θερμαστρὶς & ἐκατερίδες. ita legendum ex Polluce: cuius verba, ἐκατερίδες καὶ θερμαστρίδες ἔντονα ὀρχήματα. Aliis criticis thermastris exponitur ὄρχησις ἔντονος καὶ διάπυρος τάχυ ἐκπνέα, *Sicinnus* ille Barbarus, à quo dicta est *sicinnis* saltatio, ipse est liberorum Themistoclis pædagogus, homo Persa: qui meruit astutiâ suâ inter claros Græciæ propugnatores illorum temporum nominari. Huc facit Clementis Alexandr. locus. Καὶ τῶν Θεμιστοκλέους παίδων ὁ παιδαγωγὸς Σίκιννος, οἰκέτης ῥᾴθυμος ἦν: ὀρχεῖσθαι φασὶν αὐτὸν καὶ σικιννίζειν εὑρηκέναι. Super sicinnide laudatur Σκάμων ἐν πρώτῳ Περὶ εὑρημάτων. Paulo pòst dicitur idem Scamno: apud Eusebium *Scammo*. Clementi *Scamo*, vt hic, & omnino rectum Σκάμων. vt apud Suidam. Porrò antiqua saltatio pedum motu solùm peragebatur: postea accessit motus & gesticulatio manuum: quæ etsi recens inuentum non est: nam Lesbonax, auctor antiquissimus, χειρόσοφος appellauit, quos alij ὀρχηστάς: ante Augustum tamen perfecta non est. Tunc consummata est ars pantomimorum, solertium quicquid vellent pedibus manibusque loqui. Propterea scribitur hic πρώτη δὲ εὕρηται ἡ περὶ τοὺς πόδας κίνησις τῆς διὰ τῶν χειρῶν. rectè paulo pòst scribitur, φθέγγειν μηδὲ μὲν, μηδ' αἰδοῖα κακὰς εἶναι: etsi apud poëtam vnde habet, erat, μηδ' αἰδοῖα κακὰς εἶναι. Pyrricham dixère quidam à Pyrricho Lacone esse nominatam: qui opinationis suæ hanc afferebant rationem, Λακωνικὸν γὰρ εἶναι μέχρι καὶ νῦν ὄνομα τὸν πύρριχον, quoniam aiebant, *Laconicum nomen etiã nunc est Pyrrichus*. intellige nomen viri proprium. Non est vanum argumentum: nam etiam in propriis nominibus differentia potest obseruari inter Græciæ populos. πύρριχος autem Dorica vox est, & cùm est κύριον ὄνομα, & cùm ἐπίθετικόν. Theocritus: λεπτὸς μὰν χ' ὦ τεῦχος ὁ πυρρίχος. Saltationis τρόποι ὀσχοφορικοὶ ij sunt, qui ab oschophoris seruabantur cùm oschophoria celebrabant. Excerpta, ὠσχοφορικοί. quam scripturam alibi quoque obseruauimus: nota celebritas Atheniensium ex Harpocratione, Plutarcho, & Photij grammaticis Excerptis. Errant qui confundunt modos *prosodiacos* & *Apostolicos*; diuersi enim sunt. Προσῴδιον siue προσόδιον. (nam vtrũque præferunt multorum scriptorum codices) carmen est ab iis cantari solitum, qui ad Apollinem accedebant. Exempla quæ passim sunt obuia non adferemus, ne operam abutamur. Inde & προσῳδιακὸν siue προσοδιακὸν μέτρον apud metricos: & *prosodiaca* saltatio hic. *Apostolicus* modus, quod ex ipso nomine licet conijcere, is est, qui conuenit τοῖς ἀποστόλοις vel ἀποστέλλουσι: quæ erant apud Græcos præfecturæ nauticæ vocabula. Redit deinde Athenæus ad sermonem de tibiis. Olim inquit, ἦσαν ἴδιοι καθ' ἑκάστην ἁρμονίαν αὐλοί, καὶ ἑκάστοις αὐλητῶν ὑπῆρχον αὐλοὶ ἑκάστῃ ἁρμονίᾳ πρόσφοροι ἐν τοῖς ἀγῶσιν. Πρόνομος δ' ὁ Θηβαῖος πρῶτος ηὔλησεν ἀπὸ τῶν αὐλῶν τὰς ἁρμονίας. prior periodus planissima fuisse olim & harmonias tres, & tria genera tibiarum diuersarum; posterior de Pronomo obscura est, quia corrupta. desunt enim nonnulla, vt facilè intelligent eruditi, qui mediocrem attentionem adhibuerint. Eruditissimus vir ita vertit. *Pronomus Thebanus primus pro varietate tibiarũ modos distinxit* hæc sententia neque præcedentibus cohæret, neque ex edita lectione potest elici: & omnino falsa est. nam contrà: primus omnium Pronomus, discrimen tibiarum, quod obtinuit apud vetustiores, sustulit. Pausanias in Bœoticis: τέως μὲν γε ἰδίας αὐλῶν τρεῖς ἐκτῶντο οἱ αὐληταί. καὶ τοῖς μὲν ἄυλημα ηὔλουν τὸ Δώριον. διάφοροι δὲ αὐτοῖς ἐς ἁρμονίαν τὴν Φρύγιον ἐπεποίηντο οἱ αὐλοί: τὸ δὲ καλούμενον Λύδιον ἐν αὐλοῖς ηὐλεῖτο ἀλλοίοις. Πρόνομος δὲ ἦν ὁ πρῶτος ἐπινοήσας αὐλοὺς ἐς ἅπαν ἁρμονίας ἔχοντας ἐπιτηδείως. πρῶτος δὲ διάφορα ἐς τοσοῦτον μέλη ὑπ' αὐτοῖς ηὔλησε τοῖς αὐλοῖς. Quamobrem ita emendabis, Π. δ' ὁ Θ. π. ηὐ. ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν τὰς τρεῖς ἁρμονίας.

CAPVT VIII.

Μουσικὴ πάνδημος. ἐκβολή. ἡ λήγουσα. μέλος. Homeri poësis μεμελοποιημένη. Choragi qui. sambuca. Polybij & Plutarchi loci animaduersi: alia multa.

KAI ἐς μεγάλην διαφορὰν προελήλυθεν ἡ πάνδημος αὕτη μουσική. Omissio litteræ vnius deprauat totam sententiam. Legendum, διαφθοράν. tantulum errorem non deprehenderunt acuti homines: qui etiam non animaduerterunt, allusum esse voce πάνδημος, ad Volgiuagam Venerem, quæ Græcis πάνδημος cognominatur: & de hac, & de cœlesti Apuleius in Apolog. multa. Videtur, ait, antiqua Græcorum sapientia τῇ μουσικῇ μάλιστα εἶναι διδομένη. putem scribendum, δεδεμένη, duriusculum hoc, fateor: at illud plus quàm durum. Versus acephali exemplum ex Homero affertur. Ἐπήτριμοι τελέθουσι βόες σφι χαιρομένοισιν. cui licet addas ex eodem poëta. Ἐπίτονος βέβλητο βοὸς ἶφι κταμένοιο τέλος ἔχων. Extremum versum appellat ἐκβολὴν, quando scribit, μάχεσθαι εἰσὶν οἱ ἐπὶ τῆς ἐκβολῆς τὴν χωλότητα ἔχοντες. Eustathius descriptis verbis Athenæi: ἐνταῦθα, inquit, σημειῶσαι ὅτι ἐκβολὴν ἔφη τὴν λήγουσαν, ὡς ἐκ μεταφορᾶς τῶν ποταμίων ἐκβολῶν. Vulgò grammatici τὴν λήγουσαν appellant syllabam dictionis vltimam: si ita accipit hîc Eustathius, incogitanter nimis ἐκβολὴν in hoc Athenæi loco interpretatur τὴν λήγουσαν. nā exempli gratiâ, hic versus, Καλὴ Κασσιέπεια θεοῖς δέμας εἰκυῖα, miurus est: vitium tamen non in vltima syllaba postremę dictionis est: sed in prima syllaba: sed Eustath. opinor, λήγουσαν intelligit, dictionem non autem syllabam. Non puto Græcum verbum esse ὄντυχος. Ita lego mox cum Excerptis: Λάκων ὁ τέττιξ, εὔτυκος εἰς χορόν. vel εὔτυκτος. *Laconicus est musicus, aptus ad choreas.* Sequitur. διὸ καὶ οἱ ποιηταὶ διετέλουν οὕτω προσαγορεύοντες τὰς ᾠδάς, *propterea poetæ sua cātica sic nominare perseuerarunt* quomodo: nēpè μέλη. colligo ex superioribus. Propriè μέλος dicitur carmen μεμελοποιημένον: id est, in cuius compositione habita ratio harmoniæ vt cani possit: talia sunt Lyricorum inprimis carmina; sed & aliorum antiquorum poetarum carmina habuisse μελῳδίαν, vt Homeri, Xenophanis, Solonis, Theognidis, Phocylidis, necnon Periandri, antè dictum est Athenæo: qui nunc ait, ex eo factum esse, vt omnes poëtæ sua carmina appellent ᾠδὰς & μέλη. Exemplum quod adiectum est, imperfectum ad nos peruenit: vt neque de auctore constet, neque de sententia multò magis. Quis enim dubitet illa esse corrupta, καὶ μέλεα μελιπτέρωτα Μοῦσαι? Scribo, καὶ μέλεα; μέλη πτερωτὰ Μουσᾶν. *carmina alata Musarū.* Poëtæ se vocant alites, & θείους ὄρνιθας: versibus suis tribuunt alas. vulgata res. Mox, καὶ τὸ χρησομουσεῖν, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους. Non benè ista cohærent: neque enim alia hîc incipit sententia sed continuanda ista cum superioribus. *Choragos*, inquit, hodie vocant eos, qui pecuniâ suâ chorum conducūt & instruunt: at primitùs χορηγὸς dicebatur is, qui erat verè ἡγεμὼν τοῦ χοροῦ: cuius erat officium, videre ne imperitiâ chori aut lasciuiâ, vetus musica corrumperetur: sed pura atque sincera seruaretur. Lege sic integrum locum, ἐκάλει δὲ καὶ χορηγοὺς οὐχ ὥσπερ νῦν τοὺς μισθουμένους τοὺς χορούς, ἀλλὰ τοὺς καθηγουμένους τοῦ χοροῦ, (καθάπερ αὐτὸ τοὔνομα σημαίνει) πρὸς τὸ χρησομουσεῖν, καὶ μὴ παραβαίνειν τοὺς ἀρχαίους τῆς μουσικῆς νόμους. Etsi autem verissimum est, hanc esse genuinam vocis *choragus* significationem: vix tamen reperias ex omnibus antiquis scriptoribus Græcis, qui ita vlus sit eo verbo: quod in historia præsertim Attica frequentissimum est. Athenis enim inter publica munia diuitibus necessariò obeunda, fuit τὸ λειτουργεῖν. Inde postea manauit latiùs eius verbi significatio. [Nam simpliciter accipi cepit χορηγεῖν pro παρέχειν & necessariis præsidiis instruere. Notio prima vocis χορηγὸς, vt ait Athenæus, chori magistrum designat, (qui & coryphæus, & mesochorus) vt στρατηγὸς, exercitus præfectum. Atque in hac primæua significatione accipit Chrysostomus, homiliâ duodecimâ, in epistolam ad Philipp. καθάπερ ἐν χορῷ καὶ στρατοπέδῳ τὸν χορηγὸν καὶ στρατηγὸν δεῖ μιμεῖσθαι τοὺς λοιπούς, καὶ οὕτω δεῖ βαδίζειν εὐτάκτως. appellat hîc choragū, quem alij coryphæum: quare idem alibi, κορυφαίους & στρατηγοὺς solet iungere: vt in simillimo huic loco, Homil. trigesima tertiâ ad Hebræos.] Homeri locus de Achille fortium laudes ad lyram canente, extat in nono Iliad. cogimur hoc dicere propter interpretum incuriam, qui falsissimam Athenæo sententiam affingunt. Antiquos etiam Barbararum gentium musicos graues fuisse viros, & qui à rerum actu alieni non essent, illustri exemplo docet nos dipnorhetor. Astyagi enim prædixisse cantorem quendam futuram Cyri virtutem, & bellum ab eo contra Astyagem suscipiendum. Profert Dinonis, qui *Persica* ediderat, locum, non sanè obscurum, neque deprauatum: perperam tamen ab interpretibus acceptum. Græca sonant. *Quo tempore Cyrus, (qui in Astyagis aula, initio satellitū præfectus fuerat, deinde militū, postea abiit) relicto Astyage ad Persas se cōtulit: rege cū amicis cōuiuante, Aggares quidam, omniū eius cātorū clarissimus, vocatus in cœnationem, cùm alia pro more, tū ad extremū hoc cecinit: Dimitti in paludem ferā apro truculētiorē, quæ si semel locorū circa se fuerit potita, facile cum paucis aduersus multos pugnabit.* Musicum instrumentū, quod *sambucā* dicebant, Parthis & Troglodytis paulo pòst assignat Euphorion. Certum est, vetustissimos Orientis populos eos organo esse vsos: inde transit postea ad Græcos & res & nomen. Daniel propheta, capite tertio, ᾗ ἂν ὥρᾳ ἀκούσητε τῆς φωνῆς τῆς σάλπιγγος, σύριγγος, καὶ κιθάρας, σαμβύκης τε. In Chaldaico textu Danielis est, סבכא *sabecca*. Sambucam verò militarem, cuius fit statim mentio, descripserunt Græci & Latini scriptores nonulli: sed obiter, & parum plenè aut exactè. Extat accuratior eius descriptio

descriptio in Mechanicis Athenæi, non quidem ex Bitone aut Andrea Panormita, ad quos reiicit nos hoc loco dipnosophista, verùm ex Damio quodam Colophonio. Plura nos de his rebus in Polybiana editione, quam defuncti molestissimo hoc labore, aut curabimus ϑεῶ διδόντος, breui, aut æternis tenebris semel damnabimus. Nihil demutant ab edita lectione veteres libri, cùm de sambuca militari scribitur, ὡς ἀπὸ δύο ὄντων προσάγουσι τοῖς τῶν ἐναντίων τείχεσι. Placet tamen iure clarissimi viri Iusti Lipsij coniectura, haud temerè suspicantis, ἀπὸ δύο νεῶν potius esse scribendum. Allegoricus sermo est, quo vsus Marcellus, cùm diceret, ταῖς μὲν ναυσὶν αὐτῷ κυαθίζειν ἐκ θαλάσσης Ἀρχιμήδην, ταῖς δὲ σαμβύκας ῥαπιζομένας ὥσπερ ἐκ πότου μετ᾽ αἰσχύνης ἐκπεπτωκέναι. *Archimedes, inquiebat, nauibus meis ceu cyathis aquam hausit è mari: sambucæ autem colaphis percussæ, tāquā è compotatione cum dedecore sunt eiectæ.* Interpretes cùm allegoriam non animaduerterent, integerrimum locum emendare aggressi sunt: nam pro ἐκ πότου scribit Dalec. εἰς ποτόν. planè absurdè. Apud Polybium legitur hodie. ὥσπερ ἐκσπονδους. de quo in editione Polybiana cū bono Deo: sed videtur scripsisse, ἐκ σπονδῶν: quod more suo velut interpretans Athenæus, mutauit in ἐκ πότου. Refert & Plutarchus Marcelli iocos: sed καθίζειν ibi scriptum pro κυαθίζειν. emenda igitur.

CAPVT IX.

Phyllis *vetus scriptor. Hesychij locus.* παλαιϑέτ@. Diogenes *tragicus.* τύπανον *&* τύμπανον. κρέκειν μάγαδιν. iambycæ *&* sambucæ. *Delia palma. Pythagora tripus* τρίπους. ὁ τὰς Εἰλωτας πεποιηκώς. *Dare chorum* poëtæ, *vel scenam, quid.* λαμβάνειν χορόν. *locus Aristophanis illustratus. eius scholiastes notatus. Cratini* Bubulci. *Locus Hesychij emendatus.* ἐμοὶ διδασκεῖν. *Homeri* Epicichlides. ποιητὴς διὰ λόγου.

Ο Τ Δ Ε φίλλις ὁ Δήλιος. ξυνέγραψε γὰρ καὶ οὗτος περὶ αὐλητῶν. Meliùs Φύλλις. Hic est Phyllis, quem musicum appellat, & cum Aristoxeno bis terve laudat scholiastes Aristophanis. De illo versu, Μάγαδιν λαλοῦσα μικρὸν ἅμα σοὶ καὶ μέγαν, diximus libro quarto, capite 25. μάγαδιν αὐλὸν ἀκούει τὸν κιθαριστήριον. eadem interpretatio apud Hesychium: sed quam in vulgatis libris pessime acceptam, ex Athenæo emendandam esse studiosos velim monitos. παλαιϑητῶν ὑμνων ἀοιδοί. Ferri potest, pro *dudum compositorum.* πῆξαι pro ποιεῖν, translatitium: tamen hæc dictio nescio quomodo parum satisfacit: an παλαιδετῶν? Hesychius παλαιδέτης, πρεσβύτης pro παλαιέτης. vel potiùs παλαιοέτης.

Διογένης δ᾽ ὁ τραγικὸς δὲ. Hic etiam Oenomaus dictus: Atheniensis fuit, & plures fabulas edidit. Tertij versus initio scribe τυπάνοισι, non τυμπάνοισι. vtrumque dixerunt Græci: hoc vsitatius est: illud ἀνὰ λόγον magis: γοῦν τύπανον: Quarto versu, Βρεμούσας ἀντὶ χειρὶ κυμβάλων, malim βρέμοις: & quia hoc Ἀττικώτερον, & quia præcedit vox βρέμουσι. videndum etiam an scribi oporteat ἀντήχεσι. Postea scribe,

> Ψαλμοῖς τριγώνων πηκτίδων τ᾽ ἀντιζύγοις
> Ὀλκοῖς κρεκούσας μάγαδιν. ἔνθα Περσικῷ
> Νόμῳ ξυνῳδὴν αὐλὸς ὁμοτονεῖ χεροῖς.

Ita dictum κρέκειν μάγαδιν, vt apud Aristophanem κρέκειν αὐλόν. Latè patet verbi huius vsus: κρέκειν ὕμνον dixit Telestes. Schnulius: Τοὶ δ᾽ ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον Λύδιον ὕμνον. malè in editionibus κρέκουσαι: nam iungi debet cum superiore voce Λυδός. cætera ante nos restituerat optimus Sylburgius.

σαμβύκαι, ἴαμβοι καὶ τρίγωνα, κλεψίαμβοι. In hac enumeratione ἀσυνδέτως mendi suspicionem mouet τὸ καὶ ante τρίγωνα. Legendum est, σαμβύκαι, ἰαμβύκαι, τρίγωνα. Separat *iambycas* à *sābycis.* quid autem iambycæ fuerint mox declarat. Vtrumque & Hesychius verbis pænè iisdem. ἰαμβύκαι, ὄργανα μουσικὰ ἐν οἷς τοὺς ἰάμβους ᾖδον. ἡ δὲ σαμβύκη ἕτερον ὄψει εὑρημένον. De *barbito* & *barmo* dictum in quarto. τὰ μὲν ἐγχορδα, τὰ δ᾽ ἔνηχα κατεσκεύαζον. *alia fidibus intendebant, alia sonora faciebant* id est, vt mox loquitur, ψόφου μόνον παρασκευαστικά. exposuimus libro quinto, capite quarto. τά τ᾽ ἐν Ἐλευσῖνι ξόανα πόνημα. Excerpta, ξόανα. Sophoclis mentem ex his tam paucis verbis, ne Oedipus quidem capiat. Delia palma, ex qua facti erant ancones phœnicis organi, illa est de qua multi Græci poëtæ Latinique. Homerus.

> Δήλῳ δή ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῷ
> Φοίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

Marcus Tullius, *Quod Homericus Vlysses Deli se proceram & teneram palmam vidisse dixit, hodie monstrant eandem.* καὶ ὁ Πυθαγόρου τοῦ Ζακυνθίου τρίπους. Hic musicus tripus Pithagoræ, etiam τρίπους est dictus: quasi triplex, aut trium speciem vel vsum præstans: quod postea explicatur Athenæo. Coniicimus ex Hesychio, in cuius commentariis leguntur hæc αἰνιγματώδη verba. Τρίπους, ὁ ὑπὸ τῶν ... ἐν Δελφοῖς τρίπους. Ex hoc Athenæi loco facienda lux optimo scriptori. Sensum hunc elicimus. Τρίπους est illud musicum instrumentum, quod sub Pythagoræ nomine vel Pythagoréorum, Delphis in Apollinis templo visebatur, & tripus vulgò appellabatur. De auctore huius organi dissentire Athenæum & Hesychium, non mirabitur, qui meminerit eorum quæ Dionysius Halicarnasseus, & Diogenes Laërtius de duobus Pythagoris scripserunt. πρῶτον κιθαρίσαι Μυσαῖχος. Verbum λέγει in sequentem periodum à fine huius translatum videtur. Tertius versus Anaxandridæ εἶτ᾽ ἐσχεδίασε σερμεως ἐν παπαῖ, claudi. Tolle vocem inutilem ἐν, & scribe, παπαῖ παπαῖ. Mox autem lego cum Dalec. ὁ τὰς Εἰλωτας πεποιηκώς, non Ἰλεώτας ita conceptum poëmatis huius indicem memini alibi

alibi obseruasse. Totum locum iure arbitrario ita constituo, malè diuulsum, malè scriptum, καὶ ὁ τῆς Ἐι. ἢ ἄρ: τὰ Στησιχόρου τε καὶ Ἀλκμᾶνος, Σιμωνίδου τε τῶν ἀρχαίων ἀείδοντα. Γνησίππου ἐστιν ἀκούειν κινῶν νυκτερ. &c. nam & sequentia eiusdem sunt poëtæ, non Athenæi verba & ita auctor Epitomæ. Corrige hæc Cratini, τίς ἄρ' ἐρῶντα μ' οἶσθα ὦ Γνήσιππε. Scribe, Τίς ἄρ' ἐρωτᾷ μ' οἶδας ὦ Γνήσιππε; Sed expendenda sunt quæ statim subiiciuntur, σκώπτει δ' αὐτὸν εἰς τὰ ποιήματα καὶ ἐν Βουκόλοις. qui est ille quem ait traduci à Cratino in *Bubulcis*. Si præcedentia respicias, non potes αὐτὸν aliter interpretari, quàm de Gnesippo: si ad versûs ipsos comici oculos referas, de Cleomacho videbis eum loqui. Censeo, defecti codicis notam esse ponendam ante verbum σκώπτει. deesse autem hæc aut similia his verba, τῷ δὲ Γνησίππῳ ὅμοιος ἦν καὶ Κλεόμαχος. σκ. Ac fortasse in versu Chionidæ paulo antè recitato, Ταῦτ' οὐ μὰ Δία Γνήσιππος, οὐδ' ὁ Κλεομένης, scribendum, οὐδ' ὁ Κλεόμαχος. ab illo versu egit de Gnesippo: nunc testimonia profert de Cleomacho: vulgatam γραφὴν probauimus libro superiore, capite vltimo. Nunc Cratini verba consideremus.

> Ὃς οὐκ ἔδωκ' αἰτοῦντι Σοφοκλεῖ χορὸν
> Τῷ Κλεομάχου δ' ὃν οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ,
> Ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια.

Loquitur Cratinus de sordido aut imperito diuite: qui Athenis choragus cùm esset, & instruendum chorum haberet, posséetque Sophoclis poëtæ præstantissimi operâ vti, cum Cleomacho ignobili & inepto poëta pacisci maluerat: nempè hic pecuniæ tenacior quàm gloriæ cupidior fuit. Nam quò melior & celebrior poëta erat qui fabulam fecerat, eò cariùs docebat. Sed nullis sumptibus parcere soliti, paulò qui essent honoris publici auidiores: quò possent quàm optimi poëtæ fabulam producere, & ornamentis chori sui alios choragos superare: cuius studij cùm alibi in his libris certa sunt testimonia, tum in Midiana Demosthenis illustre habetur exemplum. δοῦναι χορὸν alicui poëtæ est, eius operâ vti in choro instruendo, & docenda fabula: quas partes qui suscipit, dicitur λαμβάνειν χορόν. Aristophanes in Ranis, de quibusdam malis poëtis,

> Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἐστὶ καὶ στωμύλματα
> Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.
> Ἃ φροῦδα θᾶττον, ἢν μόνον χορὸν λάβῃ
> Ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ.

Mali poëtæ non facilè suorum dramatum empptores inueniebant, propter illam quam diximus φιλοτιμίαν & æmulationem. Ideò ait Aristophanes, eius farinæ tragicos incredibili gestire gaudio, si semel operam suam ad scenam locauerint, & fiat illis potestas vnam aliquam tragœdiam producendi in theatrum ac committendi: rectè vetus comici interpres φροῦδα explicat hic, ἀφανῆ γίνεσθαι ὑπὸ τῆς χαρᾶς. sed quid significaret λαμβάνειν χορὸν, non intellexit eruditissimus ille grammaticus: sic enim explicat poëtæ verba. ἐπειδὰν ἅπαξ τὰς προσηκούσας ἐπαινέσεις σχῶσι τῶν δραμάτων. Atqui non aliud est, *chorum accipere*, quàm id quod diximus. Sunt enim relata δοῦναι & λαμβάνειν. perspicuum autem est è superioribus Cratini verbis, *dare chorum* dici choragum, qui poëtæ alicui curam committit instruendi chori: tota enim ornamentorum ratio ex argumento fabulæ pendebat: Constat autem in delectu poëtæ, spectatam aliquando fuisse non choragi solùm, aut tribûs vnius voluntatem, sed vniuersi populi. Auctor vitæ Æschyli scribit, Athenienses tantopere cum poëtam fato iam functum amasse, vt lege sanciuerint, τὸν βουλόμενον διδάσκειν τὰ Αἰσχύλου, χορὸν λαμβάνειν: id est, *vt qui vellet docere Æschyli fabulas, cæteris præferrētur & chorū acciperent*. Quemadmodum autem de poëtis dramaticis dicebant δοῦναι χορὸν & λαμβάνειν, sic de aliis qui in theatrum produci solebant, δοῦναι σκηνήν. Athenæus libro primo, Ἀθηναῖοι Ποθεινῷ τῷ νευροσπάστῃ τὴν σκηνὴν ἔδωκαν, ἀφ' ἧς ἐνεθουσίων οἱ περὶ Εὐριπίδην. Hæc alibi exposita nō legimus: quare interpretibus facilè ignosco, in Cratini superioribus verbis planè cæcutientibus. Obseruent autem studiosi, desumi istos Cratini versus ex ipsius *Bubulcis*: in cuius fabulæ prologo grauiter conquestus erat poëta de choragi cuiusdam contumelia, qui alij nescio cui comico, potius quàm ipsi, chorum dederat. Hesychius: Πυρπεριγχεῖ, Κρατῖνος ἀπὸ δυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβεν παρὰ τοῦ ἄρχοντος ἐστιν οὐ † ἤτησε. vix est alius in toto Hesychio æquè malè acceptus locus, atque hic est. Lego verò, Πῦρ, πυρ ἐγχεῖ. Κρατῖνος ἀπὸ διθυράμβου ἐν Βουκόλοις ἀρξάμενος, ἐπειδὴ χορὸν οὐκ ἔλαβε παρὰ τοῦ ἄρχοντος παρ' οὗ ᾔτησε. De eodem Archōte accipiēdos censeo & versus istos, qui ab Athenæo hic recitantur. Quare tam insignem Hesychij locum prætermittere, nostrum non erat, Cū ait poëta: οὐκ ἂν ἠξίουν ἐγὼ Ἐμοὶ διδάσκειν οὐδ' ἂν εἰς Ἀδώνια, hoc vult: Si mihi choragi munus fungendum esset, nollē Cleomachum mihi docere vel Adoniis, quod festum fuit Athenis non magnæ celebritatis: nedum eius operâ vti velim ad Quinquatrus aut Liberalia, quando edebantur ludi omnium celeberrimi. ἐμοὶ διδάσκειν, non est, *me docere*: sed *docere, me chorago*: ἐμοὶ pro ἐμοῦ χορηγοῦντος. sicut *militare alicui*, dicitur, qui eius ductu vel auspiciis militat. & iure ita loquitur: poëtæ enim in theatro docebāt, nō suo magis quā choragi periculo. Sequitur non longè, ex Clearchi Ἐρωτικῶν libro secundo, ἐν δὲ τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῆς Ὁμήρου ἐπιχιχλίδων τὰ πολλὰ διὰ τῆς ἐμμέτρου ποιήσεως τούτων ἐχεταί τις τῶν παθῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσωπεδάρου περὶ τὸ ἐρωτα, & πᾶν τὸ τῆς ἐρωτικῶν ἐπιστολῶν γένος, ἐρωτικῆς πως διὰ λόγου ποιήσεώς ἐστι. Quis ista interpretetur: nemo Hercule nemo: qui quidem non emendauerit prius. Ita autem scribendum, οὐ μόνον δὲ (vel ἔστι δὲ) τὰ Ἀρχιλόχου καὶ τῆς Ὁμήρου Ἐπιχιχλίδων τὰ πολλὰ διὰ τ. ἐ. π. τ. ἐ. τ. τ. παθῶν. ἀλλὰ καὶ τὰ Ἀσ. περὶ τ. Ἔρωτα, ἢ πᾶν τὸ τῶν ἐρωτικῶν ἐπιστολῶν γένος, γένος ἐρωτικῆς τινος διὰ λόγου ποιήσεώς ἐστι. nihil apertius verbis hisce ita scriptis.

ptis, Ait Clearchus, amatoria fuisse & Archilochi carmina, & Epicichlidum Homeri magnam partem: quin etiam quæ scripserat Asopodorus de Cupidine, & omnes in totum amatorias epistolas, genus quoddam esse amatoriæ poëseos in oratione soluta. Hæc omnino mens Clearchi est. Epicichlidum Homericarum nomen, saltem ex libro secundo nosse debuerant interpretes. Pessimè edebatur διαλόγου, quod ex libris emendatum est in nupera editione. Verè autem dixit Clearchus, non multum interesse inter poëtarum scripta ἐρωτικὰ, & eiusdem argumenti epistolas: quales videlicet hodiéque extant Æliani, Alciphronis, Aristæneti, & aliorum ἐρωτομανῶν Græculorum.

CAPVT X.

Mensa secunda non semper apposita. Sacæa *festum Babylonium. Mos arcendi seruos à quibusdam sacris.* ἀκλητῆρες βότρυς. κλητῆρες. *Athenienses* φιλόδικοι *& sycophantæ.* πύος, πυριάτης. *Platonis* Atlanticus. *alia nonnulla.*

SEquitur pars libri huius posterior, quâ agitur potissimùm de mensis secundis. Has non omnibus conuiuiis esse solitas adici, docent nos hæc verba, *αἱ δεύτεραι καλούμεναι τράπεζαι, πολλάκις ἡμῖν διδόμεναι. οὐ μόνον ταῖς τῶν Κρονίων ἡμέραις.* Qui in Homeri poësi versati sunt, agnoscent loquendi genus, poëtæ aliisque non infrequens, *Ῥωμαίων παισὶν ἔθος ἐστὶν ἑστιᾶν τοὺς οἰκέτας, αὐτοὺς τὰς τῶν οἰκετῶν λειτουργίας ἀναδεχομένους.* Narratur mox ex Beroso, *ἄγεσθαι ἑορτὴν Σακέαν προσαγορευομένην ἐν Βαβυλῶνι.* In Hesychii Glossis *Sacæa* dicitur fuisse Scytharum quoddam festum: & Scythæ ipsi nominātur *Sacai* Sed Babylonio potiùs Beroso credamus, qui solemnitatem *Sacaam* vel *Sacæorum*, suis popularibus asserit. Dio Chrysostomus oratione quartâ de regno, τὴν τῶν Σακκῶν ἑορτὴν nominat, & Persis attribuit. Ita autem describit: Οὐκ ἐνενόησας τὴν τῶν Σακκῶν ἑορτὴν ἣν Πέρσαι ἄγουσιν; λαβόντες τῶν δεσμωτῶν ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ, καθίζουσιν εἰς τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως, καὶ τὴν ἐσθῆτα διδόασιν αὐτῷ τὴν αὐτὴν, καὶ τρυφᾶν καὶ ταῖς παλλακαῖς χρῆσθαι τὰς ἡμέρας ἐκείνας ταῖς βασιλέως. καὶ οὐδεὶς οὐδὲν κωλύει ποιεῖν ὧν βούλεται. μετὰ ταῦτα ἀποδύσαντες καὶ μαστιγώσαντες ἐκρέμασαν. *An Sacearū solēne ignoras quod Persæ celebrāt? Vinctorū qui duci ad supplicium debēt, aliquē in sella regis collocāt, & veste regiâ ornāt, faciūtque ei potestatē delicatè & molliter viuēdi, regiisque pellicibus per eos dies vtēdi: neque illum quisquam impedit, quominùs quicquid voluerit faciat; deinde exutū & flagellatum suspendunt.* sed fortasse scripserat Dio Σακέων vel Σακαίων. etsi videtur verū nomē huius Babyloniorum ἑορτῆς fuisse *Sesacea*, quòd more suo Græci corruperunt decurtarúntque: nam apud Hieremiam prophetam duobus locis Babylon nominatur ששך *Sesac.* inde hæc solemnitas nomen habuit, vt Romani ludi à Roma.

Ζωγαίων per o paruum scribunt quidam MSS. Ait, Κῷοι ὅταν τῇ Ἥρᾳ θύωσιν, δοῦλοι οὐ παραγίνονται ἐπὶ τὴν εὐωχίαν. Non solùm Coi à suis istis sacris seruos arcuerunt: sed & alii Græciæ populi sacris quibusdam mancipia sua excluserunt: putà Athenienses, cùm rem diuinam Furiabus facerent. testatur Philo in commentario, quo probat omnes qui virtutem colunt esse liberos. eius verba descripsimus libro quarto, capite vigesimo primo: item Æginetæ monophagi, quorum ritus describit Plutarch. Κεφαλαίων Ῥωμαικῶν quæstione quadragesima quintâ. [Etiam apud Romanos in sacris Herculis nec serui intererant, nec liberti. Lege Seruium ad librum octauum.] αὐτῷ positum pro αὑτῷ, cùm dicitur, τὴν τράπεζαν ἀφθόνως αὑτῷ κεκοσμημένην τῷ Πελώρῳ παραθεῖναι. *mensam sibi paratam Peloro apposuit.* res vulgatissima doctos tamen fugit. Torserunt eruditos viros ἀκλητῆρες βότρυς, quorum mox fit mentio in versibus Eubuli: nec mirum: nego enim alibi vsquam legi racemos istos *acleteres.* Sed poëtam audiamus.

Ἐν τῷ γὰρ αὐτῷ πάνθ' ὁμοῦ πωλήσεται,
Ἐν ταῖς Ἀθήναις σῦκ' ἀκλητῆρες βότρυς,
Γογγυλίδες, ἄπιοι, μῆλα, μάρτυρες, ῥόδα,
Μέσπιλα, χόρια, σχαδόνες, ἐρέβινθοι, δίκαι,
Πυὸς, πυριάτη, μύρτα, κληρωτήρια,
Ὑάκινθος, ἄρνες, κλεψύδραι, νόμοι, γραφαί.

Quid igitur sunt ἀκλητῆρες βότρυς, iterum nego tibi Græcam eam dictionem esse: nam qui accipiunt pro ἄκλητος, honestiùs tacuissent. Legendum, ἐν ταῖς Ἀθήναις οὐχὶ κλητῆρες, βότρυς; vel σῦκα, κλητῆρες, β. Iocatur poëta totâ hac pericopâ, & specie laudantis, Atheniensium τὸ φιλόδικον acriter insectatur. Eum populum litiū & iudiciorum fuisse amantissimum, omnes sciunt, qui Aristophanem saltem legerunt. Ideò ingeniosus poëta Athenas laudare simulans, vt omnium rerum ad victum necessariarum copiâ abundantes, simul ea commemorat, ex quibus veteratorium eorum ingenium appareat. Eò spectant insertæ voces singulæ singulis versibus, secundo, tertio, quarto & quinto: κλητῆρες, μάρτυρες, δίκαι, κληρωτήρια: in vltimo verò tres istæ, κλεψύδραι, νόμοι, γραφαί. Omnia hæc forensia sunt vocabula: quorum exponendi non hîc est locus. Etsi sunt multorum ingenia à veritate auersa: non putamus tamen reperiri aliquem posse, qui de nostra hac emendatione, vel dubitet. κλητῆρες dicebantur, qui reos in ius vocabant. Scribe in quarto, χόρια per o vt in illo Theocriti, χαλεπὸν χορίων κύνα γεῦσαι. In quinto versu nihil significat quod ad rem faciat τὸ πυριάτη. Potest legi, πυὸς πυρός τε, *colostrū & frumentum.* Verius tamen censeo, πύος, πυριάτη μ. Aristophanes Vespis, ζῶν ἐν πᾶσι λαγῴοις, Καὶ στεφάνοισι παντοδαποῖς, καὶ πύῳ καὶ πυριάτῃ vtrūque nomen lac significat, sed cum aliqua differentia: scholiasten vide. Ferri potest paulo pòst ἕως ἂν περὶ τῶν ἐπιδορπισμάτων εἴπῃ. vt sit oratio Vlpiani de Pontiano ad conuiuas directa, non ad ipsum Pontianum, aut scribe εἴπῃς. In versu Philippidæ

lippidæ, ὅλην λέγοντά μ' ἐπιλείπει τὴν ἡμέραν, absurdissima lectio ferenda nobis non est: sed ad hunc modum corrigenda. ὅλη λέγοντά μ' ἐπιλείποι γ' ἡ ἡμέρα: *vel integer dies me deficiat si narrare aggrediar.* Non video difficultatem vllã in Sophili ecloga è *Deposito.* Ἡδύ γε μετ' ἀνδρῶν ἐστιν Ἑλλήνων ἀεὶ Συνάγειν. &c. in versione tamen Dalecampij vix aliquod vestigium deprehendas veræ sententiæ: quæ est hæc: *Iucundum semper est cum Græcis hominibus conuiuia agitare: res est planè elegans: nemo ibi clamat, Infunde duos cyathos: nam commissatum est eundum ad Tanagricam: vt ibi decũbens pro secundis mensis comedat asininas mattyas.* συνάγειν accipe, vt Athenæus ipse docuit libro octauo. Qui hæc loquitur, comparabat Græcorum elegantiam & modestiam in cõuiuiis, cum petulantia Barbarorum, putà, Thracum, aut Asiaticorum. Platonis locus de quo Athenæus, Πλάτων ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ μεταδόρπια αὐτὰ καλεῖ ἐν τούτοις, extat in Critia dialogo, qui & *Atlanticus* inscribitur, propter illum de Atlantide insula sermonem. Sed more suo Athenæus alienam sententiam partim auctoris, partim suis verbis refert. At Dalecampius putauit esse versus Platonis comici. Non capio prima verba, ταῦτά τε εὐώδης ἐφαίνετο τοῖς κατικοῦσιν ἡ γῆ. Sed accedendum propiùs ad Platonis mentem simul & verba, scribendumque, πάντα τὰ εὐώδη ἔφυε τότε τοῖς κατικοῦσιν ἡ γῆ. in hæc verba contraxit, quæ dixit Plato pluribus: ὅσα εὐώδη τρέφει που γῆ τὰ νῦν, ῥιζῶν, ἢ χλόης, ἢ ξύλων, ἢ χυλῶν, ἢ σταλάδων, εἴτε ἀνθῶν, εἴτε καρπῶν, ἔφερέ τε ταῦτα καὶ ἔφερβεν εὖ.

CAPVT XI.

Philyllij φρεωρύχος. *ἀποδορπίσασθαι pro comedere. Prou.* Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. *Hesychij locus.* ἐπιτραπεζώματα. *bellaria dicta* παροψωνήματα. ἀμφὶ δεύτατα *apud Pindarum: alia quædam.*

ΦΙΛΥΛΛΙΟΣ δ' ἐν φρεωρύχῳ φησί. Pollux lib. 7. sub finem, καὶ φρεωρύχος εἴη ἂν τέχνης εἶδος. Φιλυλλίῳ γὰρ δρᾶμά τι ὁ φρεωρύχος, τὸ δὲ φρεωρύχον ἐργαλεῖον, παρ' αὐτῷ καλεῖται τρύπανον. ita scribendum, nõ τρύσις. aliis hoc instrumentũ vocatur τρύπανον. at vide eiusdem Pollucé librũ 10. cap. 31. cur autem paulo pòst repetantur hæc verba ab Athenæo; caussam video nullam, & suspecta hìc nobis librorum fides. καὶ Ἄρχιππος ἐν Ἡρακλεῖ, καὶ Ἡρόδοτος ἐν πρώτῃ. Nulla prorsus caussa est, cur hic nominentur duo isti scriptores: nam statim, id est, suo loco, eadem verba repetuntur, nescio quâ occasione bis posita, cùm semel debuissent. Postquam docuisset auctor, secundas mensas dici ἀποδορπίσματα & ἐπιφορήματα: nunc addit, veteres aliquando vsos voce ἀποδορπίσασθαι pro ἐσθίειν, comedere simpliciter, nõ *bellaria comedere.* pariq; ratione ἐπιφορήματα appellasse cibos omnes præter panem, id est, opsonia & τὰ προσφάγια. Vsum hunc verbi ἀποδορπίσασθαι, nullo exemplo firmat: dictionis alterius duo affert testimonia, Archippi vnum, alterum Herodoti. His cognitis de lectione facilè statuet acutus lector. Sequitur, τὸ μέντοι κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, τέλος τί ἐστι καὶ λιμένιον. Lego, τέλος τί ἐστι καὶ ἐλλιμένιον: [siue ἐνλιμένιον (nam vtroque modo scribi potest.)] *Vectigal est aliquod & portorium.* posterior vox priorẽ explicat: nam τέλος generale nomen est, cuius species ἐλλιμένιον: vectigal quod in portu penditur, ei qui Athenis vocabatur ἐλλιμενιστής. Hoc igitur Athenæus volunt: prouerbio isti occasionem præbuisse illud portorium: quod cùm acerbè exigeretur, improbissimis portitoribus ansam sæpè dedit multa per calumniam peregrinis eripiendi. Omnis enim exactio, quod ait Suetonius in Augusto, calumniarum seges & benigna materia est. Ex his intelligimus quod scribunt Græci in prouerbij huius explicatione. εἴρηται aiunt, ἡ παροιμία καὶ ἀπὸ τοῦ ὑπ' αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους. ὅθεν Ἀριστοφάνης τὸν συκοφάντην Ἀβυδηνοκόμην (Hesych. & Eust. Ἀβυδοκόμης) εἶπεν. Vsum adagionis docent: caussam non aperiunt: quã nostra huius loci emendatio & interpretatio pasàm facit. Porrò quod apud Hesych. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα scribitur pro ἐπιφόρημα, mendosum censeo, vt alia multa in eruditi illius critici Glossis. quod non animaduerterat ille vir doctus quem Hesychij librorum deprauata lectio impulit, vt de hoc Athenæi loco absurda quædam scriberet. ita sæpissimè errorem gignit error. Non video caussam cur Athenæus in isto Platonis versu, ὡς ὀλίγα λοιπὰ τῶν ἐπιτραπεζωμάτων, exponat ἐπιτραπεζώματα, *bellaria.* meliùs Hesych. qui simpliciter exponit, *cibi mensis impositi.* hoc enim est ἐπιτραπεζοῦσθαι: quod non est proprium mensis secundis: sed omnium commune quæ mensæ imponuntur quacumque de caussa. Ita dixit Sophocles, Ἀπυδακώνος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ. — λέγεσθαι ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ..... τρωγάλια. Videtur ita scriptum fuisse ὑπὸ τῶν ἀρχ. τρωγάλια. τρωγάλια γὰρ ἐπιδορπισμὸν εἶναι. habes post aliquammultos versus eundem locum Aristotelis pleniùs descriptum: vnde hæc & exponenda sunt, & corrigenda.

δεῖπνον δὲ λέγοιτο γλυκὺ τράγαλιον. Et Clemens Alex. & Eustath. sola hæc sine sequentibus verbis proferunt. Idem Clemens eleganter alicubi τὸ τρωγάλιον vocat παροψώνημα: nam vt opsonia adiciuntur pani: sic bellaria opsoniis deliciarum caussa accuduntur, ὁρᾷς τὸν ἐντράπεζον ὡς ἡδὺς βίος. *Videm quàm sit iucunda eorum vita inter struices delicatarum patinarum.* Ex mẽte Athenæi Pindarica hæc τραπεζᾶσι δ' ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν σέθεν διεδάσαντο, καὶ φάγον. debebant vertere interpretes, *In mensas circa vltima* (id est, exitum cõuiuij) *tuarum carnium frusta diuiserunt & comederunt.* aliter exponunt alij: nihilo fortasse deteriùs: sed cùm secundas mensas probare hinc velit auctor, ineptum est aliter hìc interpretari. Postea producitur testimonium Achæi: in cuius interpretatione viri docti nihil nisi peccata peccatis cumularunt. Primùm ita lege totum locum.

A. Θοίνῃ σε πρῶτον τέρψομαι. πάρεστι γάρ.
B. Τὸ δεύτερον δ' ἡμᾶς καλοῖς τρόπῳ;
A. Μύρῳ σε χρίσω παμπάνυ εὐοσμῷ δέμας.
B. Ὕδωρ δ' ἐπὶ χεῖρας οὐ πρότερον δίδως;
A. Ναί, καὶ τράπεζαν ἐκποδὼν ἐπαίρεται.

Ita autem explica: A. *Epulis primùm te oblectabimus: adest enim earum copia B. deinde autē quo me oblectabis modo? A. Vnguento odorato corpus totū* [vel *Vngu. prorsus odorato corpus*] *tibi inūgam. B. Quid? aquam lauandis manibus nō prius dabis? A. Sanè: atque è vestigio mēsa auferetur.* Mēsam hic intellige secundas mensas; nam auctoris mens, de qua ne minimum quidem suboluit interpretibus, hæc est. Probare instituit, veteres sine distinctione primæ aut *secundæ mensæ*, τράπεζαι simpliciter appellasse & primas & vltimas epulas. Achæi locus de vltimis intelligendus est, quæ sunt aliis secundæ mensæ: sic etiam accipiendum apud Xenophontem in Symposio, ὡς δ' ἀφῃρέθησαν αἱ τράπεζαι. & fortasse etiam in hoc Platonis versu, τί οὐ τρέχων σὺ τὰς τραπέζας ἐκφέρεις; atque omnino quoties apud poëtas *mensæ remotæ* dicuntur.* Aristophanes eo loco quem auctor subiicit, de primis epulis loquitur: sicut passim Homerus & alij scriptores, quando τράπεζαι παρατίθενται dicunt. Scribe mox, οὕτως γὰρ ὑπόδερπισμὸς τραγημάτισμός τις ἐστι sic etiam Eustath. recte: non ὕτως. Antiphanis versus ita distinguo & scribo, iuuantibus M S S.

Οἶνον Θάσιον πίνοις ἄν; εἰ τις ἐγχέοι.
Πρὸς ἀμυγδάλας δὲ πῶς ἔχεις εἰρωνικῶς.
Μαλακὰς σφόδρα, δι' ἃς μέλιτι προσπαίζειν δεῖ.
Μελιττοῦτα δ', εἴ σοι προσφέροι, τρώγοιμ' ἄν.
Κ' ᾠὸν δὲ καταπίνοιμ' ἄν, οὐδ' ἄλλο τινός.

Tertium versum præstare nolim syncerum sanè in Excerpt. vnde Eustath. describit ad ῥαψ. α. Ὀδυσσ. pro Μαλακὰς σφόδρα solum est μᾶλλον. Postea scribe cum Dalec. ἐν δ' Ὁμοίαις. Fabulam Antiphanis Ὁμοίας inscriptam, laudat dipnosophista non semel.

CAPVT XII.

Ἀληλεσμένος βίος quid dicatur: grati cibi θεοὶ nūcupati. καλῶς ἔχει, formula gratias agēdi. ἐπαίκλια vel ἐπαίκνια. καναβίδες, ἀεροπότητα μέλεα.

NIHIL nobis membranæ conferunt ad salutem horum versuum ex Amphidis *Gynæcomania*.

Ἤδη ποτ' ἤκουσας βίον ἀληλεσμένον.
Αἰτῶ. τυχεῖν ἐστι σαφῶς. †

Est verò scribēdum, in priore quidē, ἀληλεσμένον: posterior autem sic: Αἰτῶ. τυχεῖν γὰρ, ἐστι τοῦτο σοι σαφῶς. Pulcherrimis versibus describit poëta beatorum hominum vitam, rerum omnium bonarum & lautarum copiâ abundantem: atque hanc vocat Amphis *vitam molitam:* id enim est ἀληλεσμένος βίος. Scio emendatum à viris doctis ἀληλιμμένον, vt sic *vncta vita*: sed errasse illos grauiter, id quoq; scio. Inter Græcorum parœmias referturq; etiam ista ἀληλεσμένος βίος: cui similes sunt aliæ parœmiæ, βίος μεμαγμένος, & βίος ἐξηυλημένος. Opponitur *vita molita*, vitæ primorum hominum, qui, vt creditum est glande se sustentabant: item eorum qui primis proximi frugibus non molitis, sed tantum fictis vescebantur. His successit tertiū genus hominum, qui & fruges molere ceperunt, & circa victum esse curiosiores. Hæc illa est *molita vita*, iure cæteris prælata. Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων l. 2. de prioribus duobus viuendi generibus locutus: ὁ δ' ἀληλεσμένος ἐπὶ τούτοις βίος πρότερον μακαριστός τις, ἀπηρξάμενοι τὰ ψαιστὰ τῆς τροφῆς πρῶτον εἰς πῦρ τοῖς θεοῖς. omitto quæ Græci parœmiographi, & Eustath. Vltimus versus γραφώς huius, ita habet, Ὀνόματα τῶν δώδεκα θεῶν διελήλυθας quem si capio rectè, voluit dicere qui eum pronunciabat, superioribus versibus nominata esse genera duodecim eduliorū, non minus sibi gratorum quam duodecim qui dicebantur dij. Sic apud alium poëtam, pisces à proceribus gulæ expeti soliti, θεοὶ nominantur, vt expositum est libro 8. capite quarto. Cùm igitur præcedentibus Amphidis versibus non duodecim: sed septem solùm ciborum nomina inueniantur: desiderantur, opinor, quinque aliorum eódem spectantia nomina, simili versu comprehensa, vt hic est, Γογγυλίδες, ἄπιοι, μῆλα, βότρυες, ῥοαί, vel ῥόδα. Emenda & hunc Anaxādridæ, οὐ τοι παρέξων χρηστῶς ἐπεὶ ζῶν τότε: ac lege, ὥσπερ γὰρ ἔζων χρηστῶς, ὡς ἔζων τότε. *nondū enim mihi contigerat lautè viuere, vt tunc vixi*. In proximo versu Clearchi. Λαβὲ ὕδωρ κατὰ χειρός. μηδαμῶς. καλῶς ἔχει. λαβ' ὦ γαθέ. τὸ καλῶς ἔχει, formula est quā vtebantur cùm vocati ad cœnam ire nollent, sed gratias agerent, vt dicebamus ad Theocritum. Deinde scribe. Οὐδὲν χεῖρον. παῖ ἀπόπτυε ὅπερ τὰ τραπ. Postea, Κ' ἀργὸς ἔχων μηδὲν ὅλως αὐτὸς σαγόνας & mox, Ὄψοισι καὶ ζωμοῖς ἄνδρες ὦ θεοί. Sequitur, Ἀπίων δὲ καὶ Διόδωρος, ὥς φησι Πάμφιλος, ἐπίκλια φησι καλεῖσθαι τὰ μετὰ τὸ δεῖπνον τραγήματα. Pro Διόδωρος, melius in nonnullis scriptum, Ἡρόδωρος. vt semper alibi. Etsi autem ἐπίκλια scriptum in omnibus libris, etiam Excerp. tamen ἐπαίκλια legendum, aut ἐπαίκνια. ita dictum ἐπαικλιον Doribus, vt aliis ἐπιδόρπισμα. nam αἴκλον aut αἴκνον, idem ac βρῶμα. plura lib. 4. & Eustathius. Legitur statim in Excerpris, Ἔφιππος δὲ τραγήματα παραβαλλόμενος φησι. Pro φοινίκων βίκος, meliùs φοινίκων: & libro primo item παραμασυντὰς pro παραβοσκομένους. vel παραμασήτας, nam vtrumque dicitur. non παραμασυλλάς. venuste allusum est ad parasitorum nomen verbo παραβόσκειν. Veteres dictionem βράχος. non agnoscunt. βρύγμος quid sit nescio, nisi si ἐρεγμὸς scribendum. καναβίδες auctore Hesychio, inter ea censebantur quæ suffiebant: sed scimus nos relatum à Galeno etiam cannabi semen inter ea quibus vescerentur. alioquin tentari poterat ex lib. 4. num χαμαιπιτύδες, sit legendum, quod nobis quidem non probatur. De Philoxeni Cytherij loco dictum libro quarto capite. 11. In pericopa Antiphanis

de Philoxeno ineptissimè hodie legitur, πρῶτα μὲν γὰρ ὀνόμασιν ἰδίοις καὶ κοινοῖσι χρῆται πανταχοῦ. quæso quid pote absurdius? tamen & Excerpta & membranæ consentiunt: sed scribendum, vt & versui consulatur, & sententiæ, τὰ πρῶτα μὲν τῶν ὀνόμασιν ἰδίοισιν κ' οὐ κοινοῖσι χρ. & versu 4. ἔπειτα τὰ μέλη μετ. Sextus eget tubicine qui labantem fulciat. Scribe, Ἔχει δ' εἰδὼς ὡς ἀληθῶς μουσικήν. Penultimi versus scripturam refutat lex metri. Potest legi Ἄνθεσί τε πᾶσι μέλεα. sed premenda magis censeo vulgatæ lectionis vestigia; præsertim cùm etiam in Excerptis sit scriptum, Αἰγιποτα. Lego, Αἰεροποτητὰ μέλεα μέλεσιν ὀνόμασι ποικίλων, ἐμπλέκοντες ἀλλότρια μέλη. Quæ sublimia sunt Græci dicunt αἰεροποτῶς. Euripides de Tantalo in Oreste; Ἀέρι ποτᾶται καὶ τίνει ταύτην δίκην. inde αἰεροπότητα, vel αἰεροπότητα carmina *tumida & inflata*. μέλεα μέλη, *infelicia & fatua carmina.*

CAPVT XIII.

Πεμφθεὶς pro πέμψας. ἄσπλαγχνος. ἀπλ. ἀκίνητος. Pariana placenta. Alexis ab Athenæo reprehēsus Πάρος pro Πάριον. Samia placenta. Placentarū aliquot genera, & nomina exposita. enchytos, amulus. *Menādri Πτωχὴ Ῥοδία. Hecata insula. ἄπλανα & ἀπλανοίτης.* epichytus. *κρῆσον.*

OYX ὡς τοῦ Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος Σωκράτει. vel scribendum, τοῦ ὑπ' Ἀλκιβιάδου πεμφθέντος. vel formationi passiuæ agendi significationem attribuit, vt solent Græci sæpissimè. Deest aliquid ex quo possit intelligi mens istorum, μνημονεύων ἂν ὁ κωμικὸς Πλάτων εἴρηκε. Non etiam intelligo, quid sit in Platonis versu, ἄσπλαγχνος ἐνιαυγίζομαι. [an est verius ἐνιαυτίζομαι?] *sine visceribus & carnibus pereuno.* σπλάγχνα Græci appellant, vt alibi dicebamus, viscera victimarum, & quæcumque peractis sacris edebantur: inde ἄσπλαγχνος Platoni, qui caret illis epulis: licenter more comicorum vsus est hac voce: itaque Galenus cùm libro tertio de dogmatis Hipp. & Platonis, varias huius dictionis significationes accuratè explicaret, hanc non attigit. Platonis sunt & illa duo vocabula, Ἀπλακούντος, ἀλιβάνωτος, *sine placenta, sine thure.* mirum, fuisse qui aliter sentirent: nam Athenæus solùm ob vocem ἀπλακούντος, Platonicam χρῆσιν recitauit. Alexidem reprehendit Athenæus, quòd Parianas placentas, quæ olim in fama erant, putauerit ab insula Paro sic dici: cùm ab Hellesponti vrbe Pario ita dicerentur: ibi enim fieri optimas, non in Paro insula; de qua tamen sensisse Alexim, non potest ambigi: clara enim sunt illius verba:

Ὦ τὴν εὐτυχίαν ναίων Πάρον ὄλβιε πρέσβυ.
Ἣ κάλλιστα φέρει χώρα δύο τῶν συμπασῶν
Κόσμον μὲν μακάρεσσι λίθον, θνητοῖς δὲ πλακοῦντας.

Constat vel ex Plinij lib. 36. cap. 4. marmor Pariū, non aliunde quàm ex insula Paro fuisse petitum: quare non licet hìc poëtam excusare, quasi Parum appellasset quæ vulgò dicebatur Pariū: cuius excusationis venerat in mentem nobis, recordantibus Aristophanei versus ex Vespis, Ἐγὼ δὲ τεθεώρηκα πώποτ' οὐδαμοῦ Πλὴν ἐς Πάρον. nam vetus interpres *Parum* hìc manifestò accipit pro *Pario*, nisi imponunt nobis vulgati codices, τὸ δὲ Πάριον, ait πόντου πόλις, καὶ παροιμία, Ἐν Παρίῳ ψυχρὸν μὲν ὕδωρ, καλαὶ δὲ γυναῖκες. *Samias placentas*, fuisse in pretio, & Iulius Pollux obseruat: εὐδοκιμοῦσι, ait, καὶ οἱ Σάμιοι πλακοῦντες. Deinceps genera placentarum recensentur, quarum nomina legerat dipnosophista apud scriptores priores. Conferendus hìc locus cum iis quæ libro tertio de panum variis nominibus & formis sunt scripta. Omnia hoc genus ἄρτου appellatione sunt complexi. Ex primo Galeni De facultatibus alimentorum, discere est, quid differant ἄρτος, πέμματα, πλακοῦς, ἴτριον. ENCHYTOS vnde nomen inuenerit, declarant Catonis verba in eo capite, quo docet quemadmodum fieri debeant. *Ita in vnguen caldum fundito.* De subiecto Menandri loco diximus libro quarto capite 21. Inde corrige, Σεμίδαλιν, ὠά. πάντα γὰρ τἀναντία. Fabula Euangeli quæ Ἀνακαλυπτομένη hìc dicitur, consentientibus libris omnibus, Suidæ est Ἀνακαλυπτόμενος. Videtur autem Athenæus parum integrè locum Euangeli descripsisse: vt planè sit ἀδύνατον, mentem poëtæ in his versibus peruidere. Duorum qui vnà fabulantur, alter nuptialis conuiuij apparatum fusè persequitur: alter indignabundus vt videtur, ipsum aliquoties interpellat: vt cum ait, ὡς ἀλαζὼν ὁ καταρατος. & παῖ δρομων. quæ à præcedentibus sequentibusque separanda sunt τελείαις στιγμαῖς. Ita autem membranæ omnes, & antiqua exemplaria. Neque est necesse corrigi, ἐγχύτους πλακοῦντας. Nam & Græcis & Latinis *enchytus*, vt alia id genus nomina omnia, simpliciter vsurpare moris est. Scribam deinde, κάνδυλον, ὠά, ἄμυλόν τι. τὸ πέρας, ὕψος τῆς τραπέζης πηχῶν ἴσων τριῶν. enumeratis sigillatim omnibus quæ ad epulas voluit adhiberi: In summa, inquit, patinarum super mensa struicem fac esse trium cubitorum. AMHΣ, vt placet Grammaticis, dictus est ab auiditate comedentium, ἀπὸ τοῦ ἐξαμᾶσθαι αὐτὸν σπουδῇ ὑφ' ἡδονῆς, ὡς μέλιτι καταρρεόμενον *quod præ voluptate cupidè diripiatur, vt melle rigatum.* vel ab ἅμα. mutato spiritu, vt sæpe in deriuatis: quòd multa in vnum conmiſceant qui ametem faciunt, siue *amulum*: de quo M Cato, capite octuagesimo septimo. Menandri corruptissimum testimonium, τὸν ἀμητα χαιρεγαστου κοῖτε τε πέμπν τινά, iure arbitrario sic constituimus: τὸν ἀμητα χαίρεις πῶς εἰ ἐπέπτον τινα; Attones, ἄμην αὐτὸν καλοῦσι. Hesychio neque ἄμη neque ἄμης rectum est, sed ἀμὴν. vt legi possit, ἀμῆνα αὐτὸν καλοῦσι. ΔΙΑΚΟΝΙΟΝ quid sit, parum explicat noster: Suidam omnino lege. Erat editum, Φιλήμων ἐν Πτωχῷ Ἡροδίᾳ. Ἄρτεμι Φίλη δέσποινα, &c. Dalecam emendauit Εὐοδία Ἄρτεμι nos fecimus vt esset Πτωχῇ ἢ Ῥοδίᾳ, vt extat alibi. videtur esse id drama quod Ῥοδίας inscribit Pollux libro decimo, capite 31. *Hecaten* Diphili nominat

nominat idem scriptor lib. 10. cap. 20. ΒΑΣΥΝΙΑΣ, placentæ nomen Barbaricum: de eo sic scribitur ex Semo. ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης νήσῳ τῇ ἱερᾷ θύουσι Δήλιοι τὰς βασυνίας καλουμένας. omnia hîc corrumpunt interpretes. Hecatæ insulam putabamus esse vnam earum paruarum, quas *Hecatonnesos* vocabant: sed appellationis illarum aliā caussam affert Strabo libro 13. audiamus igitur Hesychium, Ἑκάτης νῆσος, ἡ περὶ Λέσβον. vel Suidam: cuius verba notatu digna. Ἑκάτης νῆσος. πρὸ τῆς Δήλου κεῖται νησύδριον, ὃ ὑπ' ἐνίων Ψαμμίτη καλεῖται. καλεῖσθαι δὲ οὕτω φασὶν αὐτὴν, διὰ τὸ τοῖς ψαμμίταις τιμᾶσθαι τὴν θεόν. ΨΑΜΜΙΤΟΝ δὲ εἶναι ψαιστῶν τις ἰδέα. Lege etiam Harpocrationem, vnde habet Suidas. *Iris* notæ ex Homero & aliis poëtis deæ nomen est: non autem loci, vt absurdè existimarunt. ΣΤΡΕΠΤΟΙ καὶ ΝΕΗΛΑΤΑ. τούτων μνημονεύει Δημοσθένης. Verba oratoris, μισθὸν λαμβάνουσι τούτων στρεπτοὺς καὶ νεήλατα. plura de his vocibus grammatici: ex iisdem, pete vocis *diudalides* in Nicocharis versus, interpretationem. ΕΓΧΥΤΟΣ cum *enchyto* penè idem: dicebatur & ΑΤΤΑΝΙΤΗΣ, vel vt in Excerpt. ἀτταΐτης. ἄτταρα, vocabant τὰ τήγανα. inde ἀτταΐτης πλακοῦς, pro τηγανίτης, *in sartagine frictus*. sic libro tertio ἄρτος τηγανίτης. Fuerunt & *attalides*, diuersum ab attanitis placentarum genus. Hipponactéos tres scazontes ita distingue, ac scribe,

> Οὐκ ἀτταγᾶς τε καὶ λαγοὺς καταβρύκων.
> Οὐ τηγανίτας σησάμοισι φαρμάσσων,
> Οὐδ' ἀτταΐτας κηρίοισιν ἐμβάπτων.

ΚΡΗΙΟΝ placentam, carnes immixtas habuisse: aut intus recepisse, instar earum quas vernaculus sermo pastas vel *pastez* vocat, suadet nomen. nam κρηῖον apud nescio quem exponitur ab Hesychio κρεοδόχον. ΓΑΥΚΙΝΑΣ aliis cum duplici ν scribitur.

CAPVT XIV.

Ἐμπεπτάς. *Hesychij locus emendatur.* encrides. epicyclij. spira. γῦρος. κριβάναι. κριμνίτης. κρίμνα ἐσχαρίτια. χαρίσιος. ἐπιδαιτρον. nanus & nastus. ἄμορα. χόρια. πασά. echinus. cotyliscus.

ΕΜΠΕΠΤΑΣ. ὁ αὐτός φησι πύρινος ἄρτος κοῖλος, καὶ σύμμικτος, ὅμοιος ταῖς λεγομέναις κρηπῖσιν. εἰς ἃς ἐντίθεται τὰ διὰ τοῦ πυροῦ σκευαζόμενα πλακούντια. Conferri debent cum istis verba Hesychij non semel corrupta, sed multifariam. Ἔμπεπτα, πλάγια τὰ πύρινα εἰς ἃς ἐντίθενται τὰ διὰ τυροῦ ἕψεται. liquidò claret, de re eadem vtrumque loqui. Itaque ἐμπέπτας scribe: nisi melius apud vtrumque legere ἐμπεπτά. pro πλάγια τὰ, scribendum πλακοῦντα. & εἰς ἃ, non εἰς ἃς: nisi desunt vitio Librariorum quæ habet hîc Athenæus: apud quem rectè εἰς ἃς: describit istas κρηπῖδας Pollux libro sexto, capite 11. dictum aliquid de istis suprà libro secundo. Illud probo in Hesychiana lectione, τὰ διὰ τυροῦ est. non πυροῦ, vt in omnibus Athenæi codicibus: inde censeo corrigamus. In Excerpt. corruptè διὰ κηρῦ. ΕΝΚΡΙΔΕΣ verbis penè iisdem grammatici describunt. Extat id verbum aliquoties in bibliis Græcis. ΕΠΙΚΥΚΛΙΟΣ; *spira* Catonis fuerit potiùs quàm *globulus*. nam aliud κύκλος; aliud σφαῖρα. spira verò siue σπεῖρα, quid aliud nisi κύκλος ἐπὶ κύκλῳ? vt cùm serpens conspirat se, aut cùm ora soluta conspiratur. Idem igitur *epicyclius* & *spira*. Deinde subiicitur ΓΟΥΡΟΣ ὅτι πλακοῦντος εἶδος, ὃ Σόλων ἐν τοῖς ἰάμβοις φησί. In Exc. est γῦρος.; & prætermissa voce κυριβάνας, quæ statim sequitur: goro siue guro tribuuntur, quæ in libris nostris de cyribanis dicuntur: esse nimirum placētæ genus Laconicum. Veteres membranæ stant ab edita lectione: esse tamē Laconicam vocem γοῦρος; Hesych. indicat. cum scribit, γουρῖται, ταρσοί, Λάκωνες. Solonem in *Iambis*, laudat Pollux quoque lib. 10. cap. 14. καὶ ἴγδιν δὲ τὴν θυείαν κέκληκε. Σόλων ἐν τοῖς ἰάμβοις λέγων, σπεύδουσι δ' οἱ μὲν ἴγδιν, οἱ δὲ σίλφιον, οἱ δ' ὄξος. Ita scribimus illum locum: deest verbum φέροντες, aut simile aliud. Remansit hoc pistorij operis nomen in Gallico sermone, leuiter corruptum: *gaufros* enim dicimus. ΚΥΡΙΒΑΝΑΣ explicans inquit auctor, καὶ Σωσίβιος ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκμᾶνος τῷ σχηματώδεις εἶναι φάσκων αὐτούς. non facile est diuinatu, quid hîc significet vox σχηματώδεις. præterea illud τῷ, mendam arguit. Membranæ, vt sæpè, destituunt nos. Excerpta sic, γοῦρος. οὗτος τῷ σχήματι μαστώδης ἐστιν, ὥς φησιν Ἀλκμάν. Audiamus Athenæum ipsum scribentem libro 3. Σωσίβιος ἐν τρίτῳ περὶ Ἀλκμᾶνος, κριβάνας φησὶ λέγεσθαι πλακοῦντάς τινας, τῷ σχήματι μαστοειδεῖς. Inde nobis emēdandus iste locus. κριβάνας autem scripsimus; non vt vulgò κρίβανα. neque vt hîc editum, κυριβάνας. id enim rectum non esse, euincit Hesych. Scribe ex MSS. Ἀπολλόδωρος παρ' Ἀλκμᾶνι. ΚΡΙΜΝΙΤΗΝ placentam intelligi existimo ab Hippocrate, Ἐπιδημιῶν libro quarto, cùm scribit, ἀπὸ σιτίων ἐσχαρίτην κρίμνων ἀποφαγόντι, ἡ γαστὴρ στῆναι. & fortasse ἐσχαρίτην melius. ΧΑΡΙΣΙΟΣ deinde recensetur: vel χαρίσιος. caussa nominis explicatur libro sequente, vbi est χαρίσια τά: & sic Hesychius: sed τὶ χαρίσιον habes hîc in Eubuli versu. ΕΠΙΔΑΙΤΡΟΝ videtur esse, quod omnium postremum diuidebatur conuiuis. Hesychius ὄψον interpretatur laxè nimis: ΝΑΝΟΣ qui interpretatur ἄρτος πλακουντώδης, libro tertio, νᾶσον dicebatur inter genera panum. Vt ita sentiam adducit me Hesychius, qui νασὸν exponit ἄρτον εἰς θυσίαν πλακουντώδη. Pollux quoque in tractatione de placentis, νασοί, ait, οἱ αὐτοὶ καὶ σακτοὶ καλοῦνται. *nanos* in censu placentarum non legi alibi. Athenæus tamen disertè & *nanum*, & *nastum*, placentas agnoscit. separatimque explicat. ΨΩΘΙΑ. præter Athenæum inuenias vix alium qui annumerarit placentis: & verior est altera expositio. ΑΜΟΡΑ. Hesychio est *simi lago cum melle cocta*. eidem ἀμοργῖται dicuntur quædam placentæ, Athenæo paulo pòst ΑΜΟΡΒΙΤΗΣ. Notatu dignum, in album

placentarum referri & ΧΟΡΙΑ: eo videlicet nomine, quòd melle & lacte pararentur. ΠΑΙΣΑ nuſquam inuenio: huc tamen referri debet quod ſcribit Heſychius, παοσαιν dici eum qui panem aut vēdit aut facit. Scribe mox, καλλαβίδας ἢ βαίτη, vt ſuperiùs: pro σησαμίδας ἢ χίζς. Epit ὄζει. non eſt vera emendatio, etſi honeſtior oratio, ΕΧΙΝΟΣ, auctoribus Heſychio & Polluce, libum vel placenta fuit νησιωτική, id eſt, Rhodi & in aliis inſulis fingi ſolita. ΚΟΤΤΑΙΣΚΟΣ, inquit Athenæus, placenta erat ἐκ τρίτου μέρους τῆς χοίνικος. appellationis cauſſam continent hæc verba: nam chœnix tres ſolùm cotylas capiebat. In CHOERINARVM deſcriptione ſcribit Euſtath. γίνεται γὰρ ταύτην ἐκ πυρῶν πεφρυγμένων. id enim erat vſitatius quam πεφωσμένων, quæ vera eſt γραφή. ſic πεφωσμένος φακὸς apud Hippocratem, & ſimilia in his libris.

CAPVT XV.

Chryſippi Tyanei Ἀρτοπτικόν. ἀρτοπτός. ἀρτοπτεῖν. Percurritur locus illius ab Athenæo relatus. Ταραντῖνος. Κρασσιανός, Σικελός. Craſtus *Siciliæ.* κλῦστρον *pro* κροῦστον, cruſtum. *Error Græcorum in peregrinis vocabulis: cruſtum* Iulianum, Apicianum, Canopicum, pellucidum. ἠγλαισμένα. ἐλαιβάξ. πλικιός. πλακοῦς. γουττάτης. cruſtū Cœrianum. κροῦστον τυτάτη. Ταβωνιανόν. μουστάκια. κρ. πύκνον. ſcriblita, ſubitillus, ſauillus. λούκουλλοι. λιβός. κίρκος. κλυστροπλακοῦς. catillus ornatus oſtracites, irneus. Ἰγροχόσκινος. ὑπολυκειδής. φλαβελλίοι & φραγέλλιον. *Locus Ioannis Euangeliſtæ. Heſychius emendatur ſæpius.* γάστρις.

HACTENVS de placentis ea retulit dipnoſophiſta, quæ apud antiquos ſcriptores legerat: deinceps ſubiicitur prolixus locus è Chryſippo Tyaneo, qui non multò ante Athenæi tempora, vt videtur, librum ediderat *De panis conficiendi ratione.* Opinio noſtra eſt, vixiſſe hunc Romæ, aut in aliqua alia vrbium Italicarum, profeſſione medicum: vt mirandum non ſit, tot peregrina vocabula contra Græcorum morem, iſti ſcripto immiſceri. Nam etſi Græcus genere auctor hic erat, qui tamen inter Italos & Romanos viueret, meritò id operam dedit, quì poſſet etiam illis profuturum commentarium in lucem edere. Quemadmodum autem in Latinis libris Græca ferè ſemper corruperunt ſuperiorum ſæculorum imperiti Librarij, Latine ſolùm docti: ita viciſſim in hac parte Græci librarij, pleraque Latina vocabula turpiſſimè deformarunt. Fruſtrà autem MSS. hic opem imploraueris: omnes enim deprauati: & vt vetus dictum fuit, Sardi vænales, alius alio nequior. Breuiator hoc ſolùm adnotauerat iſto loco, Χρύσιππος δ' ὁ Τυανεὺς μυρία εἴδη πλακούντων ἐν τῷ Ἀρτοπτικῷ καταλέγει, βάρβαρα τὰ πλεῖω. Videamus igitur iſta Barbara vocabula, vt iis quoque aliquam, ſi poſſumus, lucem afferamus. Chryſippi commentarius libro tertio inſcribebatur Ἀρτοποιικόν: hìc verò Ἀρτοπτικόν. quod eſt Ἀττικώτερον verbum: artoptas enim & piſtores Attici ἀρτοπτὰς dixerunt, vt Xenophon: & ἀρτοπτεῖν vetus comœdia, pro ἀρτοποιεῖν. In hoc igitur libro, inquit Athenæus, recenſentur εἴδη πλακούντων καὶ γένη τάδε. Ταραντῖνον, Κρ. Placentarum relata hìc ex Chryſippo nomina, aut patriam illarum indicant, vbi ceptæ eo modo fieri, vt Ταραντῖνος: aut inuentorem, vt Ἀπικιανός: aut formam & figuram, vt πελλουκίδιος, & πλικιός: aut aliquid eorum quæ indebantur, vt ὀρυζίτης, & μουστάκια σησαμάτα. Ταραντῖνος itaq; placēta eſt Tarentinorum more confecta. Κρασιανὸν Σικελὸν quid appellet neſcio: ſed lego Κρασσιανὸν Σικελὸν, & placentam interpretor *Craſſianam Siculā.* Craſtus vel Craſtis oppidum fuit Siciliæ: Turnebus Apollo literarum, Κρασσιανὸν legebat: *Craſſianam, vt Apicianam.* Non etiam intelligo. Κλῦστρον Ἰουλιανόν. cenſeo ſcribendum, κροῦστον Ἰουλιανόν. *cruſtum Iulianū.* Generale nomen eſt dulciariorum ex melle operum, *cruſtum, cruſtarij & cruſtularij* dicti: non abludit ab hac dictione τὸ אסקרוסטין quo vtitur auctor Targum pro cruſto vel cruſtulo, vt etiam Bahal Aruk interpretatur. Scripti libri conſtanter & hìc & in ſequentibus κλῦστρον per λ. & fortaſſe non aliter Chryſippus ſcripſerat, neque Athenæus: nunquam Græci ῥωμαΐζουσιν aut ἑβραΐζουσι, quin voces peregrinas malè pronuntiantes faciant ſuas. *Iuliani* cognomen his cruſtis ob præſtantiam forte inditum: Ἀπικιανὸν πλακοῦντα vnde appellatum nemo dubitat: lib. primo, cap. ſexto Κανωπικὸν excogitarunt Canopitæ τρυφηταὶ, de quibus Strabo libro vltimo. πελλουκίδιον interpretor *pellucidum*: à tenuitate operis, aut peculiari quodam artificio pellucidas placentas vocarunt. Græcis poëtis vncta pingui edulia, ἀγλαὰ & ἠγλαϊσμένα dicit ſolent. iidem ἐλαιβάξ accipiunt pro ſplendere: vt in Troilo Sophocles, θρὶξ ἐλαίνεται. Addit, Καππαδοκικὸν etiam libro tertio panis Cappadocicus commendabatur. Proxima duo verba, ἠδύβεια, μαρυκίον nullus capio. flagitium in illis vocabulis non dubito admiſſum. Turnebus *dubiam placentam* ex his eliciebat: fors fuat etiam in tertio, πλίκιον, error eſt. niſi putamus ab implicita figura ita eſſe quaſdam placentas nominatas. γουττᾶτον accipio *guttatam*: id eſt, guttis olei aut mellis conſperſam, *guttare* eſt στάζειν. Μορτιανὸν vnde ita cognominarint, non diuino. Μουτιανὸς, eſſet *Mutiana*, à Mutio quodam. vulgata lectio neque ἑλληνίζει, neque λατινίζει bonà fide. κλῦστρον ſiue κροῦστον κοιριανὸν, non extrico. κουριαλὸς eſſet à curiis. *placenta curialis*, quâ veſcebantur cùm dies curiæ agitabant: alio ſenſu apud Plautum *agnus* [*curio*, in Aulularia. Scaliger ſuſpicabatur ſcribendū. κροῦστον Κοιλιανὸν, *cruſtū Cælianum*] κροῦστον τυτάτη corruptè ſcriptum pro γουττᾶτον. vel

quoniā guttatæ facta mentio, τυτυλᾶτον, *placenta tutulata*, quæ flaminicarum titulos referret: aut πτυλᾶτον. At κρῦτον Ταβωνιακὸν vnde censebimus nomen inuenisse, nisi à Tabonio quodam? μυστάκια Chrysippo, Latinis *mustaces*. conficiendi rationem explicat M. Cato. κρῦστον πύρινον, *crustum purum* est, opinor. γυσγλυάνθ@, nobis, imò omnib. credo, hodie incognitus. Παυλιανὸς, vt Ἀππιανὸς, Sequitur, ἐν τυρῷ δὲ φησι γίνεται πλακιτηρεῖδι, ἔγχυτος, σκριβλιτης καὶ βίτυλλος. monstra hæc: sed non difficilia ad debellandum. Lege, σκριβλίτης, σουβίτυλλος. *scriblita*, *subitillus*. onchytū & scriblitam Cato describit. *subityllum* Chrysippus videtur appellare quem *sauillū* idem Porcius, capite 84. nisi obstet, quòd alicam hic desiderat Chrysippus: Cato ad sauillum farinam simpliciter. Sed hoc leue argumentum est: quotidie enim confectiones & paratus huiusmodi innouantur, seruatis iisdem nominibus. Sic statim *spiram* fieri ait immixto caseo: quem tamen non adhibet Cato, cap. 77. λούκουλλοι. fieri potest vt à Lucullo sint denominati: alludit tamen id nomen ad *lucūteres*. quod erat operis pistorij nomen. ἀργυροτρύφημα vox, quid hoc loco faciat, alijs quærendum relinquo. λίβος, mutato genere *libum* est, κίρκος, *circus* vel *circulus*. αἰξάφας, folium Sibyllæ, nobis quidem. κλωστοπλακὸς, mixtū aliquod genus pistorij operis ex crusto & placenta. φθόϊς notus ex Græcis Grammaticis. κατιλλος ὀρνᾶτος, *catillus ornatus* pluribus Chrysippo describitur: sic tamen vt ex illius verbis ratio nominis parum intelligatur. *catillus*, πίναξ exponitur in veteri Glossario. Apud Catonem in sauilli descriptione, & catini mentio & catilli. Subiicit Chrysippus, ἄλλα πλακούντων γένη, ὀστρακίτης, ἀτταχίται, τυροχόστιον. post ista poni debet πυραμὶς τελεία. *ostracites*, in figlina testa coquebatur: & fortasse Catonis est *irneus*, in irneam fictilem indi solitus, quæ demittebatur in aulam aheneam aquæ calidæ plenam: itaque ad ignem coquebatur. *attacita* Chrysippo sunt, opinor, qui paulo antè dicebantur *attanita*: de *amylo* quædā mox Larensis: & nos ibi. τυροχόστιος poterat videri deprauatum nomen pro τυροκνηστ@. sed repugnant omnes codices. Erit igitur placenta cui adiiciebatur caseus per cribrum succretus. Cato in placentæ confectione, *Deinde cribrū farinariū purum sumito, caseúmq; per cribrū facito transeat in mortariū*. σπογγίδες, placentæ erant ex lacte multo, melle & farina factæ, caseolorum formam referentes. Quod ait, φλαβελλοις καινοῖς χεῶ, ἐν οἷς τὸ πῦρ ῥιπίζεται, poterat breuiùs, ῥιπιστηρίοις χεῶ, vel ῥιπισι. Glossarium, *flabellum*, ῥιπιστήριον. sed vocem Latinam pridem iure ciuitatis donarunt Græci: sicut & affinem aliam; verùm significatione diuersam, *flagrum* aut *flagellum*. dicunt enim Græci φραγέλλιον: éstque eâ dictione vsus Euangelista Ioannes. Aristophanis scholiastes quodam loco ἱμάντας explicat λώρους, φραγέλλια. addens τὸ γὰρ παλαιὸν φραγέλλαις (meliùs φραγελλίοις) ἐτύπτον οἱ λογισταὶ τοὺς τῆς ἀγορᾶς. quæ annotatio locum Ioannis illustrat, vbi Dominus noster flagellis collybistas cædit. inde verbum φραγελλοῦν, quo vsus Matthæus. Non possum non obiter lucem facere & simul medicinam Hesychio. Σκυτάλαι, inquit, ὄφιων εἶδος φλαγέλλια, λῶροι. inepta lectio, etiamsi de scytala serpente coneris interpretari. Lego verò τὸ σχῆμα τῶν φρ. & refero ad agitatorum flagella: quæ in antiquis nummis passim cernere est, & in antiquis scriptoribus obseruare. Iuuenalis libro tertio.

—clara Lateranus luce flagellum
Sumet, & occursum nunquam trepidabit amici.

Placentaceum edulium quod γάστριν Chrysippus nuncupat, Hesychius γάστριον. γάστριον, ait πέμμα τι σαμῶδες, τὸ διὰ κρῖσιν. si vulgo editum: sanè deformiter. primum σησαμῶδες scribendum erat. etiam Chrysippus sesamum infriari solitum huic placentæ auctor est: deinde quis hic Acrisius? quærant alij: nos interea legemus τὸ διὰ Κρήτην, non τὸ διὰ Ἀκρισίῳ. disertè Chrysippus, ἐν Κρήτῃ ait hoc dulciarum γίνεσθ. elegans emendatio, & certa. Scribe, διὰ ἐυθμισον τε αὐτ. ab διὰ ἐυθμίζειν, non διὰ ἐυθμᾶν.

CAPVT XVI.

Pancarpia *Alexandrinorum*. itrium. *placenta* ἐνθρυπτα. biblus *ad edulia astringenda*, *aut* folia ficulnea *vel* maluarum. *Luciani locus*. Πέλανος *Græcorum*, *&* puls *Rom*. χίδροι, *quod variè traditum ab antiquis. Veteres esitasse tritici grana tosta*. granea *Vetus Bibliorum interpres* χίδρα *confudit cum polenta. Cruda grana comesa. Aristophanis locus illustratus. Rusticorum prou*. ἥδεα χίδρα καὶ σωτηρία.

CHRYSIPPEÆ eclogæ subiicitur breuior alia, ex Harpocrationis cuiusdam Mendesij libro de placentis: sed aliud nihil ex isto recitatur, nisi pancarpiæ Alexandrinæ confectio. Græci παγκαρπίας appellarunt, quicquid ex pluribus diuersi generis rebus compositum est: sicut diximus in cōmentario de Circensibus. Itaq; non sine exemplo dulciarij Alexandrini edulium hoc pancarpiam dixerunt. Harpocration. ita describit: ἴτρια δ᾽ ἐστὶ βύβλῳ συντεθρυμμένα ἃ μετὰ μέλιτος ἑψόμενα καὶ μετὰ τὴν ἕψησιν σφαιρηδὸν συντεθέντα περιδεῖται βύβλῳ λεπτῇ, ἕνεκα τοῦ συμμένειν. non rectè sentiunt qui separant ista à superioribus, quasi nihil ad Alexandrinorum pancarpiam pertineant. Faciebant igitur pancarpiam ex itriis contritis & cum melle coctis: quæ vbi coxissent, ad instar globulorum fingebant, & tenui byblo adstringebant. Paulo antè itrium describebatur vt sui generis libum aut placenta, à cæteris peculiari aliquâ notâ distincta: hîc adhibentur itria ad conficiendam pancarpiam. Sic libro 3. in libum Romanum induntur itria. Nam ait Athen. ibi, ἐπεισηνέχθη πλακοῦς ἐκ γάλακτος ἰτρίων τε καὶ μέλιτος, ὃν Ῥωμαῖοι λίβον καλοῦσι. Erant placentæ quas ἐνθρυπτας dicebant, vt attalides apud Hesychium: ad hoc genus referri potest

iſta Alexãdrina, ob vocem συντεθρυμμένα. Quod ait de byblo, id ita fiebat in Ægypto vbi multa byblus: in Græcia ficulnea folia eundem vſum præſtabant, vt docent nos veteres, cum deſcribũt quæ vocabantur *thria* Athenis, vtebãtur & maluæ foliis. Lucianus, Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων. καταλείπεσθαι μάρτυς μόνον τῶν παραφερομένων, τὰ ὀστᾶ, εἰ ἀφίκοιτο μέχρι σοῦ, καθάπερ κύνες περιεσθίων, ἢ τὸ σκληρὸν τῆς μαλάχης φύλλον, ᾧ τὰ ἄλλα συνειλοῦσιν. Fortaſſe ſcribendum. ᾧ τοὺς ἀλλᾶντας εἰλοῦσιν. Poſtea ſcribit doctor cœnarum, Πόλτου δὲ μνημονεύει Ἀλκμὰν οὕτως. ἤδη παρεξεῖ πυάνιον τε πόλτον, χίδρον τε λευκὸν, κηρίναν τ' ὀπώραν. In hac parte operis δειπνολογικοῦ, quæ bellaria & ſecundas menſas complectitur, multa explicantur, quæ pertinuiſſe ad menſas ſecundas, exiſtimare non debemus. Eius generis eſt quod περὶ πόλτου hîc diſputatur: nemo enim facile mihi perſuadeat, πόλτον in veterum Græcorum conuiuiis ſolitum apponi inter opera dulciaria, plenis & probè fartis cõuiuis: ſed quoniam de eduliis, quæ parabantur è farina, hîc tractabatur, ſatis iuſtam cauſſam ex eo putauit ſe nactum Athenæus, vt hîc potiſſimùm περὶ πόλτου ageret. Porrò Græcorum πόλτος, & Romanorũ *puls*, præter nominis vicinitatem, & generis (ambo enim ἑψημάτων genere vel ῥοφημάτων continentur) nihil admodum habuerunt commune. quare etiam ſcribit Plinius pultem ignotam Græciæ fuiſſe. Πόλτος ex fabacea farina conficiebat: nam veteres interpretantur, τὸ πυανέψιον ἕψημα. vel πυάνιον, vt hîc Alcman vocat: ſed eam vocem interpretans Athenæus, multa alia fuiſſe adiecta fabaceæ farinæ non obſcurè indicat, ἔστι δὲ, inquit, τὸ πυάνιον πανσπερμία ἐν γλυκεῖ ἡψημένη. ſimilia legere eſt apud alios. Πόλτος qui deſcribitur à Græcis medicis, vt Galeno lib. 6. De facult. ſimplicium medicamentorum, propior eſt Romanorum pulti quàm veterum Græcorum. Addit Alcman, χίδρον λευκόν. Athenæus χίδρον hîc exponit ἑφθοὺς πυρούς. *cocta tritici grana.* ita legit Euſtathius ad Odyſſ. ῥαψ. ζ. & cũ eo omnes antiqui codd. ſed videtur Athenæus ἑφθοὺς ἀντὶ πεφρυγμένους vſurpaſſe, nam vt frictum cicer vulgò Romani edebant, ſic fricta tritici recentis grana, aut toſta, multi olim populi. *graneas* Latini vocarunt, Græci χίδρα, vel χίδρα ἐρικτὰ, quia hæc grana priùs frangebant quàm torrerent. Subit ſæpè mirari veterum Grammaticorum inſcitiam neſcio dicam, an inconſtantiam, in explicatione huius vocis. Exemplo ſit eruditiſſimus comici interpres, cuius verba ſunt: χίδρα, τινὲς ἄγρια λάχανα. οἱ δὲ τὰ ὄσπρια, ἢ τὰ ἐξ ὀσπρίων ἄλευρα, ἢ κρίμνα, ἢ στάχυες νεογενεῖς. κυρίως δὲ τὰ ἀπὸ χλωρᾶς κριθῆς κρινόμενα ἐρικτὰ, χίδρα δὲ εἴρηται παρὰ τὸ χεῖαξ. Idem alibi, χίδρα τὸ ἀπὸ ἐλύμου γινόμενον ὄσπρειον ἔδεσμα περὶ Καρίαν, ἤτοι τὸ ἀπὸ χλωρῶν κριθῶν, ἢ εἶδος βοτάνης. ἢ ἐρικτὰ ἐκ κριθῆς νέας γινόμενα. Omitto alia cæterorum magiſtrorum interpretamenta: à quorum lectione incertiorem quàm antea lectorem diſcedere neceſſe eſt. Nos eam maximè expoſitionẽ probamus, quæ ait eſſe πυροὺς νεοφυεῖς. *nouella tritici grana.* Leuitici c. 2 tmemate 4. ita legitur in Græco textu. ἐὰν δὲ προσφέρῃς θυσίαν πρωτογεννημάτων τῷ κυρίῳ νέα πεφρυγμένα χίδρα ἐρικτά. Quod dixit Moſes נרש כרמל *cõtuſionem ſpicæ virentis*, verterunt χίδρα ἐρικτά. Euſebius ita interpretatur, χίδρα ἐστὶν, ὅταν ἀπὸ τῶν ἀκμασάντων σταχύων λαβὼν διαθρύψῃ τις χερσὶν, οἱονεὶ ἀλέσας. ἐρικτὰ γὰρ τὰ ἐν μύλῳ πτισθέντα, καὶ τὸν φλοιὸν ἀποβαλόντα ὀσπριώδη λάχανα. Paraphraſtæ Chaldaici diuerſè expreſſerunt, Oncelus hoc modo, אביב קלי כנור פירוכו רכיכן id eſt, *ſpicas virentes, toſtas igni, contritas & teneras*, τὸ פרך ſignificat, *exſiccare & frãgere*. vnde פרך *fragilis*, deductũ inde פרוכו non malè Græco ἐρικτὸν reſpondet, ἐρείκειν enim eſt frãgere: cõcinit & Hebraicũ גרש nam גרש ſiue גרס eſt *contundere, frangere*, à quo non multum differt ſignificatione τὸ רוף vnde eſt vox הריפות quã exponunt Rabbini, *triticea cõtuſa*. Ionathan. paraphraſis ita habet, מהבהב קלי בנורא קמח קלי ופירוכן *ſpicas toſtas igni, farinam toſtã & contuſas ſpicas.* Hieronymus libro Quæſtionũ Hebraicarum in Paralipomenon, *Primitiæ ſpicarũ quando deferebantur, torrebãtur, & grana comedebantur, quod genus cibi vulgò graneas vocãt.* Leuitici cap. 19. καὶ ἄρτον καὶ πεφρυγμένα χίδρα οὐ φάγεσθε ἕως τῆς αὔριον. etiam hîc in Hebræo eſt קלי וכרמל. Vetus interpres. *Panem & polentã & pultem non comedes*, confudit χίδρα cum *pulte* & *polenta*, quæ res erãt diuerſæ. Narrat Galenus, populos quoſdam eſſe, qui *alphitis*, hoc eſt, farinã factã è probè toſtis hordei recentis granis vtantur loco panis; καθάπερ inquit, ἐπὶ τῶν αἰγῶν εἶδον ἐν Κύπρῳ καίτοι πλεῖστον γεωργοῦσι σιτίον. hoc quoque ad *polentam* pertinet, non ad χίδρα. Græci ferè cùm dicunt ἄλφιτα, *polentam* intelligũt. Lege Plinium lib. 18. cap. 7. locus Galeni eſt in primo Περὶ τροφῶν δυνάμεως. Quin & cruda grana tritici eſitabant, ſi amor edendi ſtimularet, neque eſſet ignis copia. Lucas Apoſtolus cap. 6. ἐγένετο δὲ ἐν σαββάτῳ δευτεροπρώτῳ διαπορεύεσθαι αὐτὸν διὰ τῶν σπορίμων. καὶ ἔτιλλον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ τοὺς στάχυας, καὶ ἤσθιον ψώχοντες ταῖς χερσί. Porrò inter præcipuas delicias quibus ſe ruſtici oblectabant, fuere τὰ χίδρα. probat hoc manifeſtiſſimè chorus ruſticorum, qui apud comicum aduenientem Pacem his verbis excipiunt.

Τοῖς γεωργοῖσιν γὰρ ἦσθα
Χίδρα καὶ σωτηρία.
Ὥστε σε τὰ τ' ἀμπέλια
Καὶ τὰ νέα συκίδια
Τ' ἄλλα θ' ὁπόσ' ἐστὶ φυτὰ
Προσγελάσεταί σε λαβόντ' ἄσμενα.

quemadmodum ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, *mel* appellatur is cuius gratiſſimus conſpectus eſt: ſic ruris pleni homines χίδρα, Pacem appellant: quia ſoliti cum maxima voluptate chidra comedere [Simillimè quia veſci carnibus, diuitum & beatiorum cenſebatur, quod & B. Chryſoſtomus ait in poſteriorem ad Corinthios, Hebræi חיי בשרים hoc eſt, *vitam carnium*, rem volupem & ſuauẽ vocabant. etſi aliter interpretantur alij in Salomonis Prouerbiis

uerbiis, c. 14. At doctissimo viro, & vtriusq; linguæ callentissimo, scribendū in superiore Aristophanis loco videbatur χύτρα pro χίδρα. cui emendationi penè assenseramus moti auctoritate tanti viri: sed mox in contraria omnia rapuit nos hic ex Equitibus eiusdem poëtæ locus, isti suppar & planè geminus. Ita enim Aristophanes:

Εἰ δέ ποτ' εἰς ἀγρὸν οὗτος ἀπελθὼν εἰρηναῖος διατρίψῃ,
Καὶ χίδρα φαγὼν ἀναθαρρήσῃ, καὶ στεμφύλῳ εἰς λόγον ἔλθῃ,
Γνώσεται οἵων ἀγαθῶν αὐτὸν τῇ μισθοφορᾷ παρεκόπτου.

CAPVT XVII.

Μελικηρίδες & μελίκηρες. Hesychij locus. τὰ εἰς Ἐπίχαρμον ἀναφερόμενα ποιήματα. ἄμυλος, amylum. κοπὴ. σκεύη ὅμοια. Oua, inter bellaria. πιστάκια vel φιστάκια. ὁ Ποντικὸς λεσχηνευτής. Nicandri locus variè iam olim lectus. Apia Peloponnesus. Alexidis Βρέττια. Aristomenis Dionysius. Bœotica vox σίδη pro malo Punico, à Sida oppido.

MELICERIDAS placētas nusquam legere memini, nisi in istis. Athen. καὶ τῶν καλουμένων δὲ μελικηρίδων μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Αὐτομόλοις οὕτως ὥσπερ τῶν αἰγιδίων ὄζειν ἐκ τοῦ σώματος μελίκηρας. Atque hic lectionis vides inconstantiam, μελικηρίδας & μελίκηρας. Non explicabimus nos hunc nodum: implicabimus magis. Nam ecce Hesychij verba turpiter accepta, quæ huc nisi fallimur, omnino spectant. Μελίκαι σκεύασμά τι βρωτὸν διὰ τυροῦ. Lego, μελίκηρις σκεύασμά τι βρωτὸν διὰ τυροῦ. Ait lautus conuiuator, τῶν ἡμῖν οἱ τὰ εἰς Ἐπίχαρμον ἀναφερόμενα ποιήματα πεποιηκότες εἰδῶσι. Adhibe ad loci huius lucem, quæ scribit auctor lib. 11. in *Cotyla*. Quid hic appellet *poemata vulgò attributa Epicharmo*, declarat proxima verba: quæ Latina faciemus, quia interpretes Athenæum non sequuntur: *Fabulas quæ falsò tribuūtur Epicharmo, viri clari fecerūt: Chrysogonus nēpe tibicen eā quæ inscribitur* POLITEIA: *vt scribit Aristoxenus libro octauo Legum politicarū: Axiopistus autē genere Locrus? an Sicyonius,* CANONEM *&* GNOMAS, *teste Philochoro in libro De diuinatione.* Ait, τοῦ δὲ ἀμύλου μνημονεύει Τηλεκλείδης ἐν Σ. Græcis ἄμυλος ὁ vel ἡ, Latinis *amylum* τό. Aristophanes Pace, Ἔπειτ' ἐπεισφέρει τὰς ἀμύλους καὶ τὰς κίχλας. Scholiastes, ἄμυλοι, πλακοῦντές τινες. οἱ δὲ ζωμοὶ πλακουντώδεις, ὃν νῦν ἀμύλατον φασι. Plato comicus similiter amylum turdis coniungit illo versu, Πλακοῦς σησαμοῦς, ἄμυλος ἐγκύμων, κίχλαι. Eubulus, Ἀμύλων παροῦσαν ἐσθίειν ἀνάστατον. ἄνηθα καὶ σέλινα & φλυαρίας. Theocritus, ἔχω δέ τι καὶ ὅσον ὥρα Χείματος. ἢ νεόδες καρύων ἀμύλοιο παρεῖσος. Adiciam & interpretis Græci verba, ἄμυλος ἐστι τὸ γαλακτῶδες τοῦ σίτου βεβρεγμένου καὶ σεσησμένου, & ἀπεκπιεσμένου, εἶτα τῷ ἡλίῳ ξηραινόμενον. Confer cum Catone, c. 86. & Græcis medicis, Galeno præsertim libro 1. De facult. alimentorum: & Plinio lib. 18. cap. 7. Κοπὴν pro marino porco agnoscit etiam Hesychius: pro pistrinorum opere nominatur à Clearcho Solensi ἐν τῷ Περὶ γραφῶν, inquit Athenæus: sed scribendum sine controuersia, Περὶ γρίφων. constat liquidò ex sequentibus Clearchi verbis, σκεύη κελεύοντα λέγειν ὅμοια εἰπεῖν, &c. si quis ea conferat cum alijs eiusdem scriptoris, è libro de griphis, quæ exposuimus libro decimo, capite 16. Inde, & ex libri illius fine perspicuum erit, quomodo debeant hæc accipi, σκεύη κελεύοντα λέγειν ὅμοια, εἰπεῖν, τρίπους, χύτρα, &c. Vasa vocat ὅμοια, *similia*, quæ meliùs dicantur ὁμοιογενῆ quàm ὅμοια. parum enim habent inter se similitudinis pleraque eorum quæ hic nominantur: sed sunt omnia eiusdem generis, ad culinæ instrumentum spectantia. Dictio vna est ἀκταία, de qua cogitandum. In Clearcheis verbis quibus bellaria recensentur, ἐντλαι, quid sit parum liquet: item quid ῥεδῷον. sed de hoc satis acceptum nobis est, scribi debere ῥοαί. ᾠόν. vt etiam Sylburgius coniecerat. Etiam oua inter bellaria censebantur. Ephippus, ἐπ' ἐτεια τραγήματα θῆκε. πυραμοῦς, ἄμης, ᾠόν. & auctor ipse paulo antè: ἐδίδοτο καὶ ᾠὸν ἐν τῇ δευτέρᾳ τραπέζῃ. Omnino autem aliquanto pòst scribendum: παρέκειτο ἡμῖν ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ΦΙΣΤΑΚΙΑ, vel ΠΙΣΤΑΚΙΑ, cum interpretibus membranæ omnes corruptæ: etiam Excerptorum vacillat fides, modò φιτλάκια, modò βιστάκια scribentium. Pistacia, ex Plinio, medicorum libris, & vsu quotidiano satis nota: nam & hodie sic vulgò vocant. ὁ Ποντικὸς λεσχηνευτής. opinor est Chamæleo Ponticus, aut Heraclides Ponticus. Sequitur Nicandri versus, Πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλέοισιν ὁμοῖα. Locus poëtæ ita habet.

Ὅσσα δ' ἐπ' Ἰνδὸν φῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης
Πιστάκι' ἀκρεμόνεσσιν ἀμυγδαλόεντα πέφανται
Καυκαλίδας, σὺν δ' αὐτῇ βάλοις φιμώδεα μύρτα.

neque aliam agnoscit lectionem Græcus interpres, homo doctus, & non indiligens. Olim diuersa γραφὴ obtinuit, vt vides: sed vulgatam Nicandreorum codicum annotat obiter Athen. γράφεται δὲ, inquit, καὶ ἰστάκια ἀμύγδαλα οἷα πέφανται. absque dubio corrigendum, φιστάκι' ἀκρ. ἀμυγδαλόεντα πέφανται. Criticorum vox propria γράφεται, cùm lectionis diuersitatem indicare volunt, quomodo hic accepta sit à Dalec. æstimabit eruditus lector. Rectè mox, καρπὸν ἀφίησι λεπτόφλοιον οἷα. etsi erat in Epitom. λεπτοφαῆ. De connaro & paliuro sic Hesych. Κόνναρος, καρπὸς δένδρου ὅμοιος παλιούρῳ. Fort. ὁμοίως παλ. Habent MSS. μέγεθος κατὰ φαυλίαν ἐλάαν. Mox, τούτων δὲ πρῶτον ἐμνήσθη ὁ ἄνδρες φίλοι. cur ait πρῶτον? nullam probabilem rationem inuenias. Scribo, τὰ νῦν. Peloponnesum *Apiam* fuisse olim dictam, ex Homero & eius interpretibus etiam pueri scire possunt, sed id illi nomen esse inditum, διὰ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτόν, *quòd multa in ea regione pyri arbores nascerētur*, alibi temerè non legas: &

omnino falsum puto. Corruptus est titulus Alexidéç fabulæ, quam libri omnes Βρύτιαι mox inscribunt. Dalecampius Βρεττίαν appellat, & *Brutiam*. Sed non fuerunt ætate Alexidis ita noti Atheniensibus Italiæ Brutij, vt de eorum nomine comici suas fabulas inscriberent. Fort. ἐν Ἀγωνίδι, vel Ἀλειπτρίᾳ, vel Κρατείᾳ. quibus titulis editas Alexidis fabulas constat. Prima verba ita distingue.

—εἶδές ποτε
Πεφυσημένας ἀνθρώποις ἀπίους τοὺς χειμερινὰς
Ἐν ὕδατι πολλῷ;

dictum de hoc veterum & nostro etiam more aliquid libro secundo, capite vndecimo. Aristomenei *Dionysij* plenior epigraphe extat libro tertio extremo Pollucis: vbi laudatur Aristomenes ἐν Διονύσῳ ἀσκητῇ. Indicatum hîc Aëthlij locum, habes paulo pòst. Non obscurum deesse aliquid illo loco, Ἀντιφῶν δ' ἐν τῷ Περὶ γεωργικῶν. Φαυλίδας φησὶ εἶδος ἀπίων εἶναι, ῥοιὰν δὲ σκληροκόκκων. Sanaueris aut verè, aut certè in speciem, si hæc ῥοιὰν δὲ σκλ. transtuleris in suum locum infrà non longè post vocem ἀπυρηνοειδῶν. vt sic legatur, ῥοιὰν δὲ σκληροκόκκων Ἀντιφάνης Βοιωτίᾳ. repete ex proxima periodo μνημονεύει. Interiicitur locus Aristophanis ἐν Ἀγήρᾳ, siue potiùs ἐν Ἀναγύρῳ, vt dicebamus libro quarto. σίδας, inquit, τὰς ῥοιὰς καλοῦσι Βοιωτοί. etiam Empedocles eo versu quem interpretatur Plutarchus in quinto Sympos. οὕνεκεν ὀψίγονοί τε σίδαι καὶ ὑπέρφλοια μῆλα. Caussam deinde exponit Athenæus, Epaminondæ verbis, Sidam agrum eo argumento Bœotiæ asserentis contra Atheniensium vindicias, quòd σίδη Bœotis diceretur quæ Atheniensibus ῥοιά. ὁ δὲ τόπος, ait, τοῦτ' ἔχει τὸ φυτὸν ἐν αὐτῷ πλεῖστον, ἀφ' οὗ τὴν καὶ ἐξ ἀρχῆς εἴληφε προσηγορίαν, καὶ ἐνίκησε. Videntur initio σίδαι appellatæ illa mala quæ in Sideno agro nascerentur; paulatim verò obtinuisse, vt omnia sic vocarentur à Bœotis. Poterat contrarium verius videri: copiam nimirum σιδῶν loco Sidæ nomen dedisse, nam multa loca de iis rebus quarum feraces erant nomen adepta: cum Epaminonda tamen historia consentit: quæ oppidum Sidam à Danai filia Sida, fuisse denominatum testatur, referente Pausaniâ. Fuit & Pamphylæ Sida: de qua Stephanus. Scribo post hæc, λέγεται δὲ παρὰ φυτὸν ἀπὸ σίδης ὅμοιον ῥοιᾷ: non ἐν αὐτῷ σίδη. quod rectè nunquam exposueris. Etsi autem multa Theophrastus, quo loco Sidam Orchomeniam commemorat, de Ægyptiis Niliacisque plantis scribit: quod tamen hîc refert Athenæus, ceu inde petitum, ibi non leges.

CAPVT XVIII.

Athenæi lapsus memorialis. Φοίνικες ἐνόρχοι. Phormus *comicus*. Atalantæ *drama*. nicolai *palmulæ*. *nicolai panes*. ἀχάδης τὸ ἐπίσημα τῶν Ἀθηνῶν. *Thymum Atticũ. Phœnicidæ* Phylarchus *&* Misumenus. *Suidæ locus*. τὰ πεντάφυλλα. *carica Ægilides*. πεντεκίδες *carica*. *menda multa sublata*.

DE palmulis tractans Athenæus, Ἡρόδοτος, ait, ἐν τῇ πρώτῃ περὶ Βαβυλῶνος λέγων φησίν. Editio Aldi habuit ἐν τῇ δευτέρᾳ. Corrector Basiliensis, qui sciret Herodoti locum haberi libro primo, ex ipsa re sic emendauit. Membranæ omnes & Excerpta stant ab Aldina lectione, & Athenæi memoriam accusant hîc quoque. Ait infrà non longè. Μελανιππίδης ὁ Μιλήσιος ἐν ταῖς Δαναΐσι, φοίνικας τὸν καρπὸν οὕτως ὀνομάζει, τὸν λόγον ποιούμενος περὶ αὐτῶν. Τῶν γὰρ αἰδῶν οὐ γὰρ ἀνθρώπων φόρευν, μορφὰν ἐνεῖδος οὐδὲ τὰν αὐτὰν γυναικείαν ἔχον, ἀλλ' ἐν ἁρματεοισι διφρούχοις ἐγυμνάζοντ † ἀιδὴ λιασδεα πολλάκι θῆρες φρενα τερπομέναι, ἱεροδακρυ λίβανον δίώδεις τε φοίνικας κασίαν τε κατεῦσαι τερεινα. Corrupta hîc multa; quibus sine libris medicinam facere frustrà fortasse tentauero. Proponemus tamen eiusmodi lectionem, quæ neque à lectione edita longè recedit: & sententiam continet non malam. Ita igitur labantem locum statuminamus, aut lapsum potius erigimus. Ταὶ γὰρ αἰδῶν οὐκ ἀνθρώπων φορεῦν μορφὰν ἐν εἶδος, οὐδὲ τὰν αὐδὰν γυναικείαν ἔχον. ἀλλ' ἐν ἁρμάτεσσι διφρούχοις ἐγυμνάζοντ' ἀν' ὕλας ἴδας τε, οἷα πολλάκι θῆρες φρενα τερπομέναι. ἱεροδάκρυον λίβανον, εὐώδεις τε φοίνικας, καὶ κασίαν κρατεῦσαι, τέρενά τε Συρίας μυρώματα. id est, *Melanippides Milesius in Danaidibus fructũ ipsũ palma nominat* φοίνικας, *ita loquẽs de Danai filiabus. Plutonicæ istæ nõ humanã formam, ac speciẽ gerebant: neque etiam vocem habebãt muliebrẽ: sed in curribus sellã habentibus per syluas mõteisque arboribus vestitos, vt facere amãt feræ, se exercebãt, thus sacrũ, & iucunde olentes palmulas casiámq; manibus tenentes, & mollia Syriæ vnguenta.* Scripsimus ἀν' ὕλας ἴδας τε, quia videbantur vtriusque vocis extare vestigia in corrupta lectione ἀιδὴ λιασδεα. si quis existimabit priorem dictionem posterioris esse glossema, non pugnabo contrà. ἴδη pro sylua ἀλσώδει, non solùm poetis, sed etiam aliis scriptoribus. Postrema etiam hoc modo scribi possunt, τέρενά Συρίας τε ῥεύματα. periphrasis est vnguentorum liquidorum, aut Συρίας ἀρώματα. Pro Φοίνικων ἐνόρχων, Dalecampius scribit, ἀνόρχων. fauet coniecturæ, quòd iidem vocabantur *Eunuchi*. M S S. aliter. *Phormi* comici Suidas meminit: & fabulæ illius quam Ἀταλάντην vocat, non Ἀταλάντας. sine nomine citat Hesychius, ὁ τὰς Ἀταλάντας συνθείς. Fuerunt apud veteres non solùm palmulæ *Nicolai* dictæ, de quibus hîc Athenæus: sed etiam placentæ quædam aut panes; quibus ab eodem Nicolao Damasceno impositum nomẽ esse, scribit Photius in Bibliotheca. Palladius in vita Abbatis Appollo, *nicolaos panes maximos* vocat. Ait Dinon de Persidis regum diæta loquens. ξενικῷ δὲ οὐδενὶ οὔτε βρώματι οὔτε ποτῷ ὥσπερ δεῖν ὁ ἐξ ἀρχῆς τῶν βασιλέων χρῆσθαι. Non est caussæ cur hæc lectio repudietur: nec malè tamen scribas, ὁ ἐξ ἀρχῆς βασιλεὺς τῶν βασιλέων χρ. *nõ putauit rex Persarũ primus, cibis peregrinis vtĩ reges debere.* Rex ille primus, Cyrus est, conditor regni Persici, & multorũ regni illius institutorum

auctor. In ſubiecta hiſtoria de caricis Atticis regi Perſarum ab eunucho oblatis, vt expeditionis aduerſus Athenienſes ſuſcipiendæ illum admoneret, reſponſum Perſæ ita ſcribitur omnium librorum conſenſu, ἐρωτῆσαι ποδαπαὶ εἶεν. ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν ἐξ Ἀθηνῶν, τοῖς ἀγορασταῖς ἐκέλευεν εἰπεῖν, ἕως ἂν ἐξουσία γένηται αὐτῷ λαμβάνειν ὅταν ἐθέλῃ, καὶ μὴ ἀγοράζειν. id eſt, *regem quæſiſſe aiunt vnde iſta caricæ? cùm intellexiſſet, Atticas eſſe, iuſsit obſonatores emere, vſq; dum liceret ſibi quando vellet eãq; ſumere, & quidem inemptas.* ita clarè innuit Perſa, cogitare ſe de bello Athenienſibus inferendo. Cedo aliquis mihi, ſi quid hîc aut obſcurum aut corruptum: ego nullus video. Dalecamp. tamen corrigebat, οὐκ εἰπεῖν. & mirificam ex his verbis ſententiam eliciebat: omnia ferre poſſumus: modò ne auctoris mentem peruertat: quod videtur hîc feciſſe ſanè quàm licenter. ἀγορασταὶ ſunt *obſonatores*: vt Athenæus ipſe interpretatus eſt, libro quarto. Alexis poëta cùm faceret, αἱ στίβαδες ἰσχάδες τὸ παράσημον τῶν Ἀθηνῶν, καὶ θύμα δυομένης. iocatus eſt non inuenuſtè ad nauium παράσημα, de quibus non repetam quæ doctè ab eruditis viris ſunt obſeruata. Ait, nauibus Athenienſium pro inſignibus caricas eſſe: quia nuſquam totius Græciæ nec plures nec meliores caricæ reperiebantur quàm in Attica. Ergo inde in alias oras mittebantur: & cùm viatico naues inſtruebantur, non poſtremum locum caricæ obtinebant. His adiicit thymum: meritò, nam & plurimum & laudatiſſimum in Attica: vnde etiam tranſlatum in alias regiones, & flore ſatum conſtat. Cùm nihil demutent antiqua exemplaria ab edita lectione in iſtis, φοινικίδης δ᾽ ἐν Μισουμένῃ φησίν: Suidas tamen aduertit nos: cuius ſunt de Phœnicide verba, τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι φύλαρχος μισούμενος, ὡς Ἀθηναῖος φησιν ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. Si ita ſcripſit, duarum fabularum lemmata in vnum conflauit, imperitè: nuſquam enim *Philarchum exoſum* poëtæ huius, laudatum ab Athenæo meminimus: ſed *Philarchũ* quidem libro decimo: *Miſumenum* verò aut *Miſumenam* hoc loco. Scripſerat opinor Suidas, φύλαρχος καὶ Μισούμενος. Atticæ conſuetudinis eſt, loca vrbis ab iis rebus deſignare quæ ibi vænum exponuntur: ὄψον vel ἰχθῦς *forum piſcarium*, κρέα *macellũ vbi carnes venduntur*, λάχανα *forum olitorium*, μύρα, *Tuſcum vicum.* contrarium videtur feciſſe Phœnicides iſto verſu. Καὶ τῶν προπυλαίων, καὶ τέταρτον ἰσχάδων, τούτων ἐγὼ δεσπότην. appellat προπύλαια, bellaria; aliáſve cupedias in ædium ſacrarum, aliorúmve publicorum locorum veſtibulis ſolitas venire. Celebrãtur ex Philemone *caricæ Ægilides*: de quibus Theocritus, — καὶ δὴ Αἰγίλαν ἰσχάδα τρώγοις Ἀδέαν. conſtat de nomine pagi vnius Atticæ ſic denominatas: cum pagum Theocritus cum ſuo interprete, *Ægilum* vocat: noſter hîc *Ægila*, & alij omnes *Ægiliam*: atque ita legam hoc loco. De colore caricarum chelidoniarum dictum libro nono, capite decimo quarto. *Tithraſia*, à Tithrante pago tribus Ægeidis ſic dictæ. Adhibe mox ſcalpellum, & ſcribe ademptis ſuperuacuis dictionibus: ὄντως γὰρ κατὰ τὸν Ἀριστοφάνην, οὐδὲν γλυκύτερον τῶν ἰσχάδων. Refertur ex Gloſſis Pamphili, fuiſſe προκνίδας, γένος ἰσχάδων. Dalec. adiectâ literâ ſcribebat προσκηνίδας. nos vnam detrahimus, & legimus προκνίδας. Heſychius, πρόκνις, εἶδος ἰσχάδων.

CAPVT XIX.

Βότρυς & σταφυλή. Staphylus. τρυλὸς *Vinum.* *Quid appellat Plato* γενναίαν σταφυλήν, & γενναῖα σῦκα. εἴδη πυννάς. *Breuiatoris hallucinatio.* Aëthlius *Samius. Hecatombæon primus menſis.*

VVam Græci βότρυν & σταφυλὴν dicunt: ſed Athenæi ſæculum βότρυς nomen frequentauit magis: contra quam factum ab Homero & aliis antiquiſſimis ſcriptoribus: quos altera potiùs appellatione vti ſolitos obſeruatur his verbis, βότρυς ὅτι μὲν παλαιὸν δῆλον. σταφυλῆς δὲ μέμνηται καί τι δοκοῦντος τοῦ ὀνόματος Ἀσιατικὸς εἶναι, Κράτης, ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου, ἐν τοῖς ὕμνοις τοῖς ἀρχαίοις φάσκων ἀντὶ τοῦ βότρυος τὴν σταφυλὴν κεῖσθαι. Aſiaticum eſſe nomen σταφυλὴ, quòd ait Crates, illi crediderunt, qui vuam *ſtaphylam* nominatam à Staphylo quodam exiſtimabant, grammatici hunc Staphylum Liberi patris filium nominant: Nonnus in Dionyſiacis regem Aſſyrium, *Botryis* patrem. Aliis placet Græcæ originis verbum eſſe, & σταφυλὴν quaſi σταγυλὴν dici, παρὰ τὸ στάζειν τὸν τρυλὸν, quod *guſtatũ vinum funderet.* τρυλὸς enim vinum primitus ſignificaſſe, ſciunt eruditi. Verba adducta ex antiquis hymnis integrum continent hexametrũ, Αὐτῇσι σταφυλῇσι μελαινῇσιν κομόωντες. loquebatur hymni poëta de öſchophoriis, quæ in honorem Bacchi & Scirradis Mineruæ Athenis celebrantur; nam hic verſus ad *oſchas* pertinet: ſic vocabant palmites cum ſuis vuis. Quæſtioni ab Vlpiano propoſitæ, quid appellet Plato γενναίαν σταφυλὴν & γενναῖα σῦκα, bifariam reſpondet Maſurius: prior reſponſio eſt; γενναῖα λέγει ὡς ἐν ἤθει ὁ φιλόσοφος, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος, Πάρελθε, γενναῖος γὰρ εἶ. Vult Maſurius, dici γενναῖα omnia quæcunque in ſuo genere excellunt: & ita *generoſas vuas, & generoſas ficus* appellatas eſſe à Platone. Hanc interpretationem etſi non improbo, malo tamen aliter paulò accipere: puto enim magnitudinem rei indicari, voce hac. Euſtathius poſt relatum Athenæi iſtum locum, *Fortaſſe*, inquit, *magna vua eſt quæ Platoni dicitur* γενναία σταφυλὴ: *ſicut dixit comicus* γενναῖον κρέας pro ἁδρὸν κρέμα. [etſi paulò aliter interpretatur ſcholiaſtes ad hæc verba ex Equitibus, ὦ γενναιοτάτῃ κρέας, ψυχὴν τ᾽ ἄριστε πάντων.] Gallicè dixeris *vne bõne piece de chair.* Atq; ego cũ Euſtath. ſentio: neq; mihi dubium, γενναίας μάζας in ſecundo De republica eſſe *grãdem mazam*, ſicut apud ſatyricum *vagrandi polenta.* Non probo alteram interpretationem quæ adiicitur à Maſurio, ἢ ὡς ἀπογεγενημένα. ὁ γὰρ Ἀρχίλοχος καὶ ἐπιμανθάνεις ὀνομάζει.

ὀνομάζει. aut vocat Plato φυταίας vuas & ficus, quæ poſt inſitionem naſcantur: ſicut Ariſtoteles inſititia pira nuncupauit ἐπεμβολάδας ὄγχνας. apud Suidam eſt Ἀριστοφάνης. Euſtath. legit ✕ nos: quem ſi lubet lege. Sequitur, Εὔβουλος γοῦν ἐν Καλαμοπώλῳ φησίν,

—ἀλλὰ παραλαβὼν
Ἀκράτῳ κρῦε, κ. σίδα πυκνάς, κ. βότρυς,
Τρώγειν ἀναγκάζ' αὐτὸν ἐξ ὄνου συχνὰς.

neque ſententiæ, neque verſus modulo congruit τὸ ἀκράτῳ. quid ſit reſtituendum, nemo poſſit certò ſcire: iocoſum enim, opinor, aliquid comicus fingebat. Fortè, Κάρα τε, vel Ἄκρα τε κρῦε. incertum etiam eſt, cùm ait σίδα πυκνάς, vtrùm debeamus ſupplere, κύλικας. an πληγάς. quin propter metrum videtur legendum, vel καὶ σίδη πυκνά, κ. β. vel σιδὰς πυκνάς, β. Iſtis, ὅτι δὲ ἐν ταῖς Ἀθήναις ἀττικαὶ ἦσαν αἱ ὀπῶραι πᾶσαι, μαρτυρεῖ Ἀριστοφάνης ἐν ὥραις, reiicimur tacitè ad libri noni principium, vbi extat Ariſtophaneum teſtimonium: errat Breuiator, qui eius loci immemor, illorum verò memor quæ de re eadem in Pace leguntur hodiéque, ſcripſit hîc ἐν Εἰρήνῃ. Grauem mendam ſuſtulimus è proximis verbis ſine omni periculo: cùm enim priùs ederetur, Ἀέθλιος ὁ Σάμιος ἐν πέμπτῳ Σαμιων ἱερῶν, fecimus vt eſſet Σαμίων ὅρων. non ſolùm propter ea quæ obſeruabamus lib. 12. cap. 9. ſed etiam propter ipſum Athenæum, qui paulò ante Aëthlij locum huncce indicans, ſcriptum illius ὅρων Σαμίων inſcribit: non diſſimulanda viri docti negligentia, qui vicinis adeò locis, de eâdem re tam diuerſa ſcripſerit. Aëthlium hunc laudat & Clemens Alexandrinus, in exhortatione ad Græcos. Lyncei qui ſequitur locus, conferendus eſt cum aliis ſimillimis ex eadem epiſtola ad Diagoram: de quibus non ſemel antè dictum Scribe αὐτόθεν, non αὐτῆς. Eleganter verò Lynceus vuam, quæ totum annum ſeruari poterat incorrupta, ἀλληγορικῶς, tanquam de ſeruo aliquo loqueretur aut mercenario, ita expreſſit, αὐτεπιτρέφουσι βότρυν, ὃς ἀπὸ Ἑκατομβαιῶνος μένων, ὥσπερ ἀγαθὸς οἰκέτης ἀναμένει τὴν αὐτὴν ἔχων ὥραν. Græci tempora ſua putabant ab Hecatombæone: qui Iulio Romanorum magis quàm Iunio reſpődet. Hoc igitur dicit Lynceus, Hipponiam Rhodiorum vuam à principio anni ad finem vſque perennare, eâdem ſaporis gratiâ.

CAPVT XX.

Appendix ad librum nonum. προσαναπληροῦν τινὶ τι. meleagrides. Lerus. ξυλοειδὴς color. αἰθίζειν πυρὸς ἀκμαῖς. τελεόβολοκρέοντος. Horæ Athenis cultæ. πνικτὰ καύματα. inualeſta ſicciora quàm aſſa.

SEQVVNTVR Athen verba: Ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἡμῖν εἴρηται περί τε κρεῶν, καὶ ὀρνίθων, καὶ περιστεριδίων, ἔρχομαι κἀγὼ λέξων ὅσα ἐκ πολυαναγνωσίας εὑρεῖν ἠδυνήθην παρὰ τὰ προειρημένα. Maſurius eſt quẽ hæc loqui facit auctor. Ait, adiecturum ſe ad ea, quæ de carnibus maximè auium, ſuperioribus libris contineantur, quicquid aſſidua veterum ſcriptorum lectio ſibi ſuggeret, prioribus qui de iis rebus ſermonem habuiſſent indictum. Eſt verò pars iſta aliud nihil, niſi appendix quædam ad librum nonum. Ea legitima ſedes erat omnium illorum quæ hîc alieno loco obſeruantur à Maſurio. Cauſſam huius ἀταξίας ſuo loco expoſitam non repetemus. Prima obſeruatio eſt ſuper voce περιστεροὶ aut περιστερίδιον, vel potiùs ſuper vtraque: etſi diſſimulata eſt hodie dictio περιστερίδιον in diſputatione Maſurij. Addenda hæc erant ſermoni περὶ περιστερῶν, qui libro nono continetur. Idem obſeruandum etiam in cæteris. Tetraonas cum phaſianis non Athenæus eſt qui confundit: ſed rex Ptolemæus, cuius verba ſolùm recitat: in queis manifeſtum eſt ἀνακόλουθον, niſi ſcribas μετεπέμπετο, mutato numero pro μετεπέμποντο, quod editum eſt. ſequitur enim ὑπερβαλὼν ἐν οἴκοις πλῆθος. Ait, προσαναπληρώσει ἐν ταῖς πολυθρυλλήτοις ἱστορίαις τῶν ὑπομνημάτων τούτων τῶν εἰκοσιτεσσάρων, καὶ ἄλλην μίαν. Scribendum προσαναπεπληρώκει. niſi eſt iis ſimile, de quibus libro ſecundo, cap. 15. Προσαναπληροῦν τινὶ τι, dixit Athenæus pro *ſupplere quod alicui rei deeſt.* ἄλλην μίαν ἱστορίαν, vt Latinè *prima hiſtoria*, αὐτὸ τὸ primus liber hiſtoriæ. Senſus eſt: ad eos 24. libros hiſtoriarum quos edidit, vnum inſuper adiecisset librum. Scribi mox iuſſeram στρατηγὸς παρίστησιν ἐν Πανσανίᾳ. vide libro ſeptimo, cap. 21. Corruptus eſt poſterior verſuum Anaxandridæ, quo it probatum furioſi hominis eſſe pauones domi alere, ἐξὸν, inquit, τούτους ἢ δύ' ἀγάλματ' ἀγοράσαι. Suſpicor legendum, ἐξὸν τοιαῦθ' ἡδίω ἀγάλματ' ἀγοράσαι. *cùm liceat emere talia ſimulacra quæ ſint gratiora.* Deſcriptionem *meleagridum*, quæ affertur ex Clyto Ariſtotelis diſcipulo, nemo non videt gallinis iis conuenire, quas vulgò *Indicas* vocamus. Eius initio ſcribunt veteres, ἐν Λέρῳ. neque aliter Ælianus. *Lerus* Sporadum vna eſt: de cuius incolis extat dictum Phocylidis, Λέριοι κακοί. non temerè audiendi viri docti, qui Λέλεγι ſcribi volunt ex Stephani Ethnicis. Edebatur antè, καὶ τὸ σῶμα ξυλοειδές. Scripſimus χρῶμα. cum omnibus MSS. In eo commentario quem ſcripſimus, de coloribus, docemus etiam Theophraſtum lignei coloris meminiſſe libro ſeptimo Hiſtoriarum, capite tertio. Differunt, inquit, ſemina à coloribus: τὰ μὲν μέλανα, τὰ δὲ ξυλώδη, τὰ δὲ λευκότερα. quem locum doctiſſimi viri deprauatum cenſuerunt: fruſtrà. Scribendum, ἐπ' ἐρυθρότερον τὸ τῶν ὀρνίθων, ſed non ſemper hæc caro rubet; mutat enim colorem pro affectu quo mouetur. Poſtea ſcribunt Excerpta, τὰς δὲ πτέρυγας πεποικιλμένας περιωδέσι σχήμασι πυρώδεσι πρὸς ἄλληλα κεκραμένοις. Familiare eſt apud Græcos comicos, vt coqui inducantur glorioſuli, & de artis ſuæ experimentis magnifica prædicantes. Sic in Epicratis verſibus qui hîc recitantur,

—ὅτι τις δ' ἐγώ,
Μάγειρος ὅτε Σικελία καυχήσεται,

Τρέφει τοιοῦτον ἄρταμον κατ᾽ ἰχθύων.
Οὔθ᾽ ἦλις ἔνθα δίλφακα ἐγὼ κρέα
Κάλλιστ᾽ ὄπτησα πυρὸς ἀκμαῖς ἢ θερμὰ.

Absit à moribus nostris omnis vanitas: sed veram huius loci lectionem inuisam doctis, vidimus nos nullo negotio. Scribendum enim, Οὔτ᾽ Ἦλις, ἔνθα δ᾽ neque Sicilia, inquit, neque Elis talem vidit artificem parandorum ciborum, qualis ego sum. Significat se, cùm apud Siculos ἀφροδισιαστὰς, tum apud omnes Græcos, qui ludicri Olympici caussa in Elidem venerant, artis suæ specimen edidisse, & nomen ac famam inde retulisse. ἀνθίζειν πυρὸς ἀκμαῖς est, tosturâ flauum reddere & κριμβαλίον. Obscura vox est τριοβολεκρῄσκον, in sequentibus versibus Alexidis. Si abessent duæ literæ σκ. posset exponi olla canium triobolaris: id enim est κρῆσον. Homerus, Αὐτὰρ ὅγε κρεῖον μέγα κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ. sed videndum an satis conueniat ea interpretatio poëtæ verbis, τῆν, ὀπτεῖν, θερμὸν δὲ χυλώτερον. Auctor est Porphyrius libro primo, Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, moris fuisse Athenis pompam quotannis Soli & Horis simul ducere. De ea solemnitate sentit mox Philochorus, Ἀθηναῖοι ταῖς ὥραις θύοντες οὐκ ὀπτῶσιν ἀλλ᾽ ἕψουσι τὰ κρέα, παραιτούμενοι τὰς θεὰς ἀπείργειν τὰ σκληρὰ καύματα καὶ τοὺς αὐχμούς. quid propriè σκληρὸς dicatur, antè est expositum, libro vndecimo, capite septimo: vsurpatur de omnibus, quæ tolerare durum est & molestum, & σκληρῶς φέρειν, pro ægre ferre. Menāder, ὁ γὰρ μετρίως πράττων, σκληρότερον ἅπαντα τὰ τοιαῦτα λαμπρὰ φέρει. Ait, τὰ δὲ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν ὠμότερα καὶ ξηρότερα. Videtur hoc, & rationi consentaneum, vt ficciora sint assa quàm iurulenta: & ex Aristotele petitum, cuius modò nomen positum est: tamen aliter habet vtrumque. Audiamus magistrum, Meteorolog. lib. quarto, ξηρότερα τὰ ὀπτὰ τῶν ἑφθῶν. οὐ γὰρ ἀναπίνει εἰς αὐτὰ τὸ ὑγρὸν τὰ ὀπτώμενα. κρατεῖ γὰρ ἡ ἔξωθεν θερμότης τῆς ἐντός. εἰ δὲ ἐκ χύτρας τις ὤπτα, εἵλκεν ἂν εἰς ἑαυτήν. Mendosè scriptum, ταύρων ταξικέρων φλογμός. Dalecamp. ταυρα φλεγ. propius ad editam lectionem accesseris, si scribas, Ταύρων τ᾽ ὀξυκέρων φλ...

CAPVT XXI.

λαγῷον. Simonidis sordes. Nota sordium, muneri missa vendere. ὀτρύχας, οἰέτεας. δίλφακα δεραιότατον. ἱέρφος. ε & ω confundi. ἀδροῦσθαι pro ἀνδροῦσθαι insigni loco restitutum. Refutantur qui Strabonem negant esse Strabonem. Perna Κιβυρατική & Καταβεκρκή.

ΟΥ παρατεθέντος αὐτῷ ἐπὶ τὴν τράπεζαν καθάπερ καὶ τοῖς ἄλλοις λαγῴου. non est à recto λαγωός, vt putarunt interpretes: sed à neutro λαγῷον. frusta leporina solita singulis conuiuis apponi, Græci vocant λαγῷα, vt monebamus libro nono, capite decimo quarto. Neque existimandum est, in eo conuiuio cui Simonides interfuit, singulis conuiuis integrum leporem fuisse obiectum: sed vnicum mensæ fuisse illarum, & à carpo in partes tributum: quod etiam declarant in dicto Simonidis hæc verba, οὐδ᾽ εὐρὺς περ ἐών. Est autem Homeri versus venustè παρῳδηθείς. Ait, ὄντως δ᾽ ἦν ὡς ἀληθῶς κίμβιξ ὁ Σιμωνίδης καὶ αἰσχροκερδής. Hoc multi testantur. Aristophanes de Simonide iactatum fuisse prouerbium indicat, Κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. Tace eo quæ de huius poëtæ auaritia & sordibus Pindarus & Theocritus dixerunt. Callimachus, — οὐ γὰρ ἐργάτιν τρέφω τὴν Μοῦσαν ὡς ὁ Κεῖος Ὕλλιχου νέπους. Addit, solitum Simonidē quotidiana munuscula, quæ sibi ad victum mitteret Hieron, vendere. Magnum hoc restricti animi indicium semper est habitum, haberturque. Nicetas Choniates de Ioanne Puzeno, καὶ σμικρολογίαν νοσῶν, καὶ γλισχρότητα, καὶ τὰ πεμπόμενα πολλάκις τῶν ἐδωδίμων ἀντέπεμπεν εἰς τὸ πωλήσιμον. & narrat idem de hoc Ioanne accidisse nonnunquam, vt res easdem ter sibi missas ter venderet. Sed qui hoc faciant, facilè excuset & culpâ liberet Tiberij Imperatoris exemplum: qui mullum ingentis formæ missum sibi, in macellum deferri & vænire iussit, vt narrat Seneca epistolâ nonagesima quintâ, scribendum. οὐδεὶς δὲ τηλικαύτης μνημονεύει ἐν στερρῷ. vide libro nono, capite decimo quarto. ibi etiam de voce ὀψαγόριον. In parodico versu Matronis legebatur Αγρέλχας οἰέτεας. etsi non ineptè, falsò tamen: nam sine omni dubio imitatur Homeri versum, ὀτρύχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας. quare verte *vnius coloris, vnius ætatis*. Scribe deinde, πολὺ δίλφαξ ὀπτὸς ἐτεύχθη. Sequitur, δίλφακα δὲ ἀρτίως εἴρηκε Πλάτων ἐν Ποιητῇ, δίλφακα δεραιότατον. Non facile credam verbum Græcum esse δεραιον, pro eo qui amplas ceruices habeat. MSS. optimæ notæ, δίλφακα δὲ ῥαιότατον. ne id quidem agnoscimus pro Græco. auctore Hesych. ῥαφός veteribus Græcis idem significauit atque ἰσχυρός. an ea vox locum hic habeat, nescio. Lego verò, δίλφακα δ᾽ ὡραιότατον. *porcum grandiusculum, & mactationi opportunū.* ω & ε passim in MSS. confunduntur: inde error. Locum Eupolidis, quo probatur dici τὸ δίλφακα, ita editum: οὐκ ἀλλ᾽ ἔθηον δίλφακα † ὀδὸν δ᾽ εἰσία, καὶ μάλα καλὴν, ita emendamus ex vestigiis corruptæ lectionis: ὃς γαλαθηνὸν δίλφακα αἰδουστέα δ᾽ εἰσία, καὶ μάλα καλήν. id est, *qui conuiuio exhibuit lactētem, & adhuc sine dētibus porcellā, valde pulchram.* quid sit δίλφαξ γαλαθηνὸς scimus ex libro nono, Ait. Ὅτι δὲ τοῖς εἵλωσι ὑβριστικῶς πάνυ ἐχρῶντο Λακεδ. Hæc erant illis adiicienda, quæ de seruorum variis generibus disputata sunt libro sexto. ἀνδροῦσθαι nihil aliud Græcè loquentibus significat, nisi peruenire ad virilem ætatem. Quare si verum est quod narratur mox. Lacedæmoniorum leges certam constituisse pœnam heris Ilotum, εἰ μὴ ἐπικόπτοιεν αὐτοὺς ἀνδρουμένους: sequitur fuisse Ilotes omnes ἀνδρωθέντας occidendos prius quàm viri fierent. Sed hoc quis credat? cùm ne infensissimi quidem hostes id fecisse, nisi rarissimè, legantur. Non abest quin fraudem hic aliquam

quam impuri homines sint frausi atque adeò ita est: nam auctor scripserat τοὺς ἀδρομερεῖς. Omnino Lacedæmonij ἀνδρώδεις quidem suos seruos, & voluerunt & siuerunt: at ἀδρώδεις eosdem, id est corpulentos euadere & nitere, neque voluerunt neque siuerunt. En quàm ridiculam sententiam literulæ vnius adiectio efficiat. τὸ ἀδρῶδες propriũ est τῇ εὐεξίᾳ, quam esse ait Aristoteles πυκνότητα σαρκός, id est, ἀδρότητα. Athenæus hoc verbo expressit quod pluribus modò dixerat, ὑπερακμάζειν τὴν οἰκετικὴν ἐπιφάνειαν. contrà, strigosum esse, macilentum, squallidum atque horridum, signa sunt hominis miseri & male habiti. Non est autem mirandum, Spartanos qui legitimum singuli modum liberis suis præfinierant, quem non liceret impunè excedere, erga seruos suos fuisse iniquiores. Vt probet Strabonem γεωγραφημένον eruditissimum scriptorem, non adeò recentem auctorem esse, ac videretur nonnullis, ita scribit, λέγει γὰρ αὐτὸν ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν αὐτοῦ πραγματειῶν ἐγνωκέναι Ποσειδώνιον, τὸν ἀπὸ τῆς στοᾶς φιλόσοφον, οὗ πολλάκις μεμνήμεθα, συγγενόμενον Σκιπίωνι, τῷ τὴν Καρχηδόνα ἑλόντι. In libris Strabonis hodie ista non legas. Sed ô bene, quòd disertè Athenæus librum nominat, vbi de se & Scipione Africano magnus auctor erat locutus: ni fecisset, color aliquis futurus erat tenebrionis illius callidissimo mendacio, qui probare hinc nititur, dudum Strabonem fuisse: neque Strabonis, sed Stratonis nomen præscribi debere iis libris, quos hactenus pro Strabonianis omnes omnium ætatum eruditi habuerunt. Tu verò Marrucine, libri septimi iacturam sarci, & lacunam imple si potes: atque ego spondeo tibi, quod ex integris libris suis Athenæus prompsit, fore vt reperiamus & nos in nostris integratis. Eiusdem farinæ alterum quoque Lucumonis illius argumentum est: non esse Strabonis hæc, quia scriptum sit hodie in codicibus Strabonianis, ταῖς Κανταβρικαῖς ἐνάμιλλοι: non vt hîc, ταῖς Κιβυρικαῖς. ridiculum caput! nam si pondus habet hæc ratio, per hanc monstrificã Circen neque Plato fuerit Plato, neque Aristoteles Aristoteles, neque Theophrastus erit Theophrastus. Plurima enim, vt sæpe indicauimus, ex istorum libris aliter descripsit philológus, quàm habeantur hodie in vulgatis editionibus. Omnia denique, si huic argumentationi locum damus, ἄναλλα γενήσεται, vt ait poëta. Sed valeat infrunitus criticus, cum peruerso isto iudicio. Porrò de lectione Strabonis ad Strabonem egimus: hîc autem fidei nostræ caussa eam expressimus γραφὴν, quam scripti omnes exhibebant. Culpam hic commissam Athenæóne attribuam, an exscriptori, incertus animi hæreo: nam illa μνημονεύει δὲ αὐτῶν Στράβων, si ita accipias, *Pernarum mentionem facit Strabo*: nihil vetat credere, locum Strabonis ab Athenæo bonâ fide recitatum, à librario fuisse corruptum, qui pernarum Cantabricarum nomen audiuerat nunquam: *Cibyricas* verò siue *Cibyraticas*, modò nominatas Athenæo meminerat. Sine caussa autem voci Πομπίλον. defectûs & vitij notam præfixerunt: eam tolle: nihil enim deest.

CAPVT XXII.

Τροφαλὶς Σικελική. *Caseus* Τρομιλικός. *Prouerb. ex deprauata lectione fictũ,* Iouis lac. ἀποτράγημα. Mæson *cocus &* tettix. *Megarẽses Nisæi. Olim iidem coci & popæ. Alexander victimarium è Macedonia accersit.* ὀργιαστικὰ *sacra. Olympias iis dedita. serpentes ad illa sacra adhibiti, iis nomen* ἀργόλαι *vel* ἀργαί. *Volumen epistolarum Alexandri, & aliorum ad Alexandrum.*

ἘΠΕΙ δὲ καὶ Σικελίας αὔχημα τροφαλὶς ἥδε ἐστὶ φ. alludit ad poëtæ alicuius verba. Aristophanes Vespis. τροφαλίδα τυροῦ Σικελὴν κατεδήδοκε. & rursus in eadem, Ἀποδρὰς γὰρ εἰς τὴν γωνίαν τυρὸν πολὺν κατεσικέλιζε. Caseus qui τρομιλικὸς nominatur in libris editis, Breuiatori est, Στρομιλικός. quod si rectum est, Στρομίλεια vtique mox scribendum: alterum malim. Noli quærere quid appelletur *Iouis lac*, isto versu quem recitat dipnosophysta: Καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα. è Cyclope Euripidis est hic versus. Ibi hodie scriptum βοὸς γάλα, quæ vera est procudubio lectio. Faceti sanè homines, qui bouem in *Iouem* mutarunt: quanto hoc maius quam ex musca elephantum? Eruditissimus parœmiographus, si Euripidis codices inspexisset, deprehensum errorem emendare præoptasset, quàm Chiliadas suas fictitio prouerbio reddere auctiores. Ἀποτράγημα interpretatur Athenæus apud Eupolidem, λείψανον τῶν τραγημάτων καὶ τρωξίμων. ex his emendabis Hesychij codices: vbi perperàm scriptum, ἀποτράγημα, λείψανον, βρῶμα. Seq. Φιλιππίδης ἐν Αὐλοῖς, τοὺς δὲ πυρέσσοντας καὶ τὰ λάχανα ταῦτ' ἔχων. conferenda hæc cum iis quæ scribit Pollux libro sexto, capite nono, vbi aliam lectionem inuenies. Postea coquus inducitur μαγειρικὰς multas ῥήσεις ex antiquis poëtis recitans: quæ illis sunt adiiciendæ, de quibus libro septimo, capite vndecimo diximus. Obseruat iste, dixisse veteres τὸν μὲν πολιτικὸν μάγειρον Μαίσωνα, τὸν δ' ἐκτόπιον τέττιγα. quare Festus, *Mæson, persona comica appellatur, aut coci, aut nautæ, aut eius generis. dici ab inuentore eius Mæsone comœdo, ait Aristophanes grammaticus.* At Hesychius scribit hoc nomen per ε. Μέσωνες, inquit, οἱ κορυφαῖοι τῶν μαγείρων. ἢ οἱ τεχνῖται. sed verba sunt eiusdem alio loco, τέττιξ ἔχω τοὺς σιωπῶντας ζῶα παρὰ Ἀττικοῖς, οἱ τῶν μαγείρων ὑπηρέται ξένοι, οἱ δ' ἐντόπιοι μαίσονες. Obseruo etiam inter comicas personas vnam fuisse, quæ θεράπων τέττιξ dicebatur, auctore Polluce libro quarto. Paulo post, pro ὁ Φιλήμων δὲ πῶς φησιν, aut errauit librarius, aut Athenæus: Stratonis enim sunt versus, nõ Philemonis: vide libro nono. Megarenses veteris & antiquæ Græciæ distinguuntur ab aliis Megarensibus Siculis, cognomine Nisæorum Theocritus, Νισαῖοι Μεγαρῆες ἀριστεύοντες ἐρετμοῖς. & Athenæus hic, τὸν Μαίσωνα ἐκ τῶν ἐν Σικελίᾳ

φησὶν εἶναι

φησὶν εἶναι Μεγαρέων, καὶ οὐκ ἐκ τῶν Νισαίων. Noua fuit & insolens illa coqui gloriatio, quid apud Posidippum hos versus proferebat.

> Ταυτὶ μὲν οὖν τοιαῦτα. συμβαίνει δέ τι
> Νῦν μοι διαφέρον τι παρὰ τοὺς ἄλλους ἔτη
> Αἴτιον, οὐχ ἁλώσομ' ἐκφέρων κρέας.

Moris fuit coquis cùm cibos mercede conducti pararent, furto quicquid possent auferre. ideò soliti ianitores excutere diligenter cùm abirent. Hoc toties iam probatum in superioribus, vt exemplis non sit opus. Iste verò coquus, vel quòd macilentas carnes habuisset despicatui, vel quòd propter tenuitatem apparatûs, aut vigilantiam custodis appositi non potuisset, id nunc gloriatur, & laudi sibi verti postulat, quòd ianitores se non essent in fraude & carnium furto deprehensuri. Simillimus est apud comicum, initio *Pacis*, locus: nam ibi famulus qui stercoreas turundas scarabæo pinsebat, hoc vnum saltem ex ea opera consequuturum se prædicat, quòd nemo illum sit accusaturus, quasi mandentem inter pinsendum: quo nomine sæpe famelici aut gulones serui pœnas sordidis, vel delicatis heris dabant: nam vtrosque hoc facto offendebant. Aristophanis verba sunt,

> Εἰεν μὲν ὦ ἄνδρες ἀπολελοῦσθαί μοι δοκῶ.
> Οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη με μάττοντ' ἐσθίειν.

Æstimet ex his eruditus lector quo iure, quáve iniuriâ in tertio versuum Posidippi negationem tollendam interpretes censuerint: vt taceam de labe versus. Multa in iis quæ deinceps recitantur, & mutila & corrupta supra humani ingenij coniecturam. Simonidis testimonium fortasse ita non malè scribas: χ' ὅσα θεῶν σαφῶς ἐμίστυλα κρέα εἰδώς. *quæ ad Deos spectant, ea peritè paraui*, Deinde. Τί καὶ γὰρ οὐ καλῶς ἐπίσταμαι; non κακῶς. Transeamus ad sequentia: egent enim censurâ nostrâ. Ait, ἐμφαίνει δ' αὐτῶν τὴν ἐμπειρίαν, καὶ ἡ πρὸς Ἀλέξανδρον Ὀλυμπιάδος ἐπιστολή. προτρεπομένη γὰρ μάγειρον αὐτῇ πρίασθαι θυσιῶν ἔμπειρον, ἡ μήτηρ φησί, Πελιγναν τὸν μάγειρον λαβὲ παρὰ τῆς μητρός. οὗτος γὰρ οἶδε τὰ ἱερά σου τὰ πατρῷα πάντα ὃν τρόπον θύεται, καὶ τὰ ἀργαδικὰ, δικαστικὰ καὶ τὰ Βακχικά, ὅσα τε Ὀλυμπιὰς προθύεται, οὗτος οἶδε. μὴ οὖν ἀμελήσῃς, ἀλλὰ λαβέ, καὶ ἀπόστειλον πρὸς ἐμὲ τὴν ταχίστην. Dicebat modo Athenæus, veteres cocos rituum sacrificandi & πάσης τῆς θυτικῆς notitiam habuisse. Nunc ait, posse id ipsum constare ex Olympiadis ad Alexãdrum epistolâ: deinde ipsa Olympiadis verba profert, & quod instituerat, clarè probat: quid dico probat? imo verò probabat olim: nunc peruersa lectio huius loci sententiam omnem peruertit. Nam ineptissimum est quod vulgata scriptura continet. Initio petit mater à filio, vt coquum sibi sacrificandi peritum emat: deinde autem offert è vestigio eadem filio suo Pelignam coquum, planè qualem se desiderare dixerat. Enimuerò si habet bonum θύτην, cur vsque inde ex Asia, aut India sibi petit mitti? Sed neque illud intelligo, quorsum Olympias Macedoniam inhabitans, cum desideret qui Asiaticorum sacrorum ritus norit, Græcanicorum aut Macedonicorum ignoret: nisi putèmus, quod absurdissimum est, more populorum Orientis sacra factitasse Olympiadem. Quid multa? interpretum qui hæc absurda concoxerunt, stomachum nemo satis deprædicarit. Legendum affirmo, προτρεπομένη γὰρ μάγειρον αὐτῷ πρίασθαι θυσιῶν ἔμπειρον, ἡ μήτηρ φησί. id est, *nam cùm Alexãder eam hortatus esset, vt ad se mitteret popã sacrificiorum peritum, ait mater: Accipe popam Pelignam à matre tua*, &c. Cur è Macedonia victimarium accersierit Alexander, obscura caussa non est, nam & pietatis intererat, & existimationis illius, vt more patrio sacra faceret quod ostendit Olympias manifestò, cùm subiicit: οὗτος γὰρ οἶδε τὰ ἱερά σου τὰ πατρῷα. Quænam autem sunt ἀργαδὰ sacra quorum Olympias meminit? quæ item illa δικαστικά. Prorsus nisi ineptire volumus, legendum, καὶ τὰ ὀργιαστικὰ, καὶ τὰ Βακχικά. Olympiadem valde fuisse deditam orgiasticis sacris & Orphicis, disertè Plutarchus scribit in Alexandri vita. Addit idem, solitam Olympiadem mansuetorum serpentum genus quoddam ad ista sacra adhibere: qua de re multa etiam Lucianus scribit in Pseudomanti. Ex Suida in Hesychio conijcere est, ἀργόλας vel ἀργὰς istos angues fuisse appellatos. Qui horum meminissemus, putauimus aliquando posse hunc locum in eam sententiam accommodari non magnâ mutatione: vt dicat Olympias, illa etiam sacra Pelignæ esse nota, ad quæ serpentes argæ adhiberentur. Sed displicet nobis iure merito hæc sententia: neque dubitamus verum esse quod priùs diximus. Quærant etiam doctiores, quænam illa sint sacra, ὅσα Ὀλυμπιὰς προθύεται. nos qui frustrà quæsiuimus, legemus interea, ὅσα Ὀλυμπία. ea sacra intelligit, quæ Olympiæ fiebant ab agonistis prius quam certamen inirent. Sciendum autem, extitisse olim in doctorum bibliothecis epistolas Alexandri, & aliorum ad Alexandrum: multa harum mentio apud veteres scriptores, vt Plutarchum, Athenagoram, Athenæum, alios: sed & Grammatici earum testimoniis aliquando vtuntur. Hesychius, in voce σκοιδὸς, quæ Macedonum linguâ prætorem iudiciis præfectum significabat. ἡ λέξις κεῖται ait, ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Ἀλεξάνδρου. meminit & in Ἀρσπανοι. eiusdem verba sunt quæ subiiciam, Γραπτικὰ παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιστολαί. ποτήρια οὕτω καλούμενα. corrigendum, παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐν ἐπιστολαῖς. Epistolarum Olympiadis ad filium meminit A. Gellius libro 13. capite quarto, & Pollux lib. 7. cap. 9. obseruans nominari Olympiadi τελμεργὴν, qui dicitur vulgò ἰσών: nam ita scribi debet is locus. & iterum mox legendum, βέλτιον δὲ ὁ ἰσών, vel ἰσσών, vt in Glossario scribitur: pessimè libri Pollucis εἰσδίων. Earum quas ad matrem scripserat Alexander mentionem fecêre item multi. Octauius Minutius Felix. *Alexander ille Macedo insigni volumine ad matrem suam scripsit, metu sua*

Rr

potestatis proditum sibi de diis hominibus à sacerdote secretum Pollux lib. 6 c. 12. ἐν Ἀλεξάνδρῳ πρὸς τὴν μητέρα ἐπιστολῇ, μέμνημαι ἐν ἄλλοις σκέλισι τῆς τ̃ μάγειρον εἰρῶν.

CAPVT XXIII.

Ceryces *Atheniensium.* ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν. ἔρδειν. θύειν. δρᾶν. *antiqua sacrificia.* ἀναγκαῖαι παλαιαί. *Clidemi* Atthis. *Prou.* Καινὸς οὗτος ἐστι Παλαίφατος. *Palaphatus mythographus.* τὸ οὐχ ὁρώμενον λάχανον. προσποδεῖν τ διαπότην. προσεδεῖν. myma & mimarcys. νομὰς, *gallina Numidica. Philemonis* Ἀρπαζόμενος.

KAMILIA fuit Athenis *Cerycum*, quos ait Diodorus Siculus μετοικισθῆναι ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων παστοφόρων. erant sanè & pastophori Ægyptiorum, & Atheniensium ceryces, sacrorum administri, popis & victimariis non dissimiles. Propterea scribit Athen. ὅτι σεμνὸν ἡ μαγειρικὴ μαθεῖν ἐστιν ἐκ τ̃ Ἀθήνησι κηρύκων. ineptè facias si vertas hîc, κήρυκες, *praecones. Homerus*, inquit dipnosophista, τὸ ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει. id est, *quod nos* θύειν *dicimus, victimam Deo mactare, id Homero est* ῥέζειν: vel simpliciter absque vlla adiectione: vel adiectâ voce ἱερεῖον, aut aliâ simili, vt — Φοίβῳ θ' ἱερὴν ἑκατόμβην ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν. sic Latini. *cùm faciam vitulâ* Plutarchus de iis loquens, qui diis hostias primi mactarunt. δεδιότες καὶ δυσμαίνοντες, ἔρδειν ἐκάλουν καὶ ῥέζειν, ὡς τι μέγα δρῶντες τὸ θύειν ἔμψυχον. Athen. verba non rectè accipiunt interpretes. Addit, τὸ δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαισὰ μετὰ δόρπια θυμιᾶν. antiquissimi homines cùm sacrificia cruenta ignorarent: hostiarum loco vel folia & glandes, dum ipsi adhuc βαλανηφάγοι: vel ψαιστὰ & fractas fruges diis offerebant: atque hoc illi vocabant θύειν, inquit Porphyrius Περὶ ἀποχῆς ἐμψ. libro 2. & obseruant critici, nunquam apud poëtam τὸ θύειν, mactandi significatione esse positum, sed τοῦ θυμιᾶν. Sequitur, καὶ οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾶν ὠνόμαζον. id est, δρᾶν veteres vsurpabant pro mactare & iugulare victimas, quod nos hodie θύειν dicimus: etiam grammatici δρᾶν exponunt θύειν. & ita statim accipitur, ἔδρων οἱ κήρυκες, id est, *sacrificabant ceryces.* at verbũ θύειν significare ἁπλῶς *agere*, quis docuit interpretes? Mox, κήρυκας δὲ αὐτὰς ἀπὸ τοῦ κρείττονος ὠνόμαζον. reddit rationem, cur sacrorum ministros κήρυκας appellarint ἀπὸ τοῦ κηρύττειν, quod est, *aliquid proclamare.* à præstantiore, ait, parte muneris quod obibant sic dicti. Iidem nãque & hostias mactabant adolebantque, & cùm fiebant sacra, populum initio iubebant fauere linguis acclamantes, Εὐφημεῖτε. σιγὴ πᾶς ἔστω λεώς: peractis verò solemnibus religionis, populum dimittebant his verbis, λαῶν ἄφεσις. id est, *extemplò*, vel *ite: Missa est.* Hęc pars est ministerij cerycum. quam vocat auctor priorem & præstantiorem. Quod sequitur, ἀναγκαῖαι τε ἔδωκαν μαγείρῳ μισθὸς, ἀλλὰ κήρυκι, qui de Homero putant accipiendum, multifariàm errant. Non dubitamus nos, aliorsum esse hæc referenda: putà, ad leges sacrificiorum, qualis illa regia lex fuit, cuius meminére Pollux, & noster libro sexto. Eâ lege & similibus aliis, definiti erant sumptus sacrorum, & quantum cuique dari de publico deberet. Ait igitur Athenæus, in nullo huiusmodi monumento vetustatis fieri mentionem μαγείρων, sed semper κηρύκων. Legebatur, Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τ̃ Ἀτθίδος Δημος. emendauimus Κλείδημος. cuius scriptoris Atthidem & Athenæus, & alij laudant sæpe. Athenionéæ ῥήσεως versum duodecimum, scribe hoc modo, ὅτ' ἦν δὲ τὸ κρέας ἥδιον ἀνθρώπου κρεῶν. *cum visa esses occisa victima caro suauior humanâ.* sic statim, ὡς δ' ἅπαξ τ̃ ἡδονῆς ἐμπειρίαν τιν' ἔλαβον. Deinde mutatâ distinctione, τὰ σπλάγχνα τοῖς θεοῖσιν ὀπτῶσι φλογὶ, ἅλας οὐ προσάγοντες. De sale quod ait Athenio, verum est. Lege omnes sacrificiorum descriptiones apud antiquissimos poëtas: nulla vsquam salis mentio. Præterea scribit Plutarchus in 8. Sympòsiacor. ἰχθύων δὲ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἴσμεν ἔτι νῦν ἀπεχομένους, ἁγνεύοντες δὲ καὶ τ̃ ἅλα φεύγουσιν, ὡς μήτε ὄψον προσφέρεσθαι μηδὲν ἅλεσι θαλαττίοις μεμιγμένον. vigesimo septimo. Καινὸς γάρ ἐστιν οὗτοσὶ Παλαίφατος. Omnino κενὸς legendum, non καινὸς, vt placet Dalecampio, qui etiam παλαίφατος vertit *fama publica*: quasi esset παλαιὰ φάτις. tam aliena vero sententia ne refutari quidem meretur. Eustathius postquam de Palephato nobili mythographo locutus esset, addit, Παλαιφάτου δὲ μέμνηται καὶ Ἀθήναιος, εἴδει μαγείρου σοφιζομένου, καὶ τὴν οἰκείαν τέχνην ἀποσεμνύνοντος, ἔφη τὸ, κενὸς οὗτοσὶ Παλαίφατος. ὃ δὴ καὶ παροιμιάζεται εἰς τοὺς πιθανολογοῦντας ὧν μὴ οἷά τε προσέχειν ἐστί. Palæphatus antiquissimus auctor, de fabulis veterum ita doctè & accuratè scripserat, vt locum prouerbio fecerit, quod hic vsurpatur: nam vt de eximiæ fortitudinis viro dicebant, ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς: sic de eo qui mendacia fingere probè nosset, ac rebus incredibilibus πιθανολογίαν προσάπτειν, dicebatur, κενὸς οὗτος Παλαίφατος. Est verò obseruandum, in Athenionis ῥήσει pronuntiari hunc versum non à coquo, sed ab eo quicum loquebatur coquus. Eiusdem personæ est hic quoque versus paulo post: Ἄνθρωπε χαῖρε, προσποδεῖ τὸν δεσπότην, de quo mox dicemus. 30. versus est hypermeter: sequens fœdè corruptus: auxilium à libris censeo expectemus: hoc solùm turò videmur posse tentare, — διέλαβε περικομματίοισιν ἐπιφέρων. μετέπειτα δὲ ἰχθ. Arte coquorum ita interdum cibi dissimulantur conditurâ, vt cùm eos edas, nihil minùs putes esse quàm quod edis reuera. Exemplo sit ille, qui de rapis fecit apuas: vt dictum libro primo. Eò respicitur versu 32. cùm ait comicus, ἐπισκυκλῆσαι τὸ οὐχ ὁρώμενον λάχανον. inferunt enim coqui in conuiuia olus. non quale solitum versari in hominum adhuc ποηφαγούντων mensis; sed arte paratum, sic, vt olus non

non videatur olus. 34. & sequentes sic accipe, Posteaquam propter dictas voluptates plurimùm quisque ab eo abfuit, vt hominem occidere atq; esse vellent: tunc omnes cum primis auctoribus vitæ huius volebant vitam degere: tunc cœpêre homines in vnum congregari, vrbes condi: atque id beneficium mortalibus imputat ars parandi cibos. Hæc mens eorum quæ dicit coquus ad versum 39. vsque. Ibi interfatur alter, & ait, *Ἄνθρωπε χαῖρε, περιπόθητέ μοι δεσπότη*. Hic cùm audiisset coquum magnifica de se & arte sua prædicantem, ipsum salutat ceu magnum aliquem virum, & vt seruile iugum excutiat, suúmque herum iubeat *μακρὰν κλαίειν*, hortatur: quasi diceret: rem esse indignam, si adeò peritus homo tam nobilis artis, seruitutem seruiat. Existimamus hanc esse sententiam istius versus: sed *περιποθῶν* nullius pretij verbum ferri hic non debet. Scribo, *πέσσειν ποθεῖ τὸν δεσπότην*. obscœnum verbum est *πέσσειν* apud comicos: sed quod hoc loco nihil nisi cõtemptum significat: est enim extrema cõtumelia quæ homini libero fieri potest, cogere aliquem pati muliebria: sic apud Catullum & alios Latinorum, eiusdem significationis verba capi non negabunt eruditi. 45. scribe, *ἀλλὰ διδάξαι μοι συνίεθι*. Per υ mox scribendum *διαθρυμματίδας*. alij vocant *θρυμματίδας*, vel *ἐνθρυμματίδας*. In versibus Posidippi scribe, *Ῥῖνα κεραμικὴν πρὸς τὸ ψόφον*. &, *χναυστικὸς προσχναυστικός* vel *προσκναυστικός*, vt olim Turnebus. In Ecloga Antiphanea, *Οὐκοῦν τὸ τὴν γλαυκίδιον ὥσπερ ἄλλοτε ἕψειν ἐν ἅλμῃ*. In Batonis pericopa, *Τί σοφὸν καταλέλοιπέ τις ἡμῖν Ἀκτίδης*. eius ῥήσεως postremus versus non habet plenam sententiam, nec metrum: Scribo, *Τὰ μέγιστα*. *πόσα τὰ βέλτιστα οἱ τεθνηκότες*. interrogatus, an in arte sua noui aliquid excogitasset. *Ego verò*, ait, *maxima*. *Quot autẽ sunt quæ inuenisti?* inquit alter: respondet, *quot vel omnes priores qui nunc sunt mortui*. Post tã multa exponitur tandem, quid sit *mymation* *συνδιάζεται ἐκ κρεῶν καὶ αἵματος*. Reperio aliam paraturam apud Hesychium, cuius verba ita scribenda, *μῦμα, θερμάνσει τρίμμα, καὶ ἐπίχυμά τι*. Ac videtur Athenæi *myma*, aliorum esse *mimarcys*. de quo edulio Hesychius & Pollux. *Cratinus*, qui de republica Thessalorũ scripserit, alibi quàm hîc non inuentus nobis: & fortasse meliùs *Κρατίνος*: de quo & eius Politiis antè dictum est. Mox scribi potest, *εἴτε ἱερεῖον, εἴτε μάγειρον*, omnino autem, *ἰξ ῶ καὶ ὁ Ἀρτεμίδωρος παρέχει μαρτυρίαν Ἀλέξιδος*, non *μαρτύριον*. Quid appellet Athenæus *ἐκκ...*, quid *διεσκευασμένον δέρμα*, sæpius iam dictum est. In tertio Alexidis versu scribe, *πρὸς ὅσ᾽ ἂν ποιῇ*. consentiente Eustathio: non *προσποιεῖ*. Deest verbum in istis, *εἴπερ ὁ ὄρνιθος μαθών*. videlicet *ὀρύγηται*, aut simile. Ait *ἐσφάχθω διὰ τοῦ στόματος εἰς τὴν κεφαλὴν* iuguletur immisso cultero, *per os in caput*. *ἐν τομάδα παίχθαι ἴψε* quid virum doctũ impulit, vt *τομάδα* verteret *columbam*? aut cur *τομὰς*, gallina Numidica vel Africana esse non queat? quod etiam confirmat vox *νομαδιζόντων*, quæ de eo genere auitij propriè vsurpatur. Scribe *Ποτηρίων καὶ μαθεῖν διαφέρειν*. Philemonis fabula vnde est hic versus, inscribitur hîc *Ἀρπαζόμενος*. apud Pollucem *Ἀρπαζομένη* libro septimo, cap. . sed in eiusdem l. . capite vigesimo quarto, vt hîc: versus primus è Nicostrateis ita scribi debet, *Εὖγ᾽ ἄνδρες, ὦ σοφὲ δρ. ἀλλὰ μὴν τῇ μαθήσει Οὔτ*.

ISAACI CASAVBONI
ANIMADVERSIONVM
IN ATHENÆI DIPNOSOPHISTAS,
Liber decimus quintus.

CAPVT I.

Nexus libri huius & argumentum. Mores veterum aliquot post finitas epulas παραχεῖν λίτρον, vel potius νίτρον. παραχεῖν μύρον. νίτρον, λίτρον, νίτρον, νίψασθαι. ὕδωρ κατὰ χειρός. Dicaarchus Messenius. ἐξίσταντο τὸ συνδιαρίον οἱ δυσκολεύοντες. Locus è scholiis Aristophanis emendatus. Cottabissantium præmiola. Locus Aristotelis animaduersus. ἰσθμιάς.

VNIVERSAM *δειπνοσοφιστικὴν ἱστορίαν* in tres partes, fuisse tributam ab auctore, suo loco diximus. Harum duas, *τὰ πρὸ τοῦ δείπνου*, & *τὸ δεῖπνον*, libris ipsis quatuordecim executus est. Tertia restat, vnico hoc libro comprehensa: quem inscribas licet cum Athen. *Τὰ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐπιτελούμενα*. Habes hic prolixam eorum explicationem, quæ remotis mensis fieri olim solita cum surrexissent, aut inter surgendum. Cottabis nempe ludebant

antiqui: flores ſumebant, ſiue ſertos ſiue ſolutos: vnguentis etiam ſe perfundebant, aut vngebant: tum autem extremo poculo educto, quod vocabant ἀγαθοῦ δαίμονος, ac de more recitato aliquo ſcolio vel pæane, alióve carmine, domuitioni tandem facibus accenſis ſe accingebant. Hæc præcipua capita ſunt omnium ſermonum qui vltimo hoc libro continentur. Initio locus recitatur è Platone comico elegantiſſimus: quo velut ob oculos ponitur ſtrepitus ille qui in cœnationibus ſolet excitari, cùm ſurgunt de menſa conuiuæ, & omnia illa quæ diximus geruntur. Seruus eſt atrienſis qui loquitur, aut architriclinus: qui miniſtrantium puerorum alium aliud citò facere præcipit. Ἐγὼ δὲ, inquit, λίτρον παραχέω εἰσφέρομαι. Moris fuit vt poſt finitas epulas, aqua manibus lauandis funderetur, deinde vnguenta exhiberentur. Illud Plato vocat παραχέω λίτρον, hoc, παραχέω μύρον. Nitro vſos veteres in balneis & pleriſque lotionibus, probari poſſit multis Hebræorum, Græcorum & Romanorum teſtimoniis. λίτρον Attici, alij νίτρον ex Hebræo נתר neter, vt Ierem. cap. ſecundo 22. & alibi. Atque hæc quidem ita: ſed an λίτρον pro aqua lauandis manibus, laturi ſunt qui habebunt ξῖνα κεραμεικὰ? equidem vix puto: etſi ſcio non aliis ſolùm rebus, ſed & corpori lauando, nitrum eſſe adhibitum. Athanaſius, in ſermone de virginitate, ὅταν νίψης τὸ πρόσωπόν σου, νίψη ταῖς δύο χερσίν. οὐδὲ μὴ ἐκτρίψῃς τὰ μῆλα τῆς ὄψεώς σου, οὐδὲ μὴ βάλῃς ποαν οὐδὲ νίτρον, οὐδὲ τὰ ὅμοια τούτοις. Legam λουτρὸν, aut νίπτρον. quæ dominans in hac re vox eſt: nam νίψασθαι propriè de lotione poſt epulas. νίπτρον, aqua in eam rem: at lotio ante cœnam propriè ὕδωρ κατὰ χειρός. Lacunam in his verſiculis adnotatam explere licet, hoc modo, ποῦ δὴ μύλος; ἤδη γίγνεται; Καὶ ἵπνος γ' ἤδη πόῤῥω. Deinde ſcribo & diſtinguo, —μύλος μαλίζεται Τοῖς συμπόταισιν, ἄλλην τρίγωνον εἶδος ἔχουσαν, Ἦγ' ἤδη ὡς. Dicæarchus, is qui ab Ariſtotele doctus, vt Cicero ſcribit, non Mileſius fuit, ſed Siculus ex Meſſana vrbe, auctore Suida non vno loco. Falſa igitur eſt lectio, quæ ſequitur non longè, Δικαίαρχος ὁ Μιλήσιος Ἀριστοτέλους μαθητής. ἐν τῷ Περὶ Αλ. meliùs libro 11. Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος ὁ Ἀριστοτέλους μαθητὴς ἐν τῷ Περὶ Αλκ. ita igitur ſcribe. In Euripidéa pericopa ex *Oeneo*, ſcribe ἆθλα κότταβον διδοὺς, cum Dalecampio. hoc enim agit, vt probet κότταβον etiam appellari præmium τῶν κοτταβιζόντων, id eſt, eorum qui vt loquitur Plinius, *elidebant in pauimento ſonũ, ex vini reliquiis.* Ait, Πλάτων δ' ἐν Διὶ κακουμένῳ παιδιάς εἶδος παροινίον τὸν κότταβον εἶναι ἀποδίδωσιν, ἐν ᾗ ἐξίσαντο καὶ τῶν σκυδαρίων οἱ δυσκυβοῦντες id eſt, *Plato in Ioue cruciato luſus eſſe genus tradit, in quo vaſculis ſuis* vincenti *cedebãt, qui infeliciter iacicbãt.* Significat philologus, etiã propoſito præmio certaſſe veteres cottabiſmo: ſed præmio tenui & nõ magnæ rei: atq; illa præmia vocat σκυδάρια. paucis verbis more ſuo mentẽ nobis exprimẽs inſequẽtiũ Platonis verſuũ. Quid igitur ſunt σκυδάρια? crepidæ putà & cotylus, quorum in ſubiectis verſiculis fit mẽtio. Hæc ſunt quæ propriè vocabant cottabia, vt mox dicetur. In ſcholiis Ariſtophanéis vbi laudatur hic locus, malè ſcriptum, Διὶ καλυμμένῳ: quod alij multi loci arguunt. & διασκυβεύοντες pro δυσκυβοῦντες. id quoque malè: nam δυσκυβεῖν probum verbum eſt, etiam Polluce teſte. Multa in Platonis ecloga corrupta. Ita autem incipit:

Πρὸς κότταβον παίζειν, ἕως ἂν σφῷν ἐγὼ
Τὸ δεῖπνον ἐσκευάσω ποιῶ βούλομαι.

Scribo, τὸ δεῖπνον οὑδὶ σκευάσω, π. β. & deeſſe verbum explendæ ſententiæ videtur. Coquus loquitur, qui vt tempus habeat parandæ cœnæ, optat conuiuas cottabo interea ludere. 5. verſus propè conclamatus. Ἀλλ' ἀνύμενος ἐκτελεῖς θυίαν παῖς φέρε. cùm adoleſcentes ad cottabiſmum hortatus eſſet cocus, illi expediri, proferríque omnia ad eam rem neceſſaria iubent. Inter alia requirebatur vas aliquod grandiuſculum aquæ capax: cuius vſum & Athenæus mox, & Pollux libro ſexto nos docent. Scribitur libro vndecimo, habuiſſe veteres vaſa quædam ad hunc tantùm luſum fabricata. Quod etſi verum eſt, nihil tamen vetat, etiam alia formæ non diſſimilis, cùm ad manum propria non erant, cottabiſmo inſeruiſſe. Nos quidem non dubitamus, θυίαν, id eſt, *mortarium*, in iſto verſu, locum peluis tenere, in quam ſolita ad cottabos aqua conijci, vt modò dicebamus. Hoc igitur ratum eſto: præſertim cùm aquæ ſtatim mentio fiat. Verba ſic aptaueris huic ſententiæ. Ἀλλ' ἄγε μόνον, vel ὕδωρ ἔγχει εἰς θυίαν παιδίον. *Age igitur ò puer, aquã infunde in pilam.* Interdum ſcitè cottabiſſantibus præmij loco concedi ſolitum, vt præſentium fœminarum oſcularentur quam vellent. Ideò ait Plato verſu quinto, παιζομένων δὲ περὶ φιλημάτων. Calippus.

Ὁ δ' ἀγχυπήσας τὴν πυραμοῦντα λήψεται
Τὰ κοτταβεῖα, καὶ τῶν παρουσῶν ἣν θέλῃ φιλήσει.

Septimo ſcribe, Παίζειν δὲ τίθημι κοτταβεῖα σφῷν ἐγώ. id eſt, *ego verò cottabiſmi præmia hæc vobis ſtatuo:* crepidas nempe, quæ ſequenti verſu nominantur, & cotylum: hæc præmia κυρίως vocabantur κοττάβεια, vel κοτταβεῖα, auctore Athenæo libro 11. & Polluce libro ſexto. Ariſtotelis locus eſt paucis rectè intellectus, vbi horum præmiorum fit mentio, quem ἐδῶ πάρεργον attingemus. Rhetoricorum libro ſecundo, enumerans philoſophus eos qui opportuni ſunt iniuriæ & εὐαδίκητοι, inter cætera ſcribit: καὶ τοὺς ὑπ' ἄλλων μέλλοντας, ἂν μὴ αὐτοί, ὡς οὐκέτι ἐνδεχομένου βουλεύσασθαι. ὥσπερ λέγεται Αἰνησίδημος Γέλωνι πέμψαι κοττάβια ἀνδραποδισαμένῳ, ὡς καὶ αὐτὸς μέλλων. hoc eſt, *Facilè eos lædimus, qui inibi sũt, vt, ſi tu nõ occupes, alius ſit ipſis nociturus: iam enim videtur integrum non eſſe de eo deliberare, ſicut dicitur Æneſidemus Geloni miſiſſe cottabia, poſteaquã Gelo quoſdã ſubegiſſet, quibus & ipſe imminebat.* nihil hac interpretatione manifeſtius, non illepidè

hoc

hoc pacto significauit Gelo Ænesidemo, victum se ab eo diligentiâ & festinatione, cum alioquin idem & ipse meditaretur. αν μη αυτι, concise positum ab Aristotele, pro αν μη αυτοι φθάσωσι: vel κἂν μὴ αὐτοὶ ἀδικῶσι. ante vocem ἀνδραποδίσαμένῳ, deest populi à Gelone oppressi nomen; aut scribendum, πάς ἀνδραποδ. Viri eruditi, qui eos libros sunt interpretati, philosophi mentem non sunt assecuti. Reuertamur ad Platonem, cuius postremos duos versus ita scribe:

> Καὶ τ̃ κοτυλον τ̃ σὸν, βάβαιάξ ἐγώ
> Μεῖζων ἀγὼν τ̃ Ἰσθμιακ͂ ἐπέρχεται.

maius certamen sibi propositum ait, quàm si agatur de pinu Isthmica, siue ludorum Isthmicorum præmio: pluris nempe facit præmia hic proposita, quàm coronam ludicri Isthmici. ἰσθμιακ͂, intellige πίτῦ: nam Isthmionicæ coronabantur πίτυι.

CAPVT II.

Cottabi κατακτοί. Pollucis locus correctus. Præmiū cottabissantis optimè καρκινοῦν τοὺς δακτύλους. radicum καρκίνωσις & τάρρωσις. χλανίδες ἢ δὲ αὗται. cottabus. & κόσσαβ. Callippus comicus, siue Callistus. abstersæ maculæ mutæ.

Εἶτ, ἐκεῖνον ἢ κ̀ κατακτὸς τίς κότταβος. ἐστι ἢ λυχνία ἀναγομένα πάλιν τε συμπίπτουσα. Intellige ex Polluce hunc locum, τ̀ κοτταβεῖον ἐκρέματο ἀπὸ τοῦ ὀρόφου ὕπτιόν τε κ̀ τέλεον χαλκὸν πεποιημένον, ὥσπερ λυχνίου τ̀ ἐπίθεμα, ὃ τ̀ λύχνον ἐπ' αὐτοῦ φέρει. ita scribitur in vulgatis libris: perperam, cùm sit legendum, dum, ὕπτιον τε κ̀ λίαν χαλκοῦ πεποιημένον. id est, *Pendebat ex lacunari aramentũ supinum ex are leui factũ, et simile quod lychnum sustinet.* Plura leges in Commentariis Græcis ad Aristophanis *Eirenen.* & in ipso Athenæo aliquanto post. Sequitur ex Antiphane, —ὠὰ μεν Πλάτε νικητήριον. ...... Possumus hic vetustati facere iniuriam, & quod ipsa iuit abolitum, restituere in integrũ. Nam paulo pòst Athenæus, de præmiis, ait, cottabo ludentium antè diximus ex Antiphane: ὠὰ γάρ ἐστι κ̀ πέμματα, κ̀ τραγήματα. Non est dubium respici hunc locum. Quare neque illud dubium esse potest, scripsisse Antiphanem.

> —ὠὰ μεν Καὶ πέμμα ἐ τράγημα νικητήριον.

Alibi dicit Athenæus, præmium fuisse pyramuntem placentam. Artemidorus libro primo, ὡσ ̀γὸ πυραμοῦς ἐδίδετο παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὁ νικῶν. Videsis Plutarchum Sympoliacorum libro nono, capite decimo quinto. Sextum & septimum versum ita emenda, Ἄφες ὅπη τὴν πλάστιγγα. ποίαν; τοῦτ᾽ τ̀ ὑποκείμενον. τ̀ μικρὸν πινακίσκιον λέγεις; plura diximus ad librum vndecimum. De modo rectè cottabissandi citantur eiusdem comici versus pluseculi: quorum primi sunt hi,

> Σὺ δεῖ λαβοῦσαν τ̀ ποτήριον δεξιῶς,
> Αὐλητικοὺς ἢ καρκινοῦν τοὺς δακτύλους,
> Οἶνόν τε μικρὸν ἐγχέαι κ̀ μὴ πολύν.

Legendum suspicabar, σὲ δεῖ λαβοῦσαν τὸ ποτήριον δεξιῶς ὡς αὐλοῦμενος. nam vulgatam scripturam rectè interpretari non queas. Καρκινοῦν autem τοὺς δακτύλους dicitur tibicen, qui tibiâ canens, non solùm curuat digitos, sed etiam torquet, flectitque in obliquum, sicut cancer pedes suos cum se mouet. Græci de obliquis hisce motibus verbum καρκινοῦν vsurpant. Obseruant veteres propriè dici καρκινοῦσθαι radicum fibras & fibrillas, quæ contortis mutuisque nexibus inuicem implicantur. Pherecrates Αυτόμολοις ποιεῖ ἐκ λινία συγκαρκινωθῆ. Theophrastus Historiarum libro primo, de differentiis radicum, μικρὰν αὐτῶν (ῥιζῶν της) ἔτι τε ἄλλας μείζους, κ̀ ὡς κεκαρκινωμένας. Idem, De caussis, libro tertio, χειμῶνος δὲ ἐπιγινομένου πανταχῆ χρῆσιμοι ῥίζωθέντα, ἃ κ̀ καρκινοῦται μᾶλλον. quid sit τ̀ καρκινοῦσθαι explicatur ab eodem libro primo de caussis, cap. 13. cognatæ significationis verbum apud eum philosophum τ̀ ταρροῦσθαι. quod alibi pluribus explicauimus: affine etiam apud Hebræos τ̀ סכך quo non semel vtitur auctor libri Iob. Legitur in Glossis, καρκίνος ὁ χαλκεὺς, forfex. rectè: nam teste etiam Eustathio forfices appellauunt καρκίνον, propter iugationem quâ connectuntur duæ χεῖρες. Post μαλακὰ ponenda sunt τέλεια τ̀ γ̀ .... nam falluntur qui sequentia, quæ sunt Athenæi, cum præcedentibus Antiphanis connectunt. ἀγκυλοῦν τὴν χεῖρα quid sit, docent clare pluribus relata eiusdem Dicæarchi verba libro 11. in voce κότταβος. de ancyle poculo habes in fragmento libri 11. cap. 4. Corrupta sunt multa in Æschyli versibus ex *Ostilegis*. Primo deest syllaba: in secundo ἀνεσεῖς nihili vox est. Scribe verò.

> Εὐρύμαχ͂ οὐκ ἄλλ͂ οὐδὲν ἧσσον
> ὕβριζ᾽ ὑβρίσματ᾽, οὐκ αἰνικτὰ ἐμοί.

ceu alter Eurymachus, non minus contumeliã me affecit, quã equidem ferre non queo. de Eurymachi insolentia vide Homeri Odysseam: eò enim respicit ὁ φιλόμηρ͂ tragicus. Tertio versu exponebatur magna illa contumelia, de qua secundo dictum: sed lectio est contaminatissima sic enim legitur, ἦν μὲν γ̀ αὐτοῖ κότταβ͂ ἀεὶ τοῦ μου κάρα. coniicimus, siue mauis, diuinamus, dicere hoc poëtam: caput eius qui loquitur, à sæuo & truculento tyranno habitum loco scopi, in quem cottabissans vina iacularetur. Scriptura ita fortasse concinnanda: ἦν μὲν γ̀ αὐτοῦ κοτταβεῖον μὲν κάρα. cætera non capio. Scribe mox cum Eustathio, ἐπεί τι ἐπ' αὐτῆς. In testimonio ex Hermippi *Mœris*, pro χλανίδες δῆλαι, lego, χλανίδες δ᾽ αὗται. hoc est, *molles & delicatæ.* Describebatur belli apparatus, omissis rebus voluptuariis, & omni luxus instrumento, vt sunt molles vestes, blautæ, soleæque conuiuantium, & vniuersum cottaborum choragium. Ait, χλανίδες δ᾽ αὗται ἕτεραι λοιπαί. mentem illorum iam exposuimus: in verbis hæremus: quid si ita? χλανίδες δ᾽ αὗται ἡττῶσι λόγ͂. Chlanides & blautæ eorundem sunt & hominum & morum: sæpèque apud scriptores coniunguntur. Anaxilas comicus:

μύροις χρῶτα λιπαίνων, χλανίδας δ' ἕλκων, βλαύτας σύρων. Postea lege, μαίνης δ' εἴδεα: λαβραγῶ ἢ τὴν χ. λαιναν πλάστιγγ' ἴδοις π. Sequuntur Achæi versus è Lino:

Ῥιπτοῦντες, ἐκβάλλοντες, ἀγνιοῦντες τἀμὰ
λέγοντες ὦ κάλλιστον Ἡρακλεῖ λάταξ.

in priore malim, ἀγνιοῦντες τὰ *μάχες meas male perdentes.* de petulantia comessantium loqui videtur: posteriore significat compotores istos pocula inuergentes, vt Lyéi laticem cottabis illiderent, Herculem inuocasse, vt solebant in conuiuiis scorta, quod ait Plautus. Moris enim fuit & cùm biberent, & cùm cottabos vibrarent, τὰς ἐρωμένας, siue τοὺς ἐρωμένους appellare: vt versum hunc explicans docet Athenæus; & repetit ex ipso comici interpres. Inde intelligimus, pronuntiata hæc ab iis fuisse, qui Herculem peribant. Non igitur κάλλιστον scribi debet, sed καλλίστῳ, aut certè καλλίστῃ. Explicatio huius moris ab Athenæo subiecta, ita habet: τὸν δ' ἦ λέγοντες παρ' ὅσον τῶν ἐρωμένων ἐμέμνηντο, ἀφιέντες ἐπ' αὐτοῖς τοὺς λεγομένους κοσσάβους. Vox λέγοντες Achæi est, quam interpretatur Athenæus. Potest scribi, τὸν δ' ὅλον, παρ' ὅσον. Videtur autem separare *cossabos* à *cottabis*. quùm tamen inter eas voces nihil intersit & testentur grammatici, & euincat analogia. In Hesychio scribitur κοσσαβος. In hanc rem recitantur inter cætera Callimachi hæc:

Πολλοὶ καὶ φιλέοντες Ἀκόντιον ἧκαν ἔραζε,
Οἰνοπόται Σικελὰς ἐκ κυλίκων λάταγας.

editum est Σικελᾶς, perperam: non enim secundus casus est, sed quartus: male in scholiis Aristophanis, ἐνοποτάισι κενάς. Vocem ἀκόντιον interpretatur Critiæ versus de cottabo, ὃν σκοπὸν ἐς λατάγων τόξα καθιστάμεθα. *Callippus* comicus is est, vt arbitror, qui dicitur Polluci *Callistus*, libro 2. itáque alteruter emendandus. Addit, ὅτι δ' ἐσπουδάζετο περὶ τοὺς Σικελιώτας ὁ κότταβος, δῆλον ἐκ τοῦ καὶ οἰκήματα ἐπιτήδεια τῇ παιδιᾷ κατασκευάζεσθαι, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος ἐν τῷ Περὶ Ἀλκμᾶνος. Contaminata scriptura adegit interpretes, de subselliis hîc nescio quid comminisci planè absurdum: sed emendandum erat, ἐκ τοῦ καὶ οἰκήματα ἐπιτ. triclinia intelligit sic de industria exstructa, quomodo futura erant ad cottabismum quàm commodissima. libro 11. vocabat οἴκους. Pro περὶ Ἀλκμᾶνος, ex aliis similibus locis scribendum περὶ Ἀλκαίου. Similiter ex ipso Athenæo emendandus venit Dionysij Chalci hic versus, φαιακὸν Μούσαις ἐρέτας ἐπὶ σέλματα πέμπει. ita nempe, φαιακας κυλικας ἐρ.

CAPVT III.

Cratini iunioris Omphala. πρόποσις, munus. ἀοιδὰς ἀντιπροπίνειν, καλὸν νόημα. Platonis problema συμποτικόν. multa emendantur. Ælianus insigni loco restitutus.

KATA' γὰρ τὸν νεώτερον Κρατῖνον ὡς ἐν Ὀμφάλῃ φησι. Iulius Pollux lib 7. cap. 12. ἐν τῇ τοῦ νεωτέρου Κρατίνου Ὀμφάλῃ εἴρηται. In versu Cratini Πίνειν μένοντα τὸν καλῶς εὐδαίμονα κρεῖττον: censeo scribendum Π. γελῶντα. *secundari & hilarem vitam agentem.* opponit sequente versu huic vitæ μάχας & πόνους.

Ἀγγελίας ἀγαθῆς δεῦρ' ἴτε πευσόμενοι.

adesse huc nuntium bonum audituri. malè πεσούμενοι, vel πεπλομένοι, vulgò, & interpretes. Subiiciuntur Callimachi ista.

— τὰ γὰρ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
Τῶν † ἀνδρῶν ἀπὸ στεφάνων πάντ' ἐγένετο χαμαί.

ita vulgò editur: nos aliam lectionem inuenimus — τὰ γὰρ ῥόδα φυλλοβολεῦντος ἀνδρὸς ἀπὸ σ. ne hoc quidem placet. Legam potiùs, τ' ἀνδρὸς ἀπὸ στεφ. vel τῷ δὲ ἀπὸ σ. Primi versus quos ex Dionysio Chalco refert Democritus, & mutili sunt, & peruersè scripti:

Τήνδε προπινομένην τὴν ἀπ' ἐμοῦ ποίησιν
. . . . . . ἐγὼ δ' ἐπιδέξια πέμπω
Σοὶ πρώτῳ Χαρίτων ἐγκεράσας χάριτας.

Vocem ποίησιν non admittit versus. Sine omni dubio legendum πρόποσιν. etsi intelligit poëta ποίησιν, id est, carmen suum, quod amico propinat, siue dono mittit, ideò munus suum vocat πρόποσιν. sic & mox loquitur, ἀοιδὰς ἀντιπρόπιθι. idem loquendi genus Athenæo vsurpatum non semel, vt diximus libri quarti initio, aliisq; locis. Sed vnde vos ποίησις? an ex glossemate, quia reuera πρόποσις hic aliud nihil nisi ποίησις? an ex sequentis versus initio? hoc puto verum: atque ita lacunam expleo: Τήνδ' ἐμὴν ποίησιν ἔγωγ' ἐπιδέξια πέμπω Σοὶ πρ. Ἀπολύσασθαι τὴν ζήτησιν, parum est vsitatum, sed ἐπιλύσασθαι. Quare ita scribam, Σὺ οὖν ἐστὶν ὦ μουσικώτατε τὴν χαλεπὴν μου ταύτην ζήτησιν ἐπιλύσασθαι Δημόκριτε. non tamen nego etiam ἀπολύσασθαι legi interdū. διὰ τὸ πρὸς τὴν ἐπιφανῆς κόσμου περιαίρεσιν. Deest aliquid implendæ sententiæ. Possumus ita acceptum vulnus dissimulare, διὰ τὸ ἐκ ἀνέπεως τὴν ἐπιφανῆ κόσμου π. Notent tyrones locutionem ἐκ ἀρχμάτων, cùm ait ex Clearcho, ἢ διὰ τὸ πολλάκις τοὺς ἐρῶντας διὰ τὴν πίστιν, ὡς ἔοικε, στεφανουμένους περιῤῥεῖν αὐτ. τὸν στέφανον, ἀντιφέρομαι τῇ ὑπονοίᾳ τὸ πάθος. turbauit interpretes, ἡ ἀλλόκοτος syntaxis: nam & verborum traiectione, & mutatione casus, oratio facta est obscurior. Ita autem capienda hæc, vt si esset scriptum, ἢ διὰ τὸ πολλάκις τοῖς ἐρῶσι στεφανουμένοις, περιῤῥεῖν διὰ τὴν πίστιν, ὡς ἔοικεν, αὐτῶν τὸν στέφανον. hoc modo planissima sunt omnia. Nescio quid sit νόημα in istis Lycophronis: Τοδὲ ἀνάθημα σοι ῥόδον καλὸν νόημα, καὶ πέδιλα. Fortasse scribendum, καλὸν ἄθυρμα, vel τὸ ῥόδον. καλὸν τοδ', ἱμάτε πέδιλα. si cui placet καλὸν νόημα interpretari, *ô pulchra & ingeniosa amica*, liberum esto per me: similes locutiones exponebamus libro primo, capite nono. alio sensu Anaxagoras olim Νοῦς dictus. Proponitur paulo pòst ex Platone probléma συμποσιακὸν: quod neq; est per se obscurum: & planissimè ab auctore explicatur. Quædam tamen corrupta, quæ incautos interpretes in errorem perpulerunt. Platonis problema est: Numeros malorum aut corona

coronarum inuenire, qui æquè in plures ac pauciores conuiuas diuidi possint æquis partibus. Probat Democritus talem esse numerum sexaginta, si in sex tribuatur. Sunto inquit 60. coronæ in manu conuiuatoris: eæque primo conuiuæ qui in cœnationem fuerit ingressus dentur omnes: hic dabit secundo partem dimidiam: vterque eorum habebit tricenas: ambo autem 60. accedat deinde tertius: & dentur huic ab vtroque priorum denæ, vt habeant singuli coronas vicenas: ter viginti faciunt 60. hanc partitionem inter conuiuas tres, ita exprimit Athenæus: κ τρίτω ἐπεισελθόντι ἐξ ἀνὰ δέκα συνδιαιρούμενοι, τὰς πάσας ἔξουσιν ἴσας. Dalecampius corrigit συνδιαιρούμενοι contra perspicuam auctoris mentem: nam Athenæus coronas facit diuidi semper communi operâ ab iis omnibus qui priores aduenerant: ideò ait numero plurali συνδιαιρούμενοι, & statim κοινωνήσαντες. Præpositio ἐξ pro ἀνὰ ponitur, particula distributiua. quare etiam in Excerptis est ἀνὰ δέκα. sed ita statim, ἐκ δεκαπέντε. Inquit enim, τῷ τετάρτῳ πάλιν εἰσιόντι κοινωνήσαντες ἐκ δεκαπέντε † γίνονται. Epitomæ auctor nullam hic lacunam agnoscit. Nos putamus legi debere, κ. ἐκ δεκαπέντε, ἴσοι γίνονται. aut potius, quod omnino verum arbitramur, ἅπαντα ξ΄ γίνονται. *postquã conuiuæ quatuor coronas inter se cõmunicauerint, diuiserintq; in quindenas, vniuersa erũt* 60. quindecim nimirum quater sumpta, 60. reddunt: qui est numerus initio propositus: posteriores syllabæ vocis δεκαπέντε, absorpserunt sequentes dictiones τὰ πάντα. librariorum antiquorum solemne flagitium, vt sæpe diximus, & exemplis multis demonstrauimus. μ. κ τοῦ τινι ὑμνῶ. Ælianus lib. 4. Ποικίλης ἱστορίας, cap. 17. ἔλεγε (Πυθαγόρας) ὅτι πάντων σοφώτατόν ἐστι ὁ ἀριθμὸς δεύτερος, ὁ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα θέμενος. Doctissimi viri qui eum politissimum scriptorem interpretati sunt, sic ista verterunt, *Dicebat binarium numerum esse omnium sapientissimũ, eo quod nomina rebus imponeret.* etsi absurda & falsa est sententia: interpretibus tamen succensere par non est, qui quod erat in Græco textu fideliter expresserunt: sed omnino ridiculus fuit Pythagoras cum mathesi sua, si verum est quod hæc lectio significat. Non clam me sunt, quæ de dyade philosophati sunt mystici veteres: quorum sententias breuiter relatas legere est in Excerptis Photij, ex Nicomachi Gerasení Theologumenis arithmeticis. Sed neque de illis subtilissimis afaniis cogitant Ælianus: neque eo concesso, propterea minùs absurda futura est huius scripturæ mens. Quid enim nos persuadere nobis numerum secundum, siue τὴν δυάδα nomina rebus imposuisse? Apage has ineptissimas ineptias. Enimuero nobile hic exemplum habemus eius generis mendarum, de quo modò dicebamus. Scribendum, ἔλεγε ὅτι πάντων σοφώτατον ὁ ἀριθμός· δεύτερος, ὁ τ. Dicebat Pythagoras, omnium sapientissimum fuisse, eum qui numeros inuenit: proximum huic eum qui nomina rebus imposuit: quia affinitas aliqua est soni & scripturæ inter voces σοφῶν & δεύτερος, aliud agens librarius, alteram harum omisit. Plane insignis restitutio, si per osores harum literarum verum licet dicere. Redeo ad dipnosophistas: qui postremò addunt, πέμπτῳ δ' ἐκ δώδεκα, κ. τῷ ἕκτῳ ἐκ δέκα. id est, *quinto communicantur coronæ diuisæ in duodenas: sexto item diuisæ in denas.* Theognetì locus, Οἴμοι ὁ δαίμων, &c. pluribus describitur libro tertio: ibi vide.

CAPVT IV.

Tenatus *vel* Tænarus *grãmaticus*, τέναρος. *Cares barbari antiquissimi incolæ Sami*, Cares. λύγου *στεφάνιον*. Tonea, *siue* Tonaia *festum. Apollo Hyblæus, & ab eo editæ sortes.* Abæ. Demetrius Antimottyras. Audiantus, *siue* Adrastus *peripateticus.* Promachia, *festũ Spartanorum.* αἱ ἐκ τῆς ἀγωνίας σελέγγις, *corona, siue tænia. Aristonis Cei* Ἐρωτικὰ ὅμοια. *Mos, frontem coronandi. Oda Anacreontica non priùs edita.*

Τέναρος δ' ἀρχαῖον αἰτίαν λέγει τεφάνωμα τὴν λύγον. Non possumus lucem facere tenebrioni huic lucifugæ: quem alibi nominatum reperire non meminimus, nisi fortè in antiquis Pindari scholiis, quæ hæc litteris mandanti ad manum non erant: grammaticus fuit obscuri nominis. Glossographi τέναρος interpretantur nobis κακοῦργος, συκοφάντης. Veterum Etruscorum ὁ λῃστρικὸς βίος, satis notus ex Strabone, & aliis. πεπεισμένους τοὺς Ἀργείους absolute dixit pro πεπεισμένων τῶν Ἀργείων. Ait, ὡς δ' ἂν βάρβαρος Κᾶρας, ἀποδιδράσκειν τὸ βρέτας ὑπονοήσαντας, αὐτόματον ἀποδεδρακέναι, ποιῆσαι λύγου θωράκιον ἀπερείσασθαι, &c. Vertendum erat, *at Samios, vt qui erant barbari Cares, suspicatos sponte suâ simulacrum aufugisse, in caua salicis gremio illud destituisse, & attractis vtrinq; ex parte lõgissimis ramis vndiq; colligasse.* Prima verba, male accepta ab interpretibus, quasi interpretans Breuiator, ita extulit, οἱ δὲ Σάμιοι Κᾶρες ὄντες βάρβαροι. rectè omnino: fidem narrationi suæ conciliare voluit, cum illa adiecit, ὡς δ' ἂν βαρβάρους Κᾶρας. nam mirum & ἄπιστον poterat videri, eò dementiæ quemquam deuenisse, vt crederet simulacrum loco Dei à se cultum, inuitum detineri vsquam posse: sed hoc in omnibus barbaris mirandum negat. Cares à Græcis habiti pro barbaris, cùm moribus institutisque, tum linguâ: cuius gratiâ vatum principi dicuntur βαρβαρόφωνοι. Superest iam ostendamus, antiquissimos Sami incolas Cares fuisse: non multum in eo laborabimus. Scribit enim Strabo lib. 14. ἐκαλεῖτο δ' ἡ Σάμος Παρθενίας πρότερον, οἰκούντων Καρῶν. deinde, τὴν δ' πόλιν ᾤκουν Κᾶρές τε κ. Λέλεγες. interpretes non solùm in horum verborum interpretatione errant: sed etiam paulo pòst, cùm ignari veteris historiæ Etruscos faciunt Cares: vt taceam alia absurda quibus sese impediunt. λύγου θωράκιον interpretamur, cauum salicis Amerinæ cariosæ

& semimortuæ. Videre est annosas arbores, quarum superest tantùm velut quædam crusta, excisis cæteris omnibus: hæc crusta eleganter θωράκιον, id est, lorica & tegmen appellatur eius rei quæ cavo continetur: ita autem omnes libri scripti editique. Dalecampio emendationis, quam excogitauit, gratiam facimus: falsam enim scimus esse. Pergamus: καὶ καλεῖσθαι τοιαύτην ἑορτήν, ὅτι συντόνως συνέβη περιειλῆφθαι τὸ βρέτας. Scribe cum aliis libris, καὶ καλεῖσθαι Τόνεα τὴν ἑορτήν. Τόνεα, vt Nemea, porrò, Τόνεα siue Τόναια, à voce τόνος, in memoriam vincti simulacri. Subiicitur, τοὺς Κᾶρας δὴ δαιμονίᾳ περισχεθέντας, ἐπὶ τὸ μαντεῖον τοῦ θεοῦ παραγενομένους εἰς Ὕβλαν. Caras Sami incolas, qui Iunonis delubrum vinculis alligauerant, incessit postea religio, & metus: Samios inquam, non Tyrrhenos. itaque metuentes sibi ab ira Iunonis, Apollinem consulũt, missis Hyblam ad oraculorum sedem, theoris. sic quidem librorum quantum est: nos Hyblæum Apollinem nusquam legimus, minùs fuisse vnquam oraculorum sedem in oppido Hybla. Abas forte an intellexit auctor: vbi olim sortes consulentibus edi solitæ? Pausanias in Phocicis. Ἀπόλλωνος δὲ ἱερὰς νενομίκασιν εἶναι καὶ Ἄβας ἐκ παλαιοῦ. καὶ χρηστήριον αὐτόθι ἦν Ἀπόλλωνος. Quod sequitur de imposita Prometheo pœna, vitio librorum obscurum est: & desunt opinor nonnulla. Legebatur ante nuperam editionem, Ἐχῖνος γὰρ περιμολυ διμικει ἐκδαπης quæ lectio frustrà viros doctos habuit exercitos: nam rectum est περιμάλυ. *prope adest cubile viticis indigenæ. Demetrius Antimottyras*, apud quẽ vidisse ait Athenæus Hephæstionis librum sibi priùs non visum, bibliopola aliquis videtur fuisse: quales erant Romæ temporibus illis quàm plurimi, qui libros vndique conquisitos à familia seruorum, quos in eam rem alebant, describendos curabant. Non ausim contra librorum consensum sollicitare hîc vulgatam lectionem, ὃ ἐστὶ νῦν ἐν τῇ Ῥώμῃ εὑρόμην, παρὰ τῷ Ἀντιμοττύρᾳ Δημητρίῳ. Addit, τοιοῦτος δέ τις καὶ ὁ Ἡφαιστίων συγγραφεὺς καὶ περὶ τὸ καλὸν ἡμῶν Ἀνδραντι ἐγένετο. Dele illa verba, ὁ Ἡφαιστίων συγγραφεύς, καὶ. sunt enim inutilia, vt quæ ex libri margine in contextum irrepserint. Quis autem iste *Andrantus*? Græcis quod equidem sciam, visitatum id nomen viri non fuit: neque inter Aristotelis interpretes, (talem hunc facit Athenæus) Andrantum reperies vsquam nominatum. Adrastum peripateticum, interpretem librorum Aristotelis, multi nominant. Atque hic Athenæo amicus, vel etiam forcasse præceptor esse potuit: vixit enim sub Antoninis, iuuene adhuc Athenæo, vt non sine caussa eius viri nomen hoc loco restituendum esse videatur: quod tamen non ponimus nos, sed tantùm proponimus. Antiphontem sophistam memorat Xenophon, Commentariorum libro primo, & Socratis cum eo colloquium: iste est de quo Athenæus hoc loco. Scribe. ὅθεν ἴδιον περιτιθέμενοι. Lacedæmonij, inquit, calamo coronantur ἐν τῇ τῶν Προμαχίων ἑορτῇ. Sunt codices in quibus scribitur, Προμυχίων: sed omnes meliores & Epitome Περμαχίων. Existimo cultam apud Lacedæmonios, (quorum dij omnes fuêre armati) Mineruam πρόμαχον: indéque dicta Promachia, sacrum illi deæ diem sic in aliis Peloponnesi locis Promachormam eandem cognominatam legimus, vt apud Corinthios teste Pausaniâ. De hoc solemni verba sunt Athen. ἐν ταύτῃ συμβαίνει τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς χώρας καλάμῳ στεφανοῦσθαι, ἢ στλεγγίδι, τοὺς δ' ἐκ τῆς ἀγωγῆς παῖδας ἀστεφανώτους ἀκολουθεῖν. appellat τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας, iuuenes Spartanos rusticos, aut ex aliis locis ditionis Spartanorum, non autem ex vrbe: at οἱ ἐκ τῆς ἀγωγῆς, iuuenes sunt Lacedæmonij vrbani, quorum maior quàm cæterorum cura; horum disciplina propriè ἀγωγὴ dicta. Plutarchus in Agesilao, ἤχθη τὴν λεγομένην ἀγωγὴν ἐν Λακεδαίμονι, σκληρὰν μὲν οὖσαν τῇ διαίτῃ καὶ πολύπονον, παιδεύουσαν δὲ τοὺς νέους ἄρχεσθαι. Vocem στλεγγίδι qui vexant interpretes, quàm inconsulti! στλεγγίς, idem ac στλεγγίς. Ea dictio præter notissimam strigilis significationem, etiam coronamenti genus quoddam designabat. laminas nimirum fabricabant, quibus pro coronis vtebantur, στλεγγίδας, propter aliquam veterum strigilium similitudinem noncupantes. Antiqui grammatici ἔλασμα χρυσοῦν interpretantur. Probo quod dicunt fuisse ἔλασμα, laminam: nam & balneatis strigil, lamina erat incurua cum manubrio, vt scimus ex antiquis marmoribus. Non probo quod addunt χρυσοῦν: quasi ex auro solùm fierent strigiles ad ornatum: nam ex vili materia fuisse quasdam factitatas, testis hic locus: item alius initio libri quarti, vbi ait περιέθηκε φιάλην ἕκαστος περὶ τὴν κεφαλὴν στλεγγίδι χρυσῇ. nam si erant omnes aureæ, cur addit τὸ χρυσῇ. Placet quod scribit Pollux, στλεγγίδα fuisse pellem deauratam, capiti solitam aptari. ἔστι δὲ, inquit, καὶ ἔτι, ἡ στλεγγὶς δέρμα κεχρυσωμένον, ὃ περὶ τὴν κεφαλὴν φορέσει. Erotianus quoque ταινίδιον interpretatur. Constat ex variis operis huius locis, editum ab Aristone Ceo fuisse librum hoc indice, Ἐρωτικὰ ὅμοια. Quare etsi non damno vulgi scripturam in illis, Ἀρίστων ὁ Κεῖος ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν, καὶ Ἀρίστων ὁ περιπατητικὸς Κεῖος δὲ τὸ γένος, ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν ὁμοίως φασί. suspicor tamẽ excidisse vocem vnã & scribendum, ἐν δ' Ἐρωτικῶν ὁμοίων, ὁμοίως φασὶ aut sine dictione ὁμοίως. Obseruat philologus, solitos veteres frontem sibi coronare: affertque in eam rem Anacreontis hoc testimonium, ἐπὶ δ' ὀφρύσι σελίνων στεφανίσκους θέμενοι, θάλειαν ἑορτὴν ἀγάγωμεν Διονύσῳ. extant hodiéque in Odario quodam eius poëtæ verba hæc, στεφάνους δ' ὅπως πυκάζω, τὰ μέτωπα μὴ πιέζειν. Venit etiam in manus mea oda quædam Anacreõtica poëtæ veteris nescio cuius: vbi moris huius fit mentio, ipsum carmen subiiciam: quia adhuc publici iuris, quod sciam, factum non est. Ecce illud tibi:

Ἀνακρέοντι ἰδών με
Ὁ Τήϊος μελῳδὸς,
Ὄναρ λέγων προσεῖπεν,

Κἀγὼ

Κ᾽ἀγὼ δραμὼν πρὸς αὐτὸν,
Περιπλάκην φιλήσας.
Γέρων μὲν ἦν, καλὸς δέ.
Καλός γε καὶ φίλοινος.
Τὸ χεῖλος ὦζεν οἴνου.
Τρέμοντα δ᾽ αὐτὸν ἤδη
Ἔρως ἐχειραγώγει.
Ὁ δ᾽ ἐξελὼν καρήνου
Ἐμοὶ στέφος δίδωσι.
Τὸ δ᾽ ὦζ᾽ Ἀνακρέοντος.
Ἐγὼ δ᾽ ὁ μωρὸς ἄρας
Ἐδησάμην μετώπῳ.
Καὶ δῆθεν ἄχρι καὶ νῦν
Ἔρωτος οὐ πέπαυμαι.

CAPVT V.

Mos veterũ: pectus coronare, & vnguẽtis illinere. ὑποθυμιάδες. cephalalgiæ paratißimum remediũ, caput vincire. ὁ βίος, humanum genus. vita eodem sensu. Suidæ locus animaduersus. παραιτεῖσθαι & παραιτεῖσθαι, pro fugere aliquid.

Pectus etiam coronasse sibi veteres vnguentisque illeuisse, deinceps Athenæus obseruat: caussam simul adiiciens, quòd in ea parte sedes sit cordis. ἐστεφανοῦντο δὲ, inquit, καὶ τὰ στήθη, καὶ ἐμύρουν ταῦτα, ἐπεὶ αὐτόθι ἡ καρδία. Clemens Alexandrinus aliam rationem affert, Pædagogi libro secundo, capite octauo, Οἱ ἰατροὶ ψυχρὸν εἶναι φυσιολογοῦντες τὸν ἐγκέφαλον, μύρῳ χρίεσθαι ἀξιοῦσι τὰ στήθη. Testis huius moris est Alcæus, iubens καταχέαι τὸ μύρον αὐτοῦ κατὰ τᾶς πολλὰ παθοίσας κεφαλᾶς, καὶ τῶ πολιῶ στήθεος. sed omnium primus dixerat Archilochus, ἐσμυρισμένας κόμας καὶ στῆθος ὡς ἂν καὶ γέρων ἠράσατο. Has coronas vocabant ὑποθυμιάδας vel ὑποθυμίδας, vt auctor est Athenæus: qui etiam nominis caussam aperit: meminit & Plutarchus in Symposiacis; item Hesych. Alcæi verba ita scribe, ἀλλ᾽ ἀνήτω μὲν περὶ ταῖς δέραις παρθέτω ὑποθυμιάδας τις. Doricum ἀνήτω pro ἀνήθου. laudant hæc Alcæi Pollux, & Theocriti scholiastes. Cur autem veteres anetho coronati cibum sumerent, caussam explicat Galenus libro sexto, de facultatibus simplicium med. ὑγρότερον καὶ ἧττον θερμόν ἐστι τὸ χλωρὸν ἔτι καὶ ἔγχυμον, ὥστε πεπτικώτερον μὲν καὶ ὑπνοποιὸν ἔσται μᾶλλον τοῦ ξηροῦ, διαφορητικὸν δ᾽ ἧττον. διὰ τοῦτό μοι δοκοῦσι καὶ οἱ παλαιοὶ ἐξ αὐτοῦ στεφάνοις χρῆσθαι κατὰ τὰ συμπόσια. Deprauata exhibent nobis omnes codices & proxima verba Sapphûs, καὶ πολλαῖς ὑποθυμιάδες πλεκταῖς ἄντια παλαιδέραι. Scribe, καὶ πολλαὶ θ᾽ ὑποθυμιάδες πλεκταὶ, κ᾽ ἄνθεα περιδέραια. postremorum duorum verborum emendatio est Guilielmi Canteri: sed & priora emendationis indigebant: bis autem idem dixit ἡ καλὴ Sappho: nam hypothymiades & flores de collo pendentes ταὐτόν. Scrib. ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ, non ἀντιποιά. Æschyleum verbũ est. Adeamus ad stabulum ipsum Augiæ: sic appellarim iure verba Sapphûs, quæ statim recitantur, hoc modo scripta, Συ δὲ στεφάνοις ὤδικα παρθέοις ἐρα-ταῖς φοβαισιν ὄρπακας ἀνήτω συνέῤῥαις ἀπαλλαγιέσῃ χερσίν. εὐάνθεα γὰρ πέλεται, καὶ χάρις τε μάκαιρα μᾶλλον προτέρην ἀστεφανώτοισι δ᾽ ἀπυστρέφονται. omnia inquinata, sani nihil. Sed benè consuluit nobis Athen. qui lepidissimæ poëtriæ mentem suis verbis nobis indicauit. Subiicit enim: ὡς εὐανθέστερον γὰρ καὶ κεχαρισμένον μᾶλλον τοῖς θεοῖς, παραγγέλλει στεφανοῦσθαι τοὺς θύοντας. Lege igitur, Συ δὲ στεφάνοις Δώρικα παρθέο᾽ ἐράταις φόβαισιν, ὄρπακας ἀνήτω συνέρραισ᾽ ἀπαλαῖσι χέρσιν εὐάνθεα γὰρ πέλεται, κεχαρισμένα τε μάκαρσι μᾶλλον τὰ γ᾽ ἱερεῖα. ἀστεφανώτους δ᾽ ἀποστρέφονται. Adiuti sumus à doctissimis viris, Scaligero & Cantero, in restitutione huius planè conclamati loci. Doricæ nomen loco vocis inutilis ὤδικα substituimus ex libro decimotertio. Scribi opportuit mox, οἱ μὲν αὐτῶν μανιωδῶς ἐκτετραμμένοι παρεπαιον. Sequitur in sermone quo explicatur coronarum inuentio: εὕρηνται ἐν βοηθημάτων τοῖς ἐν τῷ πότῳ τὴν κεφαλὴν ἀπιθλιβόντων. ἦν δὲ δεσμὸς ἐξ αὐτῶν προχειρότατος. Canterus ἐξ ἀνθῶν, nos probamus ἐξ αὐτῶν, nempè τῶν βοηθημάτων. ex omnibus cephalalgiæ remediis paratissimum erat vinculum capitis: nam & hoc inter remedia, vt subiicit auctor, & probat quotidiana experientia Cornelius Celsus, *Quidam capus dolẽs deuinctũt: alij ceruicalibus vestimentisque onerant.* ὁ βίος cùm dicũt Græci, sæpe non vitam, id est, actum animæ in corpus intelligunt: neque etiam victum & τὰ ἐπιτήδεια; quæ est altera vocis βίος nota vulgò significatio: sed ipsos viuentes, siue mortales: & genus hominum. Ita accipe in his Athenæi, ἐκ ταύτης μοι δοκεῖ Διονύσῳ ὁ βίος ἀνεῖναι τὸν στέφανον *propterea videtur mihi mortales coronã hederaceã Baccho sacrasse.* paulo pòst, προσείθισται ὁ βίος ἀεί τι τῇ χρειώδει τῶν εἰς ἀπόλαυσιν καὶ τρυφὴν ἀγόντων. libro duodecimo, ἐφόρει πάντα ὅσα νῦν ὁ τῶν γυναικῶν ἁβρύνεται βίος. hoc est, αἱ γυναῖκες. Dionysius Halicarnasseus in methodo nuptialium orationum, ἀπὸ τούτων τῶν θεῶν (Iouem intelligit & Iunonem) καὶ ὁ τῶν λοιπῶν θεῶν χορὸς παρῆλθεν εἰς τὸν βίον, τῶν ἐπιφημισθέντων τοῖς γάμοις. & statim, παρῆλθεν εἰς ἀνθρώπους. eodem sensu: sic idem alibi. Dioscorides libro sexto, ἐν τῷ βίῳ καθωμιλημέναι. *notum est vulgò.* Ælianus de Doctrina Epicuri, ἣν ὁ Γαργήττιος σοφιστὴς ἐν ταῖς ἐκ τιτανικῶν σπερμάτων φύντα, τῷ βίῳ προσετρίψατο. id est, *quæ mortalibus impegit Epicurus.* Lucianus Icaromenippo, de Epicureis item, ἦν ἅπαξ οὗτοι πείσωσι τὸν βίον ἀνηθοῦσιν, οὐ μετρίως πεινήσετε. *esurietis, ait, ô dij, plus satis, si semel hominibus sua dogmata isti approbauerint.* Extat vetus dictũ paganorum apud Chrysostomum, in commentario epistolæ Pauli Apostoli ad Philemonem: ἐπὶ ἀνατροπῇ τῶν πάντων ὁ χριστιανισμὸς εἰς τὸν βίον εἰσενήνεκται. Idem Clemens, οἱ δὲ πρὸς κακοῦ ἂν τὴν φιλοσοφίαν εἰσδεδυκέναι τὸν βίον νομίζουσι. Vetus scriptor apud Suidam, de Polyeucto quodam, θεοστυγής, βαρυεργής, Κωκυτοῦ καὶ Στυγὸς ἄξιον ἐκ ὀλεθρίων ἐν τῷ βίῳ ἐκλόχευμα. Epiphanius de Ario, μέγα κακὸν φοιτῆσαν τῷ βίῳ. *magnũ malum quod inter mortales versatũ est:* siue, *pestis quæ inter homines*

grassata

graſſata eſt. & mox, καὶ αὐτοὺς δεινὸν περιεργάσατο τῷ βίῳ, & ita ſæpe. Apollonius Grammaticus libro primo, καθὰ καὶ ἐν τῷ βίῳ φαμὲν id eſt *quemadmodum vulgo dicimus.* [Leo conſtitutione quadrageſima prima, πρὸς τὴν τῶν καθεχόντων τὸν βίον ἐνδείας τῆς ἀρετῆς.] Suidas de Antiphonte Rhamnuſio, nobili oratore, ὃν πολλοὶ μιμήσασθαι θέλοντες, παροιμίαν ἔλιπον τῷ βίῳ, ὥστε τοὺς καλοὺς ῥάμνους καλεῖν. Locus Suidæ eſt in Ῥάμνος: ſed corruptus, itáque reſtituendus, Ῥαμνούσιος ἀπὸ τῶν σοφῶν, ἐ ἐλλογίμων. Ῥαμνοῦς γὰρ δῆμος Ἀττικῆς, &c. & in fine Ῥαμνουσίους καλεῖν. Atque ex hoc loco diſcimus, vnde ortum ſit, quòd claros in literis viros Rhamnuſios παροιμιακῶς vocarunt: quod explicare magnus vir Eraſmus non potuit. Ait igitur, παροιμίαν ἔλιπον τῷ βίῳ. affine eſt apud Senecam, *inſtruenda vita eſt exẽplis illuſtribus.* περιάγειν δεῖ τῷ βίῳ ἐπίσημα παραδείγματα. neque aliter Plinij illud capiendum initio libri 25. *vitæ profuit.* Idem in præfatione, *adiectis rebus plurimis, quæ aut ignorauerãt priores, aut poſtea inuenerat vita.* Sic apud M. Tullium, *communis vita.* De diuinat. lib. 1. *neque ante philoſophiam patefactam, quæ nuper inuenta eſt, hac de re communis vita dubitauit.* & lib. 2. *Sed hoc quidẽ genus diuinationis vita iam communis exploſit.* & ſæpe alibi idem Plinius. Poſtea ſcribimus: ἐντεῦθεν δ' εἰς ἡδονὴν τραπέντες, τὸ μὲν εἰς συμφέρον τεῖνον, καὶ τῆς ἐκ μέθης παραβοηθεῖν ἐλαττώμασι, παρεφρόνησαν. τοῦ δὲ πρὸς ὄψιν, ἢ πρὸς ὀσμὴν ἐπιτερποῦς ἐφρόντισαν. id eſt, *poſtea cum ad voluptatem animos cõuertiſſent homines, vtilitatẽ quæ ex coronis percipiebatur, atque auxiliũ quod illæ adferebãt ebrietatis incõmodis, neglexerũt: trãſlatã curã ad eam ſuauitudinem, quam oculis vel naribus corona pariunt.* Ita hunc locum Canterus cõſtituit: rectè, ſi quid iudico, & acutè: niſi quòd pro εἰς συμφέρον, debere legi cenſebat ille, εἰς πότον. cuius ſententiæ rationem video nullam: quare adiectâ voce neceſſariâ quæ excidit, emendauimus, τὸ μὲν εἰς συμφέρον τεῖνον. Non dubitamus hanc eſſe Athenæi ſententiam: de verbis non idem affirmauerim. Epitome ſic, τὸ μὲν τῆς ἐκ μέθης παραβοηθεῖν ἐλαττώμασιν ἀφῆκαν. In eodem libro παραιτητέον ſcriptum pro περιστατέον, vbi dicitur, ἅπαντας τοὺς καροὺς δυναμένους ἢ βαρύνειν ἀμαυροῦν κεφαλήν, περιστατέον. id eſt, *fugiendum & reiiciendum eſt.* quia vſitatius verbum eſt παραιτεῖσθαι quàm περιίστασθαι, propterea ille grammaticus obſcurius verbum more ſuo, mutauit notiore: ſed & περιίστασθαι interdum ſignificat *fugere aliquid,* ac *declinando vitare.* Ita accipe in his Iamblichi De vita Pythagoræ, cap. 31. Τὸν Διονύσιον τὸν τύραννόν φασιν, ὡς πάντα ποιῶν, οὐδενὸς αὐτῶν ἐπιτύγχανε τῆς φιλίας, φυλαττομένων καὶ περιισταμένων τὸ μοναρχικὸν αὐτοῦ καὶ παράνομον. *cauentibus illis ac refugiẽtibus ingenium Dionyſij tyrannicum & iniquũ.* nihil hic aliud ſignificat περιίστασθαι quàm φυλάττεσθαι. Beatus Paulus duobus locis accipit pro παραιτεῖσθαι: quod pulchrè Syrus expreſſit, ſeruatâ vocis Græcæ analogia. verbo אשתאל ſed hæc alibi accuratiùs expendenda, propitio numine.

CAPVT VI.

Ναυκρατίτης στέφανος. Expẽſa Athenæi obſeruatio. Θεσσαλὸς ποικιλόμυθος. γλῶττα calceorũ. στέφανοι ὑπογλωττίδες. ἰσθμιος στέφανος. Antinoëa corona. ἐν Μυσῶν. Ἰουλίων Ellotia. Gymnopædiæ Spartanorũ. ἐπιθυμίδες & ὑποθυμίδες. alia nõnulla.

ΠΕΡΙ δὲ τοῦ Ναυκρατίτου στεφάνου τίς ἐστι τὴν ἄνθην. Scio ἄνθην Græcam eſſe dictionem, legique etiam apud Theophraſtum: non poſſum tamen mihi perſuadere vllo modo conuenire id verbum iſti loco. ἄνθη enim ſiue ἄνθησις, ipſa eſt florum eruptio: quod alieniſſimum eſt à loci huius ſententia. Lego τίς ἐστι τὴν ἀρχήν. *qualis omnino ſit.* ita enim loquuntur Græci.
τῷ καὶ μὴ τῶν ῥόδων ὑπὸ τοῦ Ἀνακρέοντος φορεῖσθαι. Malè iſta vulgò capiuntur. Auctor hoc vult: probari ſibi, coronam Naucratitem non aliam eſſe quàm myrteam, hoc etiam argumento: quia Anacreon eam geſtari dicat cum roſis, ſiue corona è roſis. Reſpicit deſcripta ſuperiùs Anacreontis verba. Στεφάνους δ' ἀνὴρ τρεῖς ἕκαστος εἶχεν, τοὺς μὲν ῥοδίνους, τὸν δὲ Ναυκρατίτην. Roſa & myrtus bellè inter ſe conueniunt & ſolent populari. In hoc vis eſt omnis huius argumenti. non præſtabo integritatem horum verborum: ſententiam non aliam eſſe, hoc verò præſtabo. Ridiculos pronuntiat philologus eos qui dicerent, Naucratitem coronam eſſe eam quæ conſtaret è byblo coronaria: perſtringit, vt ſæpe, grammaticorum vulgus, quibus ita viſum. Heſychius, Ναυκρατίτης στέφανος, ἀπὸ τῆς Αἰγυπτιακῆς Ναυκράτεως, ὁ βύβλινος, ἢ ὁ ἐκ φιλύρας, ἢ ὁ σαμψύχινος. Poſtrema interpretatio ſola Polluci placuit libro 6. cap. 19. Erit qui malit, στεφανωτὶς δὲ quam στεφανωτρίς. ſic tamen etiam in Excerptis. Audiamus philologum: δεῖξαι σοι ἰσχὺς ἐπὶ διαλελυμένως τις εἴρηκε ῥόδων στέφανον, καὶ ἴων στέφανον. τὸ γὰρ παρὰ Κρατίνῳ κατὰ παιδιὰν εἴρηται, ναρκισσίνους ὀλίσβους. Negat dixiſſe veteres ῥόδων στέφανον, aut ἴων στέφανον: ſed ἴα, ῥόδα, aut στέφανον ſimpliciter: vel certè στέφανον ῥόδινον. Videtur hæc Athenæi mens eſſe. Quamobrem Cratini verba iſta ſcribenda iudicamus, ναρκισσίνους στεφανίσκους, non vt editum eſt, neque vt placitum Dalecampio, ναρκισσίνους τροχίσκους. Sed ingenuè fateor, de hac dipnoſophiſthæ obſeruatiuncula, nondum mihi liquere. Nam ſi negare voluit, ſic locutos veteres vt dicerent, *roſæ coronam* aut *violæ*: ſed *roſaceam* aut *violaceam*, in promptu exempla ſunt quæ falſi ipſam arguant, nam apud poëtas στεφάνους κισσοῦ, vel σελίνου, aut λευκοίων paſſim legere eſt. etiam apud Platonem in Sympoſio leges ῥόδων στέφανον καὶ ἴων. Falſum igitur hoc τηρησείδιον. An ergo fidem codicum vocabimus in dubium, quaſi auctor contrarium voluerit? veteres nempe ῥόδων στεφάνους dixiſſe, non autem ῥοδίνους, aut ῥοδόεντας: neque ναρκισσίνους, [ſed ναρκίσσου,] iſtud verò falſiſſimum. Theocritus.

—ἀνήθινον, ἢ ῥοδόεντα, Η καὶ λευκοίων στέφανον περὶ κρατὶ

κερτὶ φυλάσσειν. Excipiat fortaſſe aliquis, loqui Athenæum de vocibus ῥόδον & ἴον tantum, negatéque duorum iſtorum nominum τὸ κτηνικὰ fuiſſe veteribus vſurpata: equidem facilè conceſſerim de poſteriore: non enim temerè inuenias, qui ἴϊνον στέφανον dixerit: at ῥόδινον leges apud antiquiſſimos. Anacreon, στεφάνους μὲν κροτάφοισι ῥοδίνους συναρμόσαντες. Idem. Ῥοδίνοισι στεφανίσκοις πεπυκασμένος χορεύσω. Semus Delius paulò mox ait, τὸ παρὰ μὲν ἡμῖν στέφανος, παρὰ δὴ ποσὶ στέμμα προσαγορευόμενον. Canterus emendat, τὸ παρὰ μ. ἡ. στέφ. & ſtatim κεκληται ἢ στέφος ἀπὸ τοῦ στέφειν. melior quidem hæc lectio quàm vulgaris, quæ ineptiſſima eſt: ſed ſiue ita corrigamus, ſiue vt placebat nobis, κεκλιται (aut κεκληται) ἢ στέφανος ἀπὸ τοῦ στέφανοῦ: nunquam efficiemus, quin grammaticum acumen eius qui hæc ſcripſit liceat mirari: quanquam hoc minùs mirabitur, qui in antiquorum ſapientum ſcriptis ſeriò fuerit verſatus. Ait, σὺ ἢ οἵ με ἔφη Θετταλὲ ποικιλόμυθε, &c. hæc verba ſunt Vlpiani: nam Theſſalus ποικιλόμυθος eſt Myrtilus: alibi nominantur Theſſali ποικιλόδιφροι. propter ſingulare artificium ſellarum Theſſalicarum, de quibus libro primo. eò alluſum hac voce. Platonis comici locus quē recitat, valet ad loquacitatis & γλωσσαλγίας exprobationem. Platonis ſunt verba:

Καίτοι φορεῖτε γλῶσσαν ἐν ὑποδήμασι,
Στεφάνους δ' ὑπογλωττίδας, ὅτε πίνετέ πη,
Καὶ καλλιερῆτε γλώτταις ἀγαθῶν πέμπετε.

ita eſtis lingulacæ, inquit, *vt etiam in calceis linguam geſteris.* obſtrigilla calceamentorum appellat γλώττας *linguam*, ſiue *ligulam*. Secundo verſu ait, *coronas etiā cum linguis geſtatis in cōpotationibus veſtris.* ὑπὸ ſæpe ſignificat σὺν, vt & hoc loco: ita autem περιφράζει coronas hypoglottidas, de quibus loquitur: ſic dictas à nexus genere: fortaſſe quòd propendentem aliquam ligulam haberent, aut etiam plures. Sic explicamus quod hîc ſcriptum inuenimus in omnibus codicibus. Iure tamen ex ipſis Athenæi verbis ſuſpicemur, ſcripſiſſe comicum στεφάνοις δ' ὑπογλωττίσι. quæ lectio quâ ratione ſic concinnari queat, vt commodam ſententiam aliquam habeat, viderint acutiores. In tertio ſcribe, Κἂν καλλιερῆτε. Euripides cùm diceret, Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος διςσῶν λόγων Ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός, hoc vult: facilè eſſe diſerto & facundo viro de quacunque re orationem inſtituere, aut aiendo aut negando. κατάφασιν & ἀπόφασιν vocat διςσοὺς λόγους. Totus locus de corona quæ ἰσθμιον dicebatur, valde corruptus eſt: quare etiam Epit. auctor nihil inde excerpſit. ἰσθμός etiam collum ſignificat, venuſtâ tranſlatione ab eo qui propriè iſthmus dicitur geographis: niſi tamen antiquior eſt vocis illius acceptio pro corporis noſtri parte, notione eâ quam habet apud geographos. inde eſt ἰσθμιον, colli ornamentum, ſiue corona ſit, ſiue torques, cætera de hac voce Heſychius. & Euſtathius. Obſeruandum eſt, deſiderari hodie in noſtris libris Callixeni veteris ſcriptoris verba, quæ deſcripta fuerant ſuper mentionē *Iſthmia* coronæ: quare labes codicum indicanda fuerat poſt illa verba, γράφει οὕτως. Quæ enim ſequuntur de corona *Antinoëa* & *lotina*, omnino Athenæi ea ſunt, non Callixeni: quem virum ego non dubito Adriano fuiſſe antiquiorem: cuius tempore nomen Antinoëæ coronæ primùm eſt cognitum. Sanè in re tam recente quid opus fuerit dipnoſophiſtæ auctorum teſtimoniis non video. De Antinoo Adriani deliciis, quem ille amiſſum in Ægypto conſecrauit, & coli pro Deo inſtituit. nota res ex Spartiano & ſanctis patribus, Iuſtino, Tertulliano, Hieronymo, aliis. Sequitur, ἥ περ ἂν ὅπου τῇ τῆς εὐνοίας εὑρεσιλογίᾳ καινότητι, τὴν ἐν Μουσῶν αὐλῇ σπονδὴν ἐχαρίσατο. niſi eſt mendum librariorum, figurate dixit εὐνοίας δ, εὐρεσι. κ. νεοτητι, pro, ἐν. δὲ ρ. αὐτῶ πα οιτ. vt *paterâ libamus & auro*. Sed legā potiùs, εὑρεσιλογίᾳ κ. καινότητι. hoc eſt, εὑρεσιλογίᾳ καινῇ. ἐν Μουσῶν nouè dictum, vt ἐν Αἴδου. pro, in æde Muſarum: hoc eſt, in Muſeo, quod fuit Alexandriæ: ſed puto verius ἐν Μουσείῳ. Huic autem ſubtilis hominis cōmento ſuper corona Antinoëa ſimillimum eſt illud, vt puto, eiuſdem Pancratis, quo perſuaſit Hadriano, de Antinoi anima nouum in cælis ſidus factum eſſe, quod tum primùm eſſet viſum. auctor Dio apud Xiphilinum. Locum vide, & cum iſto confer. Cratinus, inquit auctor, lotum appelauit στεφάνωμα, διὰ τὸ παῖδα τὸ ϕυλλάδη ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων στεφανώματα λέγεσθαι. Heſychius addit, καὶ παιδὴ, in voce στεφανώματων: qui locus hinc eſt illuſtrandus. ΠΥΛΕΩΝ vocabulum in cenſu coronarum ponitur, quaſi is eſſet rectus caſus. Heſychius ſic. πυλέων στέφανον, ceu eſſet obliquus: ſed ſcripſerat opinor, Heſychius, στέφανος. vide infrà capite octauo. In priore Piletæ verſuum, Ἐπὶ ἀμφίκομα λώδιον ἀγχόθι πατρός. malim, ἀμφὶ κόμαις niſi eſt proprium nomen. Ἑλλωτὶς corona ἑλλώτης eſt Heſychio. ἑλλώτης, ait, Εὐρώπης στέφανος πλεκόμενος (deeſt opinor ἐκ μυρρίνης) πηχῶν εἴκοσι, de Ellotiorum autem feſto ſcribit idē, Ἑλλώτια ἑορτὴ Εὐρώπης ἐν Κρήτῃ. à Cretenſibus igitur acceperunt Lacædemonij, vt reliquorum ſuorum inſtitutorum magnā partem. *Thyreaticas* coronas etiam Heſych. Lacedæmoniis aſſignat, *Gymnopædia* numero multitudinis, feſti nomen apud Spartanos: et ſi autem longè differunt παιδιὰ & παιδεία, in hac tamen voce promiſcuè ſcripturam vtramque reperias, γυμνοπαιδίαι & γυμνοπαιδεία. Ait, χορεὶ δ', ὁ μὲν τὸ μὲν πρόσω παίδων, τὸ δ' ἐξ ἀρίστων ἀνδρῶν γυμνῶν ὀρχουμένων καὶ ᾀδόντων Θαλήτα καὶ Ἀλκμᾶνος ᾄσματα. Canterus corrigebat, τὸ δ' ἐξ ἀριστερῶν, ἀνδ. ſed cùm duorum tantùm chororum fiat mentio, & vocetur eorum alter ὁ πρόσω: non malè iudicio meo ſcribas, τὸ δ' ἐξ ἀρίστων ἀνδρ. Poëta cuius hîc fit mentio, non *Thales* dictus eſt, ſed *Thaletas* patria Cretenſis: multa de eo Plutarchus in libro de muſica. Deindè ſcribendum, μηλιλώτινοι ἢ στέφανοι μι. cum Dalecampio. De his coronis affertur Alexidis teſtimoniū, στεφάνους τε πολλοὺς ἁρμαμένους μελιλωτίνους θαλυσμοῖς.

ἐπιθυμίς. nihil erat caussæ cur mendam in his verbis suspectaremus, nisi sequeretur absurdum magnum: nam subiicitur incontinenti: Σέλευκος φησι τὰ πάντα στεφανώματα. quod aliter nequeas exponere: quàm vt dicamus omnia coronamenta fuisse appellata μελιλωτίνους στεφάνους. hoc verò quis credat? ego falsissimum esse non opinor, sed scio, & meo periculo credi postulo: quod postquam semel animaduertissemus, non difficile nobis fuit veram lectionem diuinare, quæ est huiusmodi, σ. τε π. κρ. μελιλωτίνους ΕΠΙΘΥΜΙΔΕΣ. Σέλευκος φησιν, &c. prima verba sunt Alexidis: deinde solito more proponit vocem explicandam; quomodo fecit in historia piscium, poculorum, & nunc quoque in coronarum recensione. Ait igitur, ἐπιθυμίδας fuisse dictas omnes coronas in vniuersum: ὑποθυμίδας verò eas quæ collo applicantur. verè Athenæus, verè etiã nos. Hesychius, ἐπιθυμίδες τὰ παντοδαπὰ στεφανώματα. Ita liberamus scriptorem hunc antiquissimâ mendâ, quæ etiam Breuiatorem in erroris casses induit. Notemus locutionem quâ vsus auctor: Τιμαχίδας δέ φησι τὰ παντοδαπὰ στεφανώματα, ἃ τὰς γυναῖκας φορεῖν, οὕτως καλεῖσθαι. post verbum φορεῖν, deest nomen ἔθος: siue ab ipso Athenæo prætermissum, siue ab exscriptore. Quæ de *hypoglottide* corona sequuntur, sine caussa eo loci posita sunt: cùm paulo antè eadem ex iisdem scriptoribus descripsisset.

CAPVT VII.

Κυλιστὸς siue ἐκκύλιστος στέφανος. Pollucis locus emendatus. Cato *siue* Batto *comicus. Sophoclis* Σύνδειπνοι. γίνεται δηλιφίς. αἰγίων χρυσότατον. χρίζειν. πρᾶγμα δυσχέρεστον, *apud Libanium.* ἐπιθυμίδες στέφανοι. συντίθεσθαι, σύνθημα, συνθηματιαῖοι στέφανοι.

DEinceps scribit philologus, Ἑτέρους δὲ καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς ΚΥΛΙΣΤΟΝ τινα καλούμενον στέφανον, καὶ μνημονεύοντα αὐτοῦ Ἄρχιππον ἐν Ἴρωσι. Docuimus ad librum secundum, capite decimo, κυλιστὸν στέφανον, siue ἐκκύλιστον, eam coronam fuisse appellatam, quasi *rotatilem* dicas: quæ solidiorem & firmiorem compagem haberet. Talem oportet esse, vt rotari queat: alioquin orbis non durabit, neque puncto insistere poterit, sed fatiscente mole ac corruente vitiabitur. Non aliunde esse nominatum κυλιστὸν στέφανον, Eubuli locus declarat,

——περιφορεῖς κυκλούμενος. ὥσπερ κυλιστὸς

στέφανος neque aliud voluerunt qui exposuerunt ἀδρὸν, firmè ac solide compactum. In Hesychij Glossis mecum mirentur viri docti hæc, ἐκκύλιστοι στέφανοι, μεγάλοι, ἀδροί. nam & antecedentia & consequentia suadent, κυ non κυ ipsum scripsisse: apud Pollucem sic scriptum est στέφανοι δὲ εἴδη ἐκκύλιστος, ὥσπερ Ἄρχιππος εἴρηται ἐν Ἴρωσι, ἀπέρχεται στέφανον ἔχων ἐκ τῶν κυλίστων. librarij culpa manifesta: emendabis igitur ex Athenæi hoc loco. Archippi verba ita concipe, minùs rectè vulgo scripta in libris Athenaicis:

Α' θῷ ἀποδὺς θοἰμάτιον ἀπέρχεται
Στέφανον ἔχων τῶν ἐκκυλίστων οἴκαδε.

Sequitur, Μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀντιφάνης ἐν Ἑαυτοῦ ἐρῶντι: eundem locum innuens Pollux: καὶ κυλιστὸν δὲ inquit, εἴρηκεν Ἀντιφάνης. *Catonem* Græcũ comicum produnt nobis editiones, quæ scribunt paulo pòst, καθάπερ οἱ παρὰ Κάτωνι τῷ κωμῳδιοποιῷ ἐν Συνεξαπατῶντι φιλόσοφοι. sed non temerè eruditissimus Canterus emendabat παρὰ Πλάτωνι. nam libro tertio & septimo Platonis *Synexapatontes* laudati sunt: neque dubium erit, locum hunc cum superioribus conferenti, de eadem fabula & hîc & ibi auctorem loqui. Nihilominus tamen de veritate eius emendationis dubitamus: quia scimus Battonem comicum scripsisse eodem titulo fabulam: cuius rei testis est Suidas, qui ex Athenæo ferè habet nomina fabularum, quas in comicorum vitis commemorat. Quare existimamus, eius poëtæ nomen & hîc restituendum esse, & libris tertio ac sexto, vbi editum Πλάτων. Battonis poëtæ, & aliis locis meminit dipnosophista: & Stobæus etiam sermone sexto. Subiicitur, περὶ ὧν καὶ Σοφοκλῆς Συνδείπνοις φησὶν ἐστι σοι παρὰ ἀληθείας. Fabula Sophoclea hîc laudata, ea est quam alibi vocant, Ἀχαιῶν σύνδειπνον. itaque συνδείπνῳ potiùs legẽdum videatur, nisi obstent similes loci, vbi laudatur Sophocles συνδείπνοις, cùm hoc libro, tùm alibi. In primo versu inde allato, Οὔτοι γίνεται αἰδὲ χρὴ δηλιφίς, scribendum δηλιφές, *perunctum*. ita dictum vt ἀλιφής, *inunctus*. In istis ἀγαπᾶται πάλιν ἥτις γένοιτο, menda manifesta Canterus emendabat. ἀθ. κολυμβητὴς γένοιτο. Mirâ traiectione vsus auctor, cùm scriberet, λέγε ἡμῖν περὶ τοῦ περικειμένου, ἵνα μὴ κατὰ τὸν θεῖον Πλάτωνα ὑπολάβωμεν σε ἀποθανόντα μεταμορφωθῆναι, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς. nã rectum erat κατὰ τ. θ. Π. ἐν τῷ περὶ ψ. Scribendum etiam ὑπολάβωμεν. In Eubuli testimonio super *strutbio* corona, pro ὦ μάκρη τις, placitum Cantero ὦ μακαρίτης. non caret vitio vocabulum ὦ τρεχάρειος. fortè ὦ τρέχα, ἄρειός ἐστ. sed parum mihi satisfacio. Deinceps scribitur. καταλέγει δ' Εὔβουλος & ἄλλους στεφάνους. Αἰγίδιον, σὺ δὲ τινὰ φορήσεις στέφανον πολυποίκιλον, αἰγίων χρυσότατον, χαρίεστατον. ὦ Ζεῦ, τίς γὰρ αὐτὸν ἔχουσα φιλήσει. ex præcedentium lectione patet, petitum hoc Eubuli testimonium esse ex ipsius *Stephanopolide*: vt non obscurus sit eorum error, qui pro Αἰγίδιον scribunt Αὔγη, quia meminerant citari alibi comici illius *Augen*. sed non rectè ex eo colligas, ita scribendum esse etiam hîc. *Ægium* siue *Ægidium*, scorti nomen est, vt scimus ex lib. decimo tertio Pro χρυσότατον, quod nihil significat, lego, χρισότατον, *florum rapacissimum*: id est ἐπαγωγότατον, *illecebrosissimum*. Vel hoc verbum firmauerit satis vocem, Αἰγίδιον, aduersus quorundam emẽdationem: nam hæc verba sunt mulieris coronariæ merces suas venditantis, & meretricem plurimas capturas iubentis sperare, si hoc flore se ornet; hunc enim maximam habere vim illiciendis

ciendis amatoribus. Ita intepretamur vocem γελπότατον. ac fortasse veriùs scribatur γελπιστατον. γελπίζειν idem significat cum ἀγλίζειν, *capere*, inde δυσγελπιστος in recentiorum Græcorum scriptis, *auarus, sordidus, à quo nihil capias commodi*. Libanius in Epistola ad magnum Basilium, πᾶς ἐπίσκοπος πρᾶγμα δυσγέλπιστον. non memini legere id verbum apud auctorem Libanio antiquiorẽ: imò, vt arbitror, ante id seculum incognitum id vocabulum fuit, ea certe notione. Itaque Basilio legenti epistolam Libanij, facessit illa vox negotium, vt ipse fatetur, ita scribens, εἰ τὸ κερδαίνειν τοῦτο γελπίζειν λέγεται, καὶ ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν ἡ λέξις, ἣν ἐκ τῆς Πλάτωνος ἀδύτων ἡ σοφιστικὴ σου ἡμῖν προεχείρισατο, σκόπησον ὦ θαυμάσιε, τίς μᾶλλόν ἐστι δυσγέλπιστος. at sequens ætas probauit & retinuit. Nicetas Choniates de Iohãne Puzeno, κιμβὶξ δὲ ἦν εἰς ἄκρον, καὶ γρῖφων, καὶ δυσγέλπιστος. in est, tenax, & à quo nihil extorquerent egeni, vt postea dixit: locus est libro primo. [γριπότατον per υ, esset à verbo γρυποῦν, quod significat aduncum reddere: vnde est in libris medicorum, ὀνύχων γρύπωσις. Aurelianus vertit *vnguium vncatio*. Sed omnino per ι scribendum. In libris Græcorum de machina scriptus legas γριπίζειν pro complecti & continere, sicut circulus dolij ligna continet. Mauricius eo verbo vtitur libro 8. Tacticorum: δεῖ μὴ μόνον ἁπλᾶς ταῖς σκελίσας, κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον στιάζειν, ἀλλὰ καὶ διπλασίας, ἵνα τῆς μιᾶς ὡς εἰκὸς γριπιζομένης, τὴν μετ' αὐτὴν οὖσαν εὐδιαλαθῇ.] Vltima Eubuli non inuitus scribam cum Dalecampio, πᾶσαν τὴν αὐτὸν ἔχουσαν φιλητεί; Non placet quod legitur mox in altero Eubuli loco, ἡ τὸ διλωθησμένον. Lego διλωθισμένον. & στεφάνους διλωθισμένους ita arbitror dici, vt vestimenta διλωθισμένα, *variis coloribus picturata*. ergo & coronæ διλωθισμέναι sunt, quæ ex variis diuersorum colorum floribus nectuntur: his opponuntur myrteæ, serpyllinæ, & quæcunque vnius generis flore constant. De *helictis* siue tortilibus coronis recitantur verba Chæremonis tragici, Κισσῷ τε ναρκίσσῳ τε τριέλικας κύκλῳ Στεφάνων ἑλικτῶν: quorum imperfecta sententia est, & obscura. Canterus maluit τριέλικτοις. omnes antiqui, etiam Epitome, stant ab edita lectione. Hellanici verba sunt in Ægyptiacis, Πόλις ἐπιποταμίη Τινδιον ὄνομα. non opus hîc emendatione: ea est vrbs cuius meminit Stephanus Περὶ πόλεων: neque obest quòd ille Libyæ vrbem vocat: causam vel initiati solum geographiæ studiis norunt. Perperam editum, αὐτὴ θεῶν ὁμήγυρις Legendum ἐν αὐτῇ. perperam item καὶ ῥοιὰς ἄνθος, pro ἄνθος. Non etiam ista concoquo, ἀνθεῖ δὲ οὐχ ὅταν ὡραῖ ᾖ, καὶ ἐστὶ τὸ χρῶμα τοῦ ἄνθους καὶ ἀφεψηθείς. deest, puto, aliquid. Adi ad Theophrastum. Memnonis cædem, & super eo luctum multorum, canit Q. Smyrnæus libro secundo. Συνθήκας Græcis est *pacisci*. Homerus, σὺ δὲ σύνθεο καί μοι ὄμοσσον. iidem κυρίως appellarunt συνθήματα, pacta cum ergolabis & mancipibus de opere faciendo. Iureconsulti vocant hoc genus pacti, do vt facias: inde opus συνθηματιαῖον dicitur, quod Gallis, *besongne faite de commande*. ita dixit συνθηματιαίους στεφάνους Aristophanes. quos interpretatur Athenæus; ἠργολαβημένους καὶ ἐκδεσίμους.

CAPVT. VIII.

Corona *nomen Græcum*. κορώνη, & κορωνίδες. χορωνὸς. τέττιγες, *mali poëtæ*. ἀμάρακος *herba*. ambrosia *pro lilio*. amaracus & sampsucus, *idem*. πόθος: vnde ἡ ὁμήρεια νεκρόφαλη. *Reticula purpurea luxuriæ argumentum. Apollodorus* Περὶ θηρίων, & Περὶ Πάρθων. chamæpitys, pinus. ἀνακαλλὶς. *flores iridis*. λύκνοι *dicti*. *Hesychij locus*. κάλχη. εὔμορφος *pro* ἔνοσμος. ἱμάσια *pro* ἱμάτια. *Multa emendata*.

ROMANORVM vocabulum *corona*, Græcum esse origine, pridem moniti sumus ab eruditissimis viris: nemo cui cor ritè saliat, in dubium hoc vocauerit. At deriuatio vocis anceps: nam equidem à Græco κορώνη, *coronam* deducam: antiquissimis glossographis κορώνη exponitur εἶδος στεφάνου. inde sunt dictæ in brachij ἀνατομῇ *corona* siue *corona*, apophyses cauæ duæ, literam σ referentes Galenus de partibus, libro secundo, ἐμβαίνουσι δ' εἰς ἀλλήλας τῶν ἐν αὐταῖς κοιλοτήτων, μία μεγάλη γίνεται κοιλότης ἐξ ἀμφοῖν, ἐοικυῖα τῷ σίγμα γράμματι. ἀτὰρ καὶ ὀνομάζουσι ταῖς ἀποφύσεις αὐτὰς κοινῇ ἀμφοτέρας κορώνας καὶ κορωνά, διότι περιφερεῖς εἰσί. & κορωνίδες apud Stesichorum sunt *corolla*. sic enim ille in *Helena* carmine, πολλὰ μὲν Κυδώνια μᾶλα ποτερρίπτουν ποτὶ δίφρον ἄνακτι, πολλὰ δὲ μύρσινα φύλλα, καὶ ῥοδίνους στεφάνους, ἴων τε κορωνίδας οὔλας. hoc nobis videtur: aliis aliud. Scribit enim hoc loco Athenæus. ΧΟΡΩΝΟΣ, Ἀπίων ἐν τῷ Περὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς διαλέκτου φησὶ, τὸν στέφανον πάλαι χορωνὸν καλούμενον, ἀπὸ τοῦ τὰς χορευτὰς ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῷ χρῆσθαι, αὐτούς τε περικειμένους καὶ ἐπὶ τὸν στέφανον ἀγωνιζομένους. Scribendum, αὐτ. π. κεφαλῇ τὸν στέφανον ἀγ. Laudatur in hanc rem Simonides: Sed eius testimonium pessimè acceptum, animaduersionis nostræ indiget. καθὼς ἐν τοῖς Σιμωνίδου ἐπιγράμμασιν ἰδεῖν ἐστιν οὕτω καλουμένου. φοῖβος ἐσαγεῖται Τυνδαρίδησιν ἀοιδὰν ἀμετροι τέττιγες ἐπιστέψαντο χορωνῷ. Meminisse nos oportet, sumptam esse hanc χρῆσιν de Simonidis epigrammatis. Hoc posito, nihil cunctabimur ita locum & digerere, & & corrigere:

> φοῖβος ἐσαγεῖται τοῖς Τυνδαρίδησιν ἀοιδάν,
> Τὰν ἀμετροι τέττιγες ἐπεστέψαντο χορωνῷ.

id est, *Phœbus docuit Tyndaridas canendi artem; quam cicadæ modorum nescia coronarunt coronâ*. hoc vult: Castores musicam didicisse, ipso Apolline magistro: multásque reportasse coronas ex certaminibus cum imperitis cantoribus

τέθηγες sunt mali poëtæ, aut cantores: mediam autem in hac voce producunt poëtæ. ἐπεσίψαντ pro ἐπίμψαντ, suadente metro, & sententiâ θερῶντες restituimus: prior versus pentameter est: sed quod in fine positum vides vocabulum, id sine dubio ad proximè præcedentem pertinuit. Athenæus verò more suo, non versui, sed sententiæ consulens, vocem necessariam alterius loco posuit, in qua momenti nihil erat: nam ita erat apud poëtam:

—ἀοιδὴν

φοῖβ☉ ἐσαγῦται Τυνδαρίδησι καλὴν

Τὰν ἀμ. &c.

Hesiodus, καλὴν ἐδίδαξεν ἀοιδὴν. [Porrò Athenæi sententiam, deducentis vocabulū, Romanum *corona* à Græco χορωνὶς, firmat & M. Tullius, qui in Oratore ad Brutum, nomen *corona* inter illa ponit, quæ si analogia spectetur, desiderant aspirationem: licèt vsus populi Romani eam non admitteret, certè non desideraret.] In sermone de ΑCINNIA corona, scribe cum doctis, εἰ ἐκ τ̃ ἀκίνε τῦ φυτῦ. non ἀκιδ☉. Hesychius, ἀκιν☉ πόα τις. ergo & ἀκιν☉ vno ν. Florum coronariorū catalogum ex Theophrasto hîc subiectum ab Athenæo, ex ipsius libris emendare, non est arduus labor, præsertim post Dalecampium. Ipsum igitur Theophrastum studiosi consulant. Scribe, ἐὰν τις τῦ ἑλιχρύσε τὰ ἄνθη στεφανῶται. & confer cum Theophrasti libro nono, capite 21. Proxima Alcmanis verba sunt deprauata non vno modo: καὶ τὶν εὔχομαι φέροισαν τόνδ' ἑλιχρύσε πυλεῶν ἀκηράτων κυπέρω. Lego, καὶ τὶν εὔχομαι φέροισα τόνδ' ἑλιχρύσω πυλέωνα κἠκηράτω κυπαίρω. Dorici casus sunt, vt suprà, ἀνήτω στέφαν☉ & τὶν pro τὶ, Iunonem alloquitur sacram ei coronam dicans, quæ Spartano vocabulo dicitur à poëta πυλέων. atque hanc esse factam ex helichryso & illibato cypero. Scribe cum eruditissimo Cantero, καὶ τέρεινα δάφνα. *Lilium*, inquit, *Corinthij vocant ἀμβροσίαν*. & Hesychius, ἀμβροσία, Κορίνθιοι τ̃ κρίνον. At *amaracum*, ait auctor, ex Diocle σάμψυχόν τινες καλῦσι. Succurrunt verba Seruij non aliena huic loco. *Amaracus puer regius vnguentarius fuit qui casu lapsus dū ferret vnguenta, maiorem ex confusione odorem creauit. Vnde optima vnguēta amaracina dicuntur. Hic postea in herbā sampsucum dicitur versus, quam nunc amaracū dixit.* Sed coronam amaricinam à sampsuchina diuersam facit etiam Artemidorus lib. 1. cap. 79. Postquam dixisset ex Clearcho, Lacedæmonios τ̃ παλαιότατον τ̃ πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντας ἐκτεγχλιδῶσαι: addit, rectè de illis dictum esse ab Antiphane in *Citharista*.

Οὐκ ἔφυσαν οἱ Λάκωνες ὡς ἀπόρθητοι πότε

Νῦν δ' ὀμηρείας ἔχοντες πορφυρᾶς κεκρυφάλυς.

[Erit fortasse qui hanc lectionem probet, quam tamen olim suspectam habuimus. Si nihil mutes, sensus erit imperfectus huiusmodi. Nonne aliquando Lacedæmonij sufflabant, id est, superbiebant tanquam inexpugnabiles, qui tamen nunc purpureis sese ornant reticulis. Nobis aliquando visum est ita scribendum.

Οὐκ ἔφυσαν οἱ Λάκωνες ὡς ἀπορθητοι. πόθεν;

Οἱ νῦν γ' ὀμηρείας ἔχοντες πορφυρᾶς.

Κεκρυφάλυς.

Non sunt, inquit, naturâ inexpugnabiles Lacedæmonij non: qui quidem luxui iam se, vt cæteri mortales dedant. Itaque cùm pristina instituta deserant, vinci facilè posse sunt existimandi. ἔφυσαν legimus, non ἔφυσαν: quod modulum versus corrumpit: neque πότε, sed πόθεν. quod Atticis scriptoribus cum interrogatione enuntiatum, negationis vim habet. Dionysius Halicarnasséus lib. 4. ἀρά γε τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν ὡς οἱ πρὸ αὐτῦ γενόμενοι βασιλεῖς; πόθεν; πολλῦ γε καὶ δεῖ. Arrianus Dissertationum Epicteti lib. 2. cap. 21. ἐ γ̃ ὡς ἀποθνήσκομεν, ἢ ἐπανορθώσοντες, ἢ ἀλλ' ἀντ' αὐτῶν λη-ψόμενοι ἔρχεσθε. πόθεν; ἐδ' ἴχνος. Latini sunt imitati. Plinius Epistolarum lib. 4. *Quæ nos refugimus, non quia superiores: vnde enim? sed quia timidiores sumus.* Quid appellet ὀμηρείας κεκρυφάλυς, non satis scio: & subesse mendam suspicor: mens tamen ea est quam diximus: nam in argumentum luxuriæ proferuntur reticula purpurea: qualia erant corpore merentium fœminarum: vt in epigrammate,

Ἥδε φιλοσπαίκτοιο κόμας σφιγκτῆρα φίλαινις

Βακχὸν ἀλὸς πολιῆς ἄνθεσι κεκρυφαλον.

[Si vocem κεκρυφάλυς liceat exponere de subligaribus, vel fasciis cruralibus, pro ὀμηρείας legam μηραίας, id enim est crurales. Olim apud Romanos fascias crurales gestare elegantiores, aut coloris insignioris, specimen habuit morum. Notum quam suspicionem de Pompeio commouerint fasciæ albæ. Si tale quid fuit in moribus antiquis Lacedæmoniorum, nulla fuerit hic difficultas.] Quod sequitur, Ἀπολλόδωρ☉ ἐν τῷ Περὶ θηρίων φησὶ χαμαιπίτυν, οἱ δ' Ἀθήνησιν ἰωνίαν, dubitationem aliquam habet: nam paulo pòst in eodem argumento laudatur hic scriptor, ἐν δὲ Παρθικοῖς. quare videndum num sit alterutro loco menda: quod literarum similitudo aliqua suadet. Vise & confer locum vtrumque. *Chamepitys* etiam *pinus* Latinis dicitur. Virgilius quarto Georgicor.

Ipse thymum pinósque ferens de montibus altis.

Ἀκακαλλὶς pro narcisso, Creticum vocabulum fuit, vt obseruat Hesychius: qui tamen eo verbo non narcissum, sed narcissi florem significari scribit. Lege statim ex Theophrasto, vbi de serpyllo, τὴν ἄγριον κομίζοντες ἐκ τ̃ ὀρῶν. non vt hîc editum, ἐκ τ̃ ἀγρῶν. Flores iridis, λύχνες esse dictos ex Philino obseruatur. Hesychij scripturā emendabis, λύχ☉ τ̃ τῦ ἴρεως ἄνθ☉. imò verò τ̃ ἴελ☉. nisi scripserat ἴρεως. Rectè scribitur in omnibus codicibus, ὅμοια ταῖς καλυκώμασι κάλχαις. neque audiendi qui mutant. Hesychius, κάλχη, βοτάνιον ἀνθοφόρον. Aiunt dipnosophistæ, Τιμαχίδας δ' ἐν Δείπνοις, τὸ ῥόδον φησὶ τὰς Ἀρκάδας καλεῖν εὔομφαλον, αἴτι τῦ εὔοσμον. Vulgò Græcis ὀμφὴ, est vox, dictio: at dialecto Dorum ὀμφὰ est ὀσμὴ,

ὀσμὴ, *odor.* inde ὄμφαλος & ἀόμφαλος, *suaueolens* Hesych. Scribe cum Cantero, ἐν ῥυτοῖς μύρων ἠναμμέναι. De auctore Κυπρίων ἐπῶν lib. 8. c. 3. vbi tractauimus proximè sequentem locum. In primo versu ἱμάτα pro εἵματα, vel ἱμάτια tuentur omnia exemplaria: quorum auctoritas insuper habenda non est, cùm ad adstipuletur & Hesychius, ex quo patet dictum fuisse vtrumque. Scrib ἡδύ, νικταρεῶ, ἐν τ' ἀμβροσίαις καλύκεσσι &, καλλιρρόου, οἵ' Ἀφροδίτη. & θεαὶ λιπαροκρήδεμνοι. notum verbum ex Homero.

CAPVT IX.

Percurruntur Nicandri versus è secundo Georgicorum, quibus flores coronarij à poëta explicantur.

OBSCVRISSIMA est Nicandri ῥῆσις tota è libro secundo Georgicorum, quæ septuaginta ipsis versibus florum coronariorum historiam complectitur. Iam olim cùm adhuc librariis antiquis constaret fides, poëtam hunc φιλαρχαῖον & πολυμαθῆ, vt eum iure appellat noster libro tertio, posse rectè interpretari, magnum videbatur & arduum. Quid nunc? cùm ad priores difficultates perfidia exscriptorum accessit, quæ omnes doctissimi vatis reliquias mirè deprauatas, fœdéque inquinatas ad nos transmisit. Humani ingenij modum excedat longè oportet, qui se speret coniecturis & diuinationibus suis pulcherrimum quidem, sed deformatissimum fragmentum istud posse rediuiuum præstare. Omnino dux hic & auctor opus est, fidelis nempe codex aliquis: cuiusmodi an vllus extet vsquam hodie, nescio. Dalecampium hic, vt sæpe alibi, mirari quàm imitari sapientes maline: & profectò vir eruditissimus tam longè ab eo afuit, vt desperantia vlcera sanaret, vt quædam leuiter affecta, & de facili ἀκεστά, pessimè acceperit: quinetiam multis locis cùm Græca verba Nicandri respicies, quid ille sit secutus in versione sua, non facilè diuinaueris. Acuti & maturi iudicij lectores feliciùs in hac palæstra se exercebunt. Nos ista raptim, & solũ ἀφοσιώσεως ἕνεκα animaduertebamus. Octo primis versibus de violis agit poëta. Græci eum florem ἴον appellant. Nicander ἰάδα licentiâ poeticâ: & appellationis huius originem ex antiqua fabula affert istam. Ionidas siue Iadas nymphas Ioni primò coronam ex isto flore dedisse, cum ipsis dormiturc post occisum aprum, qui agrum Pisanum quà fluit Alphéus, infestabat viuus. Scribo sic primos duos versus.

Ἀλλὰ τὰ μὲν σπείροιό τε καὶ ὥρεια φυλλάδος
Ἄνθη ἰασιάδος ὅσσα γε μὲν ἰάσι διοσά.

poëtica violarum periphrasis est, ἄνθη ἰασινθέ, id est, ἴα. allusio est ad nomen eius floris obscurior: nam alioquin ἄνθη ἰασινθέ, omnes flores dicantur ex Ionide afferri soliti: sicut οἶνος Λεσβόθεν, & apud Varronem, *vinum Lesbo.* ita autem rectè & verè, nullâ ferè mutatione, editam scripturam, quæ peruersissima est, Iosephus Scaliger correxit. In 3. scribit Canterus, ὠχρὸν τε, χρυσῷ τε φυλλὸν εἰς ὦπα ἰοισι. propiùs ad vestigia deprauatæ lectionis accesseris, si scribas, εἰς ὦπα ἰδέσθαι. Obseruemus, separari hoc versu ὠχρὸν & χρυσοειδῆ colorem: nisi deest aliquid post istum versum. Nam mirum sanè est, cùm sine violæ quædam luteæ, (χρυσίας istas vocant Græci) quædam albæ: Nicādrum in luteas & auro similes eas distinguere. nihil enim aut parum discriminis est inter ὠχρότητα & auri colorem: taceo quod purpurearum violarum nullam facit mentionem: cuius omissionis caussam afferemus aliquam ad versum 59. In 4. σιὰν quid sit nescio. Forte, σοὶ ἄγ' ἰωνιάδες. In 5. ποθήσασα quàm ποθήσεσθε mauult Scaliger: at pro ἐνὶ κλήροισι Dalec. ἐνὶ κήποισι, sine caussa. Sextum ita emendamus, Ἥνυσε γὰρ χλούνην γε μετεσσύμενος σκυλάκεσσι. *aprum,* inquit *confecerat, persecutus eum canibus.* potes etiam sic, & fortasse veriùs, Σὺν ἄγριον χλούνην ἦ μι. vt semper apud Homerum. Nonus & decimus rosarij instituendi rationem aperiunt: eos ita concipimus cum Scaligero & Cantero:

Αὐτὰρ ἀκανθοβόλοιο ῥόδα καταείμενα βλαστῶς,
τάφροις τ' ἐμπήξαιο, ὅσον διπάλαισμα τελέσσαι.

Fossam vult cauari, in qua roseæ virgę defigātur: nam pueriliter labuntur, qui τάφροις vertũt, *serra tumulis.* posteriore hemistichio dicere videtur, vacuum locum ad viam secundum fossam vbi rosas plantaueris, palmorũ duûm esse relinquendum. Proximis tribus indicabatur à poëta locus, vbi rosæ omnium præstantissimæ, & quidem sexagenis foliis insignes: circa Philippos & Pangæum montem fuisse etiam centifolias, auctor est Theophrastus: an de eo tractu senserit Nicander, viderint eruditi. Nos de 11. versu nihil habemus dicere: corruptissimus namque est: etiamsi pro σίδονες scribamus cum Cantero, Πίλωνες. 12. ita habet, Δεύτεραι μὲν κλήροισιν ἀνίσχουσι ἡμαθίοισιν. Canterus emendabat, Λεῖπον ἐν κλ. non multo meliùs. Audax forte videbitur, at non tamen inepta coniectura, cuius nobis nunc primùm venit in mentem. Πηλίω ἐν κλήροισιν ἀνιστρέφεται Ἠμαθίοισι vel, ἀναστρέφεται Ἠμ. Thessalicas rosas etiam alij commendant. λήκωμεν traiectione literarum corruptum vocabulum est, pro Πηλίω ἐν aliter medicinam facere huic loco nequimus. Quod si hic rem acu tetigimus: θεσπιὸς scribam in superiore versu, non θεμιδος. Scribe & distingue cum doctis, Δεύτεραι Νισαῖαι Μεγαρηΐδος. οὐδὲ φασηλὶς Οὐδ' αὐτὴ λευκόφρυς ἀγασσαμένοισ ὀπιπευέμεναι Ληθ. Secūdæ existimationis rosæ sunt, quas fert Megaris Nisæa: sed neque Phaselis, neque Leucophrys eo nomine fuerit contemptu dignæ, verùm admiratione potius. In 16. Ληθαίου Μάγνητος ὕδατα, periphrasis est fluuij ad Leucophryn se exonerantis. Hæc geographia alibi nobis expendenda: nam in 12. Strabonis aliquanto aliter. 17. Κισσοῦ δ' ἄλλοτε κλωνὶ

ἰυῤῥίζα κατίπισι. Lego, κλῶνας, & σκαπίπισι. Dalecamp recte *scrobibus*. Hesych. σκάπετ☉, τάφρ☉. Ridiculum est quod sequens versus videtur dicere: interdum coronam ipsam hederaceam cū suis racemis esse plantandam: sed ne dubita aliter Nicandrum scripsisse. 19. ita concinnant docti, Δάφνιον, δεγονοδίων ἠδὲ κλαδίσση κομήτων. 20. Scaliger & Canterus, βλάςα δρέπε δ' ἐν τῖσι, καὶ εἰς μίαν ὥρειο πόρκλω, 22. Canterus, δὴ ζυγίοισι τύμβοι. Scribe deinde caussa metri, συνεείζων, & ἰσηρεφέις. recto casu. Nec vigesimus quintus mēdā caret: Σπερματήλων κάλυκες κεφαλήγονοι αὐτελίσι. postrema non assequor: priorem partem ita scribam, Σπερματικλὼ καλύκες κεφαλὼ: appellat Nicander σπερματικλὼ κεφαλὼ, quam Phanias peripateticus in historia plantarum, σπερματικλὼ κορυώνειν, qua de re dictum est in superioribus libris. 26. Α'γρίης κεζάλεισι. scribo, Α'γρυφεοις. 29. Ηρεσι τῷ χροιῇ. Dalecampius Ηρεσι. 31. ita Canterus concipiebat, ἴερις δ' ἐν ῥίζῃσιν ἀγάλλεται. ἢ ὑάκινθος Αἰαςῇ προσίοικεν. & in extremo versu τίλλει non πίλλει. Deinde lege cum Scaligero, αὐτ' αἰὰ χέλτῳ φυλλάδα μηλείων ἐνχδίσει. 35. Εἰδὼν τ' ἡμύσαν. Lego, Εἰδόντ' ἡμύουσαν. & in fine præcedentis versus malim δὲ πήγνοι δὴ, non enim placet Dalecampiana distinctio. 36. Σιὼ καὶ ἁς τρία χροιῇ λυχνίς. Scribam, σιὼ καὶ πορφυρία λυχνίς. *cum his censeatur & purpurea lychnis*. Dioscorides tamen sic, Λυχνὶς σεφανωματική. ἄνθ☉ ἐςὶ ὅμοιον λδυκοίῳ, ἐμπύρφυρον δέ. non tribuit purpureum lychnidi colorem, sed purpureo adfinem. Trigesimo octauo, Scribe, οὐδὲ βοανθημα καὶ ἄγ' ἰσηίτανον κάρα ὑψοῖ. Quam rhizotomi buphthalmum indigetant, poëta boanthemon dixit, poëticâ voce: & florem hunc anthemidi subiunxit, cui multum est similis, vt etiam Dioscorides indicat. Sic & Dalecampius accipit. Si quem moueat, quod in 63. buphthalmi poëta meminī, scribere potest, ἠδέ γε ἀνθέμια. Scribit deinde Scaliger, φλὸξ ἢ ἠὰ αὐγῆσιν αἰπερχομδύης αἰνῦσα. notum floris nomen ex scriptis veterum. Tres sequuntur de serpyllo versus: quos palām vitium profitentes ita refingimus. Ε'ρπυλλον δ' ἰφύδρειον ἐνὶ βώλοισι φυτεύοις. ὄφρα κλάδεις μακροῖσιν ἰφερπύζων διάηται, Καὶ κε καζακρεμάσαιτο ἰφιμείρων ποζὶ νυμφίων. 45. Scaliger emendat, φύλλα σὺν ᾗ τῷ παῖτα. αἰοιγομδύοισι δ' ἰφίζει Ε'ρπιζ. & statim, ἄλλοτε ῥιπῆς Ηἴζαν σαρκοτύπησι. item, ἦτε πίπει βρ. & in sequente ἐνιχρίμψαντο. Quæcunque autem de papaueris cultura docentur hîc à Nicandro, non temerè alibi legas: quo etiam nomine δυσιοῆιοτερα sunt nobis. Scribe in 51. cum Scaligero, βαθεῖ ἐν πάχει, non ζάχει. Lego etiam, νέας κλάδας, non vt editum est νεας. neque hoc nihil refert. In 55. παιδὸς ἐρώτες dialysi poëticâ, pro παιδέρωτες. quod plantæ est nomen, Dioscoridi ἀκανθα dictæ. Versu proximo, λδυκλὼ, *populum* Dalecampius interpretatur. Conuenientius videtur, vt de ea accipiamus, quam ἄκανθαν λευκλὼ Græci, *spinam albam* Latini nominant: ἄνθη πορφυρᾶ ei tribuit Dioscorides. Septimus supra quinquagesimum versus claudit, principio mutilus: sic enim editur, ... κύπειρος τε, σισύμβριον, ἐσσά τε χ' ἴα. explemus nos & scribimus, Κύπειρ☉, κυπειρός τε, σισ. Sequitur, Α'σσα νομδύοισι ποτις αὐτηείψατ λειμῶν. Legendum, ναομδύοισι, vel ναιομδύοισι. nam & νάειν & ναίειν pro ῥέειν vsurparunt, & fortasse τόποις non πότις, id est, locis irriguis. & per quæ aqua fluit. *Iouis florem*, ex Theoprasto, Plinio, Hesychio, & botanicorum libris omnes norunt. Dalecampio non assentior, qui dictionem ἐυώδεις censuit esse damnandam: contrarium enim posuit, *inodorus*. Versu 59. male scriptum χάλκας, pro Κάλχας nam κάλχλω appellarunt Græci paruulam quandam herbam, cuius florem in serta & coronamenta legebant: auctores, Athenæus paulo antè, Hesychius, alij. Vulgatam lectionem χάλκας, tueri possumus per Ionicam tenuium & aspiratarum transpositionem. Finem versus scribo cum Scaligero, ἰωνιάδας τε χαμηλάς. violas vocat ἰωνιάδας, vt suprà ἰάδας, & ἄνθη ἰασινθι. loquitur autem poëta non in vniuersum de omnibus violis, sed de iis solùm quibus est color ὀρφνότερ☉, *magis fuscus*: nam addit, Ο'ρφνοτέρας ἃς τεῦξε μετ' ἄνθεσι Περσεφόνα. *quas violas fecit Proserpina inter flores esse obscurioris coloris*. Purpureas violas intelligit, quarum facit distinctam speciem ab illis, de quibus dixit initio: nec malè conuenit purpurearum colori vox ὀρφνοτέρας. nam errat Dalecampius, qui ὀρφνοτέρα emendauit, vt ad Proserpinam posset referri: sanè perperam. Quid? nonne Dioscorides in purpureæ violæ descriptione, voce μελαντέροι vsus est? [Theocritus, Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστί. & Virgilius, *Et nigra violæ sunt*] sed hæc διευκρινήσομδυ alibi accuratiùs, si otia Deus fecerit. ὑψηλὴ πανόσμιον quid appellet Nicander, non diuino. Ex argumento huius eclogæ, & ipso nomine, conijcere licet florem aliquem coronarium eâ appellatione fuisse veteribus cognitum, notabilis, inter alios generis eiusdem altitudinis: cui ab odoris præstantia, aut pro temporis varietate, inditum nomen πανόσμι☉. sic Pausanias in Messenicis, medicatæ cuidam aquæ tribuit ἐυωδίαν πᾶσαν, ἢ χρόαν, ἢ ὀσμλω. Absurdum est πανόσμι☉ interpretari Panis arbor: absurdum de pinu accipere: absurdissimum omnium existimare, posse pinum inter σεφανωματικὰ ἄνθη nomen suum profiteri. In extremo versu τύμβοι potest ferri: τύμβοις tamen malim. Porrò sequentibus ad finem vsque hexametris sepulchrales quidam flores recensentur: quos ad mortuorum honorem solita vetustas adhibere. Caussa fortasse fuit, quòd in sepulchretis flores huiusmodi suâ sponte nasci viderent: cæterùm ampla hîc quoque mendarum seges. In 62. scribebat Canterus, φάσγανα παρθενικὰς νεόχυ πεσὶν ἀμφιχέονται. neque nos aliquid videmus, quod potiùs amplectamur: etsi durum verbum νεοχυ, pro, *recēs tumulata*: aut, cui recēs χοαὶ factę, id est, νεόφθιτ☉ κόρη. vt alij poëtæ loquuntur.

In 65. ἰφελκόμεναι valet allicientes, & gratiam hominum sibi conciliantes: varia lectio quæ annotatur, ex deprauata glossa est orta. Scrib. ἀποκαυβαλεῖ. Non intelligo illa Πολλάκι φίλκια καλά. & non dubito esse mendosa. λείρια rectum mox, non λήρια. Postremi versus ita scribuntur:

Καὶ γεραὸν πώγωνα, καὶ εὐτραπίας κυκλαμίνους.
Σαυρὴν τ' ἣ χθόνιον πέφαται στέφος Ἡγεσίλεω.

poëticâ dialysi γεραὸν πώγωνα appellat, herbam dictam rhizotomis γεροντοπώγωνα: quæ vel tragopogoni similis est, vel etiam fortasse eadem. Sed gerontopogonis nomen in veterum medicorum aut philosophorum libris, legere non meminimus. Quare aliquando scribebamus: Καὶ γεραιοῦ πώγωνα. Deinde scribe, εὐτραπίας, vel εὐτρεπίας κυκλαμίνους. & sequente versu Ἀγεσίλαε. herbam quandam sepulchralem vocat *terrenam coronam Agesilai*. id est, Orci ima terrarum habentis poetæ Orcum nominant *Agesilaum*: quòd cum disertè nos docuerit Athenæus lib. tertio: prorsus excusatione carent interpretes, qui nugis nugacissimas hic de Lacedæmonio Agesilao effutierunt. Nec meliore iudicio vtuntur iidem, cùm principio huius versus, pro σαυρὴν τε, fecerunt Λακεδαίμον. quid enim vetat omnia γίνεσθαι ἔναλλα, vt ille ait, si temerariis huiusmodi coniecturis locus damus? *Sauram* tamen in plantarum censu ne nos quidem vsquam reperimus. emendemus igitur si placet: sed probabiliore & commodiore aliquâ viâ. Existimamus autem, reiecto initiali sibilo in finem vocis præcedentis, vnde manifestò excidit, veram lectionem esse hanc: Αἴρην θ', ἣ χθονίου πέφαται στέφος Ἀγεσίλαου. quàm probabilis coniectura, αἴρην pro αὔρην vel σαύρην: neque aliena vero, vt arbitror, sententia: Videntur enim veteres è lolio mortuis serta & coronas texere soliti. Non semel apud Virgilium legas, *Infelix lolium*: quod ad morem hunc referri potest: paulò aliter in veteris legis carmine, *arbor infelix*.

CAPVT X.

Θρυόεν. λίμαξ & λειμὰς pro λειμών. μεθύσης. θητικωτατος, ἢ μαζαγρέτας. ἀδοῦ τραπέζας. Coronæ vnguento delibutæ. Xenophôtis locus illustratus. μύρων ἀπὸ τοῦ μυρίσαι τὸ λεγόμενον ἐλλείπειν. pictura è numero liberalium disciplinarum sublata quibusdam. multa quà illustrata, quà emendata insigniter.

Καὶ θρυόεν τι ἀναχάφει καλύκων ἄνθος. Hesychius, θρυόον, φυτὸν τι ποιόν.

Ἀδιάντους ἱερὸν, περικαλλὲς, ὅ ῥα μάλιστα φιλεῖ. Prima dictio est corrupta. Dalecampius scribi λιγὰρ. non assentior; nam proprium fœminæ nomen puto hic latere. Fortasse, Ἀδωνίας. Deinde scribe ob metrū, ὅσσ' ῥα μ imò totum versum ita concipe, Ἀδωνιάδος ἱερὸν περικαλλὲς, ὅ ῥα μάλιστα φιλεῖ. Sed de Ariadnæ corona lege Photij Excerpta è libro quinto Ptolemæi Hephæstionis F. vbi explicatur hic versus, Καὶ Προκλέης ἵπποις χλωρὰν ψαλάκαισθαι ἰδοῦσι. qui versus non est Crinagoræ, sed Eubuli comici. ὦ μαλαχας μὲν ἐξόρων. Delecampius ἐξορῶν. quod sanè melius videtur, etsi dubitatione non caret: omnino autem; ὑάκινθον δ', ὑάκινθον. deinde, ἔγχει, κἀνθεῖα περὶ τὸ π. duce Cantero. μαλακῶν τ' ἴων λιμακα κ. τερψύλλους. Scribendum λείμακα. poëtis λειμαξ & λειμὰς, idem significant ac λειμών. οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ λαλοῦσι περὶ σ. Pone συμμίσγειν πλείας post μύρῳ. & scribe cum Cantero, λαλεῖ δ' π. tum autem aliquanto post, ἀειβρυσίσκου φθῇ, τὸν τ' ἀειφρέκω μελλόντω κ. ex ipso Athenæo. Meliùs etiam mox, εὐάγητι κλάδον. & statim, καὶ δὴ ἑτέροις, non δὲ ἐν. Scio esse qui in illis, οὕτω δ' ἦρχε τὸν μεθύσην λόγος, corrigant μέθυσον: immemores nempè sic quoque Græcorum nonnullos eam vocem extulisse. Οὐσία καὶ θῦς ἐργάτης ἐργάζεται. Legendum videtur, Περὶ ὅμενα; σωδεὶς τις ἢ θητικώτατος ἢ μαζαγρέτας. hoc est, conuiua huic adest vel remigum aliquis, vel egenus è raptis mazis solitus victitare: non dubito rectè legi θητικώτατος. nautæ, remiges & naucularij omnes inter vilissimos semper habiti. At *mazagreta* appellatio duplicem habet vilitatis significationem: nam & mazam edere, non panem, paupertatis specimen est: cogi verò mazā ἀγείρειν siue ἀγρεῖν furto aut mendicatione, (nam vtroq; modo exponi potest) miserrimum est. Scio Eustath. Odyss. ξ. explicare μαζαγρέτης, voce ἀνολβος. sed ea interpretatio quàm bene conueniat huic dictioni, viderint alij: huic certè loco aptari non potest. Ferri etiam nequit in proximo versu Αἰδοῦ τραπέζας: quod vertére docti, *pudeat mensarie*. certum est debere scribi, ἀδοῦ τραπ. *Orci conuiua*. sic vocat hominem μαζαγρέτην, famelicum, & viuam mortis imaginem. Fauet emendationi titulus fabulæ, Κῆρες, *Parcæ*. ἔσταγκεν δόξας τ' χερσῶν δύο. versus integer ita habuit, στεφάνους ἔσταγκ. Etsi autem non damno scribi in hoc versu χερσῶν, & in sequenti χερσὶ ac χερσῶν: dubitari tamen haud opinor, absit dè queat, num vbique potiùs per ι sit scribendum. Parat enim auctor transitum facere ad sermonem de vnguentis: quorum varius, & multiplex vsus per eam quam diximus lectionem pulchrè indicatur. στέφανοι χρισοί, sunt coronæ delibutæ vnguento: nam & coronas interdum ἐδροσίζον τῷ μύρῳ, id est, vnguentis irrorabant, vt loquitur Athenæus: & coronarum vnguentis madidarum Plinius quoque meminit libro 21. capite 3. δαΐς χριστή, fax erit ex odorato ligno inspicata: aut etiam vnguento illita: quam etiam ob caussam χρισὶν πῦρ, non ineleganter, etsi ποιητικώτερον appellauerit. Quòd autem etiam è facibus & nocturno lumino odoris suauitatem captarint iam olim habrodiæti, cò Homero notum & Virgilio, οὐ στεγνάσης μου παρ. Sequere interpretem, & sublatâ interrogatione,

iunge cum ſequentibus. ἵνα καὶ ἐλευ-θερίας ἐπιμελῆται. Apud Xenophōtem ἐλευθερίας vtrumque rectum: nam vtroque modo Græci loquuntur: & tertio quoque, ἐλευθερίας ἕνεκα, vt λόγων ἄλλως τε ἂν καὶ νυμφίω ᾖ. Vitiatus erat, ἄλλως τε ἐὰν ν. ſed etiam apud Ariſtidem rhetorem, ἄλλως τε τί ἐν. Νικηράτῳ τε τούτῳ καὶ Κριτοβούλῳ. ſcpete νύμφη, ſponſa aut recens nupta. Conuiuio Xenophonti deſcripto, interſunt Niceratus & Critobulus iuuenes, & id adhuc ætatis agentes, vt faciant abſurdè interpretes, qui filias nobiles ipſis tribuant. Lege autem adiectâ interrogationis notâ, μύρου μὲν τί καὶ προσδέονται; vt monuit dudum Henricus Stephanus. Nam ſenſus is planè, quem ait Ariſtides rhetor. περὶ ἀνδρὸς μύρου οὐ προσδέονται. Probat Socrates virum non decere vnguenta: nam propter virum, ſiue vt ſit aliquis acceptior viro vir, vnguento non indiget: vxoris verò cauſſa vngere ſe maritus non debet: mulieres enim quæ ſunt ipſæ pro vnguento ſuis maritis, quid amplius vnguento alio opus habent? de elegantia quæ ineſt huic loco, Ariſtidem ſi lubet conſule, περὶ ἀσελγῶς λόγου. Ineptiſſimam lectionem, ταύταις γὰρ τοῦτο ὄζων, muta in αὐταὶ γὰρ τούτου ὄζουσι. Scribe etiam, ἐλαίου δὲ τοῦ ἐν γυμνασίοις ὀσμὴ καὶ παροῦσα ἡδίων ἢ μύρου γυναιξί, καὶ ἀποῦσα ποθεινοτέρα. Originem vocis μύρον paulo poſt aperiemus: nam Chryſippus quem ait noſter deriuaſſe eam dictionem ἀπὸ τοῦ μὴ πολλοῦ μέρους καὶ πόνου μαλθακοῦ γίγνεσθαι, tam malus grammaticus, quàm bonus Stoicus fuit: imò verò ludibrium planè debuit Chryſippus, ſi tam fatuus fuit, vt μύρον à μερὸς deductum putaret: quod lectio hæc ſignificat. Fortaſſe non aliud voluit, quàm quod placet vulgo grammaticorum, μύρον eſſe ἀπὸ τοῦ μύρεσθαι propter difficultatem conficiendi vnguentorum: tum foret hîc ſcribendum, τὴν ὀν. φ. λ. διὰ μύρου ἀπὸ τοῦ μυρεσθαι διὰ τὸ μὴ πολλὰ μέρη, &c Lego cum interrogatione, ὑμεῖς δ᾽ οἴεσθε τὴν ἁβρότητα χωρὶς ἀρετῆς ἔχειν τι τρυφερόν; vos autem putatiſne vllas ſine virtute delicias eſſe delicatas? Sappho inquit auctor, ἠδέσθη τὸ καλὸν τ᾽ ἀβροτᾶς ἀφελεῖν. Scribendum, ἠδέσθη erubuit honeſtum ſeparare à voluptate. Amœniſſimæ poetriæ verba lege emendatione Canteri ſic, ἐγὼ δὲ φίλημι ἁβροσύναν καί μοι τὸ λαμπρὸν ἔρος ἀελίω, καὶ τὸ καλὸν λέλογχε. confirmat hanc emendationem, Athenæi pene ad verbum interpretatio Sequuntur mendarum portenta, aduerſus quæ excitandæ vires ingenij, ſi quæ ſunt in nobis. Παρράσιος δ᾽ ὁ ζωγράφος, inquit Athenæus, ex Clearcho καίπερ παρὰ μέλος ὑπὲρ τὴν αὑτοῦ τέχνην τρυφήσας, καὶ τὸ λεγόμενον ἐλευθέριον ἐκ ῥαβδίων ἐκπίνων ποτηρίων ἑλκύσας. λόγῳ γοῦν ἀντελάβετο τῆς ἀρετῆς, ἐπιγραψάμενος τοῖς ἐν Λίνδῳ πᾶσιν αὐτοῦ ἔργοις Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ, ἀρετήν τε σέβων, τάδ᾽ ἔγραψε Παρράσιος. Reprehendit Parrhaſium Clearchus, tanquam παρὰ μέλος λαμπρυντὴν, vt diceret Ariſtoteles, quod pictor cùm eſſet & manibus opus faceret, tractans penicillum, ceſtrum, & viriculum, laudem ex eo ſtudio ſibi vindicaret, debitam ingenuis & liberalibus artibus Niſi fallor nidicij hoc auctor voluit: obliquè picturam ex albo liberalium artium eradens, contra multorum veterum ſententiam. Porrò vt hæc eliciatur ſententia, ſcribendum, καὶ τὸ λεγόμενον ἐλεύθερον ἐκ ῥαβδίων τινῶν, ἐκ τε καυστήρων ἑλκύσας: qui laudem *liberalis inſtituti, vt vocāt, ex viriculis quibuſdā & cauteriis traxit.* penicilli, ῥάβδοι. ſiue ῥαβδία, (vnde appellatus Parrhaſius ῥαβδοδίαιτος) ceſtra, viricula, ſiue vericula & cauteria, pictoris ſunt ſupellex. καυστήρων igitur ſcribo, non ποτηρίων, & refero ad genera pingendi encauſto, de quibus Plinius libro trigeſimo quinto, capite vndecimo. Tertullianus aduerſus Hermogenem hæreticum ex pictore. *Præterea pingit licite, nubit aſſiduè: legem Dei in libidinem defendit, in artem contemnit: bis falſarius & cauterio & ſtylo.* Conferendus autem hic locus de Parrhaſij iactantia, cum iis quæ de eodem ſcribuntur libro 12. Interpres non id dicit quod Clearchus, ſed verba Plinij ſine cauſſa nobis hic pro Clearcheis obtrudit, peſſimè verò idem iſta cepit: ὡ τοῦ ψόφος, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ὑπεραλγήσας ῥυπαίνοι τὸ τῆς ἀρετῆς ἁβρόν καὶ καλὸν, ἅτε φορτικῶς μεταχαλεσάμενος τὴν εἰς τρυφὴν δόξαν ὑπὸ τῆς χειρὸς χορηγίαν, τοῦτο γὰρ ψε τὸ Ῥαβδοδίαιτος αἰτίᾳ id eſt, *cui inſcriptioni aliquis elegāti vir ingenio. vt mihi quidē videtur, eſ. ſenſus vehemēter, quòd magnificū & honeſtū virtutis* nomen *inquinaret* Parrhaſius, *vt qui aeſ... alieno nomine iſtā artē inſulsè appellaſſet, quā fortuna hominibus largita eſt delitiarū inſtrumentū, adſcripſit* Ῥαβδοδίαιτος αὐτῆς. hæc eſt mens: cuius nullum reperias veſtigiū in interpretatione Dalecāp Ex his autem diſcimus, quomodo Clearchus nomen ἀρετῆ interpretatus ſit in verſu Parrhaſij: Ἁβροδίαιτος ἀνὴρ, ἀρετήν τε σέβων τάδ᾽ ἔγραψε. Subueniuntur Anacreontica hæc, τὸ μὲν τίτθιον, τοῦ ἐρᾶν τὸ λευκότερα σῆπα χρίσαμενος μύρῳ. Lego, τί μὴ πάσαν, cum interrogatione: *cur nō adueclas, habens illitū vnguento pectus, magis cauū quā fiſtula* hāc formā probarūt in ſuis delicijs veteres nequitiæ magiſtri: vt eminētibus hinc inde mammis, cauitas eſſet in medio atque hæc eſt quod idem poëta μεσομάζιον vocat, in pictura Bathylli. Μεσομάζιον δὲ ποιεῖ. Διδύμας τε χεῖρας Ἑρμοῦ.

CAPVT XI.

Sedes animæ in corde, ex quorundā ſententia. Cor *ſaine vario ſenſu dictum poetis. Vocis* μύρον *etymon ex ſententia Athenæi. Stacte è ſola myrrha. Theophraſti & Plinij diſſenſus: item Plinii & Athenæi.* Ἰρις & Φοῖνιξ *pro vnguentis inde fictis.* Cyzicenum *vnguentum. Plinij locus cum Græci ſcriptoris verbis collatus.*

SEDEM animæ in corde eſſe, quæ fuit veterum quorundam medicorum ſententia, probat dipnoſophiſta argumento locutionum quarundam, queis Homerus eſt vſus. Quod

Quòd si in hac quæstione valeret argumenti hoc genus, posset hæc sententia planissimè ex sacris literis constitui: vbi toties, quod ait beatus Augustinus, sedes animi monstratur in corde, etiam à Christo: qui, vt omnis boni, etiam omnis sapientiæ fons est & auctor. Verum ineptam esse hanc totam rationem, etiam mediocriter literis tincti norunt. Melius Damascenus, ἡ ψυχὴ συνδέεται τῷ σώματι ὅλη ὅλῳ, καὶ οὐ μέρος μέρει. καὶ οὐ περιέχεται ὑπ' αὐτοῦ, ἀλλὰ περιέχει αὐτὸ, ὥσπερ πῦρ σίδηρον. [Olympiodorus quoq; in Platonis Phædonem præclare: τρέπον, ait, προσεκτέον ταις ἡ κεφαλὴ τῇ ψυχῇ, ὅσον πρώτη δέχεται αὐτοῦ τὴν γνωστικὴν ἔλλαμψιν, ὡς ἡ καρδία τὴν ζωοποιόν. εἰ οὖν τις λέγοι ἐν ἐγκεφάλῳ τὸ θεῖον. καίτοι παρ' ἀρχῆς, ἡ ὕδατι.] Ait recitatis aliquot poetæ locis, ὁ δὴ καὶ σημεῖον φησι τὸ κυριώτερον τῆς ψυχῆς ἐν τούτῳ κεῖσθαι. quod alij τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς, Stoici vocarunt τὸ κύριον, τὸ κυριώτερον. Galenus libro secundo de dogmatis Hippocr. & Plat. πρόκειται μοι δεικνύειν, τί ὅτι λογιζόμενον τῆς ψυχῆς, ὅ δὴ ἡγεμονικὸν τι, καὶ διάνοιαν, καὶ κύριον αὐτὸ ὁ Χρύσιππος ἐνομάζει, κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ἐστι. Non solum autem ἡ Φράσις, sed & sententia Stoicorum sectæ conueniens est: quam quidem magnâ contentione defenderat Chrysippus lib. primo de anima, vlus in hanc rem poetarum testimoniis infinitis. habes magnam eius libri partem apud eruditissimum Galenum, libro tertio operis modò nominati. Primus autem Zeno hoc conatus est demonstrare argumento illo, quod refert libro secundo idem Galenus. Zenonem secutus est Diogenes Babylonius, vt legitur ibidem. Sequitur, θυμῷ δ' ἐπὶ Φαίδρα χορεύει ξυρδοὺς θυγάτηρ. Sophoclis sunt verba, sed deprauata. videtur appellare cor, id est καρδίαν, filiam pauoris, quia cordis palpitatio oritur ex pauore, ceu generante caussa. sic Æschylus gloriam laboris filiam nuncupat.

——πόνου δ' ἐκ πάντων ὠφέλεται τέκνωμα τῷ Πόνου Κλέος. Scripserit igitur Sophocles, θυμῷ δ' ἐπὶ καρδία χορ. &c. vt Sophocles καρδίαν χορεύειν, sic mox Anaxandrides ὀρχεῖσθαι. Plautus in Capteiuis *subsultare* dixit: alio sensu satyricus, *cor tibi rite salit*. Hæc emendatio eo minus probatur nobis, quia non cor ipsum, sed palpitatio quæ in eo fit, iure appelletur filia pauoris: quare satius nihil mutare, nisi accentum in voce Φαίδρα: & ita interpretari, *In animo meo iam, ô Phædra, non amplius saltat pauoris filia*. id est, trepidatio, ἡ πήδησις τῆς καρδίας, vt Plato aliique loquuntur. In Anaxandridæ versu nemo dubitat rectè Canterum ὀρχῇ pro ἀρχῇ scripsisse. Posthæc vocis μύρον, quæ omne vnguenti genus Græcis significat, originem explicat philologus: sane melius quàm grammatici vulgò faciant: qui à Myrrha nota ex fabulis poëtarum, ridiculè id verbum deriuant: vel παρὰ τὸ μύρεσθαι, *gemere*, ineptissimè, vt capite superiore dicebamus Athenæi verò sententiam non sunt interpretes assecuti, quia malè illa ceperunt, μύρρα γὰρ ἡ σμύρνα παρ' Αἰολεῦσιν, ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν μύρων διὰ σμύρνης ἐσκευάζετο. Athenæus hoc voluit: μύρον dictum quasi μύρρον, ab Æolica voce μύρρα, quæ myrrham significat. nam quia, inquit, pleraque vnguenta mixtâ myrrhâ componuntur, quædam etiam solâ myrrha constant, vt stacte: visus obtinuit: vt ἀπὸ τῆς μύρρας, omnia vnguenta μύρα nominarentur. Hæc mens auctoris: cui equidem assentior: neque dubito μύρον, vocem Homero & primis Græcorum incognitam, tunc primùm Græciæ innotuisse, quando Asiaticorum vnguentorum primam notitiam habere cœperunt. μύρρα igitur est מור Hebræorum, id est, *myrrha*, vt rectè cēset noster. Adiicit, καὶ ἥγε στακτὴ καλουμένη διὰ μόνης ταύτης. *quæ dicitur stacte, e sola confit myrrha*. Videtur hæc esse ratio, cur Latini myrrham ab vnguentis seiungant. Varro, *magistratus myrrhā, vnguētisque vngetur*. Theophrastus in eruditissimo commentario de odoribus, ὅτι σμύρνης πλεῖστον ἔλαιον ῥεῖ. στακτὴ δὲ καλεῖται διὰ τὸ μικρὸν σταζειν. ὃ δὴ μόνον τινές φασιν ἁπλοῦν εἶναι, καὶ ἀσύνθετον τῶν μύρων, τὰ δ' ἄλλα πάντα σύνθετα. Plinius, *Myrrha & per se vnguentum facit sine oleo, stacte duntaxat: alioquin nimiā amaritudinē affert*. sed scripserat idem paulo antè, *Singuli quoque succi nobilia vnguenta faciunt: in primis malobathrum, pollen iris Illyricæ & Cyzicena amaracus* quæ planè euertūt illud μόνον, & τὰ ἄλλα πάντα, in superioribus Theophrasti verbis. Plinius scribit: *Quis primus inuenerit vnguenta non traditur. Iliacis tēporibus non erant, nec thure supplicabatur*. ab hac Plinij sententia discrepat noster: ὁ δ' Ὅμηρος, ait, τὴν μὲν χρῆσιν οἶδε τῶν μύρων, ἔλαια δ' αὐτὰ καλεῖ μετ' ἐπιθέτων. vnguenta, inquit, & Homerus nouit: sed μύρον nomen haud nouit, ἔλαια nominans cum epitheti adiectione: Ait, καὶ ἀλλαχοῦ δὲ λέγει τι τεθυωμένον. si quis tollenda hæc verba censuerit, non multum repugnauero: nam statim sequitur de voce θύωμα, quò hæc pertinent. Fuerunt olim certis locis nobilia vnguenta: quorum historiam ex Apollonio persequitur Athenæus. Ita autem orditur: ἶρις μὲν ἐν Ἤλιδι χρηστὴ ἀρίστη καὶ ἐν Κυζίκῳ. ἶρις pro irino vnguento, vt mox οἰνάνθη pro œnanthino: sic Φοῖνιξ apud Theophrastum pro vnguento palmeo, & id genus alia. Plinius sermonem eundem similiter ordiens, ex eodem, vt videtur, Apollonio Herophili discipulo & sectatore, *Irinum*, ait, *Corinthi diu maximè placuit, postea Cyzici*. Græci interdum vocant Cyzicenū vnguentum. Pausanias, Messeniacis, ὕδωρ Κυζικηνῷ μύρῳ μάλιστα ἴσον εὐωδίας. Componamus inter se etiam in cæteris Apollonium & Plinium. Ille ait, ῥόδινον δὲ κράτιστον ἐν Φασήλιδι, καὶ τὸ ἐκ Νέας δὲ πόλεως καὶ Καπύης. hic autem, *simili modo rhodinum Phaseli: quam gloriam abstulere Neapolis, Capua, Praeneste*. Apollonius, κρόκινον δ' ἐν Σόλοις τῆς Κιλικίας, καὶ ἐν Ῥόδῳ. Plinius, *crocinum in Solis Ciliciæ, diu maximè laudatum, mox Rhodi*. Apollonius, νάρδινον δὲ τὸ ἐν Ταρσῷ. Plinius cùm cætera omnia verteret, hæc prætermisit: credo, quòd ipsius ætate desiisset nardinum Tarsicum esse in pretio: cuius rei Athenæus nullam habuit rationem:

cui erat hoc vnum propositum, testimonia veterum de quacunque re proferre. Inquit Græcus, οἰνάνθη ἡ Κυπρία καὶ Ἀδραμυττηνή. at Plinius sic, *œnanthinũ in Cypro, deinde in Ægypto præpositũ*, postea Adramittio. Apollonius, ἀμαράκινον ἡ Κῷον ἢ Μήλινον. sonat hæc verba, amaracinũ maximè laudari quod ex insula Coo, aut Melo aliâ insulâ afferretur: sed Plinius aliam interpretationẽ suggerit & lectionem. Vertit enim *amaracinum in Coo. postea eodem loco prælatũ est melinũ*. legit, ἢ μήλινον. paruo μ. fiebat autem melinum è cotoneis malis & strutheis. Apollonius, Κύπρινον ἡ πρωτεύεται τὸ ἐν Αἰγύπτῳ. δεύτερον δ' ἐστὶ τὸ Κυπριακὸν, ἢ τὸ ἐν φοινίκῃ, καὶ ταύτης τὸ ἀπὸ Σιδῶνος. Plinius hæc paulò aliter: *Cyprinũ in Cypro, deinde in Ægypto, vbi Mendesiũ & metopiũ subitò gratius factum est: mox hæc abstulit Phœnice, & cyprini laudẽ Ægypto reliquit.* Pergit Græcus scriptor: τὸ δὲ Παναθηναϊκὸν λεγόμενον, ἐν Ἀθήναις. & Plinius similiter, *panathenaicum suum Athenæ perseuerauter obtinuere.* subiungit ille, σκευάζεται δὲ τὸ μετώπιον ἐξ ἐλαίου τοῦ ἀπὸ τῶν πικρῶν καρύων. Plin. de metopio, *oleũ hoc, ex amygdalis amaris expressum in Ægypto.* sed de eius confectione plura ibi Plinius. caussam appellationis explicat Dioscorides. Ægyptiacum enim est vocabulum.

CAPVT XII.

μεγάλειον *vnguentum, vel* μεγάλλιον. *Optimum vnguentum quod natat in summo. Differentia inter* ἄλειμμα *&* χρῖσμα. βάκκαρις *&* βάκχαρις. ψυκτήρια πτερὰ, *in ornatu capitis muliebris. Lydorũ delicata vita.* Λυδοπαθὴς *pro* ἡδυπαθής. βρένθιον μύρον, *&* βασίλειον. ψάγδας. *Eupolidis* Maricâ μεγάλλειον *vnguentum.*

MEΓΑΛΕΙΟΝ vnguentum ob singularem præstantiam, & vt Plinius loquitur, propter gloriam, ita esse dictum, quibusdam placebat: quos reprehendunt alij, ab inuentore Megallo sic nominatum pertendentes: & scribendum esse μεγάλλειον. antiquissimi tamen Athenæi codices, & hîc ἐν μεγαλείῳ, constanter, & alibi quoque non aliter, vt extremo capite dicemus. Galeno, vt norunt qui sunt in eius scriptis versati, μύρον Αἰγύπτιον, Μενδήσιον, & μεγάλειον differunt nihil. Quod ait, non permansisse gloriam vnguentorum iisdem semper locis, neque hoc prætermissum Plinio, cuius adscribam verba: *primum id scire conuenit, mutatam auctoritatem, & sæpius transiisse gloriam.* Rectè mox docti, ἐν Κύπρῳ, non Κορίνθῳ. Rectè etiam vulgati codices: μάλιστα δὲ τὸ τήλινον. Excerpta, λήπινον: quo nomine nullum vnguentum nouimus nos: at telinum & ex ipso nomine, & ex Dioscoride, Plinio, aliisque notum. Obseruatu digna est sequens locutio huius auctoris, si modò ita scripsit: ἐν δὲ Περγάμῳ πρότερον μὲν ἐξοχὴν, νῦν δ' οὔ. μυρεψοῦ τινος ἐκπονήσαντος τὸ πρὶν οὐδενὶ πω γεγονὸς, ἐσκεύαστο τὸ λιβανώτινον μύρον. breuiter & duriuscule dictum ἐν Περγάμῳ πρ. ἐξοχὴ, pro, *fuit cùm Pergamus vnguentorũ laude clareret* estque hic suspecta librorum fides quemadmodum & proxima nonnihil turbant: ac videtur deesse aliquid. Fortasse scribendum, ἡ μυρεψὸς τινος ἐκπ. nam his verbis fuit expositum, opinor, Athenæus, cuius vnguenti palma olim penes Pergamenos fuerit. Dalec. aliter accipit, & quædam adiicit, quædam mutat: non assentior. Sequitur alia obseruatio, μύρον δὲ χεῖρον μύρῳ ἀντεπιχριόμενον, ὑπιπολῆς μὴν. Vnguenti eadem quæ olei ratio: olei autem quod optimum est in summo natat; quod deterrimum in fundum imum sidit: contrarium fit in melle: caussas quærit Plutarchus, Symposiacorum libro septimo, capite tertio. In Achæi versu lege cum Cantero, κἀπαργυρώσαντες, & χρισμάτων. Proponitur deinde vnguentorum distinctio in χρίσματα & ἀλείμματα. nec dubium esse, inter ista discrimen statuendum: etsi difficile est auctorem inuenire, qui iis vocibus non sit vsus promiscuè. Ne testimonia procul arcessam, scribit paulo pòst Athenæus, μυρίσασθαι significare χρίσασθαι ἀλείμματι. ita enim ibi, non χρήσασθαι, omnes MSS. etiam Epit. nec multò aliter libro duodecimo, ἀλείμμασιν ἐγχεῖν ἑαυτόν. tamen, vt dixi, magna differentia est. nam ἀλείφεσθαι proprium voluptuariorum & mollium; χρίεσθαι etiam sobriis, interdum & ex virtute viuentibus conuenit. Clemens Alexandrinus, Pædagogi libro secundo περιαιρετέον δ' ὅλως τὸ μυραλοιφεῖν, τὰ μύρα χρίεσθαι. τὸ μὲν γὰρ θηλυδριῶδες. τὸ δὲ χρίεσθαι τοῖς μύροις καὶ λυσιτελεῖ ἐστι. Emenda monitu Canteri, καὶ ῥόδινον μὲν πρὸς πότον ἐπιτήδειον. sicut statim sequitur de aliis vnguentis. Theophrasti locum insequentem confer cum archetypo ipso: nam extat hodiéque ille liber. Pro ἐν δὲ Κύπρῳ καὶ τὸ κρίνινον, corrige ex ipso auctore, ἢ ἡ κύπρος καὶ τὸ κρόκινον. appellat κύπρινον cyprinum vnguentum, vt *irim*, irinum, *nardum*, nardinum Pro φύεται ἐξ ἧς πολύγονος. Theophrast. cod. πολυωδεῖς. quod magis ad rem facit. In versu primo Antiphanis, scribe ex lib. 12.

—λοῦται δ' ἀληθῶς. ἀλλὰ τί, in testimonio Cephisodori male μύρον, τὸ ἴρινον. tolle copulam. vt libro duodecimo: & Ξανθίᾳ non Ξανθίας. deinde καί τις ποσίν χωρὶς πρίω μοι βακκάριν. Ὦ λακκόπρωκτε βάκχαριν τοῖς σοῖς ποσίν. Ἐγὼ πρίωμαι λακκόπρωκτε βάκχαριν. Nomen βάκχαρις modò per geminam κ, modò per κχ scribunt antiqua exemplaria, & scriptoris huius, & aliorum. In 2. Anaxandridæ, ἔχεις μελανώπου propter metrum. In ecloga Antiphanea Canterus, αὐτὴ Ἥραν, non αὐτῶν ἔστι μύρον. nihilo tamen minùs claudit versus. Achæi versus scribe sic, auctore eodem eruditissimo viro.

— βακκάρει χειρόσιτα καὶ ψυκτηρίοις
Πτεροῖς ἀνασπάσασα προσθίαν τρίχα.

cultum mollierem nescio cuius describit, qui hæc loquitur. Ait, baccari seipsum munxisse, & crines anteriores erexisse, sustulisséque in altum ope crinalis: quod poeta vocat alas: quia elata coma ab vtraque parte capitis, speciem alarum

non

non malè exhibet: quod & cernimus hodiéque in crinium compositione nobilium fœminarum, quare etiam alas vulgò censores nostri appellitant. Etiam viros olim θηλυδρίας capiti suo crinale aptasse, nullum dubium. Ouidius libro quinto Metamorph de Aty,

—ornabant aurata monilia collum:

Et madidos myrrhâ curuum crinale capillos.

qui locus non mediocriter Achæi verba illustrat. At ψυκτηρίας vocat alas istas, quoniam suscitati crines, vt loquitur Tertullianus, flabellis similes sunt, quibus ventum facere,& frigus captare soliti etiam veteres. Adde quòd hoc modo composita coma,ceu expansum velum, admisso vento caput potest refrigerare. [Sed viderit acutus lector, num sit melius & verius quod Scaligero placebat, ψακτηρίοις, per primam vocalem, non per ῡ. Notum quid sit ψηκτὴρ vel ψηκτρα à ψήχω *rado*. mihi ea emendatio admodum probaretur, nisi quod minùs videtur id epithetum congruere voci πτεροῖς, quam non absurdè,opinor, exposuimus.] In primo versu Ionis scribe βάκκαριν. in vltimo τρόπον potiùs quàm τρόπον. Canteri hæc emendatio, cui astipulor, etsi de voce τρόπον potest ambigi. Διαβοῶντι,inquit, ὅτι ἡδυπαθεῖς οἱ Λυδοί. καὶ τὸ παρ' Ἀνακρέοντι Λυδοπαθὴς, ἀκούουσιν ἀντὶ τοῦ ἡδυπαθὴς. Æschylus Septem ad Thebas, Ἁβροδιαίτων δ' ἕπεται Λυδῶν ὄχλος. ad quem locum scholiastes notat,quæ retulisse operæ sit pretium, ἁβροδίαιτοι οὕτως οἱ Λυδοί. ὅθεν καὶ τὸ παρὰ Ἀνακρέοντι Λυδοπαθής τις, ἀντὶ τοῦ ἡδυπαθής. καὶ τὸ περιφερόμενον, μήτε μοι Λυδῶν καρύκας, μηδὲ μαστίγων ψόφος. καὶ ὁ Λυδοφοίτης δὲ μυροπώλης ἐστὶν τὴν τρυφὴν δηλοῖ. καὶ τὴν βάκχαριν δὲ ἔνιοι μύρον Λυδῶν ἔφασαν. id est, *re vera erant Lydi gẽs luxuriosa & mollis: vnde est apud Anacreõtem* Λυδοπαθής τις, pro ἡδυπαθὴς. voluptuarij. *vulgò etiam dici solet*, Nequæ Lydorum condimenta mihi contingant, neque flagrorum crepitus. *& eiusdem luxûs testis est vnguentarius, qui dicitur* poëtæ cuidam, Λυδοφοίτης, *tanquam* frequens in Lydia, *præterea baccharim nõnulli appellarũt vnguentũ Lydorũ*. Ait, Βρένθιον δὲ μύρου μνημονεύει Φερεκράτης ἐν Ἀγρίοις. Vnguenti huius meminerunt Clemens Alexandrinus, Hesychius, Eustath. alij. nec caussa vlla cur βρενθίου hîc legere quidam malint. Ait, Βασιλείου δὲ μύρου μνημονεύει Κτ. Plinius, *Regale vnguentum appellatum, quoniã Parthorũ regibus ita tẽperatur*. Ψάγδης, vnguẽtum, in Hœschelij Excerptis σάγδα semper vocatur: & ita etiam Athenæus aliquanto pòst. Accedit Hesychius, σαγδὰς εἶδος μύρου, ἢ ψίγδας. ita scriptum eo loco in litera σῖγμα. alibi sic, ψάγδας, ψαγδὴς μύρου ποιόν. sic in Alexandrino Clemente,& Galeno. Ait, Εὔπολις δ' ἐν Μάρι καὶ ψάγδαν ἐρυγγάνοντα. Propè superfluum est monere scribendũ ἐν Μαρικᾷ. Interpres qui meminisset *Colacas*, Eupolidis fabulam, aliquoties laudatam fuisse in superióribus: hic quoque id verbum putauit sibi locandum, nullâ editæ lectionis habitâ ratione: Atqui *Maricam* quoque docuerat Eupolis, aduersus Hyperbolum, vt Equites contra Cleonem Aristophanes Quintilianus, *Apud Eupolim Maricas, qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire nisi literas cõfitetur.* Mitto sciens & prudens alia Græcorum testimonia, qui fabulæ huius meminerunt quam sæpissimè. Propriè Maricas seruile nomen Asiaticum: vide Hesychium. Corruptus est Eubuli versus, Αἰγυπτίῳ ψάγδαν ἐπεὶς λελουμένῳ. Canterus faciebat, ψάγδαν τε εἰς λ. tamen aliter solent Græci nomen hoc efferre, vt paulo antè monebamus, sed multum semper iidem in barbaris dictionibus sibi permiserunt. Quid si ita? Αἰγυπτίῳ ψάγδα νίτρῳ λελουμένη. *Ægyptio psagda vncta, & nitro lota.* νίτρον pro manuum lauacro habes libri initio, in vulgari quidem lectione Claudam caput hoc vnde cœpit: nam de megalio vnguento sequuntur Athenæi verba, ὡς καὶ τὸ μεγάλειον. ὠνόμασται γὰρ καὶ τοῦτ' ἀπὸ Μεγάλλου τοῦ Σικελιώτου. οἱ δ' Ἀθηναῖοι φασὶν εἶναι τὸ Μεγάλλειον. Non est dubitãdum,quin ita scripserit Athenæus: quod etiam Eustathius probat. Hesychius tamen eosdem laudans scriptores, Aristophanem videlicet ac Pherecratẽ, *Metalléum* hoc vnguentum vocat: Μετάλλειον, inquit, μύρον, Ἀριστοφάνης, Μετάλλειον τὸ ... , καὶ μύρου δέρμα Μετάλλου. Μέταλλος γάρ τις Σικελιώτης τὴν τοῦ μύρου ἐξεῦρε καλαν... μιμεῖται δὲ ἢ καὶ Φερεκράτης ἐν τῇ Πετάλῃ. sunt quidem adfines literæ τ & γ: sed Hesychium non aliter scripsisse, literarum series arguit.

CAPVT XIII.

Μίνδαξ, species suffitus: σαλακωνία quid. Caussæ canities, ex sententia Aristotelis. Locus Aristotelis emendatus. ἀνύτως Attica vox quædam alia.

IN Amphidis versu, ἔπειτ' ἀλήφων τῷ μεγαλλείῳ μύρῳ, poëtarum more ἀλήφων dictum pro ἀλείφεις. nam fallitur vir doctus, qui argumento eius vocis, sequentem versum corrumpit, scribens θυμιᾶν pro θυμιάτε. atqui non ex isto fuit ille emendandus: sed contrà exponendus hic ex illo *Mindax*, cuius meminit Amphis, est θυμίαμα ποιόν, ait Hesychius. In iis quæ repetuntur, nescio quare, de sagda, iterum corruptus est titulus Eupolideæ fabulæ: nam scribitur, καὶ ἐν Μαρικᾷ Εὔπολις, σάγδας ἐρυγγάνοντα, interpres planè patientia nostra abutitur, qui adeò vicinis locis tam diuersa pronuntiet. Adeò verum est, erroris multas esse vias, veritatis vnicam. Lepidissimorum versuum Alexidis principium ita scribe:

Οὐ γὰρ ἐμυρίζετ' ἐξ ἀλαβάστρου πρᾶγμά τι
Γιγνόμενον αἰεὶ Κρονικόν.

id est, *non enim vngebatur ex alabastro, quod vulgò fieri solet; éstque id institutum Saturniũ*. Desinit autem testimonium Alexidis in hoc versu, Ἡλειφόμην θυμιώμενος ἰρίνῳ μύρῳ. proximè sequentia verba scribe cum doctissimo Cantero, ὦ θεοὶ θεῶν, φίλοι, ποία ἡδονὴ, μᾶλλον δ' ἡ σαλακωνία, θυμιάματα μολωτίας; Dalecampius si ex Aristotele & Theophrasto

phrasto curasset discere, quodnam vitium Græci appellent σαλακωνίαν, absurdæ interpretationi suæ, & ridiculæ scripturæ quam commentus est, facilè veritatem anteposuisset. Est autem σαλακωνεία hoc loco, ἀπειροκαλία quædam, & inepta opum ostentatio. Philosophus vocat solœcismum hominis diuitis, in opum suarum ostentatione decorum non seruantis: qualis omnino fuit iste: qui dum magnificus nouo genere vult videri, suorum conuiuarum vestes corrumpit, nouum hoc σαλακωνίας edens exemplum. Nimiùm satagunt, qui in subiecta disputatione de caussa, cur in compotationibus caput madefiat vnguentis, suspecta habent hæc verba: ἵνα μὴ πρὸς τὸ ξηρὸν, ταύτῃ δὲ καὶ πολύκενον, mèdi habent suspecta, atque adeò corrigunt. Appellat *rem siccam*, squallens caput & nullo vnquam humore madens: αὐχμῶσαν κεφαλὴν modò dicebat. Addit autē, ταύτῃ δὲ καὶ πολύκενον, id est, quòdque propterea multum vacui habet: rectè & verissimè. Quis, communi saltem sensu præditus, nescit, cerebrum vt omnia σπογγώδη, siccum angustiore loco capi, quàm humore plenum & madens? Sensus autem est: cerebri sicci vacuitatem humores prauos ad se trahere ἐκ τῶν λαμβανομένων, id est, ex iis cibis quibus vescimur. Atque hoc probat auctor, argumento ἐπιθεμάτων, quæ capiti imponuntur, quando febri corpus ardet: nam ideò caput madefieri, ne si reperiretur siccum, & ex siccitate multum habens inanis, morbi vis eò faceret impetum. Cùm ait, τὰ περιεχόμενα intelligit vicinas capitis partes, quas morbi caussa obsidet. Dalecampius, τὰ περιεχόμενα, non ineptè. Illud ineptissimum, quòd τὰ χρίσματα mox vertunt *illitus*: & erat tamen digna sententia quam laborarent intelligere. Ait enim προστιθεὶς δ' ὁ βίος ἀεὶ (meliùs ἀεί τι) τοῖς χρησίμοις, καὶ τῶν εἰς ἀπόλαυσιν & τρυφὴν αγόντων, ἐπὶ τὴν τῶν μύρων χρῆσιν ὥρμησε. *adiiciens semper aliquid vitæ vtilibus, etiam eorum quæ ad voluptatem & delicias spectant, vnguentorum vsum instituit.* Addit, ζητεῖ δ' ὁ πολυμαθέστατος Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς προβλήμασι, διὰ τί οἱ μυριζόμενοι πολιώτεροι. in eo qui extat hodie Problematum libro, hæc quæstio non legitur. Adscribemus autem Clementis Alexandrini locum ex eodem philosopho depromptum, vt claret ex eius comparatione cum Athenæo. Sic ille Pædagogi libro, αἱ δὲ ἀφρόνισαι γυναῖκες, βάπτουσαι μὲν τὰς πολιάς, μυρίζουσι δὲ τὰς τρίχας, πολιώτεραι θᾶττον γίνονται, διὰ τὰ ἀρώματα ξηραντικὰ ὄντα. διὸ καὶ αὐχμηρότεροι γίνονται οἱ μυριζόμενοι. ὁ δὲ αὐχμὸς πολιωτέρους ποιεῖ. εἴτε γὰρ αὔανσις τριχὸς ἡ πολιά, εἴτε ἔνδεια θερμοῦ, τῆς ξηρότητος τὴν οἰκείαν τῆς τριχὸς ἐκπινούσης τροφὴν τὴν ὑγρὰν, καὶ πολιὰς ἀποτελούσης. Duas affert sententias super canitiei caussa: alteram eorum qui dicebant ex ariditate eam manare: alteram caussantium defectum caloris naturalis, quam esse veram canitiei caussam, probat philosophus, de generatione animalium libro quinto, capite 4. Priorum opinionem refellit idem, Historiæ animalium libro tertio, capite 11. vbi moneo scribēdum, ἢ ἢ δῆλον ὅτι οὐχ αὔανσις ἐστιν ἡ πολιότης, ὥσπερ τινὲς φασιν. vulgo editum, ὅτι οὐ χαυνότης. nato errore ex praua librariorum distinctione, & inscitiâ eorum qui ignorabant Atticos scribere οὐχ αὐότης, non vt cæteros ἐκ αὐότης. Atqui docent nos antiqui magistri proprium Atticis fuisse hunc πνευματισμόν. cuius rei certissimum argumentum in ἀφαναντίον. sic enim Attici non ἀπαναντίον. Scribe, μύρον Βαβυλώνιον ἔχοντες ἀσκ. *Poëta Cytherius*, est Philoxenus dithyrambicus. Super Iano patre citatur Dracon Corcyræus, ἐν τῷ Περὶ λίθων. nisi cui placeat περὶ θεῶν, ex ipsa re qua de agitur, ductâ coniecturâ. Placet mox Canteri sententia, scribentis, τοῦτον δὲ τὴν ἀδελφὴν γήμαντα Καμίσην, υἱὸν μὲν Αἴθηκα, θυγατέρα δὲ Ὀλιστήνην φιτῦσαι. fieri potest, vt in liberorum Iani nominibus sit mendum: sed quia neque Græca, neque Latina historia, Iani stemma & prosapiam nobis descripsit, feramus quod mutare non possumus, nisi temerè. Camisem reperio in Catonis Originibus, sed fratrem Iani: non autem Camisen illius vxorem. Catoni Assentitur Hyginus ex Protarcho Tralliano, auctore Macrobio, libro primo Saturnal. c. 7. Hactenus de coronis & vnguentis: deinceps de conuiuialibus carminibus tractatur.

CAPVT XIV.

Harmodij melos, *carmen conuiuiale.* Σκολιά, μέλη παροίνια. θάνατοι ἄωροι. θάνατοι ἔνωροι. ὥρα ἴτυς. ὀμφακίαι νεκροί. acerba funera & immatura. *Locus 70. interpretum.* ἀμάρτιον. πένθος ἄωρον. *Ceres* ὀμπνία.

ΑΡΜΟΔΙΟΣ ἐκαλεῖτο, παιὰν ᾖδετο. Aristophanes Acharnensibus, Οὐδέ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται ξυγκατακλινείς. Solebant, vt obseruat ibi scholiastes, in compotationibus & conuiuiis, carmen canere quod vocabant *Harmodij melos*. Eius principium fuit, φίλτατ' Ἁρμόδιε οὔ πω τέθνηκας. paulo post describit Athenæus id scolium. Scribo, θεῶν θνητοῖς ἁπάντων χρησιμώτατος πολὺ ὁ Ζεύς, ὁ σωτὴρ potiùs quàm χρησιμώτατον. Nihil ista significant, Οὐδὲν μόνης ἐν πόθει θερέων. acutè eruditissimus Canterus; οὐδὲν μέλοι σοι, πόθι θερέων. Nicostrati versum scribe, Μετανιπτρίδα δ' αὐτοῦ τῆς ὑγιείας ἔγχεον. ex libro 11. & mox, ὡς οὖν ποτε τυγχάνει γ' εἰς αὐτὸς ἄρχομαι. non est ἄρτιος iste versus, ἀπώλεσεν αὐτὴν καὶ κατεπόντωσε μ' ὁρᾷς. Canterus ἀπώλεσε ναῦτιν. finem versus ita scribo, καὶ κατεπόντωσ' ὡς μ' ὁρᾷς. deinde, ἐκπίῃ δέπας. postea, οἶνον τὸν ἐπὶ τῷ δείπνῳ διδόμενον. & statim Excerpta, ὅπως ἐλάχιστον ᾖ τὸ πινόμενον non ὅσε. in iisdem, Φησὶ θέσμιον τεθῆναι. pro eo quod vulgò θεσμὸς Φησὶν ἐτέθη. & meliùs, vt libro secundo. inde corrige ita, & scribe, προσφιρίας μὲν τὰ σιτία, πᾶσιν ἄκρατον μόνον ὅσον γεῦμα. Vbi dixit præcipuos scoliorum auctores fuisse Alcæum & Anacreontem, de Sicyonia Praxilla adiicit, καὶ Περιξιλλας

ξύλα δ' ἡ Σικυωνία ἐθαυμάζετο ἐπὶ τῇ τῶν σκολιῶν ποιήσει. non δέ. Huius fœminæ μέλη παροίνια laudant veteres, vt comici interpretes: ea autem sunt scolia: nam vulgò grammatici nomen σκολιὰ interpretantur, μέλη vel ᾠδὰς παροινίας. Quæ de scoliis obseruantur deinceps, conferri possunt cũ Hesych. verbis indidem petitis. Aiunt dipnosophistæ τριῶν γενῶν ὄντων, ὥς φησιν Ἀρτέμων ὁ Κασσανδρεὺς ἐν δευτέρῳ βιβλίῳ χρήσεως (suspectus nobis hic titulus) ἐν οἷς τὰ περὶ τὰς συνουσίας ἦν ᾀδόμενα, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἦν, ὃ δὴ παῖδας ᾄδειν νόμος. &c. Artemon hæc erat mutuatus à Dicæarcho, cuius sunt verba in libro de agonibus musicis: τρία γένη ἦν ᾠδῶν. τὸ μὲν ὑπὸ πάντων ᾀδόμενον καθ' ἕνα ἑξῆς. τὸ δὲ ὑπὸ πάντων τῶν συνετωτάτων, ὡς ἔτυχε τῇ τάξει. ὃ δὴ καλεῖται σκολιόν. deest tertium membrum, quod apud Athenæum ex Artemone est secundum: inde potest Dicæarchi locus expleri. In descriptione scolij est, cur lectorem aduertat hæc locutio: καὶ κατὰ τόπον τινὰ εἰ τύχοιεν ὄντες: nam voluit dicere, καὶ καθ' ὃν τινὰ οὖν τόπον τύχοιεν ὄντες. tamen in Excerpt. quoque eadẽ lectio: ex eo lib. scribendum πινακαῦτα τῷ ᾠδῇ, non ταῦτα. Post hæc recitantur antiquissima scolia quædam, prorsus vt dicebat modò auctor, διά τε τὴν ἀρχαιότητα καὶ ἀφέλειαν τῶν ποιησάντων dignissima quæ non aboleret vetustas. In primo oratur Minerua, vt præstet ciuitatem & ciues ἄτερ ἀλγέων τε καὶ στάσεων, καὶ θανάτων ἀώρων. *immunem à calamitatibus, seditionibus, & funeribus intẽpestiuis.* mortes ἄωροι sunt, cùm moriuntur homines ante naturalem fatorum conditionem, vt loquitur Iustinus: vt quos publica lues absorbet, aut hostilis gladius interimit, aut qui iuuenes diem vltimum obeunt. Obseruant prisci grammatici, πρὸ μοίρας quidem mori dici eum, qui non defungitur suâ morte: πρὸ ὥρας verò, qui iuuenis obit, inde ἄωροι θάνατοι. sed in optimis Hœschelij Excerptis legitur ἐνώρων, *mortibus qua circa annus tempestates eueniunt.* mutationes tempestatum periculosę sunt, & sæpe morborum mortisque caussa, vt docet diuinus Hippocrates: vel accipe ἐνώρων, *qua diebus canicularibus contingere solent.* ὥραν ἔτους id tempus vocant Græci, auctore Galeno in Hippocraticis commentariis, & alibi non semel. Ego non recedam ab edita lectione. ἄωροι θάνατοι, aliter appellabantur ὀμφακίαι νεκροί, vt Latinis *acerba funera* vel *immatura*. Nam, vt ait Iulianus Archiepiscopus Toletanus libro primo, *tria sunt genera mortis, acerba, immatura, naturalis: acerba infantũ, immatura iuuenũ, naturalis senum.* Ἀώρους igitur mortes iure deprecatur poëta, & Mineruæ supplicat vt eas auertat: censebantur enim citra θεῶν huiusmodi casus contingere: sed alicuius deûm irâ. Quamobrem etiam 70. interpretes librorum sacrorum, vocem חטאת quæ peccati pœnam significat, & ex Æschylo ἁμάρτιον verti eleganter potest, interpretati sunt πένθος ἄωρον, vt in Prouerbiorum Salomonis, capite decimo. Sequitur, Πλούτου μητέρ' Ὀλυμπίαν ἀείδω Δήμητρα. posset ferri minore literâ initiante ὀλυμπίαν, *cœlestem*: quia omnes superi ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν, vt ait poëta, sed præstat scribere, Ὀμπνίαν. nam proprium id esse Cereris cognomen, auctores Hesychius & Eustathius: ille in vocibus Ὀμπνία, & ὄμπνιος λειμών: hic ad Iliad. ῥαψ. ε. vbi tamen Ὀμπνείαν scriptum. Scrib. παῖδ', ἀμφίπετε πόλιν. de Diana dicitur, ἃ γυναικῶν μέγ' ἔχει κράτος. id est, *qua in mulieres magnum habet imperium.* Scribe ἰὼ Πὰν Ἀρκαδίας μεδέων κλεεννᾶς ὀρχηστά. Lege δεύτερον δὲ καλὸν φυὰν γενέσθαι, aut si vnam volumus esse dictionem, καλοφυᾶ sed illud verum. Platonis locus est in Gorgia. Rectè Canterus, καλὸς δὲ τρίτον ἐστὶν αἰσχρὸν θηρίον. non τίνον.

CAPVT XV.

Scoliorum argumenta βιωφελῆ. septem sapientum ᾀδόμενα. Explicantur aliquot scolia ab Athenao recitata.

Verissimum est quod paulo antè dicebatur, scoliorum argumenta fuisse vitæ præcepta: quinetiam existimamus pleraque illorum facta de septem sapientum dictis & responsis: quæ, vt probauimus alibi, ᾀδόμενα olim dicta sunt, quia moris erat ea cantare in conuiuiis. Exempli gratiâ: recitatur huiusmodi scolium isto loco:

> ἐκ γῆς χρὴ κατιδεῖν πλόον,
> εἴ τις δύναιτο, καὶ παλάμην ἔχοι.
> ἐπεὶ δέ κ' ἐν πόντῳ γένηται,
> τῷ παρεόντι τρέχειν ἀνάγκη.

Priùs dixerat Pittacus, συνετῶν ἐστιν ἀνδρῶν πρὶν γενέσθαι τὰ δυσχερῆ, προνοῆσαι ὅπως μὴ γένηται: ἀνδρείων δὲ γενόμενα εὖ θέσθαι. Omnino sapientis huius dictum venustâ allegoriâ expressit scolij auctor. nam ad verbum hoc ait poëta: *à terra oportet nauigationẽ prospicere, si quis possit & facultatem habeat: sed vbi semel in mari fueris, presenti vento currere necesse est.* Sensus est, sapientem virum quoad eius fieri possit, nõ debere se periculis nauigationis committere: cæterùm vbi semel nauem conscenderit vento qui se offerat vtendum esse æquo animo, & mutatâ velificatione, κατὰ δεύτερον πλοῦν tendẽdum esse ad portũ. Quid sibi velit hæc allegoria, non est obscurum. Sic etiam sequentibus scoliis, βιωφελῆ præcepta varia continentur, separatim exponenda: quod non animaduertens Dalecampius, mirè omnia perturbauit. Primum præceptum est, χάλα τὸν ὄφιν λαβών. sic emendamus editam à Cantero lectionem χαλᾷ: in Epitom. χηλῇ deprauatissimè. Vertere, *laxa manum serpente prehenso.* allegoricè monemur, si quando cum homine improbo amicitiam contraxerimus, vt statim eam dissoluamus. Subiicitur præceptum alterum, εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρον μὴ σκολιὰ φρονεῖν. Ita emendauit Canterus veterem lectionem quam profert. Nos in MSS. exemplari ita offendimus. εὐθὺ χρὴ τὸν ἑταῖρον ἐν μὲν, καὶ μὴ σκολιὰ φρονεῖν. quæ lectio ferri potest, si pro ἐν μὲν scribas ἐμμέν. sed in Excerptis paulò aliter, εὐθέα χρὴ τὸν ἑταῖρον ἐμμέν, fortasse pro ἐμμεν. sensus eôdem

redit. Aliud scolium:

ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
ὥσπερ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων,
ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην,
ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

monet scolij poëta, prudentiâ & astu interdum esse vtendum, sicut factum ab Harmodio & Aristogitone. Prima verba quæ prouerbij speciem habent, sic interpretantur veteres: ὅτι Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐν μύρτοις ἐνθέντες τὸ ξίφος, Ἵππαρχον τὸν τύραννον ἀπέκτειναν. Alius scolij principium est in illis: φίλταθ' Ἁρμόδι', vt iam antè monuimus. Item in illis, Ἀδμήτου λόγον ὦ 'ταῖρε. nec non in istis, Παῖ Τελαμῶνος. In eo scolio quod incipit Ἀδμήτου λ. opponuntur ἀγαθοὶ & δειλοί, non eo sensu quo putarunt interpretes: sed vt boni & mali: nam ita accipienda vox δειλοί, vt in aureo Pythagoræ carmine, & apud vetustissimos auctores. In Παῖ Τελαμ. perperam scriptum, de Aiace, ἄριστον ἐλθεῖν Δαναῶν καὶ Ἀχιλλέα. melius apud Eustathium, μετ' Ἀχιλλέα. Alcæus in Antispastico versu qui apud Hephæstionē. Κρονίδα βασιλῆος γένος Αἶαν, τὸν ἄριστον πεδ' Ἀχιλλέα. sic olim eum locum emendauimus. πεδα. Dorice pro μετά. Ergo etiam paulo pòst scribendum, μετ' Ἀχιλλέα. Placet Canteri emendatio, scribentis, σύν μοι πῖνε, συνήβα συνέρα, &c. Scrib. οἵων πατέρων κύρησαν. In Hybriæ Cretensis carmine: quod scolium esse censuerunt quidam, negârunt alij, vocem τούτῳ aliquoties repetitam non intellexerunt qui vertere *cum hoc*, nam Hybrias voluit *per hūc*, clypeum, id est, virtute meâ & robore omnia mihi ipse suppedito, τούτῳ ἀρῶ, inquit: non multò aliter Theocritus de piscatore, τῷ δ' ἢ δίκτυα κείνῳ ἄροτρα. Ait Hybrias, τούτῳ δεσπότας μνοΐας κέκλημαι. *huius ope herus familiæ audio*, id est, suim: nam καλεῖσθαι pro εἶναι vsurpabāt, vt alibi dicebamus. μνοΐα Creticum vocabulum est, de quo libro sexto. Pergit miles hic gloriosus, & imbelles, ait, qui arma tractare nesciunt, πάντες γόνυ πεπτηῶτες ἐμὸν κυνεῦντι δεσπόταν, καὶ μέγαν βασιλῆα φωνεῦντι: *omnes inclinati genu meum osculantes, herum & magnum regem me vocant.* Subditorum mos, genu osculari, non manum, non frontem, nec faciem: sed non displicet vetus coniectura nostra: πάντες ποτὶ γόνυ πεπτηῶτες ἐμόν, ἐμὲ κυνεῦντι δεσπόταν. *omnes ad genu mihi accidentes, me pro hero adorant.* nec multò aliter scriptum postea apud Eustathium reperimus. πάντες γόνυ πεπτηῶτες ἐμοὶ κυνέοντι δεσπόταν, id est, προσκυνοῦσι. Atque hæc satis ad ea, quæ de scoliis scripta sunt Athenæo. Id genus poëseos, sicut antè dictum, maxima ex parte fuisse ὠφελές, & ad vitam rectè instituendam pertinuisse, etiam Timocreontis scolium arguit: quod ab auctore prætermissum, adtexemus nos isto loco. Sic igitur Timocreon de contemptu diuitiarum:

ὤφελές ὦ τυφλὲ Πλοῦτε,
μήτ' ἐν γῇ, μήτ' ἐν θαλάττῃ,
μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆμεναι.
ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν κ' Ἀχέροντα.
διὰ σὲ γὰρ πάντ' ἐν ἀνθρώποις κακά.

CAPVT XVI.

De natura pæanum quædam. Georgus *siue* Gorgon, *antiquus scriptor.* ποιητὴς τῶν λεγομένων κολάβρων, κολαβρίζειν. *chorus* συρβηνείων. σύρβη. Eunidæ *familia sacra Athenis. Hegemonis Thasij parodia multis locis illustrata.*

Δημοφίλου εἰς αἰδῶ τε προσυποκαθιστάς ὑπ' Εὐρυμέδοντος. Dele superfluam voculam τε. Ait, Eurymedontem in caput Aristotelis Demophilum subornasse εἰς αἰδῶ, id est, vt accusatori maior præstaretur honos & reuerentia. Apparet Demophilum inter suos ciues magnâ fuisse auctoritate. σαφῶς ὁμολογεῖται τοῦ γεγραφότος, τίθεν. duobus argumentis probat, Aristotelem cùm hoc carmen aureolum fecit, de scribendo pæane nihil quicquam cogitasse. Prior ratio est huiusmodi: Fatetur Aristoteles disertim, eum quem laudat mortem obiisse: quod Deo non conuenit, cui proprius pæan. non igitur pæanem scribere voluit. Altera est hæc: omnis pæan habet acclamationem pæanicam, ἰὴ παιάν, &c: carmen Aristotelis nullam habet: ergo pæan dici non potest. Priori argumento responderi possit, quòd etiam Castori & Polluci canebatur pæan: quos è terris in cœlos transcendisse, & mortem obiisse, omnes sciunt. Xenophon, Παιδείας libro tertio, ἐπεὶ γὰρ τὸ σύνθημα, ἐξῆρχε Διοσκούροις παιᾶνα τὸν νομιζόμενον.

Γεωργὸς ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Ῥόδῳ θυσιῶν. Hesychio nominatur quidam Γόργων ἐν τῷ Περὶ θυσιῶν. qui an hic sit quem Athenæus laudat, doctorum esto arbitrium. Locus est in voce καλαβρίπλιτης. ὡς θ. κτλ. μίνημα κατεσκεύαζον, Legendum κατεσκεύαζεν, vt conueniat cum sequente verbo ἐκόσμησαν. aut ibi scribendum ἐκοσμησάμην μετὰ τῶν τοὺς κολάβρους καλουμένους συντεθειτῶν. & statim, ποιητὴς τῶν καλουμένων κολάβρων. Quæ de colabris eruditissimus vir Lilius Gyraldus scripsit, vero sunt aliena & ἀπροσδιόνυσα. nos ex antiquorum scriptis tantum didicimus. Κολαβρίζειν, Græcis est σκιρτᾶν, *lasciuè saltare.* inde genus saltationis petulantis & lasciuæ, κολαβρισμός, est dictus. Cantiones, quas inter colabrissandum cantitabant, κόλαβροι vocabantur: parum honestas & spurcidicas eas fuisse, clarum nimis ex Athenæi hoc loco. Iulius Pollux colabrismum affinem pyrrichæ saltationi facit, Thracum & Carum inuentum. Vocem κόλαβροι, quomodo hic capitur, pro obscœno & inhonesto carmine, non temerè alibi legas quā hoc loco, & simili alio libri quarti, si per impuros librarios licuisset. Ita ibi scribitur in omnibus codicibus, ὑπὸ τῆς ἐμφύτου γαστριμαργίας καὶ ἡδυλογίας κολάβρους ἀναγινώσκει, καὶ μέλη παρῳδικὰ, καὶ ἀκρόστιχα κύμβαλα. Frustrà quæsieris, quid vocet κολάβρους sophista cœnarum.

Neque

Neque eruditissimo Turnebo facilè assentior, κόβαλας emendanti. Legendum profectò κολάβρας. ἢ καν ὀλίγον σὺ πεφροντικέναι κύον ἀδδεές. postrema sunt poëtæ: cuius est versus, Πῶς δέ σου νῦν μέλανας κύον ἀδδεὲς αἰπὴ ἰμῶν; ἔρχομαι σοι λέξων τ Συρβηνέων χορὸν ὅστις ἐστίν. Accedit tandem ad soluendam initio libri quæstionem. Etsi autem constanter συρβηναίων scriptum in Athenæo vbique offendimus, veriùs tamen scriberetur συρβηνέων, quemadmodum legitur apud Græcos parœmiographos. συρβη, idem ac τυρβη, *strepitus, tumultus*, & *confusio*. σ & τ literas passim commutari inuicem quis ignorat? grammaticis tamen lubet esse subtilibus, & vocis huius originem aliunde rimari. Athenæus sub libri huius principium, & prouerbij vsum ostendit, & originem veram, cùm dixit de Cynulco: ἐπεὶ θορυβῶδες κατεῖχε τὸ συμπόσιον, ἔφη, τίς οὗτος ὁ τῶν συρβηναίων χορός; *chorus syrbenæorum*, est turba hominum ἀτάκτων, & temerè tumultuantium. συρβη, siue τύρβη, est idem ac θόρυβος. Xenophon, ἡ τύρβη τ ἀγοραίων, καὶ αἱ τούτων φωναὶ καὶ ἀπειροκαλίαι. [Sic ἡ ποιητικὴ τύρβη apud Plutarchum in libro, Quòd nulla sit vita suauis, ex præceptis Epic.] Κλέαρχος ὡς λέγει ἐν δευτέρῳ Περὶ παιδείας. Clearchei operis huiusce meminit Hesychius in Μαστρεύς.

Ἔστι δέ τις Κλεόνικος ὃν ἀθάνατον λάχε γῆρας. Scribe, ὃς. omnes autem hi versus ex Homericis leuiter sunt immutati. καὶ ὅστις, ἡδέως ἔφυ τ ἐπῶν, ὦ καλὲ μὴ ἑταῖρε. Locus mutilus & aliquot verbis defectus. Scribo, seruatis editæ lectionis vestigiis, καὶ ὅς, τίς ἡ παρῳδία, ἔφη τ ἐπῶν, ὦ καλέ μοι ἑτ.

καὶ Κρατῖνος ἐν Εὐνείδαις. alibi Εὐνείδαις. Vt Cerycum familia fuit Athenis, sic & Eunidarum. illi sacrorum administri erant, hi citharœdi ab antiquo. plura de istis Hesychius. Similis fuit apud Milesios *Euangelidarum* sacra familia: cuius originem explicat Conon apud Photium, narratione 44. Porrò inter Cratini dramata, *Eunidæ* excellebant: cuius fabulæ lectione sic delectatum ferunt Alexandrum M. vt post eius mortem ad ipsius caput is liber fuerit inuentus. Ptolemæus ὁ Ἡφαιστίωνος libro quinto, τοὺς Εὐνείδας Κρατίνου φησὶ τῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως Μακεδόνων τελευτήσαντος κεφαλῇ φασὶν εὑρεθῆναι. Ἐς δ' ἐ Θάσον μ' ἐλθόντα μετ. Describit poëta his versibus, quomodo exceptus fuerit à popularibus suis Thasiis, cùm longo, vt videtur, interuallo repetitâ patriâ, versus suos in theatro recitare institueret. Legunt autem Mss. μετεωρίζοντες ἔβαλλον πολλοῖσι σπελέθοισι: non μετεωρίζοντες, neque σπελέθοισι, vt legebatur priùs. sed in aliis membranis, & in optimis quoque Excerptis, est λίθοισι. vt legi queat, πολλοῖσί τε λίθοισι. Ait Thasios florum loco, qui in eos soliti olim conici, quorum placebat ἡ ᾠδὴ, lapidibus se petiisse, ceu aliquem rabiosum canem. plura de hoc more libro decimotertio & alibi. Altera lectiò fimum fuisse in Hegemonem coniectum significat: nam & fimum & lutum, & id genus alia contumeliæ causa iaciebant, vt ad Suetonium lib. 8. notamus. Vox μετεωρίζοντες, etsi commodam interpretationem non respuit, non penitus tamen suspicione mendi caret. Sunt & alia quà mendosa, quà obscura in hac parodia: quæ breuiter attingemus. Versu 3. τίς σ' ἀνέπεισεν Εἰς καλὴν κρηπῖδα, ποσὶν τοιοῖσδ' ἀναβῆναι. *quis te impulit pulchras adeò crepidas talibus pedibus inducere?* Sermo est allegoricus: nam sensus est, quis ô inepte, imperite & opice, te impulit, vt ad poëticam repentè animum appelleres? Quinto versu, μικρὸν μὲν ἔτ' ἐπέων εἶπον. non est anastrophe, vt putauit Dalecampius pro μὲν μικρόν: sed est tmesis familiaris Homero, cuius verbis loquitur, pro μικρὸν ἔτ' ἐπέων μετεῖπον. Sexto, Μῆμ' ἀείπασιν γε. Non dubitandum censeo, quin τὸ μῆμα alterius vocis locum occupet. illa verò quænam sit, quæstionis est. an legendum, Μοῦσ' ἀνέπεισε. an potiùs, Πεῖν' ἀνέπεισε γ. vel Πεῖνα μ' ἔπεισε. fames fecit me versificatorem: & vt ait satyricus, *Magister artis ingeny largitor, Venter, negatas artifex sequi voces* 8. Ἐς χώρων βδελυρῶν. Epitome, Εὐκνήμων. Legebamus, Ἐς χώραν vel χῶρον. 10. Οἷς καὶ ἐγὼ μὲν τοῖσι τὰ χρηίζων ἐπέθηκα. Fortasse, μὲν τοῖσιν ἀχρηΐζων ἐπέθηκα. huic studio, ait, animum adieci, factus iam ἀχρήϊος, & ad alia omnia inutilis. 12. Μηδὲν ποιμαίνων κλυτὸν ἄργυρον ἰχνυαλίζω. Tenebræ magnæ isto locu. Quantum ex sequentibus verbis possumus colligere, malè apud suos Thasios audiebat Hegemon, ob crebras peregrinationes, & vxoris totiúsque rei suæ contemtum. Mulieres inprimis cum ipso expostulabant, egestatis non ignaræ, quá, absente Hegemone, ipsius vxor premebatur. Vt igitur calumniandi sui ansam præcidat, pollicetur se omnem pecuniam quam cogere potuerit, in patriam delaturum, vxorique traditurum, fide bona. Lego, Μηδὲν πημαίνων. 14. Πλεισομένης ἀλόχου τ Ἀχαιικὸν ἄρτον ἐν οἴκοις. Verius censeo, Πεσσομένης. Dalecampius, Γεισαμένης. non malè. Quid appellet Achaïcum panem, imò verò an ita scripserit, non facilè dixerim. Scimus ἀχαΐνας inter panum genera fuisse, docente Athenæo libro tertio. Sed quamuis concederetur ἀχαΐνην posse hîc legi, tamen ea vox isti loco non conuenit. Vilis enim & sordidus panis Hegemoni describitur: non is qui apud Delios *achainas* dicebatur. Sed fieri potest, vt per *achainum* panem intelligat poëta vile aliquod placentæ genus. nam quod sequente versu scriptum est, μικρὸν τυρῶντας ἰδοῦσαι, mendosum existimamus, scribimúsque μικρὸν τυροῦντ' ἐσιδοῦσαι. Sententia, nisi fallor, est huiusmodi. Matronæ Thasiæ cùm vxorem meam vident ipsam sibi placentulas parantem, iisque tenuiter vescentem, esse me ipsi iniquum clamitant: qui peregri luculentum faciens

questum, miserè ipsam victitare cogam. 16. Ὡς φίλιων ὀρμῶ πὰρ Ἀθηναίοισιν ἀείσας, Πεντήκοντ᾽ ἔλαβεν δραχμάς. Si rectè scribitur ἔλαβεν, non possumus hæc aliter interpretari, quàm vt sit Φιλίων proprium viri nomen poëtæ minimum cuiusdam, qui in Attico theatro carmen recitauerat ὁρμῶ inscriptum, & cùm placuisset, præmium drachmarum quinquaginta erat consecutus. Videtur poëta narrare, quomodo & quam ob causam factus sit poëta. Ego, inquit, dum alio vitæ genere vterer, nec ære grauis vnquam domum redirem, ignauiæ arcessebar à Thasiis matronis, coniugis meæ egestatem iniquo animo ferentibus. atque illæ mihi Philionem quendam, (Thasium, opinor, & ipsum) obiiciebant: qui ex recitatione suorum versuum rem Athenis strenuè faciebat: cùm tu, ô Hegemon, aiebant illæ, pauxillulum modò tuam vxorem adiuues. His vocibus impulsum se ait Hegemon, vt repentè sic prodiret poëta: accedente præsertim Mineruæ cohortatione, quam sequentibus versibus commemorat. Hæc ita exponimus, seruatâ scripturâ vulgari ἔλαβεν. sed visum aliquando nobis, scribendum, Πεντήκοντ᾽ ἔλαβες, σὺ ἢ μικρὸν ἐπεμψας. mentem antè exposuimus. verba sunt mulierum Thasiarum, cum Hegemone expostulantium, quòd multa Athenis lucratus, paucula solùm vxori mitteret. Illa verba, Φιλίων ὀρμῶ, argumentum continent alicuius carminis ab Hegemone compositi, & magnâ cum voluptate caueæ totius recitati. Fortasse *Gigantomachiam* intelligit; quod Hegemonis carmen, quod est commissum Athenis, miros plausus tulit, vt libro nono dictum est. Φιλίων aut Φιλων ὁρμή, *coniuratorum impetus*. Vel eo carmine Sacra Thebanorum cohors laudabatur, ex amantibus conflata: & aliquot fortia facta illorum narrabantur. Scio *Philinnem* comœdiam ab Hegemone fuisse editam: quam tamen vix putem hic intelligi. 20. Δεινὰ παθοῦσα Φακῆ βδελυρή, χωρεῖς τὸν ἀγῶνα. Legendum vt in Excerptis, χωρ᾽ εἰς τὸν ἀγῶνα vel, quia diphthongus illa temerè elidi non solet, χώρεις τὸν ἀγῶνα. *Grauia passa, Phace insrunita descende in certamen.* Hortatur Minerua Hegemonem, vt ad poëticæ studium se applicet, & recitationes καὶ ἐπιδείξεις carminum suorum compendij sui gratiâ instituat. 21. Καὶ τότε θαρσήσασα καὶ ἤλδον πολὺ μᾶλλον. de se poëta loquitur. genus fœmineum ferri potest: quia Hegemoni cognomen adhæsit *Phace*. sic in præcedente versu. hic tamen scribendum censeo.

Καὶ τότε δὴ θαρσήσα, καὶ ἤλδον πολὺ μᾶλλον.

CAPVT XVII.

Alexandri Ætoli versus corruptissimi & obscurissimi, quà emendantur, quà illustrantur.

QVO propiùs ad finem accedimus, eò maiores difficultates impetum nostrum remorantur. De parodis poëtis agens Athenæus, obseruat Siculos olim genus hoc poëseos magni fecisse. affert in eam rem elegiacos versus Alexandri Ætoli tragici poëtæ: in quibus omnia sic mendis deformata sunt, vt magnis censoribus, qui ante nos in hac parte operam posuerunt, animus defuerit eorum emendationem aggredienti. Interpretibus animi plus fuisse, quam peritiæ τῆς ἀληθινῆς κριτικῆς, non negauerint idonei harum rerum iudices. Eorum exemplo, periclitabimur etiam nos ingenij vires in his quoque versibus. Primum distichum sic habet in libris omnibus: nam manuscripti, vt sæpe alibi, produnt nos in hac parte:

Ὡς Ἀγαθοκλεῆος λασιαὶ φρένες ἤλασαν ἔξω
Πατρίδος. δεχαίωνη οἱ ἀνὴρ ὀλίγοισιν.

non male Dalecamp. mutatâ distinctione post πατρίδος, scribebat, Ὃν δ᾽ Ἀγαθοκλῆος. ille quem patriâ extorrem fecit Agathocles, talis erat. Nobis videbatur poëta, Agathoclis cuiusdam hieronicæ reditum in patriam describere, post partam in sacris ludis coronam. quare ὡς scribebamus, pro ὄντως, & εἴσω non ἔξω. Notum est quâ magnificentiâ à suis ciuibus exciperentur hieronicæ, cùm recens quæsitam palmam patriæ suæ inferrent: speciem triumphi habuit istorum in vrbem introitus, vt testatur etiam M. Tullius. ipsi εἰσελάσεις vocabant. & ita hic interpretor ἤλασαν εἴσω. hoc est, εἰσήλασαν. vt apud Artemidorum lib. 1. cap. 58. εἰσελάσειεν εἰς πόλιν ἀγαθὸν ἀθλητῇ. ἱερονίκης γὰρ ἔσται. Deinde ait poëta:

Εἰδὼς ἐκ νεότητος ἀεὶ ξείνοισιν ὁμιλεῖν
Ξεῖνος. Μιμνέρμου δ᾽ εἰς ποσὰ χρονίων.

priore versu laudat Agathoclem, quòd diu multúmque peregrinatus, quomodo agendum esset cum peregrinis, & iura omnia hospitalia, probe calleret: posterior portentosè deprauatus, luxatúsque, in suos artus ita restituendus est. Μιμνέρμου δ᾽ εἰς ἔπος ἄκρον ἰών. si vsquam alibi hic certè fauit nobis Critice: cùm absque vlla vllius literæ immutatione pulcherrimum loquendi genus cum sententia optima restituimus. Quis non legit apud Græcos, εἰς ἄκρον ἰέναι σοφίας? Ita hic dicitur Agathocles εἰς ἄκρον ἰὼν ἔπος Μιμνέρμου, id est, calluisse eximiè poësim Mimnermi, siue, poëseos id genus, in quo excelluit Mimnermus. Quorsum hoc pertineat, explicat statim, subiiciens, Παιδομανεῖ σὺν ἔρωτι πότης ἴσος. significat Agathoclem assidua Mimnermi lectione talem euasisse, qualem fuisse Mimnermum ipsius arguit poësis: Veneris nimirum & Bacchi iuxtà magnum cultorem. De ingenio eius poëtæ nemo expectat, pluribus hic agam: res enim vulgo nota. Est verò elegantissima locutio, M. εἰς ἔπος ἄκρον ἰών. pro εἰς ἄκρον ἔπους ἰών nam ita dicendum potius fuit, si per metri legem licuisset. Tertium distichum ita scribunt & membranæ, & vulgares editiones:

Παιδο

Παιδομαθῆ σὺν ἔρωτι πότην. ἴσον ἔγραφε δ᾽ ὧν
Ηρως † παρ᾽ Ὁμηρείην ἀγλαίην ἐπέων.

primùm scribe, ποτης ἴσῳ, quod iam exposuimus. deinde iterum malè distractas syllabas connecte, & scribe, ἔγραφε δ᾽ ὧ ἧρε καὶ παρ᾽ Ὁμ. tam plana sententia, quàm certa emendatio. Sequuntur mera monstra, quibus debellandis ne Aristarchus quidem, opinor, sufficiat:

Πασυγάστη Φυζᾶσαι ἀνδίας, ἢ πια χλωνίην
Φλοίων αἰθήρῃ τῶν καταδαμομένη.

prioris versus Chironéum vlcus ne attingendum quidem duximus. posterior ita fortasse sanandus: Φλοίακ᾽ ἀταρτηρῇ σ.κ. vocem Φλοιαξ siue Φλύαξ, non semel exposuimus in superioribus. Postremo ait:

Τοῖα Συρηκοσίοις καὶ ἔχων χάριν, οἷς ὁ Βοιωτὸς
Ἔκλυεν, Εὐβοίῳ τέρψεται οὐδ᾽ ὀλίγον.

Lego, Τοῖα Συρηκοσίοισιν ἔχων χάριν. ἧι ὁ Βοιωτὸς Ἐκ. Bœotus & Eubœus nobiles parodiographi poëtæ fuerunt, vt paulo ante docuit nos Athenæus. Atque ego demiror eruditum interpretem aliorsum hæc traxisse, contra perspicuam Athenæi & ipsius poëtæ mentem, sed virum doctum corrupta lectio decepit, Βοιωτὸς pro Βοιωτὸ. Καὶ ζῶν τα μὲν ταῦτα. Transeamus ad sermonem de lucernis & facibus.

CAPVT XVIII.

λυχνίον, λυχνοῦχον λυχνία, λυχνεῖς. λοφνία, & λοφνὶς ἑλάνη siue σελάνη. Φανοὶ, λαμπάδες, λυχνοῦχοι. δελετροι. νέοι νυκτερεύοντες. γράβια. Alexidis Midon, *siue* Medon. *Alexandrida* Τέθρα ἢ Κόνδυλος. *παιός. Eustachij error.* μνημονικός. *Aceti potus. Philippida* Συμπλέουσαι.

Ο ΜΕΝ τις ἔλεγε, Παῖ, λυχνίον, οἱ δὲ λυχνία. Eustathius scribit ex hoc loco λυχνίον. & ita Pollux, Hesychius, alij nostri codices λυχνεῖον. λυχνίον autem & λυχνία propriè vas ipsum notant, cui oleum infunditur, & ellychnium aptatur: aut candelabrum cui lucerna imponitur, vel appenditur. Diphilus, ἅψαντες λύχνον λυχνεῖον ἐζητοῦμεν. *Accensa lucerna quærebamus candelabrum.* Sic etiam interpretor in Aristophanis loco paullo post relato — τῶν ἀκοντίων Συνδήσαντες ὀρθὰ τρία λυχνίῳ χρώμεθα. intelligo enim, surrecta & in summo colligata iacula tria candelabri vicem præstitisse. At Eustathius cepit longè aliter: quasi tria iacula simul iuncta vinctaque, facis vsum præbuerint. τῶν ἐκ ξύλων τετμημένων, inquit, συνθέσιν τὰ ἅτε Φανοῦ, ἅτε λύχνου, δηλοῖ. Φασὶ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ τῶν ἀκοντίων Συνδήσαντες ὀρθὰ τρία, λυχνίῳ χρώμεθα. Notemus etiam vocem λυχνὶς, vsurpatam fuisse pro λύχνος aut λυχνίον. nam vulgò lapidis pellucidi genus quoddam ita vocabant. Equidem nullius scriptoris memini, qui eo vocabulo ita sit vsus. Quid, quod veterum grammaticorum ne vnus quidem est, qui hanc significationem nominis λυχνὶς obseruarit? non Pollux, qui περὶ λύχνου, & de vocibus eò spectantibus fusè scripsit libro decimò, cap 26. non Eustathius, qui ad septimam Odysséam, hanc totam Athenæi disputationem, more suo in pauca contraxit An igitur scribemus, οἱ δὲ λυχνίαι? vt sit mens auctoris: è conuiuiis alios veteri voce λυχνίον vsos esse; alios recentiore, & quæ in vsu tum fuit, λυχνία. Satis constat inter has dictiones non aliud fuisse discrimen. Additur, ὁ δὲ λοφνίαν. οὕτω καλεῖσθαι φάσκων τὴν ἐκ φλοιοῦ λαμπάδα. Vsitatius est λοφνὶς, cuius πρωτότυπον est ἡ λοφνία, ait Eustathius. sic λοφία dicitur & λοφίς. Originem vocis explicant variè. non displicet quod aiunt nonnulli. λοφνὶς & λοφνία, quasi λιοφανὴς dicta per Æolicam syncopen, ἡ λίαν φαίνουσα Sequitur, ἄλλος δὲ ἑλάνην, ὁ δέ τις ἑλάνας. Vtraque vox aspero spiritu notanda, vt apud Eustathium Fuere qui aspirationis loco sibilum vsurparent (vt in multis aliis dictionibus) & faces vocarent σελάνας. Hesychius, σελάναι, λαμπάδες. scribo σέλαναι. Dictæ autem σέλαναι, inquit auctor, παρὰ τὴν ἕλην. addit Eustathius explicandi gratiâ, ἥτις ἐστὶν ἕλη, ἀφ᾽ ἧς πολλὰ γίνονται. ὧν καὶ τὸ εἰληθερεῖν καὶ τὸ Θηλόπεδον. Silenum veterem Glossarum scriptorem, veluti aspernans vocat γλωσσογράφον. aut certè γλωσσογράφον. Refert autem ex eo, Ἀθηναίους λέγειν τὰς λαμπάδας φανούς. Veteres Athenienses appellabant φανοὺς, quas vulgus Græcorum λαμπάδας. hoc etiam Pollux innuit. At posterior ætas φανοὺς nuncupauit quos Athenienses λυχνούχους, & M. Tullius etiam, eúmque secutus Suetonius, *lychnuchos.* testes sunt grammatici. Sed & Artemidorus variùm huius vsum obscurè innuit, scribens libro quinto, Ἔδοξέ τις τὸν δοῦλον αὐτοῦ φανὸν γεγονέναι, τοῦτον οὕτω λαμπτῆρα καλοῦσι. nam qui sciret diuersis modis eam vocem capi, interpretationem adiecit. δελετρον ex Timachida interpretatur, τὸν φανὸν, οἷον οἱ νυκτερεύομενοι τῶν νέων ἔχουσι. Hesychius sic, δέλετρον, φανὸς ὃν οἱ νυκτερεύοντες φαίνουσι. Sed quinam sunt, quos appellat Timachidas, *iuuenes pernoctantes*? an lucubrãtes & studiis inuigilantes? an comessantes? an potiùs in specula & statione militari excubias agentes? Erant quondam in vsu ligna inspicata pro facibus. Virgil. —*ferróque faces inspicat acuto.* Græcia proprio nomine γράβια dixit. Seleucus apud nostrum: γράβιον ἐστι τὸ πρίνινον ἢ δρύϊνον ξύλον, ὃ τις ἰσθλασμένον ἢ κατεσχισμένον ἐξάπτουσι καὶ φαίνει τοῖς ὁδοιποροῦσι. deest φασὶν, aut ἴσως: vt sæpe in explicationibus grammaticorum. Ex verbis Theodoridæ, ποσα δ᾽ ὑπὸ γράβιον ἐστάξε, non male colligit Eustathius, grabium genus fuisse δᾳδῶν. Existimo sanè grabia factitata de ligno alicuius arborum earum quæ picem ferunt: cuiusmodi sunt in Europa pinus, pinaster, picea, abies, larix, & quæ propriè dicitur tæda Nego ferendam esse librorum etiam scriptorum lectionem in hoc versu Alexidis: Σ.δησὸν δέκτον ἐναλίων θηρῶν μέλος. nam scribendum βέλος. β & μ quod sciunt omnes, passim permutata sunt inuicem. appellat

marinarum bestiarum telum, fuscinam siue tridentem: quo plurimùm esse vsos piscatores, ex Strabone, Oppiano, aliisque scimus. Dixit modò Athenæus, describi his versibus τριόδοντα κ. λυχνοῦχον. & ita est: nam hic fuscinæ, sequens lanternæ, continet periphrasim. & mirum non hoc esse interpretibus visum. Libro septimo laudabatur Alexis *Minoe*: hic Μίδωνι. non arbitror rescribendum Μίνωι. nam & in Pollucis libris *Midonem* aut *Medonem* Alexidis videor legisse: etsi non nunc succurrit locus. Mox, Ἀναξανδρίδης δ' ἐν τῷ Θεῤῥικοῦ τὸ λαβὼν τὸ φανὸν ἅψοις μοι λύχνον. Dalecampius ἐν Θησαυρῷ. non clam me est, editam eo nomine fabulam ab hoc comico, laudatam alibi in his libris: sed vbi sunt vestigia eius vocis in edita lectione, quam & scripta manu exemplaria retinent? quin potiùs eamus, quò nos vetus scriptura videtur ducere. Scribo, ἐν Ὕβρει ἢ κονδύλῳ. scripta fabula aduersus aliquem πλήκτην, qui obuios solitus depalmare, aut pugnis petere; quod Græcis est ὑβρίζειν. inde geminus fabulæ index Ὕβρις ἢ Κόνδυλος. sic Midiana Demostheni titulum præfert, Περὶ κονδύλου, ἢ περὶ ὕβρεως. Recitantur Menandri versus:

ὁ φανὸς ἐστι μεστὸς ὕδατος οὑτοσί.
Δεῖ τ' οὐχὶ σείειν, ἀλλὰ σποδιεῖν αὐτόν.

In priore scribendum παιὸς, vt docet ipse Athenæus statim. appellat plenam aquæ facem, quæ erat confecta ex ligno viridi, & succi adhuc pleno. Eustathius, παιὸς δὲ φανὸν χρῆσις καὶ παρὰ Διφίλῳ. (Menander debuit dicere) οἷον, ἀλλ' ὁ παιὸς ὕδατός ἐστι μεστός. ἤτοι ὁ φανὸς ξύλα ἔχει χλωρότατα, ἢ διὰ τοῦτο ὑδατηρά. Altero versu negat posse hanc madentem facem accendi, si quis eam quatiat, vt fieri solet: sed in calentibus cineribus esse siccandam, instar acapnorum lignorum. Legendum, Δεῖ τ' οὐχὶ σείειν αὐτὸν, ἀλλά γε σποδιεῖν. Sententia quam eliciunt interpretes ex tertio versu Nicostratei testimonij, mutationem scripturæ non leuem desiderat, cùm nullâ sit opus: sed visum illis absurdum, si diceretur acetum vendi à caupone: cùm tamen certum sit, etiam acetum potui fuisse veteribus: quod non ex historicis tantùm scimus, verùm etiam ex libris Iuris ciuilis Romanorum, lege 3. § 5. ff. De penu legata. Quare ita verte, *Vicinus hic caupo siue vinum alicui vendat, siue oleum siue acetum*, emptorem *dimittit*, non aliter *quàm infusa aqua*. Φιλιππίδης συμπλεύσαις.

ὁ φανὸς ἡμῶν οὐκ ἔφαινεν οὐδὲ ἕν.
Ἔπειτα φυσᾶν δυστυχὴς οὐκ ἠδύνω.

Philippidæ fabulam hanc Pollux libro nono Συμπλεούσαις inscribit. posterius trimetrum mirabiliter suis coniecturis corrumpunt interpretes: quibus silentium indicunt Eustathius, vetera exemplaria, & sententia ipsa: *at tu infelix, non poteras flatu facem excitare?* quæ ex Equitibus Aristophanis describere ait auctor, in ea fabula hodie non leges.

CAPVT XIX.

Dionysij λύχνος mirabilis. Prytanéa Græcorum Vestæ sacra. Prouerbium, τὸ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ. Locus Theocriti illustratur. Piscatio nocturna. Prytanéa olim in singulis Græcorum vrbibus: vt Syracusanorum, Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiorum, Milesiorum, Tenediorum, Arginorum, Siphniorum, Thasiorum, Eresiorum, Mitylenæorum, Cyzicenorum, Eleorum, Naxiorum, Ephesiorum, Naucratitarum.

NARRANT dipnosophistæ, Dionysium iuniorem Siciliæ tyrannum, Ταραντίνοις εἰς τὸ πρυτανεῖον ἀναθεῖναι λυχνεῖον δυνάμενον καίειν τοσούτους λύχνους, ὅσος ὁ τῶν ἡμερῶν ἐστιν ἀριθμὸς εἰς τὸν ἐνιαυτόν. Mos veterum fuit, vt scribit Plinius lib. 34. delubra lychnuchis pensilibus ornare. Græcorum autem prytanéa Vestæ erant sacra: in cuius honorem perpetuus ibi ignis fouebatur. Inde πρυτανεῖον dictum volunt, quasi πυρὸς ταμεῖον. etsi aliter ετυμολογοῦσιν alij. Propterea Dionysius in Tarentinorum prytanéo mirabilem hunc lychnuchum cum suis ampliùs 350. lucernis dedicat. Nam ignis ille Vestæ, nihil nisi lucerna semper ardens fuit. Quoniam autem maximâ cum religione solitum caueri, ne olei defectu lucerna extingueretur, natum ex ea re prouerbium est, τὸ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ, quo vtebantur, quando perpetuam & nunquam deficientem alicuius rei copiam volebant significare. Sanè quidem eo sic vsus est Theocritus idyllio 21. cuius locus doctissimos viros mirè habuit exercitos. Asphalion piscator ibi piscatorem alium alloquitur, quicum in ipso piscationis loco, ad littus maris cubabat, refert somnium quoddam suum, illiúsque interpretationem à sodali petit: ac ne fortè hoc ipsi denegaret artificij lectique socius, rationes duas affert, cur æquum sit hoc sibi concedi. Prior est: quòd suppetat otium ad tales cogitationes: quando neque aliquid agere eorum quæ postulat vsus, queant propter noctem; neque diutius dormire, propter strati insuauitatem. Sequitur altera ratio: — τὸ δὲ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ. φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν. quæ ita interpretamur. Iam verò cur de victu simus solliciti, caussæ non est: certam enim habemus spem, nos cùm manè surgemus, aliquid omnino capturos: neque magis defuturam nobis ἄγραν, quàm lucernæ quæ in prytanéo semper ardet, deficit vnquam oleum. securitatis huius caussam reddit, quòd ea pars maris vbi piscaturi erant, piscosa admodum esse vulgò credebatur. Existimamus obscurissimi loci hanc esse mentem, [ac fortasse simul allusum ad eos, qui in prytaneis publico sumptu alebantur, quos ἀσίτους vocabant, vt est apud Hesychium.] Minùs probamus magnorum virorum interpretationem, qui referunt ad genus piscationis, quæ fit noctu ad ignes: etsi non dubitamus, eam piscationem veteribus fuisse notam.

putem

putem eò pertinere legem decimam Dig. De incendio, ruina, &c. vbi ait Vlpianus: *Ne piscatores nocte, lumine ostenso fallant nauigãtes, quasi in portum aliquem delaturi, præsidis prouinciæ religiosa constantia efficiat* [Plato ipse in Sophista præclare describit, cũ piscationis τῆς ἑρκηπικῆς duas species ita explicat. Piscationis illius, ait, quæ pisce capit cum illatione plagæ, τὸ μὲν νυκτερινὸν πρὸς πυρὸς φῶς γιγνόμενον ὑπ' αὐτῶν τῶν περὶ τὴν θήραν, πυρευτικὴν ῥηθῆναι συμβέβηκε· τὸ δ' ἡμερινὸν ... de eadem piscatione nocturna extant luculenti versus apud Oppianum, Ἁλιευτικῶν lib. vlt.] Sed quod aiunt non conuenire piscatoribus Siculis, qui tantùm loca vicina piscationibus suis nôrant, vt de Atheniensium prytanéo loquantur: respondemus, non de illo prytanéo ipsos sentire, quod Athenis fuit: verùm de eo quod in ipsorum vrbe, Syracusis. Nulla siquidem vrbs totâ Græciâ olim fuit, quæ suum prytanéum non haberet: nam & Vesta in omnibus culta. Sed fecit splendor Athenarum, vt eius vrbis prytanéum alia omnia obscura, & pene incognita redderet. Quare hodie etiam eruditissimis viris persuasum esse video, prytanei rem nomenque proprium solis Atheniensibus fuisse. [Atqui Syracusis quoque prytanéum fuisse, testatur disertim M. Tullius: cuius sunt verba in ea de signis contra Verrem. *Altera autem vrbs Syracusis, cui nomen Achradina est, in qua forũ maximum, pulcherrimæ porticus, ornatissimũ prytanéum*] Etiam Tarentinos suum prytanéum habuisse, inque eo πῦρ ἄσβεστον seruasse, testis historia quæ hic narratur. Habuerunt & Corinthii, vt ex Pausaniæ Corinthiacis didicimus: facit enim mentionem Corinthiorum πρυτανείου: qui non aliunde quàm ab vrbis suæ prytanéo sic dicti. Simili ratione, quia πρυτανείας Rhodiorũ & Milesiorum meminit Aristoteles in Politicis: prytanea Rhodi & Mileti fuisse, non male inde colligas, & Tenedi quoque, cum extet Pindari oda in laudem Aristagoræ Tenedij prytanei. item Argis: nam Æschylus facit puellas supplices regem Argiuum sic alloqui: σὺ δ' ἐστὶ πρυτάνις ἄκριτος ὢν κρατύνεις βωμὸν ἑστίας χθονός, μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν. Siphnios quidem habuisse, constat Herodoti testimonio, in Thalia, τοῖσι δὲ Σιφνίοισι τότε ἡ ἀγορὴ, καὶ τὸ πρυτανήιον Παρίῳ λίθῳ ἠσκημένα. de Thasiis Theophrastus auctor est lib. De odoribus: ὁ ἐν Θάσῳ οἶνος ὁ ἐν τῷ πρυτανείῳ διδόμενος, θαυμαστός τις etiam Eresus habuit: nam Phaniam Eresium scripsisse περὶ πρυτάνεων, narrat noster libro 8 Mitylenæi mentio est lib. 10. ἐνεχόντα ἐν τῷ πρυτανείῳ τῷ Μιτυληναίων. Cyziceni, Liuius lib. 41. vbi scribit de Perseo, *Cyzici in prytaneũ, id est penetrale vrbis, vbi publicè quibus is honos datus est, vescuntur,) vasa aurea mensæ vnius posuit.* Prytanéum Eleorum pulchrè descriptum habes apud Pausaniam. Naxiorũ meminit Parthenius Ἐρωτικοῖς, c. 18. καὶ ἐπειδὴ αὐτὴν ὁ Ὑψικρέων, ἱκέτις προσκαθίζει τῆς ἑστίας τῆς ἐν πρυτανείῳ. Ephesiũ Achilles Tatius libro 8. de Ctesiphonte, qui cædis damnatus Ephesi fuerat, τῆς ὑπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν πρυτάνεων καταγνωσθείσης. Naucratim quoque, licet Ægypti vrbem, in prytaneo Vestã coluisse ait Naucratita Athenæus, lib. 4. παρὰ Ναυκρατίταις ἐν πρυτανείῳ δειπνοῦσι, γενεθλίοις ἑστίας πρυτανιτίδος. Sed nihil opus ire per singulas Græciæ vrbes: cùm certum sit, in omnibus & publicè cultam Vestam & nõ alibi quàm in prytaneo potuisse eam consecrari. nam vbicunque Vesta, ibi necessariò prytanéum. ideò canit Pindarus initio odæ 11. Nemeonicarũ, Παῖ Ῥέας ἅτε πρυτανεῖα λέλογχας Ἑστία. & notat ibi scholiastes, πρυτανεῖα φησὶ λατρεῖν τὴν Ἑστίαν, παρόσον αἱ τῶν πόλεων ἑστίαι ἐν τοῖς πρυτανείοις ἀφίδρυνται, καὶ τὸ ἱερὸν λεγόμενον πῦρ ἐπὶ τούτων ἀπόκειται. Eandem ob caussam Dionys. Halicarnasséus curias Romanorũ confert cum Græcorũ prytaneis, doctè scribens de vtrisque: ἱερὰ ... καὶ ... ἑκάστη φρατρία, καὶ σὺν αὐτὰ ... τις ὥσπερ ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς πρυτανείοις ἑστία κοινὴ τῶν φρατριῶν. melius quàm Plutarchus, qui de ea re sic loquitur in Numa, quasi Athenis solum & in templo Pythico sacer ignis seruaretur à Græcis. Dio Chrysostomus oratione quinquagesima, inter sanctiora loca vrbium Græciæ nominat, ἀγορὰν, πρυτανεῖον, βουλευτήριον. & τὰ ἄλλα ἱερά. [Olympiodorus, siue alius in Excerptis è commentariis Procli in Phædonem Platonis: Κατὰ μίμησιν τοῦ κέντρου τῆς γῆς καὶ ἐν τοῖς πρυτανείοις πῦρ ἄσβεστον τῇ ἑστίᾳ καθίδρυον αἱ πόλεις. Vrbes, ait, in prytanéo perpetuum ignem consecrabant, imitatione illius qui terræ centrum ambit.]

CAPVT XX.

Hermippi Phormophori. *Pollux multifariam correctus in eius fabulæ mentione.* συγχοι, *calcei. Hesychij locus. Æschyli vox* πανος. xylolychnuchus. *Lumen nocturnum olim, tæda aut ligna.* λαμπτῆρες. βωμοί. *Locus Glossarij. Lychnorum inuentum.* λαμπάς *vnde. Metagenis* Philothita λυχνοκαυτία, λυχναψία & λυχνοκαΐα. *Mos discedentium à conuiuio, acclamare* ἰὴ παιών. *Expensa quæ de ea acclamatione scribit Athenæus. Mos libandi in discessu.* ἀγαθοῦ δαίμονος. *Coronis operis totius.*

NON planè liquet mihi de integritate proximorum verborum. Ἕρμιππος δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐν ἰάμβοις τὸ στρατιωτικὸν λυχνεῖον ... οὕτως ὀνομάζει. sed quia periit Hermippi ecloga, nihil amplius de hoc loco dicere habemus. Subiicitur, ἐν δὲ Φορμοφόροις δράματι, τῆς δ' ἐξιόντι δεξιὰ ὁ λυχνίδιον. Φορμοφόροι sunt calones & caculæ militares, qui storeis in vsum stratorum onusti, milites ægre sequebantur. Familiare comicis Græcis argumentum, vt dicebamus ad Theophrastum: vbi etiam exposuimus vocem φορμός. Hermippe ex huius fabulæ titulum passim inuenies corruptum. Pollux libro septimo, c 22. ὑπόχλοι δὲ πολυτελὲς ὑπόδημα ἀνδρεῖον, οὗ Ἕρμιππος ἐν Μορφοφόροις μνημονεύει.

literarum transpositione commissus error: nam scribendum, φορμοφόροις. sed neque calceorum de quibus loquitur, rectè scriptum est nomen. ἐπίχλας enim reperies alibi nusquam. Lego, καὶ σύκχοι δὲ. sycchos & sycchadas calcei Phrygiaci genus commemorant veteres. Emendandus & ille Pollucis locus eodem libro, vbi citatur Hermippus in Θερμοφόροις. Libro autem decimo, cap. 26. laudatur hic idem poëta ἐν Θεσμοφόροις. scribo etiam ibi φορμοφόροις. suadunt ipsa quæ inde afferuntur verba: σκεύη, ait, χαλκία διὰ καὶ χαλκεῖα. nam videntur ista, pars fuisse oneris quod gestabant calones. Hesychius, Διὸς βάλανοι, Ἕρμιππος φορμόφοις. scribe, φορμοφόροις. Pro φανὸς dixerunt veteres etiam πανός. probat philologus ex Menandro & Diphilo: tum addit, πρότερος δὲ τούτων Αἰσχύλος ἐν Ἀγαμέμνονι μέμνηται τοῦ πανοῦ. Legit nempe Athenæus in Æschylea Agamemnone, πανὸν ἐκ τῆσδε τρίτον Ἄθῳον αἶπος ἐξεδέξατο. non vt editum hodie φανός. *Xylolychnuchus* Alexidi, M. Tullio ad verbum *lychnuchus ligneolus* nominatur. Scribe autem cum Epit. καὶ ξύλα τούτῳ ὅμοιόν ἐστι τὸ παρὰ Θεοπόμπῳ ὀβελισκολύχνιον. Porrò obeliscolychnij vsum & formam capere possumus ex iis quæ scribit philosophus libro quarto De partibus, capite sexto, & Politicorum libro quinto, capite 15. Obseruatio est Athenæi, οὐ παλαιὸν δὲ εὕρημα λύχνος. φλογὶ δὲ οἱ παλαιοὶ τῆς τε δᾳδὸς, καὶ τῶν ἄλλων ξύλων ἐχρῶντο. Ita est: antiquitus, ignotis adhuc lucernis, facibus, candelis, & similibus omnibus, in vsum nocturni luminis tædam accendebant, aut ligna alia. In Etymologico scriptum verè, οἱ παλαιοὶ οὐκ ἐχρῶντο ἐλαίῳ καὶ λύχνοις, ἀλλὰ ξύλοις. Pater vatum λαμπτῆρας nominat ligna in foculis ardentia ad faciendam lucem. Ὀδυσσ. σ.

αὐτίκα λαμπτῆρας τρεῖς ἵστασαν ἐν μεγάροισιν
ὄφρα φαείνοιεν.

ad eum locum notat Eustathius, durare eum morem apud rusticos. ἰστέον, ait, ὅτι λαμπτῆρας λέγει ἃς νῦν οἱ ἀγροτικοὶ λυχνίας φασὶν. ἐφ' ὧν δᾷδες καίμεναι (aut potius ἱστάμεναι) καθ' ὕδερκον ἀπαντῶνται, ἢ ξύλα ξηρὰ διὰ τὸ ἄκαπνον, ἢ καὶ ἄμφω ἀναμίξ. Virgilius Homerũ imitans, *Vrit odoratam nocturna in lumina cedrũ.* Poëta alibi vocat βωμοὺς, focos sublimes in hunc vsum fabricatos in ædibus beatorum: aut sedes simulacrorum quæ ligna vel facem tenentia prælucebant, Ὀδυσσ. ῥαψ. η. quò referri fortasse possit obscurus Glossarij locus, qui ita editur: *Lanterna*, φανὸς, ἵνα πλάτος κέφθη. Doctissimi viri, qui non videbant quid sibi magister hic vellet, vocem ἵνα putarunt esse vitiosam. Nos ipsum potiùs interpretationis huius auctorem falli censemus, vt sæpe in cognatæ significationis vocibus. Putauit Latinæ vocis *laterna*, adeò latè patere significationem, vt etiam foculos illos denotaret, in cubiculis olim altiusculè ædificari solitos ad lucendum. Lychnos verò inuenerunt Ægyptij, auctore Clemente Alexandrino in Stromatibus. Lampadum quoque & vsum & nomen à Syris acceperunt Græci: nam λαμπάς est Hebræorum לפיד. Lucernæ διμύξου ait noster, meminit Μεταγένης ἐν Φιλοθύτῃ, καὶ Φιλωνίδης ἐν Κοθόρνοις. Metagenis *Philothytam* inuenio nominatam Polluci lib. 6. cap 23 at Philonidæ verba extant apud eundem libro 10 cap 26. ὥσπερ οἱ διμυξοι τὸν λύχνον. Idem libro sexto, cap. 18. λύχνος δὲ διμύξος τῶν κωμῳδῶν φιλύλλιος μνημονεύει. minus rectè editum φιλύλλος, & hîc & alibi. Homeri versus, vbi lampadas appellat οἴσεις est è ῥαψ. λ. Iliad. Sequitur, λυχνοκαΐαν δὲ ἣν οἱ πολλοὶ λέγουσι, λυχναψίαν Κηφισόδωρος ἐν Ὑῒ. Scribendum, ἐν Ὑῒ, indubitata coniectura. Cephisodori *Suem* nouimus ex libro tertio, & libro octauo. prætermisit Herodoti vocem λυχνοκαΐην. Ait de Cynulco, καὶ ταῦτ' εἰπὼν, ἐφ' ἃ ἐπῆλας ἀπὸ λεοντέων βάσιν. Ita iussimus edi ex coniectura malè vulgo conceptum versum, etiam in MSS. Dalecamp. ἐπὶ λαιᾶν ποδὸς βάσ. sanè quàm ἀρχαῖς nostram verò coniecturam possumus iam confirmare Erotiani auctoritate, qui in Hippocrateo Lexico citat hunc senarium, ita planè scriptum: nisi quod pro ἐπῆλασιν, habet ἐπήλλων. ex illo cognouimus, Euripidis esse versum, ex Oedipode fabula. Videtur poëta leonem iratum descripsisse eo loci. leones enim in principio iræ terram caudâ verberant, vt Plinius scribit. Mos olim fuit multorum, vt finito aliquo negotio, vel etiam conuiuio, ἰὴ Παιὼν aut Παιὰν acclamarent. Caussa eius consuetudinis fusè explicatur isto loco, qui in parte manca est illa periodus, haut facilè sine libris melioribus sanabilis: διὰ δὲ τὸ λαιαν ἡμῖν εἶναι σωπηθεῖς λανθάνει ὁ παροιμία, οἱ δὲ τοῖς λέγοντες ὡς παροιμίας. Quod ex Heraclide Pontico subicitur, friuolum est, & vt rectè indicat noster, ταυτῶς πέπλασαι. Aiebat ille, Apollinem primũ super libatione ter dixisse, ἰὴ Παιὼν, ἰὴ Παιὼν, ἰὴ Παιὼν. eâque acclamatione dedisse mortalibus exemplum trimetri versus non vnius generis. nam si in vtraque harum vocum ἰὴ Παιὼν priores produxeris, feceris heroicum spondaicum, hexametros vulgò vocant metrici: sed erit τρίμετρον, si metiaris κατὰ διποδίαν. Quod si si priores syllabas corripueris, erit senarius iambicus ex puris iambis. si corripiens in cæteris producas in vltimo pede, Hipponacteum scazontem concinnaueris. hæc mens est eorum quæ ex Heraclide relata, hodie in omnibus exemplaribus scribuntur non sine vitio. Sed distinguendum, ac legendum, βραχυνομένων δ' αὖ γιγνομένων, ἁπασῶν τελευταίας συλλαβῆς μακρᾶς ποιητέον, ὁ ἱππωνάκτειος ἴαμβος ἔσται. Potest autem prior in voce ἰὴ produci, si deduci volumus ab ἰάω, quod est sano. nam τῆς vocis & τῶν συστοίχων producunt poetæ. Verùm inepti sumus nimis, si in explicandis hoc genus afanis, operam nostram abutimur. Veteres inter surgendum à mensa, discessuri è conuiuio diis libabant, aut thus, vel aliud thymiama adolebant. Non fieri hoc indictum doctor noster: sed debilis hodie & mu-

tila

tila hæc periodus est, etiam in membranis. sic enim omnes codices: Μετὰ ταῦτα ἤδη μελλόντων ἡμῶν αἰτεῖσθαι, ἐπεισῆλθον παῖδες φέροντες ὁ μὲν τις θυμιατήριον, ὁ δ'. ...... Ex coniectura & re ipsa, lacunam ita explemus, ὁ δὲ λιβανωτὸν, ὁ δὲ σπονδεῖον. alius, inquit, thuribulum ferebat, alius acerra thus, alius pateram ad libandum. Pulcherrimum est quod sequitur canticum in commendationem Sanitatis: Athenæus pæanem indigetat, alij simpliciter ᾆσμα. Maximus Tyrius principio dissertat. 41. ἀεὶ ἀρίστη τῶν ἐκ ἀρχαίων ἆσμα ἐν δὲ χρ. μιᾶς, Ὑγίεια πρεσβίστα μακάρων, μ. &c. Pro τὰς εὐδαίμονας τ' ἀνθρώποις βασιληΐδος ἀρχὰς, in Excerptis legitur, ἰσοδαίμονος. melius vulgi iudicio imperia & principia homines diis æquant, redduntque Διὶ ἰσοθαλαίτας καὶ ἀντιφερεῖς. Idem liber scribit, τέθηλε πάντα, καὶ λάμπει χαρίτων ἔαρι. & in ora libri ὀαρ. neutrũ placet: rectum est ἔαρ. Quæ post Ariphronis pæanem subiiciuntur, vsque ad vocem ταῦτα, quò pertineant, ob vitium codicum non assequimur. & fortasse alieno loco sunt posita. sed præeuntes membranas Italicas sumus secuti: a quibus nihil planè variat scriptus liber, quem à præstantissimo viro Huraldo Mesliæo vtendum paucos ante dies accepimus. Demum operi suo colophonem imponit auctor, & Ταῦτα, ait, φίλτατε Τιμόκρατες, κατὰ τὸν Πλάτωνα, οὐ Σωκράτους νῦν καὶ καλοῦ παίγνια, ἀλλὰ τῶν δειπνοσοφιστῶν ἀποδάσματα. Platonis locus quem respicit hic, est ex epistola secunda. Διὸ οὐδ' ἔστιν ποτ' ἐγὼ περὶ τούτων γέγραφα· οὐδ' ἔστι σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν, οὐδ' ἔσται. τὰ δὲ νῦν λεγόμενα, Σωκράτους ἐστὶ καλοῦ καὶ νέου παίγνια. ita videtur Athenæus eum locum Platonis legisse: non vt nunc editur καλοῦ καὶ νέου γεγονότος. Addit postremò καθὰ γε τὸ καλλικοῦ Διονυσίου, — τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοις, ἢ τὸ ποθεινότατον; Hic Dionysius, cuius verbis auctor hic loquitur, scriptor fuit antiquissimus, qui quidem in iis quæ affert Athenæus, videtur Pindarum imitatus, atque adeo illius verbis vsus: quæ & Aristophanes vsurpat sub finem Equitum. Ait eo loci poëta. Τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν, Ἢ θοᾶν ἵππων ἐλατῆρας ἀείδειν; obseruat ibi scholiastes: Τὴν ἀρχὴν πεποίηκε Πινδάρου· ἔχει δὲ οὕτω. Τί κάλλιον ἀρχομένοισιν ἢ καταπαυομένοισιν, ἢ βαθύζωνόν τε Λατώ, καὶ θοᾶν ἵππων ἐλάτειραν ἀεῖσαι; Porro ne vltimæ quidem dictioni operis huius pepercerant isti librorum tortores. Legebatur enim prius, ἢ τὸ πιθανώτατον. quam lectionem pluribus exprimere conatus est Dalecampius. frustra. nam verum est, quod ex Epitoma publicauimus. Solet Athenæus in principio omnium librorum & multorum fine, amicum suum Timocratem affari, & nominatim compellare. nunc quoque in extremo opere illum appellat: atque, aliena verba, vt ferè solet, sententiæ suæ accommodans: nihil esse pulchrius, quàm & inchoantem aliquid & absoluentem, eius meminisse quod tibi sit charissimum: puta, amici coniunctissimi; qualis Athenæo fuit hic Timocrates. Certum est, nihil esse amantibus iocundius, quàm suorum amorum nomina sæpe vsurpare. Aristænetus: ἧς δὲ ἐρῶσι πολλοῦ εἴδει καὶ τοῦ τὸ θεοφιλὲς ὄνομα πολλάκις εἰπεῖν. Ac quoniam hominum generi nihil est Deo amicius: ab eo incipiendum, in eo desinendum monent sapientes. Gregorius Nazianzenus in Apolog. ἄριστον ὅρισε πάντος ἀρχόμενον καὶ λόγου καὶ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τε ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι.

Sic igitur in amici Timocratis iocundissimo nomine opus istud suum claudit Athenæus. At nos, quibus dedit DEVS OPT. MAX. longi adeò, & tam molesti, ne dicam ardui, incepti finem videre, in quo potiùs desinemus, quàm in ὑπερεράστου καὶ ὑπερέχοντος ipsius nomine? εἰ γὰρ νοῦν εἴχομεν, aiebat sapientissimus senex Epictetus, ἄλλο τι ἔδει ἡμᾶς ποιεῖν καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ, ἢ ὑμνεῖν τὸ θεῖον, καὶ εὐφημεῖν, καὶ ἐπεξέρχεσθαι τὰς χάριτας αὐτοῦ; οὐκ ἔδει καὶ σκάπτοντας καὶ ἀροῦντας καὶ ἐσθίοντας ᾄδειν τὸν ὕμνον τὸν εἰς τὸν Θεόν; Μέγας ὁ ΘΕΟΣ, ὅτι ἡμῖν παρέσχεν ὄργανα ταῦτα, δι' ὧν τὴν γῆν ἐργαζόμεθα. Μέγας ὁ ΘΕΟΣ, ὅτι χεῖρας δέδωκεν, ὅτι κοιλίαν, ὅτι αὔξεσθαι λεληθότως, ὅτι καθεύδοντας ἀναπνεῖν. ταῦτα ἐφ' ἑκάστου ἐφυμνεῖν ἔδει, καὶ τὸν μέγιστον καὶ θειότατον ὕμνον ἐφυμνεῖν, ὅτι τὴν δύναμιν ἔδωκε τὴν παρακολουθητικὴν τούτων, καὶ ὁδῷ χρηστικήν. Tibi ergo æterne, immortalis, ter sancte DEVS, tibi soli τῷ ἀνεσχεθεῖ, pro absoluto opere gratias supplex quantas possum maximas, & ago nunc, & porro semper, viuus nec viuus agã: dum quidem vigiliæ hæ nostræ manebunt: quas non magis ἐπιστημῶν πρὸς τὰ κάλλιστα τῶν μαθημάτων animi, quàm piæ mentis, & deuotæ numinis tui maiestati extare apud posteros monumentum optamus. Tibi quoque, vir amplissime, MERICE DE VICQ, qui pro illo tuo admirabili erga literas amore, otia nobis ad has lucubrationes profusa quadam liberalitate fecisti, gratias agimus toto pectoris affectu, & porrò semper quoad erimus agemus. Qui tibi, tuisque pro summis in nos meritis tuis, μυριομακαριότητα dabit ὁ μέγας ἐν οὐρανῷ ΘΕΟΣ.

INDEX
AVCTORVM QVI IN HOC OPERE
Citantur, Illustrantur, & emendantur.

A

Ben Ezra. 681.60
Achilles Tatius. 113.51
Accius. 482.16
Acta Apostolorum. 203.50.373.20.644.22
Actuarius. 60.22
Ælianus. 30.24.91.41.& passim.
emendatur. 467.41.505.15.518.51.628.50.665.14.& 25.709.18.& 50.731.21.734.45.sæpius.773.53.949.41. illustratur. 111.17.& 29
Æschines. 320.49.392.15.474.31.596.38.& 43
Æschylus. 323.32.188.42.317.33.336.17.482.16.682.18.675.11.& 36.718.37.837.13.856.15.892.25
emendatur. 995.27
fabularum eius album auctum & correctum. 166.41
Scholiastes Æschyli. 496.3.977.36
Aetius. 61.50.93.23.& 27.121.61
Agathias. 667.61
Alciphron. 95.18.662.15.878.46
Alexander Aphrodisæus. 73.32.155.24.237.19.457.23.652.23
Ambrosius. 545.40
Ammianus Marcellinus. 178.51
Anacreon. 590.60.662.20.788.63.957.16
Anacreontica oda non antè edita. 952.57
Antigonus Carystius. 847.45.647.12
emendatur. 161.56
Antipater poeta epigrammatum. 581.51
Antonius Liberalis. 524.26.675.27
M. Antoninus Imperator. 88.16
Appianus. 250.30.255.18.354.56.365.32.371.66.840.65.841.12
Apocryphi libri. 714.45.761.21
Apollodorus. 286.37.422.20.479.48.588.42.621.22.679.35.772.60.819.26.840.15.861.44
Apollonii scholia. 485.27.487.54.488.58.489.34.496.18.700.10
Apollonius grammaticus. 680.48.955.11
Apuleius. 55.10.26.40.548.44.[illegible]
emendatur. 813.58
† *Arateris poetæ nomen restitutum variis locis.* 166.42
Archelaus. 545.39
Archestratus. 177.13
Aristænetus. 55.33
† *Aristias comicus.* 123.35
Aristides sophista. 51.47.333.66.644.29
Aristophanes. 22.17.& 61.55.60.[illegible] passim.
illustratur. 906.18.925.12
eius scholiastes. 48[illegible].27.& 41.487.63.79.50.495.37.536.6[illegible].567.41.& 60.571.62.682.3[illegible].743.49.814.32.816.39
emendatur. 142.34.425.53
Aristoteles. 4.63.13.49.22.29.45.25.67.45.60.14.79.18.84.[illegible].88.[illegible].89.30.95.24.171.54.259.[illegible].[illegible].47.3[illegible].[illegible].[illegible].19.437.41.453.35.459.[illegible].4[illegible].10.468.22.475.38.494.29.495.30.497.33.498.18.502.10.504.34.[illegible].8.[illegible].511.40.522.21.524.55.& 60.525.31.& 35.531.54.553.62.[illegible].[illegible].27.540.30.542.4.[illegible].548.4[illegible].[illegible].551.16.[illegible].552.44.554.10.555.40.& 53.557.62.560.42.562.23.565.19.569.41.573.41.576.10.577.15.578.31.& 55.586.50.618.53.& 64.669.41.[illegible].50.671.51.976.17.33.& 44.6[illegible].66.683.37.691.26.724.21.728.49.744.29.850.62.[illegible].28
emendatur. 42.[illegible].118.27.944.52.[illegible].10
illustratur. 171.50.329.54.579.18.619.54.731.16
eius locus variè lectus iam olim. 512.10
defenditur a Timæi calumnia. 43.41.459.31.595.48
super chalcide pisce inconstantia. 574.10
Arrianus in Dissertationibus. 130.27.964.21
Arianus historicus. 284.22.372.56.4[illegible]6.12
illustratur. 7[illegible].59
Artemidorus. 130.11.457.16.561.49.58[illegible].4[illegible].[illegible].840.45.963.52
emendatur. 54.24.545.52
Asconius. 534.31
Athanasius. 943.35
Athenæus Mechanicorum scriptor. 194.44.[illegible]
Athenagoras. 196.22
B. Augustinus. 316.52.41[illegible].12.744.44.771.11
Augustus in epistola ad Tiberium. 393.45
Auicenna. 6[illegible]
Aulus Gellius. 292.10.434.65.470.36.& 4[illegible].482.50.496.54.735.14.821.60.855.18
Ausonius 4[illegible].52.161.48.176.51.246.42

B

Basilius. 30.[illegible]8.28.41.63.24.70.3[illegible].91.52.[illegible].56.126.51.176.11.191.21.4[illegible].[illegible].2[illegible].545.4[illegible].[illegible].20
Beniamini Itinerarium. 8[illegible]
Bibliorum vetus interpres. 476.17
illustratur. 924.34
emendatur. 5[illegible].16
Berosus. 509.39
Bion. 215.17
Brutus. 613.56
Breuiator Athenæi, passim. quis ille fuerit. 1.12
negligentia illius. 2.1[illegible].& seqq.

C

Cælius Aurelianus. 684.10.800.[illegible].897.59
Cæsar De bello Gallico. 364.61.436.17
Callimachus. 147.40.196.27.89[illegible].51.934.19
exponitur. 627.47
Canon paschalis M. S. 281.59
Capitolinus. 369.15
Caranus. 218.13
Cassianus. 282.52
Cassiodorus. 340.45.365.33
Cato. 75.14.97.44.217.41.503.62.921.15.24.27.37.38.42.& 49
Catullus. 110.15.627.48
Celsus. 60.23
Censorinus. 514.20
B. Chrysostomus. 2065.30.26.49.25.55.26.& 36.72.19.102.39.143.61.183.10.316.52.321.26.322.38.344.44.403.62.183.10.316.52.321.26.322.38.344.44.4[illegible]3.42.451.63.50[illegible].62.651.23.823.1[illegible]
emendatur. 811.37
Cicero 60.57.61.60.94.51.104.17.226.34.268.30.274.47.315.21.454.17.460.28.471.20.470.1[illegible].[illegible].498.54.500.20.565.38.587.14.601.20.614.38.624.43.676.55.833.23.865.36.886.52

emendatur

emendatur. 153,47
illustratur. 13,42
Claudianus. 275.47.860,34
Claudius Imperator. 471,14
Clemens Alexandrinus. 15,40.21,57.37.56.72,50.169,43. 177,44.191,52.197,52.221,15.251,50. 271,48. 282, 56.284,50.286,10,& 27.399,33.435.20,446,58.459, 37.473,67.479,34,& 38.480,65.483,19.486,34.488, 12.490,42.492,49.496,59.507,43.515,46.601,35. 628,27.640,35.683,57.709.47.720,30.724,61.743, 62.770,15.779,19.788,17.837,52.840,42,& 54.867, 22.889,47.890, 32.899, 23.901.56. 912,49.931,40. 979,50
emendatur. 258,50.548,52.716,18
Cleomedes. 300,12
Codex Theodosianus. 598,18
Cornelius Nepos. 607,33
Cornelius Celsus. 60,23.762,17.801,37.954,30
Cornutus in Persium. 553,29
Q. Curtius. 99,41

D

DAmascenus. 973,17
Damoxenus. 200,56
Daniel propheta. 271,21.904,58,& 61
Demades orator. 196,58
Demetrius Phalereus, 48,52.455,23,& 38.630,36.661,47
illustratur. 392,27
Demosthenes. 78,13.79,25.101,10.298,24.331,25.360, 56.410, 37. 421, 26.445,50.541,59,564.66.606,54. 612,31.731,62.753,49.788. 60.809,31.867,11
emendatur. 83,37
illustratur. 42,40
Demochares. 444,12
Demosthenes Bithynus. 179,57
Deuteronomium. 410,31
Digesta iuris. 876,60
Dicaearchus emendatur. 981,20
Dio Chrysostomus. 55,26.109,40.133,44
Dio Cocceius. 6,43.99,65.42,11
Diodori Bibliotheca. 384,38
Diodorus Siculus. 48,20.359,41.387, 61. 410. 49.445.34. 448,33.468,55,560.574.59 607,20.713,60.715,38. 772.64.817,60.835.51.860.33.861,51. 873,18, 883, 49.939,13
Diogenes Laertius. 211,62.381,48.460.41. 502,10.581, 18.594,25.595.51.620, 58.636,16.716, 47.747.16. 777, 30.785,29.815,23.823,57.854,16.878,42.879, 63.884,28
emendatur. 53,27.732,37
Diomedes. 893,63
Dionysius Periergetes. 777,35
Dionysius Thrax grammaticus. 780,61
Dionysius Sinopensis. 411,41
Dionysius Halicarnasseus, 193,35.198,18.468.49. 487, 41. 494. 40. 672. 52.679.21.720,15.767.48.768.21. 851. 49 677.38.906.55.964.9.60 61.
eius epigramma. 81.62.
Dioscorides. 58. 28. 60. 50. 60.61.73.43.78.31.102.21 422.44.502.62.642.28.799.63.954.46.967.49.

E.

EMpedocles. 927.31.
emendatur. 635.17.
exponitur. 718.31.
Ennius 177.20.482.16 567.53.
emendatur. 127.20.
Epictetus. 251.58.
Epicurus. 498 44.
Epigrammatarius poëta. 800.54.
Epiphanius 190. 21. 285. 14. 360. 40.628.32.789.60. 954.61.
emendatur. 730.14.
exponitur. 848.60.
Erotianus. 483. 55.486.13.487.17.488.53.744.30.
Etymologici magni auctor. 452, 38. 479.62.483.63 495. 14.513.10.& 19.697.64.894.41.
emendatur. 170.23.559.27.& 54.571.39.757.43.
S. Euangelij locus. 113.55.709.43.
Euagrius. 823.15.
emendatur. 850.10.
Eunapius. 113.48.7 9 43.
Euripides. 11.12.13.60.15 13.136.56.158 49.193.15. 203 42.211. 41. 384.31.423.35.437.47.484.44.549. 36. 567. 46. 644. 37.715.60.722.54.741.33.750.53. 764.15 765.18.787.43.841.49 957.48.
emendatur. 13.19.716.17.852 65.
Euripidis vita auctor. 334.19.
Eusebius. 321.31.478.46.660.27.914.14.
emendatur. 169.48.
Eustathius. 21.28.29.51.& passim
notatur aut emendatur. 2.21.12.43.18.50 111.10.213, 40 453. 18. 659.38. 668,50.797,11.798,66.807.22. 843.42 exponitur. 831.62
Ezechiel propheta. 875.42.

F

FEstus. 708 49.916,50
Festus Auienus. 777,40
Fragmenta libri undecimi Athenaei, numquam edita. 781. 14.& seq.
Firmicus. 811,49.

G

GAlenus. 35,51.36,34.38.63.44.32.51.51.60,50.61. 30.62.48.71,47.84.39.85,60 86,55.92. 10. 95.59. 104,10.19.& 39.109.38.113,47. 116,37.& 56.119.43. 122,64.137,10.158,20. 159.41.162,13.163,14.186,30. 192,29.211,27.211,51.214,22.224,22 229,15.249. 58. 270.51.429,19. 433,51. 456. 65. 475,18.559,27,& 28. 587,36.618.35.623,63.638,16 643,15. 645.11.669.28. 705,45,& 53.714.55.744,56. 762,23. 779,50.804,51. 812, 60. 821, 27. 829,43 845,53.897.38.914,61.915, 46.923,43 926,10 953,47.962,37 973.16.975,48
emendatur. 104,26.813.54
illustratur. 160,25.663,10
Gesnerus. 574,19
Gildas sapiens. 130,32
Glossa Arue. 218,29
Glossarium vetus. 476.37.534.35
emendatur. 575.36
Grammatici veteres. 562.65.756.56
Gregorius Nazianzenus. 30.31.636.18
Gregorius Nyssenus. 49.40
Gregorius Palamas. 49.54.134.33.

H

HArpocration. 323.43. 460,45.413.44.435.16.447. 12.& 24.450.19.460. 60. 474.62.486,39.493.18. 494. 56. 506. 53.513.12.526.25.529.26.519.66 544. 10. & 66. 567. 14. 568.27.& 43.599.38.647.10.649. 63.664 19.673.44.793. 10. 796. 54. 806. 48.866.60. 870.43.922.41.
emendatur. 179.28.483.13.492.58.511.18
Hephaestion. 764.17
Heracliti locus obscurus illustratur. 226.48
Hermogenes. 444.25.664.15.718.58.770.18.896.50
Hermolaus Byzantius. 230.54. 586.84.737.62
Herodotus. 230.40.276.43.323.31.351.66.366.35.404. 64.406.47.583.36.676.43.797.29.861.55.879.13.
emendatur. 271.48
Hesiodus. 72.64.197.38.479.52.721.36.885.18
explicatur. 322.47
Hesychius. 14.49 & passim.
emendatur aut notatur. 234.26.162.25.170.10.171.10 219.58. 134.55.238.43. 263. 36.277.46.483.38.484. 17.487.

17.487,41.494,10.495,48.496,24.501,13. 528,58. 539.59.571,37.611,16 612.57.615,44.& 61.640,56. 678,14.799,28.855,29 908,42.912. 27.
notatur. 144,61
exponitur. 906,48
Hieremias propheta. 909,62.186,40.191,53.193, 50. 219,19
B. Hieronymus. 28,44.104,43.243,53.282,40.316,51. 506,36.556,23.565,39.666,45.705,33.868,39.924, 29.465. 60
illustratur. 660,60
Hipparchus. 674,49
Hippocrates. 19,14.61,24.63.19.86,41.87,36.93,43. 96,25.97,22.137.18.158,57.105.28.474.48.476,20. 504,11,& 13.514,45.618,33.622,16.638,10.667.20. 669,28 676.11.678.19.683,67.885.47.717, 50.719, 55.721,42.744,49,757,34.812,60.918.4.
illustratur. 333,14.465,60
emendatur. 93,31,211,52
Hirtius vel Oppius. 268,31
Historia Miscellæ auctor. 850,30
Historia vetus Ecclesiastica. 804,18
Homerus. 14.59.19,11.31,63.32,39.36,14.37,48.40,46. 45,32.57,51,& 63.61,42.64.43.70,60.82,65.84,46. 85,10.93,57.98,64.136,52.179,51.245, 67. 247,22. 255,24.278,60.287,38.292,25.318,37.326,35.403, 40.415,24 411,52.436,48.474,65.479.64. 503, 61. 519 28.583,30,594,61 605,38.60.,62.615,47,629. 17.631.43.635.56.647.48.660,36. 665,33. 71, 54. 685.45.690,11.696,66,711,13.715,54.717,48,720, 49.729, 34 ,& 48.733,39,739.56.741,38.755,27. 797,13.813,32.842,16.848,54.878,15 ,& 63.883, 21.885,23.887,48 892,28. 903,27.904, 36.906,39. 930,25.933,24.934,35.961,65
illustratur. 40,20.662,24
Homeri poëmatium, Epicichlides, 134,58
eius scholiastes. 480,55
Horatius. 56,32.110,16.219,14.227,40.249,17.480,36. 619 67,794.24
Hyperidis oratio Deliaca. 718,55

I

Iamblichus. 33,50.36,62
emendatur. 25,56
Iauolenus Iurisconsultus. 368,33
Interpres Pindari. 679,13
Interpres Hermogenis. 718,60.876,19
Ioannis Euangelium. 921,60
Apocalypsis. 24,54
Iobus. 548,39.556,17.868,45
Iobi vetus interpretatio emendatur. 556,17
Ionathanis paraphrasis. 924,27
Iosephus. 369,40
Iosephus Ben Gorion. 761,22.868.48
Ieremias. 882,58
Isaus. 410,38
Isaias propheta. 797,59
Isidorus. 120,19.225,25.340,54
illustratur. 480,18
Iudicum libri auctor. 868,46
Iulianus Archiepiscopus Toletanus. 981,50
Iulius Pollux. 47,44.65,12
notatur. 168,28.225,54.226 46.416,63.426,65. 427, 23.460.64.464.496,12.501,21.528.25. 664,41. 673, 40,709 35 7 7,64.747,56,& 60 789,17.792,19.798, 52.810,54.818,33.870,37. 885 ,44,& 52.938,62. 945,35.959,59
emendatur. 167,53.181,19.209,55.210,10.263,43
Iustinus. 467,10
Iustinus Martyr. 705.11
Iustinianus in Codice. 420,18
Iuuenalis. 19,13.35,41,128,22.140,51.235, 40.340,24. 707.53,922,18
illustratur. 830.15

L

Leonidas. 553,29
Leuiticus 135,56.677,41.684,12.924,10
Leuitici locus expositus. 191,15
Libanius. 432,57
Liuius. 502,16.734,30.480,12
Longinus 141,55.468.51
Longus 59.35.66,23
Lucas Euangelista. 271,32.410,57.924,45
Lucianus. 53, 49. 59,23. 95,22.112,15.123,32.136,29. 114,34.184,42.193,60.214,59.275,30 375,10.425, 41,577,27.638.26.775,49.786,45.791,14. 839,25. 900,37.& 63.923,15 954,50
exponitur. 190,37
Lucilius. 151,14.152,22
Lucretius. 247, 26.790,45
Lycophron. 13,51.20,57.30,20.195,63.324,29.399,46 530,36.732 10. 802,52
scholiastes Lycoph. 582,32.
Lysias. 225,17.323,47

M

Macrobius. 119.54.431,36.493,30.495, 24. 522, 29.651,22.660,40.776, 64.793,56.794,29. 796, 64.802.15.980,30
emendatur. 794,52,802,14
Manilius. 299,46
Manuelis Commeni constitutio. 850,15
Martialis. 117, 60.120, 30,134,15.147,41.148,26,& 34.220,32.251,20.265,40.290,59.499,60.556, 57. 634,25.567.20.766,34. 822,43
Martianus Heracleota. 16,38
Maximus Tyrius. 54,42
Menander rhetor. 709,22
Michaël Psellus. 27,22

N

Neuius. 457, 22.567.54
Nicander. 60,36.618,33. 758, 13.813,29
Nicandri interpres. 146,27.507,11
Nicephorus Calistus. 823,16
Nicetas Choniates. 934,22.961.26
Nicolaus Damascenus. 433,54
Nicomachus. 235,32. 797,58
Nigidius. 756,60
Nonius. 179,18.589,20
Nonnus. 453,11

O

Octauius Minutius Felix. 938,64
Olympiodorus 73,27
emendatur. 475,44
Onceli Paraphrasis Chaldaica. 924,19
Oppianus. 173,53.342,59.504,45.506,22.536, 34.539. 48.541,27.542.50. 545,39. 548, 12,& 56. 550, 36. 552,10,& 67.554,18. 560, 52.564, 18.565,19. 578, 48.664,56.756,62.757,53
Orpheus. 407,16
Orus emendatur. 106,58
Ouidius. 104.37,& 52.192,66.508,10.566,37. 675,29. 686,29.977,14

P

Pacuuius. 491,47.567,53
Palladius. 928,56
Paniasis poeta. 79.51
Paraphrastes Chaldaici. 924,18
Paræmiographi Græci. 460,61. 485,40.488,48.495,50
Parthenius. 270,31.486,42
Paulus Ægineta. 457,13
Paulus Apostolus. 574, 62.588,36. 644,22.652,22. 661, 18
Paulus Ionius.

Pausanias.

Pausanias. 93,41.151,29.311,11.562,47.562,57.576,63.
601,45.616,46.644,17.683,56.703,13.809, 35.827
13.847,16 844,13.863,36.892,41.902, 57.951, 29.
952,17.974,52
emendatur. 780,52
illustratur. 844.13
Persius. 78,18.279,61.291.29.390,42.539, 52.553, 15.
598,35.671,15.699,16.705,64
Petronius. 49,49.119,65.171,15.246,47.368,23.451,36.
788,57
Phalecus poëta epigrammatum. 808,43
Phauorinus apud Stobaeum. 355,17
Philemon. 726,58
Philo Iudaeus 30,30.190,16.285,37.305.53.354.47.620,
10.910,16
Philostratus. 99,20 478,49.686,22 829,39.872,25
Philoxenus. 78,10
Phlegon Trallianus illustratur. 360,60
Phoenicides. 666,50
Phoca Imperatoris constitutio. 850,21
Photius. 478,54 480,35.582,22.815.46 922,32.928,55.
Pindarus. 199,18.233,31.333,61.358, 32.361, 56 527,
55.275,29.12.320,66.844,44.872,62
emendatur. 337,45.702,42.867,59
illustratur. 517 45
Pindari scholiastes. 479,49.481,13.483,28.485,13.490,
25 491,14.492,25,434,65.602,61.679,13., 22,42
Placiades. 137,32
Plato. 28,17.49,20.82,57.98,13.109,33.112,36.137,20.
166,29.197,28.305,50.334,37.377, 24 385, 48.412,
15.454,40.460, 12.466, 20 471,22.547, 32.586, 54.
614,65.620.20.631.57.729.19.735,63.769, 16.776,
19.820,39.876,27.915,40 956,58
emendatur. 53,63.59,10.186,21.215,62.315,46.631,
19
notatur. 322,61
illustratur. 680,35
Plautus. 67,25.190,41.223,55.225,30.236,19.168, 45.
355,35.400,22.474,60.514,38.549,18.568,12 591,51.
597,17.601,24.652,57.678,19.688,19.689, 40.698,
65.718,59.874,21.973,48
illustratur. 42,44.82,49
Plinius. 21,32.63,29
emendatur. 578,49.791,16.809,38
defenditur à calumnia. 177,51
illustratur. 129,63.155,34.163,24.177,51
confertur cum Graeci scriptoris verbis. 974, 55, & saepius.
Plinius iunior. 819,21 964,25
Plutarchus. 15,27.22,27.37,59
emendatur. 447,37.448,31.905,34
illustratur. 6 8,55
Polyaenus. 238,12.450,30.731,65
Polybius. 35,59.437,37.459,54.476,20.575,10.577, 61
649,44.712,47.734,34,& 64.898,27
emendatur. 905,30
Porphyrius. 151,38.619,60.686,29.803,50.826,24.897,
48.914,18.939,43
Priscianus. 169,56.197,32.204,33.231,24.564, 51.639,
44.720,15
emendatur. 231,24
Probus. 843,44
Proclus, 305,37,43,& 50.361,22.365,39.478,46
Procopius. 659,36.849,59
Propertius 878,51
Prudentius. 282,50
Psalmorum liber. 868,37
Ptolemaeus. 468,52.30,21.648,28.873,22
Ptolemaeus Hephaestionis F. 996,49

Q

QVintilianus. 37,51.383, 30.468, 51.892, 59.897,
18

R

RAbbini. 218,23.583,27
Rufinus. 362,44
Rufus Ephesinus. 362,44

S

SAlomonis Prouerbia. 882,56
Saluitius. 49,32
Samuelis locus. 865,40
Senatusconsultum Lacedaemoniorum emendatur. 614,34
Senatusconsultum aliud. 431,11.833,28
Seneca. 21,62.46,58.61,58.66,47.96,17.147,25.431.39.
469,31.521,21.540,19.601,21,519, 50.627, 57.770,
66 811,41.934,29
Septuaginta interpretes. 747,46.797,51.882,59
Serenus Samonicus. 796,61
Seruius. 592,38.775,47
Sidonius Apollinaris. 231,16.863,36
Simon Sethus. 117,54 158,17
Socrates in historia Eccles. 628,38.667,25
exponitur. 668,17
Solinus. 869,54
Sophocles. 478,14.491,11.686,33.689,38.739, 49.786,
38.892,45
exponitur & emendatur. 864,20
Sophoclis interpres. 415,41.483,58.486,23
Sophoclis vitae auctor. 481 46
Sophoclis fabularum catalogus accuratus. 482,40,& seq.
Sopater in Hermogenem. 285,43.719,17
Soranus. 446,49
Sosipater. 651,66
Sotades. 515,43
Sotion. 88,28
Statius. 773,34
Stephanus. 83 15.164,52.449.51.482,46.486,51.488.26,
492,51.49..26 495,17.496,27.530, 35.582, 59 719.
60.777,19.882,60.895,12.899,14.961,54
emendatur. 46,11,& seq.
Stobaeus. 404,54.485540 488,35.489,18.491,19.493,20.
495,33 & 41.642,17.777,31
emendatur. 114,19.396,39
Strabo 37,51.45,61.71,37.89,20.139.39.233.13.247,63.
278,28,419.18,& 34 365,37 367,57.419,17.421,45.
453,32.467,10 483,28 & 55.485 61.490,50 523.38.
530,22.532,65.545,57.565,38 570,41.574, 59.576,
11.579.46,& 49 600,29.614,61.629.42.647,64.683,
53 713,18 721,15.737,17.767.47.780.57.799,21.813.
21 827,59.837,58.840.14 850, 66.863, 36.878, 44,
882,60 920,42 935,29.950,59
emendatur. 408,20
Strattidis fabularum catalogus. 566,49
Suetonius. 224,11.255,20.321,65.371,51.422, 11.470,
18.609,56 652,62 693,27.804,48.832,49
Suidas. 28,13.38.21.46,43.121,14.133,11.167,23, 240,
35.340.29.373,27 427,20.447, 20.473, 67.425, 65.
477,48.479,28 501,34.502,17.508,54.515, 10.616,
52 537,39.559,47.566, 61.569, 35.585, 51.591, 32.
596,61.600,45.601,32.621,416.25, 53.678, 51.684,
29.709,22.716,19.735,28 637, 52.805, 62.809, 32.
822,50 848,58.849,58.858,46.867, 54.870, 64.779,
30 884,50.885.36.917,18.929,41.931,12.955.15
notatur aut corrigitur. 23,25.49.61.52,10 53, 58.419,
20.469,57.549,28.625,57.648,43
illustratur. 465,19
Symmachus. 287,28.447,22.875,44
Symphosius. 135,59

Synesius. 510,13.589,14
Syrus interpres Noui fœderis. 83,43

T

T Acitus. 32,28.275,33.370,47.440,60.823,11
Targumim auctores. 924,18
Tatianus. 683,53
Terentius. 48,37.61,59.224,55.296,66.444,35.259,25. 841,42
Tertullianus. 23,33.81,40 94,49.180,13.171,48
Themistius. 79,27.158,58.217,14.284,66
Theocritus. 28,41.80,41.112,35.256,21.268,36.305,44 330,20. 346,28.401,45.426,44.483,54 503,33.& 49.558,61.561,40.590,57.595,42.672,59.733,66. 761,50.770,20.831,60.874,53.902.27.925,60.936, 65.956,64.983,43
emendatur & illustratur. 507,23,28.& 32
Theocriti scholiastes. 539,26.897,47
Theodoretus. 49,46
Theodori Polymorphus. 789,57
Theognis. 552,15.633,11.777,15.837,57
emendatur. 723,47
Theon. 813,20
Theophylactus. 112,23
Theophrastus. 19,56.44,24.86,40.101,54.108,60.115, 23.116,34.127,47.133,64.139,11.163,16.198,22 203,53.225,11.370,17.427,42.434,50.446,17.501, 19.551,53,& 61.576,30.578,15.618,56.632,40.640, 67 641,13 662,17.684,43.686,61.739,27.855,50 884,51.946,20.974,25.
emendatur. 72,14.86,12.102,42,108,60.121,74.126, 45.143,22.149,47.154,53.156,15.932,51
illustratur. 125,39.330,45.552,22
confertur cum Aristotele. 552,54
Theopompus historicus. 55,50.806.12,842.41
Theopompi locus expositus contra Athenæi mentem. 298,32
Thucydides. 207,67.305,30.3–6,55.557,36.570,61.582, 58.673,37.838,58.
illustratur. 411,25
locus illius variè lectus. 798,5
Tibullus. 514,64
Timo. 690,48
Trallianus. 29,10
illustratur. 360,61
Tzetzes. 479,44 523 64

V

V Alerianus. 471,19
Varro. 28.50.75.19.98,31.216,42,277,46.398,51. 433,30.478,68.527,21.560,54.577,29.650,37.686,24 717,29.735,17.771,11.795,66.806,29,& 66.814,41
Velleius Paterculus. 470,11
Vetus Scriptor apud Suidam. 583,38
Virgilius 249,52.403,24.424.49 882,39
Vitruuius. 88,18.& 63.92,58.274.21.309.26.344.31.356. 29.357,19.361,46.363,20.421.14 846,51
Vlpianus Iurisconf. 98,20 445,41.735,20
Vopiscus. 704,19

X

X Enophon. 35,53.41,37.99,47.137,62.379,59 450 28.473,16 575,28.715,18.722,45.778,39.803,32 818,63.828,33 888,28,984,40
emendatur. 233,40.260,25.829,32
illustratur. 285,53

Z

Z Enobius. 29,22.691,13
emendatur. 585,66
Zenodotus. 32.65
Zoroaster. 157,22
Zosimus. 52,17,& 18.659.39

FINIS.

INDEX

Græcarum Dictionum aut locutionum, quæ in animaduersionibus explicantur.

A

Ἄβυρ, 615.17
ἀβλεμέως & ἀβλεμής, 622.41
ἀβρὰ βαίνειν, 373.15
Ἅβρωνα, 105.55
ἀβυρτάκη & ἀβύρτακος, 141.53. 238.12
ἄβυρ, 615.17
Ἀγαμέμνων Ζεύς, 196.18
Ἀγαπῆν pro ἀγαπᾶν, 56.39
ἄγγαροι, vox Barbara, 233.46
Ἀγειν ὀλολύζω, 94.48
ἄγειν τι εἰς τὸ μέσον πρός, 739.38
ἀγκαλίδες ὕλαι, 554.59
ἀγκυρίς, 626.56
ἐγκλίνειν, 624.30
ἀγλαΐζειν, 153.43
Ἀγνοῦς, 103.61
ἀγωνίδια, vide γωνίδια.
ἀγρὰ δένδρος, 401.49
ἀγρᾶ χάρις, 457.67
ἄγυρος, panis, 208.24
ἀγχάθους, 383.65
ἄγριος περὶ πόδας, 539.43
ἀγχυμία κρέα, 853.22
Ἀγρωστῖνος Epicharmi, 232.17
ἀγχίαλος, 580.21
οἱ ἐκ τῆς ἀγορᾶς, 952.20
ἀδικεῖς, 222.62
ἀθλοφόρ, 615.17
ἀδέσποτοι, 467.61
ἀδιαπονητότερος κατὰ τὴν σωματουργίαν τοῦ πατρός, 583.46
ἀδικία, pro impudicitia, 522.59
ᾄδω τραπεζεῖς, 969.48
ἀδρῦτος pro ἱδρῦτος insigni loco restitutum, 933.51
ἀδρία, 161.38
ἀερόμελι & δροσόμελι, 819.18
ἀεροπότητα μέλεα, 913.51
ἀηδία Ἀττική, 850.63
ἀθερίνη, 573.47
ἀθὴρ & ἀθερώδης, 531.36
ἄθυτα ἱερὰ καταθύειν, prouerb. 33.47
αἰγανέη, 707.13
Αἰγλαήρ, 615.17
αὔχημα, 30.46
αἰξωνεύειν, 316.18
αἰθὴρ, 615.18
αἶκλον, 260.37. 264.60
αἱμωδιᾶν, 423.22
αἴρειν δάκτυλον, 395.66
αἵρεσις secta & ratio vitæ, 337.28
Αἱρεσιτείχης Diphili fabula, 816.34
αἶσχος ἀναδύεσθαι, 659.34
αἰτίαν ἔχειν, 639.24
αἰώρημα, 30.24
ἀκαλαρρείτης, 615.18
ἀκακαλλίς, 964.30
ἄκυλος, 174.17
ἄκανθα, 139.38
ἀκανθοβάται, 186.52
ἄκοντα θύειν, 26.63
ἄνδραξ lupus, 566.43
ἄκαλος, 786.25
ἀκισμός, 532.37
ἄκινος herba, 963.27
ἄκρ pro ἄκρος, 615.20
ἀκροπῆρες βότρυς, 910.27
αἱ ἀκμαῖαι & αἱ ἴουλοι ἡμέραι nuptiarum, 182.17
ἀκούειν pro intelligere, 602.48
Ἀκούετε λεῴ, 604.17
ἀκρόπεμα, 338.59
ἄκρατος ἐλευθερία, 738.58
ἄκρα apud Galenum, 132.37
ἀκριάστερος & ἀγριάστερος, 618.30
ἀκρόαμα, 325.19
ἀ ῥοάματα ἐξ Ἰταλίας, 275.20
ἀκροπόλιον γεννικόν, 132.17
ἀκρολίπαρος, 661.66
ἀκροσόλιον, 356.17
ἀκρότητα κύμβαλα, 296.61
ἀλαλάζειν, 615.20
ἄλας ἀνευρίσκειν, 637.41
ἄλειμμα & χρίσμα, qui differāt. 975.35
ἀλεκτρυών, 315.25
ἀλέκτωρ, Pallas, 192.46
ἀλέκτωρ, tibia. 313.24
ἀλέκτωρ ἡμερόφωνος & ἀδόφωνος, 646.55
Ἀλεξάνδρου σιών, 731.14
Ἀλεξίλογα γράμματα, 65.19
ἀληθινὸς μάγειρος, 650.44
ἀλληλοφθόρος βίος quid dicatur, 913.63
Ἀλιά & ἀλίζεσθαι, 85.38
ἀλίζειν, 558.19
ἁλιευτικοὶ, piscatores, 222.62
ἁλὸς χόνδρος, 627.18
ἀλλαγὴν ποιεῖσθαι, 575.37
ἄλμη ἀγρία. 591.20
ἀλλάττεσθαι τὸν τῶν γυναικῶν βίον, 829.52
ἅλς θυμίτης, 615.33
ἀλύειν, 312.57
ἀλφιτά, 291.59
ἀλῶναι ἀδικηγορίων, 761.16
ἀμαθής, 391.21
ἀμαθῖτιδες κόγχοι, 165.62
ἀμάλλαι ἴουλοι, 891.31
ἀμάρπιον, 981.60
ἄμαχοι, 24.62
ἀμβῶν, 804.13
αἱ Ἀμέθυσοι, 74.64
ἀμὴς & ἄμητος: 926.47
ἀμία vocis etymum, 498.19
Ἀμίδας ἀλλήλοις ἀνακαταγῶνται, mos Græcorum, 42.38
Ἀμίδος ὄνομα pro ἀμίς, 42.64
ἀμιθρεῖν pro ἀριθμεῖν, 840.26
ἀμνοί, 647.56
ἄμορα, 918.63
ἀμφιστάτηρ. 615.21
ἄμυλος amylum, 925.54
ἀμύνεσθαι τὸ κάρυμμα, 442.56
ἀμφικνέφαιος & ἀμφικνέφαλος, 725.31
ἀμφίδεαι, 323.50
ἀμφὶ δὲ λύματα, apud Pindarum, 912.56
ἀμφιδρόμια, 135.36
ἀμφὶς εἷλος, 196.10
ἄμφοδος idem ac λαῦρα, 848.17
Ἀμυγδαλῆ arbor, 107.47
Ἄμωτα vel μῶτα castaneæ dictæ, 109.49
Ἀναβάλλεσθαι pro ἀμφιβάλλεσθαι de amictu, 93.54
ἀναβράττειν & ἀνάβραστα κρέα, 661.26
Ἀνάγαλλις, 38.21
Ἀνάγκα γλυκεῖα, apud Bacchylidem, 82.45 & 49
Ἀναγκαῖον πόμα, apud Platonem, 82.61
ἀνάγκη, necessitudo, 322.35
ἀνάγκη λοιμικός, 824.34
Ἀναγκόσιτος. 97.30
ἀνάγνωσις Criticorum vox, 336.10
ἀναγραφαὶ παλαιαί, 939.17
Ἀναγυροῦς. 103.61
ἀναδήσασθαι τὴν ἀγῶνα, vel νίκην, 658.13
ἀναιλεῖν, 265.21
ἀνακαλεῖσθαι, 300.10
Ἀνακεῖσθαι, 75.44
ἀνάκλασις συγγράμματος. 354.39
ἄνακτες Cypriorum, 448.62
ἀνάκτορον, 372.59
ἀναλαμβάνειν εἰς μνήμην, 437.37
ἀναπίπτειν, & ἀναπεσεῖν, 209.13
ἄναντα κάταντα, 256.26
ἀναπεπταμένα loca, 357.48
ἄναρ, 615.23
ἀναρεῖται & νηρεῖται. 165.24
ἀναρρίπτειν, siue ἀναρρίπτειν: 640.44
ἀνασειρᾶν, 252.65
ἀνάσσειν, 285.35
Ἀναπίεσθαι, 77.28
ἀνατριανοῦν, 310.16
Ἄναυρος, 306.38
ἀναχαιτίζειν. 462.60
ἀνδραχθής, 571.48
ἀνδρεία, 265.19
ἀνδροφόνος scelestus, 398.41
ἀνεῖσθαι. 700.24

ꝟ ꝟ Ἀνεκλύεσθαι

ἀλκυονίδες, 538.20
αὐτὴρ τῆς ὕδατι διαφορεῖν, 896.33
αὔθη fine αὔθης, 956.21
αἰθίζειν πυρὸς ἀκμαῖς, 933.20
ἀνθρωπεία ... νομίσματος eunuchus, 30.31
ἀνθρωπίνως λαλεῖν, humanè loqui, 660.54
ἄνθρωποι ἐκ ἀνθρώπων, 822.46
ἀνθρωπος ἀγροικός, 0.22.& 23
ἀνθρωπίνως vulgus hominum. 359.33
Ἄνυστος ἐλαίας, 162.62
ἀντήλιος, 635.24
ἀντίτυπος ..., 195.53
ἀντιπαρεῖναι, 234.38
αὐτοκρατὴς ἀρχὴ, potentatus intolerandus, 193.29
Ἄξιον 94.63
οὐκ ἄξιον ..., 35.16
ἀοιδὰς ..., 948.31
αἶνες, pisces, 558.49
ἀπαβάλλειν, 615.24
ἀπαγγέλλειν, 396.11
Ἀπαλὸν vinum, 68.30
ἀπαλοτρίζειν, 727.44
ἀποθρανίζειν, 571.60
ἐκ ἀπαίτερ..., 190.12
ἀπάντησις, 876.15
Ἀπαρηγχυλος, 63.13
ἀπηλυκασμένος, 113.57
ἀπιθὰς ... ταῖς χρυσοῖς, 559.32
ἄπληστος ἀρίων, 28.40
ἀπὸ γῆς, 687.46
ἀπλανὴς, 915.27
ἀπόβασις ..., 184.17.& 20
ἀπογλαυκοῦν, 224.20
ἀπογραφικός, 432.57
Ἀπόδειξις, 39.57
ἀποζέσαι, fervefacere, 24.37
Ἀπόθετα ποικίλματα, 101.39
ἀποκαρτερεῖν, 412.36
ἀποκαύματα, pedum perniones, 192.28
ἀπόλεσθαι, 901.16
Ἄπορος, aqua, 73.42
ἀπολαύειν, 645.47
ἀπόλαυσις, 825.44
Ἀπολλᾶς, 640.36
ἀπολελυμένος, lotutus, 188.61
ἀπομυξ... ..., 695.60
ἀπομ..., 155.19
ἀπομα..., 8.15
ἀπομερίζειν, 712.50
Ἀπόμυιος Iupiter in Elide, 18.26
ἀπονηστίζειν, 31.21
ἀποπέρδειν, & ἀποπνεῖν, 581.38
ἀποσάττειν ἑαυτόν, 516.48
Ἀπόστολος, 97.17
ἀποσκυλεύειν, 233.65
ἀποτυμπανισθῆναι, 230.41
ἀπαρκῶ pro sufficio, 539.12
ἄπτερος, 615.24
ἀπύρηνα ἀκρόδρυα, & ἄπυρος ἰχθύς, 117.14
ἀσφάραγον, 866.35
ἀργῆλαι vel ἀργᾶ, nomen serpentum ad orgiastica sacra adhibitorum, 928.24
ἄργυρος ... ἀργύρου, 625.28
ἀργύρωμα & χρύσωμα, 404.50
ἀραιόν, 776.43
Ἀρείας φιάλη Nestoris poculum, 728.46
Ἀρεστᾶν apud Hippocratem pro bis die comedere, 94.44
ἀρέστερχος Ζεύς, 195.56
ἀριστίζειν, prandium præbere, 421.37
Ἀριστόνικος κράτος, 195.41
Ἀρισταξίνος κωλύω, 24.17
ἅρμα ... ἐπιμελεῖν, 844.30
Ἀρμόδιον, 821.38
ἀρμόδιος, 532.50
ἄρνεια, 895.65
ἀρνὸς ἀπαντα eius, lege Atheniensium vetabatur, 28.34
ἀρρητα ..., 331.68
ἀρριχάω, 154.50
ἀρρυθμία, 332.44
ἄρτιχοι. 154.50
Ἄρτον μὴ καταγνύναι, Pythagoricum symbolum, 36.65
ἀρτοκοπεῖν, 920.16
ἀρτοκόπος, 419.29
ΑΡΤΟΚΟΠΙΚΟΝ, Chrysippi Tyanei, 920.12
ἄρτυ etymum, 812.47
ΑΡΧΑΙΚΑΙ epistolæ Theopompi, 877.38
Ἄρχειν pro ἐπιμελεῖσθαι, vel facere, 862.15
ἀρχεῖον, 412.41
ἀρχὴ ..., 994.54
Ἀρχαί, & in ea voce Basilij acumen, 38.37
ἄρουρος pro ἄγουρος, 766.42
Ἀσκάλαφος, 174.60
ἀσπάραγοι, siue ἀσφάραγοι, 129.43.& 44
ἄσπλαγχνος, 915.43
τὸ Ἀσσύριον αὔχημα, Darius 30.34
ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΑ Hesiodi, 810.25
ἀσχέδωρος. 686.49
ἀσώτιον, 301.18
ἀτέραμνον ὕδωρ, 86.62
Ἄτλαντις, 863.26
ἀτέκμαρτα, 155.46
ἀθαγῆς, 668.41
ἄθυρα & ἀθυρίτης, 915.31
ἀθλητὴς ..., 756.46
αὐλαὶ palatia. 335.14
αὐλακισμένη γῆ, 776.58
αὐλήσεις, modi tibiales, 890.39
αὐλοὶ ..., 312.47
αὐλός, 316.46
αὐτὴς Attica vox 980.15
Αὐτοῖς χύτραις, 693.62
αὐτόπρεμνος, 420.59
Αὐτίκα & εὐθέως initio periodi 604.33
Αὐτίτας Rhodiorum, 71.44
Αὐτοδιακονία veterum, 43.45
Αὐτομάτης, 291.17
Αὐτόματος, 97.17
αὔξειν, 287.36
αὔξειν ... περὶ φακῆν, 287.41
αὔχημα Αἰγύπτου, 30.46
αὔχημα Ἀσσύριον, 30.34
ἀφαμαρτεῖν, 459.18
ΑΦΑΝΗΣ scriptor, 500.34
ἀφαρεῖς, vide αἰθήρ,
ἄφεσις, 467.60
ἀφιέναι, vide ἐφιέναι.
ἄφλαστον, 355.17
ἀφόρητα ὑποδήματα, 188.25
ἀφορμή, 175.42
ἀφορμὰς διδόναι, 886.20
Ἀφροδίτης ὅρκος, 827.11
ἀφρὸς apua, 508.23
Ἀφύη & ἀφύαι, 508.22
Ἀχαιάδες, 103.61
ἄχρηστος penula, 187.63
ἄχρηστος θεωρός, 193.25
ἄχυρα, 615.25
ἀω... ..., 679.29

B

BΑβραδόνες, 510.38
βαβρύζειν, 504.20
βαθὺς αὐλών, 336.26
βαίνειν ἐπί τινι, 373.29
βάκχυλος, 216.18
Βαλανεῖον ὄψεῖν, 75.25
Βάλανοι Διός, 64.40
βαλάντιον iaculum, 194.18
βάλλειν ἔπεσι, 671.36
βάλλειν λήκυθον κολλῶ, 858.27
βαλλισμὸς orationis, 630.36
βάμβα, βαμβαλίζειν & ἀβαμβάλιστα, 270.15.19.& 21
οἱ τὸ βάθ' ἔχοντες, 516.37
βάραγκος & ἄβαραγκος, 263.26
βάρβιτος, 315.28
βάρμος & βάρμος, ibid.
Βάτης, 368.15
βατταλίζειν ἀεὶ βατταλίζων, 411.64
βαυκάζειν pro ἀναβαυκάζειν, 94.30
βαυκίσκος & ..., 303.16
Βάπτα, & βάπτα, 105.56.& 57
βαυκίζειν τὰ ..., 254.14
βδάλλειν ..., 236.15
βδελυκτικός, 759.32
βέλτερ, 615.26
βέλτιον ..., 598.43
Βέροια, 163.57
Βηρύλλιον, 844.53
βιβλίον, 845.38
βίοστρος, 260.44
βιματίζειν & βιματίς, 737.10
Βῆμα. 817.37
Βίος ... μίθυ, 70.35
Βιθυλίαδος & Χαλκίνθορος dictus Didymus, 262.65.& 13
βίος orcæ salsament. 223.43
βίος humanum genus, 934.32
βίος καθάριος, 151.21
βίος ἥμερος, vel ἀλληλοφθόρος, ibid.
βίωρ, 452.30
βλ... δεῦρο, 689.35
βλέτιος & βλέτος, 513.60
βλέπειν γλισχρῶς, 653.56
βλῆτα, 210.33
βληχάδες, 251.29
βληχανώδης, ibid.
βληχώδης, ibid.
βλοσυρότης, 390.25
βλύζειν ... βρύπτο, 743.19
βλωμός, 220.35
βοᾶν, 615.27
βογλώττες, 514.24

βοωτία

βουνιὰ Homeri, 368.11
βομβυλιάζειν, 14.41
βομβυλιός, 456.49
βρασμοὶ & βορμασαὶ apud Athenienses, 254.50
βορθαγορίσκια, 264.48
βοτρυδὸν, & βοτρυχηδὸν, 549.60
Βότρυς, 930.14
βουκολία, 412.36
βουλαί αἱ ἐξ οὐρανοῦ, 930.24
βουλὰς ἐξάρχειν, 314.29
βουνοὶ agri Cyrenaïci, 199.51
βράκανα, 550.45
βρένθις & βρένθιξ, 144.12. & 13
βροτολογεῖν, 615.20
βρόντοι vel βρῦτοι, 175.49
βρίζειν, & καταβρίζειν, 581.40
βρόγχος & φάρυγξ quomodo differunt, 759.26
βρομώδης, & βρωμώδης, 232.36
βροτοκέρτης, 194.58
βρύειν, 156.28
βρύειν & βλύζειν, 463.48
βρύκειν, 805.47
βρῦτον, 741.64
βρῦτοι, vide βρόντοι.
βρωμίτας, 220.49
βρωτικὴ ἀναισθησία, aut potius ἐρωτικὴ, 431.68
βυβλιακοὶ χαρακῖται, 56.44
βωμοί, 995.55

Γ

Γαλαθηνὰ κρέα, 678.29
γαλεὸς catella, 521.62
γάμβρειος στολή, 69.21
γαμέτης pro sponso & marito. 424.34
γανὸν, 21.22
γαυριάματα epitheta orationis, 21.53
γαστρὸς & κοιλίας inter esculenta, 179.55
γαστρίς, 922.21
Γαστρολογίας varij Scriptores 771.14
γαργαίρειν, 316.48
ὁ ἐκ Γέλας, 547.49
γελᾶν, 311.15
γεννᾶν τέκνα, pro liberos scribere, 3.52
γένεσιν δίδησιν, 959.38
γενναῖαι μᾶζαι, 930.62
γενναία τροφή, & γενναῖα σῦκα quid Platoni, 930.56
γεννικὸν κρέας, pro ἁδρὸν κόμμα, ibid.
οἱ γεννώμενοι λόγοι, 753.48
γαστὴρ vide venter, 615.30
Γεραραὶ sacrorum ministræ quæ Baccho fiebant in Limnis, 733.25
γεργέριμοι, oleæ, 114.39
Γερμανῶν φόνος ἀπολομένων, 816.17
Γέργινα, 41.25
Γεῦμα, sine gustus rei vendendæ, 66.47
γερουσία, 642.62
γῆν ὑπεστρῶσθαι, 239.23
γῆρας ἀποβάλλειν, 209.53
ΓΗΣ ΠΕΡΙΟΔΟΣ Hesiodi, 813.22
γήτειον, γηθυον, γήτειον & γῆθυ, 143.15
γίγγρος & γίγγραινοι αὐλοί, 309.52
γίγνεσθαι & εἶναι, quomodo differant, 194.61
γλαῦκες αἱ ἐπὶ τάφων, 879.10
γλυκὺς μεμεθυσμένα παίγνια, 312.29
Γλαῦς, nomen proprium, 450.27
Γλυκὺς ἀγὼν & γλυκὺς ἀγκών, 829.53
γλυών, 562.49
ἐπὶ ταῖς γλώτταις σπένδειν, 41.58
γλῶττα calceorum, 600.8
γνάφαλλον, 216.28
γναθμός, 524.43
γνώμας ξυμβάλλειν, 430.65
Γνώμων pro clepsydra, 86.29
γογγυλίδα, 227.63
γόγγρος, 539.63
γογγυλόστροφος, 265.46
Γοναὶς δεῖ οὖν, 216.60
γόος, lacrymæ ex gaudio manantes, 390.55
γυλιάτος πλακοῦς, 919.36
γάβια, 627.21
Γράμματα ἀλεξίλογα, 65.19
τὰ ἀπὸ τοῦ στρογγυλωτάτου γράμματα, 15.17
Γραμματιδιδάσκαλος, 501.15
γραμματίδιον, 501.20
γραμματικὸν ἔκπωμα, & ποτήριον, 786.41
γραμματικὰν οἱ χαρίσαντο, 4.61
γρυλίζειν, 981.22
ΓΡΙΦΟΣ, ὁ, πόσον φέρων τίς μὴ φέρει, 512.33, item alij deinceps.
γύλλοι, pisces, & γόγγροι, 513.25
γυναῖκα, quisquiliæ, 521.16
γυναικῶν ἐπιλαμβάνεσθαι, 554.40
γύλλαφος, 787.42
γύλιον, 793.63
γυναικομανεῖς, 779.50
γυνὴ ἀνασταθεῖσα, 197.15
γύργαθοι ψηφισμάτων, 26.59
γύργαθος, reticulum, 44.25
γῦρος, 625.31
γῦρος, 917.48

Δ

Δαδοῦχος, 615.32
Δαΐς χειρί, 97..57
Δαὶς, cur ἐΐση apud Homerum, 32.43
cur ἀγαθὴ à Zenodoto, 33.19
Δαΐτα de solo homine dici, 33.65
τὸ δαιτρὸν, & τὸ τραπεζεὺς, officia diuersa, 339.36
δακτυλεὺς mugil, 535.12
δάρατος, 219.49
δαυλός, 177.63
δάφνης φύλλα τραγηματίζειν, 265.65
δείγματος χάριν, 406.18
δειλινὸν, 711.61
δεῖνος & δῖνος, 787.46
δεῖξεις, 216.57
δειπνεῖσθαι, 604.35
δεῖπνον & τί quomodo differunt, 171.41
δεῖπνον, 306.19
Δειπνοσοφισταί, titulus operis, 4.18
δεκάπωδες στοιχεῖα, 425.49
δέλτρον, 627.17
δέλφακες ἐπιμελεῖς θυσία, 184.36
δέλφαξ, 647.36
δέμας, pro virili membro, 18.48
δέμας & βίος, 248.65
δέμας λάπτειν, 803.26
Δένδις, 71.21
† δεραιότατος δέλφαξ, 934.38
δέπας, 250.49
δεσποσιοναῦται serui, 467.65
δεσπόσυνοι heriles filij, 250.27
δεσποτικὸν χρῆμα, 217.50
δεύτερα, 615.33
Δέχεσθαι τὴν θάλατταν, apud Aristotelem & Theophrastum, 549.64
Δημήτριος ἀκτή, 927.29
† Δῆμος pro Δημήτριος, 829.30
δημιουργός, 400.45
δημόκρατος φιλῶ, 196.15
δῆμος & ὄχλος qui differant, 319.45
δημόσιαι, 733.43
δημιουργοί mulieres Athenis, 305.23
ΔΗΜΩΝ scriptoris nomen, 185.44
τὸ δῆμον, 696.22
δὴ ξίθυμος ὀξέσμα, 240.22
διάγραμμα συστατικὸν, 617.18
διαγράφειν, 134.33
διὰ δωδεκάτης ἡμέρας, 527.59
διάθεσις, 352.25
διαιτᾶσθαι, 842.47
διαλαιμοτομεῖς, 688.56
διαλαμβάνειν, 624.44
διάλεπτος, 195.11
διαμασχαλίζειν, 116.32
διανηστίζεσθαι, soluere ieiunium, 31.36
διὰ νυκτὸς, pro δι' ὅλης νυκτὸς, 474.57
διὰ πεῖραν ἀνδράσιν, 818.14
διαπάτωρ, 615.34
διαρπάζειν τὰς κώμας, 358.39
διασείειν, 212.17
διασκεδάζει, 67.28
διαστέλλειν, 433.30
διατίθεσθαι, 328.19
διατιθέναι κοινώνησιν τοῖς φίλοις, 712.45
διατριβὰ, 359.14
διατριβή, ibid.
διατριβὰ pro τέρψις & ψυχαγωγία, 37.60
διατριβὴν παρέχειν, ibid.
διαφθορεύς, 615.34
διάφοροι τῆς γεύσεως, 816.43
διάφορον, pecunia, 148.40
διαφορεῖν, ibid.
δίαιτα, 513.58
διδασκαλία, θέσις, vel καθῆσις, 413.60
διδασκαλιῶν vtilitas ad chronologiam, 416.13
διδάσκειν δρᾶμα, 411.48
διδόναι, 346.15
διεκπλεῖν, 198.26
διερεθίζει, 704.26
διεσκευασμένοι, 959.40
δι' ἡμέρας πέμπτης, 293.14
δίκαρ, 615.35
δικαστικαὶ, 410.35
διμοιρία, 717.47
δῖνα, 580.47
Διονυσιακὰ ἀθύρματα, 375.12
Διονυσοκόλακες, 436.61
τὸ ἐν Διονύσου, 842.34
Διὸς αὐλή, 336.14
Διὸς βάλανοι, 64.19
διοσκοῦροι, 336.64
Διοπετῆ ὕδατα, 85.43
δίσκος, 533.17
δίαιτα athletarum, 432.64
δόλιχοι genus leguminis, 250.37
δονεῖν, 184.47
δοτῆρ φόρος, 533.43
δοξοκόπος, 409.43
Δόρκων, 734.25
δορκὰς ὕδατα, apud Hippocratē, 19.56
Δόρπος, 636.36
Δουλοφόρος, 567.52
δοῦλος & οἰκέτης, 460.53
δοῦλοι & πατρίς, 881.23
Δράγματα ... quæ, 67.20

Δρῦν, 939.48
Δρασιπεγωγὸς, 293.48
Δρωπίδης, 304.42
δρυπέπεις, oliuæ, 114.11
Δυνάμεις, quid propriè, 44.37
δυσημερεῖν, 392.17
δύσκολος, 272.66
δυσπετῶς τὸ πολυλόγιον, 604.16
δυσώπεις, 401.59
δωρήματα ἄρθρων μακάρων, 534.61
Δωροφορικὴ Persarum vestis, 69.20

E

Ἔβημα ἀκτὰς ἐκεῖ Homerica locutio, 167.29
ἔδαφος πεπεισμένον ὑπὸ δημιουργῶν, 850.42
ἐδιαστος, 271.14
ἐδέσματα, 218.64
ἐδώλια, 217.38
Ἐγχάψει τὴν ὕπαν, 66.38
ἐγγυθήκη, 368.19
ἐγλυκισμένος, 224.13
ἐγκεραυνχολοι, 527.40
ὁ ἐγκύκλιος παιδεία, 4.59
ἔγχελυς ἀπύρηνος ἰχθῦς, 525.53
ἔγχελυς & ἐγχελῦς, 526.18
ἐγχελίδες, 241.35
ἐθέλειν pro πεφυκέναι, 1866
ἔθω pro εἴω, 200.37
εἴδατα, 255.27
εἶδος, Atticis, εἶδε & εἶδος aut εἴδονι, accentum, 140.16
εἰκαδιστικὸν, 330.40
εἰλαπίναι vnde 631.33
εἶ & εἴρηκας quomodo differant, 194.61
εἶσεν pro ἴεσε, 343.39
εἰς ἀέρα & εἰς νέφεα θυμοῦσι, 81.23
εἰς ἄκρον ἥκειν σοφίας, 988.55
εἰς ἴσον ἄκρον ἥκει, ibid.
εἰς subauditur, 610.41
εἰσάγειν, introducere, 601.19
εἶσεν αἶα, quid apud Homerum, 31.58
Εἰς θαλάσσης, 72.18
εἰσπλεῖν, 596.19
εἶτα in indignationibus. 554.53
ἐκ quomodo plerumque apud Atticos accipiatur, 34.46
ἐκατομβαῖα ψελλιζόμενος, 10.49
ἑκάτον πάντα παραπέμπειν, 270.26
ἐκβακχεύειν ἐπὶ τοῖς ἀθυρτάγμασι, 230.14
ἐκεῖσε, 903.35
ἐκκεῖνα τὸ ἀγῶνος, 433.11
ἐκκυκλεῖν, siue ἐκκυκλεῖν, 725.31
ἐκλιμπάνειν, 554.29
Ἐκλεγαί, 1.39
ἐκλογή, 205.45
ἔκλυτος, 57.18
ἐκπιέζειν, 238.16
ἔκπωμα δακτυλωτὸν & ἄχειρόν τινες, 788.19
† τὸ ἐκ τοῦ πρύμνα, 714.48
ἐκτρις, anchoræ, 193.63
ἐκτός αὐτοῖς, 317.01
ἐκτορ, Iupiter. 195.15
ἐκτορ χαλκοκορυφαλος 195.61
ἐκφοροῦσι τοῦτο, 614.43
ἐκχ ρηνιῶς, 310.23
Ἐλαιον ἀπὸ χάλκαος, probum 310.744.13
ἐλαφηνός, 744.50
ἐλαφῶς, 910.46
ἐλαφοβολοφάγοι turdi, 134.47
ἐλάνη siue σελάνη, 627.5
ἐλάα, 135.19
ἐλαφηφόρια festum, 396.28
Ἐλαφηφορῶνες, ibid.
ἐλαφοκτόνος τρίβος, 213.54
ἐλίγματα, fasciæ tibiales, 820.36
ἐλεῖν τὰ φρονεῖν, 13.28
ἐλκύειν bibere, 791.62
ἐλίμαρ, 615.35
ἔλινος siue αἴλινος. 891.31
Ἑλλάδος ἕρεισμα, & ἑλλάδος Ἑλλάς. item μουσεῖον & ἑστία Græciæ, 33.62. & sequent.
ἐλλαδικὸς Polemon cur, 408.42
ἔλλοψ, 538.30
ἔλυμοι tibiæ, 312.48
ἐλυτρῶν, 20.51
ἐμβαπτίσαντες & ἐμβαπτίζοντες 788.58
ἐμοὶ δοκεῖν, 908.49
ἐμπόρευματα, 811.51
ἐμπορικῆς ars, 811.29
ἐμπίδας, 917.47
ἐμπνεῖν, 165.34
ἐμπροσθίως γυναῖκας, 866.36
ἐμπρόσθεν πῇ, 504.19
ἔμπυρος piscis, 636.13
Ἐμπρέπει & ἀναπρέπει, 66.62
Ἐναγίζοντες, 297.43
ἐνδεκάλιτρος, 615.37
Ἐνθάδε & ἐνθένδε vt differant, 60.18
ἔνεχα. 340.48
ἐνθηλάσμα, 214.28
ἔνισχε, 615.37
ἐνοικεῖν συγχάσκειν, 770.64
Ἐνσπεῖν Μενάνδρου, 68.40
ἐνοχλεῖν 693.35
ἐντατὰ & χάλαστα, 310.52
Ἐντα vnde appellata. 332.49
Ἐνταῦθα & ἐνταῦθοῖ, 97.54
Ἐνωρίστερον, ἐν ὥρᾳ: maturè, de die: conuiuia tempestiua, 268.20
ἐξαμέτρη, 615.38
ἐξανθεῖν, 129.49
ἐξάρχειν, 324.10
ἐξεταστικὸν λόγον, 154.10
Ἐξηγητικόν, 697.58
ἐξελευθερωμένος, 513.55
ἐξ ἑτοίμου ζητεῖν, 693.47
Εἰξεῖ, 61.53
ἐξίτηλα, 233.22
ἐξογκῶσαι, 417.49
ἔξοινος, 887.56
ἐξοπλᾶν, 863.25
ἐξυθέσμα λαῶν, 30.47
ἐξοχή, 557.61
ἐξυφορίως, 371.13
ἐπαίκλεια vel ἐπάικλια, 914.48
ἐπακτρίς, 891.30
ἐπαυτίν, 703.67
ἐπαυξήματα, Epicuri vox, 854.12
ἐπεθάμβησιν, vide ἐπιφαγεῖν,
ἐπεισόδιον, 337.20
ἐπέλαυνε, serui, 466.56
ἔπειτα πεπρωμένα, 713.23
ἐπίβδα, 182.27
ἐπίδειξ, 403.46
τὰ ἐπιδεδειγμένα, siue ἀποτεθειμένα τοῖς οἴκοις, 359.12
ἐπιδαιτρόν, 918.50
ἐπιδέξια eleganter, 53.63
ἐπιδειπνίσαι, pro comedere, 911.63
ἐπιδέσιον mos, 300.47
ἐπίδειπνα δεῖπνα, 633.53
ἐπιδαίσαι γλῶ 239.23
ἐπίγραφος ἰδὸ, 19.1
ἐπιθυμίδες & ὑποθυμίδες, 916.16
ἐπιχειρεῖς, ἐπὶ χεῖρας, & ἐπιχειρεῖν, 866.35
ἐπικαλύπτειν, pro inuoluere, 265.18
ἐπικεραστικὰ & ἐπικέραστα, 143.38
ἐπικιχλίδες, 334.01
ἐπικυλίκειοι λόγοι, 7.39
ἐπίκουρος, 499.10
ἐπικωμάζειν μετὰ κεραμίων ἢ συμφωνίας, 339.63
ἐπίλαστος, ὁ μαζοχλέπτης, 969.46
ἐπιλέκτης, 375.50
Ἐπιλείβειν, 41.65
ἐπίμαλας, 162.13
ἐπιμήνια, 150.26
ἐπιμύλιος, 891.30
ἐπὶ νικαῖς & ἐπαρχισμοὶ strena, 187.18. & 24 ἐπὶ τῶν βάλλειν vel λαμβάνειν, 878.58 ἐπίπαστα, 463.43
ἐπιρραπίζειν, verbis obiurgare, 716.44
ἐπιλαβεῖν, 726.61
ἐπίστασα, 137.43
ἐπιστεῖσθαι de aluo fluxa, 594.32
ἐπιτραπεζώματα, 911.42
ἐπιτείχισμα, 335.19
ἐπιφαγεῖν & ἐπιφέρειν, 296.32
ἐπιφανεία θέου, 851.33
ἐπιουσης τὸ δέρματος 624.34
ἐπιφωνεῖν, 323.16
ἐπιχεῖν τὸ γλυκυτάτω, 810.47
ἐπιχειρεῖς Δημητρίου, 455.42
ἐπίχυσιν, 294.24
ἐπιχωριάζειν, de peregrinis seminibus, 638.51
Ἐποικοδόμησις, gradatio, 79.23
ἐπουλεία, 447.15
ἐπουλίδιον, ibid.
ἐπριζειν χαιρεῖ & χαῖρε, 256.62
ἐπωρίς, 360.64
ἐπωτίδες, mulieres, 450.40
ἔρανος, 214.50
ἐρανοῦ πληρωτής, 612.19
ἐργάστρια ergastula, 461.37
ἔργον τιθέν, 780.12
ἐρείδειν, 939.16
ἐρεθίζειν siue ἐρέθειν φύλα, & ἐρεθίσματα, 595.60
ἐρεθίθεις, vide ἐνερεθείς.
ἐρετάνας, 154.58
ἐρευνές, 153.60
ἐρείτωι, 461.37
Ἐρμοῦ ἕλκειν, 793.50
Ἑρμῆς, vltimum poculum, 72.44
Ἕρπειν, ire, 64.55
Ἐρπετά, canes, & alia animalia βαδιστικά, ibid.
Ἔρπις, vinum, 81.37
ἔρπις, 662.24
ἐρυκτήρ, 467.63
ἐρωτικὰ σοφίσματα, 876.26
ἐρυγγάνειν ἄσιτα, 519.47
ἐρυθρεινός, 527.35
ἐσθίειν τὰς λόγχας, 397.10
ἑστία & πρυτανεῖον, dum, 324.3
ἑσπῶν λέγεις, 283.61
Ἑσπερίδων μῆλα, 162.27

ἐσπέρισμα

ὀπίσθια, 338.60
ὀσχέραι, 168.21
ὀσχεδὲς, arulx, 22.25
ὀσχέσεν, 355.57
ὄτηῖροι regum, 438.45
ὅτις ἐξ ἑτέρων παρεισφέρειν, 602.53
ὁ ἕτερ☉ pro, quod ad alterum attinet 738.49
ὀτνῖτις ἢ ἐρανῖτις, 219.49
ὄτ☉ & ὄψημα ὀτηρόν, 694.20
ὀυνάζειν, 466.53
εὐδεια, 358.21
αἱ εὐανδρίαι, 863.26
Εὐάφεια stragulorum, 99.18
Εὐαφῆ στρώματα, ibid.
εὐ ἔχειν, & εὖ διατίθεσθαι ἑαυτόν, 629.25
εὐγλωττα ζῶα, 971.49
εὐ δειπνίσειας, vel ζήσειας, 277.53
εὐημερεῖν, 435.59
εὐθηλήμων, 648.42
εὐθύτ☉ & εὔθυτ☉, 875.62
εὐθυπτίδια Alexandrina, 179.25
εὐθυμίας μελῶν, 337.32
εὔκολ☉, 452.51
εὐσῶς μαλακώτερον, 870.11
εὐθέτως ἄρτ☉, 214.64
Εὔνος☉, 891.62
εὐόμφαλ☉ pro εὔοσμ☉, 962.26
εὔογκ☉, 158.49
εὐπάλαμ☉, 312.10
εὐπατρίδαι, 289.60
εὑρεσις ἢ καινότης, 958.26
Εὐρείτης οἶν☉, 78.10
εὐρυπρώ τ☉, 250.49
Εὐρυπύλε μέλος, 845.11
εὐρύστομον, sive potius εὐρύπρωκτον, & in eis iocus χειρώδης, 763.22 & seq.
εὖς & ἐὸς, idem quod ἀγαθός, 33.26
εὐοχθ☉ & εὐοχθεῖν, 322.47
εὐοψεῖν, εὔοψ☉ ἀγορά, 476.40
εὐύπηρια calceamenta, 188.36
εὐφέγγεια sive εὐσημία, 702.35
εὐφραίνεσθαι, 471.56
εὐφρων · apud Homero vinum, Hesiodo fruges, 83.10
εὐφυεῖς homines, 454.33
τὰ εὐώδη, 595.60
ἐφθὰ σιτία, 402.24
ἐφθοπῶλαι, 183.33
Ἐφιάλτο, 297.16
ἔχειν ἡδέως ἑαυτῷ, 714.22
ἐχίτλιον, 544.22
Ἐχῖνοι σαρξὶ ἐμπεπρωμένοι, 376.25
ἕψεια, 250.10
ἕψειν, 288.60
Ἕψειν βαλανεῖον, 75.25
ἕψημα, ζωμός, & ῥόφημα quomodo differant, 257.48
ἑψητοί, 401.65
ε & η confundi, 933.51
ἐωλα, 182.32
ἑῶλ☉ ἡμέρα, ibid.
ἑώρα, pro αἰώρα, 891.33

Z

ΖΑκελτίδες, 638.51
Ζεῦν, 583.41
ζῆν ἐν ἀφθονίαις, 300.19
ζήσειας, 277.56
ζωπυρίαι πεντάδαι, 693.62
ζωπυρίον, 615.38
ζωρεικής coloris nomen, 757.54
ζυγόν, 615.40
Ζυμωτικὸς ὁ ἄρτος, 111.49
ζωμάρυσις, 308.25
Ζωμὸς μέλας, 653.63
ζωμὸς λευκός, 259.10
ζωρὸν pro ἀκράτου, 345.60
ζωον in compositione, pro magno, 718.19
ζωρότερον, 717.49
ζωστῆρες, 486.46
ζώνας grani, 113.28
ζωστὰ stragula, 98.52

H

ΗΒητικὰ, 720.57
Ἡγέλα☉, 196.32
Ἡγητορία fiscus, 151.34
ἡγλαισμένα, 920.46
ἡδὺ acetum, 623.42
ἡδύχροα, 350.66
ἡδυλογία, 897.25
ἥδυμα, 312.19
ἡδὺς βί☉, 825.24
ἡδύσματα, 218.64
Ἠθάνιον, 790.55
ἦθη non habent bruta, 34.18
ἧκεν εἰς δεῖπνον δυωδεκάποδ☉, vel δεκάποδ☉, 425.23
Ἤλεκτρα ἀλεκτρ☉, 193.16
ἡμαθ☉ nummulus, 625.29
ἡμέρα ἄδικ☉, 193.10
Ἡμίαμβοι & μυρίαμβοι, 48.44
ἡμιάρτ☉, 213.17
ἡμιλάγαυρ☉, 28.42
ἡμίνα. 799.16
ἡμίοπ☉ αὐλός, 314.12
ἡμίοπ☉ ἰχθύς, ibid.
ἡμιβίβ☉ φιλοσοφίας, 310.49
ἰώ δ᾽ ἐγώ, 189.31
ἡνίοχ☉, 351.28
Ἡπατ☉ piscis, 529.28
Ἡρακλεῖς ἀλεξίκακε 665.19
ἠρίγεια, 184.44
Ἡφαίστε κονίς, 655.26

Θ

ΘΑλάμαι, 550.13
θάλαμ☉, 689.59
θαλασσίαι, vide ῥαφανίδες,
θαλάττια de piscibus, 476.25
θαλῆαι, 83.31
θαλίας εἰλαπίναι, 742.55
θαλλία, & θαλλός, 773.50
θαλλὸν σαρκώδη, 59.11
θαλλὸς νεοπαγής, 876.11
θάλ☉, pro liberis & sobole, 627.47
θάνατοι ἄωροι, 980.37
ἄταφοι, ibid.
Θασίαι, vide ῥαφανίδες.
ἐν Θάσιον, 72.20
θαυμαστρὶς, 901.48
θαύματα, 22.34
θεοῦ ἄλλας ἐπιτροπάς, 238.36
θεοί, 556.51
θεοὶ grati cibi dicti, 588.11
Θεογαγὸς, vel Θεοφαγὸς, 111.48
θεομισία, 59.53
θεράπαινα, 191.54
θεοσυνάμεις 113.20
θέσεις λαχυβίζειν, de Theophrasti discipulis, 247.50
Θεσμοφόρος, 691.38
Θετταλὸν σόφισμα, sophista Thessalus, 30.11
Θετταλὸς ποικιλόμυθος, 956.12
Θεσμίας, 703.50
τὼ θεὼ Ceres & Proserpina, 372.64
θεὸν ἀδικούμενος, 856.43
θηρείδης, vel θηρείδας, 343.17
θεωρεῖν. vide πρεσβεῖον.
Θηβαίων ἄσμα, pro Thebani, 43.29
Θήβα, arcula, 245.48
θῆλυς εἶρος, 336.30
θηραικὰ ἱμάτια, 719.56
θηρᾶν, 514.53
Θηρία, vitia, 49.28
θηρίον τρέφειν pro vitium aliquod fouere, 49.28
θηριοδίκτης, 390.18
θηρίσεις, 113.28
θησεῖον, 969.53
θιαγόνες, 219.45
θίασοι, quasi θεασμοὶ, 631.13
θεοπαιδία τὸν ὕμνον, 836.32
θοινῆ τέλος, 473.41
θολοειδὴς, 358.41
Θομβυκίων, 293.49
θρακίας, ventus, 715.33
θρασυμαχειολεψικερμάτιον, 824.23
θράτται, 572.36
θρίμμα Καρύστου, 113.39
Θρίαι, 449.50
θρίον, 656.66
θρόνος, 216.10
θύειν, 939.45
θύειν pro εὐωχεῖσθαι 27.11
θύλακος, 461.30
θῦμα, 652.59
θυμὸν αὔξειν, 584.27
τὰ θύννια, 223.37
θυραῖοι ἀργυραῖ, 345.50
θυροκοπικὸν ἢ κρουσίθυρον 891.19
θυρσόλογχος, 351.37
αἱ πρὸς τὰς πύλας θυσίαι, ἢ πρὸς τὰς θεῶν τιμαί, 341.45
θυσία, 808.29

I

ΙΑκχ ἄσματα, 734.48
Ιάκχον ἐξάγειν vel ἐξάδειν, 372.55
Ιαμβεῖοι, 621.55
Ἴαμβ☉ viri cognomen, 507.41
ἰγδή, 693.48
ἱερὰ νόσος, 515.47
ἱεράτευμα, pro ἱερεῖς, apud Septuaginta, 30.48
ἱερεῖα, omnes quibus vescimur carnes, 35.32
ἱεροδοῦλοι. 748.25
ἱερὸς τὴν τέχνην ἢ τὰ ἤθη, 6.29
ἱερὸς γάμος, 424.32
Ἱερὸς γάμ☉, festum apud Athenienses, 426.16
Ἰδαῖοι, digiti, 20.28

ἀεῖσαι, 317.43
ἆσσ' ὑ εἰδύλ, 615.40
ἰδε, 317.49
ἰδρῶτες, 95.54
τὰ ἱερεῖας τ̃ ... 411.28
ὃ μαρ. 615.42
ἰλλὰς, vide ἰλιάς.
ἴλεως & ἱλαρεῖς, 631.52
ἱμᾶς & ἱμάς, 134.56
Ἰλίεια ludi, 610.63
ἱμάθ@, 891.41 914.39
ἱμάλις & νόστ@, 891.34
ἱμαστις pro virgis, 244.34
ἵματα pro εἵματα, 965.14
ἴον viola, 965.52
ἰουλίδες ἐν πρα..., 533.42
ἰοχέαιρα a'pis, 196.33 765.22
ἱππολεξις, miliarium, 193.60
ἵππ & ἱππ..., 304.38
ἱππόπορος, 864.56
ἵππουρος & ἵππουρος piscis, 532.47
ἶρις & φοίνιξ pro vnguentis indefactis, 972.59
Ἰσθμιάς, 941.59
Ἴσθμιος σίφων, 956.13
ἰσχάδες genus olearum, 114.41
ἰσχάδες, anchoræ, 196.56
ἰσχάδες παρώνυμα τ̃ Α'θηνῶν, 929.18
... ποβαλλίων, 298.40
ἴσον ἴσῳ vendere, 397.42
ἴσον ἴσῳ, mixtio, 726.13
Ἰτεαῖς ἐν Ω'ρείταις, 42.52
ἰχθυολογεῖν, 57.32
ἰχθὺς ἀκανθοστεφές, 555.44
ἰχθὺς ...ληκτ@, 558.10
τὸ ἰῶδες macula, 92.58
ἰωνιάδες violæ, 968.31
Ἰωνικὸς σλοῦτος ... ποιεῖν, 251.41
ἰωτήρ, 615.42

K

Κάδδισκος, siue κάδος & καμίς, 758.48
Καδμοῦ τύποι, 161.38 56
καδ & κίω, 11.44
καθαρμοὶ, 135.62
καθάρματα, 452.39
καθαρτικὸς, 197.13
ὁ καθαρμὸς, 446.54 592.55 & 57
καθήματα χρυσᾶ, 844.55
καθίσματα, 945.50
Καθίσαι εἰς ἄστυ drama, 52.52
Κάδδος Ἡρακλείων, 683.55
Καθόλου Herodiani, 70.18
ἐν τῷ καθόλου, in totum, 70.20
καθομιλεῖν φαρμάξειν, 846.19
καθομιλεῖν τοὺς καιροὺς, vel τοῖς χρόνοις, 825.14
καίειν de frigore, 391.49
Καινὰ, 697.18
Καινεὺς, 414.45
κάκαλος & κάκαλος, 302.62
καλαὶς, 889.34
καλαμαῦλαι, 912.34 19
καλαμίνθη, 615.43
† κα αμυείζειν τὰς εἰκόνας, 632.23
Καλὸν ἀκτή. 468.53 37
ὁ ... Καλῆς ἀκτῆς, 468.44
καλλαρίας & γαλλαρίας, 548.66
καλλίαρ, 615.44
καλλιμίλιον, pro locusta, 589.48
καλλίνικ@, 891.12
Κάλλ@ vnguentum, 45.30
καλὸν φίλημα, 947.60
καλόν γ' ἂν εἴη, 555.25
κάλπιον, 795.18
καλυβαὶ & ὄλβαι claues, 531.23
κάλυξ, 964.61
κ'αλῶς ἔχει, formula gratias agendi,
καμαρωτὶ currus, cameræ, 261.30
Καμασῆνες pisces, 581.48
καμματίδες, 266.27
καμμιόνης ἐκ ..., 742.35
καμπὴ & ἕλιξ, quomodo differunt,
καπαθίδες, 914.59
κάπαθον quid sit, 262.22
κανῶν, 348.38
Καπνιστὸν κλῦσμα, 910.55 & 40
κρῦσον Κ...ιανὸν crustum Catianum, 920.64
καπηλικωτέρα ἐσθής, 713.44
κάπηλ, 255.17
ὁ καπνίας, 464.54
καπν... πλία, 470.48
Κάσπιοι homines dicti, 411.9
καπύειν, 305.53
κάπτειν pro bibere, 669.60
Καπυρογέροντα κάρυα, 106.19
καρδάμιλη, 220.62
καρὶς & κάρις, 204.43
καρκίνον τοὺς δακτύλους, 946.12
καροῦν & ἀναχαιτίζειν, de vino, 801.64 & 11
καρπῶν συναίρεσις, 812.48
καρὸν pastinacæ species, 643.10
Κάρυα dicta omnia ἀκρόδρυα, 106.14
Κάρυα λόπιμα siue Euboica, 107.42
κάρυον πλατὺ, 108.64
κάρυον ..., 109.10
καρυκοειδὴς color, 514.46
καρωτὴ, carota, 643.18
κξ̃ & contra in inscriptionibus, 609.
κατάγειον, 357.27
καταγγέλλειν τὴν ἑορτὴν, 263.24
..., 853.47
... vel εἰς τὴν ἀγοράν,
... Epicuri vox, 853.18 63
..., 733.48
..., 50.22
κατάλογ@ στρατιωτικὸς, 7.16
..., 294.49
..., 299.16
..., 467.15
..., 322.64
..., 2.24
..., 202.28
..., 717.23
..., 726.42
..., 280.51
..., homines serij, 319.19
..., 671.33
... pro εἰς κύβους, 561.
κατήβειν καρδίας, 882.53
καπείδες, 901.48
κάπιθον, 122.10
κατέχειν pro meminisse, 19.59
κατῦμα, 863.17
καυ...λέιτον, 394.58
καύματα, caumata, 391.55
καυχὴ natura, & vox, καυχαλᾶσθαι multis locis restituta, 108.55
... morsu bibere, 669.57
καῦαξ, ... 5.40 & 44
κεκρασμένος ... ἀρέτης, 24.53
κεκραμένον ὕδατος, 269.44
κεκρόπιος ..., 318.21
κεκρυφαλος ἄρτων, 216.25
κελεύειν, 632.48
κεραία, 363.43
Κεράμια Cnidia, 65.57
κεραμίδες μολυβδαιναι, 362.24
κεράμιος, 341.20
κεράμιον Χῖον, vide Χῖον.
κέραμος, 404.37
Κεράμος, vrbis nomen, 103.60
κερατ..., 615.16
κέρυος, 796.13
κερασία ἔλαφος, 679.12
κίσηρα, 398.48
κερχνίδες, 136.20
κέρχνος & κερχνώδης, 795.10
κεχηνημένος ζωμὸς, 239.47
κήθιον, 792.27
κηκίβαλος, 165.16
κηληδόνες, apud Pindarum, 517.48
κῆτος, 362.17
κηριώδης quid apud Theophrastum aliquot locis, 102.63
κηρεωδης, 502.61
κήρυκες, murices, 606.25
... παλίμπλυτος, 423.29
κίβισις, 736.38
κίδιον, ... 350.50
κιθαρίζειν pro cithara oblectare, 608.41
κίμβιξ & κίμβιξ, 534.14
κιννάβαρι & κιννάβαρι, 344.39
κίρκος, 921.32
κιρρικέδης, 502.62
Κίθα, piscis Baccho sacer, 562.60
κίτταρ, 615.45
† κίτιλ pro ..., 360.22
κλαγγάζειν, 600.40
κλαυθμυρίζειν, 632.38
Κλεπτεῖν ... quid apud Xenoph. 46.63
Κλυμένορος, 846.26
κλεψίαμβοι, 515.39
κλήσα λαχεῖν & λαγχάνειν κληρούμενον, 450.35
Κλεπταὶ ..., apud Xenophontem, 46.62
κλῦσμα pro κρῦσον, crustum, 919.32
κλυστ..., 921.33
Κλύμενος pro Pluton, 768.47
κλύφαιος, 757.14
κνημὸς, 881.57
κνισὰ & κνισὰ λάχανα, 646.24
κνηστὸς, panis rasilis, 215.49
κνιση... κνησμος, 889.42
κνίσμα & ..., 122.54
κνισ... & κνισολαξ, 238.55
κόγχῃ, conchis, 290.46

κόγχῳ ἐίςαλίῳ, 191.49
κολυμαι, 159.47
κοῖν, 418.22
κοινάγειν, 667.60
κοιλίας, & γαςέρες inter esculenta, 279. 62. & 63
κοῖνα aut κοιλαινομένη θάλαττα, 667. 56
Κοιλιοδαίμων κοιλιόδουλος, 197.49
Κοῖλον ἰμάτιον, 4.60
κοινότατα, 712.44
Κοινωνία τῶν συμβόλων, 225.43
κοίτα pro κοίτη, 273.17
Κοκκυμηλέα, κοκκύμηλον & κοκκυμήλεον, vocum distinctio, 101.59
κολαβρίζειν, 984.53
κόλαξ propriè quis, 456.33
κόλαξ quasi κόλλαξ, 451.20
κολάριον, 198.48
κολλᾶκες & κόλλιπες, 762.12. & 13
κόλλοπες, exoleti & lenones, 519. 55
κολλώδης, vide σιαλώδης.
κολυμβάς & κόλυμπα, 154.61
κόμμα Ιουδαϊκόν, 30.30
κόμμαρος, 623.27
κομίξας Doricum, 395.38
κονδυλώματα, χειμέθλοματα, & κόνδυλοι secessorum, 705.10
Κονιορτοί, 411.25
Κοννίσκος & κόνιπος, 798.11
κόπτειν, siue κόπιν, 803.18
κοπίς, συνώνυμος, 308.20
κοπίς, 260.35
κόπτειν & κατακόπτειν, 654.40. & 49
κοπίς, 925.27
κόρακες nycticoraces, 618.15
κορακῖνος, vnde, 522.54
κόραξ, vel κύρων, 279.38. & 39
κορυδός, 351.64
Κορύδαλοι δῆμος, 670.63
κορύδηλος, 535.49
κορύμβοι, 388.38
κορυξαῖς & κορύξαις, 241.38
κορυφ, 615.45
κορώνη, & κορωνίδες, 962.19
κοσμὸς vita hominum, 405.60
κόττα6οι, 799.24
κόττα6οι κάτακτοι, 945.28
κοτυλίσκος, 919.18
κότυλος & κελύφη, 798.22
κοῦρω, vide κορυφή,
κυρέαν, 484.25
Κουρτοφος Diana, 260.47
κοχλίας vocis etymum, 131.32
κραιπάλη ἀκαλήφαι, 174.25
Κραναπαίδες, 152.49
Κρατί, vinum, 61.27
Κρίσις pro aqua, 61.28
Κρανταμός Σικελός, 919.31
κρατεῖσθαι, 799.30
κραυρὸς & κραμβάλεος cibus, 132.11
κρέα ἀγρία, 206.20
κρέασιν μάγαδιν, 906.17
τοὶ κρεακὰ ἔξω τῶν αὐλῆς, 324.30
κρεῖον, vel κρεΐον, 648.38
κρείοντος, vide κύβος.
κρέων Ἐλλάνων, 405.15
κριμβαλα, 340.57
κριοὶ & χηνίσκοι, 533.59
κρίσις, 917.39
κριτήρ in operibus pistorum, 121.13
κροκοδείλου, ridere, 891.24
κροτεῖναι, 917.17
κροτάλων ἰδέα, 217.44
κρυπτή τις, καὶ Σωκρατικὴ Φάντασμα, 8.35
κρύφα, 323.38
κρύμα ἐγχαρότατα, 917.47
κρυμαῖος, ibid.
κρωκαὶ, 705.60
κρωκώδης, 615.46
κρωσσοὶ ὑάλινοι, 296.63
κρύσταλα, 799.36
κρύστη πνεῖν, 911.15
κρύσον τυλάττειν, 910.65
κτίζειν ἑορτήν, 473.68
κτιστάς, 743.38
κύαθος, 605.40
κυβιστᾶν, 745.21
Κύβηλα Atticum & Caricum vocabulum, 871.45
κυβηλίς, 301.40
Κυδωνίαι σῦκα, 155.66
Κυκεών, 811.61
Κύκλος, 479.19
κυκλοῦ διάσπων, 718.15
κυλικεῖον, 775.42
κυλικηγορεῖν, 57.32
κυλίκιον & κυλικεῖον, 352.20. & 21
Κυλίσται coronæ volubiles, 959.36. 801.
κυλίχναι, caligna. 33.
κυλλάστις Ægyptius, 219.59
κῦμα, 329.54
κυματοπλήξ, 623.48
Κυμα pro Κυμαία, 641.30
Κυναιθεῖς, 898.38
κυνάρα, vide κινάρα, 144.40
Κυνάκεον, 427.22
Κυνοσκεφαλῆ, 57.30
Κυνόσαργες ἑορτή, 197.17
κύπασσις, 899.26
κύπελλον, vnde, 802.43
κυπρίσιος & κυπεῖρον, 540.21
κυρεία, 735.28
οἱ κύριοι, dij, 285.33
κύριος κύρικος, 293.21
κύτος στρατευμάτων, 133.45
κώθων Τιμάχιδου, 429.14
κώδων, 518.14
κωθωνιστής, κωθωνίας, κωθων, 540.56
κῶλα, 605.19
κωλῆν Ἀγνοσξένειος, 24.23
κωλῆνες, κωλαῖ, & κωλαῖοι, 636.41
κῶμος, 350.43
κωμῳδία, pro comico ioco, 175.14
κώνειον pro venenato poculo simpliciter, 164.56
κωνίζειν, siue κνίζειν, 20.40
κώρυκος, 316.42
κωρυκίσκος, 252.47
κώρυκες, 170.41

A

Ἀβλαστής, 146.10
Λαβάργυρος ὑπολογιστής, 694.40
λαβεῖν αὐτοῦ, 670.61
λαβρώνιον, 804.51
λαγαρός, 158.57
Λαγυνοφόρια, 474.13
λάγυνον, 818.39
λαγῶν ὑψέα, 933.51
λαγῷος, 631.41
λάκκοι ἀνθρωποφάγοι, 249.14
Λακωνομαντεία, 431.19
Λακωνομάχεις, 250.44
λαλεῖν & λαλία, 424.19
λαμβάνειν pro conducere ad opus faciendum, 656.45
λαμβάνειν χορόν, 905.42
λαμπάδες βυστίναι, 348.32
λαμπάς vnde, 616.11
λαμπάδιον εἶδος, 589.13
λαμπτῆρες, 545.44
λάσιον, 252.38
λάθεσθαι, 611.35
λαχανίζειν, 610.34
ἐν Λαρίσῃ pro ad Larissam, 88.34
λάσιοι & λάσιαι, 651.33
λαρυγγίζειν τὴν πίτυς, 312.21
Λάσθη, 583.35
λατομοβολὰ χειμῶν ἑρμῆς, 28.24
λάτος piscis, 543.52
λαύρα τινῶν, 848.39
λαῦρα & λαύρα, 848.62. & 63
λαῦραι diuersæ sub Archiepiscopo Alexandrino, 848.15
λαφυροπώλης, 619.11
λαχανόσπερμα ὑπάρχει, 141.62
λαχανα Syrorum, 218.17
λάχης περὶ, 616.64
λεβητοχάρων, 603.44
λεβίσκος, 227.50
λεβητοῖς, 539.19
λέγειν τὰ ἀφελῆ, 424.11
λέγειν τὰ ἐν λόγῳ, 13.49
λέγειν τὸν ὄρχησιν, 898.49
λειμαξ & λειμώς, pro λειμών, 966.46
λειτουργεῖν de histrionibus, 244.65
λέκιθος, 694.28
λεκάνιον, 215.14
λέμβος in naui, 794.42
λεξικόν λεξιθηρεῖν, 190.21
λεπάδες ἄσιτοι, 165.15
λέπιον mazam, 293.31
λευκὰ καὶ πυρὰ, apud Plutarchum, 231.56
λεύκιος, 227.50
Λεωρίαι, 703.14
Λευκαὶ καλοί, 932.48
λέχη, λεχώλευθα, 338.64. & 13
λῆν ia & ex ea fune, 360.18
λην κίνησις, 117.34
λην οπύγιον, 206.62
λην ὀπύρρην, & ἐμπύρρην 60.62
ληνός, ἐκληνοι, ἐξεληνοι, ἐπίληνος, μελίληνος, μιξόληνος, & ποικίληνος, cognatæ voces, 344.56
ληνεὶς λόγος perspicuus & clarus, 660. 23
λην ἀλλοῦ Κείας, 367.48
λεοντοβάτης, 840.15
Λεόφρων, 21.19
ἡ λήγουσα, 983.11
λεῖθος, 451.44
λην ἂν 40. 42. λήχανος, ibid. λιχάζειν, ibid. 54
λὶ ὑδες, 190.56
λημνίσκοι & λημνίσκοι, 350.24
λῆρος ὁ χαρίσματα, 751.47
λῆξις, 718.19
λιαρὸν pro calido, 85.30
λίβος, 911.30
λιβυκαὶ βίβλοι, 162.61
λίθος αὐλήσις, 890.17

λιγαίνειν,

λογάδιρ, 615.48
λουτροφόρος mulieres & viri, 349.22
λυμάδεις ἐρημίαι, 545.27
λουμάλλος χλαῖνα, 761.47
λιτταίνειν, 390.46
Λιτὰ, vel λῖτα, 97.55
Λιταί, 44.13
Λίτρον & νίτρον, 943.29
λιτπέρτης, 893.19
λογάεια, 575.52
Λογοδιαρρόεια, 56.60
τὸ κατὰ λόγον, 633.42
λό υλλαι, 921.29
λοπὰς & τρυβλίον, 286.47
λοφνία & λοφνίς, 990.22
Λόφοι ξηροὶ apud Hippocratem, 92.25
λυδοπαθὴς pro ἡδυπαθὴς, 975.38
λύγῳ θωράκι ν, 950.65
λυκοεργὴς, & λυκεργὴς, 807.13
λύκος piscis, 504.48
Λυσάνδρειον χῶμα, 407.32
λυσσίας ἰακαῖν, 195.26
λυχνοκαυτία, λυχναψία, & λυχνοκαΐα, 996.21
λυχνίον, λυχνεῖον, λυχνία, λυχνεύς, 989.45

M

Ἡ μαγειρικὴ καπηλιζομένη τυραννὶς, 692.55
μάγειροι & ὀψοποιοὶ, siue διάκονοι; qui differant. 690.26
μαγδάλιον Ταυροπολικὸν, 451.16
μάδρυες, 162.47
μάζα περιμεμαγμένη ἢ ἄπεπτος, 218.43
μάζαι vel μαζονοί, 578.31
μαθαλλίδες 810.20
τὸ μαθὼν vel ἀπαθὼν, 886.32
μακρογόγγυλος, 365.48
μακωνίδες, 214.18
μαλάχη, 120.42
μανδάλιον, 699.28
μάνος, 810.21
μανθάνειν, pro solere, 716.64
μανία vehemens studium, 772.40
μανικὸν φίλον, 779.46
μαξονός, & μύξινος, 548.56
μαρμαρίτης, vel μαργαρίτης, 178.43
Μάρκος, μάρμαρον, 192.52
μάρον, 690.14
μασθλητινὰ καρίς, 204.37
μασοὶ, 810.20
μασχάλη, 611.37
ματτύζειν, 355.23
μάττειν pinsere hordea, 462.36
μάχαιραι, 278.58
μαχαίρη, 615.48
μεγάλειον vnguentum, vel μεγάλλειον, 975.33
μέθυ vide παροιμία,
μέθυ βύβλινον, 69.60
μεθύσης, 969.46
μέθυ χαλίεπατον, 24.52
μελαγχρής, 292.64
μελαμπύγοι, 205.21
μέλαν δρυὸς & μελανδρύαι, 548.34
μελετᾶν, meditari, 688.39
μέλημα, mea cura, 844.52
μέλη ωάραυ·ας 296.55
μέλη & ψίδες poculorum nomina, 807.17
μελικηρίδες & μελίκηρες, 925.24
μέλιττα pro μέλισσα, 826.27
μέλος, 903.46
μέλος & αὔλημα confunduntur, 889.37
μελῳδὸς ἦχος, 167.32
μέναιδρος virgo, 192.49
μέρμιν, 369.54
μερμκράτης, columna, 192.49
μεσάραιον, 181.34
Μετακέρασμα, & μετάκερας aqua tepida, 84.20
μεταμφιάσαι τὰ παράγοντα ἱμάτια, 371.52
μεταύρισεν, 809.61
οἱ ἀεὶ μετέωροι φοβοί, 498.54
μητρῶν ὀφθαλμὸν, 864.40
Μέτωπον αὐτῷ κέκλει ωμβύον, 81.52
μέχρι τῆς τύχης, 438.59
Μήδεις, quis, 109.65
μήκωνος λευκὸν, 796.46
μηλία ἱερὰ, 161.24
Μιμίαμβοι, vide ἡμίαμβοι.
μήποτε dubitationis nota apud Græcos, 32.23
μήτρα, μητρόπολις ἢ μήτηρ, 184.62
μηχανὴ σχαστηρία, 246.33
μικροπολιτικὸν τὸ μὴ δυνάμενον συμβάλλεσθαι, variè expositum, 611.66
μικροτραπεζοι φυλλοτρῶγες, 248.20
μικρὸς τὴν γνώμην, 436.37
μίνδαξ species suffitus, 978.41
μίσγαβορ, 615.50
μίσθωμα, 877.13
ἐκ μισθωτῆς οἰκίας ἐξιέναι, 370.64
ὁ μνημονευόμενος χεῖρος, 762.68
μνοία & μνώια, 459.11
μόθακες, 467.30
μοῖραι, 31.60
Μολιόνη & Μολίονες, 115.59
μολόχη, 120.44
μόλυβος, 102.14
Μονοσιτεῖν, vide μονοφαγεῖν.
μονότροπος, 435.27
Μονοφαγεῖν & μονοσιτεῖν vt differant, 94.43
Μόρα & Συνάμια, vnde dicta, 104.59
Μόρον, vide μῶρον.
Μόσυνα κάρυα, 104.60
Μοτα, vide ἄμοτα.
Μυκηρόβατος nucifrangibulum, 107.41
μῦρμορ, 615.54
μῦρτηρ. ibid.
μυστικοὶ παίδευμος, 903.12
μυστικὸς ἀγὼν ἐγκωμίων, 731.20
μυστῶν & μυστῶται, 850.50
ἐν Μυσῶν, 958.26
μυστάκια, 921.13
μοχθηρὸς & μόχθηρος, 608.65
μυθίκαι διαθέσεις, 345.40
Μυκηρὸν, Cypriæ amygdalæ prægrandes, 106.55
Μύκων & Μύκονος, 598.46
μύμαρ & μῶμαρ, 615.55
μυνδοί, 538.33
Μυρικῶς, 106.48
μυρμιαι, vel μύρμιαι, 547.14
μῦρον ἀπὸ τῆς μύρρας, 969.50. eius vocis etymon ex sententia Athenæi,
μύρον ἱερὸν siue ἱερινὸν, 257.37
μῦρος & μύραινα, 545.40
μυστίλη. 240.49
μυσιεῖα, murium latibula, 192.52
μυχὸς domus, 627.50
μυχὸς πόλεως, 627.64
μῶριν & μύρον, 102.32

N

Νάειν & ναίειν, 968.16
ναίουσι, οἰκοῦσι, & ναιετάουσι, 635.32
Ναυκρατίτης στέφανος, 956.12
ναστὸς & ναστὸν, 463.63. & 66
ναυτικοὶ λοπάδες, 303.62
ναυσιάζοντες, 895.35
Νεβρώδης, aut Νεβρώδεις, 334.66
νεκύρ, 615.57
νέκταρ, 581.38
νεοδαρτα, 238.10
νεήλατος μάχαιρα, 535.37
νεονυκτηρεύοντες, 627.18
νευρομήτραι, 681.27
νευρὸς pro νεβρὸς, 334.65
νευροσπαστεῖν, 671.20
νέφροι & ὀρχεῖς, testiculi, 661.27
νεωσὶ vox laxæ significationis, 385.61
νήπια plantæ, nouellæ, 883.64
νηρεῖται, vide ἀναρεῖται.
νηπιωτικαὶ δίκαι, 693.55
Νησιώτης, scriptor, 144.48
νῆστρ, 615.57
Νῆττα Neptuno sacra, 563.20
νίζειν pro eluendere, 778.52
Νικολαΐδες Μυκόνιαι, 602.14
νικόρ, 615.58
Νίτρον, vide λιτρόν.
νομάς, Gallina Numidica 942.36
Νόμοι συμποτικοί, 331.30
ὁ νόμος γαμικὸς, 859.47
νόμος καταλύειν, 596.37
νόσοι, vitia, 866.34
νοσώδεις ὄρνεις, 306.38
Νόστοι, scriptores, 281.54
νότος λαμπρός, 589.14
Νυμφαία, 346.28
νύροψ χαλκός, 898.40
νυστάζοντος. 522.26

Ξ

Ξηραμείτης, 218.43
ξυγγάμοις συνθήκαις, 114.65
ξυλοειδὲς color, 931.56
ξυστὸς χιτών, 195.14

O

TO ου pronuntiatum à veteribus, 768.48
ὀβελίαι, 208.39
Ὄγκοι pro ἕξις, 615.58
ὄγκος, 156.44
Ὀγκώδης saltatio, 52.30
ὀδοντῇ ξύστρα, 190.44
ὕδωρ semen, ὑετὸν, ἐπομβρίας ἐστιν, 685.27 & seqq.
οἶνος ἔστιν ἐγκεκοιλωμένος, 760.32
οἶκοι Αἰγύπτιοι, 790.62
οἶκος, 246.23
οἶκος pro πλῆθος, 715.22
οἰκότριψ, 434.48
Οἶνοι, 66.64
οἰνὰς, columba, 617.46

οἰτί@

ὄια Πηλέα πιεῖν, 661.24
οἰνηρὰ ἀγγεῖα, siue ἀμφορεῖς συνεσμένοι, 7:6.14.& 15
οἰνηρὰ πατρίς, 88:.15
οἰνιστηρία, 814.38
οἰνολογεῖν, 57.33
οἰνόπεδον, 777.13
οἶνος etymum, 77.43
Οἶνος ἀρείτης, 77.12
Οἶνος ὀτογλήτης, 69.63
οἶνος κεκερασμένος ἄκρατος, 24.54
Οἶνος κοκκύζει vel κεχύσει, 70.23
Οἶνος οἰνοπέδης, 71.17
οἶνος εἰ νος ὀσφρώμενος, 78 20
ἐν οἴνῳ, in vino, 633.12
οἴνου τὸ ποιεῖν, 654.40
οἶνον ὁμιλεῖν, vinum bibere, 114.58
οἷος αὐτὸς, 793.43
Οἴσε λιοῦ τὸ θεὸς, 35.10
ὀλιγοχάσκη, 197.58
ὄλεια, 343.47
ὄλμος, 814.11
ὀλολυγμοὶ, 424.36
ὀλολύζειν, 114.60
ὀλοπανκάλαμος, & ὀλοπανλοκάλαμος, 561.47
ὄλου, 433.34
Ὄλπις, trulla vinaria, 81.46
Ὀμαρτῆ, 48.27
Ὀμηρικὰ λῆπτα, apud Plutarchum, 27.42
Ὁμήρειοι κεκρύφαλοι, 961.22
οἱ παρ' Ὁμήρῳ νομεῖς, 27.63
ὁμόκαπνοι, 17.29
ὅμορος ἄρτος, 212.64
ὁμοπάτριοι, 17.39
ὀμφαλοῖοι νεκροὶ, 981.49
ὀνθυλεύεις siue μοσθυλεύεις, 12.50
ὀνία, 557.46
ὄνομα Θήβαιον pro Thebani, 43.28
ὀνόματα σκωπτικά, 751.45
ὀνόματα θεοφόρα, 751.50
ὄνοι χαυνότης ἄιτυ, 308.45
ὀνοματοθῆραι, 159.54
ὀξίζων panis, 218 42
ὀξύα & στίμαλος, 313.21
ἡ δὲ ὀξυβάφων μουσική, 340.28
ὀξύγαρον, 341.28
ὀξύμαλα Περσικά, 161.25
Ὀξύνουσος, 94.34
ὀξὺς & ὀξύγαρος, 140.10
ὀπῶπικα, 642.65
ὀπισθόπλα sepia, 895.18
ὅπλα nauis.arma, 355.16
Ὁπλοποιία, pars Homericæ rhapsodiæ, 41.11
ὄπις, 198.47
ὄπος πυρρὸς, cutis squallida, 189 54
ὀπῶς, qui est in conspectu, 188.27
ὀπώρα, 291.14
τὸ ὁρατὸν τοῦ πράγματος, 58.65
ὄργανα κατὰ μέρος, 310.59
ὄργανον Μιλησίον, 325.12
τὰ ὀργανικά, 330.36
Ὀργή, 298.23
ὀργιαστικὰ sacra, 938.27
ὀρεχθεῖν, 123.35
ὀρθαγορίσκοι, & ὀρθραγορίσκοι, 264.17
ὀρθροβόας, 192.52
ὄρθρος, 119.15
Ὄρνις, gallinæ, 44.16
ὀρνίθων ἄρτος, 212.54
ὀρνίθιος ζωμός, 595.18
ὀρνιθωναῖοι, 779.50
Ὅρος φιλίας, pro perfecta amicitia, 92.51
Ὀροθύριον, 734.44
Ὀρύα pro Ὀρύα, 178.52
ὀρθῶς & ὀρθός, 548.51
ὀρχεῖν, 53.11
Ὀρεν varij scriptores, 844.60
Ὅς pro ὁ & contra, 813.27
ὅσας ἕνεκα, 543.52
ὅσμυλοι & ὀσμύλια, 253.57
ὀστρακίδες, 116.36
ὄστρεα & ὄστρεια, 276.15
ὀστίχας, οἰστίας, 933.50
ὑλονεῖν, 891.32
οὐ πηγῆς, 891.34
Οὐρανίσκος & οὐρανός, 544.41
οὐραῖος ὀπισθίων, 255.15
οὐρανοχασματι solentes, 175.31
οὔτις, 689 53
οὐτὲ, 631.47
ὀφθεὶς, 14.60
ὀφθεῖν, τὸ ἐρᾶν, 428.61
ὄψον, ὄψον θαλάττιον, 476.19
ὄψον etymum, 476.40
ὀψοπωλεῖον, pilearium forum, 592.46
ὀψοποιοὶ vide μάγειροι, 691.55
ὀψωνεῖν, 602.29
ὀψωνεῖν Νηρεΐδας, 397.32

Π

ΠΑιδάριον, 351 22
Παιδικὰ Sophronis, 562.25
Παιδίον fabulæ multorum poëtarum infriptæ. 178.27
παιδισκάριον, 351.22
παιδισκεῖον, 733.44
παίζειν, 653.29
παίζειν & ludere, 842.18
παῖ Λυκῖνε, 188.49
παῖς Κύνας, 845.62
παιωνά, 919.11
Παιώνιος, 462.52
παλαιόμετρος, 905.38
παλαιός de vino, 59.59
παλαίσμα disputator, 30.10
παλαιστὴς αὐτάρκης, 420.56
παλαίειν, 615.58
παλινσπονδία, 280.54
παλία, 182.28
παλια θυσιῶν ἑορτή, 192.61
παλίσκια, 328 57
πανος vox Æschyli, 995.24
πανόκτες, 780.51
Πανὸς ἄγαλμα, 817.27
πανος, 215 18
πανξ, pax, 140.10
παρὰ pro περὶ, 25.35
παράβατος, 351.27
παραβοηθεῖν, 11.58
παραβύειν, 91.28
παράδεισος, 830.29
παραδιδόναι τὸν ἄκρον, 717.27
παραδραμεῖν, 850 49
παραιτεῖσθαι & ἀπαιτεῖσθαι pro fugere aliquid, 655.51
παρακαταθήκη, 321.35
παρακαταθήκη Menandri, 869.63
παρακλίνειν, 639.16
παραλιπεῖν παρεκβάσεις, 841.37
παραμασύντης & παραμασήτης, 250.58
παραμβαίνειν, 351.38
παραμασύντης pro παρασιτομένης, 859.44
παραπέμπειν ἱκανὸς ζωμός, 264.14
παραπομπή, 595.36
παραρτήματα, siue παραρρύματα, 364.44
παρασάγγης, vox Barbara, 530.64
παράσημον, 352.25
παράσιτος, & quæ super ea voce obseruantur, 412.58
παράσιτος vocis auctor antiquissimus, 417.21
παρασκευάζειν, 321.47
παραστάται, 736.36
παραστάται, testiculi, 677.45
παρατιθέασι τοῖς Ἕλλησι, 276.61
παρατίθεσθαι, 285.49
παρατείνειν, 278.44
παρατίθεσθαι, 462.28
παρατρέχειν, 369 62
παρατρέχειν, 279.52
παρατρέχειν, 364 21
παραφθορά, 174.15
παραχέειν λίθον, vel potius νίτρον, 941.53
παραχέειν μύρον, ibid.
ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς παρεῖναι, 871.60
Παρεκβολαὶ Excerpta, 1.12
παρεπωλογία, 498 25
παρενδύεσθαι & παρενδύζειν, 170.66
παρηστία, 269.50
παρείας in naue, 355.12
ΠΑΡΟΙΜΙΑΙ. Καταπυγότερα τῶν ἐλαφῶν, 2.29
Τεκ δ' Ἀμαζάμενον θεοὶ δεδώκασιν ἄμεινον, 7.48
Πρὸ Εὐκλείδου, vel ὑπὲρ Εὐκλείδην, 10.21
Οὐδὲν ὁ ἄνθρωπος ἀλλὰ ἂν μὴ τοῖς ἔχῃς, 19.16
Ἀεὶ τὸ ἱερὰ καταθέσθαι, 35.47
Ἄρ' ἔστι σοφία, 68.18
Παρ' ἧς φαίνεται ἀπὸ τοῦ vel λῆροι, 76.24
Οἶνος καὶ ἀλήθεια, 80.19
Βάμμα Σαρδιανόν, 98.50
Ὄνος βαδίζεις εἰς ἄχυρα πραγμάτων, 107.14
Ναυπακτίους ἐρημία, 129.13
Μείζων ἢ Τροίαν ἑλεῖν, 131.46
Ἐγκέφαλον ἔχειν, 146 62
Τοι σαυτὸν ἀμαγμάτα γύναι τοῖς χιλιάσιν ὕφανε, 148.45
Ἀλαίνει ἐν θέρει τρίβειν, 149 15
Βαῖνε ἐν θέρει ἐν χείματα ἔδεσ' ἀεὶ, 149.18
Αὐγκάσει ὀξυπόσπερα, 152.27
Πίπτε ἕτεροι ἄλλως ἐξετάζεις λόγον, 152.29
Χαρίτων ἀδιάθετα ἐκβάλλεις τοῖς τῆς Ἀρπυίας παλαίσμη, 161.17
Κόγχην διελεῖν, 170.35
Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, 186 18
Γραῦν γηράσαντα τὰ μὲν τὰ κύλικ' ἐμβάλλει, 223.58
Τεῖχος ἀξιώπερος, 219.40
Ἐξ ἁμάξης λαλεῖν, 283.24

Χυτρῶ

χύτρα ἢ φακῆς ἕψειν, non esse prouerbium, contra Erasmum disputatur, 288.38
Τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον, 292.14
Οὐ μὴν τοι ἀεὶ καθόν ὁ τυφλὸς, ἴσως λαλῆσαι, 296.43
ἢ ξύοντα αὐτῇ ξύων, ibid.
Μαγάδις λαλοῦσα μόνον ἅμα σοι καὶ μέσα, 315.10
Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, 373.25
Ἀγχάφας κάχλεις, 384.22
Σὺ δ᾽ ἦσθα τι πύλης ὡς Ἀχιλλεὺς ὑδλίας, 403.22
Ὄνος αὐτός, 414.31
Ὅταν ὦ δεινάσων τὸ στοιχεῖον, 425.36
Χαλάσω τὴν ἱερὰν ἄγκυραν, 495.50
Κατ᾽ ῥοῦν φέρεσθαι & κατὰ ῥοῦν χωρεῖν, 507.53
Οὐ μάλα κάκκας, 563.12
Μικρὸν λάκα, 568.54
χελώνης ἢ δεῖ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν, 581.46
οὐδεὶς μέγας σαπρὸς ἰχθύς, 603.60
Ἀφ᾽ ἑνὸς διαγράμματος ἀεὶ τὸ αὐτὸ ὑποκρίνειν, 617.24
ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον, 655.47
Ἀσπόνδῳ κιθαριστής, 690.64
κέγχρον τρυπᾷν, 714.55
Ἢ πέντε πίνειν, ἢ τρία, ἢ μὴ τέσσαρα, 721.31
Ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία, 769.46
Δάκτυλος ἡμέρα, 798.21
Οὐχ ὑπ᾽ ἄλλων ἀλλὰ τοῖς αὑτοῦ πτεροῖς ἁλίσκεται, 810.38
Δρᾶν ταυτὰ τοῖς εὐχομένοις, 820.34
Ἡ ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις, 837.18
Ἀσινουδιάξ, 837.30
Βαδίζειν ἐς Ἡραῖον ἐμπεπλιγμένον, 828.24
Βοῦς γλώττῃ μέγας, 856.15
Παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ᾽ ἐπὶ στόμα, 855.64
Πεφιλιππιδῶξ, 856.43
Ἀλλ᾽ ἐξέπεσε πορθμεὺς ἐλαττόνων πλάτη, 861.61
ἐξέπεσε, 861.64
ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν, 866.36
Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα, 912.30
Ἀλαλημένος βίος, βίος μεμαγμένος, & βίος ἐξηυλημένος, 913.63. & seqq.
Ἤδη χίδρα καὶ πυρεία, 924.54
Καιρὸς οὗτος Παλαίφατος, 940.49
Ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, 940.46
Τὸ λύχνιον ἐν πρυτανείῳ, 992.38
εἰς ἀγρὰς ἀγρίας ἀποπέμπειν τοὺς ζητοῦντας, 163.49
Παροινία & μέθη quomodo differant, 736.50
Πάρος pro πάρεσιν, 915.28
Παροψημάτων, 619.23
Παροψωνήματα bellaria dicta, 912.50
Πάτταξ & πάτταταξ, 780.30
πάτερ, 615.60
Πασχητιῶντα βρώματα, 250.53
Πατάνιον vide βατάνιον,
Πατανίψις vox Sicula, 524.50
Πατανίων συρβύματα, *patinarum struices*, 678.19
Πατάσσειν εἰς μέσον, 740.60
Πάτημα, 30.30
πατὴρ τῆς βίβλου, 1.13
Πατὴρ ἡ ἡμᾶς, 3.50
Πάτρια θυγατριδῶν, 648.37
Πατρίδιον & ἀπφάριον, 866.35
Πάξ pro μή, 711.24
Πῆξις, 125.34
Πελάτερ, 615.19

Πηλιάδης, 830.26
πέλωρ, 615.61
πελίκα, 814.51
πέλλωρ, 615.61
πέμπτην ἡμέραν pro περὶ πέμπτην ἡμ. 656.50
πεμφθεὶς pro πέμψας, 915.28
πέμφιξ, & πέμφις, 399.44
πενέστης, pro seruo simpliciter, 459.24
πένθος ἄωρον, 981.61
πεντάπλοα, 815.42
πεντηπλείων χαμαί, 347.61
πεντηκοστολόγοι, 200.66
πέπειρος ὕπνος, 852.35
πεπραγματευῶξ περὶ τί, 437.39
πέπρακται τὸ σχῆμα, 653.61
τὰ περιπεπεμμένα ἐπὶ τὰς τραπέζας, 828.55
πέπων καταπροσαγός, 69.59
πέπων, mollis & ignauus, 854.15
περαιτικός, 873.27
πέρας artis, 652.34
πέρας κάλλους, 39.49
τὰ Πέρατα τῶν ἀγγείων, ora venarũ, 91.65
πέρδιξ pro astuto & libidinoso, 668.62
περὶ pro παρὰ ex imperitia librariorum, 25.35
περίαλλος, 261.15
περιβόητον ποιεῖν, 236.12
περιβολὰ & ἀναβολά, 98.19
περιγέννηξ, 276.65
περιγράφειν, circumscribere, vox forensis, 134.20
περιγράφειν delere vox criticorum, 324.35
περιδεῖξ πώγωνας, 190.46
περίδρομος, 461.47
περίχωρον, de aëre, 345.20
περὶ ζώων, & περὶ φυτῶν apud Athenæum quomodo capiendum, 172.32. & 33
Περικάρπιον, 142.38
περίκομμα, 658.62
περικύμων μαστός, 215.43
περίλυκος, 344.48
περιμάττειν τὸν ὀφθαλμόν, 157.18
περίοδον νικᾶν, 708.51
περιπαθεῖν, 600.63
περισσοπλοῦν, 20.62
περισκελὶς poculum, 795.59
περισπαστὰ χαύματα, 933.41
περιστροφεύφατος ὄξυς, 291.17
περιτήδημος ὄφα. 295.31
περίπατος, pro vita non philosophica, 845.16
περιστέριον, 677.36
περιστρώματα, 99.12
περιστρώματα πορφυρᾶ & ζωωτά, 343.56
περισχελίδες calcei, 847.17
περιφερόμενα ὁρᾶν πάντα, 283.20
Περιφοραὶ αἱ περιαγόμεναι, 231.50
περιφέρε pro περιφέρεσθαι, 101.44
περὶ φυτῶν, vide περὶ ζώων.
περκνίξ, 804.47
πεταλίδες, 650.10
πετάσους ἐπιτιθεμένους, 310.66
πετασώδης σπερμάτων φύσις, 642.47
πέταχνον poculi genus, 239.40
πέταχνον & πύελχνον, 815.47
πετραῖος ἰχθύς, 429.10
πέψις & σῆψις quomodo in generatione locum habeant, 525.26

πέψις & σῆψις quomodo differant. 475.36
πηγός, pro albo. 660.67
πηλὸς vinum mixtum aut mangonizatum, 661.36
πηλὸς vinem. 93.38
πῖα, & πῖαν, 741.26
Πιέζομαι vox seruorum ἀπολλύσθαι, 888.35
οἱ Πυθαγόρειοι, 222.42
πιλήματα lemniscorum, 369.13
πιλεῖν, vel πιλοῦν, 135.57
Πίναξ, 428.45
Πίνειν, 50.18
πίνειν ἐξ ὠνῆς, 501.48
πίνειν τὸν ἐπίστιον, 742.39
αἱ πίνναι ἐκ τῆς βυθοῦ φυόμεναι, vel ξύλων, 172.50
πῖον σῖτον τρυγίαν, 72.10
τὸ πῖον, de omni genere pinguedinis, 145.39
πίπος, pipiones, 640.29
πειρας, 135.20
ὁ Πιστάτης, 621.37
πίσσα, 615.62
πιτύρων μέρος, 837.11
πιτύκια vel φιτύκια, 926.43. & 51
πιτύλος, 116.43
πίτυλος, 770.48
πίτυσσε, 569.26
πλακοῦς Φιλοξένειος, 14.24
πλακοῦς, maluæ semen, 320.52
πλακοῦς ὑβεισίν, 200.42
πλανάς, 759.60
Πλάταια & Πλαταιαί, 274.60
πλατεῖρ, 615.62
πλατιστακοὶ piscis, 539.55
πλατὺ ὕδωρ, aqua salsa, 84.55
πλάτωρ, 615.63
πλατεῖαι αἶγες, 133.36
πλατὺ πολύπους, 18.02
πλεκτὸν ὕφασμα σχοίνου, 534.27
πλεκτρὰ μουσικά, 530.64
πλήκτωρ, 615.64
πλήθουσα ἀγορά, 465.49
πληροῦσθαι verbi variæ notiones, 612.10
πλησίαλος, 580.18
πλήθειν τὴν κεφαλὴν de vino, 64.18
πλίνθος πλακοῦς, 910.52
πλυντικὸν κακόν, 864.54
πλύτιξ, 251.56
πλύνειν, maledicere, 229.60
ΠΛΥΝΤΡΙΑΙ, 492.55
πνιγμώνες, 206.18
πνίγειν 135.46
ποάστριαι, 213.52
ποάστριον, 213.62
πόδεια vdones 135.65
πόθεν, *vnde*, negandi significatione, 964.17
ποιητὴς διὰ λόγων, 908.58
ποιητὴς τῶν λεγομένων κολάβρων, 984.50
ποικιλάδες, 570.63
πόλις pro χώρα, 88.47
Πολιτεῖαι Critio antiqui scriptoris, 779.14
πόλος, cœlum, 123.35
πόλτος Græcorum, 923.32
πολυάστης saltatio, 52.37
πολυμίκαλος, 165.24

ὁ πόλεμος

ὁ πολύπους ἐστὶ σωστικός, 550.62
πολφοί, 208.26
πομπὰ, ferculum pompæ 347.14
πομπὴν πέμπειν, 346.45
ὁ Ποντικὸς λεσχηνευτής, 926.41
πόντιον κοῖλον, 477.47
πόπαρ, 615.64
πῦρ, pro πῦς, ibid.
πορθμός, aut πορθμίς, 594.14
ἐπὶ τῇ τρίβωνι πορφύρα, 370.27
πορφυροβαφῆ χεῖρ, 853.15
πότιμος gratus vel similis, 565.59
ποταμὸς κοῖλος ῥεῖ, 667.43
Ποτιδαία χαλὶς, ἀλλὰ δ' ἐν βαθείᾳ ide quod, Anus ad armillum, 787.48
ποτήριον τίμιον, 233.26
Πόθεν vel Πόθεν γλαῦκος, 169.16
χύτρα & καδουμενὰ χύτρας vt differant, 72.37
πρᾶγμα δυσχερὲς apud Libanium, 961.16
τὸ πρᾶγμα ἥκειν, 650.45
προσδῆναι ἐπ' ἐξαγωγῇ, 292.53
προσκεφάλαιος & uli, 143.53
πρεσβεῖον & διαφορὰν differentia, 342.45
πρεμνίζω, 571.36
πρίασθαι, 816.20
πρὸς ἄγειν ἐπὶ τὰς κλίνας, 834.30
προαιρετικὴ βία, 34.31
πρόβατος Pastor, 523.12
προσηγμένως, 455.57
προσθεὶς vox criticorum, 501.45
προσκυκλεῖν, ἐκκυκλεῖν, siue ἐγκυκλεῖν, 618.21
προσώρας & πρὸ ὥρας, 981.40 & 42
προτείνειν & ἀποτείνειν, 241.54
προτείνειν κύμβην τινί, 788.60
προπεινὲν ὕδωρ, 284.11
προτίμα, quid significet, 118.58
πρόσφορος munus, 948.31
τὰ προπύλαια, 929.54
προσβαίνειν, 420.63
πρὸς τινι γενέσθαι, 690.23
προσπίπτειν edere, 199.15
προσαναπληροῦν τινὶ τί, 932.31
προσεπιφέρειν, 369.21
προσφέρματα, cibi, 15915
Προσεπιμαίρειν, 77.26
πρόσχημα, vide ὑπόσχ.
πρόσθεν & πρόσθεν, 453.38
πρόσθεν, 427.45
προσωδεῖν, 692.32
Προσπάλτιον nomen variè corruptum, 564.43
προσαποτίθεσθαι, 805.53
προσωπιδώδης & χιτωνοειδής, 688.44
προσίσχειν πρὸς τὸ ὕδωρ, 149.40
πρόσωμα, quæ dicantur, 757.6
τὰ προσφερόμενα, 622.16
προσθύσιος ἀρχή, 125.50
Πρόσχιον, 700.18
προσόδιον siue προσῴδιον, 902.34
πρόσωπον κακὸς ἢ μαθητικὸς, 204.30
πρόσωπον, frontispicium, 358.31
προτελὴς θυσία, 649.55
προθυράματα μάζαν, 263.30
προσκαλεῖν, 860.19
προῦμνον, προῦνα, prunus, 102.11 & 17
προῖσσας, 816.27
προφαίνειν διὰ τῆς πυγῆς, 275.53
οἱ περὶ πρύτανιν, 339.63
πρυτανεῖον sacramentum, 304.49
πρυτανεία, postula, 410.15
Πρυτανεῖα vrbium Græcarum omnium, 618.53
ὁ πρῶτος τοῖς, 881.36
ὁ πρῶτος ἐρας, 146.24
πρωτοφορεῖν, 865.33
Πτερόν, 126.38
πτερὸν & πτέρυξ, 357.43
πτερόν, 806.22
πτίσσειν, 651.64
πτισάνη vnde dicta, 760.58
τὸ πτιστικόν, 893.25
Πτολεμαΐς, 579.60
πτάρνυσθαι, 543.38
πτῆξαι, 246.61
πτύσμα, 759.49
Πύελοι balneorum Sybariticorum, 833.45
πύελος, 224.30
πυκτεύειν, pro μονομαχεῖν, 250.23
Πυλαεῖν, 958.57
πυλωρεῖν & πυλωρεῖν, 10.37
Πυξὶς, 105.62
πυός, 116.19
πῦρ πυρεύειν, 910.57
πῦρ καθαρόν, 109.37 μαλακώτερον, & πῦρ θερμόν, ibid. πῦρ ἄσβεστον, 109.14 ξηρὸν & ἰσχρὸν, ἢ ἀφανέον, 109.41
πυρῆνες, 199.39
πυρίασις, 115.54
πυρὶ τετιμένοι, 211.54
πυρόπες, pisces, & ἐμπυροι, 623.56
πυρρίας, 135.21
πυρρίχιος, 666.60
πυρρίας, 135.22
πώλευμα, 622.48

P

RA'ᵹδοι siue ῥαβδία, 972.17
ῥακεία, 613.15
ῥάμνος, 103.61
ῥαφανῖδες, 338.36
ῥάφος, 914.41
ῥαφανίδος vocis penultima anceps, 115.14
ῥαφανίδες πλυταὶ & θαλάσσιαι, vel θαλάσσιαι, 115.41
ῥαφανίδωσις pœna adulterij apud Athenienses, 19.38
ῥαφὶς piscis, qui & βελόνη, 555.63
ῥᾶον ἐπὶ τῇ ὁδῷ, 939.30
ῥέοντα pocula, 816.29
ῥῆγμα λαμβάνειν, 831.54
ῥῆμα παραινεῖν, 895.49
ῥίνη, squalus, 522.19
ῥίον, 882.22
ῥῖπις, quid proprie, 115.46
ῥόαφος, 619.65
ῥοιὰ, 701.65
ῥόδιος, 816.39
ῥόδον, natura muliebris, 463.41
ῥοῖζος, 688.66
ῥόμβους ἐνδύειν τὰ vestimenta, 837.60
ῥοῦς aquarum, 623.59
ῥόφημα vide ῥόφημα,
ῥοδάνια, 242.27
ῥύγχος, pro ῥάμφος, 609.39
ῥύμμα, 653.13
ῥυπαροκόραμος, 677.63
ῥυπαρωτέρα apua, 508.61
ῥύσις, 816.35
ῥιζὰς κάμπτειν, 707.46

Σ

ΣΑλαβάρ, 615.65
Σαλαμινία, quid; 979.14
σαλάκων, 308.17
Σάνιδας dictus Mnaseas Colophonius, 15.43
σαλπίζειν τὸ πρανόν, 709.33
Σαμβεῖας βομβύλεις, 456.45
σαμίτης panis, 219.35
τὸ Σαμοθρᾳκικά, 715.30
σάνδαλα ἀθανάτων, 256.44
σαμπσά, 233.14
Σαμίων ἄρτος, 68.48
σαρὶς, 615.66
σαπτῆμα, 845.51
οἱ σατύροι, 308.29
Σατυρικὸν δρᾶμα Sophoclis, 720.25
Σαῦς, vox Laconum, 631.18
σειρὰ bulborum, & olerum fasciculi, 140.25
σελῆνα, 812.45
σελωνιτικὰς γυναῖκας, 117.18
σεσεύειν, 884.40
Σευκός, 103.61
σίμβλος vide σίμβλος.
σιμνὸν Athenienſium, & σεμναὶ θεαί, 717.37
σίγαλος & σίμβλος, 329.30
σινάπι & σίνηπι, 150.18
Σιπυρίδων, pro πρεσβυτέρων, 82.43
Σιπαλιωτις, 1.58
σιπάα, 560.49
σιταρκία, 214.24
σῖτος, & τὰ, quomodo differat, 475.36
σίφων, 180.38
σιλι & sialendris auicula, 673.63
σίζω & σιγῶ, 247.34
σιγαλόεις Euripidis, 13.66
σίδη Bœotica vox pro malo Punico à Sida oppido, 917.40
σίκυος & σίκυς, 575.16
Σικυών, cucumer, & pepo. 148.44
Σικυῶν etymon, 149.52
σικυωνία, cucurbita, 121.38
σινδόνες, 436.24
σιτοφοροῦντες, 182.16
σίφων, 461.40
σῖτος, 616.11
σῖτος, 250.17
σιωπᾷν ἀμυδρὴν ἀπαίων, 706.25
σκάφος, 303.13
σκαλλίον & σκαφῖς, 818.12 & 17
σκαφίς, 561.57
σκαπτάζεις, 182.63
σκαφίδες, 301.30
Σκάφιον, εἶδος κουρᾶς, 97.41
σκάφος, 616.11
σκαλὶς vide σχοινὶς.
σκέπτεις vel σκέπτος, 559.24
σκιάδεια, 944.10
σκιάδιον & σκιάδεια, 205.19
περὶ Σκελλαῖος ἢ δοκιμασίας φαρμάκων Heraclides auctor, 270.53
Σκελλὶς καταλαμβάνω, 302.21
σκελοποιεῖς, 362.45
σκιάδες & ymbræ, 267.30
σκιαμαχεῖν aut σκιάδες, vel σκιαδίδες, 559.29
σκιὰς ἢ ἡ μινθώνος, 642.49
σκινδαλμοὶ, & κοκκύλαι, 169.57
σκινδαλμοὶ quæ dicantur, 232.64

Σκίνδαψος ὀξύπος, 313.20
σκιφύδρια, σκιφός, 165.26. & 27
Σκληρίας vini, vide ψαθυρίας.
σκόλιθος, 513.30
Σκολιὰ μέλη παρόινια, 980.37
σκολύπτειν, 234.13
σκορπίος, 283.30
σκυτινοχύτρα, 213.54
σκυτάλη, 671.28
σμάραγδος 371.64
σοβεῖν, 373.33
σόορ vel σόρος, 616.11
σοῦσον ἐν τῇ Ἑλλήνων φωνῇ τὸ κρίνον, 8.7
45
σόφισμα Θετταλόν, 29.63
Σοφοὶ & σοφισταὶ poëtæ olim dicti, 37
53
σπαλεχύρ, 616.12
Σπανία pro Hispania, 574.61
σπατάγγαι, 175.48
σπάτος & σπαλῦν, 895.38 & 42
σπεῖρα, 621.12
σπερμολόγος duplex notio, 682.63
σπλαγχνοισι συγγινώσκω, 233.55
σποδεῖν, 814.36
σπόδιον & πυρρὸς colores qui differant, 675.64
σποδίτης panis, 215.42
σπονδοποιεῖσθαι, 314.61
σπουδάζοντες, 318.61
τὸ ἀπὸ σπυρίδος δεῖπνον, & Romana Sportula, 634.24
σταθμοδότης, 737.13
στάσιμον genus Carminis, 878.57
σταφυλή, 930.22
στατήρ 213.27
σταθμώνιον pretium mansionis, 26.47
στλεγγίς, corona siue ταινία, 952.27
στελεός, 391.27
στέμμα, 352.50
στεμφυλίδες oleæ, 112.62
στενὴ pro στενωπός, 848.33
στενόστομα ποτήρια, 457.17
στερροσώματον κύτος, 133.32
στέφανος ὑπὸ γλώτταις. 956.13
στέφανοι χειρῶν, 970.52
στέφανος, στεφάνη, στέμμα, 352.31
στεφανοῦται τριβόμενοι ἐν Διονύσῳ, 553.12
στηθύνιον, 135.54
στηθώνια, 135.55
Στιλπονέστας Polemon, cur, 409.41
στιφρὸν pro γενναῖον στιφρόν, 560.44
στλεγγίς, 243.58
στοιβὴ versus irrisa, 89.49
Στολὴ γάμβρειος, 70.32
στραγαλίζειν, 463.15
στραγγεύεσθαι, 586.12
στραγγεύεσθαι ἀπὸ τὸ συμβαλεῖν, 875.18
στρατηγὸς ἐπὶ τῶν ὅπλων, 373.23
στρατηγὸς & ἡγεμὼν qui differant, 691.
65
στρέμματα, Spiræ. 248.13
στρεπτοί, Spiræ. 917.14
στυθάκια οἷον ἐσχαρίδια, 136.17
στυδία, 871.17
Σφονδυλωτὰ ἑλίγματα, 98.52
σφαιρατίδιομος, & σφαιριστής, 15.32
Συνοχὴ δυνάμεως, 44.49
συγγραφεὺς, pro auctor simpliciter,
3.28
σύκχοι calcei, 994.44

Συκάμινα, vide Μόρα.
σῦκα λευκόφια, & μελανόφια, 156.41
συκαλίς, 134.40
συκαλίζειν, 57.31
τοῖς σύκοις τὰ [illegible], vel [illegible]-
μβία, 159.12
συκοφάντης, 151.53
συλλαβῶν ἀπολαβήται, 293.55
σύλλιρ, 616.12
σύμβακχοι, 739.61
συμβολαὶ & σύμβολα quomodo differant, 224.36
συμπεριφέρεσθαι, 320.41
ὁ συμπεριφέρομαι, 471.56
συμπεριφορά, 320.60
συμφορὰν εἰσφέρειν, 253.17
συνάγειν, 383.34
συνάγειν ἀπὸ συμβολῶν, 520.13
συναιρεῖται, 264.20
συναλοιᾶν, 836.20
συναπάγεσθαι, 321.24
Συναποδύεσθαι, 39.60
Συναυλίαι, 97.59
συναυλία, 107.53
Σύνδειπνοι Sophoclis, 959.37
συνδιάγειν [illegible], 703.27
συνέδριον & βουλευτήριον, 337.60
συνεκδοχεῖν τὰ Ῥωμαίων, 388.39
συνεστιωμένος, 863.56
συνοικία, 474.17
συνυπάρχειν, vnà esse, 330.52
συνωπτικός, 550.63
συνθήκη, σύνθημα συνθηματιαῖοι σφα-
τοῖ, 959.40
συντρίβεσθαι, συντριβή, 189.58
συντυχία, 860.18
σύρβη, 985.24
σύριγξ, 345.13
συρίζει, 234.34
σύρμα, ibid.
σῦς dictus quasi θῦς, 684.63
συσσίτια, & σύσσιτοι, 17.44 & seq.
σφάκελος pro ἐλελίσφακος, 303.52
σφιτῆρος, 649.40
σφονδύλους, 536.58
σφονδυλίς, 536.51
σφονδυλοῦσθαι, 432.46
σχαστηρία & χαστηρία, 246.41
σχεδία, 274.65
σχεδίην, 895.51
σχέλις & σκελίς, 115.54
σχῆμ' ἀξιόχρεων, 824.46
σχήματα saltantium. 900.14
σχίζεσθαι & σχινίζεσθαι. 894.50 & 52
σχῖνος, 145.58
σχοινίνη φωνή, 894.55
σχοινοτενεῖς literæ, 768.16
σχίνων saltatio. 894.57
σχολὴ καὶ σπουδή, 889.15
σῶμα pro seruo. 360.31
σῶμα ποταμοῦ, 89.17
Σωτηροί, 436.20

T

TΑβυρίτης, 209.24
Ταβανιτάν. 921.12
ταγοραί. 658.31
ταγαρός, 639.32
ταπηκός, 547.47
τ' ἄλλα ἐν ἀξίᾳ τούτων, 840.25

τάλαντον quantum pondus esset, 364
14
Τάλαρος Μυσῶν. 56.53
ὁ ταμίας, & τοῦ δαιτροῦ, diuersa officia,
339.36
Ταραντῖνος πλανῶς, 840.25
ταράττεσθαι [illegible], 561.21
τάργανον vinum sine lora, 814.12
Ταριχόπωλις Bosphorus, 222.40
τάριχος homo nihili, 229.37
τάριχος [illegible], 230.23
τάριχος [illegible], 232.30
ταύρειον ὕδωρ, 234.49
ταῦροι vox Ephesiorum, 720.36
Ταυρωπὸς, cur Bacchus, 78.22
ταχέως καὶ παραχρῆμα iunctim posita,
296.39
ταώς Atticorum, 679.51
Τειχιοῦσσα Μιλήτου κώμη, 557.32
τελαμών, 421.10
τελεβώδης ψυχή, 293.14
Τέλη μικρά, 83.46
τέλλιν pro τελλίνα, 163.49
τέλος vocis expositio Athenæi apud
poëtam reiecta, 83.64
τέλος φιλίας vel ὅρος de perfecta amicitia, 92.23
τέλος ἐλλιμένιον, 912.13
τεμαχίζειν, 429.15
τέμενος, 776.57
Τέναρχος, 950.30
[illegible], 616.23
† τὸ πρίμα, 453.23
Τετράγωνα ἱμάτια, 371.64
Τετρακίνη, lactucæ, 144.20
Τελχῖνες, mali poëtæ, 965.10
τετυγμένα, 711.39
τηγάνω [illegible], 207.20
τηρεῖν pro τηρεῖ, aut τηρεῖν δεῖ, 402.35
ἡ τήτες ἡμέρα, 193.21
τιθέναι, congerere, 676.12
τίλλειν μέχρι, 228.10
αἱ τιμοῦχοι, 277.20
τὸ τίνος εἰδέναι. 286.15
τιθήνημα, 884.59
τιτθὸς à θῆσθαι, 679.43 & 44
τίφεινος. 311.30
τὸ pro τῷ Homericum, 826.29
τολύπη, 221.33
τολύπευε, 263.40
Τόνεια siue Τόναια festum, 950.30
τονθορύζειν, 463.18
τοξικοί, 363.38
τόπον δοῦναι τῷ καιρῷ, 650.45
τραγανὸν ἢ φακῷ, 286.46
τράγος piscis, 578.54
τράγος & τραγομάσγαλοι, 611.50
τράπεζα vide τρίπους.
τράπεζα primæ & secundæ mensæ,
913.23
τραπεζοποιός, 304.19
τραπητῶν, trapeta, 503.61
τραχηλισμοὶ pila ludentium, 37.40
τραχηλίζειν, 38.62
τράχηλοι & τραχήλια, 169.38
τρίβω pro ἔχω, 549.16
τετελάκασι, & ἀτελάκασι, 513.47
Τριβαλλοποτοσωρπίδοι, 205.22
τρίβωνες ὀκλαδίσαντες κρόκας, 703.31
τρίγλαι, pro apuis triglitidibus, 429
30

τρίγλινος,

τρίγλιαι, 561.49
τρίγλη vnde dicta, 561.47
τριωβολοκρατεῖν, 933.21
τρίοδοι mulieres, 451.38
τρίπους vel τράπεζα mensa, 100.21
τρισμακαρίτης, 207.44
τρισμὸς quorundam piscium, 579.38
τρίτη Θεσμοφορίων, 537.53
τριταῖο Neptunus, 58.30
τρίτῃ πήχεις, 365.13
τρόπος, 362.57
τροχαλὸς Σικελικά, 936.13
τροχαλίδες λιθόσεισται, 769.10
τροφὴ quarta, apud veteres, 31.55
τροχάλατοι κόραι, 233.31
τροχαλία in dicendo, 936.22
τροχοπέδη, sufflamen, 396.42
τρυφητῶν mos, ornari ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματι ἐντρίψει, 829.36
τρύχος, 707.51
Τρωικὸς διάκοσμος Demetrij Scepsij, 159.14
τυκτὰ, 271.55
τύπανον & τύμπανον, 905.40
τύποι Καδμοῦ, 161.23
τύπων Νηρείδων, 245.36
τυρβάζειν, 585.49
τυροκόμισος, 921.47
τυρόκνηστις παιδική, 301.24
τυρὸς χλωρὸς, ξηρὸς, ξυστὸς, πηκτὸς, κοπτὸς, & τμητὸς, 687.31
τυρὸς ἐπιδόσιν, 183.41

Υ

ῦ pro ō in multis, 801.16
τὸ Ὕδωρ ποταμοῦ σῶμα, 89.22
ὕδωρ κατὰ χειρὸς 943.48
ὕδωρ ψυχρότερον Κεκρόπος, 236.51
ὕβρεως γραφὴ & αἰκίας, 461.26
ὑβρίζειν, 991.31
ὕβρις, 396.25
ΥΒΡΙΣ, 425.40
Ὑγιάτης Bacchus, 77.14
ὑγίεια, 221.36
ὑδρίσκαι, 452.61
ὑδαρὴς οἶνος & aqua, 85.40
ἐξ ὑδάτων κρέα, 179.39
ὑλακία, 629.59
ὕλης εἶδος, 566.34
ὕακος, 533.20
Ὕρεα fons, 233.34
ὑφ' ὑπανίεται, & ἐπιτεῖν τὸ πλῆθος, 434.44
ὑπὲρ κρεωφαγίας & ὑπὸ κρεωφαγίας quantum differant, 81.52
ὑπέρῳα, 117.27
ὑπήτρια, 685.32
ὑποβινητιῶντα βρώματα, 251.59
ὑποβλέπειν, 321.64
Ὑποβολή, vide περιβολή.
Ὑποβρέχειν, subbibere, 66.20
ὑπογάστριον, 685.31
ὑποχάσκειν, 860.26
ὑποδυσάμενοι τὸ σάγμα, 189.55
ὑποθυμιάδες, 953.23
ὑποκρητηρίδιον, 368.52
ὑπολαμπάδες, 846.37
ὑποτύπτειν, 519.60
ὑποξύλαι & ὑπόχρυσοι, 661.29
ὑπόθεσις, 461.50
ὑποπυρίζειν, 665.54
ὑπορχήματα, 898.49
ὑποσκαφίσκαρτον μείρακα, 97.37
ὑποστάσεις ποιεῖν, 251.41
ὑποσπαστικός, 452.56
ὑπὸ στόματος & ὑπὸ στόμα, 540.18
ὑπόσφαγμα, 561.12
ὑπό τι, & ὑπὸ τι ἡδονικά τι, 874.26
ὑποπυρίδες, 921.51
ὑπώπιον & ὑπόσκημμα, 189.38
ὑφαντόν, 642.65
τὸ ὑς δίδυμον, 575.31
ὑστακός, 819.27
ὑφαίνεσθαι de impilibus non dici, 134.54

Φ

Φάλιν ἄμαχοι, 24.65
Φαγήσιπος, 474.18
φάκος, dentatus, 566.36
φάκος, cos dicta Cretensibus, 566.44
φαινίνδα, & ἐφετίνδα vnde dicantur, 37.41
φαιδύνειν, 187.60
περὶ φαλοῦ λεπτὰ αὔξειν, 286.46
φάλαινα homines, 289.11
φαλός, 348.44
φαλὸς τῆς κόρυθος, 703.29
φαλάγγια ἰδεῖν, 351.67
φανοὶ, λαμπάδες, λυχνοῦχοι, 989.40
τὸ φαντάσματα, 363.37
Φαῦλοι, oliux, 114.30
φὰψ & φάττα, 673.14
φηγοί, 109.32
φθειροπορισμός, 503.50
φιβαλέοι, homines, 152.26
φιβάλεως, ficus, ibid.
φιλεῖν aut φέρειν ἔρωτα, 987.45
φιλοσοφία, pro religione Christiana, 281.37
ὁ φιλοσοφῶν διὰ τρίβωνος, hominis Christiani periphrasis, 281.16
φλαβέλλιον & φραγέλλιον, 919.32
φλάσκα ciborlorum, 145.16
φλεβὸς τομεῖτης, 133.24
φλέγμα & φλεγμονὴ, ἁπλῶς pro morbo, 28.57
φλέγμα ψυχῆς, ibid.
φλοιόδεις, 690.22
φλέγυρα, 219.32
φλοιακες, 166.38
φλυακογράφος Sopater, ibid.
φλοίαξ, 894.27
φοίνικες ἐγκέφαλοι, 217.52
φοινικίζειν, 683.23
φορά, 461.12
φόρμος, 620.64
φορτηγῶν naulum inuentio, 65.43
φορικῶς ὀρχεῖσθαι, 900.11
φράγματα, 246.58
οἱ φρενιτικοί, 374.10
φρατὴρ pro φράτωρ, 157.10. & 11
φρατρία, 267.62
τὰ φρενιτικά, 330.35
ὁ φρόνιμος pro φρόνημος, 499.36
φρύαγμα, 13.28
φρύγανα, de quibus propriè, 113.65
φρυκτὸ aut φρυκτοὶ pisces quidam, 401.62
φῦκος, 255.49
φυκάριον, 689.53
φύλαρχοι, 658.25
φυλακτικὰ δεῖπνα, 329.44
φυλακτικῶν γυναικῶν ἑαυτῆς, 329.57
φυλακή, 719.59
ἀπὸ φυλῆς ἱερείας, 411.16
φύλλα, φύλλα, φύλλον, φυλλάς, φυλλίς, & φυλλάδες, 137.36
φυλλοβολίας mos antiquissimus, 116.23
φυξίνιος, piscis, 689.51
φυσῶν ἑαυτῆς, vide φυλακτικῶν,
φύσιγγες, 144.81
φύλαλλος, 260.42
φύσκη, 220.57
φυτὸν homo, 236.52
φώζειν, vel φώγειν, 113.65
φωσφόρος ἀστραγάλη, 896.26
φωνῆς καταλλαγή & φωνῆς ἀπώτης, 820.50

Χ

τὸ χ nota vetus criticorum, 508.41
χαίροντες ὀνομάζειν, 302.55
χάλανδρος, 541.21
χαλίκρατον μέθυ, 24.52
χάλις vinum, 24.48
χάλκεα, poëtis etiam ferrea & chalybea, 164.46
Χαλκέντερος, vide Βιβλιολάθας,
χαλκήλατος κολεὸς φάσγανος, 286.51
Χαλκιδικαὶ σπάθαι, 898.65
Χαλκὶς γαλλιγυναῖξ, 883.65
χαλκῖτις, 287.24
χάραξ & κάμαξ, pro hasta, & pro stylo, 55.50
χαράδριον, 56.50
χαρακτῆρ βυβλιακοί, 56.44
χαρακτηρίζειν, ibid.
χαρὰ κύλιξ, 732.18
χαῖται & χαῦναι, 570.16
οἱ χαρίεντες, τοῖς πολλοῖς oppositi, 4.64
χαρίτης, 918.48
χαριτογλωσσεῖν, 397.29
χεδρος, cibus, 463.18
Χειρίδαλλος, edulium Syrorum, 240.15
χειρόμακτρα σπαγγέων, 699.13
χειρόμακτρον, de homine, 698.47
χελιδόνια σῦκα, 152.26
χελιδών, 623.15
χελών, χελλών & χελών, 536.20
χελωνίς, 369.20
χέρνιβον & χέρνιψ, 695.59
χῆναι τραχηλοί, 174.18
χηρίζειν, 309.66
χηράδες & χάραδρα, 166.42
χίδρον quid variè traditum ab antiquis, 923.46
Χίου κεράμιον 10.54
χλανίδας ἢ βλαυτία, 946.58
χλαῖνα, 147.15
χλιδή, 837.36
χλιάειν, 115.59

χόνδρος, 239.45
χονδροφυής, 253.16
Χοῖρος de porca, 648.38
χορδή 657.55
χορδῆς μέσαιον, 181.33
χορᾶος. 890.66
χορηγίαι καὶ λειτουργίαι, 853.19
χορηγεῖν, ἐπιχορηγεῖν, & ἀποχορηγεῖν, 266.18.& seq.
χόρια, 919.10
χορὸν Κάτωδος, 690.22
χορὸν σαίνων, 477.54
χόρτανος corona, 962.46
χορτάζεσθαι, 197.25
χρᾶσθαι, pro habere, 556.11
χρᾶσθαι διὰ τῆς αὐλῆς, 827.34
ὁ χρᾶσθαι λύρᾳ, 606.47
χρεῖαι loci auctorum, 4.22
χρῆμα, 407.44
Χρησμάθειαι, 1.38
χρεώστης vel ὀφειλέτης ἴσμεν, formula in Senatusconsultis usitata, 419.59
χρῖσμα & ἄλειμμα quomodo different, 976.36
διὰ χρόνου, 115.11
ὁ χρυσοῦ παροιμία, 388.38
χρυσομαλλοῦ 779.50
χρώματα & χρίσματα, 586.53
χύδην, 520.41
χυλὸς, χυμὸς & ὀπὸς qui differant, 686.63
χυμὸς ξυστικὸς quid, 159.14
ἐν χύτροις λειτουργῆσαι, 244.50
χῶς, 635.27

Ψ

Ψάγδας, 976.39
ψακά, 266.29
ψαθυρότης & σκληρότης, vini, 62.37
ψαιστὰ μύρα, 98.48
ψαλλόμενος, 605.25
ψαμμῖτης ἄρτος & ψαμμοδύτης, 565.22
ψαφαρότης, vide ψαθυρότης.
ψέλιον, 616.13
ψελλισμὸς primum temulentiæ signum, 83.27
ὁ ψευδολόγος τῶν λόγων, 686.35
Ψηφοκλέπται, præstigiatores, 44.22
ψῆφον ἔχειν, 429.49
ψηφοπαῖκται, 245.24
Ψηφοπαιξία antiquorum, 46.48
ψίχες & ψίχματα, 406.53
ψιλάκερ, 616.13
ψύγμα flabellum, 451.60
ψῶν, ψῶα, ψωά, 681.25
ὁ ψυκτηρίας, 820.30
ψυκτηρίας πέτρα, in ornatu capitis mulieris, 975.38
ψυχρόλουτα, 819.34
ψώρινον 730.37
ψῶ obscœnum verbum, 764.63

Ω

Ὠὰ κολάζειν, 853.21
ὤβεαι, 117.25
ᾠόν, ibidem.
ᾠδαρής, 401.33
ᾠεῖον, 117.12
ὠμιλεῖν inuoluere, 189.56
ᾠόν, 117.22
ὥρα, pro æstate, 159.42
ὥρα, pro diei parte veteribus inusitata vox, 5.48
ὥρα ἔτους, 980.37
ὡραῖον & ὡριαῖον, 14.55
μὰ Ὥραιον ἵκοιτο, imprecationis formula, 112.10
ἐς ὥρας, pro ἐν ὥρᾳ, 284.17
εἰς ὥρας κ' ἔτει τὰ ἐν καλῷ ἀεί, bene precandi formula, 112.35
ὡραΐζεσθαι. 860.29
ὡρολογητὴς τοῦ στρατοῦ, 695.15
ὡροσκόποι, 847.58
ὡρεῖον ζωμα, patina, 123.16
Ὡραῖοι, vide Ἰσιακοί.
ὠτάριον, siue auricula Veneris, 171.17
ὦχος & ὠχρός. 250.36
ὠὸν ἡμίτομα. 123.29

INDEX
RERVM ET VERBORVM LATINORVM, QVÆ ANIMADVERSIONVM LIBRIS EXPLICANTVR.

A

ABæ. 951,28
Abstemij viri clari & insignes. 9[illegible],39
Abydus. 877,22
Abyrtaca ex herba virente. 141,55
Acanthinum oleum. 139,41
Acatu Nicoclis. 591,19
Acclamatio discedentium è conuiuio. 925,98
Accsas & Helicon Salaminij. 98,38
Acestria Antiphanis. 532,35
Acetum dictum ὄξος Atticis: atque etiam ὄξος, & ὄξος: fortasse etiam ὄξος. 130,63
Acetum Ægyptium, & Cleonæum. 14[illegible],51
Aceti potus. 991,52
Achainas panis. [illegible]9,31
Achæi poëtæ Κύκνος. 464,50
Achæi fabula Μοῖραι. 477,55
Acrati facies Athenis. 844,17
Acroamata, quid. 8[illegible],37
Acta, riparum virides vestitus, & littorum amœnitates. 846,54
Actaa. 388,[illegible]
Actio ἐξαπατήσεως, quomodo *Actiosa*. 665,39
Actus Latina vox inde. 615,26
Adelphi Hegesippi. 616,52
Adiotomus Gallus. 436,12
Adonis vbi occisus. 144,14
Adonis Platonis comici. 769,57
inter Adorandum vertere se ad dextram, mos veterum Gallorum. 2[illegible]9,45
Adrianus Imperator μουσικώτατος. 619,47
Aduersus & κατ', in inscriptionibus. 6[illegible]9,51
Adulationes publicæ Atheniensium & Romanorum. 439,26
Adulterij pœna apud Athenienses. 19,58
Ægimius veteris poëmatis nomen. 820,31
Ægimius vetus scriptor περὶ πλακοῦντος. ibid.
Ægina λίμνη τοῦ Πειραιῶς. 196,60
Ægyptij πάντοφάγοι. 673,13
Ægyptij ὠμοφάγοι. 713,48
Ægypti aër & temperies floribus apta. 345,23
Ægyptiorum vinolentia. 74,53
Ægyptus lentium fertilis. 280,50
Æmilij Pauli ἀγῶνες. 341,30
Ænigmata Matreæ plani. 48,52
Ænigmata inter conuiuia proponi solita. 746,25
Æolosicon Aristophanis. 653,61
Aëromeli siue δροσόμελι. 819,17
Æquitas animi sapienti est pro condimento. 587,27
Æschinis Socratici *Thelauges* dialogus. 391,30
Æschyli *Phryges* eiusdem argumenti cum Ennij *Lytris*. 55,47
Æschyli *Glaucus*. 170,27
Æschyli *Proteus*. 675,45
Æschyli Σατυρικὸν δρᾶμα. 723,16
Æschyli epitaphium. 820,47
Æschyli *Theori*. 901,45
Ætatem, pro per omnem ætatem. 474,59
Æthlius Samius. 231,33
Æthiopes ἀγροφάγοι. 351,62
Ætoli Critonis. 307,55
Ætoli ferox populus. 734,32
Ætnm. 128,14
Agatoclis Siculi tyranni dictum. 780,55
Ægea. 355,14
Agesilaus poëtis Orcus dictus. 969,16
Agias & Dercylus vetustissimi scriptores. 169,47
Aglais tubicen. 709,27
Agni & vituli ne comedantur, lege prohibitum. 185,40
Agnus curialis, apud Plautum. 910,63
Agonistæ, parta victoria, omnes spectatores conuiuio excipere soliti. 706,16
Agri portio solita olim dari bene meritis præmij loco. 776,57
Agron & Gentius reges Illyrici. 734,19
Agrostinus Epicharmi. 232,25
Alchimia nomen vnde. 800,11
Alcibiadis palmæ Olympicæ. 11,10
Alcidamas Elæita. 879,28
Alembix. 799,62
Aleones Alexidis & Pomponij. 183,25
Aleuadæ. 483,33
Alexander victimarium è Macedonia accersit. 937,61
Alexandri Magni epistolæ. 88,15
Alexandri Magni simulachrum in Pompa Ptolemaica. 352,60
Alexandri Ætoli Ἀλιεῖς. 505,68
Alexandri temulentia. 739,62
Alexandridas comicus. 455,65
Alexandrina ἐξωπάνιον. 179,34
Alexandrini dicaces. 313,25
Alexandrinum festum. 344,17
Alexidis & Turpilij *Fugitiui* vel *Leucadia*. 181,18
Ἀπεγκαλυπτόμενος. 224,10
Γυναικοκρατία. 238,53
Δημήτριος. 304,48. *Poëta*. 151,51. Τίτθη. 423,26
Demetrius versa à Turpilio. 589.18. *Tocista*. 723,36
Hippiscus. 792.15. *Polyclea*. 866,56. Βρεττία. 927,11
Midon siue Medon. 991,19
Alexis ab Athenæo reprehensus. 915,18
Alimus veterum. 121,21
Aliptria fabulæ Auctor. 236,41
Alphesibœa Chæremonis. 883,65
Alphesticus piscis. 503,12
Alpes & Pyrenæi cum Rhipæis malè confusi, à veteribus scriptoribus. 406,64
Althæa Theopompi. 819,40
Alexamenus, nomen proprium viri. 13[illegible]2,52
Amaracus & *sampsucus*. 963,44
Amathus. 165,62
Ambix vasis nomen. 799,57
Ambon. 804,19
Ambraciotæ cur μυοβοροῦσι. 611,60
Ambrosia pro lilio. 963,42
Ambulationum variæ species. 669,28

XX 2

Index Rerum,

Amethysta, ebrietatis remedium. 75,12
Amiæ piscis etymum. 498,19
Amipsiæ fabula *σφενδόνη*. 741,52
Amphiarai fons. 93,54
Amphidis *Gynæcomania*. 913,56
Amphidromia Græcorum. 155,35
Amphipolitana expeditio. 375,14
Amphyctionis inuentum temperandi vini. 323,64
Amulus. 916,90
Amygdalæ Cypriæ prægrandes *μακρὰ*. 104,60
Amygdala veriloquium. 104,61
Amygdalæ natura. 108,21
Amilum. 925,54
Amyris siue *Thamyris*. 833,59
Amytis soror Artaxerxis. 884,65
Anacreon Ionicus. 403,36
Anagallis grammatica. 37,39
Anancæum poculum apud Plautum. 81,55
Ananias iambicorum poëta. 156,44, & 503,39.898,20
Anaxandridas comicus. 455,65
Anaxilæ fabula *Λυροποιός*. 455,65. *Εὐανδρία*. 396,59
Λυροποιός. 855,41
Ancilla. *ἄβρα*. 607,39
Ancillæ quasillariæ. 55,32
Andrantus siue Adrastus peripateticus. 951,52
Andrisci Naxiaca. 156,62
Androcydis *ὀψοφάγου* tabula de Scyllæ piscatione. 593, 33
Androcotus, vel *Sandrocotus*. 841,46
Andronea. 274,23
Angelica *παίγνιον*. 901,37
Anguilla fluuiatilis piscis. 476,27
Anguillæ marinæ. 524,37
de Anguillarum generatione expensus Athenæi locus ex Aristotele. 624,65
Anguillas *ἐντετευτλανωμένας*. 526,53
Anguillas quomodo veteres esitabant. 526,52
Anima quasi in ergastulo. 284,64
Animæ sedes in corde ex quorundam sententia. 972, 56
Animalia ad proprios vsus non mactabant primis temporibus homines. 35,46
varia Animalia ad currus iuncta. 350,60
Animalia cuique elemento propria. 618,45
Animalia *εὔγλωττα*. 671,46
Animantia in igne genita. 619,37
Anni ratio incerta & perturbata apud veteres. 606,13
Anno, vel Hanno, classis Carthaginensium dux. 163,10
Annuli physici. 255,49
Annuli velares. 855,49
Annulorum vsus in constringendis stragulis. ibid.
Annus *θερινὸς* vel *χειμερινός*. 805,42
Anserum *παράγεις*. 832,27
Antacæus. 526,12
Antea Antiphanis. 242,12
Antea vrbs Peloponesi. 775,18
Anthema saltatio. 901,28
Anticlidis *Nosti*. 663,10
Antigenidas tibicen. 249,22
Antinœa corona. 958,13
Antiphanes ἐν *Ἀφροδίτῃ*. 754,43
Antiphanes *Rustici* & *Rusticus*. 614,50
Antiphanis fabula *Παροιμίαι*. 123,37
Antiphanis comœdia *Scleria*. 154,39
Antiphanis *Βοιωτία*. 163,50
Antiphanis versus de variis rebus Cyrenensium. 198, 57
Antiphanis fabula *Στρατιώτης ἢ Τύχων*. 203,23
Antiphanis drama *Bombylius*. 239,55
eiusdem *Antea*. 242,13
Antiphanis drama *Ὅμοιοι*. 289,52
Antiphanis fabula *Κύριος Κάρωνοι*. 292,66. eiusdem. *Δεσμοπρησπολίς*. 293, 47. *Θυμβουλεύς*. 293,49. *Scythæ*. 426,62. *Cnœthis*. 513,28. *Pastor*. 523,12. *Cyclops*. ibid. *Acestria*, & *Rusticus* siue *Butalion*. 532,34. *Νεοττίς*. 589,23. *Milanion*. 717,60. *Mylis*. 735,45. *Traumatias*. 740,47. *Problema*, & *Sappho* 760,16, & 50. *Αὐτὸ ἐρῶν*. 769,14. *Thoricy*. 858,60. *Archestrata*. 866,57
Antiphon sophista. 951,59
Antipatri Thasij sumptus in prandio exercitui Xerxis exhibendo. 271,35
Antipatristæ. 330,38
Antisara & Tisara oppidum Thraciæ. 69,61
Apamensium contra Larissæos expeditio. 301,59
Apanthracis. 210,15
Apanthracides. 531,60
Apaturiorum festum. 304,65
Aphronitrum & aphrolitrum. 85,60
Apia Peloponnesus. 926,62
Apiciana condimenta. 23,33
Apicianæ placentæ nullibi quàm apud Athenæum. 23,31
Apiciæ placentæ. 23,29
Apicij tres. 22,64
Apicius de quo Posidonius. 300,36
Apollinis responsum de captis Athenis. 449,45
Apollo omniscius. 389,45
Apollo Hyblæus, & ab eo editæ sortes. 951,29
Apollodori *Ἀπολείπουσα*. 238,37
Apollodori fabula *Γραμματειδιοποιός*. 501,15
Apollodori Atheniensis error. 136, 48. libri *Περὶ Σώφρονος*, id est, commentariorum in Sophronem. 502, 39
Apollodori epigramma de diis & heroibus, explicatur, & illustratur. 481,2
Apollodorus Gelous, item comicus. 501,32
Apollodorus Carystius, aut Atheniensis comicus. 501, 27
Apollodorus *Περὶ Θεῶν*, & *Περὶ Παρθένων*. 964,48
Apollonia ἡ *Μύνδιος*. 159,62
Apollonia Chalcidica. 582,62
Apomagdaliæ *κυνάδες*. 697,39
Apostolicus modus. 901,33
Appendix ad librum nonum. 911,56
Apri mensæ appositi. 247,41
Apri integri soliti apponi. 686,13
Apri Calydonij à Meleagro occisi historia. 686,20
Apua *φυκαρίδες*. 508,61
Apuarum genera duo. 508,59
Apuæ *Æneatides* Rhodiorum. 510,11
Aqua rubra τῆς ἐν *Βαβυλῶνι λίμνης*. 87,48
Aqua Carthaginensis. 88,12
de Aqua iudicium ex colore. 89,17
Aqua nutriendi vim habet. 94,20
Aqua rosacea veteribus incognita. 257,50
Aquæ Atticæ, malæ. 88,58
Aquæ bonæ malæve indicium. 92,23
Aquæ *τὸ οἶνον ὀλίγον φέρειν οἶαι*. 92,25
Aquæ frigefaciendæ ratio. 237,14
Aquarum defectiones, non miraculosæ. 148,55
malarum Aquarum species diuersæ. 86,22
Aquæ leues. 86,22
M' Aquilius. 371,43
Ararotis comici *Hymenæus*. 416,50
Area insulæ. 457,42
Arcera. 262,47
Archelai obitus. 385,30
Archestrata Antiphanis. 866,57
Archestrateæ Gastronomiæ principium. 497,15
Archilochi Cratini. 168,53
Archilochi dictum, *ταῦτα δ' ἐγὼ ἀπολωλότα*. 233,64
Archippi fabula *Pisces*. 400,44
Arculus. 621,16
Areopagitarum curiæ. 305,23
de Arethusæ fontis aqua, expésa Athenæi sententia. 85,20

Arga,

Arga, cantor. 17,22
Arianus vel Rhianus auctor Heracleæ. 16, 19
Arrai populi. 737,46. horum πόλις. 738,20
Aristagoras. 869,62
Aristomenis Liturgi, 513, 20. & *Dionysius.* 927,22
Aristonis Cei Ερωτικὰ ὅμοια. 952,45
Aristophanis, *Thesmophoriazusæ* priores, & posteriores. 66,61. Νῆσοι. 222, 61. Πρωταγόρ. 159, 33. *Babylonii.* 169, 52. *Tagenistæ.* 183, 59. *Phœnissæ.* 174,23. *Holcades*, & *Insulæ.* ibid. Γῆρας. 209,41. *Danaides.* 220,24. Δαιταλῆς. 229,13. Ἀνάγυρος, item, Ἀνάγυρος, & Ἀγυρος. 249 56. Σκηνὰς καταλαμβάνουσαι. 302,32. Aristophanis *Telmessenses.* 539,65.
Aristophanis Πελαργοί. 630,66
Aristophanis Ὧραι. 645,33
Aristophanis Dramata & de iis fabulis multa. 528,33
Aristophanis *Heroes.* 697,22
Aristophanis patria. 403,47
Aristoteles multa affert ex Platone, quæ in eo non extant. 382,46
Aristoteles vnde didicerit quæ scribit de Piscibus. 617, 36. defenditur aduersus quorundam criminationem super genitis in igne animalibus. 619, 37. eius bibliotheca a Theophrasto possessa. 10,29
Aristoteles Περὶ ζώων μορίων. 536,32
Aristotelis liber de Prouerbiis. 124,55
Aristotelis Λοιπὰ, Νικομαχεία. 331,30
Aristotelis Διδασκαλίαι. 414,22
Aristotelis liber περὶ ζώων ἤθῶν. 904,33
Aristotelis τὰ Θαυμάσια. 850,55
Aristotelis liber, Περὶ εὐγενείας. 861,57
Arma panis ὅπλα. 355,26
Arribe, borium. 219,45
Aroantus fl. 5 6,47
Arrogantia cocorum. 516,43
Ars ducendi malleo argentum in tenuissimas laminas, iam olim cognita. 404,19
Ars ἱμαντωτική. 813,29
Artemon ὁ περιφόρητος. 844,61
Artificum omne genus contendere de palma solitum. 216,12
Artopolides Hermippi. 220,19
Artus res Mollapiorum. 207,51
Artyplus. 69,47
Artystaus. 306,48
Artysitragus. ibid.
Ascerah Hebræorum. 248,24
Asclepiadis liber, Τραγῳδούμενα. 769,62
Asius poeta vetustissimus. 239,46
Aspasiæ dialogi auctor. 886,13
Asparagi facultates. 130,46
Aspendus Pamphyliæ ciuitas. 309,33
Aspidis morsu sontes tollere, mos Alexandriæ. 163,65
Aspirationis natura. 679,18
Aspis λεχίαιος. 102,12
Assyria, malum. 163,41
Astarte & *Astarta.* 603,21
Athicus & Lenæus, agones Athenis in honorem Bachi celebrati. 388,18
Astydamas Milesius. 704,42
Astutus & *Astilus*, quomodo differant. 144,42
Atalanta drama. 917,60
Athamas Sophoclis. 569,13
Athenæ Ἑλλάδος ἔρεισμα, & Ἑλλὰς Ἑλλάδος, item πρυτανεῖον & ἑστία Græciæ. 333,65
Athenas inuecta ἀναρχία à Romano Senatu. 372,20
Athenæus, *Vide in Prolegomenis.* ὄνομα dictus multis, 103, 18. eius παναφάσεως & Excerpta, 584, 44. inos illius in describendis veterum auctorum locis, 41, 18. inos in laudando Aristotele & Theophrasto, 125 65. perpetuus error in citando libro quinto Historiarum Aristotelis, 511, 36. lapsus memorialis, 41,40. 82,63, & sæpe alibi. depranatis libris interdum vsus, 322,40. interdum nimis diligens, 773, 59. aliquando hallucinantur, 198, 61. expensa eius obliuatio, 9 6,11 de nupera eius editione admonitio. 518,26
Athenienses parcè viuebant. 95,14
Athenienses litium & iudiciorum amantissimi. 910, 40
Atheniensium cum Tarentinis comparatio. 199 20
Atheniensium δεκαδαρχία. 595 30
Atheniensium πλοῦτος, & Deus ignotus ab iis cultus. 642,63
Atheniensium δημόσιοι. 795,43
Athenio, qui & Aristio. 370,15
Atlantes. 363,19
Atlanticus Platonis. 911 29
Athletarum ἀποχαρά, & ἔχουσι. 432,56
Atractylis. 146,22
Atrati. 517,24
Attacita. 921,46
Attagen. 666,43
Attegiæ & trichilæ. 362,49
Attentioni parandæ formula, ἴστω, βλέψον δεῦρο. 689, 37
Atthis Clidemi. 939,15
Attica tecta. 10,35
Attica cur à Thucydide κτιζόμενη vocetur. 95,28
Attica diuisa in δήμους, id est, pagos. 421,43
Attica Acte. 428,45
Atticæ placentæ. 265,48
Atticæ figuræ plura exempla. 333,10
Atticæ aer temperatissimus. 645, 42
de Atticis Dionysiis & Mysteriis minoribus & maioribus. 445,37
non rectè ea confundi à quibusdam. ibid.
notata illorum tempora. ibid.
Auaritia Atheniensium. 299,28
Auctoris huius Epitomæ eruditio. 3,12
Aues παράδειγμα. 579,10
Auge Philyllii. 805,60
Augustus cur lactucis non vesceretur. 144,20
Aura Metagenis. 664,33
Aura vide *Mammacythus.*
Aures hominis immobiles: aliquando tamen motitantes tamen. 702,26
Aurigarum habitus. 351,32
Automoli Pherecratis. 274,37
Autolycus Euripidis. 705,43

B

BAbyla martyr, idoli καλὸν χρηστήριον. 30,27
Babylonii Aristophanis. 169,52
Baccha Lysippi. 236,32
Bacchi simulachrorum facies. 78,20
Bacchi tripodes. 80,49
Bacchici choragij descriptio. 348,31
Bacchi cum simulachrum Athenis habitum pro imagine Pisistrati. 843,54
Bacchis, fabulæ. 289,10
Bacchylus panis. 116,13
Bacchus Ὑγιάτης. 77,14
Bacchus μαινόμενος. 857,48
Baculus in manu ex Attico more. 826,37
Baphyras fluuius. 565 55
Ballones. 290,42
Balteus. 320,61
Baraces. 263,18
Barcæi currus. 199,22
de Barba non alenda lex Spartanorum. 269,39
Bardi Gallorum. 433,57
Battarna μυττωτός. 371,49
Bato Sinopensis. 435,53

Battalus. 312,29
Batus, & batis. 510,46
Baucides. 253,15
Beatorum λαοὶ quæ Alexandriæ. 848,13
Bellaria dicta παροψωνήματα. 912,51
Belluta tapetia. 344,60
Bibere vel *bilbire*. 457,21
Bilinguis homo. 923
Biothecæ subtile commentum ad celandam ἀποφόρησιν. 607,63
Blæsus scriptor. 215,27
Blæsus poeta. 810,45
Baenis liber περὶ ἀρτιδογγίας. 675,28
Beotia Homeri. 367,41
Beotia Antiphanis. 638,36
Bocchoris. 713,60
Bocis piscis etymum. 512,28
Bolbe lacus in Macedonia. 581,58
Bolbophace, edulij genus. 288,13
Boletinus. 218,28
Bombylius Antiphanis. 239,55
Borcus. 893,44
Borysthenis fluuij aquæ. 87,52
Boreæ sacra fieri Athenis solita. 254,47
Bosporus περιχόμενος. 222,39
Boues in Cypro σκατοφάγοι. 182,64
Boues integros assare Persas. 248,37
Boues retropascentes. 394,35
Boues qui piscibus vescerentur. 600,27
Brassica ebrietatis remedium 72,40
Breuitas figurata. 581,17
Briarcus τὰς λόγχας ἰδίων. 396,66
Brizo dea, siue *Brizomantis*. 583,26
Brutia sylua. 365,37
Bryson. 824,25
Bubulci Cratini. 908,31
Buccea. 220,35
Bulbi. 18,39
Bulbi Venerei. 133,54
Bulborum ἀδιαλύτων. 219,43
Busiris Epicharmi. 701,61
Butalion Antiphanis. 211,27
Butyrum antiquis incognitum. 744,24
Byblus ad edulia astringenda. 921,56
de Bysso pinnarum. 171,54
Byzantiorum vinositas. 737,21
Byzantium cur μαχάλη τῆς Ἑλλάδος. 611,38

C

CAchryis vis, & figura. 108,42
Cactus inter esculenta. 145,22
Cadiscus. 793,22
Cadmus literarum inuentor. 161,45
Cadus, & Camus quomodo differant. 758,49
Cæclus Halicuticorum scriptor. 34,58
Cæcilius Siculus rhetor. 466,49
Cæneus. 424,48
Caius, vnde Caligulæ nomen habuerit. 276,28
Calasiris vestis nomen. 836,23
Calathismus saltatio. 901,40
Calcei elegantiorum. 814,40
Calcei egenorum. 865,13
Calceorum γλῶττα. 957,36
Calidam an veteres Græce biberint. 235,10
Calippus comicus siue Callistos. 947,41
Callabides. 901,40
Callæschrus Theopompi. 527,15
à Callia celebratum conuiuium. 380,53
Calliæ *Cyclopes*. 509,35
Calliæ *Tragædia Grammatica*. 763,61
Callimachi Πίναξ παντοδαπῶν συγγραμμάτων. 144,19
Callimachi dictũ, *Magnum liber, magnum malum*. 147,11
Callimachi Πίναξ. 428,41
Callimedon ὁ Κάραβος. 197,60
Callinus antiquissimus poëta. 857,51
Callionymi varia nomina. 504,41
Calliphanes ὁ τοῦ Παραβρύκοντος. 15,66
Calyx metaniptris sacer Τύχης. 807,16
Camantium. 69,36
Cambletes Lydorum rex. 729,47
Cammata & *Cammarides*. 266,27
Camus, vide cadus.
Candylus. 214,51
Canes Lacænæ. 64,61
Canes Dianæ sacri. 197,20
Canitiei causæ ex sententia Aristotelis. 978,41
Cannabinum semen inter esculenta. 214,47
Canon Paschalis ineditus. 282,59
Canon de accentu τοῦ ὅτι α. 668,45
Canthari poëtæ comici, *Tereus*. 160,39
Cantharus. 793,54
Cantiones ad medelam morborum adhibitæ. 897,57
Cantionum veteres appellationes. 891,32
Cappadocij panes. 218,15
Capitones duri qui apud Plautum. 42,48
Capnias vinum. 71,53
Captæ Scytiæ. 64,62
Caprificas in significatione vitij. 96.24. *Capsi*. 262,48
Caput olim sacrum. 137,54
Caranus Macedo. 243,16
Carchesium poculum. 794,41
Carcinus poëta. 613,19
Cardiacorum vinum. 28,67
Carduus. 145,41
Cares barbari 950,53. antiquissimi incolæ Sami. ibid. 58
Caricæ Ægilides. 929,57
Carides vrbs. 204,17
Carmania oleæ non ferax. 139,36
Carmanorum mos in firmanda amicitia. 98,43
Carnea festum. 267,35
Carnium manducatio hominibus ignota, primis temporibus. 35,36
Carcre. 642,61
Carpenta Romanorum. 261,46
Carpentum quo Alexandri corpus in Ægyptum est delatum. 359,30
Carthea Cei ins. opp. 770,23
Carthaginensis Menandri. 661,32
Carthaginensium nauigatio in Atlanticum Oceanum. 162,63
Carum vetus imperium in mare. 65,35. Carura. 88,47
Caryatides Pratinæ. 672,65
Caryllia patinæ. 256,29
Carystij libri Περὶ διδασκαλιῶν. 413,20
Casei variæ differentiæ. 687,33
Caseus Siculus. 63,37
Caseus Τρομιλικός. 936,28
Cassamenus, nomen proprium viri. 392,53
Cassander rex & criticus. 893,54
Cassandrea. 194,59
Cassaneæ dictæ ἄμωνα vel μύρα. 109,43
Castoriosis versus artificiosi. 765,49
Catagogia & *Anagogia*. 676,58
Cattilus ornatus. 921,36
Cato siue *Batto* comicus. 959,37
Carulinæ & caninæ esus. 503,65
Caumata. 191,46. Cauneæ ficus non Cauniæ. 152,28
Canneas, apud Ciceronem. 153,46
Cany Timoclis. 422,25. Caunus. ibid.
Caussa cur anguillæ & murenæ extra aquam diutius durent. 544,47
Causæ mutandi coloris in polypis. 550,50
Celtis. 550,15
Cephalalgiæ paratissimum remedium caput vincire. 954,29

Cephalœdis. 530,12
Cephisodori comici, *Sus*. 210,41
Cephisodori *Trophonius*. 853,52
Cephisodorus citharœdus. 249,23
Cephisodorus Isocrateus obtrectator Aristotelis. 123, 58
In Cerasorum appellatione Romanorum error. 102,29
Cerasos primus Romam inuexit Lucullus. 103,29
Ceræon, deus veterum. 307,37
Cercorps Milesius historiæ fabularis auctor. 821,56
Cerebella veteres non gustabant. 137,49
Cerebrum sedes sensuum. 134,42
medulla dictum. 134,43
Cerebrum, quando edi cœpit. 163,39
Ceres *Chloa*. 563,30
Cereris templum Hermionæ. 768,37
Cernophori. 794,44
Ceryces Atheniensium. 939,27
Cælicillus. 644,17
Chalcidica, quid veteribus. 899,11
Chalcis Eubœæ vrbs. 574,27
Chalybonium vinum. 65,63
Chamæpytis, pinus. 914,64
Chariades vel *Charinades*. 656,13
Charidemus Orita. 711,58
Charon ἢ ἐκ Νίκης Timothei. 593,56
Charonis *κρῆβαις* aut *κρηβαίς*. ibid.
Chæremonis *Alphesibœa*. 854,50
Chelidoni *&*. 626,40
Chelidonias pisces. 623,11
Chenniacibus vilis apud Ægyptios. 674,40
Chesias virgo. 500,64
Chionidæ comici *Mendici* & *Heroes*. 230,47
Chiron Pherecratis. 619,42
Chirones Cratini. 859,10
Chirothecarum vsus olim incognitus Græcis & Latinis. 828,60
Chitone siue *Chitonea* Dianæ saltatio. 901,34
Chium vinum. 10,35
Chœnix. 291,32
Choragi qui. 903,64
Chori puerorum & virorum. 719,46
Chorus *συμβουλῶν*. 934,14
Chrysippus Tyaneus. 217,64
Chrysippi Tyanei *Apuscomalae*. 919,44
Chrysophrys & *ion scia*. 520,17
Chrysorrhoæ fluuij. 354,19
Chytri festum Atheniensium. 244,54
Cibi feturentissimi à veteribus popinonibus adamati. 401, 24
Cibi vtitati in conuiuiis funestis. 516,38
Cibi grati *θεοὶ* nuncupati. 914,18
Ciborium. 697, 37. explosa eius vocis etymologia quam aliqui afferunt. ibid.
Ciborum apparatus, *μετ' ὄψων*, & *ἄνευ ὄψων*. 120,36
Ciborum *ἀκροφορὰ* & *ὑποφορὰ* in conuiuiis Atheniensium. 258,20
Cibos circumferendi, mos. 231,57
Cibum quater die sumere, soliti veteres. 31,61
Cibum quoties veteres sumerent. 94,42
Cibus *χαῦνος*. 463,28
Cibi *ἐσχαρ* medicis interdum probati. 474,47
Cicadæ olim esitatæ. 111,11
Cicer, ad venerem incitat. 811,55
Ciceris genus *κριός*. 809,58
Cichorea inter edulia. 127,37
Cicutæ venenum. 132,14
Cilicum & Pamphyliorum ingenia. 609,27
Cilicius panis. 213,35
Cinara. 146,47
Cinædus *ὁμιλεῖν ἢ ἔνδοξος*. 559,36
Cinarus, insula. 146,54
Circumlationis veterum ritus. 8,13
Cissybium. 796,60
Citta *ὄρνεα*. 272,11
Citharisteriæ. 314,62
Citrium malum quando cœperit edi. 163,29
Cit a vel cissa piscis notus veteribus. 562,61
Ciuilia nomina quid. 6,67
Clearchi libri *Περὶ γρίφων*. 473,14
Περὶ σκελετῶν. 684, 8
Περὶ παροιμιῶν. 509,10
Cleobulinæ. 304,27
Cleomenes tyrannus. 737,14
Cleomenes Laminthius, poëta *Ἐρωτικῶν*. 883,43
Cleomenis Spartæ regis viuendi ratio. 268,11
Cleoneum acetum. 140,54
Cleopatra inuiolata *ψωματισμῷ* ad Cæsarem delata. 15, 26
Clidemi *Ἐξηγητικὸν*. 697,56 *Athis*. 940,19
Clitarchus glossographus. 815,12
Clitor flu. 576,47
Cnidia *κεράμια*. 65,60
Cnidium vinum. 72,38
Cnidius fluuius inter nobilissimos. 730,44
Cnopus rex Erytharum. 413,33
Cnœthus Antiphanis. 513,28
Cocali filiæ Minoem quo stratagemate occidunt. 29,19
Cocalus fabula. 168,40
Cochlea *ὑλοχρύς*, vel, *ὑδροχύς*. 129,29
Cochleæ in Ligusticis Alpibus natæ. 130,55
Cochlearum generatio. 63,130
Cochleæ *κωκυνθέντες*. 131,28
Coci & popæ iidem olim. 916,16
Cocorum famosorum historia. 520,58
Cœcoa siue *Cæcoa* mulieris nomen. 658,19
Cœna liberalior quàm prandium inter antiquos. 800,27
Cœnationes versatiles. 246,67
Cœnæ triplex distinctio. 119,17
Cœnæ principium ex quibus cibis melius. 231,44
Cœnæ opportunum tempus. 475,15
Cœnæ *ἀκόλαστοι*. 632,15
Cœnæ tempus apud veteres. 800,27
Cognatorum prandium apud Persas. 97,55
Cola saltatio. 901,42
Colchides Sophoclis. 143,37
Coli. 350,44
Collabi placentæ aut panes. 184,49
Collabus. 213,48
Collices Thessalici. 217,48
Collocasion, radix fabæ Ægyptiæ. 148,30
Color ligneus cuius etiam meminit Theophrastus. 932, 51 237,53
Color *Αὐγουστεῖος*.
Colorum *ἀνθίνων* & *βαφῇ* differentia. 676,10
Columbæ albæ vbi primum visæ. 676,40
Columbæ Dodonææ. ibid.
Columbæ pro nuntiis. ibid.
Comœdiæ veteris choragium tenue. 116,27
Comici quanto olim in pretio. 413,32
Comici emendatis à se fabulis nomen nouum imponere soliti. 870, 26. tragicis argumentis cothurnos aptarunt. 568,65
Comicorum ferme omnium scena Athenis. 233,59
Commissiones. 246,57
Comus & *tetracomus*. 890,13
Concha margaritifera. 177,48
Conchæ Peloti. 16,47
Conchæ *ἀμαθίδες*. 165,61
Conchæ Veneri dicatæ à virginibus. 553,12
Conchis. 290,11
Conchyliarum genera quædam, inter oblectamenta iuuentutis. 166,60
Condy 797.49

Conuiua Amipsiæ. 387,16
Constitutio Valentis Imperatoris. 28,44
Conus, quid. 115,47
Conuiuari,& separatim escas comedere consuetudo antiquorum. 27,52
Conuiuium Pythagoricum. 293,91
in Conuiuiis acclamandi,mos veterum. 277,55
Conuiuiorum apud veteres ratio. 300,43
Conuiuiorum Græcanicorum τὸ κεφάλαιον in potatione positum. 614,38
Copides. 263,14
Coqui inter priuata seruitia olim rarò habiti. 430,52
Coquorum mercede conductorum furta. 937,16
Cor salire vario sensu dictum poetis, 973,48
Cor filia pauoris. ibid.41
Coracinus à calore. 539,47
Coraciones. 572,61
Coreagi pugna cum Dixippo. 281,38
Cordista Galli. 408,12
Coria Africana. 199,42
Coriolanum quænam causa perdidit. 834,15
Cornix filia Apollinis. 626,54
Coroebus Olympionica. 659,17
Corona aurea sacerdotij indicium. 369,48
Corona bene de republ.meritis dari solita. 832,56
Corona nomen Græcum. 962,32
Coronæ ... volubiles. 99,23
Coronæ ex faba Ægyptia. 147,56
Coronæ vnguento delibutæ. 970,52
Coronæ aureæ à Ptolemæo rege Romanorum legatis missæ. 732,64
Coronæ hyppoglottidæ. 957,40
Coronarum Homerus non meminit. 45,37
Coronista. 616,40
Corydalus ... 670,63
Coryci athletarum. 434,27
Corycomachia. 293,24
Corythalla, vide Diana.
Cos insula Deorum patria. 39,36
Cossabus, & ... 947,31
Coste pisces. 623,19
Cotalus. 318,29
Cottabissantium præmiola. 943,55
Cot ane, vox Syriaca. 665,58
Cottara Tyriorum. 228,58
Cothen. 794,10
Cothocides Orator. 396,50
Cothon poculum Spartiatarum. 266,43
Cothonis Laced.figura. 803,22
Cothurni Philonidæ. 400,65
Coturnices à ... 673,58
Cotyla. 293,38
Cotyliscus. 919,18
Cotyttûs sacra. 451,19
Crambe cur sacra. 641,41
Cranonia aqua. 87,39
Crapatali Pherecratis fabula. 152,25
Crastus Siciliæ. 920,16
Cratetis drama, *Fera*. 229,65
Cratetis & Menandri *Synaristusa*. 434,61
Cretis aut Pherecratis Γαῖται. 674,22
Cratetis fabula ... 798,43
Cratenas. 281,45
Cratini *Archilochi*. 163,53
Cleobulina.304,27. Ὀδυσσῆς. 142, 19. *Trophonius*. 563,60. ... 646,66. *Pytina*.180.55. *Thratta*. 814,47
Cratini iunioris *Omphala*.947,59. Cratini *Leges*. 816,36
Cratini *Chirones*. 859,10
Cratini *Bubulci*. 907,10
Cratinus de republ.Thessalorum. 942,22
Critiæ antiqui scriptoris Πολιτεῖαι. 779,13
Critiæ locus de supellectile Lacedæmoniorum. 803,36
Critias tyrannis. 816,12
Critica, vide scientia.
Criticæ censuræ ab Athenæo relatæ, super aliquot Homeri locis, explicantur. 325,21
Criticorum velitationes, super Homeri loco ex quarta Odyssea, explicantur. 331,28
Criticorum velitationes explicantur. 322,14
Criticorum alij λυτικοί, alij ἐνστατικοί. 813,38
Criton. 831,22
Critonis Philopægmon. 307,55
Cromma. 576,21
Crucium vinum. 155,56
Crustum *Iulianum, Apicianum, Canopicum, pellucidum*.919. 29,& seqq.
Crustum *Cerianum*. 919,36
Ctesibius rerum pneumaticarum auctor. 309,29
Cubiculares imagines. 791,62
Cucumis semen cohibet. 149,63
Cucumeres plenilunio crescere. 150,17
Cucumis spermatias. 141,18
Cucurbita, σικυωνία. 121,38
Cucurbitæ ... 121,59 ... ibid.64
Cucurbitæ Indicæ. 121,58
Cucurbitæ ... 760,17
Culigna. 801,54
Culinæ vasa. 301,18
Culter vnde dictus. 278,57
Cultri in vsum mensarum. 278,43
Cupido, Mercurius, & Hercules in gymnasiis dedicari soliti. 863,15
Cupido Thespiensium. 863,33
Curiæ Athenis. 305,12
Cyana fœminæ viraginis nomen. 862,57
Cybia quadrangula. 221,50
Cybiosactes. 317,22
Cyca, serulæ nomen fœminæ 845,66
Cyclus epicus, quis.478,11.& seqq.eius subiectum. 481, 59
Cyclopes Calliæ. 509,15
Cyclopes fabula Calliæ aut Dioclis. 535,32
Cyclops Epicharmi. 569,12
Cydonia mala, μελίμηλα. 160,46
Cyllastis panis. 220,12
Cylicranes. 776,64
Cymbium. 801,47
Cynada frons. 256,10
Cynophontis. 197,19
Cynaustatus. 845,11
Cyprini lingua. 540,44
Cypriorum auctor, Stasinus. 77,11
Cypriorum Poëta. 581,16
Cypsela. 788,52
Cyrenaci agri diuisio. 199,52
Syrenenses aurigatores. 199,17
Syrenenses cur albi dicti. 616,42
Syzicenum vnguentum. 974,52

D

D*actylus* saltatio. 901,25
Dæmones, ex quo elemento nascantur. 619,59
Dæton, Deus veterum. 308,36
Dalus Apollophanis. 221,19
Dalnaides Aristophanis. 220,24
Daphnici ludi sacri. 342,40
Dare chorum poeta, vel *scenam*, quid. 908,50
Darij epitaphium. 731,15
Darius Medus, τὸ Λανόρειον αἴνιγμα. 30,34
Decocta veterum Græcorum. 234,58
Defunctis honorem vllum diis proprium exhibere, impietas fuit apud Athenienses. 852,20
Delcanus piscis. 227,46
Deleo fluuius. 227,47
Delcus lacus. 227,48

Delta

Delia palma. 906,38
Delij cur Rhenæi dicti, 307,33
Deliorum coquorum nomina explicantur. 306,56
Delium Bœotiæ oppidulum, ad quod pugna contra Bœotos pugnata. 377,50
à Delphinorum esu veteres abstinuisse. 506,21
Galeni tamen temporibus quidam iisdem vesci reperti sunt. 506,48
Demetrij Scepsij Τρωϊκὸς διάκοσμος. 159,49
Demetrij dictum de Atheniensibus. 442,18
Demetrio Poliorcetæ itur obuiam cum altaribus, coronis, & odoribus. 441,65
Demetrius quo tẽpore Athenas fuerit ingressus. 446,31
Demetrius Antimotyras. 951,37
Demetrius odio publico cur flagrauerit. 369,38
Demetrius Phalereus fratris sui τὰ ὀνομαστὰ δεῖπνα. 852,11
Demo, fabula Eupolidis. 204,30
Demus Pyrilampis filius. 680,27
Deorum dialectus. 166,28
Dercyllidas dictus *Scythus* & *Sisyphus*. 818,56
Deucalionea Hellanici. 709,60
Deus ignotus ab Atheniensibus cultus. 644,20
Dexamenus, nomen proprium viri. 392,52
Dexamenus. 422,19
Diana Corythalla Spartæ culta. 260,45
Diana τελμησσός. 300,28
Diana παρθένος in Chersoneso culta. 451, 22. *Stephan.* 453,45
Diana Elaphiæa, vel *Alphiæa*. 601,43
Dicæarchus Messenius. 944,46
Didascaliarum plurimi auctores. 414,26
Didicisse pro solere. 718,37
Didyma Menandri. 646,37
Didymi contra Polemonem disputatio. 261, 42. dictus Βιβλιολάθας, & χαλκέντερος. 261,65
Didymus Polemonem reprehendit de voce ἀλλεν. 264,56
Diffidentiæ vitium. 294,34
Digamma inter duas vocales. 129,24
Digiti ἴδαιοι. 20,28
Dij Potes ventorum promicondi olim crediti. 715,36
Dioclis poëtæ Θάλαττα. 537,40
Dioclis *Melissa*. 721,20
Diodori S coti τὰ περὶ βιβλιοθήκης. 851,12
Diodorus Pythagorista insolens. 295,45
Diogenes tragicus. 905,61
Diogenis de placenta dictum explicatur. 218,55
Diogenistæ. 330,38
Dionysij tyranni etiam in verba sæuitia. 194,10
Dionysij tyranni fabula Θεσμοφόρος. 691,36
Dionysij λύχνοι mirabilis. 992,11
Dionysius Metathemenus. 733,33
Dionysius Heracleæ tyrannus. 855,60
Dionysius Aristomenis. 917,22
Dioscoridis liber, οἱ παρ' Ὁμήρῳ νόμοι. 28,62
Diphili Εναγίζοντες. 297,43
Diphili drama ἐκ παραφέροντος. 396,27
Diphili *Mercator*. 400,23
Diphili in Nicandrum commentarij. 547,56
Diphili *Tithrausta*. 805,14
Diphili fabula Αἱρησιτείχης & Σκευοπώλης. 816,43
Diphthongus pro litera simplici. 766,33
Dipterum. 357,65
Dipyrus panis. 209,61
Discipuli olim cognominati à præceptoribus. 408,45
ex Discipulorum moribus de præceptorum doctrina non iudicandum. 393,15
Disputationes discipulorum Aristotelis & Theophrasti hodiernis dissimiles. 248,56
Diomeum Herculis templum, 454,29
Dium Piericum. 565,49
Diyllus historicus. 281,58
de Domo Triteme, historia. 78,50
Donylæum. 87,54
Dorcades, dorcones, & *Zorcones*. 679,51
Dorion, συγγραφεὺς ὀψολόγος & κρουματοποιός. 586,25
Dormio. 418,18
Dorionis dictum de locusta marina. 587,39
Dorpia. 304,59
Dramata, Aristophanis. 528,16
Dulcedo ebrietati contraria. 92,22
Dulodidascalus Pherecratis. 283,29

E

Ebeni φάλαγγες vel κορμοί. 350,61
Ecclesiæ veteris ritus. 441,11
Echecrates pro Timocrate. 3,59
Echinos plenilunio crescere. 149,38
Echinorum variæ appellationes. 175,43
Echinopus. 186,58
Echinus. 917,50
Eclogarij querela de corruptis Athenæi codicibus. 123, 40
Eilotes Eupolidis fabula. 260,53
Elacatena. 529,48
Elei populi sacrosancti. 6,23
Elementa omnia, sui generis animãtia producere. 618,60
Eleorum sacrificium perdendis muscis. 17,31
Elephas vas capiens tres congios. 816,50
Eleutheræ oppidum Bœotiæ. 809,59
Eleutherus fluuius. 876,35
Ellipsis verbi Attica. 815,32
Ellopes optimi. 517,11
Ellopes pisces & μύραι. 535,14
Ellotia. 956,14
Emendationes quorundam temerariæ contra librorum veterum consensum. 511,45
Empodus scriptor. 641,48
Empola Ephippi. 632,11
Enallus. 780,64
Enchiridium Menandri. 726,30
Enchytos. 916,25
Enchitus, & alia id genus nomina omnia, simpliciter vsurpata Græcis & Latinis. 916,40
Encrasicholi. 527,40
Encrides. 918,18
Ennij *Lyra*. 55,47
Erxias scriptor. 863,51
Epaïcla duplicia. 265,53
in Epaminondæ nomine varietas. 384,27
Epaminon, nomen proprium viri. 392,54
Epeus aquæ vector. 770,18
Epicharmi Prometheus πυρφόρος. 367,36
Epicharmi fabula, Λόγος καὶ Λογίνα. 204,63
Epicharmi Αγρωστῖνος. 232,25
Epicharmi *Periallos*. 261,15
Epicharmi tres fabulæ. 505,40
Epicharmi *Megaris*. 510,55
Epicharmi *Hebes nuptiæ*. 176,20
Epicharmi *Busiris*. 701,63
Epichysis. 294,25
Epichysis genus ποτηρίου. 722,25
Epichytus. 917,29
Epiclerus Menandri. 646,31
Epicichlides Homeri poëmatium. 909,11
Epichysis. 918,13
Epicrates. 403,56
Epicurei Roma pulsi. 854,49
Epicuri imperitia. 331,55
Epicuri in Aristotelem calumniæ. 610,48
Epigenes verus criticus. 788,14
Epigenis *Mnematium*. 808,48
Epigramma de Clione pisciuora. 599,56
Ephebi nobiles ministri sacrorum. 905,53

Ephippus

Ephippus comicus. 625,50
Epyllici comici Κυρηνία. 252,46
Epimenia. 130,24
Epistolæ leuamen absentiæ. 65,30
Epistola Philippi Regis ad Menecratem. 516,24
Epistolarum Alexandri, & aliorum ad Alexandrum volumen. 938,46
Epitrepontes Menandri. 231,15
Epulæ Homericæ apud Plutarchum. 27,48
Epulæ celebratæ & veteribus ex reliquiis hostiæ mactatæ. 846,45
Equi Nisæi. 342,55
Eranus. 630,46
de Eranis veterum. 499,53
Eresi ... 215,43
Eretria ... 291,55
Ergastula, ab ἐργάζεσθαι, dicta. 461,37
Erineæ ficus. 153,29
Error Græcorum in peregrinis vocabulis. 910,47
Errores in nominibus propriis. 740,10
Erotidia festum apud Thespienses. 863,22
Erucæ inter cibos. 248,10
Erysichthon dictus *Æthon.* 710,37
Erythinus & *eriethinus.* 527,35
Erix oppidum in Sicilia. 676,53
Escharita panis. 208,18
Esus catulinæ & caninæ. 503,66
Esus ampullarum aut calceorum. 876,45
Etruscorum respub. similis Platonicæ. 831,42
Euangelidarum sacra familia apud Milesios. 985,49
Euangeli Ἀνακαλυπτόμενος. 916,29
Eubuli fabula *Ion.* 57,36
Eubuli *Ganymedes.* 209,62
Eubuli *Nutrices.* 543,12
Eubuli *Stephanopolides.* 661,55
Eubulus comicus. 625,60
Euclides vetus Atheniensium archon. 20,18
Eunidæ familia sacra Athenis. 985,46
Eunuchias cucumis. 142,29
Eunuchus, quomodo à Philone vocetur. 30,30
Euphanes. 596,40
Eupolidis *Capra.* 180,52. Κόλακες. 198,22. Δῆμοι. 202,51. *Taxiarchi.* 340,64. Φίλοι. 460,51. Προσπάλτιοι. 564,42. Πόλεις. 672,65. χρυσοῦν γένος. vel χρυσοῦν. 694,36. *Marica.* 977,66
Euphronis Αἰσχρά. 537,45
Euphorus historicus. 314,63
Euthychides, vide Pontinus.
Eurystheus Euripidis. 818,31
Euscemus poëta parum notus. 870,62
Euthymin dea. 337,54
Exocœtus fluuialis an marinus. 578,42

F

Faba Ægyptia. 101,44
Fabula Ισοστασίου. 198,16
Fabulæ multorum poëtarum Παΐδες inscriptæ. 178,26
Fabulæ ... & ... dictæ, priores & posteriores. 210,29 / 211,32
Fabulam ... 52,62
Fabularum Latinarum tituli Græci. 179,11
Fabularum mediæ comœdiæ numerus. 584,55
non huius Facio 841,42
Fatui, longi & magni. 292,21
Februarij mensis inferiæ. 291,27
Fera, Cratetis drama. 229,65
Festum ... 396,28
de Ficedulis quæ Aristoteles & Alexander Myndius. 134,38
Ficedulum ... 21,26, & ... illitus. ibid.40
Ficus Athenis sacra. 150,29
Ficus melioris vitæ mortalibus principium. 151,16
Ficus pœnæ nomine aliquando exactæ. 151,53
Ficu recente puerorum oculos fricare veterum superstitio. 157,15
Ficus, cur chelidoniæ dictæ. 685,63
Fiscina ficorum. 154,49
Ficus, quid propriè apud Latinos. 534,32
Flabellum ψύγμα. 451,61
Flores, fructus & id genus alia, cur præ manibus habere sit moris. 859,24
Flores dicti ... 883,64
Flores in reticulis ad olfactum. 274,46
Flores iridis λύχνοι dicti. 964,55
Foculorum inuentum ad opsoniorum in mensa calefactionem. 21,65
Fœdus initum à Chiis cum Drimaco fugitiuo seruo. 460,25
Folia ficulnea vel *maluarum* ad edulia astringẽda. 923,32
Fora à rebus ibi venalibus ab Atheniensibus nominata. 592,39
Fori Atheniensium mos. 139,20
Forma spectata in Ephebis iis, qui ad sacrificiorum ludorúmve ceremonias adhibebantur. 565,49
Formula in sacris familiaris. 604,24
Fortax. 217,41
Fructus ex aqua sumpti. 104,14
Fugitiui vel *Leucadia* Alexidis & Turpilij. 181,18
Funera acerba & immatura. 981,50
Fungi ad fici radices. 124,38
Fungi ..., item artificio producti. 124,24
Fungi Amanitæ. 123,40
Fungorum & pezitarum discrimen. 124,60
ex Fungorum esu mortui. 125,13
Fungorum venenatorum nota. 125,24

G

Galeni scripta philologica. 6,54
Galenus de vino Surrentino. 62,24
Galli gallinacei consecrati. 672,21
Gallinarum salacitas. 45,25
Gallicarum demensum. 374,40
Gallorum ... 433,46
Gallorum sordidi. 738,21
Gallus gallinaceus, ἡμερόφωνος & ὀρθροβόας. 646,55
Ganymedes, Eubuli. 210,14
Gastro. 317,22
Gatis & *Atergatis.* 601,62
Gellias Agrigentinus, munificentissimus. 10,36
in Generatione quomodo & ... & ... habeant locum. 525,25
Generationis duo principia terra & aqua. 715,54
Georgus siue *Gorgon* antiquus scriptor. 984,12
Germinantium impetus. 129,16
Gerytades Aristophanis. 182,50
Gladiolus. 165,29
Glandes esculi inter bellaria. 107,44
Glauci caput & caput quæstionis. 203,21
Glaucus Atheniensium tyrannus ὀψοφάγος. 90,40
Glaucus Æschyli. 170,26
Glaucus marinus deus. 513,59
Glaux herbæ nomen. 128,59
Gloria laboris filia. 107,36
Gloriatio veterum de poculis. 780,13
Glossæ Creticæ. 160,48
Glossæ Nicandri ... 514,25
Glossarum, & Lexicorum antiqui auctores. 160,50
Glycerides. 154,52
Gnatho, Gneathæna. 430,15
Gobia. 572,67
Gobiones Phalerici & Otrynici. 541,51
Gongylus. 306,58
Grabia. 990,58
Gradus distincti in accipiendis mysteriis. 446,52
Grammatici & Philologi discrimen. 147,23
Grammaticorum spinæ. 186,49

Grana cruda comesa. 924,44
Granea. 925,50
Gras. 780,58
Gratias agendi formula. χάριν ἔχω. 914,40
Griphus, siue sirpus, quid. 747,21
Griphorum species. 648,49, & seq.
GRIPHI. *Quidnam illud sit, quod ferens aliquis, non fero tamen.* 753,19
de olla carnium. 754,47
de placenta. ibid.65
de vino. 755,20
de aqua. ibid.24
de myrrha. ibid,30
de somno. ibid.55
de podice. ibid.
de ichneumone. 756,43
de camo iudiciali. 758,43
Griph. de libidinoso. 760,37
Griph. *Quid sit omnium rerum validissimum.* 761,18
Griph. de generatione visci. ibid.35
Griphorum authores, 761,42
Griph. *Quid est quod omnes docemus cùm nesciamus tamen.* 763,36
Griphus ex Antiphane. 769,30
alius ex Timocle. ibid.43
Griphus obscurus. 770,30
Griphus de mensa. 769,45
Grypes Platonis. 640,12
Gymnipædiæ Spartanorum. 957,49
Gynæcomania Amphidis. 913,55

H

Habitus militaris, statura & exterior species. 61,58
Halæ, duo in Attica δῆμοι. 573,26
Halia Rhodiorum. 863,38
Hama. 876,60
Harmodij melos, carmen conuiuiale. 980,46
Harmodius Lepreates. 297,39
Harmosyni Spartani magistratus. 265,27
Hebe diis à poculis. 720,53
Hebes nuptiæ Epicharmi. 176,10
Hecatæ insula. 937,14
Hecatæi duo. 144,54
Hecatæ in compitis culta. 278,13
Hecate Τριγλαίνθος, vel Τριγλανθίνη. 563,38
Hecatombe vera. 10,53
Hecatomba falso nomine sic dicta. 10,59
Hecatombæon primus mensis. 951,50
Hecatompylus. 827,59
Hedera in cerui cornu nata. 618,13
Hedyli deprauatissimum epigramma percurritur. 311,42
Hedylus, poëta. 524,29
Hegesippi *Adelphi.* 516,50
Hegeteria ficus. 151,34
Helena. ψυχὴν ἀγαλκάλλεμα. 30,22
Helicon, vnde Aceſas.
Hellanici Deucalionea. 709,60
Hellanici κτίσεις. 743,37
Heliodorus Atheniensis. 403,46
Helix. 361,38
Hemiopi tibiæ. 313,65
Heniochi *Polyeuctus.* 678,55
Hemiolia & triemiolia, triremis. 354,64
Hepseti. 327,48
Heraclea, ἀπὸ τοῦ ἐρινοῦ. 611,31
Heraclides Cumæus auctor Παρασκευαστικῶν. 269,46
Heraclides alius scriptor libri, Περὶ σκευασίας καὶ δυνάμεως φαρμάκων. ibid.47
Herculaneus morbus. 515,65
Hercules Sophoclis. 723,44
Hercules Choragus, Nicocharis. 893,29
Hercules, vide Cupido,
Herculis voracitas. 701,59
Hermæ Atheniensium. 688,21
Hermippi, *Artopolides.* 230,17
Hermippi, Δημότ. 509,33
Hermippi, Μοῖραι. 599,17
Hermippi *Phormophori.* 995,44
Hermippus citatur. 63,38
Hermippi Θεοί. 721,53
Herodiani Ηεωδίαν. 65,69
Herodotus tubicen, & de eo Athenæi & Pollucis verba. 708,23
Herodotus ἀλγήμμος, quis. 48,35
Heroes picti cum poculis. 776,22
Heroum conuiuia, qualia. 27,40
Herus Zenonius. 292,41
Hesperidum mala. 162,25
Hesiodi Ἀστρονομία & τῆς ἀσπίδος. 813,21
Hesychius Christianus fuit. 31,26
Hilarotragœdiæ vel Phlyacographiæ auctor Rinthon. 167,22
Himalis, Cereris cognomen. 892,16
Hinnulorum ossa apta ad lyram. 146,36
Hipparinus. 731,55
Hippiscus Alexidis. 792,16
Hippocratis Coi liberi, & de iis prouerbium, Tres fratres. 185,64
Hippolochus discipulus Theophrasti. 243,10
Hipponium Brutiorum. 530,33
Hippotrophus, vide, Mnesimachus.
Hippus Tyrius, onerariarum inuentor. 65,44
Histiæa. Eubœæ oppidum. 45,60
Historia de translatis in Ægyptum ex Lydia attagenibus. 666,65
de Lysandro. 726,65
de Autolyco. 773,70
de Sybarita, Sybari Crotonem nauigaturo. 833,62
de Sophrone Ephesi tyranno. 879,45
Historiæ tria tempora. 478,69
Hœdi quomodo parati. 686,55
Holcades & *Insula* Aristophanis. 175,55
Holothuria. 186,36
Homeri poësis μιμητική. 903,12
Homerus non fuit Syrus. 284,48
Homines ἄζυγες. 189,19
Hominum primorum agrestium victus ex raptu. 33,46
Homo comparatus vino. 79,60
Homo φωτίν. 237,37
Honores varij Demetrio Poliorcetæ habiti ab adulatoribus Atheniensium. 441,65
Hordeum Achilleum. 221,28
Hora procurando corpori ordinaria. 425,47
Horæ Athenis cultæ. 931,58
Horas obseruandi modus apud veteres. 694,45
Horologia. 294,44
Horti Adonitis. 362,19
Huso. 526,13
Hyacinthiorum celebratio. 262,24
Hyccæ, ὕκκαι. 564,36
Hydraulica organa, καὶ ὑδραύλεις. 309,19
Hypelæus fons. 629,42
Hyperides, καὶ Μαντίθεον αἰκίας. 871,64
Hypogæa. 357,28
Hypsipyla. 597,41
Hyssopi aqua. 284,15

I

Iacchi vox sacra. 372,47
Iacobus medicus ἰατρός. 6,30
Ialysus. 523,50
Iambyca, & *Sambuca.* 906,27

lapis.

Iapix. 718,10
Iasus, Cariæ oppidum. 204,16
Icadistæ. 514,47
Ichneumon bestia. 756,48
Ichthyas Megaricus. 581,39
Idæus ἀλεκτρυών. 317,37
Idiotæ. 95,57
Iecinorum varius apparatus. 205,18
Iecur anseris. 662,41
Ientandi consuetudo. 30,50
Ieiunia Iudæorum & veterum Christianorum. 282,57
Ieiunij finiendi tempus, ortus Vesperi, vel hora nona. ibid.59
Ignis igne validior aut remissior. 109,42
Ignis inter cibos. 116,12
Ignis duplex. 619,13
Illyrici & Triballi. 207,18
Imperatores, apud Romanos sacrosancti. 6,25
Imprecationis formula, Μὴ ἄραμαι ἱκετ. 122,16
Incessus, vide Vestitus.
Incitega. 367,42
Inferiæ in esse Februario factæ ex more Græcorũ. 191,27
Initiorum participes quidam facti. 446,47
Innadocus vbi Silenus à Mida captus. 81,46
Inscriptio monumenti Pytheæ Arcadis. 780,26
Inuentor tabulaturæ Musicorum. 615,59
Inus metamorphosis. 331,42
Iocus in εὐρύπρωκτον, & impudicum. 250,48
Iocus χαρίεις in εὐρύπρωκτον, siue potius εὐρύπρωκτον. 762,37 & seqq.
Ionicus μέταξ ὑποσάκτ πιῶν. 251,41
Ionis Chij *Phœnix*, aut *Caneus*. 176,43
Ionis Chij τρίγμ. 317,37
Ionis μέγα δρᾶμα. 529,19
Ionifcus, vide *Chrysophrys*.
Iouis lac, Prouerbium. 936,38
Iphicratides. 791,49
Iphigeron. 221,13
Iphyum. 146,10
Irene Theopompi. 639,53
Iris Achæi Tragici. 761,23
Irneus. 921,43
Ifarchus prætor. 387,18
Ithaca superstitio. 281,33
Isicia. 651,9
Iter ξυγγραφεὺς Καλλιμάχ@. 666,27
Italia παιδοθρ@. 365,31
Italia saltatio Pantamimorum. 51,63
non est Augustini inuentum. 51,64
Ithyphallicum carmen in honorem Demetrij Poliorcetæ cantatum. 441,43
quale genus carminis. 443,13
Itinerariorum veteres scriptores. 737,13
Itrium 922,31
Iudicum merces. 410,32
Iulides ὄντες γῆς. 533,39
Iulis & Iuliopolis. 533,36
Iulius Cæsar sobrius. 90,43
Iupiter Ἀπόμυι@ in Elide. 18,26
Iupiter ἴκετ & φίλαρχος. 195,55
Iupiter Ἀγαμέμνων Spartæ dedicatus. 196,18
Iupiter Augustus, Iulia Iuno, Drusilla Venus, & similia. 440,31
Iurisiurandi Græcorum formula. 283,42
Iusiurandum vetus seruorum, μὰ τὸν ἔπιόντα πίομαι ὕδωρ ἐκδύ... 236,17
Iurisiurandi formula, Zenoni Stoïco familiaris per capparim. 641,49
Iurulenta ficciora quàm assa. 933,38

L

IN Lacte tres ἐχίας. 744,27
Lacedæmonij, à Sitalca & Perdicca delusi. 63,48
Lacedæmonij ter Musicæ vindices. 899,59
Lacedæmoniorum sobrius victus. 628,24
Lacedæmoniorum coniugia. 861,30
Lacænæ canes. 64,61
Lacana Pratinæ. 671,53
Lachman Syrorum. 218,19
Lacones Platonis. 658,11
Laconis apophthegma. 176,32
Lactuca astytis. 144,12
Lactuca mortuorum cibus. 144,16
Lactucæ. 200,33
Ladon fl. 576,46
Laganum. 110,15
Laïdis patria incerta. 869,53
Laius Platonis comici. 142,35
Lamia fabula Cratetis. 713,30
Lampades byssinæ. 348,22
Lana ἀπυρος quæ. 28,40
Lancem deprimere. 94,41
Lanificij cura, antiquis temporibus. 337,28
Lapethus vel Lapithus. 883,48
Lapidario theatralis. 431,34
Larissæi. 490,12
Larus. 594,59
Larus auis Herculi sacra. 702,64
Laserpitij vsus plurimus. 198,41
Lasus Hermionensis. 768,27
Lasyrtæ plani historia. 89,18
Laterna, an latè accipiatur. 995,65
Lauentis Lauendula. 146,16
Laura vel *labra* veterum monachorum. 849,66
Latensis encomium. 8,27. & seq. conditor Pandectarum iuris ciuilis Romanorum. 7,32
Lauri folia inter bellaria. 265,35
Leænæ Veneris, & Lamiæ Veneris templa, & de eo genere consecrationis. 440,23
Lebia piscis. 217,53
Lecithita. 215,10
Lectum. 881,10
Legati apud omnes gentes sacrosancti. 6,25
Legati Athenis in Delum mitti soliti ad sacra facienda. 438,11
Legati θεωροί. 884,22
Leges Cratini. 816,36
Legis definitio Aristotelica. 823,40
Legumina ἕψητά. 638,25
Lembus Heraclides. 194,33
Lemnia Nicocharis. 570,62
Lemnisci. 350,27
Lenæum Bacchi templum. 388,18
Lenticula tragica res. 286,53
Lenticulæ. 704,59
Lepasta. 249,38
Lepasta ex diuersa materia. 805,35
Lepidium Tyriorum. 228,61
Lepores *hirundinini*. 685,57
Lepreas. 705,14
Lerus. 932,46
Leucadij cur ἔφασκον Κεφαλῆνες. 611.52
Leucas colonia Corinthiorum. ibid.53
Leucisci genus mugilum. 535,62
Leucola. 367,49
Leucomanides. 546,22
Leuconis comœdia φράτερες. 596,62
Leucus piscis. 507,25
Leuitas Græcorum super quorundam prodigiosa tenuitate. 857,55
Lex vetustissima, de non mactando boue aratore. 28,48
Lex de non comedendis agnis & vitulis. 26,25
Lex Spartanorum de Barba non alenda. 269,39
Lex Spartæ, vt domum à conuiuio redirent sine lumine. 338,34

Lex

Lex Platonis de pecunia aurea vel argentea priuatis non habenda. 405,22
Leges de arcendis nothis à sacris. 438,10
Lex Regia Atheniensium. 411,47
Lex sumptuaria de muneribus cauit. 472,13
Lex Oppia. 502,15
Lex Sybaritica de vocandis ad conuiuia mulieribus. 855,17
Lex Syracusana super veste muliebri floridi coloris. 834,33
Lex alia Sybaritica de præmio coquis proposito. 835,37
Lexicorum auctores antiqui. 160,50
Lexiphanes Luciani. 188,18
Libationes super linguis. 41,50
Liberalia à Bacchanalibus & Dionysiis diuersa. 445,57
Librariorum antiquorum imperitia& negligentia. 565,27
Limnæ Asphaltis lacus. 87,49
Limnæ. 733,20
Lingua scari. 556,38
Lingua vetus Spartiatarum, frequentissimè vsa litera canina. 614,56
Lini semen inter esculenta. 214,14
Linus & *ælinus*. 893,38
Lityersa. 709,38
Loligines volucres. 560,52
Loliginum [illegible]. 549,60
Lucernæ machinosæ. 246,60
Lucifer stella. 347,16
Ludi etymum à Lydis. 830,11
Lumen nocturnum olim, tæda aut ligna. 995,41
Luna [illegible]. 475,16
Lupi piscis vastities. 541,52
Lupini impediunt ebrietatem. 422,22
Lupini pro amethysto. ibid.
Lupinorum vis abstergendi. 113,34
Lutatius Daphnis. 107,25
Luxus Samiorum. 388,56
Lychnorum inuentum. 995,69
Lycius statuarius. 809,34
Lycophronis *Satyri*. 714,37
Lycus fluuius. 876,55
Lydorum [illegible]. 819,51
Lydorum delicata vita. 977,46
Lynceus discipulus Theophrasti. 243,18
Lyrophoenix. 316,61
Lysander inter mothaces. 467,39
Lysandrea præda. 407,58
Lysimachus Rex Thraciæ. 449,47
Lypsiodi. 314,60
Lysippi *Baccha*. 238,32

M

Macedonia, olim Macetia appellata. 349,27
Macetæ Bacchæ. ibid.32
Mastrismus, & *bactrismus*, siue *bactriasmus*. 901,18
Menides Hecatæ sacræ. 563,30
Meones Lydi. 703,58
Maota pisces. 543,45
Mæson cocus. 936,50
Magadis. 306,59
Magnes comicus. 638,60
Magodus. 894,32
Mala quid apud D. Hieronymum. 705,33
Malophori Persarum. 828,25
Maluæ semen [illegible]. 120,32
Mammacythus vel *Aura* Metagenis. 621,41
Mandrogenes vrbicarius. 247,46
Mandylium siue mantelium. 699,29
Manes. 585,46
Mania nomen Phrygiacum fœminæ. 874,35
Marathonia pugna, quo anno pugnata. 110,23
Mareoticum vinum. 74,18
Margaritæ [illegible], nuclei, concharum vitia & verrucæ. 178,35
Maria fons, siue lacus. 74,34
Mariandynorum serui. 458,49
Marica Eupolidis. 977,66
Marsupium quod Fontebellaquæ visitur. 173,32
Mansurius Iureconsultus. 327,47
Mater duplex. 715,63
Materia. 218,12
Matreæ plani ænigmata. 47,55
Matronas Romanas abstinuisse temeto, non omni vino. 734,62. easdem non habuisse claues cellæ vinariæ. 735,10
Matronis parodia. 253,60
Matulæ in triclinia inferri, & capitibus illidi solitæ. 41,52
Maza. 114,55
Maza loco panis. 277,33
Maza [illegible] vel [illegible]. 290,12
Maza [illegible]. 291,20
Mazæ Eretriacæ. 290,14
Mazonomi. 277,49
Mædi vicini Pæonibus. 91,51
Mædi, sunt Persæ. 110,13
Megalartiorum festum, & in eo acclamatio. 209,33
Megarenses & Bæoti, an vexati ab Atheniensibus. 138,58
Megarenses Nisæi. 936,63
Megaris Epicharmi. 510,51
Melandria. 223,23
Melanderinus. 546,41
Meleagris statura. 142,20
Meleagrides. 932,45
Melinum vnguentum è coroneis malis & strutheis factum. 975,18
Melissa Dioclis. 711,20
Melilotus fabula. 456,13
Melitus tragicus. 856,40
Molopepon semen cohibet [illegible]. 850,64
Menandri *Epitrepontes*. 231, 30. [illegible]. 272, 54. Ὀργὴ & Nauclerus. 298, 28. [illegible]. 429, 66. [illegible]. 432,48. *Epiclerus* & *Didyma*. 646,31. *Carthaginensis*. 661, 31. [illegible]. 737, 25. [illegible]. 804, 64. *Philadelphi*. ibid. 67. [illegible]. 870,36. [illegible]. 916.62
Mendici & *Heroes* Chionidæ comici. 230,49
Menecrates [illegible]. 515, 41. Menis pegus. 88,48
Mensæ veterum. 31,27
Mensæ assidendi non accumbendi mos, ab Alexandro Magno vsurpatus. 43,40
Mensa [illegible], vel [illegible]. 100,20
Mensæ ministri altè cincti. 249,16
Mensæ secundæ non semper appositæ. 909,30
Mercator Diphili, Pacuuij & aliorum. 400,24
Mercurius [illegible]. 858,36
Mercurius, vide Cupido.
Messanij. 15,64
Messena Critonis. 307,57
Mesotriba. 215,27
Meta prima Herculis coniunx. 861,43
Metagenis *Mammacythus* vel *Aura*. 621,40
Metagenis *Philothyta*. 996,13
Metalepses veterum vocabulorum. 791,29
Metanita. 206,21
Metrodorus. 854,46
Methymna. 169,22
Midæ & Sileni colloquium. 91,38
Midæ aures antiuoræ. 598,30

Midon siue *Medon* Alexidis. 991,19
Milanion, Antiphanis. 717,60
Miles, Diphili. 211,29
Miliarium ἰπνολέβης. 193,55
Milium frigidæ naturæ. 108,25
Mineruæ Natales. 192,60
Minerua Promachorma. 952,13
Ministri Romanorum Cæsarum albati. 270,61
Minos quo stratagemate occisus. 29,19
Misumenus & *Philarchus* Phœnicidæ. 929,48
Mithæcus. 217,13
Mithræ festum. 342,65
Mitylene. 169,13
Mnaseas Colophonij Ξένων. 15,42
Mnasonis mille serui. 459,56
Mnematium Epigenis. 808,48
Mnesimachi *Hippotrophus*. 687,49
Mochus, scriptor Tyrius. 240,37
Moliones siue Molionæ filij. 117,37
Molossum organum. 325,12
Monaulus. 318,56
Monumenta mortuorum publico sumptu facta, & facta decreto Senatus, quomodo differant. 880,21
Mora ruborum. 104,56
Mores Cyrenensium. 613,24
Mores non habent bruta. 31,59
Mortui elati in quàm honestissima veste. 707,52
Mortuorum σκέψεις. 773,26
Mores veterum post finitas epulas. 923,14
Mos veterum acclamandi in conuiuiis. 277,17
Mos sumendi aliquid de sacrificio. 221,26
Mos veterum Gallorum, vertere se ad dexteram inter adorandum. 279,45
Mos antiquissimus, commissione duorum pluriumve salutem contrariorum exercituum redimere. 280,62
Mos circumferendi horologia. 295,37
Mos reprehendendi per imitationem. 295,37
Mos quorumdam, tonsori sæpius quotidie operam dare. 297,12
Mos auctorum Fabularum titulos contrahere. 301.63
Mos Atheniensium vt Pritanes vnà quotidie cibum sumerent. 330,55
Mos Græcorum, aliarum vrbium festa concelebrare. 341,51
Mos Græcorum in Latinis nominibus. 374,51
Mos Athenis, vt coqui apud gynæconomos suum nomen profiterentur. 430,54
Mos, vt mali poëtæ lapidarentur. 431,30
Mos conuiuiorum, libare regibus & principibus. 449,17
Mos veterum τὰ τμήματα σφραγίζειν. 460,40
Mos, vt virgines nubiles oblectamenta pueritiæ Veneri consecrarent. 553,12
Mos, Soli narrandi sua somnia. 605,32
Mos sacra facientium, linguis fauere. 606,31
Mos veterum regum, vrbes aut prouincias dare dynastis ad vectigal. 610,44
Mos stipem sub alieno nomine colligendi. 626,36
Mos in conuiuiis ἀπὸ συμβολῶν. 634,47
Mos assumendi vestes diis proprias. 690,16
Mos libandi principibus. 716,61
Mos diis consecrandi coronas conuiuiales. 731,62
Mos antiquorum, vt in conuiuiis post epulas oblectamentis omne genus sese recrearent. 745.52
Mos calculis suffragia ferendi. 758,47
Mos veterum pectus coronare, & vnguentis illinire. 953,26
Mos apponendi pocula in altera mensa. 775,22
Mos Atheniensium edendi in theatro. 779,61
Mos Græcorum in comæ tonsura. 814,40
Mos πυρετῶν, ornari ὀφθαλμῶν ὑπογραφῇ καὶ χρώματι ἐσπίσθω. 827,38
Mos libandi in discessu. 996,13
Mos veterum mollium, supercilia pingere & vnguentis illinire. 840,46
Mos veterum delicatorum pedes vnguentis vngere. 858,51
Mos veterum florem gestare auri impositum. 859,17
Mos in iungenda affinitate, vt sponsus phialam dono acciperet. 872,55
Mos gestandi thecam calamariam cingulo appensam. 8075,40
Mos discedentium à conuiuio, acclamare ἰὴ παιών. 996,38
Mos arcendi seruos à quibusdam sacris. 910,12
Mos frontem coronandi. 952,51
Mothaces. 467,29
Mugiles κεσταῖοι siue κεφαλῖνοι. 535,39
Mulieres σκιαδίσκαι. 117,28
Mulieres δημιουργοὶ Athenis. 305,28
Mulieres ἱππεγέται. 450,38
Mulieres Græcorum ventitasse ad conuiuia. 607,35
Mulieres ad conuiuia vocatæ inter Sybaritas. 834,42
Mulieres olim infectrices. 883,10
Mullus ad venerem ineptus. 19,32
Mullus Hecatæ sacer. 561,43
Mullus piscis gregalis. 562,11
Mulli dentes. ibid.12
Mulli Aëxonici. 563,66
Mundum plenum esse animarum. 610,28
Murænarum coitus cum serpentibus. 545,37
Murices. 606,24
Murium latibula. 194,27
Murrina Romanorum. 72,35
Musæ Epicharmi. 211.27
Musa λάπτερας. 390,64
Muscæ Olympiacæ. 17,54
Musica παιδία & παιδεία. 896,30
Musicæ vis ad sedandas animi perturbationes. ibid.44
Musicorum διαγράμματα, siue *tabulatura*. 616,53
Mussitum opus. 361,54
Mus piscis. 227,30
Myconij. 24,42
Myiagrus deus ab Eleis cultus. 18,29
Mylon oppidon Ægypti. 586,64
Mima & *mimarcys*. 942,20
Myrmecantropi Pherecratis. 403,30
Mysteria & Dionysia quomodo differant. 446,16
Mystis Antiphanis. 735,45
Myrtilus 207,32

N

Nablus. 309,17
Nani σκωπαῖα. 831,61
Nanus & *nastus*. 918,52
Nastus panis. 215,34
Naturales propensiones aut abominationes variarum rerum. 476.47
Nauplius Timothei poëtæ. 588,40
Nautarum sacrificia ex voto. 656,48
Neanthes. 649,60
Neleus emptor librorum Aristotelis. 10,30
Nemesis Helenæ mater. 581,30
Neptunus Τροπαῖος. 580,33
Neronis dictum. 234,10
Neruus obscœna notione, 17,34
Nesiarchi Atheniensium. 595,31
Nesiota scriptor. 144,47
Nestor Θετταλικῶν scriptor. 709,15
item alius poëta. ibid.
Nestoreum poculum. 811,14
Nestoris poculum Ἄργος φιάλη. 718,68
Nicandri Ἑτεροιουμένων. 261,30
Nicochares poëta. 241,35
Nicocharis *Lemnia*. 571,39

Nichocharis

Nichocaris *Hercules Choragus.* 893,30
Nicelai palmulæ. 928,52
Nicolai panes. ibid.56
Nicophron, Poëta. 241,34
Nicocreon tyrannus. 587,57
Nicocreon, Nicotheon, & Nicocles. 607,17
Nili aqua aluum soluit. 85,53
Niobe Sophoclis & Aristophanis. 569,18
Nisæi equi. 342,55
Nitro vsi veteres in balneis & plerisque lotionibus. 943,11
Nix calida quibusdam. 191,63
Nix vina. 239,15
Nomen patrum filiis à Græcis adiectum. 583,49
Nomina Græca in ι, desinentia. 139,28
Nomina clarorum virorum inserta Saliari carmini. 439,30
Nomina eorum qui Durium equum sunt ingressi. 885,27
Nominalia Latinorum. 135,37
Nosti Anticlidis. 663,10
Nostorum auctores varij. 286,20
Nota veterum criticorum τὸ χ. 508,43
Nothi segregati in sacris ab aliis. 410,29
Nox longa Platonis. 213,28
Nuces Heracleoticæ. 108,52
Nuces Ponticæ. 64,40
Nucleus. 117,18
in Nugis opera malè posita. 194,47
Nummi dimidiati loco symboli vsurpati. 226,35
Nuper, νυνί ac similes voces. 385,60
Nuptiæ diuersorum poëtarum. 181,31
Nuptiæ Iouis & Iunonis. 426,35
Nuptiarum αἱ ἀκμαῖαι & αἱ ὥριαι ἡμέραι 181,10
Nutrices Eubuli. 542,12
Nutricum næniæ. 892,60
Nux Sardiana, & lata. 109,10
Nysa. 349,40

O

OBeliæ. 208,39
Obsonatorum siue ἀγοραστῶν proprium munus. 614,22
Obsoniorum modus ex lege Fannia. 470,29
Oculi nigro infecti, propter formam. 237,49
Oda Anacreontica non prius edita. 952,57
Odysseæ vniuersum argumentum, Fontebellæ aquæ depictum. 361,64
Oeci. 246,26
Oecorum Ægyptiorum forma. 344,30
Oeneus, quis Athenis. 418,59
Oenonas citharœdus. 51,20
Officia diuersa promæcondæ τ̃ δαιτ̃. 339,54
Olen. 214,60
Olera quomodo attenuent. 143,51
Olera ὠμὰ & ἁπαλά. 646,26
Oleum Samiacum, acanthinumque. 137,37
Oleum ex adipibus. 742,55
Olympias sacris orgiasticis dedita. 938,28
Olympiacæ muscæ. 17,54
Olympij Iouis templum Athenis. 341,60
Olympiadum aliquot adnotatio. 378,54
Omphala Cratini iunioris. 947,63
Onelaphi. 350,51
Onerariarum inuentores. 64,49
Ononis. 186,57
Onopordum. 146,23
Onychæ solenes. 176,35
Opera ἱμαῖα. 811,30
Opsonomi. 402,50
Opum fructus maximus. 10,35
Oraculum de Socratis sapientia. 388,30
Orationis epitheta χρώματα. 21,35
Orationis prima virtus perspicuitas. 362,31
P. Orbius. 374,43
Orcus poëtis *Agesilaus* dictus. 969,25
Orestheus Deucalionis filius. 77,34
Origenes Συντακτ. 262,20
Ornamenta. 130,16
Oritæ. 46,16
Orpheotelestæ. 349,17
Ortygometra Ithacensis. 674,15
Oscula passerina. 871,17
Osmyli. 255,60
Ostrea tubera maris dicta. 128,51
Ostrea optima. 176,47
Ostracites. 921,42
Othryneus δῆμος 541,57
Otiosi pauperes vocati in ius Athenis. 300,16
Otostylum. 146,17
Otus & otis. 671,11
Oua, inter bellaria. 986,32
Ouorum parandorum multiplex ratio apud veteres. 117,45
Oxyliparum. 663,50

P

PÆanes translati ad hominum laudationem. 440,45
eorum natura. 984,31
Pæonia. 154,62
Pægasas. 64,36
Palæphatus mythographus. 940,42
Palestra, Alcæi, & cæteræ comœdiæ. 206.39
Pallene & pellene. 411,12
Pallas ἀλίτωρ. 194,12
Pamphyliorum ingenia. 609,26
Panætiastæ. 330,39
Panaria veterum. 241.54
Pantarpia Alexandrinorum. 922,44
Pancratiastes Theophili, & aliorum poëtarum. 181,57
Pandectæ iuris ciuilis Romanorum à Laurentino condictæ. 7,30
Pegnia Salpa. 559,14
Panes Cilicij & Cossabi. 213,34
Panis escharitæ Rhodiorum cum forensi Atheniensium, collatio. 208,28
Panis ἐγκρυφίας. 209,60
Panem frangere, Pythagoras vetuit. 37,10
Pantomimi, vide Italica salt.
Papauer. 214,22
Paphlagonia fons. 87,58
Paphia. 808,23
Paraballon, nomen proprium viri. 392,54
Parabatarum cultus. 351,34
Parabrycon. 16,12
Parabrycon, nomen proprium viri. 392,54
Paraplynteria. 151,36
Parasiti, epulones sacri, Iouis parasiti. 410,11
Parasiti in templo Herculis. ibid.26
Parasiti, è publico alebantur. 422,49
Parasitorum exercitatio λέγειν ἐπὶ κεφαλαίς. 423,69
de voce *Parasitus* obseruatio. 412,60
Pariambides tibiæ. 316,33
Parianæ placentæ. 915,51
Paropsis. 639,11
Parrhasius *habrodiætus.* 852,24
Partheniæ ciues Lacedæmonij. 466,63
Participia in propria nomina translata. 392,49
Parthorum regiæ variæ. 827,66
Parysades & Berisades. 604,55
Pasicypros. 299,56
Passeres Veneri sacri. 672,49

Passum. 735,15
Pastor Antiphanis. 523,12
Patales boues. 650,14
Paxamus scriptor ὀψαρτυτικῶν: idem *Criton.* 831,13
Pelamys & cobium. 622,58
Pelasgi Aristophanis. 434,35
Pelles olim pro lectis & stragulis. 418,17
Pelorides conchæ. 177,31
Peneus, vide Titaresius.
Penteteridum nobilissima Olympica. 548,22
Penula ἄγχιτ☉. 187,63
Percota & Percopa. 68,61
Perdiccas rex Macedoniæ, Atheniensibus, & Lacædemoniis dat verba. 63,49
Perdices vel Perdicis filij, pro libidinosis. 670,33
Periclis obitus. 385,20
Peripterum. 357,64
Pernæ Κυβισκαὶ & Καντάβρικαί. 935,60
Persa, comœdia incerti auctoris. 156,43
Persa Æschyli & Pherecratis. 569,17
Persæus & Sphæræus scriptores rerum Sparto. 264.54
Persarum vestis ἀφεβοτικὰ, & aliæ. 69,27
Persarum regis ministri albati. 270,59
Persarum regis proceres cur ad prandium solùm non etiam ad cœnam venirent. 271,25
Perseus. 740,26
Persicum malum. 161,35
Persicus vestitus. 348,67
Perspicuitas prima virtus orationis. 442,30
Petula Pherecratis. 597,12
Petellinorum constantia. 839,55
Peteos, siue Peteous. 773,37
Pezitarum & fungorum discrimen. 125,33
Phæaces diis chari. 41,51
Phæacum saltationes. 39,64
Phæninda vnde dicatur. 395,6
Phagesiorum festum. 474,56
Phalangæ. 351,67
Phalerici gobiones. 541,43
Phaniæ Peripatetici libri de Plantis. 103,56
locus ex illis conclamatus. ibid.
Phaon Platonis comici. 273,54
Phaselitæ & Sidetæ. 609,10
Phassa quomodo à turture differat. 675,53
Phaulia mala. 161,58
Pheræ Tessaliæ oppidum. 217,50
Pherecrates, quo anno fabulam Ἄγιος docuerit. 387,53
Pherecratis fabula *Crapatali.* 252,25
Automoli. 174,37
Ἀῦρις. 182,46
Μεταλλῆς. 185,21
Μυιόδρυς 402,63
Petala. 597,12
Ἰπνὸς ἢ Παννυχίς. 886,34
Pheta. 86,16
Phiala & lepasta. 249,40
Phialia. 815,81
Phialia & Phigalia. 900,47
Phiditia Cyrenensium. 802,28
Philadelphi Menandri. 804,67
Philelias. 252,24
Philemonis Μετοῖ ἢ Ζωμία. 252,24
Ἀγροικῶν☉. 942,40
Philetæri drama Κυνηγίς. 500,40
Philinus vetus orator. 710,19
Philinnis comœdia Hegemonis. 987,49
Philippi regnum. 862,47
Philippica historia Theopompi. 737,51
Philippidæ Συνδέρας. 991,58
Philippus rex scurrarum amantissimus. 454,22
Philippus, comicus. 625,49
Philopægmon Critonis. 406,49
Piloclis tragici Τηρεὺς ἢ ἔπο☉. 494,38
Philomidæ *Cothurni.* 403,12
Philosophi comicis irrisi. 120,35
Philothyta Metagenis. 996,14
Philoxeni *Cyclops.* 21,48
Philoxeni Cytherij scripta nugatoria. 273,39
Philyllij fabula Αὔγη. 213,66
Philyllij *Auge.* 805,59
Philyllij φρεωρύχ☉. 911,41
Phlius vrbs in Peloponenso. 673,56
Phlyacographia, vide Hilarotragædia.
Phœnix Ionis Chij. 176,43
Phenix organum. 315,35
Phormisius. 403,55
Phormophori Hermippi. 994,56
Phormus comicus. 928,48
Phryges Æschyli. 56,12
Phrygius rhythmus. 317,13
Phrynichi fabula, *Psaltria.* 213,47
Tragœdi. 403,18
Μονότροπος. 435,23
Κρόν☉. 643,64
Phryxus. 212,46
Phylacus rex. 818,24
Phyllis vetus scriptor. 905,47
Phytalus ficus inuentor. 151,28
Picatio fictilium. 21,40
Pictores Σικυώνιοι. 345,33
Pictura è numero liberalium disciplinarum sublata jà quibusdam. 972,13
Picturæ diuisio. 546,41
Pilæ lusus commendatus ab Athenæo. 38,58
Pilenta Romanorum. 262,46
Pindarus ὑπορχηματικός. 10,10
Pindarus hyporchematicæ poëseos & saltationis auctor. 41,30
Pindari ἀγκυλομηλῶνα oda. 766,45
Pinnæ è byssο. 172,54
Piper quando edi cœpit. 163,39
Piræi tyranni. 90,47
Pisander Platonis. 663,43
Piscationis incommodum ventorum flatus vehementior 763,55
Pisces olim alimentum non conueniens habiti. 35.14
Pisces saxatiles optimi. 140,45
Pisces ἀνάκανθοι antacæus & huso. 526,12
Pisces ἰχθυηροί. 531,65
Pisces ἀνθρωποφάγοι. 546,18
Pises mansueti. 577,26
Pisces fossiles. 576,13
Pisces vocales. 576,45
Pisces terreni ad Pyrenæos. 577,54
Pisces Indici miraculosi. 578,13
Pisces nec guttur habent nec sonum edunt. 579,22
Pisces Dotioni dicti Σοῖ. 588,22
Pisces oleo ἀλείφειν ἢ λύειν. 593,17
Piscis qui è prunis exiliens cum viuo carbone syluam incendit. 629,44
Piscium φωνή. 510,36
Pitissare. 338,19
Placenta panis probè confectus, quomodo à Diogene dicta. 218,61
Placenta tutulata. 921,10
Placentæ Apiciæ. 23,28
vel condimenta. ibid.
Placentæ præcipuè veterum delitiæ. 218,40
Placentæ ὠμοσθεῖς. 922,63
Placentarum aliquot genera & nomina. 916,17
Plantæ Venereæ. 45,18
Plantæ eiusdem contrarij effectus. ibid.
Plantæ nouellæ νέμνοι 884,52

de Plan

de Plantarum antiquis appellationibus. 681,21
Plato ἱερώτατος. 6,40
Plato binominis. 369,63
Plato τῷ Μαργαρίτῃ φίλος. 377,15
Plato & Xenophon cur similis argumenti libros ediderint. 582,55
Plato scripta sua emendare solitus. 383,16
in deligendis Symposij sui conuiuis nullam temporum rationem habuit. 383,48
Platonis contubernium. 17,19
Platonis Conuiuium. 337,57
Platonis schola derisa. 222,22
Platoni peccata chronica 453,48
Platonis comici *Laius*. 141,59
Nox longa. 213,22
Ζεὺς κακούμενος. 226,63
Phaon. 273,54
Legati. 403,54
Mammacythus. 621,58
Syrphax. 599,38
Grypes. 640,12
Lacones. 658,11
Pisander. 664,43
Αἱ ἀφ' ἱερῶν. 742,17
Adonis. 769,57
Platonis dictum de ambitione. 822,66
Platonis malignus animus erga omnes. 821,55
Platonis Problema συμποτικόν. 948,61
Plauti *Condalium*. 434,55
Plinthina Ægypti. 72,40
Plistonicus. 91,60
Ploxemium. 260,10
Plutei. 364,48
Pneumaticarum rerum auctor Ctesibius. 309,29
Pnyx motu Deûm consecrata. 371,31
Panstria Phrynichi. 213,51
Pocula, Amaltheæ cornu, & eniautum, 786,32
Pocula hederacea. 796,63
Pocula quam adamarint veteres. 780,24
Pocula literata. 786,55
Pocula κέρατα Atheniensium. 795,40
Poculum primum quare Ioui seruatori sacrum. 80,59
Poculum datum muneri vt symbolum ἀδρανείας. 729,15
Poculum magnum Herculi pro naui. 789,11
Poculum etiam ξηρᾶς ξηρὸς διαταλ. 811,55
Pœciliæ pisces vocales. 576,64
Pœna eius qui griphum non solueret. 752,11
Pœnæ improborum arguunt Deum esse. 609,11
Pœni & Romani pultiphagi. 713,53
Poeta Alexidis fabula. 551,45
Poëtæ quondam omnium virtutum magistri. 37,44
σοφοὶ, & σοφισταὶ dicti. 37,53
Poëtæ mali lapidibus obruti. 431,28
Poëtæ Græci vsi sæpè dictionibus alicui populo peculiaribus. 538,31
Poëtarum morbus. 96,53
Polemonis varia cognomina, & patria eius incerta. 408,18
eiusdem scripta. 259,44
cur dictus Ἐλλαδικὸς, item Στηλοκόπας. 408,42
Polenta cum χίδροι confusa. 914,36
Polis. 797,23
Polyclea Alexidis. 866,56
Polyeuctus Haniochi. 678,56
Polyidus. 773,44
Polypi cur dicantur ἰδίχαδες τὴν θάλατταν. 552,17
Polypi τὰ αἰδοῖα ἔχει. 551,317
Polypus cui potissimum colori assimiletur. ibid.60
Polyzeli Μουσῶν γοναί. 641,10
Pompa quam duxit Antiochus. 342,48
Pompæ Ptolemaicæ descriptio. 356,56
Porca præcidanea. 650,54
Porcellus simul assus & elixus: idemque fartus, & tamen integer. 650,50
Porphyrius. 933,27
Posidianæ aquæ. 88,30
Posis. 523,54
Potalinum vinum. 61,64
Pothinus neurospastus & Eurycledes præstigiator quibus honoribus ab Atheniensibus affecti. 50,22
Potydæana expeditio. 376,28
Potio olim omnium prima 118,38
Præbibendi modi ἀπὸ ἕξεως. 780,27
Præmium cottabissantis optimè. 945,28
Præstigiatores. 46,35
Præstigiatores qui ensiculos vorabant. 597,11
Prasocurides, vnde dictæ. 143,56
Præteriti perfecti αὔξησις sæpè ab auctoribus omissa. 113,53
bene Precandi formula. 111,34
Pretium mansionis σταθμόν. 26,49
Priapum siue Priepum, cur colere instituerint Lampsaceni. 69,50
Problema, Antiphonis fabula. 760,10
Promecondæ, & structoris diuersa officia. 339,35
Promalus. 316,17
Pronax. 840,14
Pronomi inuentum. 902,52
Proschium. 700,28
Prospalta δρᾶμα. 564,47
Prosodiacus modus. 902,33
Protagoræ posterior aduentus Athenas. 386,38
Proteus Aeschyli. 675,45
PROVERBIA. *Ius caniorum & Poëtarum sacrificare sine fumo*. 30,14
Clauus clauo truditur. 90,38
Hic vel cerebrum comederit. 137,50
Tres fratres. 185,66
vitam pulmonum viuere, vel ostrei vel plantæ. 186,41
Ne symbolum quidem habet. 216,43
ailare in extrema tegula. 275,60
Opera Philadelphia. 354,47
Carius vendit quam vllus Achilles. 403,24
Ciceum non interdum. 568,13
Ficus edere. 581,30
In conuiuio plurimùm omnes loquimur. 621,56
Aspendius citharœdus.. 690,64
Mulierum mens in caupona. 736,18
Anus ad armillum. ibid.20
Tonsura Scythica. 837,20
Magnetum mala. 837,46
Prouerbium vetus apud Aristotelem emendatum. 499,20
Prouerbium ex deprauata lectione fictum, *Iouis lac* 936,31
Pruna πρίνη. 102,17
Prytanes vnà cibum quotidie sumere soliti. 331,14
Prytaneis Teleclidis. 806,50
Prytaneia Græcorum. 420,18
Prytanea olim in singulis Græcorum vrbibus vt Tarentinorum, Corinthiorum, Rhodiorum, Milesiorum, Tenediorum, Argiuorum, Siphniorum, Thasiorum, Eresiorum, Mityleneorum, Cyrenæorum, Eleorum, Naxiorum, Ephesiorum, Naucratitarum. 993,46
Psalterium. 316,58
Psaadici. 684,11
Psoras. 546,46
Psygrus. ibid.
Psythium vinum. 66,56
Ptolemæus Philadelphus natus in Co insula. 39,48
Ptolemæus Euergetes. 317,16
Ptolomæi Philadelphi ingenium. 354,44

Pueri à poculis ab Hercule occisi nomen. 700,12
Pugnarum singularum antiquitas & detestatio. 281, 16
Pulchritudo summa. 39,50
Puls Romanorum. 923,31
Poppæ & conchæ Venereæ, inter puellarum ludicra. 553.16
Purpura regia magistratus indicium. 369,47
Purpurarum incrementa vnde dignoscantur. 172,40
Pyrbeæ. 86,10
Pyrrychus nomen Laconicum. 902,18
Pythagoras. 25,56
Pythagoræ symbolum de non frangendo pane. 37,10
Pythagoræ coniuratio. 373,65
Pythagoræ tripus Τρίπ. 906,46
Pytagoreorum dictum, ἴσον τοι κυάμους τρώγειν κεφαλάς τε τοκήων. 134,42
Pythionicæ amatores cur *Scombri* dicti. 59,47
Pytina Cratini. 180,55
Pytho Byzantius orator. 303,14
Pyxis etiam quæ ex auro, & argento. 164,45

Q

QVadra. 220,38
Quæstiones variæ χειρώδεις. 762,39
Qualillus Musarum. 56,55
Quingentorum curia Athenis. 305,13
Quinquagesimæ vectigal Athenis. 100,12
Quinquatria. 192,59
Quisquiliæ γεγωμέα. 521,13

R

RApa caro dicta. 643,49
Reges Macedoniæ Ægis sepeliri soliti. 281,63
Regia vestis. 374,64
Res Rusticæ pars λαχανεία nota Heroicis temporibus. 58,16
Res mortis, vel *res voluptatum*, pro morte, vel voluptate. 83,65
Res in contractibus & pœnis loco pecuniæ, ante eius vsum inuentum. 152,38
Res maximæ à paruis principiis. 374,60
Repositorium. 368,31
Repotia, πάλιν ὄψα, ἐπιδείπνια. 182,25
Reticula purpurea luxuriæ argumentum. 964,29
Reticulum, γύργαθος. 244,27
Rhamnusij παρωμακώ. 955,21
Rhenæi. 307,36
Rhipæi montes. 407,17
Rhodij, Cyrenenses albi. 611,22
Rhodiorum ἀντίστι. 69,63
Roma Orbis compendium. 50,34
Romani Æolas imitari. 710,12
Romanorum magistratus Athenis sine insignibus. 372, 21
Rosæ centifoliæ. 966,43
Sumptus in Rosas. 273,65
Rotæ figulinæ inuentores. 65,45
Rustici hominis σκευή. 116,30
eius character. 116,33
Rustici & *Rusticus* Antiphonis. 624,58
Rusticus siue Butalion Antiphonis. 532,34
Rutilius Rufus. 470,11

S

SAcæa festum Babylonicum. 909,25
Sacas vel *Sacadas* poëta antiquissimus. 885,56
Sacerdos Mineruæ Athenis à quo caseo abstineret. 647, 63
Sacerdotum apex. 469,59
Sacerdotum ac Principum vestes simillimæ. 374,56
Sacra via Romæ. 469,47
Sacra facientium ritus. 632,26
Sacramentum, pecunia quæ in iudicium venit in litibus. 304, 50
Sacrificium Eleorum perdendis muscis. 17,13
ad Sacrificiorum epulas amici olim inuitati. 235,18
Sacrificia veterum tenuia 272,50
Sacrificia antiqua, 939,16
Sal Tragasæus. 149,32
Sales ἀδυτμένοι. 637,41
Salsamenta ἀμφίαλα ξηρὰ πολύτελ. 223,26
Salsamenta inter vilissimos cibos habita. 229,59
Saltantium σχήματα. 900,14
Saltatio vide Italica.
Saltatio ὄγκωδ. & πλύνται. 51,30
Saltatio veterum finitis epulis. 689,23
Saltatio ἀπόκινος. 901,15
Saltationes Phæacum. 40,19
Saltationum plures modi. 900,59
Sambrias proprium serui nomen. 456,18
Sambuca. 904,13
Sami antiquissimi incolæ. 950,58
Samiæ placentæ. 916,16
Samij Cratetis. 223,50
Samiorum λαύρα. 848,11
Sannyrionis Γέλως. 510,58
aliæ fabulæ. 511,10
Samus ἀντίφυξ Atheniensium. 196,62
Sanchoniaton, scriptor Tyrius. 239,41
Sandala immortalium. 255,46
Sandrocottus. 44,45
Sanguinis color naturalis. 60,13
Sanitas Romæ præmij loco data. 221,38
Saperda Ponticus. 539,50
Sapientia virtus præstantissima. 389,32
Septem Sapientum δεῖπνα. 981,30
Sappho Antiphanis fabula. 959,48
Sapphones duæ. 878,61
Sacerdos fœmina quibusdam sacris præfuit. 411,26
Sarambus. 217,13
Sarapis vestis nomen. 8,6,22
Sardanapalus *Conosconcolerus* dictus. 583,53
Sardanapalus spontaneo viuicomburio vitam finit. 839, 49
eius monumentum. ibid.
Sardinia ob tincturam celebrata. 97,55
Sargus. 558,15
Sarpedon, dux copiarum Demetrij regis. 579 59
Satyri Phrynichi. 170,38
Satyri, cur equites. 231,36
Satyri Lycophronis. 714,37
Satyricæ fabulæ. 723,17
Sauillus. 921,12
Scabilli. 340,57
Scamandri fontes. 85,17
Scamon vetus scriptor. 901,60
Scandix, olus vile. 115,23
Scaphia. 268,46
Scarus piscis. 419,29
Scarus an dormiat. 556,60
Scari intestina. ibid.
Scenæ aut chori datio, honoris specimen inter Athenienses. 50,57
Scyphorum κατὰ δυλώματα & κομβώματα. 705,20
Sciæna piscis. 514,19
Scientia critica & Socratica. 8,32
Scilla. 252,67
Scindapsus. 316,15
Sciphiæ pisces. 165,28
Scleriæ Antiphanis comœdia. 156,10
Scoliorum argumenta βιωφελῆ. 982,23
Scolium Timocreontis, Athenæo prætermissum. 983 60

Scombri, vide Pythionicæ. Scopadæ. 733,63
Scordisci, vide Cordistæ.
Scorpius piscis extinguit Venerem. 19,42
Scortum ἀπὸ τῦ σκύτυς. 865,16
Scriblita. 921,10
Scriptores varij γαστρολογίας. 771,13
Scriptores varij ὄψων. 844,60
Scriptorum veterum næui. 136,45
Sciathus insula. 12,53
Scytharum mos in firmanda amicitia. 92,46
Scythinus Teius poëta. 777,29
Selena concham Veneri dicat. 553,25
Sellæ Thessalicæ. 65,12
Semela partus carmen Timothei. 613,30
Semus, quis. 146,45
Senatusconsultum de honore & præuio Eubuli facto. 431,11
Senatusconsultum Lacedæmoniorum aduersus Timotheum. 613,50
Senium, Aristophanis fabula. 209,41
Sepiarum & loliginum φωλεύσεις. 549,60
Sepia. 572,49
Septem ἐπὶ Θήβας. Æschyli. 569,15
Septemthebana Amphidis. ibid.
Serpentes ad sacra orgiastica adhibiti. 938,31
iis nomen ἀργύλαι vel ἀργαί. ibid.
Seruitutis origo. 458,39
Serui Lacedæmoniorum. 467,58
Serui quinque Scipionis. 468,64
Serui qui horas obseruabant. 694,50
Serui à sacris exclusi. 910,13
Seruorum iura apud Athenienses. 461,16
Seruorum in Ægina numerus. 468,21
Sesamum. 214,25
Sexitana salsamenta. 233,22
Sialendris. 673,65
Sicania. 87,60
Sicilia frumenti fertilissima. 64,13
Sicinnis, Sicinnotyrbe. 891,15
Sicinnus liberorum Themistoclis pædagogus. 901,50
Sicinus saltatio. ibid.
Sicon & *Æolosicon.* 654,32
Sicyonij pictores. 345,33
Sicyopepon spermatias & eunuchias. 142,56
Sicyopepon, quando edi cœpit. 163,54
Sida ager Bœotiæ. 917,37
Sigilla lucentia in cœnationibus. 247,17
Sigma literam veteres refugerunt. 767,49
Sileni & Midæ colloquium. 91,38
Silphium Cyrenaicum. 198,52
Simonidis sordes. 933,63
Simulachra Deûm præ foribus. 753,12
Singultus sedandi præcepta. 352,65
Simus piscis. 543,58
Sipylus. 898,25
Sirenes Theopompi. 685,34
Siri Thracum. 250,19
Sirites auctor τῆς αὐλητικῆς. 890,32
Sirpiculum. 260,10
Sirpus, quid. 746,34
Siser satiuus. 232,20
Sistrum Ægyptiorum. 817,56
Siti nihil πολυποθητότερον. 729,38
Similax inter Bacch. coronamenta. 349,36
Sminthia Rhodiorum. 152,33
Smisgolas Atheniensis. 590,35
Socratis ars obstetricia. 7,20
de Socratis militia expenduntur Athenæi argumenta. 376,56
de Socratis sapientia oraculum. 388,35
Socratis mater ἔγχουσα. 390,26
Socratis libri Περὶ ἔρωτ. 667,11
Soldurius. 433,53
Sol quomodo Φαίων dicatur. 50,13
Solem neque orientem videre, neque occidentem. Sibaritarum dictum. 469,30
Solem in poculo vehi veterum figmentum. 789,39
Solenes μακρογόγγυλα. 165,42
Solenes, quomodo μυσφαι & συμφαι. 172,15
Solenes ἠρεμοχαλμάτα. 175,31
Solemnitas in honorem Demophontis, celebrari Athenis solita. 695,50
Soli oppidum Cypri. 873,21
Somnus cur inuisibilis. 755,66
Sonchus. 437,45
Sopater φλυακογράφος. 167,14
Sopater φάκος. 289,16
Sopatri Paphij fabula Μυστακῶ θητ. 228,33
Sopatri Νεκύα. 291,62
Sophili Εγχειρίδιον. 726,31
Sophili φύλαρχος. 197,34
Sophista Thessalus. 30,12
Sophistarum πύλαι. 585,24
Sophoclearum fabularum tituli. 481,56
Sophocles qui Athenis philosophos expulit. 885,50
Sophoclis *Thamyris.* 52,39
Sophoclis Αἰγεύς. 234,50
Sophoclis *Triptolemus.* 139,53
Sophoclis *Colchides.* 144,37
Sophoclis Σατυρικὸν δρᾶμα. 713,16
Sophoclis *Casus Philoctetæ ad Troiam.* 495,59
Sophoclis *Hercules.* 723,44
Sophoclis Σύνδειπνοι. 960,31
Sophon proprium nomen. 690,33
Sophron celeberrimus poëta mimorum. 821,50
Sophronis *Mimi.* 170,19
Sophronis Παιδικά. 562,24
Sophronis Νυμφοπόνος. 630,31
Sophronis ὁ ἀπογραφόμενος μῖμος. 799,38
Sordium nota, muneri missa vendere. 933,29
Sosipatri *Catapseudomenus.* 654,17
Sotiates vel *Sottiates*, aut *Sontiates.* 436,21
Spatra ἱερόχρος. 249,25
Spatta χαλκογύναιξ. 865,65
Spartani magistratus *harmosyni.* 265,27
Sphærus, vide Persæus.
Sphinx de cuius latrociniis conqueruntur Athenienses. 448,44
Sphyræuam plus congris alere. 560,58
Spinarum cognomina. 139,42
Spira, opus pistorium. 248,15
Spiritus medius notatus in multis Græcis dictionibus. 680,55
Sportulæ. 420,25
Sportula Romana. 634,23
Squatus. 556,12
Squilla inter esculenta. 145,55
Stacte è sola myrrha. 972,57
Stadium Alexandrinum. 346,45
Staphylus Sileni filius. 91,57
Staphylus. 930,36
Stasinus, Cypriorum auctor. 77,52
Stephanopolides Eubuli. 662,55
Sternutamentum pro Deo habitum. 137,59
Stilponis libri. 294,15
Stoicum dogma. 883,62
Storea. 364,62
Strabelli. 165,19
Strabonem qui negant esse Strabonem refutatur. 935,36
Stragulorum ἐνδρομα. 99,18
Strambelus, siue Trambellus quis. 89,54
Strattidis comici fabulæ. 566,49
Stratonici falsè dicta. 603,53, & seq.
Stratonici mors variè prodita. 617,52

Strenæ Romuli & *ἐπιχειρίδια*. 186,61
Strenæ origo. ibid.
Strobilus. 216,57
Structoris officium. 304,14
Struices patinarum, apud Plautum. 243,62
Strutheum malum *στρούθειον*. 261,18
Studiorum antiqua ratio. 413,30
Sturnis olim non vescebantur. 236,11
Subadinus. 23,50
Subcineritius panis. 209,58
Subitillus. 921,21
Subura. 629,66
Sudes. 398,50
Sudor, magni gaudij & repentini indicium. 390,40.
Sues Syracusarum. 63,38
Suetonij libri duo de Spectaculis & ludis Romanorum. 709,18
Sufflamen, & *sufflaminare*. 196,47
Sumptuum conuiuialium modus. 272,26
Suniensium nobilitas inter Athenienses. 457,55
Supercilia picta. 840,39
Supercilia à mulieribus atramento infecta. 840,45
Superstitio veterum in factis dictisque. 36,56
Superstitio veterum, puerorum oculos ficu recente fricare. 156,64
Superstitio veterum in mentione rerum tristium. 330.60
Superstitio veterum, mortuis consecrandi quæ de mensa caderent. 721,46
Surrentinum vinum. 62,24
Sus veneris hostia. 182,63
Sus Cephisodori comici. 230,41
Sus apud Cretenses, animal sacrum. 649,15
Sybaris deletæ causa. 834,12
Sybaritæ, gens infamis, & perditi luxus. 42,50
Sybaritarum dictum, *Solem neque orientem videre neque occidentem*. 469,25
Sybaritarum conatus abolendi ludicri Olympici. 835,53
Sycamina. 104,21
Syceas Titan. 156,60
Sycophanta. 151,55
Symbola & *symbolum*, quid differant. 224,47
Synaristosa Menandri & Crateris. 434,63
Synizesis initio versus familiaris. 401,36
Syracusani Dores. 367,35
Syracusanorum libatio quam mari faciebant aut diis marinis. 777,45
Syri abstinuerunt piscibus. 224,47
Syrphax Platonis. 599,37

T

Tabætas. 819,14
Tabarites panis. 209,23
Tabernacula regum Persarum. 100,13
Tabulæ quibus depictæ solemnitates sacrorum aut ludorum. 619,66
Tactica ars. 518,57
Tagenista Aristophanis. 283,59
Tagus *χρυσορρόας*. 406,46
Tæniæ muliebres. 564,31
Talentum. 470,58
Tali dorcadei. 341,37
Tantali fabula. 58,37
Tapetes strati *μίχρι ἀ ψιλο*. 248,22
Tapyri vino deditissimi. 736,56
Tarentinorum de seipsis dictum. 299,40
Tarsenses rhetores. 384,24
Taulopias piscis nomen fictum Athenæo ex praua lectione. 565,18
Tauropolia. 451,20
Taxiarchi Eupolidis. 303,64
Tecta veterum, Iudæorum, Græcorum & Romanorum. 275,28
Tegeaticus panis *σεμιδαλίτης*. 215,42
Telamon. 421,10
Telamon. c. 363,19
Telanges Æschinis Socratici dialogus. 391,31
Teleclidis *Πρυτάνεις*. 641,46
Teleclidis *στέρραι*. 685,10
Telesas proprium viri. 392,47
Telesis vel Telestes. 56,27
Telestes comicus. 819,52
Temetum Romuli lege matronis Romanis prohibitum. 734,62
Templa Ægyptiorum secundum Nilum. 846,50
Templum Iouis Olympij Athenis. 341,60
Tenij, qui. 106,54
Tenera, rori assimilata. 662,13
Tentoria diebus festis figi solita. 344,13
Tanarus vel *Tenarus* grammaticus. 950,30
Tenus Cycladum vna. 656,52
de Terebra obseruatio. 361,42
Tereus Cantarij poëtæ comici. 160,40
Terra mater. 471,25
Terrores nocturni. 277,10
Testa Attica. 10,35
Testaceorum diuisio Aristotelica. 171,46
Testarum crepitus. 340,25
Testiculi in cibum. 663,29
è Tectis prælucendi & spectandi mos. 275,29
Tethya. 186,36
Tethynacia. 165,22
Tethis. 423,27
Tetradistæ. 521,43
Tetrax auis. 682,25
Thalysius panis. 219,33
Tamyris Sophoclis. 52,39
Tarrha. 86,14
Thasium vinum Aristophani notum. 67,48
Theagenes athleta. 703,26
Theation. 217,12
Thebæ cur *θεῶν φίλαι* dictæ. 39,37
Thebæ & nomina Thebana multa Syriaca. 245,35
Thebæ xx. anno restitutæ. 48,18
Temistoclis apophtegma. 844,37
Theoclytus & *Theocles* poëta. 523,36
Theodoreti *Θεραπευτική*. 262,54
Theodoridas Syracusanus. 530,42
Theodoridas poëta. ibid.
Theodotus cynulcus *τειχιδιώτης*. 23,16
Theon *μύραυλος*. 311,56
Theophrasti liber *Περὶ ἰχθύων*. 544,36
Theophrasti opus *Περὶ ζώων*. 666,10
eius & Plinij dissensus. 974,29
item Plinij & Athenæi. ibid.
Theophrastus præceptoris vestigia sequitur. 549,64
Theopompi historici elogium. 164,21
huius Philippicæ historiæ. 737,52
epistolæ. 877,36
alius liber. 843,10
Theopompi drama *Ἁρμάτιον*. 315,58
Callæschrus. 527,15. *Ἡδυχάρης*. 538,13
Irene. 639,54
Sirenes. 685,35
Althæa. 819,40
Theoxenia festum omnium deorum. 644,23
Thericlea vetustissima fictilia suttilia. 791,11
Thesmophoria in Græcia agitata. 537,50
Thessalicum commentum. 30,15
Thessalus *πολυκέφαλος*. 957,28
de Theseo & Tlepolemo obscura historia. 521,40
Thespia vrbs in Bœotia. 863,33

Tholus.

Tholus,& eius figura. 99,64
Thiasi & τὰ ὀργιαστικά. 330,37
Thoricij Antiphanis. 858,63
Thraces butyrophagi. 248,63
Thrasyleon Menandri & Turpilij. 435,15
Thratta Cratini. 814,47
Thria. 449,50
Thriambus. 69,51
Thumantis. 856,62
Thursio. 542,40
Thymætes. 185,53
Thynnus in Ponto solùm fœtificat. 128,65
Thymoxalme. 200,22
Thymum Atticum. 929,37
Thyrsolonchi. 351,44
Thys Rex Paphalgoniæ. 270,26
Tiara,collis. 118,35
Tiasa fons. 260,51
Tiberij Imperatoris sordes. 934,27
Tibiæ ἔλυμοι. 312,41
Tibiæ in hinnulorum ossibus. 146,36
Tibiæ Pariambides. 316,33
Tibiæ κώδων. 318,14
Tibia ἀλίατος. 317,30
Tibiarum inuentores. 890,30
Tiberij querela de sui temporis Romanis. 441,21
Tichius. 557,33
Timachidas grammaticus. 506,52
Timei in Aristotelem calumnia. 595,48
Timocles duo comicus & tragicus. 696,18
Timoclis fabula *Icarij satyrj.* ibid.
Timocrates cui opus inscriptum. 3,58
Timocreontis responsum ad Persam. 610,17
Timon φιλόμηρος. 293,13
Timothei fabula Κυράριον. 427,25
Timothei poëtæ. *Nauplius.* 588.40
Timothei *Charon* ὁ ἐκ Νιόβης. 593,36
Timothei carmen, *Semele partus.* 613,30
Tios & cromna. 176,21
Titaresius & Peneus. 84,42
Tisamenus,nomen proprium viri. 392,52
Tithrausta Diphili. 805,19
Titij sodales. 409,65
Titormus. 704,30
Tium vel Tios vrbs in Paphlagonia. 69,47
Tocista Alexidis. 726,33
Tonitrua ad tuberum generationem facere. 128,20
eorumdem vis in generatione concharum. 178,38
Toxaliæ ficus. 153,53
Toxica. 363,38
Tracheli. 170,61
Tracta. 218,32
Tragasæ. 88,31
Tragasæus sal. 149,32
Tragadia Grammatica Calliæ. 763,61
Tragadi Phrynichi. 403,18
Tragicorum τετραλογία. 614,46
Trapeses. 503,61
Transpositio insignis indicatur. 313,15
Traumatias Antiphanis. 740,47
Triballi, & Illyrici. 107,28
Tribuni plebis, apud Romanos sacrosancti. 6,22
Tricliniorum appellatio vnde. 249,11
Trichides & thrissa. 570,42
Thrierarchi sumptibus exhausti. 203,31
Triglis. 572,50
Triptolemus Sophoclis. 139,54
Tripus ἄπυρος. 711,14
Tritæa vrbs in Achaia. 505,63
Tritici grana tosta,esitasse veteres. 923,50
Tropæorum inscriptiones sine verbo conceptæ. 609. 50
Trophonius Cratini. 563,60
Trophonius Cephisodori. 858,53
Truare παράτιλαξ. 561,21
Trunculi. 252,46
Tubera planè ἄρριζα. 127,26
Tubera maris,ostrea dicta. 128,56
Tuberum σπερματικὴ ἀρχή. ibid.39
Tumulus Cadmi & Harmoniæ. 777,33
Tumides & trichiades. 571,11
Turdi ἐλαιοφιλοφάγοι. 144,55
Tuscus vicus Romæ. 848,48

V

Valentis Imper. constitutio. 28,55
Valuatum ornamenta. 338,28
Vannus Bacchi,& Mineruæ. 349,15
Varrenis κύκνος. 466,17
Vdones πιλῖα. 133,65
Vendere ἶσον ἴσῳ. 397,48
Veneris auricula,ὠτίον. 171,17
Veneris Samiæ cognomina. 871,42
Venter, vox Græca. 615,38
Venus *Zephyritis, Arsinoe, Chloris, Hippia.* 553,26
Ventres, edi veteribus soliti. 179,37
Ver suum numerus à veteribus scriptoribus iniri solitus, & in vltima cera scribi. 428,30
Vertibula. 246,42
Vestes quæ consecrabautur lacerandi mos. 48,10
Vestes forenses aliquando conductæ à Fullone. 591, 57
Vestes versicolores luxuriosis propriæ. 502,13
Vestes *Theraica.* 719,50
Vestibulum vnde dictum. 336,42
in Vestitu & incessu veterum modestia. 54,20
Vestini, & Vestinum vinum. 62,66
Vestis Persarum δορυφορική. 69,27
Vestium distinctio in ἐπιβόλαια & ὑποβόλαια. 97,52
Vestis honestiorum olim alba. 270,63
Veteres sibi ipsis ministrabant. 43,45
Veteres sæpè de iisdem, non eadem dicere. 154,46
Victoria pensilia. 294,57
de Victimarum præstantia inter tribus æmulatio ac contentio. 329,61
Victus Græcorum tenuis. 276,31
Vingus Ægypti. 127,57
Vina generosissima πολυφόρητα. 94,16
Vini vsus in vlcerum curationibus. 77,13
Vini temperamentum quis primus inuenit. 91,57
Vinosorum album. 737,43
Vini λαδοφόρος. 62,38
Vinum χύδην. 24,48
Vinum cardiacorum. 28,67
Vinum Chium. 11,16
Myrtites. 72,27
Nigrum. 61,45
Surrentinum. 62,32
Vestinum. 63,10
Mamertinum. 63,26
Potalinum. 63,29
Calybonium. 65,63
Psythium. 66,55
Mendæum. 68,42
Thasium Aristophani notum. 67,48
ἀνανθὲς & λαλεῖν. 68,13
Capnias. 71,54
Pollium. 70,62
Parystium,vel Caristium. 71,29

Rhodium.

Rhodium. 75,14
Cnidium. 75,23
Samagorcum. 724,20
Vinum ex aqua φύτας. 84,19
Vinum ἀνθοσμίας apud Xenarchum comicum. 236,40
Vinum ad conciliandas amicitias valere. 329,20
Vinum ὀμχεῖς soliti amantes in honorem & recordationem τῶν ἐρωμένων. 722,36
Vini temperaturæ antiquissimorum Græcorum. 721,16
Vinum ὑδαρὲς & ζωρότερον. 727,20
ἀκρατοπότην. ibid. 29
ἀρχαιότερον. 741,31
Vinum in conuiuiis veterum ad tria. 771,47
Virgines etiam pudicæ hospites lauabant. 29,25
Virtus bellica olim maximo in pretio. 899,40
Viscus de victimæ parte. 236,38
Visci generatio. 761,35
Vita humanum genus. 955,25
Vitia, θηρία. 49,26
Vituli, vide Agni.
Viuendi ratio apud Athenienses adstricta. 95,15
Vlpianus Κειτούκειτος. 5,32
Vlpiani κυρωνία. 186,62
Vlysses comicorum fabulæ inscriptæ, 297,15
Vmbra decem pedum, 425,45
duodecim. 426,12
Vnguentum optimum quod natat in summo. 976,18
Vocales χαμαιτυπεῖς. 767,57
Vocalium septem nomina. 762,40
Voluptas μονόχρονος 852,54
Voluptas non est bonum. 203,15
Vpingi Dianei. 893,37
Vranopolis Macedoniæ. 194,30
Vrtica marina. 174,46
Vrticæ semen medetur cicutæ. 139,10
in Vulneribus assignandis Homeri obseruatio. 418,16
Vulua quando edi cœpit. 165,39
Vulua, ἐκβολὰς & ἐκτομὰς, 199,64

X

XAnthia piscis. 623,28
Xenodamus hyporchematum auctor. 41,32
Xenophanis ætas incidit. 110.17
Xenophontis aliquot χρονικὰ ἁμαρτήματα. 380,54
Xenophontis natales. 381,46
Xerxis bellum cum Græcis, 64,28
Xiphismus saltatio. 901,39
Xylolybbnuch 995,29

Z

ZYthus Ægyptiorum. 674,56
Zenonis dogma τὸν σοφὸν ἐκ ἐπαινέσειν. 292,50
Zenonis libri futiles. 244,23
Zenoposidon. 587,15

FINIS.

A01 1467428

Digitized by Google

Digitized by Google

I i2i

Digitized by Google